## SVPER CAVTELIS D. THOMAE FERRATII.

*

CAutela pro illo qui eſt de terris eccleſiæ, ut poſsit legitimari ab imperatore I. 851

Papa an poteſtatem habeat legitimãdi in terris imperij, & econtra, an imperator legitimare poſsit in terris eccleſiæ 851

Legitimare non poteſt princeps de poteſtate ordinaria ſpurios ſiue baſtardos, ſtantibus ligitimis & naturalibus 852

Imperator legitimans ſpurios, ſtantibus legitimis & naturalibus, eſt unum pecus ib.

Comites ſacri palatij habentes generalem poteſtatem legitimãdi, in præiudicium legitimorum & naturalium legitimare non poſſunt ibidem.

Conceſsione in generali non ueniũt ea, quę niſi de poteſtatis plenitudine fieri non poſſunt ib.

Scholares omnes in ſtudiis publicis ſtudentes, ſub imperiali protectione Imperatoris exiſtunt ib.

Appellari poteſt ad Papam de iure canonico omiſſo medio, ſecus tamen de iure ciuili: excipiuntur tamen ſcholares in ſtudiis publicis ſtudentes 853

Scholarium ad defenſionem, Imperator de ſpeciali gratia ſponte ſe offert 853

Cautela pro notariis ad conuertendum legatum uſusfructus in legatum proprietatis, & quòd teſtator non aduertat II. 853

Teſtator an poſsit uſumfructum relinquere uni, & proprietatem alteri 853

Fundus ſi in gaudimentum legatus fuerit, an ipſa proprietas legata intelligatur 854

Legatum nõ reſtringitur, ſi teſtator relinquat matri ſuæ fundum, ſeu aliqua alia bona, & poſtea adiiciat ut poſsit uiuere, & de eis uti, & frui, & de illis ſe ſuſtentare, quouſque uiuat 855

Cautela pro illo qui tenetur iurare ſeruare ſtatuta, quòd licet iuret & non obſeruet, propter hoc non ſit periurus III. 855

Statutum ſi diſponat, quòd rectores & iudices teneantur ſeruare ſtatuta, an ualeat 856

Cautela quòd deceptus etiam citra dimidiam iuſti precij poſsit reſcindere contractum, uel petere ſupplementum iuſti precij IIII. 856

Contrahentibus licitum eſt, naturaliter inuicem ſe circumuenire, & inuicẽ ſe decipere, & quod plus ualet, minori precio emere, & quod minus ualet, maiori precio uendere 856

Bono uiro non licet aliquem decipere, licet in foro ciuili & canonico conceſſum ſit 857

Conſcientia idem eſt, quod bonus uir: & quod in foro conſcientiæ licitum non eſt, non etiam licitum eſt bono uiro ib.

Ementem inter & uendentem difficile eſt, quòd non interueniat peccatum 858

Turpitudinem ſuam nemo detegere cogitur ib.

Cautela ad euadendum à tortura, & à morte, indiciatum legitimis indiciis,

diciis, quòd homicidium commiſerit v. 858
Confeſsio qualificata mortem, & pœnam corporalem euitare poteſt 859
Confeſsio qualificata in parte acceptari poteſt, & in parte ſperni ib.
Præſumptio unius liquidiſsima probatio dicitur 860
Iudex ſi de facto ad torturam poneret illum, contra quem clare delictum probatum eſſet, & in ſua negatione perſeueraret, omnes probationes quę contra ipſum eſſent, per tormenta purgarentur ib.
Appellari regulariter licitum eſt ab omni ſentẽtia tam criminali quàm ciuili ib.
Crimine eodem, quis duplici pœna puniri non debet ib.
Cautela ad obuiandum, quòd meretrix non ualeat teſtari, nec aliter diſponere de bonis ex meretricio acquiſitis VI. 862
Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo, cum ſit meretrix 862
Meretrix de quęſtu ſuo teſtari poteſt, & ad libitum diſponere, neq; eius hæreditas per fiſcum hæredibus ſuis auferri poteſt ib.
Meretrix quæſtum ſuum in foro conſcientiæ, reſtituere non tenetur 863
Cautela pro illo, qui per metum cogitur contrahere matrimonium VII. 863
Matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam conſuetudinem uitæ retinens 864
Cautela quòd compromittens non poſsit habere recurſum ad arbitriũ boni uiri VIII. 864
Compromiſsio lato laudo appellari non poteſt, ſed ad boni uiri arbitrium reductio peti 864
Læſio enormis dicitur, quãdo aliquis in ſexta parte quantitatis debitę læſus fuerit 865
Cautela contra illam communem opinionem, quòd non poſsit relinqui plus filiæ ſi nupſerit, quàm ſi monaſterium intrauerit IX. 866
Teſtator ſi relinquat filiæ mille ſi nupſerit, ſi uero monaſterium intrauerit, relinquat tantummodo centũ, an ſi monaſterium ingreſſa fuerit, mille habere debeat 867
Matrimonij appellatione, an matrimonium carnale & ſpirituale ueniant 868
Statutum diſponens quidpiam contra cognoſcentem mulierem nuptam, an in cognoſcente monialem, locum habeat ib.
Legis uerba ad ea quæ non adaptantur, nec eius etiam diſpoſitio 869
Delinquere uelle, quis in dubio non præſumitur ib.
Dotis uerbum, an in ingrediente monaſterium uerificetur 870
Statutũ ſi diſpoſuerit, quòd filia dotata à fratribus excludatur, an monialis ita per fratres dotari debeat, ſi ipſam excludere ualeat, ac ſi nuptũ do nupſiſſet ib.
Legatum factum in caſu nuptiarum, an in religionis ingreſſu uerificetur ib.
Teſtator ſi legauerit genero ſuo certam quantitatem pro dote, & contracto matrimonio, an ſi eo non cõſummato, ſponſa monaſterium ingrediatur, legatum habere debebit ib.
Simonia an ſit, ſi pater dixerit, ſupplico uobis, ut filiam meam in monialem accipere uelitis, & pro eius alimentis uolo, quòd de bonis meis habeatis mille 871
Simonia an ſit, ſi teſtator in teſtamento dixerit, ſi tales moniales filiam meam in ſororem accipient, relinquo eis pro alimentis centum ib.
Regula, nõ in quem uerba, ſed in quẽ diſponentis intẽtio dirigitur, quæri oportet ib.
Cautela pro pluribus laicis inquiſitis, ad trahendũ proceſſum de manu iudicis ſecularis, ad forum eccleſiaſticum X. 871
Iudex laicus, in cauſis laicorum regulariter eſt iudex competens, non autem iudex eccleſiaſticus 872
Priuilegiatus qui nõ eſt, habens rem communem cum priuilegiato, priuilegiis priuilegiati gaudet ib.
Clericus & laicus ſi ambo rei fuerint, tam laicus, quàm clericus in foro eccleſiaſtico conueniri debet ib.
Hæredes ſi clerici & laici fuerint, & ab eis alimenta petantur, coram eccleſiaſtico iudice peti debent 873
Teſtamenti executores, ſi clericus & laicus fuerint, ad exequendum per iudicem eccleſiaſticum compelli debent ib.
Cautela pro debitore obligato obligatione iurata, ad extrahendũ cauſam de manu iudicis ſecularis, ad iudicem eccleſiaſticum XI. 873
Lites curia in eccleſiaſtica ſũt immortales, quoniam ipſis aliqua inſtantia præfixa non eſt 873
Iudex qui eſt cauſæ præparantis, debet eſſe iudex cauſæ præparatæ ibidem.
Inſtrumentum uſurarium, uel ſimulatum coram epiſcopo dici debet: & etiam ab eo abſolutionem à iuramento petere ib.
Iuramentum licet principaliter deo obliget, ille tamen, in cuius fauorem præſtitum eſt, ipſum remittere poteſt ib.
Iuramentum remitti non poteſt, quã do altera pars iam periurium incurriſſet ib.
Cautela ad irritandum unum proceſſum XII. 876
Iuramentum calumniæ tacitè remitti poteſt 876
Iuramentum de calumnia in tantum neceſſarium eſt, & rationabile, quòd non ualeret ſtatutum ſeu cõſuetudo in contrarium, quòd tale iuramentum præſtari non debeat ibidem.
Acta ubi non loquuntur, nec nos loqui debemus: & quòd in corpore actorum non continetur, factum non reputatur 877
Cautela ad faciendum quòd dictum teſtis extraiudiciale, præualeat ſecundo iudiciali XIII. 877
Teſtis quando dictum præualere debeat, ſi unum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio dixerit 877
Cautelæ diuerſæ, ad liberandum iudicem à ſyndicatu XIIII. 878
Iudex aliquem ad torturam, niſi præcedentibus indiciis ponere non poteſt 879
Statutum ſi diſponeret, quòd poteſtas, uel iudex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat, aliquem ad torturam, niſi præcedẽtibus indiciis, ponere non poteſt ib.
Iudex an actione iniuriarum teneatur, ſi aliquem iniuſte carcerare fecerit ib.
Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente, actio conſumitur 880
Reus quotieſcunq; cum accuſatore conuerſari reperitur, pręuaricatio probata dicitur ib.
Maritus leno præſumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur ibidem.
Iudex non poteſt niſi ex magna cauſa augere, ſeu minuere pœnas à ſtatuto limitatas 881
Iudex quilibet male gerens officium ſuum in alterius damnum facit litem ſuam ib.

Iudex

Iudex ſi condemnauit minori pœna quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fiſco auxilium reſtitutionis in integrum 882

Iudex depoſito officio debet ſtare in loco officij, per quinquaginta dies, ad hoc ut de eo conqueri uolentibus reſpondere ualeat, quo tempore elapſo amplius non tenetur ib.

Cautela ad inſtruendum excipientē cōtra perſonas teſtium, ad hoc ne faciat actum nullum xv. 883

Oppoſitionum fiendarum contra teſtium perſonas, duplex genus in iure reperitur 883

Teſtis conditio reſpicitur tempore delati iuramenti, & non publicati proceſſus tempore 884

Cautela ad faciendum, quod ſtatuentes ualeant diſponere ſuper iuramento xvi. 884

Principes ſeculares per ſtatuta ſua, iuramenti uires eneruare non poſſunt 884

Contractus celebratus cum minore, cum filiofamilias, aut cum muliere abſq; præſentia duorum cōſanguineorum non ualet 885

Sententia hominis ſuper ſimulatione lata facit fidem, quòd non ſit contractum periurium 886

Statuta poſſunt inducere fictionem 887

Iuramentum nihil operatur in caſibus in quibus ſimulationem lex præſumit ib.

Quotieſcunq; quis probat intentionem ſuam per præſumptiones iuris, dicitur eam probare per probationes liquidas 888

Cautela ad obuiandum, quòd paruitas precij, & pactum de retrouendendo, non faciant cenſeri contractum uenditionis uſurarium & ſimulatum xvii. 889

Contractus an cenſeatur uſurarius, & ſimulatus, ſi aliquis emat aliquam rem, & paruitas precij concurrat cum pacto de retrouendendo 889

Gloſſæ opinionem quandocunq; aliquis doctor tenet, illa opinio communis cenſetur 890

Gloſſæ ſunt naues, per quas nauigamus per uaſtum iuris ciuilis pelagus, nos in portum claræ ueritatis ducentes ib.

Opiniones contrariæ quandocunq; duæ fuerint, illa ſequenda eſt, quæ in animæ fauorem tendit ib.

Ruſticus iura ignorare præſumitur, & talis iuris ignorantia in eo toleratur 891

Ruſticus ſi perſonaliter citetur, & nō compareat iudice pro tribunali ſedente, uerus contumax non dicitur, ideo ſi condemnetur, appellare poteſt ib.

Ruſticus ſi teſtimonium depoſuerit, & fuerit ſibi contrarius, de falſo puniri non poteſt ib.

Ruſticus ſi contractum fecerit uſurarium, fraus in ipſo ceſſat ib.

Ruſticus ſi fundum emerit cum pacto de retrouendendo, contractus uſurarius non cenſebitur ib.

Ruſtico etſi iuris ignorantia præſumatur, non habet tamen locum in ruſtico ſquadrato 892

Cautela ad differendum formationes proceſſus in cauſa criminali xviii. 892

Prodeſſe quotieſcūq; aliquid de natura ſua habet, ſi illud tale affectatum uel procuratum fuerit, tunc non prodeſt 893

Capituli per negligentiam actus ad epiſcopum uoluitur ib.

Citatio ubi quis procuret, ne ad eum perueniat, amplius citandus non eſt ib.

Cautela pro matre, ut conſequatur legitimam in bonis filij, licet ſit excluſa per pupillarem expreſſam xix. 894

Pupillarē per expreſſam mater ab omnibus bonis filij ſui pupilli, etiā quo ad legitimā excluditur 894

Lex poſitiua quotieſcunque abſque iuſta cauſa naturali æquitati contradicit, talis lex & conſtitutio in foro conſcientiæ non ligat ib.

Forum canonicum contentioſum, à conſcientiæ foro non differt 895

Contrahentibus de iure canonico, citra dimidiam iuſti precij, inter ſe decipere licitum eſt ib.

Cautela ad priuandum iure ſuo emphyteotam ceſſantem tantummodo per unum annum à ſolutione canonis xx. 895

Emphyteota propter canonem non ſolutum, quomodo iure ſuo priuari poſſit 895

Papa faciens conſtitutionē cum clauſula non obſtante, non intelligitur derogare, ſeu tollere actū, ſeu conſtitutionem iuratam 896

Papa ſi caſſet conſuetudines, & omnia ſtatuta, nunquam intelligitur caſſare conſuetudines & ſtatuta iurata 896

Iuramētum cum ad eccleſiam & Romanum pontificem ſpectet, principes ſeculares ipſum remittere non poſſunt, neque ſuper eo diſpenſare ibid.

Papa diſpenſare non poteſt, quòd periurus feudum non perdat 897

Cautela ad delegādum cauſam, quæ alias rigore ſtatutorum non poteſt delegari xxi. 898

Cauſæ quæ ex legū prouiſione delegabiles non ſunt, ex cauſa neceſſariæ abſentiæ delegari poſſunt 898

Actum quotieſcunq; quis libere facere nō poteſt, niſi in certo caſu ſpeciali, de tali caſu ſimplici aſſertioni ſuæ non ſtatur ibid.

Cautela ad extrahendum quem inuitum de domo, pro debito ciuili priuato xxii. 899

Debito ciuili priuato, quis de domo inuitus extrahi non poteſt 899

Criminaliter condemnatus, ad hoc ut condemnationi ſatisfaciat, inuitus de domo extrahi non poteſt 900

Statutum ſi diſpoſuerit, quòd condēnatus propter delictū impune offendi poſſit, an ex contumacia cōdēnatus, cū cōtumacia delictū ſit, impune offendi poterit 900

Iuramentum in forma ſpecifica adimpleri debet 902

Cautela ad liberandum aliquem à morte xxiii. 903

Votum, ſicuti aliæ res, regulariter dependet à uoluntate & conſcientia noſtra 904

Cautela ad euadendum Iudæum à morte xxiiii. 904

Iudæorum cauſæ an ſecundum ius commune, an uero ſecundum ſuū ius Moſaicum decidi debeat 904

Filiæ fœminæ ſecundum ius commune cum maſculis ſuccedunt, ſecus tamen de iure Moſaico, quo ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedunt 905

Iudæus ſi teſtamentum faciat, & relinquat uxorem ſuam dominam, maſſariam, & uſufructuariā, cum non ſit à lege Moſaica deciſum, quid talia uerba importent, interpretationi Iudæorū ſtabitur 905

Iudæi an teneantur teſtari ſecūdum ſolennitatem iuris ciuilis, non autem ſecundum eorum ritum 906

Legitimam pater inuita filia dare nō tenetur, ſecus tamen in Iudæo effecto Chriſtiano 906

Cautela pro blaſphemantibus deum & ſanctos, ut euitent pœnam legis punientis blaſphemias xxv. 907

Blaſphemãtium deum pœna eſt, abſciſio capitis 907
Cautela ad euadendum teſtem falſarium à pœna falſi xxvi. 908
Delicta impunita remanere non debent 908
Probationes in criminibus, luce meridiana clariores eſſe debent 909
Cautela ad euadendum à tortura, confeſſum extraiudicialiter ſe comiſiſſe tale delictũ xxvii. 910
Delictum ſi quis extraiudicialiter ſe commiſiſſe dicat, an talis confeſſio plene pręiudicet, uel iudicium ad torturam faciat 910
Cautela pro clerico declinanti iuriſdictione poteſtatis, ut euitet pœnam ſtatuti puniẽtis clericum declinantem xxviii. 910
Priuilegium fori, clericis conceſſum de iure diuino eſſe dicitur 910
Litigare nolle aliud eſt, & aliud litigare non poſſe 911
Iudex eccleſiaſticus iudici laico inhibens, an partem citare debeat 912
Cautela pro impetrante priuilegiũ exemptionis pro ſe, & deſcendentibus ſuis, ut tale priuilegiũ circa perſonas ſit amplum xxix. 912
Princeps an ſi alicui immunitatẽ & exemptionem pro ſe, & deſcendẽtibus ſuis, tam maſculis quàm fœminis conceſſerit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur 913
Iura ſaaguinis, nullo ciuili iure dirimi poſſunt 913
Mulier innupta de agnatione, & ſui patris familia dicitur ib.
Statutum ſi diſpoſuerit, quòd forenſis non poſsit acquirere bona immobilia in ciuitate, nec diſtrictu, an tali ſtatuto non obſtante, filia extra territorium maritata, bona immobilia acquirere poterit ib.
Cautela ad illaqueandum donantem cauſa mortis, ut non poſsit ipſam donationem reuocare xxx. 914
Donatio cauſa mortis, quandocũq; per donantem ex pœnitentia reuocari poteſt 914
Iuramentum quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſeruandum eſt 916
Reuocabilia quæ ex pœnitẽtia ſunt, ſi iuramentum interueniat, irreuocabilia fiunt ibid.
Contractibus innominatis reſpectiuis, regulariter pœnitentia admittitur ibid.
Cautela ad liberandum iudicem, ut non fecerit litem ſuam, quando iudicauit contra communem opinionem doctorum xxxi. 917
Iudex in iudicando, ſecundum communem opinionem iudicare debet 917
Opinio communis dicitur, quã plures grauioresq; amplectũtur 917
Iudex iudicans ſecundum opinionem magiſtri ſui, licet mala ſit, nõ facit litem ſuam, niſi magiſter ſit una uacheta 918.
Cautela pro notariis, ad implendam ſibi burſam xxxii. 918
Teſtator, ſi relinquat alicui uſumfructum alicuius fundi, & poſtea in bonis ſuis alium hærede ſuum pleno iure faciat, ipſe hæres concurrit ad ipſum uſumfructum legatũ, unà cum legatario, & ſic dimidiã habebit 919
Verbum, pleno iure, in diſpoſitione poſitum, importat non ſolum dominium, uerum etiam uſumfructum ibid.
Dictio, alius alia aliud, de natura ſua includit diuerſa à ſpecificatis 920
Mortis omne genus potius pati debemus, quàm mortaliter peccare 920
Cautela ad faciendum, quòd donatio ualeat, licet non fuerit inſinuata xxxiii. 920





Donatio excedẽs ſummam quingentorum aureorum, ſi non inſinuatur, ipſo iure nulla eſt 920
Verba enũciatiua bene meritorũ in donatiõe poſita qd operetur 922
Cautela ad emendandum libellum, etiã lite cõteſtata xxxiiii. 922
Libellus poſt litem conteſtatã, emendari non poteſt 922
Cautela ad grauandum filium, quòd non poſsit aliquid alienare, etiam pro ſua legitima xxxv. 923
Dilatio etiam fauorabilis de legitima reiicitur, & in dubio dilatio appoſita in prohibitione alienationis, legitime in filij fauore appoſita cenſetur, non autem ad grauamen 924
Amicus melior quem habet filius, eſt ipſe pater 924
Cautela, quòd quis non teneatur de damno dato per incendium in domo ortum, & neſcitur quomodo xxxvi. 924
Incendium ſi in domo oriri contingat, & ignoretur unde ortum habuerit, an de damno dato per ipſum incendiũ, dominus domus teneatur 925
Actione legis Aquil. uenit culpa leuiſsima, quando talis culpa committitur faciendo, non autẽ omittendo, ſeu negligendo 925
Incendium ſi in hoſpitio cõtingat, & ignoretur an à familia hoſpitis, uel à uiatoribus ortũ habuerit, hoſpes propter incertitudinẽ non tenetur 925
Cautela ad inſtruendum filium, quibus uerbis debeat uti, quando uult renunciare hæreditati paternę, & acceptare emphyteoſim, uel feudum acquiſitum pro ſe, & filiis ſuis xxxvii. 926
Feudorum, & rerum emphyteoticarum acquiſitiones, à communiter accidentibus, altero de quatuor modis accipiuntur 926
Dictio, hæredibus, quomodo exponatur 926
Quietationem generalem ſi frater fratri fecerit de omni eo & toto quod in hæreditate paterna petere poſſet, an propter hoc prohibebitur petere partem ſuã feudorũ, & rerum emphyteoticarum 927
Cautela ad faciendum, quòd currat præſcriptio cũ mala fide xxxviii. 927
Præſcriptio aliqua ſiue xxx. ſeu xl. annorum, de iure canonico non currit 928
Statutum an ualeat, quòd qui nõ petierit creditum ſuum intra tale tẽpus puta intra decennium, amplius petere non poſsit ibid.
Fides mala defuncti taliter hæredi nocet, quòd nũquam etiã ex perſona ſua præſcribere poſsit ib.
Fides mala eſſe non poteſt, ubicunque utriuſque partis conſenſus fuerit 928
Pœnæ de iure canonico peti poſſunt ibidem.
Cautela ut dicens alicui uerba iniurioſa, euitet actionem iniuriarum xxxix. 930
Actione iniuriarum agi poteſt contra illum, qui alicui iniuriatus eſt: quia iniuria tripliciter fit, ſcilicet uerbo, re, & libello 930
Cautela ad faciendum, quòd aliquis ſit idoneus teſtis in cauſa ex qua reſultet ſibi cõmodum xl. 930
Teſtis deponens in cauſa, ex qua ſibi commodum reſultaret, non tenet 931
Cautela pro patre ad relinquendum filio ſpurio xli. 931
Statutis diſponi nõ poteſt, quòd pater filio ſuo ſpurio aliquid relinquere poſsit 931
Cõtractus celebratus inter patrẽ & filiũ titulo oneroſo, an ualeat 932

Cõfeſsio emanata inter pſonas prohibitas actu facere, ſuſpecta eſt ib.
Confiteatur ſi pater in teſtamento ſe habuiſſe & recepiſſe cẽtum à filio ſuo ſpurio, quo caſu talis confeſſio ualeat ib.
Confeſsio mariti, quòd emerit fundum de uxoris pecunia, quo caſu ualeat ib.
Confeſsio facta per patrem, quòd habuerit pecuniam à filiis ſuis, quo caſu ualeat ib.
Cautela ad interrogandum teſtem, de ratione ſui dicti, & quòd ad talem interrogationem ipſe teſtis non aduertat XLII. 933
Teſtis dictum nihil ualet, niſi ſui dicti rationem concludentem aſsignauerit 933
Statuto, uel à principe ſi alicui poteſtas data fuerit, quòd de iure & de facto, & abſq; ſolennitate aliqua procedere poſſet, an teſtibus non reddẽtibus rationem dicti ſui, uel etiam malã, credere teneatur 934
Teſtis uerboſus eſſe non debet ib.
Cautela pro illo qui promiſit factũ alienum ſub pœna, ſi illud non poteſt adimplere, ut euitet pœnam XLIII. 934
Promiſsio facti alieni, licet teneat, quando pœna interuenit, ex quo factum promittitur, quod in promittentis poteſtate non conſiſtit, promittens faciendo id quod poteſt, pœnam promiſſam euitare poteſt 935
Pœna difficultas excuſat ib.
Factum alienum ſub pœna quando quis promiſerit, pœna nõ committitur, ſi promiſſor quantum in eo fuerit fecerit ib.
Cautela ut prælatus non perdat ſua beneficia propter homicidium cõmiſſum XLIIII. 836
Beneficia ſua perdit prælatus, qui homicidium committit 936
Beneficiorum priuatio, an ipſo iure fiat, uel ſententia requiratur ib.
Papa cum homicida uoluntario, an diſpenſare poſsit, cum de iure diuino prohibitum ſit 937
Regularitas omnis de iure diuino, nõ autem poſitiuo introducta eſt ib.
Membri mutilatio ad irregularitatẽ contrahendam cum homicidio à pari procedunt ib.
Cautela ut teneat impetratio eccleſiæ patronatæ, licet de iure patronatus laicorum non ſit facta mentio XLV. 937
Iuribus patronatus laicorum, Romanus pontifex literis ſuis nullo pacto præiudicare intendit 938
Impetratio eſt ipſo iure nulla, ſi quiſpiam à Papa impetraret aliquã eccleſiam, de iure patronatus laicorũ expreſſe mẽtione non facta ib.
Beneficium ſi epiſcopus conferat intra tẽpus patroni, & patronus intra tempus iuris aliquem non præſentet, & alius poſtea illud beneficium à Papa impetret cum clauſula, ſi non fuerit alteri ius quæſitũ: quis potior erit 940
Beneficij collatio per ordinarium intra menſem datum, ſi facta fuerit, talis collatio ualet: ſi ipſe expectans non acceptauerit ib.
Data primus ſi nunquam acceptauerit, prouiſio ſecundo facta intra menſem ualet ib.
Patronus clericus licet in præſentando accumulare nõ poſsit, tamẽ ſecunda præſentatio ab eo facta de facto reconualeſcit etiam eo inuito, ſi primus ab eo præſentatus ceſſerit ib.
Cautela pro iudice ad obuiandum calumniis, petentium dilationes animo differendi iudiciũ XLVI. 940
Dilatio ad producendum ſuos teſtes abſentes, per iudicem concedi debet 940





Teſtes quotieſcunq; aliquis in iudicio producit, tenetur ei expenſas facere, & omnia neceſſaria ſubminiſtrare 941
Cautela pro iudice ad euitãdum pœnam ſtatuti, quando intra tempus limitatum non poteſt determinare cauſam XLVII. 941
Sententia iſta an ualeat, condemno, uel abſoluo, prout quiſq; ex actis eſt condemnandus, uel abſoluendus 942
Cautela ut primus emptor præferatur ſecundo, quando ſecundo res prius fuit tradita XLVIII. 942
Vẽdat ſi quiſpiam rem uni, & poſtea ipſam uẽdit alteri, & prius ſibi tradat, ſecundus emptor ipſius traditionis uigore, emptori primo præfertur 942
Vendat ſi quiſpiam rem alicui, & ei cum iuramento promitteret alteri non uendere, tamen ſi poſtea eam uenderet, & traderet ſecundus emptor non obſtante iuramento, primo præferetur 943
Conſtitutum precarij à conſtituto ſimplici, in quo differat 943
Hypotheca tantam uim habet, quòd dominij trãſlationẽ impedit 944
Cautela pro poteſtatibus terrarum, ut non teneantur pro delicto ſuæ familiæ XLIX. 944
Poteſtates terrarum in delictis, an pro familia teneantur 944
Epiſcopus tenetur pro delicto ſui uicarij, uel alterius officialis delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi ſtatim quod ſciuerit, eius delictum purgauerit ib.
Cautela contra ſtatutum diſponens, quòd inſtrumentũ poſt tantũ tempus non exequatur L. 945
Iudicis aliæ partes non ſunt, niſi nocentem condemnare 945
Cautela ad liberandum tutorem, ſeu adminiſtratorem à dolo futuro LI. 946
Tutorẽ ſi aliquis filiis relinquat, ſeu bonis ſuis adminiſtratorem, & ei leget liberationem à reddenda adminiſtrationis ratione, per tale liberationis legatum, ſcrupuloſa inquiſitio remiſſa intelligitur 946
Dolus futurus nullo modo remitti poteſt ib.
Dolus de præterito, bene remitti poteſt ib.
Cautela ad inſtruendum uolentẽ probare communem uſum loquendi, ne faciat actum nullum LII. 947
Loquendi cõmunis uſus in omni materia, ſiue fauorabili, ſiue odioſa, ſiue pœnali, præfertur 947
Nepotis appellatione, an filius filij, ſecũdum communem uſum loquẽdi, intelligatur 948
Beſtiarum appellatione quid ueniat ibidem.
Materia in ſtatutaria, quomodo probatio fienda eſt ib.
Sermo omnis, qui uulgi auribus non conſonat, penitus extraneus dicitur ib.
Cautela pro iudicibus ſecularibus, contra proponentes exceptiones remittendas ad iudicem eccleſiaſticum LIII. 949
Iudicium ſi coram ſeculari iudice pẽdeat, & alicuius quæſtionis ſpiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad eccleſiaſticum ſpectat 949
Iudex ſecularis ſententiam iudicis eccleſiaſtici exequi non tenetur, quãdo uidet eam nullam, ſeu iniquam 950
Litis pendentiam moroſus allegare non poteſt 950
Cautela ad licite acquirẽdum unam rem abſq; aliqua ſolutione precij LIIII. 950
Fructus cuiuſdam tacitæ compenſationis iure quo caſu in ſortem cõ-

putentur 950
Cautela ad obuiandum, quòd debi-
tores non ualeant impetrare ſaluũ
conductum dilatorium ſolutio-
nis L V. 951
Mora modici temporis, magnum dã
num afferre non ſolet 951
Saluuſcõductus alicui cõceſſus, quòd
non poſsit moleſtari nec in rebus,
nec in perſona, ad debitum iuratũ
non extenditur ib.
Actui inrato non ſolum princeps, ue
rum etiam ſummus pontifex, nun-
quam per aliquem actum ſuum de
rogare intelligitur ib.
Papa faciens conſtitutionem cũ clau
ſula, non obſtante, non intendit
uelle derogare ſeu tollere conſti-
tutionem, ſeu actum iuratum ib.
Papa ſeu imperator caſſans conſuetu
dines uel ſtatuta, nunquam cõſue
tudines uel ſtatuta iurata uelle caſ
ſare intelligitur ib.
Principes ſeculares ſuper iuramento
diſponere non poſſunt ib.
Papa niſi ex magna cauſa, ſuper iu-
ramento diſpenſare nequit ib.
Statutum cogens agnatos litigantes
ad compromittendum, non habet
locum, nec procedit, ubi actor pro
miſsionis iuratæ uigore ipſum
reum conueniret ib.
Cautela ut primæ literæ præualeant
ſecundis primo præſentatis, cum
citatione ſubſecuta L V I. 953
Reſcriptum ſecundum impetrans ad
lites, non faciens mentionem de
primo, an & quo caſu obtineat, i-
ta ut eius impetratio ualeat 953
Citetur ſi quiſpiam coram iudice a-
lias ſuo, qui ope exceptionis decli
nari poterat, an ſi contumax fue-
rit, declinatorias etiam ante litem
cõteſtatam opponere poterit 954
Notorium ab declinandi onere non
releuat 954
Cautela ut à mutuo poſsit haberi cõ
feſsio criminis L V I I. 954
Probatio per ſe ſola quando non eſt
uehemens, non ſufficit ad proba-
tionem, nec ad torturam 955
Indignum nimis eſt, ut quod quiſq;
ſua uoce dilucide proteſtatus fue-
rit, id amplius retractare poſsit
955
Mutus qui loqui non poteſt, ſcriptu-
ra propria ſe obligare ualet 955
Cautela pro illo qui ædificauit ſpre-
ta nunciatione, ut contra ipſum
non competat interdictum demo
litorium L V I I I. 955
Opus nouum ſi nuncietur, & nuncia
tus tali nunciatione non obſtãte,
in opere procedat, omne id quod
ædificauit, ſuis ſumptibus demoli
ri debet 956
Lite conteſtata iudex qui ſuper meri
tis cauſæ cognoſcere cœperit, ſu-
per toto, non autem ſuper attenta
to pronunciare debet 957
Appellatione pendente ſi litem con-
teſtatus fuerim, & à principio non
petierim innouata retractari, atta-
men quandocunque uelim, petere
poſſum, & reuocari debent 957
Retractatio attentatorũ iudicis offi
cio mercenario expeditur, in quo
nec libellus, nec litis conteſtatio
requiritur 657
Appellationem inter iudicialem, &
extraiudicialem, quæ differentia
ſit 957
Operis noui nunciatio appellationi-
bus extraiudicialibus æquiparari
debet 957
Cautela pro fratre, ad impediendum
fratrẽ, ut nõ poſsit aliquid aliena-
re de re communi L I X. 958
Rem communem cum aliquo ſi quiſ
piam habuerit, portionem ſuã pro
indiuiſo, ignorante, & inuito ſo-
cio alienare poteſt 958
Iudiciis uniuerſalibus, ut eſt iudiciũ
famil. ercíſc. per ſolam citationem
res

res litigioſæ efficiuntur 958
Cautela ad inſtruendumfacientem in
terponere decretum, in alienatio-
ne rei minoris L X. 958
Alienatione rei immobilis minoris, ſi
decretum iudicis nõ interuenerit,
& cauſæ cognitio prę ceſſerit, tale
decretum eſt nullum 959
Decretum iudicis interpoſitum in cõ
tractu minoris, non ualet, tãquam
interpoſitum ſine cauſæ cognitio
ne, quando iudex ad interponen-
dum uocatus, ſtatim interpoſuerit
960
Notarius ſi in inſtrumento alienatio
nis rei eccleſiaſticæ aſſerat neceſsi
tatem uel utilitatẽ ſubeſſe, de ipſa
neceſsitate uel utilitate, ipſius no
tarij uerbis non ſtatur, niſi neceſsi
tas uel utilitas probetur 960
Clauſula, nemine diſcrepante, & ex
certa ſcientia, quid importet 961
Actum quotieſcunq; quis libere face
re non poteſt, niſi certa qualitate
interueniente, ſuæ ſimplici aſſer-
tioni nõ ſtatur, quòd illa qualitas
interuenerit 961
Lex multum de ſuo miniſtro confi-
dit ib.
Iudicis uerbis quo caſu ſtetur, cũ ali
quam cauſam delegauerit ib.
Cauſæ cognitionem temporis breui
tate interueniſſe non præſumitur,
ſi eodẽ actu datus fuiſſet curator,
facta uenditio, & decretum inter-
poſitum ib.
Sententia eſt nulla, quando iudex tã
breui tempore ipſam tulit, quòd
acta conſiderare non potuit 962
Tutor ſi una die petatur, & illa eadẽ
die à iudice datus fuerit, quo caſu
talis datio nullius momenti eſſe di
catur 962
Præſumptio una, aliam tollit 962
Actu in aliquo ſi iudicis decretum
interpoſitum reperiatur, omnes ſo
lennitates interueniſſe præſumun
tur 962
Iudici ſi ſuggeſtum fuerit, ut decretũ
ſuũ interponere uellet, ex eo, quia
iuſta uenditionis cauſa ſuberat, ſi
ſtatim nulla alia inquiſitione facta
ipſum interpoſuerit, tale decretũ
ualet & tenet 963

FINIS.

# TRACTATVS DE SERVITVTIBVS VRBANORVM PRAEDIORVM

## BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE I. V. DOCTOR.

QVI alicuius artis uel doctrinæ ſcientiã profitẽtur, duo in primis memoria debent quærere. Primũm rectè docere, quo uix quicquam adeo utile ſibi & auditoribus inueniri aut eſſe poteſt. Alterum eſt ſcribere, & quod uigilando longo tẽpore didicerint, id elaboratum & perfectum in ſcriptis edere. Sed hoc ultimũ utilium ſemper eſſe exiſtimaui: præſertim quia pluribus atq; ſæpius communicari poteſt. Quod enim uoce traditur, ſoli auditores, & una tãtum ætate, & eo ſolum tempore, quo traditur, intelligere poſsunt: ac id etiam ſæpenumero ex eorum memoria delet obliuio. ſcripta uerò, quæ magis digeſta eſſe ſolent, donec reperiuntur, omnes omniq; tempore & habere & legere poſſunt. Propterea ego Bartholemæus Cępolla de Verona, qui iuris ciuilis & pontificii ſcientiam profiteor, licet immeritus, non ſolũm legere atq; docere in utroq; iure ſemper mihi cura fuit, ſed etiã aliquid ſcribere, & quod diu legendo conſecutus ſum, id auditoribus meis pro communi utilitate literis tradere, laborandũ eſſe putaui. Nec unquã libellum, de quo iam ab alio ſcriptum reperiatur, ſcribere uolui: licet nonnulli quibuſdam additis & detractis id facere cõſueuerunt: ſed ea tãtũm de re pro fructu maiori, de qua nemo unquam tractatum aut libellum, quem ſciuerim, ſcripſerit. Cũm igitur nullus iuriſcõſultorum noſtrorum hactenus librum de ſeruitutibus cõpoſuerit: & ſubtilis admodum atque utilis ſit, ac etiam in in foro quotidie uerſetur, opuſculum quoddam de ipſis tam urbanis quàm ruſticis in hoc putaui gymnaſio, in quo publice lego iura ciuilia, pro omnium utilitate ſcribere, & auditoribus meis, qui hoc à me ſæpiſſime quæſierũt, in ſcriptis edere, in animo conſtitui. Quod opus duobus libris, uno de urbanis, altero de ruſticis ſeruitutibus diuiditur, atq; conficitur. In eo tractantur quęſtiones, in primis quotidianæ, & admodum utiles: & quod uariis in locis ſparſim & perfectè de hac materia ſcribitur, hoc breui opuſculo perfectè ſimul ordinateque ſcriptum reperietur: adeo ut omnes facilimè quæſtiones inuenire, & inuẽtas intelligere, ac decidere poterunt. In

primo libro de quibuſdã prius ne-
ceſſario tractabimus, quæ ſeruitu-
tibus tam ruſticis quàm urbanis ſi-
mul cõueniũt: deinde ea ſolum diſ-
putabimus, quæ de urbanis ſeruitu-
tibus dicũtur. In ſecundo uero li-
bro de his tractabitur, quæ ruſticas
tantum ſeruitutes comprehendunt.

## De ſeruitute perſonali. CAP. I.

1 *Seruitus perſonalis quæ dicatur.*
2 *Seruitus quo iure introducta fuerit.*
3 *Seruitus propter peccatũ ortũ habuit.*
4 *Bello capti inter Chriſtianos ſerui nõ efficiuntur.*

NECESSARIVM eſt, ſicuti
polliciti ſumus, ut prius quedã
uideamus quæ ſeruitutibus comu-
nia ſunt, quo facilius intelligi poſ-
ſint in hoc libro de ſeruitutibus quæ
ſcribuntur. Seruitutũ tria ſunt ge
nera: quædam enim ſunt ſeruitutes
perſonales: quædam reales: & quæ-
1 dã mixtæ. *Seruitus perſonalis[a] 2
dicitur illa, quæ debetur à perſona
perſonæ: de qua habetur in titu. de
ſtatu homi. & inſti. de iure perſona-
rum. & ubicunq; fit mentio de ſer-
uis. & dicitur mere perſonalis, ut no
tat gl. in rubrica ff. de ſeru. tit. gene
rali. Et iſta ſic diffinitur, Seruitus eſt
conſtitutio iuriſgentium, qua quis
dominio alieno contra natura ſub-
iicitur: ut dicit Florentinus iuriſcon
ſultus in l. iiij. §. j. de ſta. ho. & Impe
rator inſtit. de iure perſonali. §. j. &
de hac diffinitione uidetur, quod
ſeruitus mere perſonalis ſit inuenta
de iure gentium. Idem probatur in
l. manumiſsiones. ff. de iuſti. & iure.
& inſti. de uſu & habita. §. fi. & not.
Bar. in l. ex hoc iure gentium. in fin.
& ibi per doct. de iuſti. & iure. & eſt
tex. j. diſtin. ius gentium. & not. xij.
q. ij. longinquitate. Sed in contra-
rium uidetur, quod imo ſit inducta
de iure naturali per ebrietatẽ[b]: quia
non eſſet hodie ſeruitus, ſi ebrietas
non fuiſſet: ut ſcribit beatus Ambro
ſius in ſermone de ieiunio: & habe-
tur xxxv. diſtin. ſexto die. & not. glo.
in d. c. ius gẽtium. & gl. in c. ita quo-
rũdam. uer. ſeruus. & ibi per canoni
ſtas, extra, de Iudæis. Nam Noe pri-
mo uineam plantauit: bibensq; pri-
mo uinũ, inebriatus eſt: & cũ Cham
uidiſſet pudibunda patris ſui Noe
denudata, non cooperuit: imò uo-
catis fratribus ea deridendo patrem
ipſis oſtendit: qui ſtatim patris pu-
dibunda cooperuerũt. Et cum Noe
hoc poſtea intellexiſſet, nõ Chã, ſed
Chanaam eius filio maledixit, dicẽs,
Maledictus Chanaã puer, ſeruus erit
fratribus ſuis. & hoc habetur Geneſ.
ix. Et eſt text. cum gl. j. q. iiij. §. is ita.
uer. item Cham. & xxiij. q. iij. §. ſed
qui. uer. item Noe. & ibi gl. & ij. q. j.
qualis. & ibi Archid. in c. ſententia.
& v. q. v. de crimine. in fi. & in d. cap.
2 ſexto die. xxv. di. *Et propterea di
citur ſeruitus inducta à iure natura-
li: quia incepit à Noe propter ebrie
tatem. & hoc uoluit glo. in d. l. ma
numiſsiones. ff. de iuſti. & iure. quæ
dicit, quòd ſeruitus oritur ab ebrie
tate: & nihil allegat: ſed eam intelli-
ge ut ſupra dixi. Dixit etiam Philo-
ſophus 1. Politicorum, quod aliquis
poteſt eſſe ſeruus naturaliter: quod
declara ut ibi habetur. & per domi-
num Anto. de Roſa. j. diſtin. iuſgen-
tium. Quidam uoluerunt, quòd ſer-
uitus ſit inducta ex præſcriptione ſe
ptennii: ut no. gl. in d. c. iuſge. quod
intellige, ut habetur per glo. vj. diſt.
§. j. Alii uero dicunt, quòd ſeruitus
eſt de iure ciuili: ut inſtit. de his qui
ſunt ſui uel alie. iur. §. fi. & hoc not.
glo. inſti. de iure perſonali. §. j. Item
quod eſt de iure canonico: ut in ca.
cum multa. xv. q. ult. in cap. ita quo-
rũdam. de Iudæis. & ibi hoc not. per
gl. & Doc. Sed illa iura quæ uiden-
tur

a Seruitus. Adde Corne. conſilio cliij. in ij. uol.

b Ebrietat. Adde Ioannem Chryſoſt. homeli. liiij. incipien. Mala res eſt, &c.



tur cõtraria, poſſunt intelligi ſecun
dum gl. j. diſt. iuſgen. hoc modo, ui-
delicet, quòd ſeruitus dicatur inuen
ta de iure naturali tẽpore Noe, per
iura ſuprà allegata ad hoc: ſed de iu-
re gentium & ciuili fuit cõfirmata:
& poſtea de iure canon. & ſic ſerui-
tus inuentione ſeu origine eſt de iu
re naturali: confirmatione poteſt di
ci de iure gẽtium, ciuili, & canoni-
co. Secundo modo poſſunt con-
cordari: uidelicet quòd ſeruitus ſit
inuentione de iure gentiũ & de iu-
re naturali ſecundario, quod etiam
ius gentium appellatur: ut in §. ſin-
gulorum. inſt. de rerum diui. & in l.
j. ff. de acqui. re. do. ſed cõfirmatio-
ne eſt de iure ciuili & canonico. &
ita no. glo. inſt. de iure perſonali. §.
j. Ad idem allego, quòd de matrimo
nio[a] dicitur. inſti. de iure natural. in
prin. in glo. in uer. appellans. Ter-
tio modo alii cõcordant: quia dum
dicitur, ſeruitus eſt de iure naturali
tempore Noe inducta, nõ intelligi-
tur de ſeruitute, qua quis liber eſſe
deſinat: quia de iure naturali omnes
homines liberi naſcebantur: nec tũc
ſeruitus erat cognita: ut dicit text. in
d. l. manumiſsiones. Sed intelligi-
tur de ſeruitute, qua quis ſubiicitur
regimini alterius, ſicut inſipientes
prudentibus, uel ſubditi dominis:
iſti tamen ſubditi liberi ſunt. l. fin. C.
de ſer. fugi. & dicuntur ſerui, id eſt,
ſernientes: & illa fuit introducta de
iure gentium: quia utile eſt homini
imperito ut regatur à perito: & ſecu
dum hoc habita ratione ad utilitate,
poteſt dici, quòd fuerit introducta
iure naturali: ut dicit dominus Do-
minicus de ſancto Gemi. in d. c. iuſ-
gent. & de iſta ſeruitute intellexit
Philoſophus 1. Politicorũ: ſed poſt-
ea dicit, quòd ſeruitus eſt inueta de
iure gentium, intelligitur de ſerui-
tute qua quis liber eſſe deſinit: quæ
quidẽ ſeruitus eſt approbata de iure
ciuili & canonico, ut dixi. *Quar- 3
to modo alii concordant, quod ſex
modis eſt inducta ſeruitus. Primo
eſt una ſeruitus, quæ ortum habuit
propter peccatum: & hæc dicitur in-
uenta de iure diuino: quia peccans
ſeruus eſt peccati, tã in pœna, quàm
in culpa: ut eſt tex. ij. q. vij. §. quia er
go. & ab iſta ſeruitute liberati ſumus
per incarnationẽ domini noſtri Ie-
ſu Chriſti: quoniã eramus ſerui pro-
pter peccatum primi parẽtis ad Ga-
lat. IIII. & habetur xij. q. ij. cum re-
demptor. Secundo ſeruitus etiã ha-
buit ortum propter ebrietatem: ut
xxxv. diſt. ſexto die. Tertio eſt intro
ducta propter bella, quando hoſtes
capiũtur in bello iuſto: ut d. l. manu-
miſsione. & d. c. iuſgẽtium. *Sed 4
inter Chriſtianos de conſuetudine
non ſeruatur, ut capti in bello effi-
ciantur ſerui capientium: ut no. Bar.
in l. hoſtes. in fi. de capti. & uerũ di-
cit. Quarto eſt de iure ciuili: ut inſt.
de iure perſona. §. pen. Et licet qui-
dam addant alium modũ, uidelicet
ex uolũtate hominis, quæ inducitur
quãdo quis patitur ſe uenundari ad
pretium participandum. l. ut ſeruo-
rum. de ſta. ho. iſta tamen dicitur eſ-
ſe de iure ciuili: ut eſt tex. inſti. de iu
re perſ. §. ſerui. & eſt in effectu una
& eadẽ cum prçcedenti. Quinto de
iure canonico, quæ habuit ortum à
delicto eccleſiaſtico, ex quo aliquan
do quis fit ſeruus de iure canonico:
ut eſt tex. xv. q. ult. c. cum multę. & c.
ita quorundam. extra, de Iudæis. &
ſecundum Ioan. de Fan. in d. ca. cum
multæ. derogatum eſt illi c. contra-
ria conſuetudine. Sexto & ultimo
propter mortẽ Chriſti: ut in c. ſi Iu-
dæos. in fin. de Iudæ. magis ſeruitus
eſt confirmata, & nos liberi facti ſu-
mus: ut ibi. Et ſic ex prædictis patet,
quòd diuerſis reſpectibus poteſt di-



a Matrim. Adde Alex. de Imol. conſil. xcvij. in j. uol. in penult. col. in fi. & an ſi inter ſeruos poſſit eſſe matrimoniũ, & quomodo.

ci, quod ſeruitus ſit introducta iure
diuino, naturali, gentium, ciuili, &
canonico. Hæc tantum de ſeruitute
mere perſonali diximus: quoniã re-
quirebatur ad declarationem diui-
ſionis ſeruitutum: nunc uideamus
de ſeruitute reali, quæ in hoc libro 1
plenius tractabitur.

## De ſeruitute reali. CAP. II.

1 *Seruitus realis quæ dicatur.*
2 *Prædij nomen immobilia tantum complectitur.*
3 *Seruitutis realis diffinitio quænam ſit.*
4 *Seruitus quædã qualitas eſt, nõ autem ſubſtantia.*
5 *Seruitutes reales uel prædiales quãdo ſint, quomodo cognoſcantur.*
6 *Actio perſonalis fundum non ſequitur.*
7 *Cõceſsionis uerba quãdo ſonant in ius, quæ ſeruitus eliciatur.*
8 *Cõceſsio quæ in ius ſonat, quãdo eſt reſpectu incerti, ſed certificãdi per eũ cui ſit, qualis ſeruitus colligatur.*
9 *Colligere pomũ ex arbore mea, uel ex ciſterna mea aquã haurire, an ſeruitus perſonalis eſſe dicatur.*
10 *Iuriſdictio & multa alia incorporalia, quæ perſonæ & non rei debentur, ad hæredem tranſeunt.*
11 *Intelligere an aliqua ſeruitus ſit realis uel perſonalis, quæ utilitas ſequatur.*
12 *Actio cõfeſſoria datur cõtra quemlibet impedientẽ uel turbantem, ubi ſeruitus exiſtat.*
13 *Seruitus realis actiuè & paßiuè ad hæredes transfertur.*

a Real. dici. Adde Corneũ *conſil. cclxxxvij in iiij. uolumine. incip. Dominus. & conſi. cxlvj. in iiij.uolu.*

REALIS dicitur[a] illa, quæ de-
betur à re rei: ſicut eſt ſeruitus
urbana, & ruſtica: quia non debetur
perſonæ, ſed prædio: ut eſt text. ad
literam in l.unus ex ſociis.de ſer.ru
ſti.prædio. Et propterea libellus &
ſentẽtia debent ferri in prædio, non
in perſona: ut eſt tex. in l.qui aliena. 3
§.fin.ibi, ſententia prædio. datur.de
neg.geſt.& l.ij. §.j.ibi, cui ſeruitutẽ
dicitur haberi.ff.ſi ſer.uendi. & not.
gl.in l.fin.ff.de no.ope.nun. & not.
Bart.in l.ſi prius.in vj.oppo. ſecũdæ
partis princ.eo.tit.& in l.fi. §.ſinau-
tem.& ibi per Doct.C.de bonis quę
lib.de quo dicendum eſt, ut dicam
infrà, ubi de libello & ſeruitutũ ſen
tentia tractabimus. *Et eſt aduer-
tendum, quòd iſta ſeruitus, quã rea-
lem eſſe dicimus, non ſolùm realis
eſt, ut dicitur: ut eſt text.in l.j.ff.de
ſerui. ſed etiã prædialis appellatur:
ut probatur in rub.ff.de ſer.urb.præ
dio.& communia prædiorum. cum
ſim.ut dixit Azo in ſumma.C.de ſer
ui.in princip.quòd melius dicuntur
prædiales, quàm reales, quia rei ap-
pellatio eſt nimis larga, complectẽs
& mobilia & corporalia.inſti.de re-
bus corpo.& incorpo.& in l.j.ff. ſi
cer.petatur.& l.rei appellatione. de
uerborum ſigni. *Predii uerò no 2
men immobilia tantum complecti-
tur: ut l.quod eſt fundus. §. prędiũ.
ff.de uerborum ſigni. Tu dic, bene
iuriſconſultũ dixiſſe in l.j.ff.de ſer.
dũ appellat ſeruitutes reales, ad dif-
ferentiam perſonalium, ut ibi dici-
tur: tamen iſtæ reales etiam dicũtur
prædiales, ut no.gl.in l.ſi quis unas.
alias binas.in uer.perſonæ.ff.de u-
ſufru.quia ſine prædio eſſe nõ poſ-
ſunt: ut eſt text.in l.j.ff. communia
prædiorum.& inſti.de ſer. §. in ru-
ſticorum.uerſic.ideò autem. Hęc
ſeruitus realis ſeu prædialis diſtin-
guitur: quia una eſt urbana: ut pro-
batur eo.tit.ff.de ſer.urb. prædiorũ
& ruſticorum.in toto ti.ff. commu-
nia prædio.cũ ſimili. Diffinitur au-
tem illa ſeruitus realis ſeu prædialis
pluribus modis: licet Bar.in l.j.ff.de
ſer.dixerit, quòd eius diffinitionem
non repererit. Primò ſecundũ O- 3
dofre.ſic diffinitur: *Seruitus rea-
lis eſt quoddam onus à prædio de-
bitum, uel à re rei legitimè conſti-
tutum. Vel ſecundò eſt ius quoddã
introd



introductum, quo prædium prædio
ſeruit: ut colligitur in l.uia.in princ.
de ſerui. Tertiò, ſecundum Bal.ſer-
uitus eſt accidẽtalis habitudo, & ex-
trinſeca qualitas predii.l.quid aliud.
de uerborum ſignifi. Ita dicit Bald.
in aut.ei qui.C.de bo.aut.iudi.poſ.
in xiiij. col. & hanc ſentit Azo in
ſumma inſti. de ſer.ubi dicit, quòd
ſeruitus poteſt dici habitus prædii.
Sed certe ita potius eſt quędam de-
ſcriptio, quàm diffinitio. Quartò, ſe
cundum Azo.in loco primo allega-
to poteſt diffiniri ad ſimilitudinem
ſeruitutis perſonalis, qua homo fit
ſeruus hominis: ut ſicut illa dicitur
conſtitutio iuriſgentiũm, quã quis
dominio alieno contra naturã ſub-
iicitur, ut dictum eſt ſupra in princi.
ita & iſta dicitur cõſtitutio, qua do-
mus domui, uel rus ruri ſubiugatur.
Quintò aliter diffinitur ſecundum
Bar.& melius, in l.j.de ſerui.hoc mo
do: Seruitus eſt quoddam ius præ-
dio inhærens, & ipſius utilitatẽ re-
ſpiciens, & alterius prædii ius ſiue li
bertatem diminuens. Quod au-
tem iſta diffinitio iuri in omnibus
conueniat, ſic declaratur. nam dum
dicit eſſe ius, probatur in l.prima, &
l.hæc autem iura.ff.de ſeruit.urban.
prædio. & eſt caſus inſtit.de rebus
corpo.& incorpo. §.fina.& in l.j.in
fi.de reb.dub.ff.Et dicitur ius ad dif
ferentiam facti: quia tunc non eſſet,
ſi factum uerſaretur realis ſiue per-
ſonalis: ut l.apud Iul. §.ſi quis ali-
cui.de leg.j.de quo dicendum eſt ut
ſtatim declarabitur. Ideo dicitur pre
dio inhærens, & non perſonæ: ut l.
qui aliena. §.fina.de nego.geſt.& l.
unus ex ſociis.ff.de ſer.urban. præ-
dio. Et dicitur inhærens, quia ſigni-
ficat eſſe quandam qualitatem præ-
dii, non inhærẽtem ipſi prædio prin
cipaliter ſiue acceſſoriè: ut l.ſerui.in
princ.ibi, & ſi corporibus accidunt.
de ſerui.& l.quid aliud.de uerborũ
ſigni. *Seruitus etenim eſt quæ- 4
dam qualitas, non autem ſubſtantia:
ut d.l.quid aliud.& hoc uult Bart.in
l.j.in fi.ff.de uſufr. lega.de quo etiã
uide per Bal.in l.data opera. in viij.
col.C.qui accu. non poſ. Itẽ dicitur
prædio inhærens, ut per hoc ſignifi-
cetur ſeruitutem ineſſe prædio do-
minanti actiuè: ut l.arbor. §.fi. com.
diui.& prædio ſeruienti paſsiuè. &
priuatiuè: ut in l.iij.de ſeru. Nam ius
prædii ſeruientis non dicitur auge-
ri, ſed minui: ideo ſeruitus non eſt,
quãtum ad ipſum ineſſe, ſed deeſſe:
ſicut ſi cui deſtrueretur oculus, non
propriè diceretur ineſſe cęcitas, ſed
prius ei lucem deeſſe, & licet ſerui-
tutes non ſint in bonis noſtris, nec
extra bona: ut l.j.ff.de uſufr.lega. &
l.rem in bonis noſtris nec extra bo-
na.l.j.ff.de uſufr.lega.& l.rem in bo
nis.de acquiren. rerum domi.tamẽ
dicitur ineſſe prædio non principa-
liter, ſed acceſſoriè, ſicut qualitas
ineſſe ſubiecto: & hoc modo dici-
tur eſſe in bonis noſtris, id eſt, in
prædio dominante: ut habetur in d.
l.j.& in d.l.rem in bonis.de quo ui-
de omnino per Bart.in l.Meuio. §.
fundo.in fin.de leg.ij. Item dicitur
ipſius utilitatem reſpiciens: quia ni-
ſi utilitatem prædii dominantis con
tineret, non poſſet conſtitui ſerui-
tus: ut eſt text. in l. quoties.la pri-
ma.in princ.de ſerui. Item dicitur &
alterius prædii ius ſeu libertatẽ di-
minuens: ut probatur in l. ſtipulatio
iſta. §.ſi quid forte.ff.de uer.oblig.
Quandoque tamen libertas ſeruitu
tum appellatur propter ſimilitudi-
nem quam habet in quibuſdã cum
ſeruitute: ut no.glo. magna in l.j.de
ſerui.urba.prædiorũ. Et econtra in-
terdũ ſeruitus appellatur libertas, ſi-
cut eſt ſeruire Deo: ut no.ibi Pau.de
Caſt. Et dicitur in diffinitione, Al-

terius prædii, quia non poſſet eſſe
prædium ſeruiens ſine prædio do-
minante.l.j.communia prediorum.
Item uerbum, Alterius, intelligitur
ſcilicet domini: ut l.j. ff. quead.ſer.
amit.l.ij.§.j.ff.ſi ſer.uendi.& intelli
gitur etiã, Alterius, in totũ, uel quan
doque pro parte: ut habetur in l.pro
parte.ff.de ſerui.& per hoc apparet,
quòd diffinitio ſeruitutis realis ſeu
prædialis eſt uera & perfecta, quam
etiam tenet & ſequitur Flo.in d.l.j.
de ſerui.& communiter ibi ſequun
5 tur Doc. *Sed dubiũ eſt pulchrũ,
& ſubtile, quomodo cognoſcatur
quando ſint ſeruitutes reales, ſeu
prædiales. In hoc diligẽter animad-
uertendũ eſt: quia multi non intelli-
gunt. & eſt utile hoc ſcire propter
multa, ut in fi.huius primę quæſtio-
nis dicetur. Et omiſſa longa diſpu-
tatione, quæ fieri poſſet, diſtinguen
do quatuor caſus principales breui-
ter ſic dicas, Aut conceſsio ſiue pro
miſsio fit alicuius iuris de uno præ-
dio ad aliud, & exprimitur iure ſer-
uitutis: aut non exprimitur iure ſer-
uitutis, & uerba conceſsionis ſonãt
in factum uel non factum: aut ſo
nant in ius, aut in potentia. Primo ca
ſu principali, non eſt dubium, quòd 6
eſt ſeruitus realis & prædialis, per
prædicta. Secundo caſu principali,
quando conceſsio fit non expreſſo
iure ſeruitutis, & uerba ſonãt in ſim
plex factum, uel non factum: & tunc
ſubdiſtingue: aut eſt ſimplex factum
ex parte eius, cui fit cõceſsio: aut ex
parte concedentis. Si ex parte eius,
cui ſit conceſsio, ſonant in factum:
puta concedo tibi ire, agere per fun
dum meũ, uel areã. uel ſaxum uelle-
re. iſta enim uerba infinitiua ſonant
actum: & tunc non eſt cõceſsio, aut
ſeruitus realis, ſeu prædialis, etiam
ſi facta fuerit occaſione prædii: ſed
eſt perſonalis cõceſsio, & obligatio.

a Perſ. act. *Adde Cor. con ex. incip. ui-detur. in j. uol. & in iiij. uol. conſ. lxxvj. in ep. licet.*

l.apud Iuli. §.ſi quis alicui.& ibi hoc
no.de leg.j.& ita no. Bar.in l.pater.
ff.de leg.& Pau.de Caſt.in l.Lucius.
de ſer.ruſtic.prædio.qui dicit, quòd
hoc etiam probatur in l.ij.§. item ſi
in facto.de uerborum obliga.ubi di
cit, quòd eſt ſtipulatio facti, nõ do-
nationis: ſed ſi contineret ſeruitutẽ,
diceretur etiã donationis: quia ſer-
uitus datur, & in aliũ transfertur, ſi-
cut dominium. ad quod etiam uide
quod no. Bar.in l.j.§.ſi quis ita.c.ti.
Si uero uerba ſonãtia in ſimplex nõ
factum, differantur in nõ factum ex
parte concedentis. exemplum, Pro-
mitto tibi non tenere uel non face-
re feneſtra in pariete meo. & idem,
quia non eſt ſeruitus realis uel præ-
dialis: ſed eſt quædã obligatio perſo
nalis: & ideo ſi poſtea alieno fundũ
meum, emptor poterit tenere uel fa
cere feneſtram in eodem muro. &
Alb. Papienſis dicit ſe ita obtinuiſſe
in quæſtione facti: ut refert Specul.
de contrahen. emp. §.j.in uer. pone.
P. caput. qui ſubdit. quod cũ talis cõ-
ceſsio non ſit ſeruitus, ſed obligatio
perſonalis tantum, emptor non te-
netur, ſed tunc poteris agere contra
me. pro hoc allego l.fi.§.fi.cum ibi
no.ff.de contrahen. empt. Et ra-
tio eſt, quia actio perſonalis nõ ſe-
quitur fundum.l.j.§.heres.ad Tre-
bel. Aliud ergo eſt ſeruitus, aliud
obligatio perſonalis ſeruitutis, quæ
eſt rei annexa, ſic affixa eſt, quia ab
ea non ſeparatur, etiam ſi per plures
manus ambulauerit, ſicut lepra ſe-
quitur leproſum: ut no.glo.in l.fra-
ter à frater.de condi.inde.ſed perſo
nalis actio a ſiue obligatio perſonam
non excedit. C.de ſeru.& aqua.l.in
prouinciali.& in §.ſi hæres. Quod
autem dicta conceſsio non ſit ſer-
uitus, ſed perſonalis obligatio, appa
ret ex forma obligationis, in qua nõ
continetur cauſa, qua ego cauerim





ſeu promiſerim. & hoc tenet Bart.&
Docto.in l.fi.ff.de no.ope. nuncia.
& in l.iij.§.opus.ff.de alie. iud.mu.
cauſa fac.& Flor.in l.ut pomũ.ff.de
ſerui.& habetur per Doct.in l.ſi ſub
una.§.fi.de uerb.obl. Si autem cau-
ſa aliqua exprimetur, puta ne aliquis
uſus domus tuæ impediretur: tunc
dicit Spec.in d.uer.ſed pone. quod
huiuſmodi conceſsio ſeruitutis eſſe
præſumeretur.& ita tenet Bart.in d.
§.opus.etiam Flor.in d.l. ut pomũ.
quod eſt bene no. Et ideo ſis cautus
in concipiendo uerba inſtrumenti,
ut ſemper tu, cui fit ſimilis promiſ-
ſio facias addere cauſam cõcernen-
tem utilitatem fundi tui: uidelicet
promiſit non ædificare, uel non te-
nere feneſtram in domo ſua, ne
officiatur luminibus domus meæ:
quia tunc ſeruitus realis: & tranſibit
domus obligata ad quẽcumq; poſ-
ſeſſorem: & ſi per mille manus trãſ-
iret, quod non eſſet, ſi cauſa nõ ex-
primeretur per predicta. *Tertio 7
caſu principali, quando uerba con-
ceſsionis ſonant in ius: & tunc ſub-
diſtingue tres caſus. Aliquando re-
ſpectu incerti, aliquando non habi-
to reſpectu ad aliquem fundũ illius
cui fit cõceſsio. In primo caſu, quan
do fit cõceſsio reſpectu certi fundi.
Exemplum, Concedo tibi ius eundi
per fundum meũ ad talem tuum, uel
aquam ducendi ex fundo meo ad
tuum certum hortum: & tũc dicitur
ſeruitus realis & prædialis ab utraq
parte: ut l.pecoris.cum l.ſeq.& ſeq.
etiam l.cum fundo.de ſer.ruſti præ-
dio.& l.ſi fundum.de ſerui. leg.& c.
cum ueniſſent.extra, de inſti. niſi ex
qualitate perſonæ, cui cõceditur, &
qualitate rei conceſſæ aliud præſu-
matur: ut eſt caſus in l.pater.de ſeru.
leg.& ibi not.Bart.& Paul.de Caſtr.
in l.Lucius.ff. de ſer.ru.præ. Et dum
dixi eſſe ſeruitutẽ realem & prædia

lem, quando fit conceſsio reſpectu
certi fundi per uerba ſonantia ius,
procedit ſine dubio, quando fit actu
ut non finiatur cũ perſona: puta re-
linquitur uel promittitur alicui ius
aquæ ducendæ, qui habet uicinum
prædium, ut nõ finiat cum perſona.
& non habet dubium, quod eſt ſer-
uitus realis & prædialis, & tranſit cũ
prædio, per ea quæ ſuprà dixi. Sed ſi
relinquitur habenti prędium uicinũ
ut finiatur cum perſona, eſt dubium
an ſit ſeruitus realis uel perſonalis.
& Ioan.& Azo.dicunt, quòd eſt ſer-
uitus realis, que tamẽ per exceptio-
nem finitur cum perſona perempta:
ut no.glo.in l.mella.§.fi.ff.de ali.&
cib.leg.& in l.ut pomum.de ſerui.&
in l.ſi quis binas.de uſufr.& no.Bar.
in d.l.mella.§.fi.qui dicit, quod hęc
probatur in l.iij.ff.de ſeruitu. & illa
eſt ueritas per illum textũ. *In ſe- 8
cundo caſu, quando conceſsio quæ
ſonat in ius, fit reſpectu incerti, ſed
certificandi per eũ cui fit. Exemplũ,
Concedo tibi ius hauriendi aquam,
portãdi ad fundum meum, uel ubi-
cunque uis. & tunc dicitur cõceſsio
perſonalis, & non ſeruitus realis uel
prædialis: ut eſt caſus nota in l. Lu-
cius. quę eſt lex penultima.& ibi hoc
no.& tenet Pau.de Caſt. Idem tenet
Bal.ibi, qui dicit ſe prius cõtrarium
reſpondiſſe, antequam uidiſſet illũ
tex.& hoc etiam ſequitur Ludo.de
Ro.in ſuo ſingulari lxviij. quod in-
cipit, concedo tibi ius hauriẽdi. qui
dicit, quod ille text. eſt unicus in iu-
re: ideo memoriam tuam nunquam
exeat. In tertio caſu, quando uer-
ba cõceſsionis ſonant in ius, & non
fit habito reſpectu ad aliquem fun-
dum eius, cui fit cõceſsio: quia non
habet fundum uicinũ. Exemplum,
Concedo quod poſsis cœnare, uel
ſpatiari, ut uenari in fũdo meo, aut
quod poſsis haurire aquã ex puteo

meo, uel ex ciſterna, uel quòd poſ-
ſis colligere poma ex arbore mea:
& in hoc eſt dubium, an illa ſit ſer-
uitus realis, uel perſonalis: & an ue-
rò ſit obligatio perſonalis tãtùm, &
non ſeruitus. Et Rog. gloſſator in
d.l.mella. §.fin.de ciba.leg.& in d.l.
ut pomũ.tenet quòd ſit ſeruitus per
ſonalis.& hanc opi.tenet Pet.& Cy.
in rub.C.de ſer.Sed glo.Accu.tenet
ſecundum Ioann.quòd imo non ſit
ſeruitus, ſed obligatio perſonalis.&
hanc opin.tenet Bart.in d.§.fin.in d.
l.ut pomum.& iſta eſt cõmunis opi-
nio per glo.in d.l.ut pomũ.& eſt ue-
ra. Nam quòd nõ ſit ſeruitus realis,
patet: quia nõ diminuit de iure præ-
dii ſeruientis ad utilitatẽ dominan-
tis: quod fieri debet, ſi eſſet realis, ut
dixi ſuprà, in diffinitione ſeruitutis
realis, ſecundum Barto. Item quòd
nõ ſit ſeruitus perſonalis, probatur:
quia ire & ſpatiari per fundum alie-
num, in eo cœnare, uel ſimilia face-
re, nõ diminuit de fructibus rei alie
næ, adeo quòd alteri acquiratur, ad
cuius comodũ tẽdit ſeruitus uſusfr.
uel uſus illius fundi, ut dictum eſt: &
ita tenent Flo.& Pau.de Caſt.in d.l.
ut pomum. *Sed ſecũdum hoc ui
9 deretur, quòd poſſe colligere po-
mũ ex arbore mea, uel haurire aquã
ex ciſterna mea, ſit ſeruitus perſo-
nalis uſus, ſcilicet illius arboris uel
ciſternæ: quia tendit ad diminutio-
nem fundi, ſeu ciſternæ, uel arboris
meæ. De arbore non eſt dubiũ. Sed
de ciſterna etiam idem eſt, quando
hauriendo euacuaretur, ſicut cõtin-
git in ciuitate Venetiarum tempore
æſtiuo, quo ſæpiſsime propter fre-
quentiam hauſtus, ciſternæ euacu-
antur & deſiccantur. Tu tamen di-
cas, quòd nec iſta poteſt dici ſerui-
tus uſusf. uel uſus, quoniam ad uſu-
fructuarium pertinent, uel omnes
fructus, uel quota pars. ſed in hoc ca
ſu ad iſtum, cui facta eſt promiſsio,
non ſpectat, niſi certa quantitas: er-
go non poteſt dici ſeruitus uſusfru.
Itẽ nec etiã ſeruitus uſus poteſt di-
ci: quoniã ad uſuariũ pertinet poſſe
ſumere quantum expedit ſibi & fa-
miliæ ſuæ: ut l.plenum.in fi.de uſu.
& habi. Sed prædicta conceſsio, de
qua in propoſito, reſtringitur ad cer
tam quantitatem, non ad neceſsita-
tem: & ideo tale ius non dicitur ſer-
uitus realis, uel perſonalis, ſed ius
perſonale tantum. & ita tenet gloſ.
quam ſequuntur ibi Docto.in d.l.ut
pomum. Et propterea eſt dicẽdum,
quòd ſi dicta promiſsio uel conceſ-
ſio hauriendi aquã ex ciſterna mea,
uel colligẽdi poma ex arbore mea.
eſſet facta nõ ad certã quantitatem,
ſed pro neceſsitate tua & familiæ, di
ceretur eſſe ſeruitus uſus perſona-
lis, per d.l. plenum. §.j.& inſt.eo. §.
j.quod eſt not. Quod autem dixi, ta
lem conceſsionem hauriendi aquã,
uel colligendi poma, factam nõ ad
neceſsitatem eſſe, ius perſonale in-
tellige: id eſt, debetur perſonæ in il-
la re, non autem debetur alteri rei.
Sed an ſit adeo perſonale, ut nõ trãſ
eat ad hæredem eius, cui ſit conceſ-
ſio? Et uidetur quòd ſic, per l. apud
10 Iulia. §.ſi quis alicui.de leg.j. *In
cõtrarium uidetur, quia iuriſdictio,
& multa alia incorporalia, quæ de-
bentur perſonæ, & non rei, tranſeũt
ad hæredem.de hoc dic, ut per Bart.
plene in l.pater.de ſerui.leg.& per
Ioan.de Pla.in l.ſi ordinior.C.de ex-
cuſa.mune.libr.xi.& per Imo.in l.ſi
ſub una. §.j.de uerb.obli. & per Ca
no.in cap.cum ueniſſent.de inſtitu.
Quarto, & ultimo caſu principali,
quando uerba conceſsionis ſonant
in potẽtiã: puta, promitto tibi, quòd
poſsis, uel non poſsim. Ita conclu-
dendum eſt, aut illa uerba ſunt ne-
gatiuè prolata: utputa, concedo tibi,
ut ego



ut ego nõ poſsim ædificare in meo
altius, ne luminibus tuis officiam: &
tunc erit ſeruitus realis, ſecundum
quam aufertur mihi potentia altius
ædificandi.l.altius.C.de ſer. Et hoc
intellige ſecundum ea quæ dixi in
ſecundo caſu principali, ut affirma-
tiuè uerba ſunt prolata, & tunc aut
pronomen, quod ſignificat ſubſtan-
tiam, ſeu ius: puta, concedo tibi ius
aquam ducendi de fundo meo: &
idem cum diſtinctione tamẽ, quam
poſui ſuprà in tertio caſu principa-
li, per uerbũ quod ſignificat actum,
ut, cõcedo tibi quòd poſsis ire age-
re per fundum meum: & tunc non
erit ſeruitus, ſed cõceſsio perſona-
lis.in l.ij. §.item ſi in facto.de uerb.
oblig.& l.apud Iul. §.ſi quis alicui.
de leg.j. Idem ſi fiat per uerbũ facul
tatis, ut, concedo tibi facultatẽ eun-
di per fundũ meum. ſecũdum Pau.
de Caſt.in l.Lucius.in fi.de ſeru.ru-
ſti. præ. qui ad hoc nihil allegat. ſed
tu allega Barto.qui hoc dicit in ter-
minis, in l.pater. ante fi.de do.prę́l.
Idem credo, ſi fiat per uerbũ Licen-
tiam, uel Poteſtatẽ. Exemplũ, Con-
cedo tibi licentiam uel poteſtatem
eundi per fundum meũ, & moueor
potiſsima ratione: quia illa uerba
magis ſonãt in factum quàm in ius.
Nam prædicta uerba ſignificant hic,
uolo quòd poſsis, & ualeas ire per
fundum meum: & ſic potius ſignifi-
cant factum, quàm ius.& hoc etiam
uult Bar.in d.l.pater.qui dicit, quòd
illa uerba, concedo tibi facultatem
eundi, & quòd poſsis ire.& ſic uer-
ba magis referuntur ad factũ, quàm
ad ius.& ita eſt cõceſsio perſonalis:
quod tamen intellige ſecundum ea
quæ dixi ſuprà, in ſecundo caſu prin
cipali. Et prædicta perpetuo tene
menti: ſunt enim neceſſaria pro fun
damẽto totius materiæ ſeruitutum:
ac etiã quia per ea cautus eſſe pote-
ris, qualiter uerba ſeruitutũ concipi
debeant in fauorẽ promittentis, uel
eius cui ſit promiſsio, uel cõceſsio.

Itẽ prædicta ſunt magni effectus,
ſcilicet intelligere, an ſit ſeruitus
realis uel perſonalis obligatio tan-
tùm. nam ex hoc ſequuntur multæ
utilitates. *Prima utilitas eſt, quia
ſeruitus poteſt agi actione confeſ-
ſoria contra quemcunq; impedien-
tẽ uel turbantem: ut in l.ij. §.fi.& in
l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.uen. quæ
dicitur uendicatio ſeu actio realis:
ut l.ergo.in prin.ff.de ſer.ruſti.præ.
& in l.uti frui. §. uerum.ff.ſi uſusfr.
pe.& inſti.de act.in §. æque.de qua
actione uide plene per Flo.in l.j.&
ij.ff.ſi ſer.uen.ſed ſi non eſſet ſerui-
tus, ſed obligatio perſonalis tãtùm,
actio confeſſoria non competeret,
ſed ſolum actio perſonalis. *Secu 12
da utilitas, quia ubi eſt ſeruitus, a-
ctio cõfeſſoria datur contra quem-
libet impedientem uel turbantem:
ut ſuprà. quia illa obligatio ſequitur
rem, ſicut lepra leproſum. Sed ſi eſ-
ſet actio perſonalis, non poſſet agi.
niſi contra cõcedentem, uel ſe ob-
ligantem: ut in l.fi. §.ultim.de con-
trahen.emp.& ita tenet Bar.& Doc.
in d.l.ut pomũ. de quo dic ut ſuprà,
in ſecũdo caſu principali. Hoc tamẽ
intellige ſecundum Pau.de Caſtr.in
d.l.ut pomum. quãdo ille, cui eſt fa
cta cõceſsio perſonalis, non poterit
aliquid propria autoritate percipe-
re, ſed habebat capere de manu con
cedentis.d.l.fi.& d. §.fin.& l.Caius.
de an.lega. ſecus ſi poterat propria
autoritate percipere: puta pomũ ex
fundo uicini, uel lapidem euellere:
quia tunc licet non ſit ſeruitus per-
ſonalis, habet tãtùm ſimilitudinem
cum ea: & ideo competit utilis con-
ceſſoria, ſicut pro iure conſeruandi
iuriſdi. uel pro iure eligendi præla-
tum: ut not. Innocen.in c.abbate.de

uerb.ſig.& in c.bonæ.de poſtu.prę-
la.& etiam competit officium iudi-
cis pro recuperãda quaſi poſſeſsio-
ne iuriſdi.l. Aquilianus.in fi.de do-
na.ubi eſt tex.no. & etiam competit
utile interdictum , uti poſ.uel unde
ui.uel.quoties.ij.in fin.ff.de ſeru.&
3 l.ſicuti. §.Ariſt.ff.ſi ſer.uen. *Ter-
tia eſt utilitas,quia ſi eſt ſeruitus rea
lis , tranſit illa ad hæredes actiue &
paſsiue,id eſt, ad hæredem cõceden
tis & conceſsionarii:ut l.pecoris.ff.
de ſer.ru.præ.& hoc ibi no.gloſſ.&
ſequitur fundum dominantẽ & ſer-
uientem , & ſic tranſit etiam ad ſin-
gularem ſucceſſorem:ut eſt tex.in l.
ſi aquæductus.ff. de cõtrahen.emp.
Et eſt ratio, quia ius prædii eſt : ut l.
ſi mihi. §.fin. ff.de ſeru.ruſti.præ.&
tranſit fundus cum ſua cauſa : ut l.j.
§.ſi fundus.eo.tit .& ideo nec capi-
tis diminutione perit: ut l.iij.ff.quę
ad ſer.amit.& quod dixi ſeruitutem
tranſire ad omnes ſucceſſorçs, intel
lige uerum, quando ſeruitus eſt rea
liter conſtituta : quia tunc talis pro-
miſsio non afficeret ſingularẽ ſuc-
ceſſorem:ut l.iij. §.opus.ff.de alie.
iudi.mu.cauſa facta.& l.fi. §.fi.ff.de
contrahen.emp.ſecũdum Mar.Syl.
Cy. & Bald.qui ita notant in l.& in
prouinciali.C.de ſer. Item ſecus eſt
in quibuſdã aliis caſibus, qui nomi-
nantur per glo.in d.l.pecoris.Sed ſi
eſſet ſeruitus perſonalis ſicut uſuſf.
non trãſiret ad hærede eius , cũ eſ-
ſet facta conceſsio : ut l.corruptio-
nem.C.de uſufr.& periret capitis di
minutio:ut inſti.de uſufr. §.finitur.
licet non pereat per mortem conce
dentis uel alterius:ut eſt caſus no.in
l.ij.C.de bo.ma.ide ſi eſſet obliga-
tio[a] tantum perſonalis , nõ ſeruitus:
quia non trãſiret ad hæredem, ut eſt
caſus,& ibi plene ponitur, in l.apud
Iul. §.ſi quis alicui.de le.j.& l.meſ-
la. §.fin.de alimen. lega.nec ad ſin-

a Obligatio. *Adde Alex. cõſil.ij.in iiij.col. uerſi.iij.in nu. no. & Cornen conſil.xliiij.in ij.uol.*

gularem ſucceſſorem:ut l. Caius.de
an.leg.& in l.fi.ff.de cõtrahen.emp.
quod not. Hic quæri poſſet de qui-
buſdam obligationibus, an ſint ſer-
uitutes reales ſeu prædiales , an ue-
ro obligationes tantum perſonales:
ſed quia melius cõuenieť poſt ma-
teriam ſeruitutis mixtæ,de qua ſta-
tim dicemus,ideo ibi tractare con-
ſtitui,&c.

## De ſeruitutibus mixtis.

CAP. III.

1 *Seruitutes mixtæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes mixtæ ſpecies quot ſint.*

1 POSTQVAM * uiſum eſt de ſer
uitutibus realibus, & perſonali-
bus, cõſequens eſt,ut nũc de mixtis
tractemus , ſicut eſt ſeruitus uſuſfru
ctus,uſus,& ſimiles: quę ideo mixtę
dicuntur, quia non ſunt mere perſo
nales,quæ debentur à perſona per-
ſonæ : ſicut ſunt illæ, de quibus pri-
mo loco diximus : nec merè reales,
ſicut ſunt illæ quę debentur à re rei,
de quibus proxime dictum eſt: ſi de
utriſque participant ex eo quòd de-
bentur à re perſonæ,ipſæ etiã perſo
nales appellatur: ut l.j.ff.de ſer.quia
cũ perſona ſemper finitur: ut l.nõ
ſolũ.ij. §.tale.de libe.leg.& no.glo.
in rub.ff.de ſer.& l.ſi quis binas.ff.
de uſufr.& inſti.de ſer. in princip.&
tanquam reales etiam ipſæ dicũtur,
& tanquam iura realia uendicãtur:
ut l.uti frui.in princ.ff.ſi uſusfru.pe.
2 ut no.Cy.in rub.C.de uſufr. *Sed
propriè mixtæ dicuntur , ut habetur
in dictis iuribus. Species autem hu-
ius ſeruitutis ſunt tres,uſusf.uſus,&
habitatio. & ſecundum aliquos eſt
etiam miniſterium , ſiue operæ ſer-
uorum.De ſingulis modò dicamus.

## De prima ſeruitute mixta, uidelicet de ſeruitute uſuſfr.

CAP. IIII.

1 *Vſusfructus formalis & cauſalis qui dicantur.*



2 *Vſusfructus quid & quotuplex ſit.*
3 *Dominium quotuplex eſſe dicatur.*
4 *Fundus ad uſumfructum, uel ad uſufructuandũ, ſi alicui relinquatur : an tũc uſusfructus , uel proprietas relicta uideatur.*
5 *Domus uel fundus in gaudimentum ſi alicui legetur, an ipſa proprietas relicta uideatur.*
6 *Maritus ſi reliquerit uxorẽ dominam & uſufructuariã, ſicut cõmuniter fieri ſolet, an proprietas uel uſusfructus, uel alimenta relicta uideantur.*
7 *Legatũ uſusfructus à legato redditus nunquid differat.*
8 *Legatum fructuum annuorũ talis fundi, uel legatũ fructuũ eiuſdem ſundi, in quo differant.*
9 *Legato , uel conceſsione uſusfructus quid ueniat.*
10 *Vſumfruct. formalem alicuius fundi ſi quiſpiam emerit, & poſtea ſterilitas contingat , an mercedis remiſsionem petere poßit.*
11 *Vſusfructus uel uſus legatus quanto tempore duret.*

CIRCA quã in primis* ſciẽdum 1
eſt,quod duplex eſt uſuſf. unus
eſt cauſalis : alius formalis. Cauſalis
dicitur , quia ex perſona cauſatur,
quando habet mixtam cauſam do-
minii,ſecundum Florẽ.in rub.ff.de
uſufr.Vel dic,quòd cauſalis dicitur,
quia eſt cõiunctus cum ſua cauſa.id
eſt,proprietate:ut l.ſi.unus. §.ante-
pen.ff.de pact. & l.recte dicimus.&
ibi not.ff.de uer.ſig.& iſte uſuſf.nõ
eſt ſeruitus,nec pro eo competit cõ
feſſoria, ſed negatoria : quia domi-
nus negat alterius eſſe fruendi. &
de iſto hic nõ eſt tractandũ:quia nõ
eſt materia noſtra. Alius eſt uſusfru.
formalis, de quo loquuntur iura no
ſtra de ſeruitutibus, qui dicitur for-
malis : ideo quia habet diſtinctã for
mam à proprietate: ut no.in d.l.re-
ctè dicimus.de uerborum ſignifica.
& ille uſuſf.appellatur ſeruitus,quæ
ita diffinitur: *Vſusfr.eſt ius uten 2
di & fruẽdi, ſalua rerum ſubſtantia.
& eſt ius incorporale, quo ſublato,
ipſum tolli neceſſe eſt:ut text. in l.j.
& ij.ff.de uſufr.& inſti.eo.in princ.
& dic ut ibi.& adde dum dicitur,ibi,
& fruendi , etiam propria autorita-
te:quia fructuarius poteſt fructus ca
pere propria autoritate.l.fundi Tre
batiani.& ibi not.ff.de uſufru. lega.
quod non eſt in emptore fructuum
etiam pendentium.l. qui pendẽtem
uindemiam.ff.de contrahen. empt.
Et ratio eſt ſecundum Flo.in d.l.in
princ.quia uendens fructus,uidetur
uendere corpora: qui autem uendit
uſumfructum, uidetur ius uendere:
ut l.uaccæ.ff.de euic. cenſetur enim
uſuſf.pars integralis rei, & pars do-
minii:ut l.ij.ff.de uſufruc.& l. rectè
dicimus. de uerb. ſign. & ideo ſicut
proprietas dominium eſt , ita etiam
eſt dominium uſusfr.ut eſt glo. no.
in l. proprietatis dominium. C.de
proba. quæ ſemper allegatur , quòd
uſusfru.poteſt dici dominus reſpe-
ctu uſusfructus.& ſentit hoc gloſ.in
rubri.de fur. dum dicit , ſequitur de
dominio incorporaliũ.& ibi hoc te-
nuit Guil.de Cu.& hic eſt text.in l.
uenditione. in princ.ff.de bo. auto.
iudi.poſ.Et propterea uſufructuario
datur realis actio, & confeſſoria , &
negatoria,quæ domino dantur:ut l.
uti frui.ff.ſi uſusfru. pe.de quo uide
plenè per Bar.in l.q uſumfr.de uer.
obli.& ibi per Doct. * Vnde etiã 3
dicit Bartol.in d.l.proprietas. quòd
dominiũ eſt multiplex.Primo quod
dam directum eſt : iſtud appellatur
etiam proprietas,ut ibi.Secundo eſt
quoddam utile, & illud non dicitur
proprietas:interdũ eſt ſub proprie-
tate ſubſtantialiter,ut dominiũ em-
phyteotæ,& uaſalli : ut l.j. §. qui in
per

perpetuum.ff.ſi ager uecti. uel em-
phy.pe.etiam not.id l.ſi ut certo. §.
ſi duobus uehiculum. ff.commo. &
per glo.fi.in c.cum Bertoldus.de re
iudi. Interdum utile dominiũ con-
trariatur directo,ut dominium prę-
ſcribentis: ut habetur in aut.niſi tri-
cennalis.C. de bo. mater. & de alio 4
multiplici dominio Bart. in l.cura-
toris. C.de neg.geſt. Tertio quod-
dam eſt dominium adhuc magis di-
ſceſsiuum, ut dominiũ uſusfructus,
& uſus,& dominium cuiuſlibet ſer-
uitutis. Item habentes præeminen-
tiam in ſubditos,appellantur domi-
ni[a]: & hoc uocabulũ in libello pro-
latum debet intelligi ſecundũ qua-
litatẽ perſonæ: ut l. ſed & ſi poſſeſ-
ſori. §.j. de iureiuran. ſecundũ Bal.
in d.l. proprietas. in princ. Hinc eſt
quod dicitur dominiũ utile: ſed ha-
bet ſe ad directum adinſtar cuiuſdã
ſeruitutis: quia per ipſum incommo
datur proprietati: ut l.ſi tibi hom. §.
fi.& hoc ibi not.de leg.j.& alibi etiã
dicitur, quod dominium utile ſe ha
bet ad ſimilitudinem uſusf.ut l.j. §.
quód autẽ.ff. de ſuperficie.& l.j. in 5
pri.ibi,in quos ius fructusq; traſfer
retur.ff.ad Treb.quia ſicut uſufru-
ctuarius totam commoditatem ha-
bet,ut not.Cy.C.de uſufr.in rubri-
ca.ita & habens utile dominium: &
ſic extincto uſufruc. proprietas im-
pinguatur: ita extincto utili domi-
nio,etiam impinguatur: quoniã uti
litas reuertitur ad ipſum. & ex hoc
ſequitur unum notabile, quód ſta-
tutum loquẽs de uſufructuario, ex-
tenderetur ad habentem iura utilia,
ſi materia,de qua loquitur,hoc pate
retur: & ſic compręhẽderet emphy-
teotas,& uaſallos,& filios, ſecũdum
Paul.de Caſtr.in l.j. in princip.ff.ad
Trebel.quod no. Quandoq; tamen
ſub nomine uſusfr.continetur pro-
prietas: ut l.j.in fin.& ibi per gloſ.&
Doct.ff. de uſufruct.ea. rerum quæ
uſu conſu.& l.ſciens.de auro & ar-
gen. lega.& not.in l. Titia cum te-
ſtamento. §.fi.de legat.ij. Aliquan-
do tamen minus ualet proprietas,
quàm uſusfr.& econtra: ut not.glo.
in l.omnium bonorum.de uſufruc.
*Sed eſt dubiũ,quid ſi relinquitur
alicui fundus ad uſumfructũ,uel ad
uſufructuandum: an tunc uideatur
relictus uſusfru.uel proprietas? Dic
proprietas: quia aliud eſt dicere,
relinquo uſumfructũ, & dicere, re-
linquo ad uſufructuandũ: ſicut aliud
eſt dicere,relinquo alimẽta ex præ-
diis,& dicere,relinquo prædia: ut l.
libertis.in princ.& ibi per Bartol.&
alios.ff.de alimen.& ciba.lega.Sed
nunquid tráſeat ad hæredes? dic ple
ne ibi per Bart.& de iſta quæſtione
uide in l. Titia cum teſtamento. §.
Titia.de leg.ij.& per Dyn.Barto.&
Doct.in l.donationes in concubi-
nam. §.ſpecies.ff.de dona.& per gl.
& Doct.in l.cũ is. §.cui.ff.de tranſ-
ac.& per Floren.in l.Proculus.ff.de
uſufr.& per Ange.in l.ſi quis ita le-
gauerit.eo. tit. *Quid autem,ſi le
gatur domus uel fundus in gaudi-
mentũ,an uideatur eſſe relicta pro-
prietas, an uero uſusfructus tãtum?
Et multi conſuluerunt,quod uidea-
tur eſſe relicta proprietas, per d.l.
Proculus. Sed dicit Flor. quód hoc
uidetur contra propriam naturam
uerborum: & propter id noluit ſe
ſubſcribere: ſed dicebat attendendũ
eſſe, qui erant hæredes, ut ſi eſſent
extranei, penitus hæc opinio, quod
intelligatur relicta proprietas, poſ-
ſet ſaluari: ſecus ſi filii eſſent inſtitu-
ti: & ſic à patre prædilecti, quę opin.
æqua eſt. Et de iſta quæſtione uide
per Dy.in conſilio ſuo, quod inci-
pit,quidam in teſtamento.ubi dicit,
quód legatarius habet quaſi uſumf.
& uide Bald.in l.ſi habitatio. de uſu
&

a Domini. *Quomodo accipiatur uerbũ Dominus, uide Alexã.in ij.uol.in conſil. cxxix.in ul.co. per totũ. & in iiij.uol.conſ.v. in ij.col.et Cornẽu con.cxxix. incipien. uiſis. in iiij.uol.*



& habi.& in apoſtillis.qui tenet tale
relictum transferri ad hæredes lega
tarii,per no.in d.l.liberis. quia mo-
dus fauore legatarii non reſtringit
legatum. de quo etiam uide ff.de iu
di.l.donationes. §.ſpecies. *Item 6
quid ſi maritus relinquit uxorẽ do-
minã,& uſufructuariam[a],ſicut com
muniter fieri ſolet: an uideatur reli-
cta proprietas,uel uſusfr.uel alimen
ta? Dic ſola alimenta filiis inſtitutis:
ſecus ſi extranei: ut eſt gloſ.ordi.in
aut.quod locum.C. ſi ſecundo nup.
mu.ibi per omnes,& plene per Bar
to.in l. Titia cum teſtamento. §.fi.
de leg.ij.& Bal.in l.filia.C.de indic.
uidui.quod intellige ſuperſtitibus fi
liis inſtitutis: ſecus ſi filii morientur
uiua matre. quia tunc efficeretur
proprietarius: ut notat ſingulariter
Bart. per illum text.in l.ſicut in an-
nos.qui.mo.uſusf.amit. *Nũquid 7
autem differat legatum uſusfr. a le-
gato redditus,& in quolibet? Dic
quód ſic: ut eſt tex.in l.fundi Treba
tiani.& ibi no.de uſufr.leg.& habe-
tur in l.ſi quis ita legauerit.ff.de uſu
fru. Differentia etiã eſt inter uſum-
fru.& facultatem fructuum percipi-
endorum: quam uide per Oldra.in
ſuo conſil.cc. Aliud eſt enim uſusfr.
qui eſt ius, ut dixi in eius diffinitio
ne.& aliud eſt perceptio fructuum,
quæ eſt quid facti,non iuris: & ideo
uſusfru. non recte fructus appella-
tur: ut not. Ange.in l.iubemus.ff.de
uſufruct. Aliquando tamen capitur
uſusfr.pro facultate fructuum per-
cipiendorum.not. Ange.in l.Pomp.
ff.qui.mo.uſusf.amit. *Sed, an ſit 8
differentia, ſi quis legauerit fructus
annuos talis fundi, uel uſusfr.euiſ-
dem fundi,uide text.& ibi gloſſ.or-
di.& Doct.in l. ſi quis ita legauerit.
de uſufr.ff. *Dubium etiã eſſe po 9
teſt,quid ueniat in legato, uel con-
ceſsione uſusfr. Dic quód uenit pa
tientia promittentis,uel eius hære-
dis: quia clare intelligitur quis uſuſ-
fru.quando patitur quem uti frui.l.
iij. §. clare.ff. de uſufr. Item legato
uſufr.ueniunt boues aratorii, quos
hæres non poteſt remouere de fun
do: ut probatur in l.item ſi fundus.
§.ſeminarios.ff.de uſufr. & ibi hoc
not. Ange.& Flo. Item legato uſufr.
fundi,uidetur legatus uſusfru. fru-
menti ad ſeminandum deputati: ut
eſt tex.in d. §. ſeminarios.& ibi hoc
etiam no. Ang. Item uſufructuarius
debet habere omnes fructus, etiã ſi
uſusfructus non duraſſet per unam
diem: quod ſecus eſt in uiro & uxo-
re: ut not. Bart.in l.diuortio.ſo. ma.
ad quod uide no.in l.defuncta.ff.de
uſufruct. Item uſufructuarius poteſt
facere pingere, uel ſculpere arma
ſua,in quo habet uſumfru.ut l.ſi cu-
ius. alias, l.æquiſsimum. §.ſed & ſi
ædium.uerſi.ſigilla.ff.de uſufruc. &
ibi hoc not. Ang.& Flo. Et eſt ratio,
quia per hoc non efficeretur dete-
rior conditio rei, nec mutatur eius
ſubſtantia: alias ſecus eſſet: ut C.de
religio.l. monumentorum.& l.j. C.
ne quis uela regia.& l.repeti. §.rei
mutatione.ff.quib.mo.uſusfru.ami.
Item adde,quód uendita gabella fru
ctuum, non uidetur uenditus uſusf.
hominum, qui naſcentur, pro qui-
bus aliquid ſoluitur: ut l. uetus eſt
quæſtio.de uſufruct.& ibi hoc tenet
Ang. *Et eſt queſtio pulchra,an il 10
le qui emit uſumfructum formalem
alicuius fundi, ſi poſtea contingat
ſterilitas, poſsit petere remiſsionẽ
mercedis. Et uidetur quód ſic: per l.
licet.C.locati.& c. propter ſterilita-
tem.extra de locat. Et pro hoc, quia
emptori fructuum futurorum fit ta
lis remiſsio: ut not. Bal.in d.l.licet.
in v.quæſt. Dicas cõtrarium, ſcilicet
quód non debeat fieri remiſsio ali-
qua: quia ius utendi eſt pro conceſ-
ſione

a Vſufruct. *Adde Alexan. conſil.lxvj.per totũ in iij.uol. Et utrum, & quãdo ſi teſtator relinquens uxorẽ uſufructuariam, inſtituit hæredem utilẽ poſt mortem uxoris & unum aliũ in re certa, an ualeat legatũ uſusfructus, uide conſ.lviij.in j. & ij. col. in v.uolum.*

ſione iuris, non autem pro fruitio-
ne facti obligauit concedens uſum-
fru.pro hoc l.ij.l.dare.ff. de uſufru.
Et ideo refert utrum concernat per
ceptionis effectum, & tunc fiat re-
miſsio: aut primum remiſsionis a-
ctum, & tunc nō fiat remiſsio: quia
non eſt impedimentum, ſecundum
Bald. qui ita not.in d.l.licet.in v. q.
in uerſi.ſed quid de eo qui emit. C.
11 ocati. *Quanto autem tēpore du
ret uſusfr.uel uſus legatus? Reſpon-
deo, dic quód centum annos: quia
iſta eſt uita lōgæui hominis.ita dicit
gloſſ.xvj. q.c. poſſeſsiones. & mo-
uetur per tex.in l. an uſusfru.ff. de
uſufr.probatur in l.ſi uſusfru.muni-
cipibus.ff.de uſufruct. leg.Idem di-
cas in legato uſufruc.relicto ciuitati
uel caſtello:ut duret c.annos,ut eſt
caſus in dictis iuribus.Vltimo adde,
quód ſicut uſusfru. conſtitutus fini-
tur morte uſufructuarii, ut §. fini-
tur.inſti.de uſufruc.ita etiam finitur
ſpecies uſusfru.conſtituendi:ut pro
batur l.Sempronius Attalus.de uſu-
fru.leg.& l.qui uſumfr.in uerb. hoc
ita ſc.ff.de uſufru.quos text.allegat
ad hoc Ludo.pro notabilibus in cc-
cclxij.ſingulari,quod incipit,uſusfr.
conſti.Cætera circa iſtam materiam
uide per Azo.in ſum.C.de uſufr.&
in toto illo tit.ff.eo.& in c.fin.& ibi
per glo.cano.extra de pignori. quia
non intendo ipſam hic latius decla-
rare,&c.quia longiſsima eſt.

## De ſecunda ſpecie ſeruitutis mixtæ, de ſeruitute uſus.

CAP. V.

1. *Vſus diffinitio quænam propriè ſit.*
2. *Vſus quotuplex exiſtat.*
3. *Vſus quot modis capiatur.*
4. *Vſus inquantū ſeruitus eſt, quid in ſe contineat.*
5. *Vſus domus uel ædiū in ſpecie quid comprehendat.*
6. *Vſus ædium, habitationis, fundi, ſeruitutis, pecoris, boum, armenti, & equi, quid ſint remiſsiue.*

AD ſecundam itaq; ſeruitutem,
mixtamq; eſt uſus accedamus:
1 & ita diffinitur: *Vſus eſt alienis
rebus utēdi ſalua rerum ſubſtantia:
ut probatur in l.j.cum gloſſ.in uerb.
utendi.ff.de uſufruc. nam non dixit
fruendi, ad differētiam uſusfruct.&
ibi not. Diffinit autem aliter uſum
Archi.in c.quamuis.de offic. deleg.
lib.vi.ubi dicit ſecundum Auguſti-
num, quód uti, eſt id quod in uſum
uenerit, referre ad id quod fruen-
dum eſt. Secūdum eum,uti,eſt quæ
ſunt ad finem ordinata in finem re-
ferre:& illicitus uſus abuſus uel abu
ſio potius denominādus eſt. Iſta diſ
finitio ponitur etiam in libro ſen-
tentiarum in princ.in ij.ca.Sed non
conuenit propriè uſui, qui ſeruitus
dicitur: ideo primam teneas,& eam
declara,ut per glo.& Doct.in l.j.ff.
de uſufr.& per Cy.C.eo.in rubrica.
2 *Et ſcias,quód uſus eſt duplex, ſi-
cut etiā eſt uſusf.unus ſcilicet facti,
& alius iuris:ut no. Bal.& Angel in
l.ſi unus.ff.de condi.inſt.Ex quo ibi
inferunt, ad queſtionem ingredien-
tis in monaſteriū,& reſeruantis ſibi
uſumfr. uidelicet quód talis ingreſ-
ſus non utatur: quia cum uſusfruct.
ſit duplex, iuris & facti, intelligitur
ingrediens ſenſiſſe uſumfr.facti,qui
retinetur conniuentibus oculis ab-
batis.& allegauit extrauagantē Ioa.
xxij.quæ incipit,ad conditorem.de
qua quæſtione uide per glo.in l.per
ſeruum. ff.de uſu & habit.& aut.in-
greſsi.C.de ſacroſan.eccle.Itē ſcias,
quód uerbum,uti, ſpectat ad uſua-
rium:uerbum, frui, ad uſufructua-
rium,capiēdo frui, pro eo quod eſt
iuris: ut eſt text.in l.ij.in princ.ff.de
uſu & habita.non autē pro eo,quod
eſt perceptio fructuum:ut dixi s.de
uſufruct.



uſufruct.quia uſusfruc.differt à fru-
ctu.l.uaccæ.de euictio.ſed ius fruen
di utendi ſpectat ad uſumfruc. ut eſt
tex.in l.uti frui.in princ.ff.ſi uſusfr.
peta.patet ex diffinitione etiā uſuſ-
fru. quā ſupra retuli,quod fallit ſim
pliciter, quando concederetur uni
res pleno iure,cum clauſula ad uten
dum & fruendum. Nam tunc clauſu
la non continet conceſsionem:ut l.
donationes in concubinam. §.ſpe-
cies.ff.de donatio.niſi adiiciatur,ad
utendum & retinendum in uita ſua:
ut l. cum hi. §.uni.de tranſactio.ita
notat Bald.in l.j.in ij.col.uerſi. not.
quód fructus quando. C.de fruct.&
lit.expen.quod not.bene. Itē ad-
uerte,quandoq; quis habet ius uten
di fruendi:& alter habet facultatem
percipiendorum fructuū. l. ſi uſuſ-
fru.ff.de iure dotium.& l.ſi uſusfru.
ſol.matr.& not.Ioann.And.in addi.
Spec.in rubrica de præben. ad finē.
Et aduerte quia principalis differen
tia inter uſumfru.& uſum, eſt quód
ſeruitus uſusfruc.eſt pleniſsima.Nā
ad uſufructuarium omnes fructus
pertinent:ut l.uſufruc. legato.ff.de
uſufru. Sed ad uſuarium illi tantum
pertinēt regulariter,qui ſunt neceſ-
ſarii: ut inſti.de uſu & habita.in pri.
& l.planum. §.j.ff. eo.tit.&c.Iſta ta-
mē uerba,uti frui,per ſe ſumpta,uel
ſimul,aliter capiuntur apud theolo-
gos:ut per Auguſt.lib.1.de doctrina
Chriſtiana.& libro x.de trinitate.&
habetur etiam lib.1.ſententiarum.c.
ij.lib.xxiij.de quo ut ibi. *Capitur 3
autē uſus multis modis. Primo pro
iure ſeruitutis,ſicut dictum eſt.& ita
loquitur totus titulus. ff. de uſu &
habita.& inſti.eo.cum ſimili. Se-
cundo capitur quandoq; pro uſu-
fru.ut eſt text. cum gloſſ.in autent.
de hæredi.quæ ab inteſta. §.ſi uerò
cum aſcēdentibus. & in aut.de non
eligen.ſecundo nuben. §.j.& §.pro
ſpeximus. Tertio capitur pro cō-
moditate utendi, cum tamen uerè
non ſit uſus: ut l.ſi quis binas.ff. de
uſufr.& l.ſi alii.ff.eo.tit. Quarto
capitur pro eo quod quis pro ſuo
uſu habet, uel ſui uſus cauſa paratū
eſt.& uidetur in l.cenſoria.ff.de uer
borum ſignifica.& l.cum in teſtamē
to.de auro & argent. legato. & per
Angel.in l.ex facto.la ſecunda.ff.de
hæredi.inſti.ubi dicit, ea quæ ad u-
ſum noſtrum referimus,ſemper in-
telliguntur eſſe illico ubi ſumus,ni-
ſi aliter appareat. allegat nota.in l.
ſed ſi non inducta.C.in quibus cau-
ſis pig. taci. contrahi. Quinto &
ultimo capitur pro eo,quod dicitur
uſus communis, ſicut eſt conſuetu-
do:ut l.ij.C.quæ ſit longa conſuetu.
& in c.j.in tit.de feu.cogni. Et pro-
pterea dicitur cōmunis uſus loquen
di & intelligēdi. de quibus uide ple
nè per Bartolum in l. Labeo.ff. de
ſupel.lega.& habetur in l.librorum.
§.quód tamen Caſsius.de legat.ij.
*Sed ſciēdum eſt,quód cōtineat in 4
ſe uſus,inquantum eſt ſeruitus. Dic
in genere:ut colligitur de diffini-
tione quam ſupra tradidi.& habetur
inſtit. de uſu & habita. per totum.&
ff.eodem,per totum.& d.l.planum.
§.j.& l.per ſeruum. §.uſq; ad finē.
l.diuus. §.j.eodem titulo. *Sed in 5
ſpecie,quid contineat in ſe uſus do-
mus uel ædium? Dic ut l.j.& ij.ff.de
uſu.& habita.& inſti.eodem titu. §.
item is qui ædium.& in l.diuus. §.j.
ubi eſt caſus not.in l.ſi domus.& in
l.ſi filiusfa.eo.tit.& in d.l.ij.eſt glo.
no.quod no.quód non poteſt indu
cere ganeas ſeu meretrices uſufru-
ctuarius,uel uſuarius,nec etiā ſcho-
laris ſocius in domo conducta:ſicut
nec uicinus poteſt inuita uicinia me
retricem in domo: ut not. Guil.de
Cu.Bal.& Doct.in l.ij.de ſumma tri
nitate.Item nec ſocius poteſt tene-
re con

re cõcubinam:ut no.Bal.in l.ſi con-
uenerit.pro ſocio. nec inimicum ſo
cii:argument.l.ſi pendente. §.j.ibi,
quod cõtumelioſe ad uſumfru. nec
aliquam perſonam,per quam poſsit
inferri contumelia ſocio uel domi-
no proprietatis,per illum tex.quem
6 bene not. * Quid autem conti-
neat uſus ædium ſeu domus,uide in
l.arboribus. alias l. æquiſsimum. §.
ſed ſi ædium. cum ſequen. uſque ad
finem.de uſufruct. Item quid con
tineat uſus habitationis uel habita-
tio,uide l.cum antiquas.& l.habita-
tio.C de uſufr.& inſti. de uſu & ha-
bita. §.ſed ſi cui habitatio.& l.ſi ha-
bitatio.ff.eodem titu.de quo dic,ut
plenius dicam in ſequenti ſeruitu-
tis ſpecie mixtę. Item quid de uſu
fundi, uide in d.l.ſi habitatio. §.ſi
uſus.& l.fundi.ff.de uſu & habit.&
inſti.eo.in princip. Item quid de
uſu ſerui. uide inſtitu. eod. §.is ad
quod.in l.per ſeruum.in princi.& l.
ſeruus.& l.ſi legatus. §. ſeruo.ff.eo.
Itẽ quid de uſu pecoris,uide in l.
plenũ. §.ſed ſi pecoris. Item quid
de uſu boum & armenti & equi,ui-
de in d. l. plenum. §. ſed ſi boum.
& §.equitii. Item quid de uſu a-
quæ,uide in l.diuus Adrian. Item
quid de miniſterii uſu & operarum
ſerui,uide in d.l.plenũ. §. ſi uſus.&
§.operas.cũ l.ſeq.ff.e.De iſtis duo-
bus dicetur in ſequentibus. Hæc de
ſeruitute uſus, q̃ eſt ſecunda ſpecies
ſeruitutis mixtæ, dixiſſe ſufficiant.

a Habitatio. *Adde Alexan. in j.uolu. cõſ.j. in j. col. & in ij.uol. conſ.xx. per totum. Et Cor. con.cliij. in iiij.uolu.*

## De tertia ſpecie ſeruitutis mixtæ,uidelicet de ſeruitute habitatoris. CAP. VI.

1 *Habitatio ab uſu in quo differat.*
2 *Legauerit & promiſerit ſi quiſpiam alicui habitationem, an proprietatẽ relinquere uideatur.*
3 *Domus ad habitandũ, uel pro ſua habitatione ſi alicui legetur,uel etiã alimenta,quid iuris.*
4 *Domus cõmoditas multis modis legari,uel concedi poteſt.*
5 *Teſtator ſi uxori domus habitationẽ reliquerit,de qua non liquet,cũ plures domos habeat,de qua ſenſiſſe uideat.*
6 *Teſtator ſi domus ſuæ habitationẽ uel uſumfructũ uxori reliquerit, deinde eodem teſtamento eandẽ domum alteri legauerit,an ex hoc legato uſusfru. uel habitatio eidem uxori adempta uideatur.*
7 *Teſtator ſi dixerit , relinquo uxori meæ habitationẽ in domo cũ filus ſuis: nũquid talis ex tacita defuncti uolũtate etiam alimenta habere debeat.*

DICEMVS nunc de alia ſpe-
cie ſeruitutis mixtæ, quæ eſt
ſpecies tertia , & uocatur habitatio.
Iſta habitatio[a] eſt ius propriũ & ſpe-
ciale, diuerſum ab uſufruc.& uſu.ut
eſt text.in l.cum antiquitas.C.de u-
ſufr. & inſtit.de uſu & habita. §.ſed
ſi cum habitatio.& eſt ſeruitus uſuſ-
fruct.& uſus: ut probatur inſtitu.de
uſu & habita.in rubrica.& in §.pe-
nul. & ibi hæc de ſeruitutibus.& in
rubrica C.de uſufru.Nec dicitur ſer
uitus perſonalis, ſecundum Azo.in
ſumma.C.de uſufru.uerſi.nũc de ha
bitatione uidendum eſt. ſecundum
Cy.in rubrica.C.eo.tit.probatur in
l.j.ff.de ſerui. & no.gl.in l.ſi quis bi
nas.ff.de uſufr. Sed proprie dicitur
mixta,ut dixi,quæ debetur à re per-
ſonæ:ut not.glo.in rubrica.ff.de ſer
ui.& ſentit gl.ij. inſti.eodẽ.& con-
ſtituitur hæc habitatio,ut uſus,& u-
ſusfruc.& uſus in domo, ſecundum
Azo.in ſumma.C.de uſufr.non ta-
men eſt uſusfruct. nec uſus , ſed eſt
quoddam ius proprium,& ſpeciale,
& diuerſam habes naturam : ut dicit
text. in d.l.antiquitas. licet in qui-
1 buſdam coueniant. *Nam differt
habitatio ab uſufru. in hoc, quia u-
ſusfru.capitis diminutione perit, &
non



non utendo : ut l.corruptionem.C.
de uſufru.inſti.eo. §.fi.Habitatio au
tem nunquã niſi per ſolam mortẽ:
ut l.ſi habitatio.in princ.ff.de uſu &
habitat.& l.habitatio. C.de uſufr.Et
eſt ratio: quia habitatio nõ perditur
capitis diminutione:quia eſt ſpecies
alimentorum : & in alimẽtis potius
attenditur factum , quàm perſonæ
conditio : ut l.legatum.ff.de capi.di
mi. Item quia non perit non utẽdo.
dic,ratio eſt propter fauorem alime
torum,ex quo eſt pars alimenti , ut
dixi. Item eſt alia ratio,quia uſusfru
ctus recipit dominationem ab actu
& ab uſu:& ideo per non uſum tol-
litur,ſed habitatio prout eſt ius , eſt
ſeruitus, & non recipit dominatio-
nem ab actu , ſed ab habitu & poten
tia habitandi. Item habitatio recipit
magis denominationem à perſona
ſecundum Guil.de Cu.& Bald.in d.
l.cum antiquitas.ſed in hoc concor
dat uſusfructus,& habitatio, quia ſi-
cut uſufructuarius poteſt alteri lo-
care uſumfru. inſti.de uſu & habita.
in fin.princi.ita & qui habet habita-
tionem.ut eſt tex.in dicta l.cum an-
tiquitas. inſtit. de uſu. & habitatio.
§.ſed ſi cui habitatio. Item ſeruitus
habitationis differt ab uſu , ſeu ſer-
uitute uſus: quia uſuarius locare nõ
poteſt. ut inſtit. de uſu & habitatio.
in fine princip. ſed ille qui habet ha
bitationem,ſic,ut dicit l.cum anti-
quitas. & inſti.eo. §. ſi cui & etiam
commodare poteſt.text.eſt in l.pri-
ma. § item cõmodatum. & ibi Do-
cto.ff.commoda. Vſusfr. autem ha-
bitationis ſignificat idem quod ha-
bitatio.& idem importat unum,ſi-
cut aliud:ut eſt caſus in d.l. cum an-
tiquitas. & ideo quod de uno dici-
tur,de alio dictum eſſe intelligatur.
2 * Sed nunquid legando uel pro-
mittendo quis habitationem uidea-
tur relinquere proprietatem ? Dic
ſecundum gloſſ.in d.l.cum antiqui-
tas. quòd ſi legans uel promittens
erat ſolitus domum ſuam uocare ha
bitationem. ſicut ſunt quidam qui
fundum appellãt poſſeſsionem, re-
ſpiciendo potius ad proprietatem,
quàm ad nudam poſſeſsionem. ut l.
interdum. de uerborũ ſignific. nam
tunc proprietatem uidetur legaſſe
uel promiſiſſe,alias nõ.prout ibi di-
cit Barto.eſſe menti tenendum. Vel
dic ſecundum Bald.& Doct.ibi.aut
uocabulum attribuitur toti rei. uer-
bi gratia,teſtator dicit , lego habita-
tionem meam, & cõſignat domum.
& tũc uidetur legata proprietas.Aut
non attribuitur hoc uocabulum toti
rei,ſed cuidam iuri in re:ut quia di-
xit habitationem talis domus , tunc
non uidetur legata proprietas.alle-
gat l.Seiæ. §. Caia. de fun.inſtru. &
l. cõcubinam. §. qui quatuor.de le-
gatis iij.& idem habetur per gloſ.&
3 Doc.in l.j.ff.commoda. *Quid au-
tem ſi legetur domus ad habitandũ,
uel pro ſua habitatione , uel alimen
ta[a] ? uide plene per Bart.in l.dona-
tiones in concubinam. §.ſpecies.de
donatio.& per gloſ. Barto.& Doct.
in l.cum hi. §.fin.de tranſactio. & in
l.ſi mulier.C.de iure do.& per Flor.
in l. Proculus.& in l.ſi quis ita lega-
4 uerit.de uſuf. *Ex predictis omni-
bus collige, quòd cõmoditas poteſt
multis modis legari uel concedi.
Primo quando relinquitur uſusfru.
domus,& tunc idẽ quod in aliis re-
bus , in quibus relinquitur uſusfru-
ctus. Secundo relinquitur aliquã
do uſus domus.Et quid in hoc con-
tineatur,dixi ſupra in materia ſerui-
5 tutis uſus, in fine. *Et adde,quòd
ſi teſtator relinquit uxori habitatio-
nem domus,de qua nõ apparet. Dic
quod ſi habet unam in domicilio,
aliam extra,in dubio uidetur ſenſiſ-
ſe de illa, quæ eſt in domicilio: ut

a Alimẽta. *Vtrum alimenta debeat præſtari de fructibus,an uero de proprietate,uide Alc.cõſ.c.in ulti. col.in j.uolu. Et utrũ ille, cui debent præſtari alimẽta,in domo hæredum debeat operari ad cõmodum hæredũ, & quomodo intelligatur talis diſpo. Alexã.in con.iiij. in j.col.in iiij. uol.& in j.uo. conſ.c.in j.col. per totum .ubi cõcludit,quòd debet præſtare ſeruitia in domo ſecundum qualitatẽ ſuæ perſonæ.*

probatur in l.quæ eſt condi. §. primo.ff.de conditionib.& demonſtrationib. & ita tenet Baldus,& Imo.in l.ſi domus.de legatis primo.in prin. Et ſi plures eſſent in domicilio electio eſſet hæredis.ut d.l.ſi domus.in princ. Tertio ſolet relinqui habitatio talis domus, quam habeo in tali loco:& tūc non uenit dominium, ſed cōmoditas, quæ eſt ius ſeparatū ab uſufru.& ab uſufr.l.cū antiquitas. C.de uſu.niſi ex cōmuni uſu loquendi legantis aliud appareret, ut ſ. dixi. Itē in tali legato habitationis nō ueniret hortus, licet aditum ad illum haberet per illam domū,ut eſt tex.in l.olympico.ff.de ſeru.urban. præd. Et ibi hoc not.Doct.quod intelligit ibi Floria. niſi iudicaretur domū accedere. ut l.prædiis.de leg. tertio. §.penul.Et adde quod dicam in uerſic.dubitari poteſt. Quarto nōnūquā relinquitur habitatio,quā quis habet in tali loco.uel dicitur, relinquo habitationē meam.& tunc uenit proprietas, ſecūdum Guiliel. Bald.& Doct.in d.l.cū antiquitas.Et propterea ſit cautus teſtator uel notarius,quomodo loquatur. Quinto quandoque relinquitur uſusfru. habitationis,& tūc idem eſt,ac ſi relinquatur habitatio talis domus. & tunc non eſt proprie uſusfruc. caſus eſt in d.l.cū antiquitas, &c. Sexto ſæpe relinquitur domus ad habitandum, uel pro ſua habitatione,& tūc dic ut per Bar.in l.libertatis.de ciba. legat. & in aliis locis,de quibus ſuprà. Septimo & ultimo relinquitur aliquando domus[a] in gaudimentum.& de hoc dic, ut dixi in materia uſusfru. *Sed contra prędicta dubitari poteſt. 6
Quidam relinquit uxori habitationem uel uſumfructum domus ſuæ: deinde legauit in eodem teſtamento eandem domum alteri,an per iſtud legatum uideatur ademptus uſusfr. uxori uel habitatio? Dicas quod non.caſus eſt no.in l.Sempronio.in princip.de uſufruc. lega.& ibi probatur,quòd legato generali uſusf.uel habitationis,nō derogatur per legatum ſpeciale ipſius rei.& dicit ibi Bartol.quod iudicio ſuo ille text.non eſt alibi. Idem tenet Ludouic. Ponta.in ſuo ſingulari ccccl xj.quod incipit,an legato generali.qui allegat etiam ad hoc legem, ſi alii.in princip.eod titu.quod not.
*Item dubitari poteſt,quid ſi teſtator ita dixit,Relinquo uxori meæ habitationē in domo cum filiis ſuis, 7
iuxta l.ſi mulieri cū liberis.de uſufr. accre. an iſta debeat habere alimenta ex tacita uoluntate defuncti, quæ in obſequio filiorum eſſe debet? ut l.ſed ſi homo. §.fin.de condit.& demonſtra.ergo debet ab eis ali:etiam propoſito,quòd eſſet alia,quàm mater,puta amita. quia hoc eſt in recōpenſatione laboris.ut l. Seio.de an. leg.& ff.commo.l.in rebus. §.pe.& l. idemque. §. Labeo.ff. manda.& l. quoniam libri.C.de teſti.ſecundum Bald.quia ita no.in l.fin.in ij.col.in princi.de indi. uiduitate. Poſtremo ſcias, quòd ille qui habet habitationem,dicitur poſsidere, etiam ſi non habeat aditum ex publico.l. ſi duo. §.cæterum.ff.uti poſ. Et ita hoc no. Bart. per illum text.qui dicit, quod ſæpe contingit quòd teſtator relinquit uxori habitationem certæ partis domus, etiam dicit quod illā partem poſsideat, etiam ſi non habeat aditum ex publico.quod eſt nota.

a Domus. Adde Corneū in ij. uol. conſ. ccxliiij. incipit uidetur prima. Et domus ſumitur in iure uarius modis, in conſi. lv. in ij.uol.Et Alex. in conſi.xlviij in ult.col.in fi.

## De ſeruitute miniſterij ſeu operarum, an ſit realis uel perſonalis. CAP. VII.

1 Quoddā quid eſt.quod in facto cōſiſtit.
2 Opera ſeu miniſteriū ſeruorū qualiter & in quibus cōſtituatur: & qualiter reſtituantur, & amittatur,remiſsiuè.

Tria



TRIA Seruitutum genera eſſe diximus, de quibus hactenus tractatum eſt. Quidam tamen dixerunt aliud genus ſeruitutum reperiri,ſcilicet miniſterium,ſiue operam ſeruorū, de qua dubitatur utrum ſit realis,uel perſonalis. & dicit Cynus in rubrica de uſufruct. quoſdam tenere,quòd ſit realis:quia perſonalis ſeruitus non tranſmittitur ad alium: ut ff.de uſufru. legato.l.ſecunda ergo,&c. Alii dicūt, quòd eſt perſonalis.nam ſeruitutes reales ſunt perpetue.ut ff.de ceſibus.l.forma.ſed ſeruitus illa non eſt perpetua, ſed mortuo ſeruo extinguitur.ergo,&c. Dicit Petrus de Bellapertica in d.rub. de uſufru.ut ibi refert Cyn.ſi uolumus tenere,quòd ſit ſeruitus, tutius eſt tenere quòd ſit realis. ſed tamen ipſe credit, quòd nō ſit ſeruitus:ſed eſt potius quædā modificatio,quam dominus compellitur pati uti ſeruitutem in ſeruo, tamē non eſt ſeruitus.& hoc dixit lex.nam in libero homine nulla ſeruitus cadit.de condit. & demonſtratio.l. Titio c. §. Titio centum.& tamen miniſterium liberi hominis poteſt legari.ut l.tertia. de uſufr.legato. & uidetur innui de operis ſeruorum. l. prima.ubi dici-
1 tur,*quòd eſt quoddam quid, quod in facto conſiſtit. unde non eſt propriè ſeruitus ſecundum eum. & ita uoluit in effectu gloſ.in l.ſi quis binas.de uſu.& ita tenet Cynus, & Baldus,& communiter Doc.in dicta rubrica.C.de uſufr.qui dicūt, quod eſt potius quædam obligatio perſonalis ſeu ius perſonale: & ideo contra impedientem non datur actio confeſſoria,ſed actio perſonalis & iniuriarum. argument .l. qui penden-
2 tem.de action. empti. *Et de hac materia,ſcilicet qualiter miniſteriū ſiūe opera ſeruorum cōſtituatur, & in quibus & qualiter reſtituantur & amittantur, uide plene per Azo.C. de uſufru. in ſumma, in ultima col. uerſiculo, ſequitur uidere de miniſterio.uſque ad finem. ubi uide,qui clarè loquitur. Dicitur etiam quòd aliud genus ſeruitutis reperitur, q̄ debetur à perſona rei,ut puta,Relinquo Titio centum ut à monumēto meo non recedat.l.Titio cētum. §. Titio.ff.de condit.& demonſtrat.& not.glo.in rubri.de ſeruitu.& gloſſ. ſecundo Inſtitution. de ſeruitut.in princip.ſed illa non eſt propriè ſeruitus, prout capitur in materia noſtra: & ideo iſtam & præcedentem non connumerari inter genera ſeruitutum,&c.

## De quibuſdam obligationibus, an illæ dicantur ſeruitutes. CAP. VIII.

1 Conſtituat ſi quiſpiam mihi, quod in fundo ſuo omni anno unū frumēti ſtariū recipiam,uel unū pomū in uiridario, an huiuſmodi ſeruitutes dicatur.
2 Promiſerit ſi quiſpiam mihi ſeruitutem pecoris appellendi ad fontes, cauſa agri mei ſtercorandi, an hoc ſeruitus eſſe dicatur.
3 Promiſerit ſi quiſpiam alicui ſeruitutem de coquendo panem in furno ſuo pro tota eius familia,an hoc etiam ſeruitus dicatur.
4 Promiſerit ſi aliquis alicui, quòd per potem ſuum ſine gabella tranſire poſſet, ſicuti promiſere Veneti Placentiu,an hoc ſeruitus dicatur.
5 Pedagium colligere an ſeruitus debita colligenti exiſtat.

HIC uidendum eſt de quibuſdā,ut promiſimus, obligationibus, an ſint ſeruitutes. *Et pri- 1
mo, ſi aliquis conſtituat mihi quòd in fundo ſuo recipiam omni anno unum ſtariū frumenti, uel quod pomum percipiam in uiridario ſuo.& Petr.de Bellaper.rubr.C.de uſufr.di

cit quòd eſt ſeruitus innominata, ex
qua oritur contra tertium impedi-
entem actio confeſſoria. ut l. Mela.
§.fi. de alimen. & ciba. lega. & idem
tenet Bal. in l. ſi plures. in iiij. colum.
C. de condi. inſer. Sed idem Bart. in
dicta rubrica tenet, quòd nõ ſit ſer-
uitus, ſed obligatio perſonalis: &
melius. de quo dic, ut ibi plene, &
per Cy. & conclude, ut dixi ſuprà in
illa q. quomodo cognoſcatur an ſer
uitutes ſint reales & prædiales, in
tertio caſu principali, ubi plenius
hoc declaraui. *Secundo, quid ſi 2
promiſiſti mihi ſeruitutem pecoris
appellendi ad fontes cauſa agri mei
ſtercorãdi, an ſit ſeruitus? Glo. dicit
quòd non. ff. de ſeruit. in l. pecoris.
Bal. contra in d. l. ſi plures. in iij. col.
de hoc dic ut per Doct. in d. l. peco-
ris. & in l. ut pomum. de ſeruitu. &
in l. Mela. §. fin. de aliment. & ciba.
& dixi in dicto iij. caſu principali.
*Tertio, quid ſi aliquis promiſit 3
ſeruitutem de coquendo panem in
furno pro tota familia? Et Cyn. te-
net, quòd non ſit ſeruitus: quia non
concernit res neceſſarias: & ideo
uendito per ipſum furno, emptor
non tenebitur me pati, quia ſeruitu
tes ſunt inductæ propter neceſsita-
tem rerum: ſed furnus non indiget
pane, ut ibi male decoquatur. & ma-
le dicit ſecundum Bald. in d. l. ſi plu-
res. in quarta col. de conditio. inſer.
quia ſecũdum eum, eſt ſeruitus, quæ
debetur à re perſonæ, ſicut eſt illa,
quod poſsim de agro tuo recipere
milleſimam fructuum, uel unam cor
bam. & dic ſecundum Pet. quòd erit
ſeruitus innominata, quia genera
ſeruitutum multo plura ſunt, quàm
quæ ſpecialiter enumerata ſunt, &
nominata. l. tertia. §. genera. de ac-
quirend. poſſeſsio. Ego credo, quòd
poſsit dici ſeruitus uſus, ex quo eſt
ad neceſsitatem familię introducta:
per ea quæ dixi in quæſt. quomodo
cognoſcatur ſeruitus realis. & adde
quòd ſtatim dicam in ſequenti diui-
ſione ſeruitutum. *Quarto, quid 4
ſi promiſiſti, quòd per põtem tuum
poſsim tranſire ſine gabella? ſicut
dicitur quòd Veneti conceſſerunt
Placentinis tranſitum per quendam
pontem, qui tunc poſsidebatur per
Venetos, abſque ſolutione alicuius
uectigalis. de hac quæſtione uide
per Bald. in d. l. ſi plures. C. de con-
ditio. inſert. in iiij. colum. uerſicu. i-
tem ſeruitus eſt, ſi per põtem tuum.
dic ut ibi. *Quinto utrum colli- 5
gere pedagium, ſit ſeruitus debita
colligenti? Dic quòd non, quia ſer-
uitutis noſtræ eſt pati, non exige-
re. ut l. quoties. la prima. de ſeruit.
Sed eſt quædam iuriſdictio ordina-
ria, conſcripta loco: & ideo ponte
deſtructo ſine ſpe reſtitutionis, non
poſsint exigi uectigalia à trãſeunti-
bus, niſi ubi erat pons, de nouo ſit
refectus, quia locus in quo erat iu-
riſdictio limitata, id eſt, ipſe pons,
in rerũ natura deficit eſſe. & omnia
loca naturalia ſunt libera tranſeunti-
bus. ff. quemadmodum ſeruit. amit-
ta. l. ſi locus. §. finali. Si autem in lo-
co ueteri reficiatur pons, tunc ue-
ctigal ipſo iure reuocatur, ſiue reſti-
tuitur in integrũ. ut dicta l. ſi locus.
ut not. Bald. ſingulariter in dicta l.
ſi plures. in iij. colum. uerſicu. uidi
dubitari. C. de conditio. inſert. quod
eſt not. Explicita eſt prima genera-
lis diuiſio ſeruitutum, cum his quæ
ad eam pertinere uiſa ſunt: nunc de
reliquis dicemus.

## De ſeruitutibus nominatis & innominatis.

CAP. IX.

1 *Seruitutes urbanæ & ruſticæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes innominatæ quænam ſint.*





3 *Seruitutes nominatæ quæ appellentur.*

SECVNDA diuiſio ſeruitutum
eſt. Nam quædam ſeruitutes ſunt
nominatæ: quædam innominatæ. ut
notat. gloſſ. in l. penul. §. prædium.
de ſeruitu. ruſtico. prædio. & ibi per
Doct. & per Cyn. & Bald. & Doct. in
rubrica. C. de uſufruct. & per Bald.
in dicta l. ſi plures. in tertia coluna.
1 *Et dic, quòd ſeruitutes urba-
næ nominatæ ſunt illæ quæ ponun-
tur in l. prima, in principio, de ſer-
uitu. urbano. prædior. innominatæ
uerò ſunt illæ ruſticæ quæ ponun-
tur in dicta l. prima. §. in prediis. eo.
titul. Et nominatæ dicuntur ſecun-
dum Paul. de Caſtr. in l. j. proxime
allegata, quia ſunt nomina iuris, ut
iter, actus, uia, aquæductus, & ſimi-
lia: ſed innominatæ ideo dicuntur,
quia illa ſunt nomina actus, non no
mina proprie, ſicut ſunt aquæ, hau-
ſtus pecoris ad aquam compulſi, ius
paſcendi, calcem coquendi, & are-
nam fodiendi: de quibus fit mentio
in dicto §. in prædiis. Denominan-
tur ergo iſtæ ſeruitutes ab ipſo actu
utendi: ſicut uidemus, quòd quæ-
dã ſunt maleficia nominata, ut fur-
tum falſum, & ſimilia, quæ ſunt no-
2 mina iuris. *Quedam innomina-
ta, quæ denominantur: quia deno-
minantur ab ipſo actu: ut percute-
re, uulnerare, qui actus poſſunt fie-
ri cum dolo & ſine dolo. Primo ca-
ſu ſunt maleficia: ſecundo non. ſed
prima non poſſunt fieri ſine dolo:
ut notat Bartolus in l. prima. §. pri-
mo. ff. ſi quis teſta. libe. eſſe iuſ. fue.
& l. prima in princip. uerſiculo, ue-
nio ad tertiam partem. ad Turpil.
ubi hæc etiam infert ad quædã alia.
Sed licet illa ſint in ſe uera, tamen
uidetur, quòd illę ſeruitutes, de qui
bus in d. §. in prædiis. poſſunt dici
nominatæ: tum quia habent nomen
proprium, & elegans, ſicut aliæ no-
minatæ. iuxta no. in l. iuſgen. in prin
cipio. ff. de pact. tum quia uidentur
eſſe nomina iuris, & nominari à iu-
re, nõ ab actu, ſicut eſt aquæductus,
quæ uidentur eſſe ita nominata, ſi-
cut aquæductus. Item ius paſcendi,
calcis coquendæ, & arenæ fodien-
dæ. nam illa nomina referuntur ad
ius, non ad factum. Tamen denique
dicit iuriſconſultus in dicta l. prima.
§. in prædiis. de ſeruit. ruſtic. pdior.
quòd in ſeruitutibus ruſti. prædio.
ſunt computanda aquæ hauſtus, &c.
quaſi dicat iſtæ ſunt ſeruitutes, quæ
ita nũcupantur, ſicut & aliæ idẽ pro-
batur inſti. de ſeruit. §. in ruſticorũ.
Et ideo poſſet forte dici, quòd illæ
de quibus in dicto §. in prediis. poſ-
ſent dici nominatæ, ſed illæ quæ nõ
reperiuntur habere nomẽ propriũ:
ſicut eſt, quando conſtituitur ali-
quid quod poſsit fieri in prædio,
quòd de iure non poſsis facere fe-
neſtram in muro comuni: uel cum
non poſsis id, quod de iure poſſes:
utputa promittis non facere fene-
ſtram in fundo tuo proprio. iuxta l.
quoties. la prima. ff. de ſerui. & ſi-
3 miles ſunt nominatæ. *Illæ uerò,
quæ reperiuntur habere nomẽ pro-
prium, à iure inuentum, ſicut eſt in
l. prima. & ſecunda. de ſerui. ruſtico.
prædio. dicuntur eſſe nominatę, per
notata in l. iuriſgen. in principio. ff.
de pact. dicit etiam Petrus, & Cyn.
in rubrica. C. de uſufruct. quod no-
minatæ ſeruitutes non ſunt plures,
ſed bene plures ſunt innominatæ.
Quòd ſi aliquis concedat, ut mihi in
fundo ſuo recipiam omni anno u-
num ſtarium frumenti, uel unũ mo
dium bladi, uel quod pomum ex ui-
ridario tuo percipiam: iſtæ tamen
ſeruitutes ſimiles conſtitui poſſunt,
ut l. ut pomũ. de ſeruit. l. pecoris. &
l. ergo. de ſerui. ruſtico. prædio. Et

dici poſſunt ſeruitutes perſonales
innominatæ. Sed in hoc ego aliter
dixi ſuprà in uerſiculo, hic uiden-
dum eſt. iuxta uerſicul. quid ſi ali-
quis promiſit ſeruitutem ei. ſuprà,
in materia ſeruitutis realis. Et ideo
teneas id quod ibi concluſum eſt.

## De ſeruitutibus diuiduis & indiuiduis.

CAP. X.

1 *Seruitus uſusfructus diuidua eſt: cæteræ autem indiuiduæ.*

2 *Ea quæ facti ſunt, diuiſionem non recipiunt.*

TERTIA diuiſio ſeruitutum
hæc eſt. Nam quędam ſunt di-
uiduæ, quædam indiuiduæ. *nam 1
ſeruitus uſusfructus eſt diuidua: &
cæteræ ſeruitutes ſunt indiuiduæ.
ut eſt textus in l.prima. uſusfruct.
ff.ad l. Falcidiam.& in l.ſtipulation.
non diuiduntur. in principio. ff.de
uerborum obligationibus. Et quæ
ſit ratio differentię, dic quòd eſt iſta
ſecundum Doctores, in dictis iuri-
bus: quia tantam utilitatem affert
uſusfructus reſpectu partis, quan-
tam eorum reſpectu totius: quod
non eſt in aliis ſeruitutibus. Nam
uſusfructus conſiſtit in commodo
fructuum, qui percipiũtur: ut ſi per-
cipiuntur decem corbes frumenti,
uel fœni, tantam utilitatem habeo
de una corbe reſpectu unius, quan-
tam de decem reſpectu decem. Sed
aliæ ſeruitutes tam reales quàm per
ſonales cõſiſtunt in commodo ne-
ceſsitatis. nam prædiales debentur
iuxta neceſsitatem.ut l.pecoris.cum
l.ſequenti.de ſeruitut. ru. prædior.
& perſonalis, cum uſus debetur ſe-
cundum neceſsitatem perſonæ. ut
l.plenum. ff. de uſu & habitatione
Neceſsitas autem eſt indiuiſibi-
lis. Nam ſi ad ſuſtentationem u-
nius neceſſarii ſunt omni die duo
panes, non habendo niſi unũ conti-
nuo: non haberet tantam utilitatem,
ex illo reſpectu duorum. quonia ex
duobus ſuſtentaretur, & uiueret in
ſolidum: ſed ex illo non ſuſtentare-
tur, propterea, quia non poteſt pro
parte uiuere, pro parte mori.& hæc
eſt ratio l. uſus pars. ff. de uſu.& ha-
bit. Alia ratio aſsignata per Albe.de
Ro.in d.l.j. §.uſu.ad l.Falci.inter u-
ſumf.& uſum. qa uſusfr.ab initio.ff.
de uſu. Vnde ſicut dominium poteſt
diuidi, & ita uſuſf. ſed uſus plus ha-
bet facti quàm iuris.& ideo pars in
eo uenire non poteſt.d.l. uſus pars.
*Ea enim quæ ſunt facti, non reci 2
piunt diuiſionem. ut l.is qui ducen-
ta. §.quædam.ad l.Falci.

## De ſeruitutibus urbanis & ruſticis, & quæ dicantur etiam ſeruitutes urbanæ. CAP. XI.

1 *Seruitutes urbanæ, & ruſticæ quare dicantur.*

2 *Prædia urbana uel ruſtica, quæ nominentur.*

3 *Stabulũ an prædiũ urbanũ dicatur.*

4 *Hortus an prædium urbanum uel ruſticum appelletur.*

5 *Horreũ an prædium urbanum denominetur.*

6 *Capanea an prædiũ urbanũ uocetur.*

7 *Nauis an prædium urbanum exiſtat.*

8 *Molendinum an prædium urbanũ ſit.*

9 *Area an prædium urbanũ dici poſsit.*

10 *Seruitus urbana qualis ſit, & quomodo noſcatur.*

11 *Habeam ſi ius eundi per fundũ tuum ad domum meam, an hoc ſeruitus eſſe dicatur.*

QVARTA diuiſio principa-
lis ſeruitutum eſt. *Quæ- 1
dam enim ſunt ſeruitutes urbanæ:
quędam ruſticæ: ut probatur in ti.de
ſerui.ruſti. prædio.& communia præ.
tam ru.& inſti.de ſerui.in prin.& §.
urbanorum. cum ſi.& dicuntur ur-
banæ



banæ ruſticæ, quia non poſſunt eſſe
ſine prædio urbano uel ruſtico. tex.
eſt in l.cõmunia prædi.& inſt.de ſer
ui. §.in ruſticorũ.uerſi.ideo autem.
quod intellige, ut no.per gl.& Doc.
2 in d.l.j. *Quę autem dicuntur urba
na prædia uel ruſtica? dic urbana di-
cuntur omnia ædificia habitãdi cau-
ſa facta, ubicunque ſint, ſiue in uilla,
ſiuę in ciuitate. quia urbanũ prædiũ
locus nõ facit, ſed materia.tex.eſt in
l.urbana prædia.de uer.ſig.& no.gl.
in l.eo iure. §. ſtabula. quib. mod.
pig.tac.contra. Ruſtica autẽ prædia
ſunt, quæ fructuũ percipiendorum
cauſa fiunt.ut probatur in d. §.ſtabu
la.Ita notat Azo in ſumma.C.de ſer
3 ui. §.j. *Sed quid de ſtabulo, ſi eſt
iunctum domui, & ſic gratia habitan
di eſt prædiũ urbanũ? ut d.l.urbana.
aliàs diceretur ruſticũ. text.eſt cum
4 gl.in d. §.ſtabula. *Quid de hor-
to? dic ſi plurimũ in redditu eſt, puta
quia in eo ſunt uites, olìueta, uel in
eo ſeminatur frumentũ, uel naſcun
tur fructus uenales: & tũc dicitur ru
ſticũ prædium, etiam ſi ſit in ciuita-
te. ſecus, ſi eſſet ſicut eſt uiridarium,
& fructus non ueduntur. ut proba-
tur in d.l.urbana prædia.de uerbor.
5 ſig. *Quid de horreo? dic eſſe pręd.
urba.ut l. ſi horreũ. cum ſeq.in qui. 10
6 ca.pi. ta.contra. *Quid de capa-
nea? dic quod ſi eſt deſtinata ad uſũ
hominis, eſſe prædium urbanum, ut
in ea quis non poſſet capi pro debi-
to ciuili, ſicut in domo non poſſet.l.
pleriq;.de in ius uocan.qa tunc ue-
nit appellatione domus. Sĩ autẽ eſt
deſtinata ad alium uſum, puta boum
uel pecorum, & tunc eſt ruſticũ præ
diũ, & tunc poſſet in ea capi.ut pro-
batur in c.ij.ſi duo fratres. in titu.de
duobus fratribus de nouo be.inue-
ſti.& not. Ludo.de Ro.in l.j. §. do-
mũ.ad Syll.quod ego intelligo, niſi
eſſet iuncta domui, uel eſſet campa
nea, in qua ab una parte eſſet do-
mus, ab alia ſtabulũ: per tex.cum gl.
in d.l.eo iure. §. ſtabul.in qui.ca.pi.
7 tac. contra. *Quid de naui? uide-
tur quòd magis urbano quàm ruſti-
co prędio comparetur: argu. l.j. §.ſi
quis de nau.de ui & ui ar. ſecundum
Bal.in l.certi iuris.in iij.col.C.loca.
& hoc uidetur probari in l.pen. §.fi.
de his qui deie.uel effu.licet non ſit
proprie domus, quæ conſiſtit ex ſo-
lo tecto & pariete.ut l.eũ qui ædes.
de uſuca. de quo uide per Ludo. Põ
8 tanum in d. §.domum. *Quid de
molendino [a]? dic potius, quòd eſt
prædium ruſticum, quàm urbanum.
Idem in fundo rurali, ſecundũ Bal.
in d.l.certi iuris.in iij.col.quod in-
tellige, niſi coniunctum domui.per
no.in d. §.ſtabula.uel niſi in molen
dino habitaretur, ſicut multi faciũt.
9 *Quid de area? dic ſi eſt cauſa fru
ctuum, in quo frumentum excuti-
tur: & tunc ruſticum prædiũ reputa-
tur.ut l.j. §.fi.de ſerui.C.ſed ſi eſſet
area, quæ proprie curtis ſeu curia ap
pellatur, quę ſit in domo uel domui
coniuncta, credo quòd urbanũ prę-
dium dici poſſet, ex qua pars domus
reputatur urbana.ꝑ quo facit quod
no. Azo.in ſumma.C.de ſeruit. §.j.
10 *Sed quomodo cognoſcetur quę
ſit ſeruitus urbana? dic ex qualitate
prædii cui ſeruitus debetur, non ex
qualitate eiusqui ſeruitutem debet.
Nã talis eſt ſeruitus, quale eſt præ-
dium cui debetur: quoniam ſeruitus
denominatur à prædio dominante,
cui debetur à digniori: ut probatur
in l.j. §.area.& ibi hoc no.gl. Dy.&
Ang.& Doc.de ſerui. ruſt.præ.& Al
ber.de Ro.in l.de pupillo. §.ſextus.
de no.ope. nun.l.qui iniam. eodem
tit.& Paul.de Caſtr.in l.j.commu-
nia præ.& habetur per Doc.in §.e-
que.inſt.de act. Sed urbanæ ſeruitu
tes ſunt, quæ prædiis debetur urba-
nis:

[a] Molend. *Quæ ſit ratio ſtatutorũ diſponentium quod molendina nõ poſsint fieri niſi dimiſſa certa diſtantia inter unum & aliud, Alex. cõſ. xxij. in ij. col. ubi ponit de menſuratione facienda, hoc caſu, an per aẽre, uel quomodo. Et ex quo flumine licite poſſit trahi aqua ad molendina uide Cer. cõſil. cclxviij in iij. uol.*

nis: ruſticæ quæ debentur prædiis
ruſticis. Nam ad hoc, ut ſit ſeruitus
urbana, neceſſariũ eſt, quod ſit prę‑
dium urbanũ, cui debetur ſeruitus,
& quod ei debetur ut urbano. Si e‑
nim iter, uel uia, quæ ruſticæ ſeruitu
tes ſunt: ut l.j. de ſer. ru. præ. deben‑
tur domui: tamen quia deberi poſ‑
ſunt, nõ intuitu ędificii, ſed ſoli, nihi
lominus ruſticæ ſeruitutes diceren
tur. arg. de ſer. ru. præ. l. certo gene‑
ri. ſimiliter dicendum eſt in ruſtica
ſeruitute. Nã & illa ideo tantum di‑
citur ruſtica, quia debetur ruſtico
prædio, nõ intuitu ædificii alicuius,
ut ꝓbatur in l.j. de ſer. ur. præ. ubi di
citur, quod ſtillicidiũ auertẽdi in te‑
ctũ uel in areã uicini, ſeruitus urba‑
na eſt: & quãdoq; poteſt eſſe, quod
area ſit prædium ruſticũ in uilla uel
in urbe: ut dixi in uer. quid de area.
Sed tamẽ quia urbanũ eſt prædium,
cui ſeruitus debetur, dicitur urbana
ſeruitus: ſicut ſi ruſticũ erit prædiũ,
cui ſeruitur, dicitur ruſtica ſeruitus.
exemplũ, eſt ædificiũ gratia fructuũ
percipiendorũ, & ei urbana ſeruitus
debetur, uel ut ipſi liceat altius tol‑
lere, uel obiicere parieti uicini, uel
ut cloaca habeatur per uicini domũ,
ad aquã aquæ fundi mei ruſtici acce
dat, dicetur ſeruitus ruſtica. de ſerui.
ruſt. prę. l. ij. & no. Azo in ſumma. C.
de ſer. §.j. *Sed quid ſi habeo ius 11
eundi per fundum tuũ ad domum
meam, an tunc dicetur ſeruitus urba
na?[a] Et uidetur quod ſic, per prædi‑
cta. Nico. de Ma. in §. æque. inſti. de
act. tenuit contrarium. ſcilicet, quod
ſit ruſtica ſeruitus, quia debetur a ſo
lo tuo meo: ſecus dicit ipſe, ſi debea
tur ſuperficiei domus meæ, & ſic æ‑
dificio: quia tunc bene diceretur ur
bana. allegatur l. ergo. cũ ſeq. de ſer.
ruſt. præ. l. ſeruitus in ſolo. quæ eſt l.
ij. de ſer. tit. generali. Ego autem in
hoc ſic puto eſſe dicendum: Aut ha‑

*a Seruitus. Adde Alexan. conſ. clxxvj. in ij. uolu. Et in j. conſ. cxlij. in j. col. Et quomodo ius ſeruitutis acquiratur, conſil. cxiij. & con. xxviij. in iij. col. in princ. & in §. & eſt ratio.*

beo ius eundi per fundum tuum in
domũ meam, quãtum ad ſuperficiẽ,
aut quantũ ad ſolum ſeu aream, aut
ſimpliciter ad domum meã. Primo
caſu non habet dubium, quod eſt di
cenda ſeruitus urbana. Secundo ca‑
ſu, quantum ad ſolũ, ſeu aream tan‑
tum: & tunc aut eſt area gratia fru‑
ctuum. iuxta l. ſi. §. fin. C. de ſer. puta
quia promiſiſti, quod uenire poſſet
cum plauſtro ad areã meam per fun
dum tuũ: & tũc quia talis area dici‑
tur eſſe prædiũ ruſticũ: ut dixi s. in
uer. quid de area. & tũc erit ſeruitus
ruſtica. Aut eſt area ſeu curia nec
gratia fructuũ, ſed animaliũ, ſicut eſt
curia animaliũ anſerũ & ſimi. & pu‑
to quod etiã iudicari debeat ſerui‑
tus ruſtica: qa talis curia dicitur po‑
tius ruſticũ, quam urbanum, etiam ſi
eſſet in ciuitate, per ea quæ dicta ſunt
ſupra. & his duobus caſibus poteſt
procedere quod dixit Nico. de Ma.
Aut eſt area ſeu ſolũ non gratia fru‑
ctuum uel animaliũ, ſed pro uſu do‑
mus: ut quia per eam itur ad ſuperfi
ciẽ, ſicut communiter ſunt curiæ in
ciuitatibus: & tunc teneo quod ſit
ſeruitus urbana: quia talis curia ſeu
area debet dici urbanum prædiũ, ut
dixi ſupra, in uerſicul. quid de area.
Tertio principali, quando ſim‑
pliciter habeo ius eundi per fundũ
tuum ad domũ meam: & tunc teneo
indiſtincte, quod ſit dicẽda ſeruitus
urbana, ex quo debet domui, & ſic
fundo urbano, per ea q̃ ſunt dicta s.

## De ſeruitutibus realibus & prædialibus, & in quo ſimul conueniant, & quæ ſit earum natura. CAP. XII.

1 *Natura omniũ ſeruitutũ quænã ſit.*
2 *Aqua cadens in curte tua naturaliter, ſi per ſe ad curtẽ meã currat, an licitũ ſit mihi aliquid facere, per quod aqua decurſus impediatur.*





3 *Promittens ſolam patientiam, aut per alia uerba ſeruitutem promittens, non uidetur ſeruitutem conſtituere, ſed perſonaliter obligare.*
4 *Seruitus in bonis noſtris non eſt, nec extra bona.*
5 *Seruitus nunquid locari poßit.*

CIRCA iſtas ſeruitutes urbanas
& ruſticas, quæ reales ſunt, &
prædiales appellantur, ut ſæpe dictũ
eſt, aliqua uideamus, quæ ipſis ſimul
conueniũt, & communia ſunt: poſt‑
ea de his tantum hoc libro dicemus,
quæ urbanas ſeruitutes contingunt.
1 *Et primo uideamus, quæ ſit ha‑
rum ſeruitutum natura. Et dic quod
in hoc eſt, ut quis aliquid patiatur:
puta quod poſsim mittere tignum
in pariete uicini, aut ut aliquid non
faciat, puta altius non tolli. ut eſt ca‑
ſus in l. quoties. la prima. de ſeruit.
& probatur in l.j. in fin. de aqua plu.
arc. & in l. in teſtamento. alias inci‑
pit, poteſt. communia prædio. nõ au
tem eſt ea natura, ut aliquid faciat
quis, ut ueluti uiridaria colat: aut
amœniorem proſpectum præſtet: ut
eſt tex. in l. quoties. §. fin. Fallit hoc
in ſeruitutibus oneris debendi: ut l.
eum debere columnam. de ſer. ur.
præ. de quo uide per Floria. & Doc.
in d. l. quoties. & plene per Barto. in
l. ij. §. apud Labeonem. de aqua plu.
arcen. Item ea eſt natura harum ſer‑
uitutum realiũ, ut ſi interſit uicino‑
rum, qui ſeruitutem ſibi deberi uo‑
lunt: alias ſi nec hominũ, nec predio
rum intereſt, ſeruitutes non ualere,
ueluti ne per fundum tuum eas, aut
ibi conſtituas: & ideo ſi mihi con‑
cedas ius tibi non eſſe in fundo tuo
ut frui, nil agitur. aliter, ſi concedas
mihi ius tibi non eſſe in fundo tuo
aquam quærere minuendæ aquæ
meæ cauſa: eſt textus in d. l. quoties.
in pincip. & ideo ſi uendo tibi do‑
mum cum pacto, ut non poſsis ibi
exercere tales artes, ſi ex hoc con‑
ſequor aliquam utilitatem, quia in
alia mihi remanente ſimilem artem
exercebam, ualet pactum: alias ſe‑
cus. non ualebit ergo talis conuen‑
tio tanquam ſeruitus, cum non ſit
prædium dominans: licet ualeat ta‑
lis conuentio, ut obligeris tu & hæ‑
redes tui: ut no. Bart. in l. uenditor.
communia prædio. Et eodem mo‑
do, ſi conueniſti mecum, ut nõ poſ‑
ſis facere feneſtram in tuo pariete,
per quam poſsis inſpicere me in ar‑
te mea uel in camera: ualet iſta con‑
uentio, ſi mea intereſt propter hone
ſtatem: quia non poſsum libere uti
domo mea, cum homines nolint in
omnibus uideri. & iſte caſus pote‑
rit quotidie contingere ſecundum
Pau. in d. l. quoties. Sed ſi non inter‑
ueniſſet conuentio, licitum eſt face
re in ſuo, dummodo non tangeret
ex alieno: licet ex hoc alienum in‑
commodaretur: ut l. altius. C. de ſer
uit. ad quod uide quod dicam infrà,
2 de ſeruit. altius nõ tollendo. *Ex
hoc ſequitur, quod ſi aqua cadens
in curte tua naturaliter, & per ſe cur
rit ad curiam meam, licitum eſt mi‑
hi aliquid facere per quod impedia
tur fluuius ſeu decurſus aquæ, & re‑
maneat in tua curte. arg. optimũ in
l. j. §. ſunt qui putant. ff. ne quid in
flumi. publi. dummodo nil tangam
de tuo. facit quod no. de damno in‑
fec. l. Proculus. ſecũdum Pau. de Ca‑
ſtro. ita not. in d. l. quoties. la prima.
de ſerui. quod eſt not. Quod autem
dixi, quod non eſt ſeruitus uel con‑
uentio, niſi interſit, procedit quan‑
do continet non fieri. in d. l. quo‑
ties. ſecus ſi contineat fieri: uideli‑
cet ut poſsim aliquid facere in tuo.
nam tunc ualet: licet tunc ſit mihi
inutile: ut l. ei fundo. ff. de ſerui. Et
eſt ratio, quia ſaltem aliquid conſe‑
quor penes me: & ſic poſſum habe‑

re rem, licet mihi non ſit utilis: ut di
cit tex. & ratio rationis, poteſt inter-
eſſe mea in futurum habere: puta
ducere aquam per fundum meum:
aliàs ſecus, ſecundum Odofre. &
Flo. ibi. Item dum dixi, quód natura
ſeruitutis eſt pati: non credas quód
per ſolam patientiam ſeruitus con-
ſtituatur. *Nam ille qui promittit 3
ſolam patientiam, aut per alia uer-
ba promittit ſeruitutem, non uide-
tur ſeruitutem conſtituere, ſed per-
ſonaliter obligare: ut eſt text. cum
gloſſ. in d. l. ſi ſub una. §. j. ſi quis. de
manſo. in v. col. in princip. in titu. de
contro. inueſti. Item tertia natu-
ra ſeruitutis eſt, ut huius iuris ſerui-
tutis nulla ſit uacua traditio: ſed pa-
tientia de utendo habetur loco tra-
ditionis. text. eſt in l. quoties. la ſe-
cunda. de ſeruit. & pro hoc l. iij. §.
dare. de uſufruc. de quo plenius di-
cam j. in quinta quæſtione princi-
pali, quomodo & qualiter ſeruitus
conſtituatur. & ex hoc poteſt colli-
gi, quód dicatur tradita poſſeſsio ua
cua, licet res debeat alteri ſeruitu-
tem prædialem: ut probatur in l.
Meuius. §. fundo. de lega. ij. & ibi
hoc not. Bar. & Doct. nam dicitur in
§. præcedenti, hæredem non libe-
rari, niſi tradat uacuam poſſeſsio-
nem. & in d. l. fundo. dicitur libera-
ri, licet tradiderit fundum alteri ſer
uientem: quod not. pro illis qui te-
nentur uacuam poſſeſsionem tra-
dere: ut l. ij. §. ij. de actio. empti. &
l. ij. C. unde ui. ſecus ſi promiſiſſent
tradere uacuam & liberam poſſeſ-
ſionem: quia tunc non liberaretur,
ſi traderet rem alteri ſeruientem:
quod eſt not. Item quarta natura
eſt, ut in ſtipulatione uel ſeruitutis
promiſsione [a] ueniat ius & factum:
ius, inquantum debuit ſeruitutem
conſtituere: factum, inquantum pa
tientia debet præſtari. ut d. l. iij. §.
dare. de uſufruct. & no. Barto. in d. l.
ij. §. j. de uerbor. obligat. & not. in l.
corruptionem. C. de uſufruct. & ui-
de per Barto. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi
quis ita. de uerborum oblig. Item
quinta eſt natura ſeruitutum rea-
lium, ut ſecundum indigentiam præ
dij dominantis conſtituantur. text.
eſt in l. ægro. §. ſi. cum ſeq. de ſer. ru-
ſti. prædio. & not. per gloſſ. & doct.
in l. ut pomum. de ſerui. ſed ſeruitus
uſus ſecundum indigentiam perſo-
næ cui debetur. ut inſti. de uſu & ha
bi. §. j. & l. plenum. §. j. ff. eo. & not.
Bartolus in l. iiij. §. Cato. in quinta
quæſtione principali. de uerbo. obli
gat. Seruitus autem uſusfructus nõ
eſt ſecundum indigentiam rei, uel
perſonæ: imó eius eſt naturæ, ut o-
mnes fructus ſpectent ad uſufru-
ctuarium. text. eſt in l. uſufruct. lega.
in prin. de uſufruct. Item ſexta na
tura eſt, quia ſeruitus poſsideri non
poteſt: ſed intelligitur poſſeſsio-
nem earum habere, qui ædes poſsi-
det. ut eſt tex. in l. ſi ædes meæ. §. ſi.
de ſerui. urb. prædio. de quo uide
plene per Cyn. in l. ij. C. de ſeruit. &
pleniſsime per Bal. Item ſeptima
natura, * quia ſeruitus non eſt in 4
bonis noſtris, nec extra bona. lege
prima. de uſufruct. lega. & ibi hoc
declaratur per gloſſ. & Doct. & ha-
betur per gloſs. in fine. in §. fina. ff.
de pigno. & per gloſſ. inſtitut. de re-
rum diuiſio. in princip. in uerſic. ha-
bentur. Item octaua eſt natura ſer
uitutis, quia ſeruitutes ſeu ſeruitu-
tum iura non ſunt ſubſtantia, ſed
qualitates prædiorũ, & inſunt præ-
diis: ſicut iuriſdictio dicitur eſſe
qualitas territorij. C. ubi & apud
quem. l. fina. & ineſt territorio ut
ibi not. & hoc uult Bald. in l da-
ta opera. in xvj. colum. in uerſi. ſed
nunquid iura ſint ſubſtantia uel qua
litates. C. qui accuſ. non poſſ. di-
cit

[a] Promiſsio ne &c. Promiſsiones intelliguntur rebus ſic ſe habentibus. Vide Corneũ cõſil. cxvj. in iij. uolum. Et hoc uerbũ, Promiſsio, intelligitur per ſtipulationem, conſil. ccxxxviij.



cit Flor. in l. pecoris. de ſerui. ruſti.
prædior. quód ſeruitus eſt in fun-
do, ſicut forma accidentalis. &
ſicut qualitas eſt in materia. Item
nona, quia ſeruitus ſeu iura præ-
diorum urbanorum non poſſunt
pignori dari, nec conueniri po-
teſt ut hypothecæ ſint. textus eſt
in l. is. §. final. ff. de pigno. & ibi
aſsignatur ratio in gloſſ. penultima,
ſed ruſticorum prædiorum ſic. tex.
eſt in l. ſed an uiæ. eodem titulo.
& gloſſ. ibi aſsignat hanc differen-
tiæ rationem: quia ſeruitutes ur-
banæ debent conſtitui ſub qua-
dam perpetuitate, ne urbis defor-
metur ruinis, ut in §. in ſuo. inſti-
tut. de rerum diuiſio. & l. fina. ff.
ne quid in loco publico. non enim
eſſet conueniens, ut poſtquam mi-
ſiſti tigna ſoluto pignore, coga-
ris tollere: quod ſecus eſt in ſer-
uitute ruſticorum prædiorum, quia
iſtud ibi ceſſat inconueniens. &
iſta ratio placet Bartolo, ibi, qui
dicit, quód ſi forte in ſeruituti-
bus urbanorum prædiorum eſſet
eadem ratio, quæ eſt in ſeruituti-
bus ruſticorum prædiorum, conſi-
ſteret obligatio, ut in hoc exem-
plo, Obligo tibi ſeruitutem al-
tius non tollendi, donec tibi cre-
dita ſoluatur pecunia. certè iſto
caſu ceſſant rationes prædictæ, ideo
uidetur quód ualeat obligatio.
5 * Sed nunquid ſeruitus locari
poſsit? uide text. cum gloſſ. & ibi
Docto. in l. j. §. item commoda. ff.
commo. & dicam in illa quæſtione
qualiter quis debeat uti ſeruitute.
Item eſt decima & ultima natura
ſeruitutum, quia in earum præſcri-
ptione non deſideratur titulus. tex.
eſt in l. ſi quis diuturno. ſi ſerui.
uendi. & not. per gloſſ. in princip.
in l. ij. C. de ſerui. & aqua. & ibi
per Docto.

## In quo conſiſtat ſeruitus ſeu ius ſeruitutis.

### CAP. XIII.

1 *Legem ſi fundum tuum ſeruientem, liberationem legare non uideor.*

2 *Seruitus ex parte fundi ſeruiente in patientia eſt.*

SECVNDO principaliter ui-
deamus, in quo conſiſtat ſer-
uitus, ſeu ius ſeruitutis [a]. Et uide-
tur quód conſiſtat in fundo. ut l.
eorum. ff. de damn. infect. & in l. in
noxalibus. ff. de noxalibus. & ita te-
net Iaco. de Are. Sed gloſs. in l. Me-
uius. §. fundo. de lega. ij. tenet con-
trarium. Barto. ibi dicit, & iſta eſt ue
ritas, quód ſeruitus in fundo do-
minante eſt ius: ei enim debetur
iſta ſeruitus, & in eo ex hoc aliquid
plus ponitur. ut l. qui aliena. §. fi-
na. de nego. geſt. Sed in fundo ſer-
uiente non eſt ius poſitum publi-
cum, ſed priuatum: quia per hoc il-
li fundo & iuri detrahitur. ut l. ſti-
pulatio iſta. §. primo, de uerborum
obligation. & l. arbor. §. fina. ff.
communi diuidun. & ideo dicit Bar
tolus in d. §. fundo. in fine, quod
1 * ſi lego fundum tuum ſeruientem,
non uideor legare liberationem:
quia in eo nullum ius habeo, quod
ponat aliquid in eſſe: ſed illud ius
eſt in fundo meo dominante, quod
tibi non lego. quod not. Et adde
quæ dixi in diffinitione realis uel
2 prædialis ſeruitutis. *Ac etiam ad-
das, quód ſeruitus ex parte fundi
ſeruientis eſt in patientia: ut l. quo-
ties. la prima. de ſeruitu. & l. ſi ego.
la prima. de public. & l. fin. de ſer-
uit. urbanorum prædiorum. ut di-
xi s. in prima & tertia natura ſer-
uitutum. & ex his quæ dixi de na-
tura ſeruitutum colligitur optimè,
in quo conſtet ipſa ſeruitus, ſeu ius
ſeruitutis.

Qui

[a] Ius ſeruit. &c. Quomodo & quando acquirat poſſeſsio ſeruitutis, uide Alex. cõſi. cxlij. in j. col. & quomodo ius ſeruitutis acquiratur per præſcriptione, & quãto tempore, conſil cxiij. per totum in j. uolu.

## Qui poſsit conſtituere ſeruitutes reales. CAP. XIIII.

1 *Dominus qui non eſt uerus, ſed quaſi, ſicut eſt bonæ fidei emptor, an prædio alieno per ipſum bona fide empto ſeruitutem imponere ualeat.*
2 *Dominum qui utile habet, ſicut eſt emphyteota, uel liuellarius, an ſeruitutem imponere poſsit.*
3 *Vaſallus qui utile dominium in fundo habet, an huiuſmodi fundi feudali ſeruitutem imponere ualeat.*
4 *Superficiarius an fundo ſuperficiario ſeruitutem imponere poſsit.*
5 *Dominus directus an fundo ſuo ſeruitutem imponere ualeat.*
6 *Hæres rei legatæ an ſeruitutem imponere poſsit.*
7 *Dominus fundi, qui ipſum alteri aut fiſco obligauit, puta ſi pecunia certo tempore ſoluta non ſit, & uendi ualeat, an poſsit ſeruitutē ipſi imponere.*
8 *Dominus fundi, in quo alius uſumfructū habet, an illi fundo ſeruitutem imponere poſsit.*
9 *Fundo ſuo an quiſpiā ſeruitutem imponere ualeat, in quo alius habet ſeruitutē realem, in ipſius tamen præiudiciū.*
10 *Maritus an fundo dotali ſeruitutē imponere ualeat.*
11 *Vſufructuarius an fundo, in quo uſum fructū habet, ſeruitute imponere poſsit.*
12 *Ius inferēdi in ſepulchrū qui habet, an ſepulchro ſeruitutem imponere ualeat.*
13 *Dominus qui adhuc non eſt, uel quaſi, ſed de proximo, uel cōtinuo futurus eſt, an ſeruitutem imponere poſsit.*
14 *Imperator, ſeu princeps, uel ſenatus priuato concedere poteſt, per uiam publicam aquam ducere, ſine tamen uicinorum incommodo. numero 15.*
16 *Seruitute habens alteri eam concedere non poteſt, niſi hoc ei permiſſum fuerit.*
17 *Conceſsiſti ſi aquā Titio, quæ in fundo tuo oritur, ut eam ad fundum ſuum ducere poſsit, an poſtea eandem mihi concedere ualeas.*
18 *Princeps in mari ſeruitutem imponere poteſt.*

TERTIO eſt principaliter uidendum, quis poſsit has ſeruitutes reales conſtituere uel imponere. Dic, ille qui eſt dominus prædij uicini poteſt imponere, & alius quem dominus alterius prædij poteſt acquirere: nemo enim poteſt ſeruitutem acquirere urbano uel ruſtico prædio, niſi qui habet prædia. tex. eſt in l. j. cōmunia prædio. & inſtitu. de ſeruitu. §. in ruſticorum. uerſic. ideo autē. Et quod dixi de domino, intellige de illo, qui eſt uerus dominus prædij, & pleno iure. *Sed qd 1
ſi non eſt uerus dominus, ſed quaſi dominus, ſicut eſt bonæ fidei emptor, an iſte poterit imponere ſeruitutem prædio alieno per ipſum empto bona fide? Sed quid ſi non eſſet uere Publiciana? & ſic eſſet quaſi dominus. ut inſt. de act. §. ſed & iſtę. & in c. abbate ſane. de re iudic. in vj. tūc bene poſſet imponere ſeruitutē: ut eſt caſus in l. ſi adeo. ff. de pign. & idem tenet Azo. in ſumma. C. de ſerui. §. cōſtituunt autem has ſeruitutes. & habetur in l. ſi ego. §. j. de publi.
*Item quid de illo, qui habet utile 2
dominium, ſicut eſt emphyteota uel liuellarius. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager uecti. uel emphy. pe. & no. in l. ſi ut certo. §. ſi duobus uehiculum. ff. commoda. & not. Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uerſi. xlv. & dicitur etiam quaſi dominus. ut no. glo. in l. iij. de ſeruitu. an poſsit imponere ſeruitutē emphyteotico? Et uidetur quod nō, quia emphyteota non poteſt alienare ſine conſenſu directi domini. ut l. fi. C. de iure emphyt. & c. potuit. extra, de lo. ergo nec ſeruitutes imponere, qa cōtinetur ſub uerbo alienatio. ut l. fi. C. de rebus alie. non alienand. Contrarium, ſcilicet ut poſsit, eſt textus cum
gl.



gl. in l. iij. ff. de ſeruit. & ibi hoc tenent Doct. & maxime Flor. & Paul. de Caſt. idem tenet Dyn. inſtitut. de action. §. æque. in v. quæſt. & Azo in ſumma. C. de ſerui. uer. conſtituitur. & Bartol. in l. j. §. fin. de ſuperfi. & idem tenet Bald. in c. j. §. quid ergo. in titu. de inueſti. de rebus alie. fac. in uſi. feud. Idem tenet Gui. & Doct. in l. in prouinciali. C. de ſeru. Et facit quod proxime dicam de uaſallo & ſuperficiario: quod intellige durante emphyteoſi ſeu liuello. Sed
finita emphyteoſi, quia reuertitur 4
ad dominum directum, & cōſolidatur cum proprietate, tunc finitur etiam ſeruitus: ut probatur in d. c. j. §. quid ergo. de inueſtit. de rebus alie. fac. & ibi hoc not. Bald. & Iaco. de Alua. & not. Bartol. in l. j. §. fi. de ſuperfi. & probatur in l. ſi cui. §. j. ff. quemadmo. ſeruitus amit. & ibi hoc no. tenet Florenti. & idem tenent Bald. Saly. & Pau. de Caſt. & doct. cōmuniter in d. l. in prouinciali. C. de ſeruit. & probatur in l. lex uectigali fundo. ff. de pigno. Et per hāc rationem reſoluto iure feudi concedentis, reſoluitur ius receptoris ſeu recipientis. ut d. l. lex uectigali. & d. c. quid ergo. & d. c. j. §. fi. & per Bald. in titul. de controuer. inueſti. & l. ſi quis domum. §. fi. ff. loca. & l. pe. §. prædium. de lega. ij. & l. Statius Florius. §. Cornelio. ubi caſus notabilis de iure fiſcū ſimi. quod eſt notandum, quia quotidie hoc contin-
3 git. *Item quid de uaſallo, qui etiā dicitur habere utile dominium in fundo, ut eſt text. & glo. & ibi Bald. & Doct. in d. §. quid ergo. & eſt gl. fi. inſtitu. de uſufruc. in princi. & eſt gloſſ. ij. extra in c. cum Bertoldus. de re iudi. & habetur per Bald. in l. unica. in vj. char. C. de confeſ. & in l. j. in ulti. colum. C. ſi plur. una ſenten. an ipſe poſsit ponere ſeruitutem in fundo feudali? Videtur quòd ſic: ut eſt caſus in d. c. j. uer. quod ergo. qui uult, quòd durante fundo durat ſeruitutis impoſitio: ſed eo finiatur ſeruitus impoſita, prout dixi in emphyteota ſeu liuellario. & ibi tenent Bald. & Iaco. de Aluar. & idem tenent Doct. in l. & in prouinciali. C. de ſeruitut. & in l. iij. ff. de ſerui. ti. generali. & Cyn. in l. fi. §. penul. ante fi. C. communia de lega. & habetur per Iaco. de Bel. in c. j. §. præterea. in tit. de capitulis Corradi. in uſibus feudorum. *Item quid de ſuperficiario, qui habet utile dominium? ut not. glo. ij. inſtitu. de uſufru. in prin. & probatur in l. j. §. quod autem. de ſuperfici. & inducitur quaſi dominus. ut no. glo. in l. iij. ff. de ſerui. & uidetur, quòd ſeruitus fundo ſuperficiario imponi non poſsit: ſuperficiarius dicitur habere quādam ſeruitutem in ſolo: ut l. ſi tibi homo. §. fin. de leg. j. ſed ſeruitus eſſe non poteſt: ut eſt text. in l. j. de ſer. legat. ergo &c. Tu autem dicas contrarium, ſcilicet quòd poſsit imponere ſeruitutem: ut eſt text. in l. iij. de ſerui. & ibi hoc tenet glo. & doct. & idem hoc tenet Azo in ſumma. C. de ſeruit. §. conſtituitur. & Bart. in l. j. §. fi. de ſuperficie. & Nicol. de Ma. & Iaco. de Alua. in d. c. j. §. quod ergo. in tit. de inueſt. de re. alie. fac. Nec eſt uerū quòd ſuperficiarius habeat ſeruitutem, ut dicit gl. in d. l. iij. ſed habet utile dominium, quod eſt contrarium ſeruituti: nam res mea non poteſt mihi ſeruire: ut l. uti frui. ff. ſi uſusfructus petat. & in l. in re communi. de ſeruitutib. urba. prædio. Nec obſtat d. l. ſi tibi homo. §. fin. cum dicit, de ſeruitute intelligitur impropriè. Vel dic ſecundum Paulū de Caſt. & melius, quòd eſſe ſuperficiarius, habeat ſeruitutem & utile dominium. Nam ſi ha-
beo

beo ſuperficiem in ſolo tuo, illud
tuum ſolum dicitur ſeruire ſuperfi-
ciei meæ, inquantum habet hoc o-
pus, quod teneatur eam ſuſtinere.
& ita loquitur text.in dicta l. ſi tibi
homo. §. final. ſed ſi conſideramus
ipſam ſuperficiem, quæ non eſt ſer-
uitus, ſed potius prædium dominās
ſolo tuo, dum illud tenetur eam ſu-
ſtinere huic prædio, quod in ſuper-
ficie bene poſſet ſeruitutem impo-
nere, & non erit ſeruitus ſeruitutis.
& ita loquitur text.in d.l.iiij. de ſer-
uitut. Et quod dixi, ſuperficiarium
poſſe imponere ſeruitutem ſuper-
ficiei, intelligitur durāte ſuperficie:
ſed ea finita, finitur ſeruitus: ut di-
xi de emphyteota & feudatario. &
ita tenet Bartolus in l. prima. §. fin.
de ſuperficie. & Docto. in dicta l.iij.
de ſeruitu. & l. & in prouinciali. C.
eodem titulo. & Flor. in leg. ſi cui.
§. primo. quemadmodum ſeruitus
amitta. Item quod dictum eſt de em
phyteota, uaſallo, & ſuperficiario,
dicas etiam idem in quocunq; alio
habente dominium utile. ut notat
Bartol. in dicta l. prima. §. fina. de ſu-
perficiebus. *Item quid de domi- 5
no directo, an poſsit ſeruitutem im-
ponere ſuo fundo? Dic ſi eſt domi-
nus direct⁹ pleno iure, ita quod nul
lus habeat utile dominium, & tunc
ſiue imponat ipſi ſolo ſiue ædificio,
ualet ipſa ſeruitus impoſita. ut l. iij.
de ſeruitut. & dixi ſupra circa prin-
cipium huius tertiæ quæſtionis prin
cipalis, & afficit ſolum ſicut ædifi-
cium. & ideo deſtructo ædificio, du-
rat in ſolo, & refecto ædificio rein-
tegratur in eo. l. ſeruitutes quæ in
ſuperficieb. §. ſi ſublatū. de ſeruitut.
urbano. prædio. ſecundum Paulum
ibi. & in dict. l. iij. Sed ſi quis eſt do-
minus tantum directus, & alius u-
tilis, qui habeat utile dominium, ſi-
cut eſt emphyteota, ſeu feudatarius,
& ſuperficiarius, ut dixi in quæſtio-
nibus præcedentibus, & tunc non
poſſet imponere ſeruitutem qui ha-
bet directum dominium in præiu-
dicium habentis utile. & ita intelli-
go d.l. iij. de ſeruitu. & ita uult Paul.
de Caſtro. & ad hoc uide quod dicā
de uſufructuario. *Item quid de 6
hærede, qui etiam dicitur dominus.
inſtitu. de hæred. qualita. & differe.
§. penul. an poſsit imponere ſerui-
tutem rei legatæ alicui ſub condi-
tione? Et dic quod ſic: ſed adueniente
te conditione extinguitur ſeruitus.
text. eſt in l. ſi cui. §. j. quemadmo-
dum ſeruit. amitta. & in d. l. ſi fun-
dum. de condition. & demonſtra-
tion. pro hoc etiam l. fi. §. ſin autem
ſub conditione. C. communia de le-
gat. & l. ſeruo lega. §. j. & quod ibi
not. per Bartolum & Docto. de leg.
primo. *Item quid de domino fun 7
di, qui ipſum obligauit alteri aut fi-
ſco: puta ſi pecunia non ſit ſoluta
certo tempore, & poſsit uedi, an in-
terim dominus poſsit imponere ſer
uitutem. Dic quod ſic, ut eſt textus
l. plerunq;. in fine titu. de regul. iur.
& idem dicas in quolibet, qui rem
alicui debet ex contractu aliquo, ut
antequam tradat, poſsit ſeruitutem
imponere. argu. l. ſi ſciens. in fine. de
contrahend. emption. & not. glo. in
d.l. plerunque. quod ſemper intelli-
ge, ſcilicet ſeruitutē durare, donec
durat dominium imponētis, & non
ultra. Quòd dixi dominium poſſe
imponere ſeruitutem fundo, intel-
lige quando eſt unus dominus tan-
tum fundi. Nam ſi eſſent plures, de-
berent omnes conſentire in impo-
nenda ſeruitute: alias unus tantum
non poſſet imponere. text. eſt cum
glo. in l. fina. ff. de ſeruitu. Sed ſi u-
nus ſeruitutem cōcederet ſine alijs,
non teneret ipſius cōceſsio iure ſer
uitutis, tamen ipſe concedens non
poſſet



poſſet prohibere eum, cui conceſ-
ſit uti iure conceſſo. Si uerò unus
primo conceſsit ſeruitutem, dein-
de alter uel alii domini tunc uariis
temporibus conceſſerunt uel rati-
ficauerunt etiam ſingulariter, & de
per ſe, tunc confirmatur prima con-
ceſsio per nouiſsimam, & trahun-
tur primæ conceſsiones uel prima
conceſsio ad tempus ultimæ con-
ceſsionis, perindeq; fit ac ſi omnes
tunc concederent. Et ideo ſi tempo
re ultimæ conceſsionis non eſſet
poſsibile primos concedere poſſe,
uel quia defuncti ſunt, uel quia par-
tes prædii alienauerunt, pendebit
hæc ultima conceſsio, donec illi qui
ſucceſſerunt in locum prioris, uel
noui ſocii, concedant ſeruitutem. &
hæc probantur in l. qui fundum. de
ſerui. ruſti. præd. & l. fin. communia
prædio. & no. Azo in ſumma. ff. de
8 ſerui. titu. generali. *Item quid in
domino fundi, in quo alius habet
uſumfructum, an dominus poſsit il-
li fundo ſeruitutem imponere? Di-
cas quòd non, etiā conſentiente uſu
fructuario, niſi ſit talis ſeruitus, per
quā conditio uſufructuarii deterior 12
non fiat. ut eſt text. in l. ſed & quod.
§. fin. cum l. ſequen. & ibi gloſſ. ui-
9 de. ff. de uſufruct. *An poſsit im-
ponere ſeruitutē fundo ſuo in præ- 13
iudicium habentis aliam ſeruitutē
realem? Dicas quòd non. text. eſt in
l. chirographum. §. j. & l. per quem.
de ſerui. ruſti. prædio. & ibi per Do-
cto. & habetur per gl. & Docto. in l.
præſes. C. de ſeru. & aqua. Poteſt ta-
men dominus acquirere ſeruitutem
fundo fructuario. text. eſt in d.l. ſed
& ſi quid. §. fi. ſicut etiam dixi ſuprà,
de fundo feudatario. & adde quod
dicā infrà, uerſic. quid de uſufructua
10 rio. *Itē quid de marito [a], an poſ-
ſit imponere ſeruitutem fundo do-
tali? Et uidetur quòd ſic, quia eſt do
minus illius fundi. l. in rebus. C. de
iure do. l. doce ancillam. C. de rei
uen. Contrarium eſt uerum. text. eſt
in l. Iulianus. cum l. ſequen. de fun-
do do. Ratio eſt, quia non habet li-
berum dominium. ut not. Bald. in d.
l. & in prouinciali. C. de ſerui. quod
intelligo de fundo dotali ineſtima-
to, quia illud reputatur eſſe uxoris.
ut d.l. in rebus. ſecus ſi eſſet æſtima-
tus tali æſtimatione, qua emptionē
faceret. ut ibi not. & in d.l. doce an-
cillam. quod in dubio præſumitur.
ut eſt gloſſ. nota. in l. ſi inter utrum.
C. de iure do. & not. Cyn. in l. iiij. in
11 ultima q. C. commo. *Item quid
de uſufructuario [b], an poſsit impo-
nere ſeruitutē fundo, in quo habet
uſumfructum? Et uideo, quòd ſic, du
rante uſufructu: quia uſusfructus eſt
pars dominii fundi, ſicut eſt uaſal-
lus & ſuperficiarius. Dicas cōtrariū,
quia minor eſt dominus, quàm ma-
ritus rei dotalis, & maritus non po-
teſt, ut dixi: ergo, &c. Itē quia uſu-
fructuarius meliore conditionē fa-
cere poteſt, ſed non deteriorē. text.
eſt in l. æquiſsimū. §. fi. ff. de uſufru.
Item an ille qui habet ius inferen
di in ſepulchrum, poſsit imponere
ſeruitutem ſepulchro? Dic quod nō.
l. j. ff. ſi ſer. uen. & l. caueri. commu-
nia prædio. *Item quid de eo qui
non eſt adhuc dominus, uel quaſi,
ſed proxime uel continuo eſt futu-
rus dominus, an poſsit imponere
ſeruitutem, ut in hoc exemplo, emo
à te prædiū, uel ex alio titulo acci-
pio, & in exceptione uel traditione
impono ei ſeruitutem ad aliud præ-
dium tuū quod retines, an poſsim?
Et dicas quòd ſic, text. eſt in l. qui
duas. de ſer. urb. præ. & in l. iij. in §.
ſi quis duas. ff. communia prædio.
& in l. ei fundo. de ſer. & ita tenet
Azo in ſum. C. de ſeruitutib. §. con
ſtituitur autem. Pro hoc facit, quia
quod

[a] Marito. *et c. Adde Corn. cōſil. clxx. in iiij. uol.*

[b] Vſufruct. *Adde Cor. cōſ. clxxxviij. in v. uol. Et an uſufructuarius teneatur tributa ſoluere, datia, & ſimilia, uide Alex. conſil. iiij. in ul. col. in v. uol.*

qnod proximè faciendum eſt, habe-
tur pro iam facto. ut l. pe. de teſta. mi
li. Et quod dixi de emptore, intelli-
ge de quocunque acquirente ius,
quod ſibi deberetur, poſſe ſeruitu-
tem imponere, ſicut eſt liuellarius,
& uaſallus. & ſimiles, ſecundum ea
quæ ſuprà dicta ſunt. *Item impe- 14
rator, ſeu princeps poteſt concede-
re[a] priuato aquam ducere per uiá pu
blicam ſine incommodo uicinorū.
text. eſt in l. ſeruitutes. §. publico. de
ſerui. *Item ſenatus poteſt. ut l. ij. 15
in princ. ne quid in flu. publi. & no.
gl. in d. §. publico. & intelligitur ſi-
ne maximo aut magno incommo-
do. ut ibi no. glo. & habetur in l. quo
ties. de precib. imperat. offe. & not.
Azo in ſumma. C. de ſerui. §. conſti
tuitur autem. pro hoc l. ij. §. merito.
& §. ſi quid à principe. ne quid in lo
co pub. & ibi de hoc habetur. Priua-
tus autem in flumine publico, uel in
aliqua alia aqua publica ad publicum
uſum deſtinata, non poteſt concede
re ſeruitutem, puta aquam per totā
tollendam ex flumine uel haurien-
dam, nec ſeruitutem caſtello impo-
nere: & ſi fiat talis conceſsio uel im-
poſitio, nō tenet iure ſeruitutis: ſed
ille cui facta eſt talis conceſsio, uel
impoſitio, tuendus eſt in iure ſuo,
quod poſsidet cōtra eū, qui conceſ-
ſit. tex. eſt in l. ij. communia prædio.
& caſtellum eſt receptatio publica. l.
j. §. antepe. de aqua quoti. & æſti. &
eſt text. cum gl. in l. ſi uenditor. §. fi-
na. de action. empti. *Item ille qui 16
habet ſeruitutem, alteri eam conce-
dere non poteſt, niſi hoc eſſet ei per
miſſum: quia nō poteſt eſſe ſeruitus
ſeruitutis. l. j. de uſufruc. lega. ſi tamē
quis habeat ſeruitutem aquæductus:
& aqua poſtquam ingreſsa eſt fundū
meum, uelim alij cōcedere, poſſum,
niſi noceam fundo ſeruienti. tex. eſt
cum gloſſ. in l. ex meo. de ſeruit. ru-
ſtico. prædio. in l. j. §. illud. Labeo.
de aqua quoti. & æſti. & hoc tenet
Azo in ſum. C. de ſerui. §. conſti-
tuitur. in fin. & idem tenet gloſſ. fin.
ante fin. in l. cum eſſet. §. j. de ſerui.
& in dictis iuribus de hoc not. in l.
præſes. C. de ſerui. & aqua. Et prædi-
cta intellige de conſtitutione quæ
imponit ſeruitutem. Perſonaliter au
tem quilibet, qui non habet præ-
dium, poteſt ſe obligare pro ſerui-
tute præſtanda. ff. famil. erciſcun. l.
hæredes. §. an ea. *Sed quid, ſi 17
aquam quæ oritur in fundo tuo, con
ceſsiſti Titio, ut poſsit eam ducere
ad fundum ſuum, an poſsis poſtea
etiam mihi concedere? Et gloſſ. in
d. l. præſes. dicit quòd ſic. ſi tamen
abundat, quòd utriq; ſufficiat, per l.
Lucio. de aqua quoti. & æſti. ita fuit
determinatum Bononiæ inter fra-
tres Prædicatores, quibus primo
commune cōceſſerat aquam, & Mi-
nores, quibus ſecundo conceſsit:
quia fuit iudicatum & ualere ſecun-
dam conceſsionem: ex quo non de-
rogabat priori: ut not. Doct. in d. l.
præſes. *Vltimo not. quòd prin- 18
ceps in mari poteſt ponere ſeruitu-
tem: ut eſt text. iuncta gloſſ. in l. uen
ditor. in prin. C. commu. prædio. de
quo uide omnino quæ dicam in v.
q. principali.

a Cōcedere. *Quādo aliquid alicui conceditur, licet ad aliquem uſum, an cēſeatur cōceſſa proprietas. uide Cornēū conſ. excv. incip. uidetur. ...iiij. uolu.*

## Qui poſsint acquirere ſeruitutem, ſeu quibus poſsint ſeruitutes concedi.

CAP. XV.

1 *Seruitutem alicui fundo qui imponere poſſunt, eidem etiam acquirere ualeant.*
2 *Prædio communi an unus ex ſocijs ſeruitutem legare ualeat.*

QVARTO principaliter dica-
mus, qui poſſunt acquirere ſe
uitutem, ſeu quib. poſsint ſeruitutes
conce



concedi. Et dic quòd illi, qui ſunt
domini uel quaſi domini uicino-
rum prædiorum, poſſunt acquire-
re ſeruitutem fundo ſuo, ſicut poſ-
ſunt imponere eadem ratione: ut l.
ei qui pignori. de ſerui. & l. j. cōmu-
nia præd. ſecundū Azo. in ſumma. C.
1 de ſeruit. §. ſunt autem. in prin. *Ex
quo nota regulam, quòd omnes, qui
poſſunt imponere ſeruitutē uni fun-
do, eadē ratione, & multo magis poſ
ſunt ei acquirere: quia meliorem con
ditionem regulariter poteſt quis fa-
cere, licet deteriorē aliquando non
poſsit: ut eſt tex. in c. j. §. quid ergo.
de inueſti. de re. ali. fa. & l. æquiſsimū.
§. j. de uſufruc. & l. fin. de uſu & ha-
bi. Et ideo feudatarius ſeu uaſallus
poteſt acquirere ſeruitutē fundo feu
datario: ut eſt tex. in d. §. qd ergo. &
idē dicas in emphyteota, & ſim. Imò
etiam plus dico, quòd ille qui nō po
teſt imponere ſeruitutem fundo, po-
teſt ei acquirere, ſicut eſt dominus in
fundo, in quo alius habet uſumfru. ut
eſt tex. in l. ſed & ſi quid. §. j. de uſu-
fruc. Item ille qui habet ius inferen-
di in ſepulchrum ſeruitutis uiæ, &
ſepulchrum acquirere poteſt, licet
ſepulchro eam imponere non poſ-
ſit. ſi ſerui. uend. l. j. cōmunia præd. l.
caueri. & idem dicas de ſim. Et pro-
cedunt prædicta, quādo eſt unus tan
tum, cui eſt acquirenda ſeruitus: ſi au
tem eſſent plures domini prædij, cui
ſeruitus acquirēda eſt: ut omnes con
ſentiant, uel eorum cōmunis ſeruus,
& ſi unus tantū mihi acquireret, non
teneret eius acquiſitio, donec alij
uel aliis ſociis cōcedatur ſeruitus. &
ultima acquiſitione confirmatur pri
ma ad tempus ultimæ, ſicut ſupra di-
ximus in imponenda ſeruitute præ-
dio communi, ut l. ſi unus ex ſociis.
& l. unus. in principio. de ſeruitu. ur-
ban. prædio. Item prædicta de ſuſpē-
ſione primæ impoſitionis ſeruitutis
uel acquiſitionis, locū habent, ſi fiat
acquiſitio uel impoſitio inter uiuos.
2 *Nam ſi ultima uolūtate unus ſo-
ciorum prædio communi legat ſer-
uitutem, prædio communi nō ualet
legatum: ſed ſi omnes ſocij legarēt,
& pariter eorum adiretur hæreditas,
legatum teneret. idemq; ſi unius ſo-
ciorum prædij communis, ſeruitus
legaretur: quia tunc non teneret le-
gatum neque ſuſpenderetur, donec
aliis concedatur: quia non ſicut ui-
uentium, ita defunctorum actus ſuſ-
pendi poſt mortē teſtatoris uel aditā
hæreditatem receptū eſt: ut eſt tex. in
l. ſi. cōmunia prædiorū: & ibi per Do
cto. de ſer. ruſtic. præd. l. ſi unus. & l.
unus. & ita not. Azo. in ſumma. C. de
ſer. §. ſiunt autem.

## In quibus rebus poſsit ſeruitus conſtitui.

CAP. XVI.

1 *Seruitus an nedum in toto fundo, ſed in ſolo tantùm, uel in ſuperficie tātùm conſtitui poſsit.*
2 *Aedificio an nedum præſenti, ſed etiam futuro ſeruitus imponi uel acquiri poſ ſit.*
3 *Mare per priuatum an ſeruitus imponi ualeat.*
4 *Gulfus ſiue mare Adriaticum, cur Venetorum eſſe dicatur.*
5 *Seruitus in re propria uel communi an imponi ualeat.*

QVINTO principaliter decla-
ramus, in quibus rebus poſsit
ſeruitus conſtitui. Dic in fundo urba
no & ruſtico: & in l. j. cōmunia præ-
dio. & inſti. de ſerui. §. ruſticorum. &
in titu. toto. ff. de ſer. urb. prædio. cū
1 ſim. *Item poteſt cōſtitui nedum
in toto fundo, ſed in ſolo tantum,
uel ſuperficie tantum: tex. eſt in l. iij.
ff. de ſeruit. Et ideo certo generi a-
grorum ſeruitus acquiri poteſt, uelu
ti uineis, quòd ea ad ſolum magis,
quàm ad ſuperficiē pertineat: & pro-
pterea ſublatis uineis ſeruitus in ſo-
lo rem

lo remanebit, niſi aliter actum fuerit: ut eſt text. in l. certo generi. in prin. de ſer. ruſt. præd. Item ad certā partē fundi ſeruitus acquiri poteſt: ut l. ad certam. de ſer.
2 *Item nedum ædificio præſenti, ſed etiam futuro ſeruitus imponi uel acquiri poteſt: ut eſt text. in l. ſi ſeruitus. §. futuro. de ſeruit. urba. prædio. Et eſt ratio: quia illud quod adhæret, præſupponit illud cui adhæret, ſecundum Oldrad. & dicit Flor. in dicto §. futuro. & ideo ualet promiſsio ſeruitutis facta illi qui ſperat ſua in futurum intereſſe. text. eſt cum gloſſ. in l. ei fundo. ſecundum unam lecturam. de ſerui. & not. Ludo. Ponta. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in xij. col. de uerbor. obligation. Ex hoc ſequitur, quod ſeruitus conſtitui poteſt, ut aquam quærere, & inuentam ducere liceat. tex. eſt in dicta l. ei fundo. Item poteſt imponi ſeruitus, ut boues, per quos fundus colitur, in uicino agro paſcantur. Item ut fructus in uilla uicini cogantur, coactiq; habeantur, & ut pedamenta ad uineam ex uicino prædio ſumantur. Item uicino, cuius lapicidina tuo immineret fundo, cedere ius ei eſſet. Item in fundo uicini terram iacere, ſaxa in fundo habere, & in tuum lapides peruoluantur, ibiq; poſiti habeātur, indeq; exportentur. text. eſt in l. iij. in prin. de ſeruitut. ruſtic. prædio. idem & in aliis, de quibus plene dicam in alijs ſpeciebus ſeruitutis tam urbanorum quam ruſti. Item in ſepulchro ſeruitus acquiri poteſt. l. ſeruitutes. §. fin. ſi ſer. uen.
3 *Item licet per priuatū mari ſeruitus imponi nō poſsit: quia natura omnibus patet. ut eſt text. in l. uenditor. in principio. communia prædio. tamen per principem bene poſſet: ut ibi nota. per gloſſ. argu. l. ſeruitutes. §. publico. ff. de ſeruit. & ſuprà dixi in iij. quæſt. princip. in fin.
4 *Et ideo cum mare Adria[illegible] quod Gulfus Venetorum appellatur, ſit dominij Venetorum: quia in eo ipſi Veneti prædominati ſunt per tantum tempus, quod non extat memoria[a] in contrarium: & per hoc dicuntur habere iuriſdictionem[b] in illo mari: quia illud tempus habet uim tituli: ut in c. ſuper quibuſdam. §. prętereà. extrà de uerbor. ſignifi. & in c. j. de præſcription. in vi. & Bartol. & Angel. de Peruſio plene in l. ſane ſi maris. de iniuriis. & Bald. in rubrica. ff. de rerum diuiſione. in ij. col. & idem Angel. in l. fin. in princip. de uſucap. ff. & in ſua diſputatione, quæ incipit, quæſtio ſuper qua conſilium poſtulatur. dicendum eſt, quòd ipſi domini Veneti in ipſo mari poſſunt ſeruitutem imponere, & non alij. quod eſt not. In loco autem ſacro & religioſo ſeruitus imponi non poteſt: ut l. ſeruitutes. §. fi. ff. de ſer. Item nec in loco publico: ut l. ſi prius. §. fin. ff. de aqua plu. arc. cū l. ſeq. de quo dicā in vj. q. principali.
5 *Item in re propria uel communi quis imponere ſeruitutem non poteſt: ut eſt text. in l. in re communi. ff. de ſeruit. urb. prædio. & in l. proprium. & quicquid in tit. communia prædio. Et eſt ratio in re propria: quia res propria nemini ſeruire poteſt: ut dictis iuribus: & l. uti frui. in princip. ff. ſi uſusfru. pet. In re autem communi: quia in re cōmuni melior eſt conditio poſsidentis. l. Sabinus. communi diui. & quia ſeruitus pro parte imponi non poteſt. ut dicta l. propriū. & dicta l. pro parte. ff. de ſerui.

a Memoria in contrariū. *Adde Alex. cōſil. vj. in j. col. in j. uol. & conſil. vij. in j. col. etiam in j. uol.*

b Habere iu. *Quid ſit iuriſdictio, & in quot ſpecies diuidatur, uide Alexan. conſi. lxviij. in v. uolu. in antepen. col. in fi. & in ult. in prin. & in iiij. uol. conſilio xxxv. in j. col. per totum. & in v. in principio. ubi ponit de mero & mixto imperio: et quæ dicantur eſſe de iuriſdictione. Et an iuriſdictio quæratur, et probetur ex conſuetudine, uide Corneum conſilio cclxviij. in iij. uol.*

## Quæ ſint neceſſaria, ut ſeruitus cōſtituatur, & ei quaſi poſſeſsio acquiratur.

CAP. XVII.

1 *Seruitus neque ad tempus, neque ex tempore, neque ſub conditione, neque ad certam conditionē conſtitui poteſt.*
2 *Quaſi poſſeſsio ſeruitutis ut acquiratur, duo principaliter requiruntur.*



SEXTO principaliter aperiamus breuiter, quæ ſint neceſſaria ad hoc, ut ſeruitus conſtituatur, & eius quaſi poſſeſsio acquiratur. Multa etenim ad hoc ſunt neceſſaria, ut ſeruitus cōſtitui poſsit. Primū eſt ex perſona conſtituentis: uidelicet, ut ſit talis, qui poſsit eā conſtituere: & quis ſit iſte, uide ſupra in iij. q. principali, ubi plene diſputaui. Secundum eſt ex parte eius, cui cōſtituitur, ut ſit habilis ad acquirendū. & de iſto dixi ſupra in iij. q. princip. ita quòd prædiū requiritur ex parte conſtituentis ſeruitutem, & prædiū, etiā ex parte eius cui cōſtituitur: ut eſt tex. in l. j. de ſeruit. ruſt. præd. & inſtit. de ſerui. §. in ruſticorum. Tertium eſt, reſpectu rei, in qua ſeruitus conſtituitur, ut ſit talis in qua ſeruitus conſtitui poſsit: quod declara, ut dixi in præcedēti q. prin. Quartum neceſſarium eſt, ut res cui acquiritur, ſeu cui acquirere uolumus ſeruitutē, ſit habilis ad acquirendū: aliàs ſecus: ut ſuprà dixi in j. q. ſeruitutum, ad fi. uer. hic eſt uidēdum. & habetur in l. ut pomū. de ſerui. & l. pecoris. de ſeruitut. ruſti. prædior. & l. ij. & l. uenditor. in princi. ff. cōmunia prædio. Quintum, quod ſeruitus conſtituatur in totum, non autem pro parte. ut l. pro parte. ff. de ſerui. & l. ſi quis duas. §. j. communia prædio. licet ad certam partem fundi pro diuiſo poſsit conſtitui. ut l. ad certam. de ſer. & not. glo. in d. l. pro parte. & ibi per Doct.
1 *Sextum, quòd ſeruitus pure conſtituatur. nam ipſo iure neq; ad tempus, neq; ex tēpore, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem[a], conſtitui poteſt. text. eſt in l. ſeruitutes ipſo iure. quæ eſt l. iiij. de ſerui. de quo dic, ut ibi per gloſſ. & Doctor. & dicam infrà in viij. quæſt. principali, quomodo & qualiter acquiratur ſeruitus. Septimū eſt reſpectu loci, ut locus medius impediens ſeruituti nō interueniat: ſicut ſi eſſet ſacer uel religioſus. ut l. ſeruitutes. §. fina. de ſeruit. & etiam aliquis aliquando. ut l. qui ſellam. §. fina. de ſeruit. urban. prædio. de quo plenius dicam in proxima quæſt. quæ impediant ſeruitutem cōſtituendam. Octauum, ut conſtituatur per uerba iuris, hoc eſt ſonantia in ius, utputa concedo tibi ius eundi per fundum meū, non autem per uerba ſonantia in factum, ut puta, concedo tibi ire & agere per fundum meū. quia tunc eſſet potius ius perſonale. ut l. apud Iulia. §. ſi quis alieni. de lega. j. & dixi plene ſuprà in diffinitione ſeruitutis realis & prædialis. & in illa quęſtio. quomodo cognoſcatur quādo ſunt ſeruitutes reales & prædiales. Nonū, quod ius inſit in prędio dominante actiue, & in prædio ſeruiente paſsiue. ita quòd non inſit perſonæ, ſed rei. ut ibidem bene dixi. Decimum, quòd iſtud ius ſeruitutis conſtitutæ reſpiciat & concernat utilitatem prædij dominantis: aliàs ſeruitus non eſſet. text. eſt in l. quoties. la prima. in princip. de ſeruit. & dixi in dicta diffinitione. Vndecimū, quòd alterius prædij ſeu libertatem diminuat. ut l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis forte. de uerbor. obligation. dictum eſt in dicta diffinitione. Duodecimum, & ultimum, quòd interueniant uerba ſolennia ad conſtituendum, puta per ſtipulationem, uel in teſtamento, uel codicillis, uel in contractu, uel in donatione[b], & ſimil. ut eſt text. in inſtitut. de ſeruit. §. finali. & ibi not. & de hoc plene in viij. quæſt. princip.
2 *Ad hoc autem, ut quaſi poſſeſsio ſeruitus acquiratur, duo principali-

a Conditio. *Quæ ſint uerba importantia conditionē, uide Alexand. conſi. cij. in v. col. §. na dict. a uerba. in j. uol. & quando uerba poſsūt ſe habere ad conditionem & modum. quomodo debeant potius capi. conſi. etiā cu. in ea. col. §. confirmo quia. & in iiij. uolu. conſi. xl. ubi ponit quæ uerba faciant conditionem.*

b Donatio. *Adde Alex. cōſil. xxv. in fi. in v. uol. & in iij. uol. conſi. liv. in antepenul. col. uerſi. uenio ad ſecundum. Et quomodo ſtatutum loquens de donatione habeat locum in donatione ob cauſam uel ſub modo, habes cōſil. liij. in pen. et ulti. col. & cōſi. lxxviij. in fi. in iij. uol. Et an donatio inter uir. & uxo. firmetur iuramēto, uide Cor. cōſilio xlj. in iij.*

*uol. & an ualeat donatio facta per minorē cum iuramēto. conſi. ciij. in dicto uolu.*

ter requiruntur. Primo uſus utentis
ſeruitute. Alterum patientia alterius
rem poſsidentis, quæ ſeruitutem de-
bet. ut l. j. §. fi. de ſerui. ruſtic. prædio.
quæ patientia non dicitur, niſi ſciat
eum uti quaſi intendentem acquire-
re ſeruitutem. ff. ſi ſerui. uen. l. quod
ſi forte. §. j. ſecundum Innocen. qui
no. dicit in c. bonæ. el. ij. in gloſ. & in
fi. extra de poſtula. prælat. & ibi per
Doct. & idem notat Archid. in c. non
eſt. de conſuetu. lib. vi. & uide de hac
materia plene per eundem Innocen-
tium in dicto c. bonæ. in gloſſ. quæ-
ritur. & in c. cum dilectus. in gloſſ. re
cuperandæ. extrà de cape. mona. &
in c. in literis. de reſtit. ſpol. & pleniſ-
ſime per Bald. in l. ij. C. de ſeru. & ple
ne Flor. in dicta l. ſeruitutes. la gran-
de. de ſeruitu. ubi ponunt & exami-
nant quomodo & qualiter acquira-
tur quaſi poſſeſsio in iuribus incor-
poralibus, ubi uidere poteris per te.

## Quæ impediūt ſeruitutem conſtituendam. CAP. XVIII.

1 *Locus ſacer, uel religioſus ſeruitutem impedit.*
2 *Differentia inter ſeruitutes ruſticas, et urbanas, in quibus conſiſtat.*
3 *Locus medius an ſeruitutes impediat.*

SEPTIMO neceſſarium eſt intel
ligere quæ impediant conſtituen
dam ſeruitute. *Et dicas, quod lo- 1
cus medius aliquando impedit: puta
ſi eſt ſacer uel religioſus[a]: ut eſt text.
in l. ſeruitutes. in fin. de ſeruit. & eſt
text. in l. ſi prius. §. ſed loco ſacro. de
aqua plu. arcen. & not. gloſſ. in c. j. de
obſer. ieiunij. & ibi per cano. & dixi
in præcedenti q. principali. Idem eſt,
ſi locus publicus eſt medius, ſi per id
quod debet in medio fieri, impedi-
tur publici loci libertas uel publicus
uſus, ut ſi uellem de domo mea in
domum tuam immittere trabem cor
ripiendo uiam publicam, uel appo-
nere ponticellum: uel ſi uelim de fun
do tuo ad meum deducere aquam, fa
ciendo in uia publica riuum, his ca-
ſibus ille locus publicus medius im-
pedit ſeruitute conſtitui, niſi princi-
paliter lege permittere. ut eſt text in
dicta l. ſi prius. §. fi. cum l. ſequen. &
not. Bartol. in d. l. fin. uel niſi permit-
tente ſenatu: ut l. ij. in princi. ne quid
in loc. pub. & dixi ſupra in iij. quæſt.
princip. uer. item Imperator. uel niſi
hoc mihi liceret ex lege municipali,
uel a magiſtratu, cui hoc competeret
ex forma ſtatuti. ut l. prohibere. §.
plane. quod ui aut clam. & not. Flo.
in l. qui ſella. §. fi. de ſeru. ruſti. præd.
Itē alius locus priuatus impedit ſer-
uitutē, quādo ille locus eſt extranei.
& in eo eſt aliquid faciendum, quo-
uſque etiam in illo ſeruitus acquira-
tur. ut l. in tradendis interpoſitis. cō-
munia prædio. & l. loci corpus. §. fi.
ſi ſer. uen. Cæterum ſi medius locus
ſit conſtituentis ſeruitutem, uel etiā
extranei ſint in illo, nō eſt aliquid fa
ciendum propter quod ſeruitus im-
pediatur, tunc locus ille medius non
impedit ſeruitutem conſtitui. ut di-
cto §. interpoſitis. & ideo ſeruitus
eſſe poteſt in urbanis prædiis, etiam
interpoſito medio prædio ſeruitu-
tem non debente: quia ſi habeo ius
ſeruitutis altius non tollendi, remo-
tioris domus utilitas erit, donec præ
dium medium meum extollatur. ut
eſt tex. in l. & ideo. ſi ſer. uen. Eodem
modo quod dictum eſt de loco ſa-
cro, religioſo, & publico, medio im
pediente ſeruitutem conſtitui: intel-
lige quando in loco medio requiri-
tur, quod aliquid fiat. aliàs non im-
pediretur. ut dicto §. interpoſitis. ſe-
cundum Flor. in dicta l. qui ſella. §.
finali. *Et ideo non uidetur eſſe 2
differētia inter ſeruitutes ruſticas, &
urbanas. licet text in l. qui ſella. §. fi.
tacite uideatur differentiam facere.
&

*a Religioſ. Adde Alex. conſilio lxxx. in j. col. in v. uolu. & Corneū conſilio ccxx. in j. uol.*



& Azo in ſumma C. de ſer. §. porro.
quod dictum eſt. ſed re uera non eſt
differentia. Sed ſolum in hoc conſi-
ſtit differentia, an prædium meum
impediat utilitatem uenire de uno
prædio ad aliud: quod cōtingit duo
bus concurrentibus. Primum, quod
prædium medium non ſit conſtitue-
tis ſeruitutem. Secundum, quòd ad
uſum ſeruitutis aliquid ſit in eo fa-
ciendum, uel exercendum, quod fie-
ri poteſt inuito domino. ut l. inui-
tum. cū l. præce. in fi. de ſer. urb. præ-
dio. & tunc impedit conſtitui ſerui-
tutem. Sed ſi nil erat faciendum, uel
ſi erat prædium intermedium, tamen
erat eiuſdem domini prædij domi-
nantis: & etiam quia poteſt facere in
illo prædio medio quicquid uult,
non impedit ſeruitutem conſtitui,
quia non impedit utilitatem perue-
nire. ut eſt text. in l. ſi cum ſeruitus. ff.
quemadmo. ſerui. amit. & in l. ſi ædes
meæ. & in l. nemo enim. de ſeruitut.
urban. prædior. & in l. ſi mihi. §. pen.
& l. tria prædia. de ſeruitut. urbanor.
3 prædio. *Et de iſta materia an lo
cus medius impediat ſeruitutes, ui-
de per Bartol. in l. ſi prius. §. fina. de
aqua plu. arcen. & per Flo. in dicta l.
qui ſella. §. fina. de ſeruit. urban. præ-
dio. & per Paul. de Caſt. in l. in trade-
dis. §. interpoſitis. communia præ-
dio. & per Doctor. in §. æque. inſtit.
de action. & per Cano. in c. j. de ob-
ſeruatione ieiunij. Item impedit ſer-
uitutem conſtituendam, quando ali-
qua eorum quæ ſunt neceſſaria ad i-
pſam deficiut, ut dictum eſt in q. præ
ced. ubi uideas. Itē quando id ex for
ma municipali ſtatui eſſet prohibi-
tum: pro hoc uide text cum gloſſ. &
quod ibi notat. in l. qui luminibus. de
ſeruit. urban. prædio.

## Quomodo, & qualiter, & quando conſtituatur, & acquiratur, & retineatur ſeruitus; & quæ ſeruitutes dicantur habere cauſam perpetuā, ſeu cōtinuā, quaſi cōtinua, ſeu quaſi perpetuā: & quæ cauſam diſcontinuam. & quanto tempore huiuſmodi ſeruitutes præſcribuntur. CAP. XIX.

1 *Seruitus pactionibus, ſtipulationibus, teſtamentis, & contractibus conſtituitur.*
2 *Seruitutes multiplices ſunt, et quæ ſint ſeruitutes habentes cauſam continuā, & quaſi continuam.*
3 *Seruitutes habentes cauſam diſcontinuam quæ ſint.*
4 *Seruitutes, quibus præſcributur x. an. inter præſentes, & xx. inter abſentes, quæ dicantur.*
5 *Tempus, cuius non extet memoria in contrarium, quod dicatur, & quomodo probetur, remiſsiue.*
6 *Poſſeſsio c. annor. quomodo probetur, remiſsiue.*
7 *Venditio non probaretur, etiam ſi poſſideretur res alicuius, uel uſufructus eius, eo ſciente, & patiente.*
8 *Poſitio allegati titulum quod titulum non habuerit, fieri poteſt.*
9 *Negatiua quomodo probetur, remiſſiue.*
10 *Res dicuntur poſsideri, quando cauſam continuam habent.*

OCTAVO principaliter expedit
examinare quomodo, & quali-
ter, & quando conſtituatur, & acqui
ratur, & retineatur ſeruitus. *Et
1 dic, quod conſtituitur pactionibus,
ſtipulationibus, & teſtamentis, &
contractibus. text. eſt cum gloſſ. in-
ſtit. de ſeruit. §. penul. & fi. & dixi ſu
pra in vj. quæſt. princ. uerſi. xij. & eſt
tex. in l. j. teſtamento. alias incipit, po
teſt. cōmunia præ. & l. binas ædes. de
ſer. urb. præ. cū ſim. & uoluntate par-
tium cōſtituitur ſeruitus ab inuitis:
& inuitus dicitur ille, qui non con-
ſentit expreſſe, etiā ſi non contradi-

catːut l.inuitum.de ſer.urba.prædio.
Ideoq; licet uadā per prædium tuū,
uel aliqua proiiciam in tuo, te ſcien-
te, & non contradicente: non ſtatim
eſt ſeruitus, niſi præſcribam. ut l.iij.
in fi.eod.tit.de qua præſcriptione ſta
tim dicam, ſicut econtra in amitten-
dis ſeruitutibus dicitur. nam licet al-
tius tollas. me ſciente, non ſtatim do
mus tua eſt libera.ut l.hæc autem iu-
ra.de ſer.urb.præd.& not.glo.in d.l.
inuitū. Itē conſtituitur & acquiritur
ſeruitus per conſuetudinem:ut l.j.§.
pe.& fi.& ibi per gl.& Doct.de aqua
plu.arce. Item acquiritur per præſcri
ptionem: ut habetur per glo.ordi.&
mag.in hac materia in l.ſeruitutes la
grāde.ff.de ſer.& ibi per omnes Do-
ctor.& per Azo.in ſumma C.de ſer.
§.item conſtituitur ſeruitus per con
ſuetudinem.& habetur per gl.& Do
cto.in l.ij C.de ſer.& aqua.per Dyn.
in c.poſſeſſor malæfidei. & in c.ſeq.
de reg.iur.in vi.& per Barto.in l.j.§.
deniq;.de aqua plu.arcen.& per Do-
cto.in §.æque.inſti.de actio. *Cir 2
ca quod primo eſt ſciendū, quod ſer
uitutes quædā dicuntur habere cau-
ſam perpetuam, ſeu cōtinuā: quædā
quaſi perpetuā, ſeu quaſi cōtinuam:
quędā diſcōtinuā.ut no.p gl.& Do-
ctor.in d.l.ſeruitutes.& habetur in l.
foramē.de ſer.ur.prę.& in d.l.ij.C.de
ſer.& aqua. Et dic ꝙ illa ſeruitus di-
citur habere cauſam cōtinuā, & per-
petuā, q ſemper eſt in uſu actualiter
& potentialiter, ut ſeruitus aquædu-
ctus, & ſeruitus altius nō tollēdi, &
ſimiles. Quaſi cōtinuā ſeu quaſi per-
petuam cauſam dicitur illa ſeruitus
habere, quæ perpetuo ſeu continuo
potentialiter, ſed non actualiter eſt
in uſu: ut eſt ſeruitus ſtillicidij, uel
ductus aquę ex cœlo cadentis: ut di-
cta l.foramen.de ſeruitu.urban.præ-
dio. Et eſt ratio, quia in iſtis non re-
quiritur ſemper factum hominis ad
uſum ſeruitutis, licet requiratur ali-
quando à principio ad ipſam conſti-
tuendā, ut in aquæductu: quia poſtq̃
aqua eſt deriuata per riuum, uel ca-
nalē facto naturæ continuatur, & per
ſeipſam ſemp fluit, & ita in ſeruitute
tigni iniuncti uel oneris ferendi. nā
poſtquàm ſemel eſt immiſſum per ſe-
ipſum continuatur. Itē in quaſi per-
petua ſeu quaſi continua. ratio eſt,
quia licet in illa non exerceatur ſem
per, tamē eſt apta ſemper exerceri ſi-
ne facto hominis, ut in ſeruitute ſtil-
licidij, quæ eſt reſpectu aquæ ex cœ-
lo cadentis, quia nō ſemper pluit: ſed
cum pluit, per ſeipſam cadit, & ſtilli-
cidium eſt ſemper aptum recipere a-
quam ſine facto hominis, poſtquàm
ſtillicidiū factum eſt. *Diſcōtinuā 3
uerò cauſam illa ſeruitus habere dici
tur, quæ non eſt ſemper in uſu actua-
liter, nec potentialiter, ſed neceſſario
requirit interpoſitionem: quia in ſui
uſu requirit factū hominis, quod nō
poteſt eſſe cōtinuū, ut ſeruitus itine
ris, uiæ, & ſim. Nam homo nō poteſt
ſemper ire, uel ducere currū, aut plau
ſtrum.l.ſeruitutes. la grande.in prin.
de ſer. Et iſtud quod dixi de cauſa diſ
continua, procedet in ſeruitutibus
realibus, quæ re rei debetur: quia in
iſtis ipſa res dicitur tales ſeruitutes
quaſi poſsidere mediate facto homi-
nis, non aute facto ſuo: & ideo cum
iſtis realibus ubicunq; factum homi-
nis requiritur ad uſum, & illud non
poſsit ſemper eſſe cōtinuū, ſequitur,
illa res tales ſeruitutes non continue
poſsidet, & propterea dicūtur habe-
re cauſam diſcōtinuam. Sed ſecus eſt
in ſeruitutibus, uel perſonalibus iu-
ribus, quæ debentur à re perſonæ: ut
eſt uſuſfructus, uſus, iuriſdictio, &
ſimil. Nam in iſtis licet factū homi-
nis requiratur, non ſolum ab initio,
ſed etiā ex poſtfacto, non tamē dicū-
tur habere cauſam diſcontinuā: quia
poſſunt animo poſsideri, ex quo pſo
nę debentur, quæ habent animū: li-



cet actus ſint diſcōtinui. ut elegāter
not. Bar.in l.iuſto.§.nō mutat.de u-
ſucap. & ibi oīno uideas.& not.per
Cyn.in l.ij.in vj.q.C.de ſer.& aqua.
quod not. pro huiuſmodi materiæ
4 fundamento. *His itaq; præmiſsis
dicas, ſi eſt ſeruitus, quæ habeat per-
petuā cauſam ſeu cōtinuam uel qua-
ſi perpetua ſeu quaſi cōtinua, ex his
duobus caſibus regulariter preſcribi
tur lōgo tēpore, uidelicet x.ann.in-
ter pſentes, & xx.inter abſentes ex-
emplo rerū immobiliū: ut eſt text.in
l.fi.C.de præſcrip.lon. tēporis. & in
l.ij.C.de ſer.& ibi hoc no.per glo.&
Doct.& idem not.gl.ordi.in d.l.ſer-
uitutes.& ibi per omnes Doct.& per
Azo.in ſumma C.de ſerui.§.item cō
ſtituitur.& in l.j.in v.q.eod.titu.per
Cy.C.de ſer.& aqua.& in l.ij.in v.q.
eod.tit. Sed ſi eſt ſeruitus habens cau
ſam diſcontinuam: & tūc regulariter
non præſcribitur: ut eſt tex.in d.l.ſer-
uitutes.in princ.& ibi per Do.in d.v.
& vj.q. Sed illa regula fallit in multis
caſibus. Primo quando quis fuiſſet
uius iure ſeruit. tāto tēpore, in cuius
cōtrarium memoria nō exiſtit.l.hoc
iure.§.ductus aquę.de aqua quoti.
& æſti. ſecūdum unum intellectum,
ſcilicet, quòd ibi loquatur de huius
ſeruitute.ar.l.j.§.fi.& l.ij.§.antepe.
de aqua plu.arcē.& not.gloſ.mag.in
d.l.ſeruitutes.de ſerui.& per omnes
Doct & not gloſſ.in d.l.ij.& ibi per
Doctor.C.de ſer. Et pro hoc adduco
tex.in c.ſuper quibuſdam.§.præter-
ea.extra de uerb.ſignifi.ubi habetur,
quod tēpus cuius nō extat memoria
in contrarium, habet uim priuilegij.
& eſt text.in c.j.in fi.de præſcrip.lib.
vi.ubi dicitur quòd dictum tempus
5 habet uim ti. *Quādo autē dicitur
eſſe tantū tēpus. cuius nō extet me-
moria in cōtrariū[a], & quomodo pro
betur, uide plenius per Inno.in c.qd
per nouale.& in c.ueniēs.& ibi per ca
noniſtas.de uer.ſig.per Cyn.in l.ij.in
ix.q.C.de ſerui.& aqua. & per Bar.in
l.j.§.Labeo.de aqua plu.ar.& per gl.
& Doc.in l.arbiter.de pro.& per Flo.
in dicta l.ſeruitutes.in ult.charta.cir-
ca prin.& adde quod Cy.tenuit in d.
l.ij.ix.quæſt. quòd centū anni dicans-
tur eſſe tanti temporis, de quo
nō extet memoria. Idem tenuit An-
ton.de Butr.in in c.ueniens.in princ.
ulti.col.extra, de teſti.& Inno.etiam
ibi circa fi.ij.col.in uer. item dicunt
quidā, quòd ſi conſtet.& idem ſentit
Specula.in titu.de probat.in ij.parte
Spec.§.j.uer.quid ſi teſtes.ad fi.illius
uer.& idem tenet Bald.in d.l.ij.ad fi.
ij.col.C.de ſeruit.& Card.Zabarel-
la in c.ſi diligenti.in fi.extra de præ-
ſcrip.& no.per Doct.in iuribus præ-
6 allegatis. *Et quomodo probetur
poſſeſsio c.ann.uide per Bal.in aut.
quas actiones. in ul.col.in prin.C.de
ſacroſ.eccl.& uide gloſſ.& quod ibi
notatur in c.cū nobis.ex.de præſcri.
Secundus caſus eſt, in quo fallit,
quādo utens allegaret ſeu habuiſſet
titulum conceſsionis ab ipſo domi-
no: & ſic ex aliquo titulo præcedenti
dicat ſibi à domino fuiſſe ſeruitutem
conſtitutā: nec id poſsit probare per
teſtes uel inſtrumēta: & in adminicu
lum ſuæ intentionis inducat conie-
cturam, quia uſus eſt ſeruitute præ-
dij domino ſciente, & non contra-
dicēte per x.uel.xx annos, ſcilicet per
x.inter præſentes, & xx.inter abſen-
tes: quia præſumitur ſeruitus conſti-
tuta ex cauſa quæ prætenditur præ
ceſsiſſe.arg.l.j.in fine. de aqua pluuia
arcen. & l.cum de in rem uerſo.ff.de
uſuris.ita ſingula.dixit gloſſ.in l.ſer-
uitutes.la grande, in gloſſ.magna in
fine.de ſeruitu.& gloſſ.in l.j.§.final.
in uer.quandiu. de aqua pluuia arce
da. Et idem ad literam dicit Azo.
in ſumma. C. de ſeruituti. §.item.
conſtituuntur ſeruitutes per conſue

a Memoria in contrari.

*An tempus c. an. dicatur tātū tempus cuius in cōtrariū memoria nō exiſtit: et an uſus tāti tēporis uim habeat conceſſionis & priuile gij. Alex.v.no. in cōſ.xvj.in ij. col.in uer ſi.ſecūdo principaliter. et in cōſi. xxiiij. et ibi, an illud tēpus ſuffi ciat ad præſcribendū merum imperium.*

tudinem.& idem not.Inno.in c.ſi diligenti. extrà de præſcript. & Ioan. And.& Doct.in c.peruenit.de cen.& idem tenet Barto.& Flo.in dicta l.ſeruitutes.& do.Angel.de Are.inſtit.de action.§.æque. Et iſtam opin.tenent communiter Docto.tam legiſtæ,quam canoniſtæ,ut dicit Paul.de Caſtr.in dicta l.ſeruitutes.Sed Petr.de Bellapert.Cyn.& Ia.But.& Ray.de For.in l.ſi certis annis.C.de pac.& Ang.ibi in ſua repeti.tenet contrarium,dicentes quòd l.cum de in rem uerſo.loquitur in faciente,hoc eſt,in ſoluente per x.uel xx.annos: contra quem facilius præſumitur, cum ei non ſit tantum imputandum. Et pro iſta diſtinctione bene facit, quod not. Innoc.in c.olim.el.ij.ad fin.de reſtitut.ſpol. Item pro hac parte ego adduco hanc rationem. Nam ſi opi.gloſſ.& Doct.eſſet uera,lex quæ dicit,quòd requiratur tantum tempus, cuius nõ extet memoria in contrarium, eſſet impoſita potius uerbis, quàm rebus, contrà l.ij.C.communia de leg.& l.fi.C.de uſu.& c.commiſſa.§.porro.de elect.in vi.Nam quilibet qui fuiſſet in quaſi poſſeſsione per x.uel xx. annos,ſemper allegaret titulum a domino:& ſic nũquam haberet locum dicta lex, quæ requirit tantum tempus,quòd non extet memoria in cõtrarium.Bart.autem in dicta l.ſeruitutes.conatur ſaluare gloſſ.& dictam opin.communem.& reſpondet contrarijs, dicens quòd in his quæ ſunt magni præiudicij, procedit opi.Pet.& aliorum ſequentium,quod nõ habeat locum l.cũ de in rem uerſo.ſicut eſt in acquiſitione dominij,uel partis eius.

7 *Nam ſi poſsiderem rem tuam,tanquã meam,per longũ tempus, te ſciente & patiente, uel etiam uſumfructũ eius, q eſt pars dominij: ut l.iij.de uſufr.& poſtea dicerem te mihi mea uẽdidiſſe,uel cõceſsiſſe,nõ probaretur per hoc uẽditio uel cõceſſio.facit l.libertis.§.j.de ali.& ciba.leg.& l.nullo.C.de rei uẽ. Sed in his quæ ſunt parui præiudicij,ſicut ſunt ſeruitutes prædiales,per quas nõ acquiritur dominium,nec pars eius:& tunc procedit opin.gl.& pro hoc allegat l.ſi filius.C.de peti.hære.& l.qui aliena.§.j.de acquire.hæred.& l.quam Tuberonis.§.ſunt quædam.ff.de pecu.Item pro hoc allegat glo.ſimilem not.in l.pen.C.communi diui.ubi contra patientem præſumitur titulus diuiſionis,qui eſt parui præiudicij:ut ibi not.ad incõuenies,quod dixi, uidelicet quòd lex uideatur poſita uerbis, & non rebus,non reſpõdet.ſed poteſt dici ſecũdum Paul.de de Caſtr.in dicta l.ſeruitutes.quòd illud tẽpus cuius memoria nõ extat in cõtrarium,requiratur quando aduerſarius ignoraret.Si autẽ ſcit,& patitur, & tunc ſufficiat longum tempus,cũ allegatione tituli.& iſto modo poteſt ſaluari communis opi.Poſſet etiam aliter reſpondere: quamuis ſufficiat allegare titulum cum quaſi poſſeſsione longi temporis.& eſſet præſump.iuris & de iure, tamen contra eam admitteretur probatio in cõtrarium per partis confeſsionem.& gl.eſt not.in aut.de qualitate dot.§.illud.in uerbo, ſcribat.col.vij.& eſt alia ſimilis in l.in cõtractibus.in princip.uer.nulli.C.de non nu.pe.& not.Doct.in aut.ſed iam neceſſe.de donatio.ante nup.& canoniſtæ in c.is qui fidem.de ſpõſa.

8 *Et ideo poſſet fieri poſitio allegãti titulum, quòd nõ habuit titulũ:ſed ſi confiteretur,allegatio tituli ſibi nõ ꝓdeſſet: ideo nõ credo, quòd ſit præſumptio iuris & de iure,ſed iuris tantum:ideo poſſet probari cõtrarium per alias probationes iuxta not.in c.bonæ memoriæ Magũtini.de elect.& in l.actor.C.de proba.& per hoc patet,ꝗ lex quæ requirit



quirit tantum tempus,cuius non extet memoria, non erit impoſita uerbis,quando cõfiteretur aduerſarius, uel probaretur titulum nõ præceſsiſſe:uel quando aduerſarius ignoraſſet allegãtem titulum poſſediſſe.

9 Teneas itaq; opi.gl.quæ eſt cõmunis,& eam ſemper obſeruari in practica uidi: & eãdem practicam uidi obſeruari, quando quis non ſoluit decimam per tantum tempus, quòd non extet memoria in contrariũ: ſed iſtud non examino, & ad eius probationem inducit poſſeſsionem,uel quaſi tanti tẽporis, quod non extet memoria in contrarium: ſed in hoc de decima eſt magis dubium:quia tractatur de magno præiudicio: ſed in hoc plus eſt, quàm in præcedenti caſu.quia allegatur non tempus longum,ſed tempus quòd non extat memoria in contrarium. ſed iſtud non examino: quia eſt longa materia. de qua uide in c.j.de præſcrip.lib.vi.& in c.ſuper quibuſdam.§ præterea.de uer.ſig. ſit ergo cautus ille, q eſt uſus aliquo ſeruitu.iure diſcontinue,ut ſemper alleget titulũ aliquem habilem ad conſtituendã ſeruitutẽ ſibi, & probet ſe uſum fuiſſe illo iure ſeruitutis per x. annos inter præſentes,& xx.inter abſentes, ſciente aduerſario & patiẽte, & obtinebit:& ſit etiã cautus in hoc ut alleget ſe ti.habere ab aduerſario, qui poſsit ſeruitutẽ imponere rerũ: nec alleget ſe titulũ habere à quodã tertio:q̃a hoc nõ ſufficeret:ſciã enim & patiẽtiã nõ domini,nõ faciet reſultare præſumptionẽ in facto alieno, ſed in facto proprio.ſic ſecũdũ Paul.de Caſt.in l.ſeruitu.de ſerui.qui hoc declarat & bene. E cõtra ſit cautus etiã aduerſarius,ut quærat propoſitiones uel aliter habere cõfeſsionẽ ab altera parte,ſcilicet ꝙ nullũ titulũ habeat ab ipſo,uel ab alio, q ſeruitutẽ imponere potuerit: uel ſi non poteſt habere confeſsionem, quærat probare contrarium, coarctando dictum titulũ ad certũ locum,& tempus. iuxta no.in l.actor.C.de proba.& in d.c.bonæ.de elec. * Vbi habetur,quo modo probetur negatiua:quia ſi allegas titulũ cõfiteretur ſe non habere, uel etiã probaretur,illa allegatio ti.ſibi nõ prodeſſet.Et hæc tene menti perpetuo,quia ſunt utilia, & nõ ita bene declarata alibi reperies. Tertius caſus, in quo fallit dicta regula, eſt quãdo quis probaret ſe habere uerũ titulũ à tertio.nam tũc ſeruitus, etiã ſi haberet cauſam diſcontinuã,acq̃reretur lõgo tẽpore,uidelicet x. annis inter præſentes,& xx.inter abſẽtes,[a] per tex.in l.fin.in fi.de præſc.lon.tẽp.& per l.ſi ego.§.j.ibi,ita ruſticorum.de publi.quod eſt ſingulare ſecundũ Pau.de Ca.in d.l.ſeruitutes.de ſerui. Debet ergo illa regula intelligi, quãdo quis nõ habebat uerũ titulũ à tertio. Et quòd dixi uerũ titulũ debere probari, q̃a nõ ſufficeret ipſum tãtũ allegare:uſus enim longi tẽporis nõ poſſet operari duo ſpecialia,ſcilicet ꝙ faceret ꝓſumi titulũ ab extraneo, & ultra hoc,quòd ſufficiat lõgũ tempus cũ tali titulo allegato, ubi alias requireretur tãtũ,cuius nõ eſſet memoria in contrariũ,per not.in l.j.C.de do.promiſ.cũ ſi. quia non accidit in titulo allegato à domino aduerſario, ſeu ab illo qui ſeruitutem imponere potuit: quia uſus longi tẽporis etiã hoc caſu inducit unũ ſpeciale tãtũ.ſ.probationẽ tituli,qua facta,ſufficit ne aliud tẽpus requiratur, quaſi poſſeſsiões ad præſcribendũ,ex qua præſcriptione iuris probatus eſt titulus eius qui ſeruitute imponere poſſet,& immediate conſtituere.ar.l.ſequitur.§.lana.de uſuca. Quartus caſus & ultimus eſt, in quo fallit dicta regula ſecũdũ Paul.de Ca.in d.l.ſerui.in fi.ſcilicet in ſeruitutibus per

[a] Abſentes. *Adde Cornei cõſi.xxxvj. incipi. in hac. Et præſens in ciuitate ſua quis præſumitur eſſe,& nõ præſumitur abſẽtia. cõſi.l. Et an abſens dicatur ille, qui non eſt præſens in iudicio,cõſi.lviij.in ij.uol. Et quis dicatur abſens, uide Alex.in v.uo.cõſ.c.in iiij.col.in princip.*



10

ſonalibus, quæ debentur à re perſonæ, ut uſuſtructus, uſus, iuriſdictio, & ſim. quia licet ad eorū uſum requiratur factū hominis, tamē nō dicuntur habere cauſam diſcontinuā: quia animo poſsideri poſſunt, qui cōtinuus eſt, licet actus hominis ſint diſcontinui: ideo lōgo tēpore pſcribūtur, cū titulo tamē uero, quia habet ſimilitudine cū dominio, quod lōgo tēpore nō præſcribitur ſine titulo. eſt caſus in l. fi. circa fi. C. de præſcrip. lon. tempo. & l. ſi ego. §. fi. de publi. & not. in l. iuſto. §. nō mutat. ff. de uſuca. & intellige de titulo habito à non domino: nō autē à domino: quia tūc nō eſſet opus pręſcriptione: ut l. clauibus. de cōtrah. emp. iūcta d. l. ſequitur. §. lana. de uſucap. ſine titulo uere præſcriberet longiſsimo tēpore: ut no. Cy. in l. ij. in vj. q. C. de ſerui. 10 *Sed prædicta regula procedit in ſeruitutibus realibus & prædialibus, quæ à re rei debentur: quæ res dicūtur poſsideri, quādo habent cauſam cōtinuā: ut l. qui fundū. ff. quēadm. ſeru. amit. ſed ille habēs cauſam diſcōtinuā, nō poteſt dici, quòd cōtinue poſsideat, nec per actū hominis: quia ille nō eſt nec poteſt eſſe continuus: nec per animū, cū res animū nō habeat: ut dixi ſuprà in illa q. quādo dicatur ſeruitus habere cauſam diſcōtinuā. Iſta autē nō eſt proprie falletia à dicta regula, quę de ſeruitute habēte cauſam diſcontinuā loquitur: quoniā ſeruitutes perſonales dicūtur habere cauſā cōtinuā & perpetuā, ut dixi: & licet uideatur, quòd poſsit dici falletia reſpectu actus hominis, qui requiritur in ſeruitute pſonali: & tamē præſcribitur lōgo tēpore, ꝙ nō eſt in ſeruitute reali, quæ factū hominis requirit, & eſt diſcōtinua: quia lōgū tēpus nō ſufficit: tamē dico, quòd etiā hoc caſu nō eſt proprie falletia: quia in iſta ſeruitute perſonali requiritur tit. à non domino, ut dixi, ꝙ ſi interueniſſet in ſeruitute reali habēte cauſā diſcōtinuā, idē eſſet: qa etiā lōgo tēpore pręſcriberetur, ut dixi in tertio caſu præcedēti, & ſic in effectu quātū ad tēpus præſcribēdi, nō uidetur eſſe differētia inter ſeruitutē habētē cauſā diſcōtinuā, & ſeruitutē pſonā le habēte cauſā continuā, qa in utraq; ſufficit titulus à nō domino cū poſſeſſione uel quaſi lōgi tēporis. Sed ubi nō interueniſſet titul. bene eſſet differētia, qa in ſeruitute reali regulariter nō præſcribitur, niſi per tantum tempus quòd non extet memoria in cōtrarium. ſed in ſeruitute perſonali ſufficerent xxx. anni, quod eſt longiſsimum tempus. ut no. Cy. in l. ij. in vj. q. C. de ſeruitutibus & aqua. & ſuprà dixi, quæ omnia bene nota.

## Quot ſint neceſſaria ad inducēdam præſcriptionem in ſeruitutibus habētibus cauſam cōtinuā uel quaſi, an requiratur titulus & bona fides: & an de iure inter ius canonicum & ciuile ſit differentia in præſcriptionibus: & an ſeruitus poſſit conſtitui ſub cōditione, & duplici conditione, uidelicet extincta & inceptiua. CA. XX.

1 *Seruitutis ad præſcriptionem quot neceſſaria ſint.*
2 *Bona fides in præſcriptionibus an præſumatur.*
3 *Bona fides in quibus caſibus allegari debeat.*
4 *Bona fides an in libertate præſcribonda requiratur.*
5 *Præſcriptione quomodo ſcientia & patientia aduerſarij requiratur.*
6 *Seruitutibus in præſcribendis an titulus requiratur.*
7 *Præſcriptio contra eccleſiam omnino titulum requirit.*
8 *Seruitutū & iuriū incorporalium præſumptione ſeptem requiruntur.*
9 *Interruptio naturalis longiſsimi temporis in iuribus incorporalibus præſcriptionem impedit.*
10 *Seruitutes non conſtituuntur, ut aliquid in tuo facias.*
11 *Præſcriptio quādoq; plus poteſt, quàm pactum.*
12 *Ire per ciuitates, & domos alienas, licitum non eſt.*
13 *Seruitutes reales & prædiales ipſo iure nō recipiunt certum tempus ex parte ante ad originem impediendam, ſed conditionem.*
14 *In iure corporali, quomodo quis tradere teneatur.*



DICTVM eſt ſuprà, quòd ſeruitus habēs cauſam perpetuā, uel continuā, uel quaſi, præſcribitur lon
1 go tēpore. *Sed quot ſunt neceſſaria ad dictā pręſcriptionem[a]? Dic plura. Primū, quòd uolens præſcribere, fuerit uſus iure ſeruitutis: ſcilicet eo animo, ut poſsit uti iure ſuo aduerſario inuito, nō iure amicitiæ uel familiaritatis, quia tunc nunquā præſcriberet. l. fi. & ibi no. quemadmo. ſerui. amitta. & l. qui iure familiaritatis. de acquiren. poſ. Et ideo ſi trāſiuit quis per fundum tuū longo tempore per aliquā uiam, ibi exiſtentem, quam publicam eſſe credebat, & cuilibet liceret per eam tranſire, nō aquirit ſeruitutem, etiam ſi tanto tempore fuiſſet, cuius in contrariū memoria non exiſtit, nec acquirit, interdictum eſt, de itinere actuq; priua. ipſa ſeruitute habenda. ut eleganter nota. Paul. de Caſtro. in d. l. final. Qualiter autem probetur, quòd quis fuerit uſus iure ſuo, ſeu iure ſeruitutis, plene habetur per gloſſ. Bartol. & Doctor. in l. j. §. ij. de itinere actuq; priua. & per Inno. & Doct. in c. bonæ. el. ij. de poſtul. præla. & de cauſa poſ. & proprie, c. cum eccle. in uer. af fuiſſe. & per Bar. & Doc. in d. l. qui iure familiaritatis, & per Flo. & Doc. in l. ſerui. de ſerui. &c. Secundū quòd requiritur bona fides, quia credebat ſibi ſeruitutem competere. ut no. gl. in d. l. fi. & in l. ij. C. de ſerui. quod uerum, ſi uult præſcribere lōgo tempore. ſecus ſi longiſsimo, puta xxx. uel xl. annorum. quia de iure digeſtorū, & C. etiā ſine bona fide poterat pręſcribi, ſicut dominium. per l. ſicut. de pręſcrip. xxx. annorum. & no. Cy. ſecundum Pe. in l. ij. in vj. q. C. de ſeruitu. hodie uero de iure canonico nullo modo poteſt. ut in c. fin. extra de præſcr. & in c. poſſeſſor malæ fid. lib. vi. Sed aduertēdū, qa ubi cōſtat uere de mala fide, procedunt pdicta. Sed ubi eſſet præſumpta mala fides tātū, tunc poſt xx. annos talis pręſumptio malæ fidei non poteſt allegari. caſus eſt not. & ibi hoc not. Bar. qui ita dicit intelligi in l. fin. in fi. C. unde ui. & idē no. Ant. de But. in c. ſępe. in v. col. uer ſicu. item hoc dictum. extrà de re-
2 ſtitu. ſpolia. *Nunquid autē in dubio bona fides præſumatur. uidetur quod ſic, per l. pe. C. de euic. & per l. ſi fundū. C. de rei uen. Dicas in hoc, quòd ſiquis poſſedit cum titulo regulariter, præſumitur bona fides, niſi probaretur contrarium: quòd fallit, quando titulus eſſet improbatus à lege: qa tūc ſemp præſumitur mala fides. text. eſt no. in l. quemadmod. uer. mala fide. C. de agri. & cenſi. & ibi hoc no. Bartol. quem omnino uide. Item fallit, quando fuiſſet ei denunciatum ne emeret. ut d. l. ſi fundum. C. de rei uen. Item fallit, ſi coram aliquibus dixiſſet, ſe ſciuiſſe rem eſſe alienam. Item ſi de hoc erat fama in uicinia, & ipſe erat uicinus. ut nota. Bartol. in l. Celſus. in penult. colum. de uſucap. Item ſi pro ... habere titulum. ut notat ſingulariter Bald. ſecundum Odofre. in l. quoties. C. de rei uendic. ſed ſiquis poſ-

uide

[a] Præſcript. *Adde Alex. conſi. xxxiiij. in v. col. in princip. iij. uo. Et multa in materia præſcriptionis habes in ij. uol. cōſi. clxxxviij. & in iiij. uo. cōſil. xcix. in j. et ij. col. & an ius canonicum in materia præſcriptionis derogat iuri ciuili, uide Cor. conſ. xxv... uolu.*

ſideat uel quaſi ſine titulo, tunc regulariter præſumitur mala fides: ut no. in l. ſi. C. unde ui. Item ſi quis ſciebat fundum alienum eſſe, nec habebat aliquem titulum cõceſsionis ſeruitutis, præſumitur mala fides: quia ſciebat, uel ſcire debebat, non poſſe uti illo fundo ſine licentia domini: requiritur ergo, quòd credat ſe habere ſeruitutem, qua utitur, licet re uera non habeat: ſed errauit in facto, quia forte audiuerat à patre ſuo hoc dici. uel erat publica uox in uicinia. nam hoc tribueret iuſtam cauſam credendi, & ſic bonam fidem. ut no. Bal. in d. l. Celſus. in ij. colum. & in l. j. §. hoc interdicto. in iij. col. de iti. act. priua. & Bald. in d. l. iudicia. ner. ergo quæro. C. de rei uendi. 3 *Aduerte tamen, quia licet aliquando bona fides [a] præſumatur: tamen in caſibus, in quibus requiritur, non ſufficit, quod præſumatur, ſed ipſa debet deduci & allegari. ut eſt caſus ſingu. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. de adulte. ſecundum Ange. in l. eum qui. §. fin. de public. & uide ad hoc Barto. in l. cum quidam. in ulti. colum. in princip. ſi cer. pe. ubi dicit, quod ſuper non allegatis non cadit præſumptio. & idem no. Bald. in l. ſi certis annis. in v. colum. C. de pac. quod bene no. in practica, quia uidi multos errare hoc non perpendentes. Et quod dixi de bona fide, intellige, quòd requiritur in ſeruitute præſcribenda. 4 *Sed nunquid in libertate præſcribenda requiratur bona fides? uide per gloſſ. ordi. in l. ſin. quemadmo. ſerui. amit. & ibi per Doctor. & dic quod in præſcribenda libertate perſonali requiritur bona fides. l. j. C. de præſcrip. lon. tempor. quæ pro libertate comp. Sed in præſcribenda libertate diſtingue. Aut loquimur de libertate rei urbanæ, & requiritur bona fides. l. hæc autem iura. de ſeruitu. urba. prædio. Aut rei ruſticæ, & non requiritur bona fides. l. pe. C. de ſerui. Et ratio diuerſitatis eſt, quia in præſcribenda libertate requiritur factum & uſus præſcribentis. & ideo non mirum, ſi eius bona fides requiritur, ſed in realibus non requiritur aliquod factũ hominis pręſcribentis, ſed ſola negligẽtia ex parte admittentis. ideo non conſideratur in admittendo bona fides aduerſarij. ut no. in d. l. fina. & in d. l. ij. C. de ſerui. & dicam infrà plenius, in x. & ultima quæſ. princip. Tertium, quod requiritur in iſta præſcriptione, eſt quod quis fuerit uſus longo tẽpore, uidelicet x. annis inter præſentes. & xx. inter abſentes. ut nota. in l. ſeruitutes. ff. de ſerui. & in l. ij. C. eo. tit. & ſuprà dixi, quod eſt uerum in prædio priuati. ſed in prædio eccleſiæ requiritur tempus xl. anno. ſicut in præſcriptione dominij rerum eccleſiæ. ut uoluit Inno. in c. diligenti. de præſcript. & per Doc. canoniſtas in c. peruenit. de cenſibus. & ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſerui. circa quod adde quod dicam infrà, uerſi. ſed contra hoc opponitur. Quartum quod requiritur, eſt quod uſus fuerit ſciente aduerſario. l. ij. C. de ſer. & ibi p gl. & Docto. & etiam eo patiente. l. quoties. ſa. ij. de ſeruitu. & in iſta ſcientia & patientia conſiſtit quaſi poſſeſsio iurium incorporalium. Quod limita principaliter duobus modis.

5 *Primo ſcilicet, ut ſcientia & patientia aduerſarij requiratur, uolendo præſcribere longo tempore: ſed ſi longiſsimo, ſcilicet xxx. uel xl. annis, ſecus. nam tunc non requiritur ſcientia, nec patientia aduerſarij. ſicut enim operatur titulus, ut poſsim præſcribere aduerſario ignorãte uel non patiente: ita etiam operatur longiſsimum tempus, quando titulus non interuenit: ut ſingulariter dicit Paul.



Paul. de Caſtr. in l. ij. C. de ſerui. Secundo fallit, quando præſcribens haberet titulum à quodam tertio, qui tanquam dominus illius fundi conceſsiſſet ei ſeruitutem illius fundi, cum non poſſet, tunc præſcribitur etiam ignorante uerę domino, ſicut præſcriberet dominus ipſius rei. l. ſi. C. de præſcript. long. tempo. & hoc uoluit expreſſe Pet. ut refert Cyn. in l. ij. C. de ſeruitu. dum loquitur in ſeruitute formata, quia quis habet titulũ, & hoc etiã ſeqtur Paul. de Caſt. in d. l. ij. & in d. l. ſeruitutes. quæ dicit, quòd de hoc eſt text. in l. ſi ego. §. j. de publi. in alternatiua, quæ ponitur ibi, dum dicit, quod per traditionem conſiſtit, uel per patientiam. Nam per traditionem dicitur conſtituta, quando habet titulum à tertio, & nõ uidetur requiri patientia domini. & dum ſubdit, Per patientiam, loquitur quando non habebat titulum, quo caſu bene requiritur. & iſta eſt ſingularis limitatio ad illud quod cõmuniter dici ſolet, quod in iurib⁹ incorporalibus nõ eſt dare quaſi poſſeſſionẽ, niſi per ſciẽtiã & patientiã domini, quod cõtingere poteſt in multis, ut in paſcuis, & aquæductib⁹, & iuriſdictionibus, & iure piſcadi, de quibus quotidie oriuntur lites in partibus iſtis. & pauci ſunt, qui hoc aduertant, quia communiter dicitur, quòd quis non poſſet in his præſcribere, niſi cum ſciẽtia & patiẽtia aduerſarij, & hoc debet probare. Sed tu aduerte an habeat titulũ, [a] uel non: quia ſi habet titulum, non eſt opus probare ſcientiam, uel patientiam, ſecundum Paul. de Caſtr. in d. l. ſeruitutes. de ſeruitu. quod ſingulariter tene menti.

6 *Sed nunquid requiratur titul. in iſtis ſeruitutibus præſcribendis? Dicas breuiter, quod non. ut eſt caſus in l. ſi quis diuturno. & ibi gloſſ. & Doct. ff. ſi ſeru. uen. & not. per gl. in d. l. ſeruitutes. & in d. l. ij. C. de ſeruit. & ibi per omnes Doct. & no. gloſſ. in l. j. §. ſi. in uerſi. quandiu. de aqua plu. & per Bart. in l. fin. quemad. ſer. amit. & idem not. expreſſe Inno. in c. ſi diligenti. de præſcript. & iſtud teneas, licet aliqui dixerint, quod requiratur ſaltem allegatio tituli. & not. bene. iſtud tamen fallit in uſufruc. & in prædiis eccleſiæ, ut ſtatim dicam. & intellige de titulo non ſolum habito à domino prædij ſeruitutis. nam de illo dubium non eſt, quod requiritur ad præſcribendum: quia ſi à uero domino titulus non haberetur, ſtatim ſeruitus acquiſita eſſet, & non eſſet neceſſaria præſcriptio. l. ſequitur. §. lana. de uſucap. ſed intelligo etiam de titulo habito à quodam tertio: puta quia Titius tanquam dominus prædij tui, cum non eſſet, conceſsit mihi ſeruitutẽ in eo: & ego credẽs ipſum dominũ eſſe, forte quia poſsidebat, fui uſus ſeruitute longo tempore, te ſciente, & patiente, ratione illius cõceſsionis. nam etiam talis titulus nõ requiritur ad præſcribendum talem ſeruitutem realem. Et ratio, quia in ſeruitutibus & iuribus incorporalibus tit. non requiritur, ſed in corporalibus ſic, ut eſt iſte: quia iſtæ ſeruitutes reales quæruntur rei, quæ ſibi non poteſt de titulo prouidere: ſed alia iura corporalia quæruntur perſonæ, quæ ſibi de titulo prouidere potuit. & iſta fuit ratio Pet. Item eſt & alia ratio, quia in incorporalibus agitur de maiori præiudicio, ſcilicet de acquiſitione dominij, quàm in corporalibus: quia tunc ſcholaſ[illegible] afficitur, & eius tantũ conditio grauatur. & hæc fuit ratio Dy. in c. ij. de reg. iu. lib. vi. quam ſequitur Cy. in l. ij. in v. q. C. de ſeruit. & uidetur mihi uerior. & ideo in præſcribenda ſeruitute uſusfructus, requitur titulus, cũ uſusfructus ſit pars dominij. l. iij. de uſu

[a] Bona fi. I. Quomodo & quãdo in pſcriptione requiratur bona fides: & quid de iure ciui. & can. uide Alex. cõſi. xcix. in j. col. in ſin. uo. et an ex ti. præſumatur bona fides, ĩ cõſi. lxxxix. in v. Et bona fi. [illegible] nõ præſumitur in eo qui cõtra iura mercatur. uide Cor. conſ. cxxj. in ij. volum.

[a] [illegible] de ſermen [illegible] Et Alex. in cõſ. lxxx. xx. & ibi, quod cõtrahẽtem titulum uerũ uniuerſalem, datur petitio hæreditatis.

uſufruct. & per conſequens in eo præſcribendo tractetur de magno præiudicio ad ſimilitudinem præſcriptionis rerum incorporalium. Sed contra hæc oppon. & imo uidetur, quòd in præſcribenda ſeruitute uerus tit. requiratur. nam ille qui ſeruitutem præſcribit, habet contra ſe diſpoſitione iuris communis: quoniam omne præſumitur liberū, niſi probetur habere ſeruitutem. l. altius. C. de ſer. ergo uidetur, quod non ſolū allegatio, ſed etiā tituli probatio ſit neceſſaria, per c. j. de præſcrip. lib. vi. Inno. in c. dilìgenti. de præſcrip. ſoluit hoc contrarium, quod non dicitur contra ſe habere ius commune qui præſcribit ſeruitutem: quia ius nō prohibet quem habere ſeruitutem in prædio alieno: ſed tunc dicitur habere ius commune cōtra ſe. puta unus epiſcopus exercet iuriſdictionē in diœceſi alterius epiſcopi. dicit Pau. de Caſt. in d. l. ſeruitutes. quod non compræhendit, quid ſit hoc dicere: quia uerum eſt, quòd in prædio alieno non prohibetur habere ſeruitutem uolente & cōſentiente domino, ſed eo nolente ſic. & eodem modo unus epiſcopus nolente alio epiſcopo. unde dicit ipſe, quod c. j. de præſcriptio. in vi. loquitur de præſcriptionibus currentibus contra eccleſiam, uel res eccleſiæ: ſecus contra priuatum. *Et ideo ipſe concludit, quòd qui uult præſcribere ſeruitutem in prædio eccleſiæ, cū habeat contra ſe ius commune, neceſſe eſt ut habeat titulum ſaltem à non domino: uel etiam à domino titulum utilem. iuxta quæ habentur in c. de quarta. de præſcriptio. quia ſi eſſet utilis, non eſſet neceſſaria præſcriptio. l. ſequitur. §. lana. de uſucapio. quod no. pro limitatiōe l. ſi quis diuturno. ſi ſerui. uendi. Poteſt etiam dici, quod Inno. bene ſoluit, quia nolens ſeruitutem præſcribere, non habet ius commune contra ſe, quia eſt præter ius commune: & tunc diceretur cōtra ius cōmune, quādo expreſſe prohiberet præſcriptionem. ut no. in d. c. j. de præſcri. in vi. Quintū quod requiritur ad præſcribendum ſeruitutem, quando eſt negatiua, ut ſeruitus altius non tollendi. ſcilicet prohibitio uſus. ut no. gl. in l. qui luminibus. de ſerui. urb. prædio. & in l. j. C. de ſerui. & glo. iij. in c. abbate. de uer. ſigni. & Dyn. in l. ſi prius. de no. oper. nūcia. Et ideo in iſtis ſeruitutibus, quæ conſiſtunt in prohibendo, ut eſt text. ſeruitus altius non tollendi, non acquiritur quaſi poſſeſsio, niſi per prohibitionem ex parte prætendentis ſeruitutem, & patientiam aduerſarij. Sed in his, quæ fiunt in faciendo, ut aquæductus, & ſimil. non requiritur prohibitio, ſed uſus & patientia aduerſarij, quia in his conſiſtit quaſi poſſeſsio. & in prædictis negatiuis ſeruitutibus ſufficit unus tantum actus prohibitionis ad hoc, ut quæratur iſta quaſi poſſeſsio. puta ne altius tollas, uel per fundum uadas, ut ſentit gl. in l. j. C. de ſeru. Sed in affirmatiuis, ut eundi per fundum, uel aquam ducendi. Dic quod ſi ſunt tales, in quibus poſsit eſſe uſus per modum facultatis, & familiaritatis, ut itineris, quia permiſſum eſt ire per fundum tuum donec prohiberis. ut l. diuus. de ſerui. urb. prędio. & tūc requiritur, quod iuerit ſaltem xxx. diebus ad hoc ut conſtituatur in quaſi poſſeſsione. ut l. j. §. j. & ibi per Bart. de itinere actuq; priua. Sed ſi non poteſt in eis eſſe uſus ratione familiaritatis, puta ducere aquam per fundū tuum in iſta quaſi poſſeſsione quærenda, etiam unicus actus ſufficit. ut in l. j. §. quod autem. de aqua quoti. & æſti. & ita tenent Pet. & Cy. in d. l. ij. in vj. q. C. de ſeruitu. & Barto. in l. j. eo. tit. & Bald. in d. l. ij. & Flo. in l. ſer



l. ſeruitutes. ff. de ſer. quod bene not.

Sextum quod requiritur, eſt tempus, ſcilicet longum, quando ſeruitus habet cauſam cōtinuam, uel quaſi. ſed ſi habet cauſam diſcontinuam regulariter requiritur tantū tempus, cuius non extet memoria in contrarium, de quo dic ut plenius dixi in prin. huius viij. q. princip. Septimū & ultimum requiritur, ut præſcribēs ſit dominus fundi, cui ſeruitus eſt acquirenda, completa præſcriptione. aliàs, ſi eſſet ſimplex poſſeſſor, ſic ut non poſſet ei fundum acquirere per pactum: ut dixi ſuprà in iij. q. princi. ita per præſcriptionem, ſic ut nec poſſet ſeruitutem imponere, etiā ſi partem dominij in fundo haberet: ut l. pro parte. de ſeruitu. licet aliquando plus poſsit præſcriptio, quàm pactū. ut gl. no. in l. j. fami. erciſ. & in l. ſed ſi inter me. de ſeruitu. urba. prædio. & in prædictis iuribus not.

8 *Ex prædictis autem collige ſecundum Flo. in d. l. ſeruitu. ſeptem ſpecialia in iſta præſcriptione ſeruitutum & iurium incorporalium. Primum eſt, quod nō requiritur uera poſſeſsio, ſed quaſi, quia iura incorporalia non poſſunt poſsideri. ut l. ſeruus. §. incorporales. de acquir. re. do. Secundum, quod procedit contra poſsidentem: ut habetur inſtitut. de actio. §. æque. quod non eſt in rebus corporalibus, ut ibi. & l. ij. C. de præſcrip. xx. anno. not. per gloſſ. in l. j. in fin. C. de ſeruis fugi. & ibi per Doctor. Tertium, quia non requiritur titu. l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uend. & ſuprà dixi. ergo ſufficit etiam non ſolennis. ut habetur in l. poſt mortem. de adoptio. facit ad hoc gloſſ. notab. in l. iurium. in gloſſ. magna. in fin. ſi cert. peta.

Quartum, quia requiritur ſcientia eius contra quem præſcribitur. l. ij. C. de ſeruitu. Quintum, quia requiritur etiam aduerſarij patientia[a]. l. quoties. la. ij. de ſeruit. Sextum, quia aliquando requiritur prohibitio pro adipiſcenda quaſi poſſeſſione: eo quia non cadit aliquis actus alius corporalis pro ea adipiſcenda, qui ſit conformis iuri quærendo, niſi prohibitio, ut dixi ſuprà in uerſ. quintum quod requiritur ad præſcribendum ſeruitutem. Septimum, quia præſcriptio longi temporis in iſtis incorporalibus interrumpetur per ſolam miſsionem executoris, licet ſecus ſit in corporalibus: ut C. de rei uendic. l. motæ litis. & hoc uo[illegible]it ſingula. gloſſ. ſub dubio tamen; forte in l. ij. in gloſſ. iij. in fin. C. de ſeruit. Sed Bartol. limitat hæc procedere, quando præſcribens non habet titulum: quia tunc ſolum ex negligentia non potentis cauſatur: ideo inſurgente uigilantia impeditur. C. de præſcripti. xxx. annorum. l. ſicut. ſed ſi haberet titulum, non ſufficeret ſola miſsio executoris, quia illa non cauſatur ex ſola negligentia, ut habetur in d. l. ſicut. & hoc procedit de iure ciuili, ſed de iure canon. ſecus: quia omnis præſcriptio de iure canoni. impeditur per ſolam miſsionem executoris. ratio, quia ſuperueniens mala fides, etiam ſine aliquo iudicio præſcriptionem impedit. c. final. & ibi nota. de præſcriptio. c. poſſeſſor malæfidei. de reguli. iuri. libro vi. & hoc tenet Bald. in l. ij. C. de ſeruitu. in uerſicul. ulterius quæritur, nunquid præſcriptio. quem ſequitur Angelus de Aret. inſtitution. de actio. §. æque. teneo quòd illud ſeruandum eſſet in foro ciuili. iuxta nota. in d. c. final.

9 * Naturalis autem interruptio impedit præſcriptionem etiam longiſsimi temporis in iſtis incorporalibus. lege, ſeruitutes. & lege. ij. C. eodem titulo. Et hoc facit contra eum, qui uult

[a] Patientia. *Adde Alex. cōſi. j. in v. uo. & ibi, an tolerant unū poſsidere, ita ut illa patiētia egrediatur terminos tolerantiæ.*

uult præſcribere molendini cluſam,
quam curſus aquarum ſemper inter-
rumpit, ut non uideatur præſcribe-
re, quia perditur poſſeſsio : quod eſt
ueru̅, ſi deſtruatur in totu̅, uel pro ma
iori parte: alias ſecus. arg. l. domum.
de contrahen. emptio. & hoc tenent
Bald. & Ange. in d. l. ſeruitu. quod no
tandum eſt. Et per hæc expeditus eſt
unus modus acquirendi ſeruitutem
per præſcriptionem, ac etiam perfe-
ctè expedita eſt materia præſcriptio-
nis in acquiſitione ſeruitutu̅. De præ
ſcriptione autem in ſeruitute amit-
tenda dicam in x. & ulti. q. Item con-
ſtituu̅tur etiam omnes ſeruitutes no̅
per traditionem uera̅, quia incorpo-
ralia non recipiunt traditionem. de
acquir. re. do. l. ſeruus. §. incorpora-
les. ſed quaſi traditionem, quę fit per
ſcientiam & patientiam domini, ipſo
me ducente in poſſeſsionem. unde e-
tiam cauet, quòd me non impediat
utentem. ff. de ſer. urba. prædio. l. j. §.
fi. de actio. empt. l. ratio. §. ſi inter. &
de ſeruitu. l. quoties. la ij. de iſta cau-
tione habetur in l. harum. & l. egi. ſi
10 ſer. uen. *Item conſtituuntur ſerui
tutes, ut patiaris me uti ſeruitute per
prædium tuum: non autem conſtitu-
untur, ut tu aliquid no̅ facias in tuo:
puta ne eas per fundum tuum, néue
ibi conſiſtatur, neq; eo fruaris. ſecus
ſi concederes mihi ius tibi non eſſe
in fundo tuo aquam quærere minue̅
dæ aquæ meæ gratia. ut l. quoties. la.
j. de ſerui. in princ. nec etiam conſti-
tuuntur, ut tu aliquid facias in tuo:
puta uiridaria tollas, amœniore̅ pro-
ſpectum pręſtes, uel in tuo pingas: ut
d. l. quoties. la j. §. j. eo ſaluo, quod in
ſeruitute oneris ferendi dicitur, ut is
debeat ſuſtinere parietem uel colu̅-
nam, qui debet ſeruitutem oneris fe-
rendi in pariete uel columna ſua: ut
l. cum debere columnam. de ſer. urb.
prædi. & l. ſicuti. §. j. & §. diſtat. ſi ſer

ui. uendi. & dixi. ſuprà in j. q. princip.
in prima natura ſeruitutum. Item ſer
uitutes conſtituuntur in fundo ſim-
pliciter: quo caſu totus fundus ſerui-
tute afficitur, ut per quamlibet eius
partem ire agere liceat. l. ſicuti. de ſer
ui. & l. ſi mihi conceſſeris, cum l. ſeq.
l. ſi uia. de ſer. ur. prę. niſi domino prę
dij certus loc9 ſeruitutis deſignetur:
ut l. na̅ ſeruus. §. ſed ſi totus fundus.
quemad. ſer. amit. de quo dic, ut dica̅
in ij. q. prin. Ite̅ omnes ſeruitutes co̅-
ſtitui poſſunt ad partem prædij diui
ſam: ut l. certa̅. de ſer. & no. ꝑ parte,
non aute̅ ad parte̅ diuiſam. ut eſt tex.
cum gl. in d. l. pro parte. & l. ut pomu̅.
§. j. eo. ti. & l. iij. in prin. de ſer. le. & l.
ſiquis duas. §. ſiquis partem. co̅ia prę
dio. Co̅ſtituta autem ſeruitute meo
prædio, ſi nanciſcor eius dominium
pro parte indiuiſa, pro ea parte ſerui
tus extinguitur, & pro alia remanet.
d. l. ut pomum. § j. ſin autem non eſ-
ſet conſtituta in toto prædio, ſed ta̅-
tum promiſſa, extingueretur ſerui-
tus in totum, me adepto dominium
prædij. d. l. pro parte. nam multa im-
pediuntur facienda, quæ non diſſo-
luuntur iam facta. l. patre furioſo. de
his qui ſunt ſui uel alie. iuri. & no. per
glo. in d. l. pro parte. Item non po-
teſt conſtitui pars ſeruitutis, ut quis
teneatur ad partem eius: quia omnes
ſeruitutes indiuiduæ ſunt præter ſer
uitutem uſusfruct. ut dixi in ij. prin
cip. diuiſione ſeruitutum. & ſi pro-
miſſor, uel ſtipulator ſerui deceſsit,
quilibet hæres tenetur inſolidum,
& quilibet hæres ſtipulatoris agit in
ſolidum. ut d. l. pro parte. & l. uiæ. de
ſerui. & fam. herc. l. hæredes. §. an ea.
& l. ij. de uerbor. oblig. l. j. §. uſufru-
ctu. ad l. Falc. Item licet unus ex
ſociis non poſsit per pactum ac-
quirere ſeruitutem fundo commu-
ni: ut l. ſi unus ex ſociis. de ſeruit. ru-
ſti. prædio. tamen per te̅pus ſeu tem-
poris



poris lapſu, hoc eſt præſcriptione,
acquirere poteſt. tex. eſt cum gl. no.
in l. ſed ſi inter me. de ſeruit. urban.
prædi. & ibi per Doct. & ibi hoc etia̅
tenet do. Pau. de Caſtr. in d. l. ex par-
11 te. *Ex quo no. quòd aliqua̅do plus
poteſt præſcriptio, qua̅m pactu̅. ide̅
no. gl. in l. j. fam. herc. Ite̅ poteſt con
ſtitui ſeruitus certo modo: ut cum
certo genere uehiculi non agatur,
ueluti cum equo du̅taxat, uel ut cer
tum pondus uehatur, uel ut res illæ
traducatur aut carbo portetur. ut eſt
tex. in l. modus. de ſeruitu. Ite̅ poteſt
co̅ſtitui ſeruitus, ut uſus ſeruitutis
temporibus ſecerni poſsit. puta ut
quis poſt hora̅ tertia̅ uſq; in horam
decima̅ eo iure utatur, uel alternis
diebus utatur. ut eſt tex. in l. uia. §. j.
de ſerui. & in d. l. modus. §. fi. eo. tit.
& hoc ſeruatur in multis locis in a-
quæductu. Ite̅ ſeruitus poteſt impo-
ni & reſtringi ad certu̅ tempus: pu-
ta ut liceat ire de die tantum, & non
de nocte, maximè in urbanis præ-
diis. tex. eſt cum gl. in l. iter. co̅mu-
12 nia prædio. *Ex quo not. ibi Paul.
de Caſtr. quòd non eſt licitu̅ ire per
ciuitatem, nec per domos alienas.
Item conſtitui poteſt ſeruitus etiam
de ædificio futuro. ut l. ſeruitus. §.
futuro. de ſerui. ur. præ. & l. Labeo.
eo. tit. Item conſtitui poteſt, ut aqua̅
quærere, & inuenta̅ ducere liceat.
ut d. l. Labeo. & dixi s. in illa quæſt.
in quibus rebus poteſt ſeruitus con
ſtitui. & omnia quæ ibi dicuntur, poſ-
ſunt hic addi. Item ſeruitus nauigan
di poteſt per lacum perpetuò con-
ſtitui: ut l. uia co̅ſtitui. §. ſi lacus. de
ſer. urba. præd. Item uia, iter, actus,
hauſtus aquæ, fere iiſde̅ modis con-
ſtituitur, quibus uſusfructus conſti-
tui poteſt. ut eſt tex. in d. l. uia. in pri.
de ſerui. Item ſeruitus ipſo iure ne-
que ex tempore, neque ad tempus,
neque ad certam conditionem, uer

bi gratia, quandiu uolam, conſtitui
poteſt. Sed ſi hoc modo conſtitui-
tur, obſtabit facti uel doli exceptio
contra promiſsionem ſeruitutis ue̅
dicantis. ut eſt tex. in l. iiij. quæ inci-
pit, ſeruitutes. de ſeru. & ibi plene p
gl. Bar. & Doc. Et pone exemplu̅ ex
tempore, ſcilicet, ut incipiat poſt pa
ſcha: ad tempus, ut incipiat nunc, &
duret uſque ad paſcha: ſub condi-
tione, intellige extinctiua, ſcilicet,
ut co̅ſtituo tibi ſeruitutem, quæ ex-
tinguatur ſi nauis ex Aſia ueniret.
no̅ aute̅ intelligas de co̅ditione in-
cœptiua, uidelicet, conſtituo tibi
ſeruitute̅ in tali fu̅do, ſi nauis ex A-
ſia ueniret: quia ſub conditione be-
ne poteſt conſtitui ſeruitus, ſicut &
dominium poteſt ſic transferri, &
poſſeſsio: ut de acquir. poſſeſ. ſi quis
abſenti. §. ſi quis. & no. gl. in d. l. iiij.
in uerbo, ſub conditione. quæ gl. fa
ciens differentia̅ inter conditione̅
extinctiuam & incœptiua̅, no̅ eſt a-
libi, ſecundum Raph. in l. reſpicien-
du̅. ſi cer. pe. & Flo. in d. l. iiij. & co̅-
13 muniter tenetur. *Et ex his not.
quòd ſeruitutes reales & prædiales
ipſo iure non recipiunt certu̅ tem-
pus ex parte ante ad impediendum
originem, ſed conditionem ſic: ſi-
cut uidemus in obligatione [a], quæ
conſtitui non poteſt ex certo tem-
pore. l. obligationu̅ fere. §. placet.
ff. de actio. & obli. ſed ſub conditio-
ne ſic: ut l. cedere diem. de uerbor.
ſignif. Ex parte uero poſt, id eſt, ad
ipſam obligationem ſeruitutis faci-
endam, non recipiunt co̅ditionem,
nec diem, quantum ad ſubſtantiam
ipſo iure: ſed obſtat exceptio: quia
te̅pus non eſt modus tollendæ, &c.
quia poſtquam incœpit ſemel co̅pe
tere, durat perpetuò: ſed aduenien-
te die uel conditione, obſtabit ex-
ceptio: ut d. §. placet. & habetur in
l. nemo poteſt. de legat. j. Et hoc eſt
d quod

a Obligat.
*Obligatio & actio an ſit nata ante diem. uel quomodo, uide Alex. co̅ſ. ii. in iiii. col. in iiii. uol. Et qui obligatur in foro animæ ratione naturalis obligationis, uide Corn. co. cclvj. in iiij. uol.*

quod dicere uoluit text. in l.iiij.de
ſerui. & in iſtis appoſitio temporis
contra naturam actus non uitiat nec
uitiatur,ſed operatur in eo quod o-
perari poteſt,ſi circa ipſum,& nõ cõ
tra ſubſtantiam: ut d.l.iiij.& l. cum
qui ita. §.qui ita.de uerb. obligat &
habetur in d.l.nemo poteſt.Et de in
tellectu & materia in d.l.iiij.uide ibi
plenius per Bart.& per omnes Doc.
& plenius per Rofre.in ſuis libellis
iuris ciuilis, in actione confeſſoria.
uerſic.item quæritur quæ dicitur.&
uide quod dixi ſupra in vj.q. princi.
Et adde,quód licet ſeruitus conſti-
tui poſsit ex parte ante, ſub condi-
tione ad impediẽdum originem:ui
delicet, promitto tibi ſeruitutem in
tali fundo, ſi nauis ex Aſia ueniret:
tamen ſi ante euentum conditionis
tradidi,uel quaſi per patientiã traſ-
it in ius ſeruitutis.ff.de ſolut.l.ſub
conditione.de iure do.l.niſi.ſecun-
dum glo.not.in d.l.iiij.in uerſi.ſub
conditione. circa princip.ibi,ſi ante
condi.tradidi.quæ gloſ.non eſt ali-
bi,ſecundum Angel.& ibi Doctor.
*Ex quo no.ſingulariter,quód ſi- 14
cut in re corporali quis tenetur da-
re ſub conditione, ſi interim tradat
corporaliter,tráſferri ſtatim domi-
nium.l. dotis fructus.in fin. de iure
do.ita in iure corporali,ſi quis pro-
miſit uni dare ſub conditione, ſi in-
terim patiatur illũ uti, quod pro tra
ditione habetur. l.quoties. la ij. de
ſerui. cenſetur illud ius proprieta-
tem transferre,per gl.illam notabi-
lem,quã teneo:licet Ang. ibi dicat,
quód non credit illam uerũ dicere.

## Quando ſeruitus acquiratur.

CAP. XXI.

1 *Promiſsione an ſeruitus acquiratur.*
2 *Dominium rei corporalis, & quaſi*
*dominiũ rei incorporalis ipſo iure eo-*
*dem modo tranſeunt.*

DIXI quomodo & qualiter ſer
uitus acquiratur. Sed quãdo ac
quiritur? *Dic quód per promiſsio
nẽ tantũ nõ acquiritur ſeruitus, niſi 1
realiter conſtituatur: quia talis ſola
promiſsio non conſtituit ius in re,
hoc eſt,in ſeruitute, ſed ius ad rem:
ut l.ſi partem.in princ.ff.quemadm.
ſerui.amit.not. in l.& in prouincia-
li.C.de ſer.& dixi s.in illa q.quomo
do cognoſcatur, an ſeruitutes ſint
reales, & prædiales.& not. ex illa l.
ſi partem.in pri.quód ſeruitus aquæ
ductus non incipit, antequam fiat
riuus per quem ducatur. & idem in
qualibet alia ſeruitute ad cuius uſũ
requiratur, quód aliquod opus fiat
in re ſeruiente,puta tigni immitten
di, quia requiritur quód fiat fora-
men: & antequam fiat ſeruitus,non
poteſt dici, quód ſit conſtituta per
aliquem contractum ſolum:ſed cõ-
petit actio perſonalis, ut conſtitua-
tur, quæ actio de ſui natura non tol
litur, niſi ſpatio longiſsimi tempo-
ris:ut l.ſicut.C.de præſcrip. xxx.an-
no. Sed poſtquã factũ eſt opus, in-
cœpta eſt ſeruitus, quæ tolli poteſt
ſpatio longi temporis: ſecũdum ea
quæ dixi in præcedenti q.princip.&
ſi quis inducit me in fundum ſuum
animo conſtituendi mihi ſeruitutẽ,
licet ſtatim dicatur conſtituta ſerui-
tus, ut l.iij. §.dare.ff. de uſufru.hoc
tamen eſt uerum, quando non eſt
opus aliquid fieri ad uſum ſeruitu-
tis, puta itineris, uel uiæ, uel altius
non tollendi,uel hauſtus aquæ, ubi
non poteſt opus facere.ſecus quan-
do eſt aliquid neceſſe fieri, ſine quo
quis uti non poſsit: quod perpetuo
tene menti.Sed ſi legata eſt ſeruitus
realis & prædialis, dic quód dies
ſeruitutis cedit à morte teſtatoris
etiam legatario ignorante.licet pro
ſe non tranſmittatur, ſed cum præ-
dio tranſeat: unde non eſt proprie
tranſ



tranſmiſsio, ſed inhærentia quædã.
caſus eſt in l.ſi partem. §.j. quemad.
ſerui. amit. & ibi hoc no. Docto.&
Bald.in l.unica. §.in nouiſsimo. de
cad.tol.ſiue §.libertatibus. *Quod
2 intellige uerum, quando fuit legata
expreſſe: quia ſicut tranſit dominiũ
rei corporalis expreſſe legatũ ipſo
iure, l. à Titio.ff.de furt.ita & iſtud
quaſi dominium iuris incorporalis.
nam & in illo eſt reperire dominiũ
improprie:ut not.in l.qui uſumfr.in
fi.in uer.dominium. ſi uſusfr.pet. &
per gl.& Doct.in l.generaliter. §.ni
hil cõmune. de acq. poſ.ſed ſi fuiſ-
ſet legata ſeruitus tacite, ſecus:quia
per legatum tacitum non tranſit ius
ſeruitutis,ſicut nec etiã ipſo iure do
miniũ.l.ſerui filii. §.j.de leg.j.& ha
betur per gl.& Doc.in l.emptor. §.
fi.de rei uen.& per Bartol.& omnes
Doc.in l.j.de le.j.Ita etiã tenet Bar.
& Doct.in l.binas ædes.de ſeru.urb.
præ.& Flor.in l.teſtatrix. in princ.ſi
ſer.uen. An autem rei legatæ uel uẽ
ditæ uel diuiſæ ſeruitus debeatur,ui
de plenius per Bart.in l.j.de ſer.le-
ga. & per Bart. & omnes Doct.in l.
binas ædes.& per Paul.de Caſt.in l.
in tradendis. §.interpoſitis.in fi.cõ-
munia prædio.& uide in l.ſi quis æ-
des.in princi.de ſerui.ur. prædio.&
per tex.& gl.in uer.reſtituatur.in l.
ij. §.fi.de hæred.uel act. uen.& uide
tex.no.in d.l.teſtatrix.

## Quomodo, & qualiter, & quando, & per quem ſeruitus retineatur.

CAP. XXII.

1 *Seruitus an pro parte acquiri, uel re-*
*tineri poſsit.*
2 *Seruitutem fundo cõmuni an unus ex*
*ſociis acquirere,uel retinere poſsit.*
3 *Ciuitas, uel caſtellũ,quod habet merũ*
*imperium,ſi occupetur a tyranno,ipſe*
*retinet ſuam quaſi poſſeſsionem impe-*
*rii,ſeu iuriſdictionem.*
4 *Aqua per ſe ipſa ſiuẽ an præſcriptio*
*ne,uel cõſuetudinem inducere ualeat.*

NVNC dicamus quomodo &
qualiter,& quando,& per quẽ
1 ſeruitus retineatur. *Et quia bre-
uiter, quód ſeruitus pro parte acqui
ri non poteſt,ut l.pro parte.de ſeru.
tamen pro parte retineri poteſt:un-
de prædiũ tuũ,ſi mihi ſeruiat,ſiue e-
go partis prædii tui dominus eſſe cœ
pero,ſiue tu mei, pro parte ſeruitus
retineri poteſt.l.ut pomum. §.j. de
ſer.& l.ſi quis ędes. §.ſi partẽ.de ſer
2 ui.ur.præ. *Itẽ unus,licet ex ſociis,
ſeruitutem fundo communi acqui-
rere non poſsit, l.ſi unus ex ſociis.
de ſer.urba.prædi.tamen per unum
poteſt ſeruitus retineri.l. aquam. §.
ſi plurium.quemad.ſerui.amit.Item
ſeruitus retinetur nobis per ſociũ,
ut fructuariũ, & bonæfidei poſeſſo-
rem.tex.eſt in l.v.qui incipit,ſerui-
tus.quemad.ſerui.ami.Itẽ quód per
fructuarium retineatur nobis ſerui
tus, licet non acquiratur,uide tex.&
ibi omnino Bart.in l.iij. §. ut uide-
rem.de iti.actuq; priua.Item uſu re-
tinetur ſeruitus, cum ipſe cui debe-
tur,utitur,quiue in poſſeſsione eius
nomine eſt,aut mercenarius,aut ho
ſpes,aut amicus,aut medicus,quiue
ad uiſitandum dominum uenit: aut
fructuarius,licet ſuo nomine: deni-
que quicũq; debita uia uſus fuerit,
ſiue ad fundum noſtrũ facit, uel ex
fundo,licet malæfidei poſſeſſor ſit,
retinetur ſeruitus.tex.eſt in l.uſu.cũ
tribus l.ſeq.uſq; ad l.fi.quẽad.ſer. a-
mit.Et quód etiã per malæfidei poſ-
ſeſſorem ſeruitus retineatur, eſt e-
tiam text.in l. qui fundũ.eod.tit.per
3 quę dicit ibi Bart.& Doc.*quod ſi ci
uitas uel caſtellũ,quod habet merũ im
periũ,occupetur à tyrãno,qui utitur il
la iuriſdictioue,retinet ſuã quaſi poſ
ſeſsione imperii, ſeu iuriſdictionis.

Ex bibl. univ. Tart.

quod dicit ibi Flor. eſſe ueru͂,quan-
do iuriſdictio coheret territorio:ſe-
cus,ſi perſone in loco:quia tunc qui
non utitur,licet deiectus,perdit: ut
habetur in l. ſequitur. §.ſi uiam.de
uſucap. & argu.l.ſi plures. §. deie-
ctum. de ui & ui arm.& quando di-
catur cohærere iuriſdictio in territo
rio.l. finali. C. ubi & apud quos.&
plene per Bartol.& Doctores in l.j.
C.de iuriſdiction.omniu͂ iudicum.
Item retineri poteſt etiam, ſi ille,
qui utitur, non utitur nomine eius,
cui competit, ſed ſui, ut quia ſit ſo-
cius, uel ſi qui ſuo nomine utun-
tur:ut dixi; & not.gloſſa in l.finali.
quemadmodu͂ ſeruı.amit. Item per
naturalem aquæ curſum naturaliter
alicui retentum ſeruitus retinetur:
ut eſt textus in dicta l.qui fundum.
4 quemadmo.ſeruitu. amitta. *Sed
nunquid aqua per ſeipſam fluens
poſsit inducere præſcriptionem,
uel conſuetudinem? Dic quod non:
quia no͂ eſt res animata:& per re͂ ina
nimatam nihil nobis acquiritur: o-
portet ergo in præſcriptione ali-
quem uſum interceſsiſſe, quo prin-
cipato, ſufficit aquam per ſe flue-
re:ut dicta l.qui fundum. In conſue
tudinem etiam ſufficit, quod ini-
tium habuerit à multis utentibus.
nam poſtea perficitur ſolo curſu
temporis. ff. communia prædio. l.
uenditor. §.ſi conſtat.& not. Bald.
in cap.j. §.ſi quis. de manſo.in pe.
col.in titulo de controuer. inueſti.

Item propter pupillum uel mino
rem, cum quo habeo rem commu-
nem, retineo ſeruitutem, licet ea
non utar:ut eſt tex.ualde notab.in l.
ſi coem.in prin.& ibi uide omnino
Doc.quemad.ſeru.amitt.item quo-
modo & qualiter quaſi poſſeſsio re
tineatur ſeruituti,uide per glo.in l.
ij.C.de ſerui.& ibi per Doct.maxi-
me per Cyn.in iij.q.

## Qualiter quis uti debeat ſerui-tute. CAP. XXIII.

1 *Via ſi cui ſimplici uſu concedatur, an per quancu͂que fundi partem, quo uoluerit, uel per totum fundu͂ ire poſsit.*

2 *Hominibus armorum, uel alijs, ſi per unum territorium, uel alium comitatum tranſitus concedatur, ipſi debent tranſire per partem concedenti minus damnoſam.*

3 *Seruitus ſimplex ſi in fu͂do debeatur, ad quem ſpectat, in qua parte ſeruitutes habere debeat.*

4 *Electio ſeruitutis qua͂do facienda eſt, ad que͂ ipſa electio ſpectet, an ſcilicet illi qui debet ſeruitute͂, uel illi cui ſeruitus debetur.*

5 *Verba debent interpretari pro eo, in cuius fauorem apponuntur.*

6 *Seruitus cui debetur, an in prædio ſeruiente ædificare licitum ſit.*

7 *Conſtitutione ſimplici ſeruitutis cundi abſque alia expreſſione, an licentia faciendi ſcalas conceſſa uideatur,*

8 *Aedificandu͂ ſi ſit in prædio ſeruitute͂ debe͂te, cuius expenſis ædificandu͂ ſit.*

9 *Locu͂ ſeruiente an reficere licitu͂ ſit.*

10 *Statuti forma ſi licitum ſit ad uindictam alique͂ occidere, an etia͂ ſit licitu͂ amicos co͂gregare, qui ipſum adiuue͂t.*

11 *Occidere alique͂ ſi alicui licitu͂ ſit, an ſit licitum etiam alteri demandari.*

12 *Refectio, uel depreſsio, aut leuatio ſeruitutis, cuius expenſis fieri debeat.*

NONO principaliter eſt uiden
dum, qualiter quis debeat uti
ſeruit. Et dic breuiter, quod debet
uti ciuili modo. *Nam ſi cui ſimpli 1
ci uſu uia conceditur per fundu͂ cu-
iuſpia͂,uel relinquatur in infinito,ui
delicet per qualibet eius parte͂ ire a-
gere licebit ciuili ta͂tu͂modo:non e-
nim per ulla͂ ipſam,nec per medias
uineas ire agereq; poſsit, & minore
ſeruie͂tis fu͂di detrime͂to.tex. eſt no.
in l.ſi cui.de ſerui.in l.ſi mihi co͂ceſ-
ſeris



2 ſeris.cu͂ l.ſeq.de ſer.ru.præ. *& hæc
iura allegatur, ſi aliquibus homini-
bus armoru͂,uel alijs co͂cedatur tra͂ſ
itus per unu͂ territoriu͂, uel aliu͂ co-
mitatu͂,quòd debeat intelligi, ſcili-
cet quòd tra͂ſire debeat per partem
minus damnoſam co͂cede͂ti,& quòd
debeat ciuiliter ſe habere. Et qua͂do
ſe inciuiliter habet, dicitur co͂tra co͂
uentione͂ uenire: & debet eligi lo-
cus per que͂ poſsint ire uel agere:ut
eſt text.in d.l.cui. & l.certo generi.
§.j.de ſer.ru.præ. Et poſtqua͂ eſt ele
ctio facta de loco,no͂ eſt licitu͂ muta
re uoluntate͂, & per aliu͂ locu͂ ire:ut
d.l.ſi cui.imo cæteræ partes liberæ
remane͂t.ut eſt tex.in d.l.certo gene
ri. § j. & dixi quòd q͂ſtio de electio-
ne procedit,qua͂do co͂ceſsio ſeruitu
tis fuit facta ſimpliciter:ſecus,ſi actu͂
fuiſſet,quòd totus fu͂dus ſeruire de-
3 beret. *Na͂ ſi iſta co͂ceſsio ſimplex
non eſſet, ſed generalis, uel utilis:
tu͂c no͂ cogeretur ille, cui conceſsio
facta eſt, eligere locum: ſed poſſet
nu͂c per unu͂ locu͂, nu͂c per aliu͂ tra͂ſ-
ire:& ſic licitu͂ eſſet pœnitere:ut ꝓ-
batur in d.l. certo generi. §.j.& in l.
na͂ ſatis. §.j.uerſ.cæteru͂.in §.cæte-
ru͂.& ibi gl.in uer.uelit.quead.ſeru.
amit.Sed ille,qui co͂ceſsit ſeruitute͂,
bene poteſt uariare ſine alterius in-
co͂modo.l.ij. §.pen.de reli.& ſump.
fun.ſecu͂du͂ gl.fi.l.ſi cui.que͂ eſt no.
& ſequitur ibi Bar.& co͂muniter Do
4 cto. *Sed eſt dubiu͂,qua͂do electio
eſt facienda, ad que͂ ſpectat electio,
an illi qui debet ſeruitute͂,an illi cui
ſeruitus debetur. Et uidetur quòd
electio ſit debitoris, ſiue loquamur
in co͂tractibus, ut l.pleru͂q;.in fin.de
iure do.ſiue in ultimis uolu͂tatibus,
per l.ſi uia.de ſer.urb.præ. In co͂tra-
riu͂ uidetur quòd ſit electio habe͂re
debe͂tis,per l.ſi cui. in prin.de ſerui.
Glo. ſoluit uno modo in d.l.ſi uia.
Dic tu melius:aut uerba executiua
ſunt prolata ad unu͂ exemplu͂,qua͂-
do ſunt prolata à dare debe͂te,Heres
dato uel co͂cedito ſeruitute͂ Titio in
fu͂do meo:uel,Titio promitto co͂-
cedere uia͂.Exe͂plu͂ uerò,qua͂do ſunt
prolata ab homine debe͂te,eſt, Volo
quod Titius habeat ſibi ſeruitute͂ in
fundo meo:uel,quòd Titius poſsit
ue͂dicare ſeruitute͂.& tu͂c ſiue loqua
mur in ultimis uolu͂tatibus, electio
eſt illius,ad que͂ uerba proferuntur:
ut l.plane.la j. §.fin.de leg.j.ibi, ſiue
habeto.ut l.ſi ita relictu͂. §.fi.ibi,he-
res dato.de leg.ij.& hoc tenet gl.or
di.in d.l. Lucius.de leg.ij.& ita de-
bet intelligi d.l.ſi uia.ſcilicet quòd
ibi uerba executiua erant prolata ad
herede͂,ſiue loquamur in contracti-
bus: licet hoc bene expreſſum no͂ re
periatur,ſecu͂du͂ Cy.in l.cum quida͂.
C.de uerb.ſig. Sed ſecundu͂ Bart.in
d.l. Lucio. iſtud probatur in l.ſi ſic
ſtipulatus fuerim. & in l.ſi ita ſtipu-
ler.de uer.ob.& probatur etia͂ per ar
gumentu͂,ſecu͂du͂ Cy.in d.l.ſi ſtipula
tus fuero per te no͂ fieri.de uer.obl.
co͂iuncta l.ij. §.quæda͂. eo.ti.in l.cu͂
is. §.j.de co͂d.inde.& hoc tenet Dy.
in regula, i͂ alternatiuis.in vi.& Cy.
in d.l.cu͂ quida͂.& Bart.in d.l.Lucio.
& Flo.in d.l.ſi uia.& habetur p Doc.
in l. q duos. & l.legato generaliter.
de leg.j.& eande͂ concluſione͂ facit
Bart.in pœnis alternatiuis,in l.qui-
cunq;.C.de ſer.fug.in l.j. §.expilato
res.de effrac.& expil.heredi. & in d.
5 l.Lucio.in fi. *Et ratio huius con-
cluſionis eſſe poteſt,quia uerba de-
bet interpretari pro eo, in cuius fa-
uore appon͂u͂tur:ut l.ſolus. §.j.qua͂-
do dies lega.ce. Sed ſi uerba execu͂-
tiua ad neutru͂ referu͂tur: & tu͂c fit di
ſtinctio. Aut loquimur in co͂tracti-
bus,& electio eſt dare debe͂tis:ut l.
plerunq;.in fi.de iure do. Aut in le-
gatis ſeu in ultimis uolu͂tatibus: &
tunc electio eſt ipſius legatarii.d.l.

Lucio. & ita eſt tenendū in hac ma-
teria, quia eſt cōmunis doctrina do-
ctorum, licet aliqui aliter dixerunt.
*Itē licitū eſt ei, cui ſeruitus debe 6
tur, ædificare in prædio ſeruiente,
ita quòd cōmodè ius ſeruitutis ha-
bere poſsit, ita quòd fiat ſine domi-
ni incōmodo. Et ideo ſi iter lega-
tū eſt, quo niſi opere facto iri nō po
teſt, licet fodiēdo, ſubſtruēdo iter fa
cere poteſt: ut eſt tex. in l.iter.de ſer
ui. & l.ſeruitutis. §.ſi duo.de ſerui.
urba.pre.ubi eſt caſus no.*quòd ſim 7
plici cōſtitutione ſeruitutis eundi,
abſque alia expreſsione, uidetur eſ-
ſe cōceſſa licētia, & facultas faciēdi
ſcalas, & ſimil.in fundo ſeruiēte, ſi-
ne quibus ſeruitus haberi nō poſſet,
etiā ſi illæ ſcalæ poſſent fieri in præ-
dio dominante: quod eſt ſingulare.
eodē modo qui habet ius aquædu-
cendæ per aliū fundū, licet ei fiſtulā
ſuā fictilē uel cuiuſlibet generis in
riuo ponere, quo aquā latius expri-
meret: & quod uult in riuo facere, li
cet, dūmodo de dominio prædii a-
quarū deterius non faciat: ut eſt tex.
in l.quintus.de ſer.ru.pre.& in l.hec
ſunt. §.is.& in l.fi.de aqua quoti.&
æſti. & hæc iura allegātur, quòd ha-
bens licentiā eūdi uel aquā ducēdi
per alium fundū, uel ſcalas, uel cli-
uos faciendi in fundo ſeruiēte, po-
teſt arbores incidere, terrā fodere,
explanare foſſata, & ſimilia facere,
ut cōmodè ſeruitute uti poſsit. Si er
go hoc facit, nō poteſt de dāno dato
accuſari, ſecundū Flo.in d.l.iter.qđ
no.qa eſt quotidianū, & utile.& qđ
ego intelligo, etiā ſi fiat incōmodū
domino prædii ſeruientis, reſpectu
inciſionis, uel explanationis, aut foſ
ſæ: quia illa ſine aliquo damno fieri
non poſſunt. Sed ſi fieret incōmodū
domino prædii ſeruientis in eundo
uel aquā ducēdo, tunc prædicta fieri
non poſſent: per d.l.Labeo.de ſeru.
ru. præ.& d.l. hoc iure. §.is qui.& l.
fi.de aqua quot.& æſti.quæ iura in-
telligo ita: licet Doct.non declarēt:
quod nota. *Cuius antē expenſis 8
prædicta fieri debeat? dic expēſis e-
ius cui ſeruitus debetur. ut d.l.iter.
& d. §.ſi domo. & eſt tex.in l.ſi for-
te. §.etiā. ſi ſerui.uen.& ita etiā uult
Flo.in d.l.iter. & uide quod dicā in
uer.ſed cuius expēſis. * Itē eſt lici 9
tum etiā locū ſeruientem reficere,
puta iter uel aquæductū: & refectio-
nis cauſa etiā eſt licitū accēdere ad
ea loca, quæ nō ſeruiūt. ut eſt tex.no
ta.in l.refectionis. in prin. cōmunia
prædi.& eſt tex.ſecundū Flo.pro ha
bentibus ductū aquarū & cluſas ad
molendinū per fundū alterius, ut
domino fundi ſeruitutis debeat præ
ſtare aditum etiā per alium ſuū fun-
dum non ſeruientē, ac etiam pati im
poni lapides, & calcē, & arenā, & ſi-
mil.pro reparatione dictæ cluſæ. &
idē dicas de aliis ſimilibus: quod eſt
ualde not. Itē prædicta facere po-
teſt nō ſolum ille, cui ſeruitutes de-
bentur, ſed etiā fabri ſui & magiſtri
ad hoc neceſſarii: ut eſt tex.not.in d.
l.refectionis.& ſi reſiſteres illis, ui-
deris domino prædii dominātis re-
ſiſtere.text.eſt notab.in l.oſſa. §.fin.
de relig.& ſump.fu.ſecundum Pau.
de Caſtr.in d.l.refectionis.eſt argu.
ſecundum Pau.de Caſt.ibi, *quòd ſi 10
ex forma ſtatuti licitū eſt alicui uin-
dictam ſumere de eo, qui ipſum of-
fendit, ſit ſibi licitum cōgregare a-
micos, qui ipſum adiuuent ad hoc,
& illi non puniuntur, ſicut nec ille
principalis.& dicit de hoc eſſe gloſ.
no.& ſing.in l.cum fundi.de ui & ui
arma.licet gloſſ.in l.Gracchus.C.de
adulte. uideatur requirere, quòd cō
gregati ſint tales, quibus ille congre
gans poſsit præcipere, ut ſint filii,
uel ſerui.& iſtam partem, quòd non
puniantur, tenet Iac.de Bu.& Paul.
de



de Caſtr.in d.l.refectionis. & alias
obtinui in ciuitate mea Veronenſi:
ubi eſt ſtatutū, quòd ſi frater, uel ma
ritus, uel pater reperit aliquem cum
ſorore, uxore, uel filia male conuer-
ſantem, poſsit eum impune occide-
re. Nam quidam ſciens unum male
conuerſari cum ſua ſorore, congre-
gauit duos amicos, & occidit eum.
Dixi, quòd tam frater, quàm etiā ſui
ſocii debeant abſolui: per d.l.refe-
ctionis.cum his quę s.dixi.& ita per
curiā iudicatū fuit: quod perpetuò
tene mēti. *Licet ſit dubium, nun
11 quid in his caſibus ille, qui poteſt ali
quem occidere a, poſsit alteri hoc
mandare, ita quòd ille mandatarius
non teneatur? & Bal.tenet idē, ſcili-
cet, quòd mandatarius occidēs non
teneatur, in l.Gracchus. C.de adult.
& de hoc eſt gl.ſing.in d.l.cum fun-
dum.in uer.poſtea.in prin.ſecundū
lec.primā.de ui & ui ar. Sed idē Bal.
tenet contrariū in c.j. §.j.uer.& hoc
facit ad q.in tit.de pace iura.firman.
in uſi.feu.per l.ſeruum ſi hæ c.& de
ſtat.libe.ibi, pater duntaxat, &c.idē
tenet Angel.in d.l. Gracchus.& ibi
Salic.inclinat in iſtā ſententiā, licet
dicat ſe dubitare. idem tenet etiam
Ange.de Aretio, in ſuo maleficio, in
gl.che mai adulterato la mia dona.
in vj.col.uer.quid ſi pater uel mari-
tus. Hanc quęſtionem non determi
no, quia non eſt materia noſtra, ſed
eſt dubia ſatis: ſed uide tex.in l. ſi qs
in graui. §.j.& ibi per Ludo. Pon.ff.
ad Sylla. Item ille, cui debetur ſerui
tus, poteſt deprimere, & eleuare lo-
cum ſeruientis, ut commode ſerui-
tute uti poſsit, ſi ſibi neceſſariū eſt,
niſi aliter actum ſit. ut eſt tex.in d.l.
refectionis.ff.communia prædi.uel
niſi hoc ſit cum magno incommo-
do domini prædii ſeruientis.& hoc
modo poteſt intelligi l.j. §.fi.de ri-
u.s.& l.iij. §.pen.de itine. actuq; pri
12 uato. *Sed cuius expenſis talis re-
fectio uel depreſsio aut leuatio fie-
ri debeat? Dic regulariter expenſis
eius cui ſeruitus debetur. ſed fallit
in ſeruitute oneris ferēdi. ut eſt tex.
in l.& ſi ferre.ff.ſi ſer.uēdi.& ibi per
Bart.& Doct.de quo dic, ut dicā ple
nius infrà, de ſeruitute oneris feren
di. Cætera circa materiam iſtam ui-
de quæ dicam in ſpeciebus ſeruit.

## Quando, & qualiter, & quō ſeruitutes amittatur. CA. XXIIII.

*1 Res propria nemini ſeruit.*
*2 Seruitus an extinguatur, quando unus fundus ſeruiens uni uel omnibus ſociis prædii dominantis, omnibus ſociis, uel uni particulari acquiritur.*
*3 Emphyteota, uel uaſallus ſi fundo emphyteotico, uel feudatario ſeruitutem impoſuerit, & poſtea emphyteoſis, uel feudum finiatur, ſeruitutis impoſitio extinguitur.*
*4 Præſcriptione ſcilicet nō utendo regulariter ſeruitutes amittuntur.*
*5 Decimarū in præſcriptione, et in aliis rebus eccleſiaſticis, an temporū duplicatio, de quibus in iure, locū habeat.*
*6 Præſcriptio ſeruitutis an contra ignorātes ſe ius ſeruitutis habere, currat.*
*7 Ius canonicum & ciuile quo ad præſcriptionem an differant.*
*8 Accuſatio uel requiſitio de crimine ſi fiat, quod certo die, uel loco cōmiſſum dicitur, ſi de alio die, uel loco probet, nunquid ad cōdemnationē ſufficiat.*
*9 Actione iniuriarū ſi agā, quia percuſſiſti me in facie cū pugno, et de percuſſione in ſpatulis probetur, an abſolutio ſequi debeat.*
*10 Inquiſitio, uel accuſatio cum ſanguinis effuſione ſi probata fuerit, & ſimplex percuſsio probata ſit, an cōdēnatio de ſimplici pcuſsione ſequi debeat.*
*11 Via ſi alicubi occupata reperiatur, ita quòd per eā tranſiri non poſsit, an ſine pœna per uicini fundū iri poſsit.*

a Occidere. *Adde Alexan. conſi. cxlj. in j. colū. §. iij. pro hoc. in ij. uol. et in j. uo. cōſ. clx. in iij. col. ubi ponit, an, & quomodo ſit licitū occidere, & quomôdo, & qualiter probetur defenſio: & an requiratur, quòd non potuerit aufugere.*

DECIMO & ultimo principa-
liter dicendum eſt de amiſsio
ne ſeruitutis: uidelicet quando, &
qualiter, & quomodo, ſeruitutes a-
mittatur. Et primo ſeruitutes o-
mnes amittūtur per cōfuſionem, ſi
idē utriuſq; prædii ſeruientis & do-
minantis dominus eſſe cœperit. un-
de ſi prædiū tuū mihi ſeruiat, & eius
dominiū inſolidum acquiſitus ſim,
uel tu inſolidū nactus ſis dominiū
fundi mei, extinguitur uel cōfundi-
tur ſeruitus. tex. eſt in l. j. quēadmo.
ſer. amitta. *Et ratio huius deci- 1
ſionis colligitur ex illa regula, quòd
res propria nemini ſeruit. l. uti frui.
ſi uſusfru. petatur. & l. in re cōmuni.
de ſeruit. urb. præ. & in l. propriū. &
l. quicquā. cōmunia præ. ſecus ſi cō-
municarem tibi prædiū meum pro
parte, uel tu cōmunicares mihi præ
dium tuū pro parte: quia tunc ſerui-
tus non extinguitur. l. ut pomū. §. j.
de ſerui. Itē extinguitur ſeruitus,
ſi a ſocio prædii cōmunis dominan
tis communiter emitur fundus ſer-
uiens. text. eſt in l. ſi cōmuni fundo.
de ſer. urb. præ. & eſt ratio: quia pars

Per præſ. *Quomodo ius ſeruitutis acquiratur per præſcriptione, & quanto tēpore, uide Alexa. in j. uo. con. cxiu. per totū. & uide in iij. uol. conſ. xlvj. in ul. col. in fin. & an præſcriptio impediatur currere propter peſte uel guerram, uide Cor in iiij. uol. conſ. xcij.*

utriuſq; domini in utroq; fundo eſ-
ſe incipit. ut ibi dicitur: & ſic nota-
tur, quòd ſicut quando fundus tuus
debet ſeruitutem fundo meo, ſi do-
minus fundi tui efficior: & ſic uter-
que efficitur meus inſolidum, quia
res mea non poteſt alteri meæ ſer-
uire, ut dixi. Item ſi fundus domi
nans eſt cōmunis inter te & me pro
indiuiſo: poſtea fundus ſeruiens ſimi
liter efficitur communis, inter nos
extinguitur ſeruitus. ut d. l. ſi cōmu-
ni fundo. quia quod iuris eſt in una
perſona, idem in duabus. arg. l. quæ
de tota. de rei. uend. ſecus ſi proprio
meo fundo, & proprio tuo unus &
idem fundus tertii ſeruiat, & ipſum
in communi emerim: quia tunc ſer-
uitus remanebit, quoniam proprio
fundo ſeruitus deberi poteſt, etiam
per communem: ut eſt text. in d. l. ſi
communi fundo. de ſer. ruſti. præd.
* Et circa iſtam materiam, quādo 2
unus fundus ſeruiēs acquiritur uni,
uel omnibus ſociis prædii dominan
tis, uel quādo acquiritur uni particu
lari, an extinguatur ſeruitus, uide
gl. ordi. quæ plene diſtinguit in d. l.
ſi communi fundo. & ibi per Doct.
& gl. in l. unus ex ſociis. §. j. uerſ. pla
cet. de ſer. ru. præd. & ibi per Doct.
& per Azo. in ſumma C. de ſer. urb.
amittūtur ſeruitutes. qui bene dicūt
in omnibus, excepto eo, quòd in-
quantū faciūt differentiā: ut uolūt
gl. in d. l. unus ex ſociis inter redem
ptionē & communionē. Nam eſt di
ſtinguendū ſolūmodo, an dominus
uel domini prędii dominātis efficia
tur, uel efficiantur domini prædii
ſeruiētis. & tunc extinguitur ſerui-
tus, quia non ſupereſt, in quo poſsit
remanere: ſin uero, pro parte. Et
tūc durat, & non extinguitur: quia
ſupereſt alia pars, per quā ſeruitus
retinetur, ut d. l. ut pomū. §. j. de ſer
uitu. Itē ſi hæres impoſuit ſeruitu
tem fundo alteri ſub conditione le
gato, extinguitur ſeruitus aduenien
te cōditione: ut eſt tex. in l. ſicut. §.
hæres. quēadm. ſerui. amit. Et ratio
eſt, quia ſinito iure datoris, ſinitur
ius acceptoris: ut l. lex uectigali fun
do. de pig. *Et ideo ſi emphyteo- 3
ta, uel uaſallus impoſuerit ſeruitutē
fundo emphyteotico uel feudata-
rio, quod poteſt. ut l. iij. de ſerui. &
c. j. §. j. in titul. de inueſtit. in uſibus
feudorum. poſtea emphyteoſis uel
feudū finiatur, extinguitur ſeruitu-
tis impoſitio, per d. §. hæres. Et idē
dicas in ſimili: ut plene dixi s. in iij.
q principali. de quo dic ut ibi. *Itē 4
ſeruitutes regulariter amittuntur
per pręſcriptionemª, ſcilicet non u-
tendo per longum tempus, hoc eſt
x. an



x. annis inter præſentes, & xx. inter
abſentes, ſi cōſtituta ſit ſeruitus, quæ
non haberet temporum interualla,
uel ſi interualla dierū uel noctiū ta-
tum, uel breuioris ſpatij: ſi autem ha
beat interualla annorū uel menſiū,
amittitur tēpore duplicato, uidelicet
xx. annis inter pręſentes, & xl. inter
abſentes. l. ſi. in princ. de ſer. C. & l. ſi
ſic. quemad. ſeruit. amit. & hoc uide-
tur tenere gl. in d. l. ſi ſic. quia ma eſt
eius ultima opi. & hoc etiā uidetur
tenere gl. in l. cum notiſsimi. §. fin.
quę incipit, uerbi gratia. C. de pręſc.
xxx. annorum. quæ dicit quòd iſta 5
duplicatio habet locum in decēnali
uel uicennali præſcriptione. & hoc
etiam ſentit gl. antepenul. in prin. in
uerſi. propter breuitatem temporis.
in c. cū eccleſia ſutrina. de cauſa poſ-
ſeſsio. & proprie. quæ dicit quod ea
quæ non habent cauſam cōtinuam,
tempus duplicatum requirūt, per d.
l. ſi ſic. & hanc opi. putat eſſe ueriorē
Abbas Siculus in c. de quarta. de prę
ſcrip. licet prædictam gl. nō alleget.
Alij dicūt, quòd duplicatur tempus
ſolummodo x. & non xx. annorū. &
ſic in utroq; caſu præſcribitur ſpatio
xx. annorū, uidelicet inter pſentes,
& inter abſentes. & iſta fuit opi. Ioa.
gl. per dictā l. ſi. C. de ſerui. quem ſe-
quitur gl. Accur. in d. l ſi. & Barto. &
Bal. & ibi communiter Doc. ſequun
tur. & Innocē. in d. c. de quarta. circa
princ. dum iſtam opi. ultimam ponit
iuxta gl. no. in l. qui filiū. §. Sabinus.
ff. ad Treb. & per no. per Bald. in au-
ten. ex teſtamento. C. de colla. ubi di
citur, quod ultima opi. Inno. in du-
bio eſt tenenda. & hac opi. ego etiā
ſequor ultra tex. in d. l. ſi. Bal. etiam
ibi allegat rationem: quia cū uigen-
nium ſit tempus a lege duplicatum,
non debet ulterius duplicari, ne fiat
duplicatio duplicationis. & pro hoc
ego adduco quod dicitur in ſimili,
quòd retorcutio retorcutionis non
admittitur, ſecundum Bart. in l. poſt
legatum. in prin. in penul. colum. in
fin. uerſic. ſed circa prædicta duo. de
hisqui. ut indig. Et ſic nota quòd iſta
duplicatio temporum non habet lo
cum ultra tempus decimale uel ui-
geſimale. & ſic non habet locum in
præſcriptione xxx. uel xl. annorū. ut
eſt gl. no. in d. l. cum nouiſsimi. §. ſi.
de præſcri. xxx. annorum: nec habet
locum in præſtatione annua, ut uult
etiam eadem glo. ibi, quam ſequun-
tur Doct. & Flo. in d. l. ſi ſic. §. j. quē-
admo. ſerui. amit. *Sed nūquid iſta
duplicatio temporum habeat locum
in præſcriptione decimarū, & in iu-
re eligendi, uel in obligationibus,
quæ fiunt omni anno ſemel in die
dedicationis uel feſtiuitatis alicuius
eccleſiæ, uel in ſeruitiis quæ recipiū
tur ab aliquo? uide de iſtis omnibus
per Inn. & canoniſtas in d. c. de quar
ta. de præſcri. & per Flor. in d. l. ſi ſic.
Et ſuper iſto articulo de duplica-
tione temporis, in præſcribenda ſer
uitute, ſic uidetur concludendum:
quod aut eſt ſeruitus continua ſine
aliquo tēporis interuallo ex forma
cōſtitutiōis, uidelicet ꝓmitto quòd
tu poſsis ducere aquā, uel continue,
uel quādocunq; uis, per fundū meū.
& iſta pręſcribitur lōgo tēpore, uide
licet x. annis inter pręſentes, & xx. in
ter abſentes: ut l. ſi cui. C. de præſcri-
ptione ſeruitutis. Aut ſeruitūs cōti-
nuam cauſam non habet ſine inter-
uallo: imo diſcontinuā ex forma cō
ſtitutionis ſeruitutis: quia habet in-
teruallа: utputa quia non eſt ſemper
licitum ducere aquam, uel ire: & tūc
aut habet interualla annorū uel me-
ſium, utputa conſtituta eſt ſeruitus,
ut æſtate tantum ducatur, uel uno
menſe tantum in anno, uel alternis
annis, uel alternis menſibus, & tunc
quia tempus continuum, non habet

duplicatum tempus:ut d.l.ſi ſic. ſcili
cet ut inter præſentes requirantur
xx.anni, & inter abſentes nō dupli-
cetur: quia ſufficiūt anni xx.ut ſ.di-
xi.itē ſi habeat interualla quinquen
nij,triennij,uel biennij, aut nō tem
porū,ut quia omni quinquennio li-
ceat una die uel pluribus geſtare uel
ire: ut eſt tex.no. in d.l.ſi.in prin.C.
de ſer.idem in ſeptimana,ut ſi alter-
nis ſeptimanis licitū eſt ire,uel aquā
ducere, uel una die in ſeptimana: ut
eſt gl.no.quā Doct. ſequitur in d.l.
ſi ſic.in fi.in uerbo, quotidie.quead.
ſer.amit.& eā ſequitur etiā Nico.de
Mat.& Abb.Siculus,& etiā Doc.ca-
no.in d.c.de quarta.de præſcript.Ex
quo not.quōd licet ſeruitus habens
cauſam diſcontinuatiuā non preſcri
bitur lōgo tēpore regulariter:ſed re
quiritur tantū tēpus, in cuius cōtra-
riū memoria non exiſtat:ut habetur
in l.ſeruitutes.la grande.de ſer.& di
xi plene in viij. q. prin.tamē perde-
tur per nō uſum longi tēporis,ſecu-
dum ea quæ ſ. dixi. Aut ſeruitus ha-
bet interualla dierū uel horarū, pu-
ta alternis diebus, aut die tota tātū,
aut nocte tātum, aut alternis horis,
uel una hora quotidie quis ſeruitu-
te uti poteſt. & tūc quia iſtud repu-
tatur quotidianū, & una ſeruitus ſci
licet habēs cauſam continuā,perin-
de ac ſi interualla nō habeat,nō utē-
do amittitur tēpore cōſtituto, ſcili-
cet longo,uidelicet x.an. inter plen
tes, & xx.inter abſentes : nec fit ali-
qua duplicatio temporū: ut eſt text.
cū gl.in d.l.ſi ſic. *Sed nūquid iſta
præſcriptio currat cōtra ignorātes[a]
ſe habere ius ſeruitutis. Dicas quōd
ſic,etiā ſi ſibi nō poſsit aliqua negli-
gentia imputari: ut eſt tex.in l.ſi par
tem. §.j. ff.quead.ſer.amit.& l.Atti-
licinus.de ſer.ruſti.præ.Sed propter
iſtam ignorantiā in integrū reſtitui
tur,ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cau
ſa eſſe uidebitur,ut l.j.ff.qui.cau.ma
io.ſicut quādo fuiſſet impeditus ali-
quo iuſto impedimēto: ut d.l.Atti-
licinus.ut no.gl.in d.l.ſi ſic.in pe.gl.
in ſi.& idē no.gl.in d.l.& parte. §.j.
in uer.nō utēdo.& gl.in d.l.ſi ſic. lo
quitur per uerbum,forte,dicens,de
æquitate forte per reſtitutionē ſub-
uenitur.Et ideo dixit,forte,quia d.l.
Attilicinus, in qua ſe fundat,loqui-
tur quādo fuit impeditus tali impe-
dimēto, aduerſus quod ſibi cōſule-
re nō potuit, quia fons exaruit. Sed
quādo impeditur propter ſuā igno-
rantiam , per diligentē inquiſitionē
potuiſſet ſibi prouidere : ideo nō ui
debatur ſubeſſe tāta æquitas.& pro-
pterea gl.determinat idē ſub dubio,
forte,& eſt multum no.& ſemper al
legatur,& pro ea prouidetur l.ſi.C.
de præſcri.long.tempo.currere etiā
cōtra ignorantē,quia ſuccurrit igno
ranti per reſtitutionē in integrū,ex
clauſula generali, & ita tenet ſingu-
lariter Bar.in l.j. §.ſi quis autem.de
iti. actuq. priua.& Pau.de Ca.in d.l.
ſi ſic.in ſi.& in d.l. Attilicinus.& idē
ſentit Spe.in tit.de præſcrip.uer.ſed
pone colonus.& canoniſtæ idem in
c.uigilanti.de præſcr. Et hoc perpe-
tuo tene menti pro illis, cōtra quos
currit præſcriptio longi uel longiſ-
ſimi temporis , uel ex forma ſtatuti:
quia ſi fuerint ignorantes, habēt be
neficium reſtitutionis in integrū ex
clauſula generali , in quadrienniū à
die ſcientiæ . iuxta l.ſi.de temporib.
in integrū reſt.& hoc uult Bar.ſingu
6 lariter in d. §.ſi quis autem.& in l.ij.
ad fin.C.ſi aduerſus uend.& Pau. de
Ca.in d.l.ſi ſic. & in d.l. Attilicinus.
& Fulgo.in l.iuris ignorantia. ff. de
iur.& fact.igno.in l.ſenatus.de offi.
præ. & Abb. Sicul. in d.c. uigilanti.
quod no.quia ſæpe contingit in fa-
cto.Et prædicta,quōd per non uſum
perdatur , & præſcribatur ſeruitus,
procedunt

a Cōtra ign. *Quod præſcriptio currat cōtra ignorātes, uide Alex.in j. uol.cōſi.lxxj.in j.co.& in ij.uolu.cōſi.clxx.in iiij.colū.& an ignorantia iuris cauſet bonā ſidem probabilem ad præſcriptionem, uide Corneum in ii. uol.cōſi.cxlvij.*



procedunt in ſeruitutib. ruſticis,ſe-
cus in urbanis:quia in iſtis non ſuffi
cit me ſeruitute nō uſum:ſed requi-
ritur etiā quōd tu præſtes mihi im-
pedimētum:ut l.hæc autem iura. de
ſer.ruſti.prædio. ſecūdum gl.pen.in
fin.in l.ſi ſic.quemad.ſer.amit.& idē
tenet Inno.Ant.de Bu. & canoniſtæ
in d.c.de quarta.de præſc.qui dicūt,
quōd eſt differentia inter ruſticam
ſeruitutem & urbanam,in hoc,quia
ruſtica perditur longo tempore nō
utendo, ſecūdum ea quæ ſ. dixi.ur-
bana uero per longū uſum non pe-
rit, ſed ita demū, ſi uicinus uſucapit
libertatem, ueluti ſi ædes tuæ ædib.
meis ſeruiant, ne tuæ altius tollan-
tur, ne luminib.mearū officiant. in
hoc enim caſu ſi ego per ſtatutū tem
pus feneſtras meas præfixas habue-
ro, uel conſtruxero , ita demum ius
meū amitto, ſi tu per id tēpus altius
ſublatas habueris ædes tuas : alioqn
ſi nihil feceris,retineo ſeruitutē : ut
hæc probantur in l.hæc autem iura.
7 de ſer.urb.præ. *Et aduerte quia li
cet Inno.in d.c.de quarta.dicat prę-
dicta procedere ſecūdū leges, idem
tamen dic tu ſecundum canones:qa
in hoc canoniſtæ nō reperiutur con
trarium diſponere, niſi reſpectu ec-
cleſiæ,contra quā non præſcribitur,
niſi ſpatio xl annorum. unde in fo-
ro eccleſiaſtico,& in terris eccleſiæ
prædicta ſeruabūtur ad unguem ſe-
cūdum Abbatē Sicul.in d.c.de quar
ta.ad ſi.Sed certe nec quantū ad ec-
cleſiā,eſt differentia inter ius cano-
nicū & ciuile:quia utroq; iure idem
eſt: quoniam in rebus immobilibus
contra eccleſiam non currit præſcri
ptio niſi xl.annorum.ubi de iure ca-
nonico. d.c.de quarta.& de iure ci-
uili , in autent.quas actiones. de ſa-
croſanct. Sed in uno tantum regula
riter eſt differentia,quantum ad prę
ſcriptionem inter ius canonicū & ci
uile: quia ius ciuile admittit præ-
ſcriptionem cum mala fide,ut d. l. ſi
quis emptionis.C. de præſcription.
xxx.anno.quod ius canonicum non
admittit, ut c.fin.de præſcr.& in re-
gula,poſſeſſor malæfidei.ī vi.& no.
Abbas in d c.de quarta. in viij.colū.
in princi. In hoc tamen eſt ſtandum
iuri canonico, quia eſt materia pec-
cati,ut habetur in c. nouit.de iudi.&
no.in d.c.ſi.licet glo.ibi aliter dixe-
rit.& ſic in effectu inter ius canoni-
cum & ciuile nulla uidetur eſse dif-
ferentia regulariter in materia prę-
ſcriptionis,& maxime quātū ad pro
poſitum preſcribendæ ſeruitutis,un
de propter hoc tene omnia quę ſ.di
xi obſeruanda eſse tam de iure can.
quàm ciuili , & tā in terris eccleſiæ,
quàm in terris imperij. Itē qui uti-
tur ſeruitute alio tempore,quàm ſi-
bi debeatur,ipſam per nō uſum lon-
gi tēporis perdit:& ideo ſi is qui no
cturnā habet aquā, & interdū per cō
ſtitutum tempus ad amiſsionē uſus
fuerit diuturna,amittit nocturnā ſer
uitutem:quia ea non eſt uſus.idē eſt
in eo qui cæteris horis uſus fuerit,
nec illa parte earū horarum,qua illa
ſeruitus debebatur:ut eſt text.in l. ſi
communem. §.j. quemadmo.ſerui.
amit.Idem ſi cui uia,actus debeatur,
ut uehiculi certo genere uteretur,
iuxta l.modū.in princ.de ſer. & alio
genere uſus fuerit, ſcilicet per tem-
pus cōſtitutum , ſeruitutem amittit.
tex.eſt in l.ſi cui uia.in princi.iuncta
gl.in uer.ſer.quead.ſerui.amit.ſecus
ſi quis exerceat plus iuris,quàm ha-
beat. quia non perdit ius ſibi cōpe-
tens .qa qui facit plus quàm debeat,
dicitur facere id ad quod tenetur.&
ideo qui amplius oneris q̄ licuerit
uexerit, magis & plus quàm aliud fe
ciſſe uidetur . & ſi latiore itinere
quis uſus eſſet, aut ſi plura iumenta
egerit,quàm licuerit, aut aquæ quis
immi

immiſcuerit aliam, in omnib. iſtis ca
ſibus ſeruitus quidē nō admittitur,
ſed conceditur plus ſeruitutis habe-
re quàm pactus fuerit. tex. eſt in d. l.
ſi cui uia. in princi. concorda. l. ſi eo
loco. §. j. ſi ſer. uend. ubi dicit, quòd
ſi quis uel latiore uia uel anguſtiore
uſus eſt, ſeruitutem retinet. ſicut ſi
aqua ex aqua ius habet utendi, alia
admixta uſus eſt. & etiam dixi s. in
viij. q. princi. ad fin. Et hæc iura alle-
gantur, quòd diuerſitas in tempore,
diuerſificat in ſubſtantia: & ſic facit
reputari diuerſum. Idem ſi eſt diuer
ſitas in loco: ut not. in l. Pantonius.
§. rei perduellionis. de acqui. hære.
& habetur plenè per Barto. in l. de-
nunciaſſe. §. quid tamen. de adul. ſe
cus ſi differret ſecundum plus & mi
nus: quia tunc nō dicitur differre in
ſubſtantia, nec diuerſum reputari:
quod eſt utile ad multas quæſtiōes.
8 * Prima eſt, ſi fiat inquiſitio uel ac
cuſatio de crimine, tanquam comiſ-
ſo certo tempore uel loco, ut probe
tur de alio tēpore uel loco, debet ſe
qui abſolutio: nō enim eſt probatū
crimen intentatū, ſed aliud: & ideo
de nouo debet inquiri uel accuſari:
ut no. in d. §. quid tamen. * Secū-
9 da quæſtio eſt, ſi egi actione iniuria
rum, quia percuſsiſti me in facie cū
pugno, & probatur de percuſsione
in ſpatulis: quod nō debeā obtinere
etiam ſuper probato. de qua q. uide
no. in d. §. quid tamē. & uide plen⁹
per Flo. in d. l. ſi cui. quead. ſer. amit.
& per Bal. in l. & ſi ſeuerior. in vj. q.
C. de his qui not. infa. & per Ang. in
repeti. l. ſi uacatia. in xxxiij. col. uerſ.
ſed quæro ſi inquiſitus. C. de bo. ua-
can. li. x. Sed iſtud fallit in trib. caſib.
notabilibus. Primo quādo loc⁹ uel
tēpus non eſſet uariabilis, quia eſſet
impoſsibile, quòd ſit niſi unū. Exem
plum in homicidio eiuſdē hominis:
quia tunc licet non probetur locus
uel tēpus in accuſatione deductus,
ſequi debet cōdemnatio, ex quo lo-
cus uel tempus nō alterat ipſum fa-
ctum uel pœnā: ut no. ſing. Ange. in
d. l. denunciaſſe. §. quid tamen. de
adul. Secūdo fallit, quādo inquiſi
tus fuiſſet cōfeſſus delictum: ut not.
idem Ang. in d. l. ſi uacantia. de quo
uide etiā per Bald. qui uidetur aliter
dicere in l. quoniam. in fi. de his qui
no. infamia. Tertio fallit, quando
in inquiſitione eſſet clauſula, quę cō
muniter per bonos latrunculatores
ſolet apponi: uidelicet ſup qb. omni
bus & ſingulis præcedere intēdit ſi-
mul & diuiſim & omni meliori mo-
do quo poteſt, &c. ut not. Bal. in d. l.
& ſi ſeuer. & Flor. in l. in delictis. §.
ſi detracta. m fi. de noxali. & Ang. de
Are. in ſuo maleficio, in gl. ſuper qui
bus omnib. & ſingulis. in fin. & uide
omnino Bal. in l. j. in princ. ulti. col.
pen. charta. C. qui accuſa. quod bene
nota. * Tertia eſt queſtio, ſi forma 10
ta eſt inquiſitio uel accuſatio cū ef-
fuſione ſanguinis, & probatū ſit ſim
plex uulnus, uel percuſsio, nō debet
ſequi abſolutio, ſed cōdemnatio de
ſimplici percuſsione: quia tūc eſt ſe-
cundū plus & minus. & idē tu dicas
in ſimili quæſtione. item ſi ad plura
prædia nō cōmunia per eundē riuū
aqua ducatur, dicūtur plures ſeruitu
tes. & ſi unus ſtatuto tēpore ad fun-
dum ſuū aquā non duxerit, ſeruitu-
tē amittit. nec per cæteros qui duxe
rūt, ſeruitus ſua retinetur: quia ut di
xi, plures ſunt ſeruitutes: nec quod
unus pdit alteri accreſcit: ut eſt tex.
in l. aquā. in prin. quemad. ſer. amit.
quod intellige, quādo utens fuiſset
uſus ſua die tantū: ſecus ſi uſus fuiſ-
ſet tā ſua die, quàm alia die, quā po-
terat alius ducere: quia tūc utens ac-
quirit ius longo tēpore, ſecundum
Pau. de Ca. ibi, & bene. ſecus ſi duce
retur aqua ad unū prædiū cōmune:
quia



quia unus ducēdo retinet pro omni
bus: ut eſt tex. in d. l. aquā. §. j. Itē
ſi is qui habet hauſtū aquæ, ſi per tē-
pus ſtatutū aquā non hauſit, hauſtus
ſeruitutē amiſit, ac etiā iter ad fontē
perdit: ut eſt tex. in l. Labeo ait. quē-
admo. ſer. amit. Itē ſi ſtillicidij mit-
tendi ius habebā in areā tuā, & per-
miſero tibi in ea ædificare, ius ſtilli-
cidij immittendi amitto. Itē ſi per
tuum fundū uia mihi debebatur, &
permiſero tibi eo loco, per quē mi-
hi uia debebatur, quid facere, amit-
to ius uiæ. ut eſt text. in d. l. ſi ſtillici-
dij. in prin. eo. tit. Itē ſi una eſt uia,
& indiuiſibilis, aut tota amittitur,
aut tota retinetur. ſed ſi de una fiant
duæ, poteſt una amitti, & alia retine
ri: ut eſt caſus no. in l. nō ſatis. §. j. cū
ſeq. eo. tit. Itē ſi locus per quē mi-
hi iter, uel actus, uel uia debebatur,
impetu fluminis occupatus eſſet, per
ſtatutū tempus nō utēdo ius amitti-
tur. ſed ceſſante impetu, & facta allu
uione reſtituitur in priſtinū ſtatum:
ut eſt tex. in l. ſi locus. in prin. quem-
admo. ſer. amit. Itē ſi uia publica [a]
uel impetu fluminis, uel ruina amiſ-
ſa eſt, uicinus proximus uiā præſta-
re debet: ut eſt tex. not. in d. l. ſi locū.
§. fi. & ille tex. allegatur pro notabi
li, ſecūdum Flo. ibi, & Bal. in apoſtil
11 lis. * Quòd ſi reperiatur alicubi uia
occupata, ita quòd per eā tranſiri nō
poſsit, quòd quis poteſt ire per fun-
dum uicini, non punietur de ingreſ
ſu. & hoc tenet glo. expreſse per illū
tex. in d. c. omnes leges. in gl. fi. in fi.
debet tamen ire ciuiliter, per l. ſi cui
ſerui. & uicinus debet dare uiam ali
quo pretio cōſtituto à fiſco, uel de-
putato: ſed nō ſeruatur, ſecundū gl.
in d. l. ſi loc⁹. in fi. & uerū dicit, quòd
non ſeruatur, quod intellige in uia
publica: ſed in priuata debet præſta-
ri preciū à priuato eā petente, per l.
ſi quis ſepulchrū. de reli. & ſump. fu
ne. ſecūdum Pau. de Caſt. in d. §. fin.
quod tene mēti perpetuo, quia quo
tidianum.

## De ſpeciebus ſeruitutum urbanarum. CAP. XXV.

1 *Species ſeruitutum urbanorum prædiorum quot ſint.*

2 *Seruitus non eſt, ubi quis nihil concedit, aut permittit in ſuo, exceptis caſibus a legibus conſtitutis.*

EXPOSVIMVS hactenus de
generib. ſeruitutū, & de his quę
omnib. ſeruitutibus & præſertim ru
ſticis, & urbanis ſimul conueniunt:
nūc ſupereſt, ut hoc lib. j. de urbanis
tantū ſeruitutibus, & de ipſarū ſpe-
1 ciebus uideamus. * Species ſerui-
tutū urbanarum [b] ſunt plures: altius
tollendi, & officiendi luminibus ui-
cini, aut nō extollendi. Itē ſtillicidij
auertendi in tectū, uel aream uicini,
uel nō auertēdi. Itē immittēdi tigna
in parietē uicini. Itē proiiciendi, &
protegendi. Itē etiā eſt ſeruitus, ne
proſpectui officiatur. Itē ſeruitus lu
minū, &c. his ſimilia: ut eſt tex. in l. j.
ij. & iij. de ſer. ur. præ. Itē ſeruit⁹ eſt,
ut proſpectus præſtetur. ut l. lumen.
eo. ti. & no. Azo in ſumma de ſer. §.
ſin autē. Itē oneris ferēdi, ut uicinus
onera uicini ſuſtineat. l. eum debere
columnā. de ſer. urb. prędio. inſti. de
ſer. §. itē prædiorū. Item itineris ſeu
aditus: ut l. ſeruitutes. §. ſi domo. de
ſer. urb. præd. & l. iter. cōmunia prę-
dio. Itē ubicūq; quis cōcedit uel pro
mittit aliquid pati: aut nō facere in
fundo ſuo urbano: uel me faciente
non prohibere pro alio urbano fun
do meo, ubi de iure pati aut nō face
re tenetur, uel me facientem prohi-
bere poſſet, dicitur eſse ſeruitus ur-
bana: quia ædificiis inhæret. ut pro-
batur in l. quoties. la j. in fi. de ſeruit.
coniūcta l. & ſi forte. §. etiam. ſi ſer.
uen. & l. j. cōmunia prædiorū. & inſt.
2 de ſer. urb. præd. cum ſi. * Sed ubi
quis

[a] Via. publ. *Quomodo intelligatur uerbū, iuxta uias publicas, uide Alex. in iiij. uo. con. lxxiij. in j. col. §. ſi. et qua ſi per totū cōſi.*

[b] Serui. urb. *Adde Alex. in j. uol. cōſi. cxlij. in j. col. & quomodo ius ſeruitutis acquiratur. conſi. cxiij. Et quando intelligat de ſeruitute præſenti, & quādo de futura, habes conſi. xxviij. in iij. colum.*

quis nihil concedit aut permittit ali
quid in ſuo, regulariter nō eſt ſerui-
tus, niſi in caſibus in quib. ab ipſa le-
ge cōſtituta dicitur, quādo area uici
ni nō haberet aliunde uentū, niſi ex
illa parte: ut eſt caſus ſing. in l. fi. §. j.
C. de ſer. & dixi s. in viij. q. prin. uer.
ult. Adde ſingulariter, ac etiam ſicut
eſt in agri natura, quæ eſt, ſemper in
feriorē ſuperiori ſeruire: ut eſt text.
in l. j. §. deniq; ager. de aqua plu. ar.
& iſta eſt quaſi ſeruitus. ut eſt text. in
d. l. ij. §. fi. & no. gl. in d. l. j. §. deniq;
ager. Sed quoniā ſeruitutes urbanæ
dicūtur, quādo debētur à prædio ur
bano alteri prædio urbano, uel à ru-
ſtico urbano, ut dixi s. in iiij. diuiſio
ne principali ſeruitutis. uer. ſed quo
modo cognoſcatur. & ædificiis inhę
rent, ut s. proxime dixi, ideo ſingu-
lis prius dictis ſeruitutib. nominatis
per ordinē declaratis, poſtea ſecūdū
ſtatutū urbani ædificij domū figurā-
do pro meliori ordine & clariori do
ctrina omnes urbanas ſeruitutes de-
clarare cōſtitui: in qua quidē domo,
ſi quid fieri poteſt, aut nō poteſt, de-
clarabimus, de ſolo aut area eius pri
mum exponendo, deinde de parie-
te ſiue muro, ſtillicidio ſiue tecto,
de oſtio ſiue porta, de aditu ſiue iti-
nere, & introitu, de clauſtro. ſeu con
claui, ſeu porticu, de penu, de curia,
de puteo & ciſterna, & de lauello, &
de cloaca, de fiſtula, de fornace, de
fornello, de balneo ſiue ſtupha, de
furno, de ſcal, de ſolareo, de tigno
iniucto, de onere ferēdo, de ponti-
cello, de maniano, de feneſtra ſiue
balcone, de camino, de neceſſario ſi
ue loco comuni, de celario, de aqua
rolo ſiue canali, de aquę proiectu, &
aquæductu, & aliarū rerum, de pictu
ris, de cruſtationibus, de armatura
quæ machina dicitur, de ſtabulo &
ſterquilinio, de macerie, de lapidi-
bus, de tignis, de fouea, & arbori-
bus, & ultimo de ſepulchro uidebis.

## De ſeruitutibus altius tollendi, & officiendi luminibus uicini. CAP. XXVI.

1 *Seruitutes urbanæ quædam ſunt affir*
*matiuæ, quædā negatiuæ: ruſticæ autē*
*oēs affirmatiuæ ſunt, ut ire, agere, &c.*
2 *Domum multum delectabilem nō ha-*
*bere, uelut uicinus ſuam altius eleuet,*
*quomodo noſtra interſit.*
3 *Iura prædiorum non ſolum ſeruitutes*
*exiſtunt, ſed etiam libertates.*

DICAMVS itaq; primo de ſer
uitute altius tollēdi, & officien
di luminibus uicini, aut nō extollen
di. Et ſecūdū uerā opi. iſtæ ſunt duæ
ſeruitutes. Vna eſt altius tollendi, &
officiendi luminibus uicini: id eſt,
quod qs teneatur ad altius tollendū
& officiendū luminibus uicini. Alia
eſt, altius nō tollēdi: id eſt, quòd nō
poſsit altius tollere: ut eſt tex. cū gl.
in l. j. de ſer. urb. pręd. inſti. de act. §.
ęque. in uer. ędes tuas tollendi. in fi.
* Ex quo not. quod ſeruitutes ur- 1
banæ quædā ſunt affirmatiuæ, quæ-
dā negatiuæ. ſed ruſticæ omnes ſunt
affirmatiuæ tantū, ut ire, &c ut not.
gl. in d. l. j. in uer. officiendi. in prin.
quam Doct. ibi ſequuntur. Et ſi dica-
tur, quomodo poteſt dici mihi debe
ri ſeruitus, ut uicinus altius tollat, &
mihi ſeu luminib. meis officiat? imo
iſta uidetur eſſe libertas uicini & ſer
uitus mea paſsiuē. Nec uidetur poſ-
ſe dici, quòd mihi ſeruit⁹ debeatur,
ex quo mihi & prædio meo nō pro-
deſt, imo nocet: ut l. quoties. la j. in
princ. de ſerui. Reſpōdeo ſecundum
gl. quam Bar. ibi ſequitur, & cōmuni
ter Doc. in d. l. j. in uer. & officiendi.
ibi, uel tertio dic. de ſer. ur. prę. quòd
licet hoc noceat luminibus meis, &
p hoc nō poſsit dici mihi debita ſer-
uit⁹ actiuē, tamē poteſt in aliis mihi
expedire: ut quia plures homines ue
niebant ad me, & faciebat expenſas.
Ex



2 *Ex quo no. quòd aliquando in-
tereſt noſtra, nō habere domū mul-
tū delectabilem propter amicorum
cōcurſum, qui ſunt cauſa magni ſum
ptus: ſicut ſæpiſsime uidi euenire ha
bētibus pulchras domos cū uirida-
riis. Sed Bar. in d. l. j. declarat etiā ali
ter, quomodo poteſt noſtra intereſ-
ſe, ut uicinus altius eleuet domum
ſuā: & pone exemplū propter uentū,
ſcilicet ne domus mea ſentiat uētū:
qa aliquādo eſt male ſanus: uel pro-
pter aſpectū, qa forte tranſeūtes per
uiā poſſent aſpicere, ſi uia erat alta &
domus mea depreſſa: qa ſi uicin⁹ eſt
in medio, & ędificet altius, eūtes per
uiam nō potuerūt amplius in domo
mea uidere: uel mea poterit intereſ-
ſe, ut habeatur lumen ex reuerbera-
tione magis, q per directū. l. ſi arbo-
re. §. interdū. de ſer. urb. præ. & not.
gl. inſti. de ſer. §. itē prædiorū urba-
norū. in fi. in uer. altius nō tollat. in
prin. Sed iſtud exemplū eſt bonum,
quantū ad altius tollendū, nō quan-
tum ad officiendū luminibus: quia
imo prodeſſet, nō officeret. Itē po-
teſt poni exemplū ſecūdū Ang. in d.
l. j. ut interſit noſtra, ut noceat lumi-
nibus: ut quia erat domus mercato-
ris, ſcilicet quæ tāto lumine nō indi
get, imo eis noceret: ut uidimus in
apothecis mercatorū cōmuniter, &
maxime Venetiis apud uellutarios.
Itē poteſt poni aliud exemplū, Con
ſuetudo eſt uel ſtatutū, ut nemo poſ
ſit ædes ſuas uel turres habere leua-
tas, niſi uſq; ad certā menſurā, inui-
to uicino: iuxta no. per gl. quæ habe
tur de ſtatuto Florentiæ, in l. qui lu-
minibus. de ſer. urb. præ. in l. j. C. de
ædifi. priua. Vicinus conceſsit mihi,
quòd poſsim altius tollere, & noce-
re luminib. ſuis: certè ſi tollerē alti⁹,
& eius luminibus nocerē, & uicinus
me prohiberet, poſſem agere actio-
ne confeſſoria, ut mihi liceat ædes
meas uel turres altius tollere, & ſibi
nocere: quia ſeruitus uicino eſt im-
poſita, & mihi per pactū acquiſita cō
tra ſtatutū uel cōſuetudinē: & in hoc
exemplo ſeruitus dicitur deberi acti
uē uolenti ædificare: in aliis uerò ex
emplis paſsiuè. Itē poteſt poni exem
plum altius tollendi: quia quis tene
batur tenere ædificiū altius, & one-
ra domus meæ ſuſtinere: iuxta l. eū
debere colūnam. de ſer. ur. præ. licet
in alio noceret, ſcilicet luminibus
meis. & hoc exemplū ponit gl. inſti.
de act. §. æque. in uer. ædes ſuas tol-
len. in fin. Sed huic opi. quòd ius al-
tius tollēdi, & officiēdi, ſit ſeruitus,
obſtat ſecundū Odof. & Ang. in d. l.
j. de ſer. ruſti. præ. quia nō reperitur
ſeruitus affirmatiua, per quam quis
cōpellitur ad aliquid faciedū. l. quo-
ties. la j. de ſeruit. cum in eis uerſa-
tur, aut nō fieri, aut pati, ut ibi s. dixi
ſuſtinendo iſtā opi. dicas ſecundum
Ang. in d. l. j. uerū eſſe, quòd nō prin
cipaliter, ſed in cōſequentia ſic. l. eū
debere col. de ſer. urb. præd. & dicit
quòd credit Odof. illa ſenſiſſe, & be
ne. uel ſecūdum exemplū ultimū de
onere ferēndo, quòd ſuprà dedi, ceſ
ſaret iſtud cōtrariū: & per dict. l. eū
debere colūnā. & l. ſi forte. ff. de ſer.
uen. poteſt etiā eſſe, quòd ius altius
tollēdi & officiēdi luminib. uicini,
ſit libertas, & nō ſeruitus, uidelicet
quē poſſe & nō teneri altius tollere,
& luminib. uicini officere: ut l. alti⁹.
C. de ſer. ius eſt quod dicitur liber-
tas, & nō ſeruitus: & ita debet intelli
gi gl. in l. j. de ſer. urb. præd. quæ ap-
3 pellat iſtud ius libertatem. * Et ſic
not. quòd iure prædiorū non ſolum
ſunt ſeruitutes, ſed libertates: & pro
pterea multæ leges poſitæ in titulo
de ſer. urb. præ. loquutur de liberta-
te defendenda: de qua plura uidebi
tis in declaratione domus s. proxi-
me figurata. Sed teneri ad altius tol
lendum

lendũ & officiendũ luminibus uici-
ni:iſtud eſt ſeruitus,de qua loquitur
d.l.j.& nõ eſt libertas,ſecũdũ Odof.
ibi,quẽ ſequitur Ang. & Pau.de Ca.
& Doct.& bene, ut patet ex his quæ
ſ.dixi. Cætera circa iſtã ſeruitutẽ &
libertatẽ altius tollendi & officien-
di luminibus uicinis, uide quæ dicã
in quæſtione ſeq.& plenius dicetur
de pariete ſiue muro,&c.

## De ſeruitutibus altius non tollendi. CAP. XXVII.

1 *Seruitutem altius non tollendi ille qui debet, an poßit ſaltẽ altius ædificare.*
2 *Seruitutem altius non tollendi ille qui debet,an ſupra eam latitudinem arborem uel ædificium habere poßit.*
3 *Seruitutẽ altius nõ tollendi ſi mihi debeas cũ hac cõditione,ne luminib.meis officiatur, quo hæc uerba intelligatur.*
4 *Seruitus altius nõ tollendi an requiratur, ꝙ ſemper per uicinũ imponatur.*
5 *Statutũ loquens, ꝙ nullus poßit altius eleuare,ſeu tollere ædificiũ ſuũ,ſi per illud uicini luminib.noceat,an forẽſem liget,cuiꝰ eſt domus,q altius tolli debet.*

EST & alia ſeruitus altius nõ tol
lendi:ut l.j.de ſer.ur.prę.& inſt.
de acti.§.æque.& l.altius.& l.ædi-
bus.C.de ſer.cũ ſimil. intelligendo
quòd de neceßitate nõ poßit altius
tolli:ſed ſi de uolũtate quis nõ tol-
lat,poſſet tamẽ,ſi uellet:iuxta d.l.al-
tius.tũc nõ diceretur ſeruitus altius
nõ tollẽdi,ſed libertas:ſicut de ſerui
tute & libertate altius tollẽdi dixi ſu
per hãc q. Quædã ſeruitutes mihi
occurrũt,quæ utiles ſunt. *Prima 1
eſt,nunquid ille,qui debet ſeruitutẽ
altius nõ tollendi, poſſet ſaltẽ altius
ædificare. Videtur quod ſic:qa uer-
bũ, Altius, eſt cõparatiuũ: ergo alte
nõ ꝓhibetur.Sed dic cõtrà:ut eſt tex.
cũ gl.no.in l.loci corpꝰ.§.pe.in uer.
altiꝰ.ſi ſer.uẽ.quã tenet Alb.de Roſ.
in d.l.altius.C.de ſer.ante fi. *Secũ- 2
da q.eſt, an ille,q debet ſeruitutẽ al-
tius nõ tollendi, poßit habere arbo-
rem uel ędificiũ ſupra eã latitudinẽ.
Et dicas breuiter,quòd ſic:ut eſt tex.
apertus in l.ædificia.de ſer.ur.prę.&
probatur in l.quòd aũt.eo.ti.& pote
rit per cõſequẽs etiã uiridaria face-
re ultra eã latitudinẽ:ut eſt tex. in d.
l.ędificia.dũmodo ſeruitus nõ ſit de
proſpectu:qa tũc nõ poſſet.ut ibi. &
ſic no.quòd plãtatio arborũ non eſt
cõtra ſeruitutẽ altius nõ tollẽdi: qa
aliud eſt ædificare,aliud arborẽ po-
nere:ut eſt tex.ut ibi no.Bal.& Doc.
in d.l.quòd autẽ:ſed plãtatio arborũ
bene eſt cõtra ſeruitutẽ proſpectus
uel luminũ:ut d.l.ædificia. & l.inter
ſeruitutes.uerſ. quodcũq; igitur. de
ſer.ur.præ.& l.arborẽ.in prin.eo.ti.
& adde quod dicã in ſeq.q. *Tertia 3
q.ſi debes mihi ſeruitutẽ altius non
tollendi cũ hac cõditione,ne lumi-
nibus meis officiatur,quomodo in-
telligãtur hæc uerba?Dic quòd cũ il
la adiectio fiat, per modũ acceſſorij,
regulatur à principali: ut in regula,
acceßoriũ.in vi.& intelligitur ne of
ficiatur altius tollẽdo. & ideo adhuc
poteris arbores ponere,& uiridaria
habere, licet officias luminibꝰ:quia
nõ officio altiꝰ ædificãdo:ut eſt tex.
in d.l. quòd aũt.iuncta l.pcedẽti.uer.
ueluti ſi ędes.de ſer.ur.præd.Si autẽ
illa adiectio apponeretur copulati-
ue p copulã,& ne,& æque principa-
liter: puta promittis mihi ſeruitutẽ
altius nõ tollẽdi,& ne luminib.do-
mus meæ officias:tũc eſſent duę ſer
uitutes, & nõ poſſes ponere arbo-
res,& uiridaria facere:qa licet p hoc
nõ facias cõtra primã ſeruitutẽ altiꝰ
nõ tollẽdi,tamẽ diceris facere cõtra
ſecũdã, ſcilicet ne luminib. officias:
& ideo poſſe te prohibere: per text.
in d.l.ædificia.in fi. & l.inter ſeruitu
tes.uer.quodcũq; igitur,& de ſer.ur.
prę.& ita tenet Pau.de Cą. in d.l.ædi
ficia.qdꝰ ꝑpetuo tenẽ mẽti,ut ſcias di
ctare



ctare inſtrumenta huiuſmodi ſerui-
4 tutum *Quarta quæſtio eſt, an re
quiratur ꝙ ſemper ſeruitus altius nõ
tollendi per uicinum imponatur. &
uidetur ꝙ ſic:quia regulariter cuili-
bet licitum eſt ędificare domum ſuã,
uel murum, etiam ſi officiat lumini-
bus uicini:ut eſt text.in d.l.altius.C.
de ſerui.& in l.ſi ædibus.eo.tit.& in
l.cum eo.& in l.pe.de ſeru.urb.præd.
& habetur in l.qui luminibus.eo.tit.
& in l. altius. ſi ſeruitus uen. Tu ta-
men dicas, quòd in duobus caſibus
reperitur eſſe cõſtituta ipſo iure a le
ge.Primus eſt, quando area non ha-
beret uetum aliunde, niſi per locum,
in quo uicinus ędificare uellet.ut eſt
caſus ſingularis in l.fi. §.j.de ſerui.&
dixi ſupra,circa principium ſpecierũ
ſeruitutum.& ſupra in viij.q.prin.Se
cundus caſus eſt, quando per conſue
tudinem uel ſtatutum eſſet introdu-
ctum,quòd quis non poßit ædifica-
re,niſi uſque ad certam altitudinem,
non ultrà,inuito uicino: ut habetur
per gloſſ.in l.j.C.de ędi.pri.& in di-
cta l.qui luminibus.& dixi in ſerui-
tute præcedenti.& uide quæ dicam
5 in ſequenti quæſt. *Quinta quæ-
ſtio eſt, an ſtatutum loquens, quòd
nullus poßit altius eleuare ſeu tolle-
re ædificium ſuũ, ſi per illud noceat
uicini luminibus,an ſtatutũ liget fo-
renſem,[a] cuius eſt domus, quæ debet
altius tolli. & dicas quòd ſic, quando
iſtud ius eſt deſcedens ex re. ideo li-
gatur ſtatuto loci,ubi res eſt:ut pro-
batur in l.ſi uenditor. §. ſi conſtat.
communia prædio. & not.in l.an in
totum.C.de ædifi.priua.& in l.cun-
ctos populos.C. de ſum.tri.& quod
dixi de ſeruitute altius non tollendi,
ut ſtatutũ loquens de ea, liget foren
ſem:idem dicas in qualibet ſeruitu-
te urbana uel ruſtica: quoniã ius ſer
uitutis deſcendit ex re,& rei cohæ-
ret:ut l.j.communia prædio.& inſti.
de ſerui.§.prædiorum urbanorum.
per prædicta, & per not.in dicta l.
cunctos populos. Reliqua circa iſtã
ſeruitutem altius non tollendi, uide
infrà,de pariete ſiue muro.

## De ſeruitute ſtillicidij auertẽdi, & ſtillicidij non auertendi. CAP. XXVIII.

1 *Stillicidium quid ſit.*
2 *Aquam ex ſuo ſtillicidio ſuprà ſtillicidium uel aream uicini an quis regulariter diuertere poßit.*
3 *Aqua ſtillicidij uicini ſi iure ſeruitutis cadat ſupra domum meam uel aream per tegulas, quæ uulgariter Cuppi nuncupantur, an facere poßim, quod cadat per uiam unius canalis lignei, uel lapidei,uel etiam canalis exiſtentis ſuper ipſis cuppis.*
4 *Vicinus meus ſi ſuper aream meã uel tectũ domus meæ per duos pedes ſeruitutem habeat, an ultra producere, ſeu extendere poßit.*
5 *Stillicidũ ſeruitutẽ acquiſitã habẽs an poßit altius tollere,uel eleuare, uel deprimere murũ, uel ædificiũ,ſuper quo habet ſtillicidium cadens ſuper domũ uel aream meam.*
6 *Stillicidũ ſeruitutẽ ſibi debitã ſi quis habeat,& ſublatũ fuerit ædificiũ,ſiue corruerit, ex quo ſtillicidium cadit:an per hoc ſtillicidũ ſeruitus cum effectu in totum extincta intelligatur.*
7 *Seruitutem ſtillicidũ auertẽdi in areã meã ſi uicinus meus habeat,quod ſtillicidiũ ſuper areã meam per duos pedes protenditur, an ego in area ædificare poßim,ubi ſtillicidiũ caßitare cœperit.*
8 *Stillicidiũ cui debetur ſeruitus auertendi in uicini area,ſi protendatur ultra parietẽ ſupra uicini areã per mediũ pedem,& caßitet in area uicini etiã per mediũ pedem, uel circa,an uicinus poßit ædificare in illa area uſq; ad illũ locum, ubi caßitat, & ſic uſq; ad medium pedem prope murũ domus prædij dominantis.*

[a] Forenſem. *Forenſis uarus modis ſumitur in iure. Vide Corneũ conſil. cxciij. in iiij. uol. & quãdo forenſis ligetur ſtatuto,conſil. cxcix.in j.uol.*

9 *Vicinus meus ſi habeat ſtillicidium do*
*mus ſuæ cadẽs in fundo, uel horto meo,*
*uel in area extra murũ dom⁹ ſuæ, uer*
*bi cauſa, per duos pedes, an fundus uel*
*area catenus quatenus ſtillicidij rigor*
*ſe protendat, ſit uicini, uel mei.*

10 *Stillicidiũ antiquũ habẽs ſupra areã,*
*uel domũ meã, in dubio an iure ſeruitu*
*tis, uel dominii habere præſumitur, ex*
*eo ꝗ inferius pro ſtillicidij rigore ſuum*
*dicatur.*

11 *Domus tua ſi domui meæ duas ſeruitu*
*tes debeat, una ne altius tollatur, alia*
*ne ſtillicidiũ ædificiorũ meorũ recipe-*
*re debeat, & tibi cõceſſero ius etiã in-*
*uito me alti⁹ tollere ædificia tua, et ſic*
*remiſerim tibi ſeruitutẽ altius nõ tol-*
*lẽdi, an per hoc tibi cõceſſiſſe uidear. ut*
*poſſis tollere quãtũcũq; uis, ita ꝗ etiã*
*ſtillicidia mea recipere non tenearis.*

SVNT & aliæ duæ ſeruitutes ur-
banæ: una ſtillicidij auertendi, id
eſt, deriuandi in tectũ uel aream ui-
cini. nam poſſe facere cadere aquã de
tecto meo ſuper tectũ ſuum, ſeruitus
eſt. Alia eſt ſeruitus nõ auertendi ſtil
licidij: ut eſt tex. in l. j. de ſer. ur. præd.
ſicut ſunt duæ alti⁹ tollẽdi & nõ tol
lendi: ut ſ. proxime dictũ eſt. & intel
lige ſtillicidij non auertendi, ſcilicet
mei in domo mea in tuã, id eſt, nõ im
mittẽdi de neceſſitate: quia tũc eſt mi
hi ſeruitus. ſed ſi intelligeretur non
auertẽdi in domo mea, in tua eſſet li-
bertas, & non ſeruitus: ut dixi de ſer-
uitutib⁹ altius nõ tollendi. & iſtæ ſer
uitutes ſunt urbanæ etiã, quãdo con
ſtitutum eſt, ut poſſim auertere ſtil-
licidium meum in aream tuam, quæ
ſit prædium ruſticũ. quia inſpicitur
prædiũ cui ſeruitus debetur, quæ ab
eo debet denominari. quia dignius
eſt, ex quo eſt dominus. ut eſt tex. cũ
gl. in d. l. j. §. areã. de ſer. urb. præd. de
quo dixi ſupra in iiij. q. princi. ſerui-
tutum. uer. ſed quomodo cognoſca-
tur. Circa iſtã ſeruitutẽ ſtillicidij
auertendi, declaremus aliquas quæ-
ſtiones utiles & quotidianas. *Pri- 1
ma quæſtio eſt pro intelligẽtia, quid
eſt ſtillicidiũ. & dic ꝙ eſt illud, quod
ſtillat, & interdũ cadit directo, & in-
terdũ non, propter uentũ. ſed flumẽ
dicitur quod directo cadit, & maxi-
me per dochiam. de ſer. urb. præ. l. ſer
uitutes. §. ſtillicidium. ibi, id eſt pro
ſtillicidio flumẽ. & eſt tex. inſti. de ſer
ui. §. præd. urba. ibi, ut ſtillicidiũ uel
flumen recipiat. & ibi hoc no. gl. Itẽ
aliquando dicitur ſtillicidiũ domus,
cui ſeruitus debetur ſtillicidij: & ita
capitur in d. §. ſtillicidiũ. ſecundum
unã expoſitionem gl. ibi. Itẽ dicitur
ſtillicidiũ ſeruitus ipſa ſtillicidij: &
ita accipitur in materia noſtra, & in
d. l. j. de ſerui. urb. præd. & not. glo. in
d. §. ſtillicidiũ. *Secũda q. an quis 2
regulariter poſſit diuertere aquã ex
ſuo ſtillicidio ſupra ſtillicidium uel
aream uicini. Et dic, quòd uidetur ꝙ
nemo poſſit dirigere ſtillicidiũ ſuum
ſupra tectũ domus uicinæ depreſſæ,
uel ſuper aream uicini, ſi ſeruitus im-
poſita non eſt: ut eſt text. in d. l. j. de
ſer. ur. præd. ibi, ſtillicidiũ auertendi.
& ibi hoc notant Doct. unde ego ha
bens huiuſmodi ſtillicidiũ, niſi ſerui
tus impoſita ſit, poſſum cõpelli per
uicinum ad faciendũ aquã tecti no-
ſtri deriuare per illũ locũ: puta po-
nendo quæ recipiant aquã iuxta te-
ctum meũ, ut eam mittam in ſtratam
publicam: per d. l. j. Et eſt ratio, quia
domus uel area uicini regulariter de-
bet eſſe libera uſq; ad cœlũ. l. altius.
C. de ſer. cũ ſimi. *Tertia quæſtio 3
eſt, ſi aqua ſtillicidij uicini cadit iure
ſeruitutis ſupra domum[a] meã uel a-
ream per tegulas quæ Cuppi uulga-
riter nuncupantur, an poſſit facere
quòd cadat per uiam unius canalis li
gnei uel lapidei, uel etiã canalis exi-
ſtentis ſuper cuppis. Dic quòd non:
quia aqua groſsior caderet ſeu caſi-
taret.

a Domum. *Domus ſumitur in iure multis modis. Vide Corneũ conſil. cxcviij. in iij. uolu. & in iiij. uol. conſi. xlj.*



taret. ut eſt tex. not. cum glo. in l. ſer-
uitutes quæ in ſuperficie. §. an ex te-
gula. de ſerui. urb. prædio. quod not.
contra multos, qui habent ſeruitutẽ
ſtillicidij per tegulas, & faciunt unũ
canale, ad quod tota aqua ſtillicidij
4 decurrit: quia non poſſunt. *Quar
ta quæſtio eſt, uicinus meus habet ſer
uitutem ſuper aream meã uel tectum
domus meæ per duos pedes, an poſ-
ſit ultra producere ſeu extendere. Et
dicas, quòd non: quia in noſtro ma-
gis inciperet cadere: & in alio loco
caderet ſtillicidium quàm in quo im
poſita eſt ſeruitus. Sed retroduci po
teſt: quia leuius in ſeruitute nobis de
bita facere poſſumus, nõ acrius: quo-
niam certum eſt meliorem cõditio-
nem uicini fieri poſſe, deteriore non
poſſe, niſi aliud nominatim in ſerui-
tute interponẽda mutatum ſit: ut eſt
tex. not. in l. ſerui. quæ in ſuperficie.
§. ſtillicidium. uer. eadẽ cauſa. de ſer-
5 uit. urban. præd. *Quinta eſt quæ-
ſtio, an habens ſeruitutẽ ſtillicidij ac
quiſitam, poſſit altius tollere, uel ele
uare, uel deprimere murum uel ædi-
ficium, ſuper quo habet ſtillicidiũ ca
dens ſuper domo uel area mea. Dic
breuiter, quòd eleuare uel altius tol-
lere poteſt, deprimere non poteſt: ut
eſt text. not. in dicto §. ſtillicidiũ. in
prin. qui aſsignat hanc rationem. Nã
leuior fit ſeruitus, quando tollitur
ſtillicidium altius: cum hoc quod ex
alto cadit, leuius cadit, & interdum
non peruenit ad locum ſeruitutũ. ſed
quando reprimitur, fit grauior ſerui
tus: id eſt, pro ſtillicidio flumẽ. quod
declara. Nam ideo fit grauior ſerui-
tus ſtillicidij ſemper cũ minus cadit
ab alto, & leuior cum altius cadit:
quia aquæ caſitatio depſſa ad plura
loca ui uentorũ diuerti non poteſt:
ſed ſemper caſitat in eundẽ locum,
& facit ibi flumen, & deſtruit ali-
quãdo aream uicini, & hortum, ſi in
eo cadit. & ideo grauius damnificat
prædiũ ſeruiens: ſed caſitatio aquæ
procedens ex alto ui uẽtorum, quan
doq; ad unum locum, quandoq; ad
alium quem ducit, nec facit concur-
ſum aquarum: imo quãdoq; aqua nõ
uenit ad locũ ſeruientẽ, & propterea
tunc dicitur minus offendere ipſum:
& ideo meliorem conditionẽ uicini
facere poſſum deteriorem. nõ eſt iſta
intentio dicti §. ſtillicidiũ. quem ca-
ſum ſingulariter not. & tene menti.
quia cõtra deciſionem d. §. dixit mi-
randæ memoriæ domin. Tho. eques
de Aretio interrogatus à domi. Pau-
lo de Aretio iuris utriuſq; docto. in-
terrogatus in publica diſputatione,
quam fecit idem domin. Thomaſius
Paduæ: de quo licet rationem hanc
ſolam allegauerit, quia fortius cadit
ex alto, quàm depreſſo: potuiſſet e-
tiam alia ratio allegari: quia maior
commoditas uidetur eſſe loci ſeruiẽ
tis, quòd cadat ex loco depreſſo ma
gis, quàm ex alto: ergo uidetur quòd
poſſit deprimi & non tolli: per dictũ
§. ſtillicidium. in fi. quoniã ſi ex alto
cadit propter uentum, nulla quan-
doque pars ſoli ſub ſtillicidio rema-
net tecta cum effectu: quia aqua ca-
dit ubiq;: & ſic non poteſt ibi in a-
rea ſub ſtillicidio quicquam colloca
ri, quod tutum ſit ab aqua. item quia
nec commode poteſt ſtari uel iri per
aream ſub illo ſtillicidio: quod non
eſſet ſi caderet ſtillicidium directe ex
loco magis depreſſo. Item etiã, quia
ex loco magis alto magis occupatur
lumen areæ quàm per locum depreſ-
ſum. Item potuiſſet alia ratio aſsigna
ri, ſi paries ſeu murus[a], ſuper quo eſt
tectum ſeu ſtillicidium, eſſet com-
munis: quia quanto cadit aqua al-
tius propter uim uentorũ, tanto ma-
gis indirecte cadit: ut eſt text in d. §.
ſtillicidium. in prin. Et ideo aqua ſæ-
pe diſcurrit per parietẽ ſiue murũ, &

a Pa. ſeu mur. *Murus ſeu paries inter binas ædes an et quãdo pro diuiſo uel indiuiſo cõmunis inter uicinos dicatur, uide Cor. conſilio clxxxiiij. incipiẽ. licet. in primo uol.*

ipſum corrūpit maxime, ſi eſt paries
ligneus, quod non eueniret ſi aqua
ex loco depreſſo directo caderet. Vn
de tollēdo altius, uidetur facere dete
riorem conditionē fundi ſeruientis,
& deprimēdo deteriorē: arg. d. §. ſtil
licidium. in fi. Vnde ex his patet deci
ſio Pauli iuriſconſulti in d. l. ſeruitu-
tes quæ ex ſuperficie. §. ſtillicidium.
de ſeruit. urban. prædio. Et non mirā
dum, ſi dominus Thomaſius uir præ
clariſsimi ingenij in ea errauit, &
propterea cauendum ab huiuſmodi
actibus publicis de quolibet: quia
ſunt periculoſi, maxime quādo quis
uult ponere falcē in meſſem alienā,
contra id quod ſcriptū eſt in l. & ha-
betur. vj. q. iij. c. j. & in c. uenerabi-
lem. extrà, de elect. & in cle. paſtora-
lis. §. rurſus. in fin. de iu. *Sexta eſt 6
queſtio, ſi qs habet ſeruitutē[a] ſtillici
dij ſibi debitā, ſublatū eſt ædificium,
ſiue corruit, ex quo ſtillicidiū cadit,
an per hoc intelligatur extincta in
totum cū effectu ſeruitus ſtillicidij.
& dic, quòd nō: quia remanet in ha-
bitu. & ideo ſi ſtillicidiū reponatur
cum ſtillicidio, idē ædificiū eſſe cen-
ſetur, quantū ad ſeruitutes reales, pu
ta ſtillicidij; licet nō quantū ad per-
ſonales: ut eſt tex. in l. ſeruitutes quæ
in ſuperficie. §. ſi ſublatū. de ſer. urb.
præ. & intellige, quòd per iſtā reędi-
ficationem ſeruitus ſtillicidij nō erit
eadem fere q̄ primo erat: ſed reſtitui-
tur ipſo iure. ar. l. ut eſt text. in d. §. ſi
ſublatū. uer. pars. ibi. ſed nō eſt ita in
reali quæ reſtituitur; & hoc ꝓbatur
ex tex. ibi dum dicit: ut idē intelliga
tur. quod uerbū Intelligatur, eſt uer-
bum fictionis; ut eſt text. in l. hæres
quādoq;. de acqui. hære. & in l. qui à
ſeruo. de actio. & obl. & habetur per
Bar. in l. j. in prin. de no. ope. nun. per
Bal. in l. quoniā. de his qui no. infa. &
hoc etiā probatur in l. ſi te. de ſer. ur.
prædio. & iſtā reſtitutio, & fictio, ꝙ
intelligatur idē ædificium, quod ue-
re nō eſt. & eadem ſeruitus procedit
ꝓpter utilitatē ædiū: ut ꝓbatur in d.
§. ſi ſublatū. ibi, utilitas exigit. & ita
no. ibi Ang. & Bal. in tit. de pace Cō
ſtantiæ. in iiij. col. ad fin. & intelligo
utilitatē ędiū, ſcilicet publicā: ut ibi.
ex quo ſequitur, quòd pro iſta ſerui-
tute reſtituta actio directa nō cōpe-
tit, ſed utilis. quia non eſt uere illud
idē ædificium, cui ſeruitus impoſita
eſt: ut eſt tex. cum gl. in uer. utilis. in
d. l. ſi teſtamēto. & not. glo. in d. §. ſi
ſublatū. in princ. de quo dic: ut plene
no. in l. inter ſtip. §. ſacrā. de uerbor.
obli. & ex hoc etiā ſequitur illud, ꝙ
ſeruitus acquiſita ſuperficiei, intelli-
gitur acquiſita etiā ſolo: quia nō ex-
tinguitur deſtructa uel extincta ſu-
perficie, ſecūdū Paul. de Caſt. in d. §.
ſi ſublatū. quod intellige cū effectu,
ut dixi. & de hoc dic ut habetur in l.
iij. de ſer. ſed bene intelligitur extin-
cta, ut dictū eſt. Quod autē dixi ſerui
tutem reſtitui repoſito ædificio: in-
tellige quando reponitur in eadē ſpe
cie & qualitate: alias ſecus. quia tunc
non reputaretur, nec intelligeretur
idem ædificium: ut eſt tex. in d. l. ſer-
uitutes. §. ſi ſublatū. & ratio eſt, quia
illud quod differt in ſpecie, uel qua-
litate, non poteſt dici idem in ſubſtā
tia, ſed diuerſum. ſecus ſi habeat in
plus uel minus; quia tunc eſt idem in
ſubſtantia, ex quo eadem ſubſtantia
manet. ut plene dixi s. in x. & ulti. q.
principali. uer. & hæc iura allegātur.
& propterea non attenditur mutua-
tio partiū, ſicut in noſtro corpore di
cimus: ut l. proponebatur. de iudi. &
d. §. ſi ſublatū. inducitur ad quæſtio
nem, ſecundum Doct. quòd licet de-
ſtruatur monaſteriū, non tamen eius
priuilegia deſtruūtur: quādo deſtrui
tur de facto, ſecus ſi de iure; ut per
Innoc. in c. ex iniuncto. extrà de no.
oper. nunc. dic ut ibi per eū & cano-
niſtas

[a] Habet ſer. *Adde Corn. conſi. lxxiiij. per totum, & conſi. cxcj. & conſil ccxciij. in iiij. uolumine.*



niſtas. & per eundē Inno. in c abba-
te. in ulti. col. de uerb. ſig. & per Bal.
in dicto titu. de pace Conſtan. in iiij.
col. ubi etiam allegat dictum §. ſi
ſublatum. & per Flo. in l. uſufru. qui-
bus modis uſuſfru. amit. quæ omnia
7 notanda ſunt. *Septima quæſtio
eſt, uicinus meus habet ſeruitutem
ſtillicidij auertendi in aream meam,
quod ſtillicidium protenditur ſuper
aream meam per duos pedes: an ego
poſſum ædificare in area ubi caſsita-
re cœpit ſtillicidium. Et in hoc text.
uidentur eſſe contrarij. Nam text. in
dicta l. ſeruitutem quæ in ſuperficie.
§. ſeruitus. dicit expreſſe quòd non:
& text in eadē l. §. fi. in fi. uidetur di
cere contrarium: ſed gloſſ. in dicto
§. ſeruitus, ſoluit, dicens, quòd ædi-
ficare non poſſum, ſi nolo recipere
ſtillicidium: & ita loquitur ille §. ſer
uitus. Sed ſi ſtillicidium recipere uo-
lo, tunc ædificare poſſum. & ita lo-
quitur dictus §. fina. in fin. Et ex hoc
concluditur, quòd dominus prædij
debentis ſeruitutem ſtillicidij, po-
teſt ibi ædificare, dummodo ſtillici-
dium uel ſeruitutem ſtillicidij debi-
tam nō impediat, imo eam recipiat.
& ita communiter Doctores tranſi-
re uidentur cum illa gloſſ. ego au-
tem aliter intelligo illa iura: na text.
in dicto §. ſeruitus ędi. dicit, quòd ſi
ædi impoſita eſt ſeruitus ſtillicidij,
non licet domino areæ ſeruientis ibi
ædificare, ubi caſsitare cœpiſſet ſtil-
licidium. Item in §. final ciuſdem l.
qui incipit. in area. in principio. idem
dicit, uidelicet quòd ille qui uult æ-
dificare in area, in qua ſtillicidium
cadit, poteſt ædificium perducere
uſque ad eum locum, unde ſtillici-
dium cadit. & ſic in hoc cōcordant.
& intelligo iſtos duos tex. quòd qui
debet ſeruitutē ſtillicidij, nullo mo-
do poſsit ædificare in area, ubi caſsi-
tare incipit ſtillicidium, ſeu ubi ſtil-
licidium cadit, etiam ſi ædificando
uellem ſtillicidium recipere, quia
qualitas mutuatur, & loci qualitas
ſeruitutem debentis inſpicitur. facit
ad hoc, quòd dixi in quæſtione præ-
cedēti: & hoc aperte approbatur per
textum in dicto §. fina. propter di-
ctionem, ſed & ſi, ibi poſitam, quæ
diuerſificat in facto & in iure, ut in
l. & ſi lege. in principio. ff. de petitio.
& nota. in l. qui uſumfruct. de uer-
borum obligation. & in c. ſolicitu-
dinem. in fin. de appellatio. Et ideo
cum in fine ibi dicat, quòd poſsit
ædificari, dum tamen ſtillicidium re
cte recipiatur, præſupponitur, quòd
ſecus ſit in caſu præcedenti: alias di-
ctio, ſed & ſi, ibi poſita diuerſificat
principium à fine, quod dicendum
non eſt. & aduertendum eſt, quod
dicunt illa iura, niſi caſsitare cœpit,
ſeu niſi ſtillicidium cadit: quia per
hoc apparet, quòd non debet inſpi-
ci protectum tignorū ſtillicidij: ſed
locus in quo cadit aqua, ſiue ſit ul-
tra, ſiue citrà, ut etiam probatur in l.
fin. §. fi. ibi, ſtillicidij rigor. de ſerui-
tut. urbanor. prædior. in §. autem. in
fi. l. ſeruitutes. in fin. qui pro contra-
rio allegatur. Ponitur alius caſus di-
uerſus, uidelicet quòd ſi in meo ædi-
ficio cadit ſtillicidium uicini, ſuprà
mihi ædificare conceditur, dummo-
do ſtillicidium recte recipiatur. nam
ibi erat ædificatū, & facilius extolli
tur id quod eſt ædificatū quam non
ædificatū. argu. eius quod dicitur in
ſimili, ꝙ in habentibus ſymbolū faci
lior eſt trāſitus: ut no. in l. ſi non ſor-
tem. §. ſi centum. de cond. indeb. fa-
cit etiam quod habetur in l. ſi unus.
§. pactus ne peteret. uerſi. in ſpecie.
de pac. & quod ille §. fina. ita debeat
intelligi, patet manifeſte ex dictio-
ne, ſed & ſi, ibi poſita: ut ſupra dixi,
quod bene nor. quia licet Doct. ni-
tantur aliter intelligere, & non ali

ter declarare, tamẽ puto hunc eſſe ue
rum intellectũ illorum iurium: & ad-
de quod dicam in q. ſequen. *Octa 8
ua q. eſt, quid ſi ſtillicidium, cui debe
tur ſeruitus auertendi in aream uici-
ni, procedit ultra parietem ſupra a-
ream uicini per medium pedẽ, & ca-
ſitat in areã uicini etiã per mediũ pe
dẽ, uel circa, an uicinus poſsit ædifi-
care in illa area uſq; ad illũ locũ, ubi
caſitat: & ſic uſque ad medium pe-
dem prope murũ domini prædij do-
minãtis: & uidetur quòd ſic, per tex.
in d. l. ſeruitutes. §. ſeruitus ædi. & §.
fi. in prin. de ſeru. urb. præd. ubi uide-
tur eſſe tex. in l. fi. fini. regun. quæ ui-
detur eſſe lex Græca, quæ incipit, ſi
quis ſepẽ. quæ dicit, ſi quis uult ædi-
ficare murũ prope fundum uicini, ſe-
pẽm derelinquat. de cuius intellectu
dicã infra de pariete ſiue muro. Ego
puto quòd dictus §. ſeruitus ædi. &
§. fin. debeant intelligi & limitari ſe-
cũdum l. fi. præallegatam. & econtra
d. l. fi debeat intelligi ſecundũ d. §. ui
delicet quòd ſi ſtillicidium proten-
dit ſe, niſi per mediũ pedem non poſ
ſit ædificari per uicinum uſq; ad il-
lum medium pedem, etiam ſi aqua
ultrà non caſitaret: quia eſſet contra
d. l. fi. fini. regun. nõ enim eſſet æquũ,
quòd dominus fundi debẽtis ſtillici-
dium ſuſtinere, eſſet melioris condi-
tionis, quam ille, qui nullã debet ſer-
uitutem in fundo ſuo. & ideo ſi ille
qui habet fundũ ſuũ liberum, nõ po-
teſt ædificare murum, niſi diſtet à re-
gione uicini per pedẽ, uel ſi uult ædi
ficare domũ per duos pedes, ut d. l. fi.
multo magis deberet diſtare ille, cu-
ius prædiũ debet ſeruitutẽ ſtillicidij
recipiẽdi. debebit ergo hoc caſu di-
ſtare ædificans murum per pedẽ, uel
domũ ꝑ duos, nõ à regione uicini, id
eſt, nõ à termino fundi uicini, ſed à ſo
lo, quatenꝰ protẽdit ſtillicidiũ & ca
ſitat. unde ſi ſtillicidiũ protẽderetur
uerſus aream uel hortũ ædificãtis, &
caſitaret, puta per tres pedes, ædifica
tes murum deberet ultra dictos tres
pedes, qui relinquũtur, ꝑpter d. l. ſer
uitutes. §. ſeruitꝰ ædi. & §. fi. in prin.
de ſer. urb. præ. etiã relinquere unum
aliũ pedẽ: & ſic quatuor pedes in to-
tum, à fundo cõuicini. uel ſi uult ædi
ficare domũ, debet relinquere duos
pedes. & ſic hoc caſu quinq; in totũ.
& idem dicas in ſim. & ita alias obti-
nui in quadam cauſa Veronæ contra
quendã epiſcopũ de Nica. Sola. & ita
fuit iudicatũ ex cõſilio triũ doctiſsi
morũ iuriſcõſultorũ: quod not. quia
fuit cõſideratio mea. credo quòd ſit
uerìſsima, maxime intelligẽdo, quòd
quatenus rigor ſtillicidij prætẽdit ſu
per fundo uicini, catenus terrenũ ſeu
ſolũ inferius ſit domini prædij domi
nãtis: ut uidetur eſſe caſus in l. olym-
pico. §. fi. de ſer. urb. pred. de quo di-
cam in ſequenti q. Nã hoc caſu non
haberet dubiũ d. l. fi. fin. reg. Sed ut di
xi, etiã ſi illud terrenũ eſſet domini
fundi ſeruiẽtis, puto eſſe idem dicen
dum, per ea quæ ſuprà dixi. & quia
ita fuit. quod ſingulariter tene menti.
*Nona q. cõuenienter ſequitur, ſi 9
uicinus meus habet ſtillicidium do-
mus ſuæ cadens in fundo uel horto
meo, uel in area extra murũ domus
ſuæ, uerbi gratia, per duos pedes, an
fundus uel area catenus quatenus ſe
prætendit rigor ſtillicidij, ſit uicini,
uel mei. & uidetur ꝙ ſit uicini, cuius
eſt ſtillicidiũ ſuperius. per l. fi. §. fi. de
ſer. ur. præd. per quẽ tex. ibi dicit Flo.
quòd ſtillicidia ſupra domũ de iure
demõſtrant quantũ ſit ꝓprietas loci
inferioris. & idẽ dicit ibi Bar. uideli-
cet ꝙ ſtillicidia quæ ſunt ſuperiꝰ, ui-
dentur quodamodo ſignificare pro-
prietatẽ loci inferioris: & idẽ uide-
tur uelle Bald. in cõſi. ſuo xxij. quod
incipit, ſtatuto cauetur ꝙ tenẽs arma
in domo. Sed ſi iſtud eſt uerũ, debet
limita



limitari, niſi cõſtaret uicinũ meũ ha
bere ſeruitutẽ nõ ſtillicidij, quia tũc
appareret, quod iſtud ſtillicidium ha
beret propter dominiũ ſoli quod eſt
inferius, ſed propter ſeruitutẽ appoſi
tam: quæ ſeruitus non extenderetur
ad dominium ſoli inferioris: & hoc
probatur in l. ſeruitutes. de ſer. urba.
præ. §. ſtillicidiũ. uer. eadẽ cauſa. ibi,
quia in noſtro magis incipit cadere.
& §. ſeruitus ædi. ibi, domino ſeruiẽ
tis areæ. de ſer. ur. præd. Itẽ eſſet limi-
tandũ, niſi ſtillicidium fiat ſupra uia
publica uel loco publico: quia locus
inferior ſub ſtillicidio non efficitur
domini ſtillicidij: poſſet tamen aliqd
poni uſq; ad ſtillicidiũ, ut d. l. & §. j.
de ſer. ur. præ. quã quidẽ intelligunt.
in hoc tamẽ cõmuniter ſeruanda eſ-
ſet conſuetudo loci, per l. an in totũ.
C. de ædifi. priua. & adde quod dicã
infra, de clauſtro uel conclaui & por
10 ticu. *Sed nunquid in dubio ha-
bens antiquũ ſtillicidiũ ſupra aream
uel domũ meam, præſumatur habere
iure ſeruitutis uel iure dominij, ex eo
quòd ſolũ inferius pro rigore ſtillici
dij dicatur ſuũ? Credo eſſe cõſiderã-
dum, quis poſsideat locũ, qui eſt ſub
ſtillicidio. Nam ſi ego dominus areę
poſsideo illum locum inferiorẽ: puta
ſi eſt hortus, ipſum ibi colo, & arbo
res habeo, uel retineo res meas ſub
ſtillicidio: & præſumatur tunc uici-
num habere ſtillicidiũ iure ſeruitutis
tantum, & locũ inferiorem eſſe meũ.
Aduerte tamẽ, quia nemini licet ædi
ficare ſubtus grundaria, quatenus ri-
gor ſtillicidij & tignorum ex certa
uia deſcendit, ſi ſtillicidij caſitatio
impediri poſsit. ut d. l. fi. §. fin. & ibi
hoc no. Ang. & Doct. de ſer. urb. præ
dio. Si uerò uicinus[a], qui habet ſtilli-
cidium, poſsideret locum inferiorẽ
ſub ſtillicidio, tunc præſumam non
iure ſeruitutis, quia ſtillicidium ad
hoc nõ tendit: ſed quia ſolum quod
eſt ſub ſtillicidio, ſuum eſt, niſi illa
poſſeſsio eſſet iure familiaritatis: ut
ff. de acquiren. poſſeſ. l. iure familia-
ritatis. & ideo in hoc poteſt eſſe cau
tus dominus areæ, ut ſtet in poſſeſ-
ſione etiam illius partis areæ uel hor
ti, quæ eſt ſub ſtillicidio uicini. & ita
alias cõſului cuidam amico meo. Sed
ſi neuter poſsideat, quia locus eſt ſte
rilis, uel aquoſus, uel aliter inutilis:
& tunc diſtingue, aut tempore quo
fuit factũ iſtud ſtillicidium domus,
uel area mea, & domus uicini erat di
uerſarum perſonarũ, uel iurium, aut
eiuſdem perſonæ, uel iuris. Primo ca
ſu, quando erant diuerſarum perſo-
narum: & tũc illo tempore erat tota
area domus mea uel autorũ meorũ.
de ſen. & non licebat uicino immitte
re ſtillicidium: ut no. l. altius. de ſer. &
ideo ſi miſit, uidetur immiſiſſe po
tius iure ſeruitutis, quàm dominij,
niſi aliter probetur. Nec eſt aliter cre
dendũ, quòd ego uel autor meus uo
luerim faciendo immitti ſtillicidium
etiam ſibi concedere ſolum. arg. l. ſi
mihi eo tempore. de ſeruitut. urban.
prædiorum. quia actus agentium non
debent operari ultra intentionẽ eo
rum. l. non omnis. in princ. ff. ſi cert.
pet. Secundo caſu, quando erat unius
perſonæ tantũ, ſicut ſæpe contingit,
quando unus habet amplam domũ,
facit ſtillicidia unius partis domus ca
dere ſuper alia parte: & poſtea le-
gat, uel uendit unam partem de illa
domo: uel ſi ſunt plures fratres ha-
bentes domum: & poſtea eam diui-
dunt inter ſe, & uni euenit una pars
domus quæ habet ſtillicidium, & al
teri alia pars quæ habet aream ſub
ſtillicidio: & tunc dic idem, quòd
uidetur eſſe impoſita ſeruitus uen-
dendo[b], legando uel diuidendo,
ut ſuſtineat onera permanentia: quia
tunc tempore diuiſionis, uel legati,
uenditionis ſuſtinebat. ut l. quod
con

[a] Vicinus. *Adde Cor. conſi. ccxxvij. in j. uol. & Alex. in iij. uo. cõſi. lvij. in pen. col. §. locus antẽ. & in iij. uol. Qui dicantur uicini, & quo accipiantur, conſi. xxv. in ij. col. & in ij. uol. cõſi. clxxvj. per totum.*

[b] Vendẽdo. *Si quis uendit rem cũ ſeruitute, utrũ et quãdo intelligatur de ſeruitute præſenti, & quando de futura, Alex. conſilio xxviij. in iij. col. in prin. in j. uol. & conſi. cxx. in ij. col.*

concIaue.de dam.infec.& not. Bart.
in l.j.circa fi.de ſeru.lega.& habetur
per Docto.in l.quod conclaue.& ex
hoc cōcludi poteſt ad multas q.nun-
quid ſit licitū facere pōticellū uel ca
ſellū neceſſarij,uel tubā ſiue cappam
camini in dicto muro, quatenus ſe
extendit rigor ſtillicidij,uel facere fe
neſtrā,uel foueā[a], uel ferratā in arca
mea.Quia ſi ſolū,quod eſt ſub ſtillici
dio, eſſet domini ſtillicidij,tunc po-
teſt fieri tanquā in ſuo.l.altius. C. de
ſerui.alias non. De his tamē plenius
dicā in ſpecie iſta ſup domo per me
figurata. *Decima & ultima quę- 11
ſtio eſt, ſi domus tua debet domui
meæ duas ſeruitutes:una ne alti⁹ tol
leretur, alia ut ſtillicidiū ædificiorū
meorum recipere deberet: & tibi cō
ceſſero ius eſſe inuito me altius tolle
re ædificia tua,& ſic remiſerā tibi ſer
uitutem altius non tollendi: an per
hoc uidear tibi conceſsiſſe,ut poſsis
tollere quantūcunq; uis: ita ꝙ etiam
non tenearis recipere ſtillicidia mea.
Et dicas quod nō: quia illa cōceſsio
ſeu immiſsio intelligitur, dūmodo
recipias illam ſeruitutē ſtillicidiorū
meorū: ut eſt caſus in l.ſi domus. de
ſerui.urb.præd.eſt ratio, quia illę ſer
uitutes ſunt diuerſæ & ſeparatæ.un-
de renunciando uni,alteri renunciaſ
ſe non uideatur:& ideo ui ſeruitutis
retentæ habeo adhuc ius prohibēdi.
& ad hoc ſemper allegatur d.l.ſi do-
mus.quod intellige,quòd una remiſ
ſa, altera neceſſario non intelligitur
eſſe remiſſa: quia eſt penitus diuer-
ſa:ut eſt in caſu ꝓpoſito. ſecus ſi una
remiſſa, neceſſario intelligeretur re-
miſſa alia.Exemplū in caſu econuer-
ſo,ſi eſt remiſſa ſeruitus ſtillicidij nō
recipiendi.nam licet hoc caſu uidea-
tur eſſe remiſſa ſeruitus altius non
tollendi: ut not.glo.in d.l.ſi domus.
quam Doct.ibi ſequūtur.& pro hoc
l.ſi mihi in eo tempore.de ſeruit urb:
prædio.& eſt tex[illegible].ſed interdum.
de aqua plu.arc.&facit l.ij.de iuriſd.
om[illegible]iudic.cum ſimi.& dic[illegible] l. ſi do-
mus.allegatur, quòd quādo ſunt iu-
ra diuerſa & inuicem non dependen
tia, licet tollatur unum, tamē alterū
tollitur. pro hoc d.l.ſed interdū.ſed
ſi dependerent adinuicem, ſecus: ut
uult glo.in d.l.ſi domus.quæ eſt no.
& pro hoc l.nec is. §.j.de acquir.hæ-
red.ubi repudiata hæreditate ab in-
teſtato,ex teſtamento repudiata ui-
detur, ſine qua repudiatione prima
ſtare non poſſet, ut ibi: & l.illud.co.
tit.Item allegatur ad alias q.quas ibi
per Bald. & Ange.& Doct.Sed con-
tra prædicta uidetur eſſe text.in l.ſi
ſtillicidij.quemad.ſerui.amit.ubi di-
citur, quòd ſtillicidij ius habeā in a-
ream tuam, & permiſerim tibi ius in
ea ædificandi,ius ſtillicidij immittē-
di amitto.Sed ſolue,quòd in d.l.ſi do
mus.de ſerui.urba.præ.erant duæ ſer
uitutes. ideo una remiſſa, altera non
tollitur.quia poteſt operari in illa re
miſſa,ut ſupra declaraui.ſed in illa l.ſi
ſtillicidij. erat una ſeruitus tantum.
& ideo ad hoc, ut promiſsio uel con
ceſsio ædificandi in area poſtea facta
aliquid operetur, illa ſeruitus ſtillici
dij quæ ſola erat, intelligitur eſſe re-
miſſa. & prædictis adde quæ dicam
infra de ſtillicidio ſiue tecto.

a Foueam. *Fouea ꝗ dicatur, adde Cor. in iiij.uol. conſi cclxxxij.*

## De ſeruitutibus ſtillicidij non auertendi. CAP. XXIX.

1 *Stillicidij auertendi ſeruitus quomodo intelligatur.*

2 *Stillicidium ſi in aliqua parte fractū eſſet,puta eius canale, per quod aqua ducitur,uel regulæ ruptæ eſſet,quis reficere teneatur,& cuius expenſis.*

POSTQVAM de ſeruitute affir-
matiua ſtillicidij auertēdi dixi-
mus, conſequens eſt ut de alia ſerui-
tute negatiua ſtillicidij non auerten
di, aliqua breuiter uideamus. *Et 1
in



in primis ſciendū eſt, quòd iſta ſerui
tus non auertendi intelligitur,quòd
ille qui habet ſtillicidium ſuū ſuper
domum meam, non poſsit auertere
ipſum ad domum ſuam,ita quòd nō
cadat in meam.& ſic eſt ſeruitus paſ-
ſiua ex parte ſtillicidiū habētis,ſi de
neceſsitate diuerteretur, ipſum non
poteſt in domum ſuam.& dicitur eſ-
ſe ſeruitus actiua ex parte eius in cu-
ius domum cadit. Sed contra hoc op
ponitur,quia immo uidetur quòd i-
ſta non ſit ſeruitus paſsiua ex parte
habentis ſtillicidium, nec actiua ex
parte alterius, immo totū ecōtra.Nā
quòd totum ſtillicidium tuum cadat
in domum meam regulariter eſt tibi
utile,& mihi dānoſum:ut dixi in prę
cedenti ſeruitute.Et ego in cuius do
mo ſtillicidium cadit, ſeruitutem pa
ti dicor.Item non uidetur poſſe dici,
quòd ſit ſeruitus mihi debita,ex quo
non intereſt mea.immo eſt mihi dā-
noſum,ut dixi in l.quoties.in pri.de
ſerui.Sed reſponde, quòd hoc debet
intelligi, quando eſſet mihi utile,ꝙ
aqua ſtillicidij tui cadat in domo uel
curia mea,puta propter ciſternā meā
quę repleri debet ex aqua tui tecti.&
hoc modo intelligit iſtam ſeruitutē
glo.in l.j.in uer.& officiendi.in fi.de
ſerui.urba.prædi.quam Doct.ibi ſe-
quuntur.Item poſſet poni exemplū,
ſi haberē hortū magnum cum domo
coniunctum,uel prata ſitientia,& in
tereſt mea quòd aqua ſtillicidij uici-
ni cadat in domum meam cauſa eam
ducendi ad hortum uel pratum irri-
gādum.& idem dicas.& facit ad hoc
quod dixi ſupra de ſeruitute altius
tollēdi,poſt prin.Et ex his not.quòd
ut quis ſit obligatus tenere ſtillici-
dium ſuum,& cadat in domum meā,
quia mihi expedit propter aquam ci
ſternæ meæ,uel propter hortum uel
prata mea irriganda, dicitur eſſe ſer-
uitus ſtillicidij non auertendi. ut e-
tiam ſupra in prin.declaraui. *Cir 2
ca iſtam ſeruitutem dubitari poſſet,
ſi ſtillicidium eſſet fractum in aliqua
parte, puta eius canale, per quod a-
qua ducitur,uel tegulæ ruptæ, quis
teneatur reficere, & cuius expenſis.
Dic quòd ille, cuius eſt ſtillicidium,
debet:prout probatur in l.& ſi forte.
§.etiam.ſi ſerui.uen. & in l.cum de-
bere columnam.de ſerui.urb.pre.Sed
nunquid ſtillicidij dominus poterit
cogi per eum, in cuius domum caſsi
tat,ad ipſum reficiendū?Dicas quòd
ſic,ad eum modum,quo erat tempo
re ſeruitutis impoſitæ.per text. in d.
§.etiam.ubi eſt caſus nota.Item nun
quid ſi totum ſtillicidium corruit,an
poſsit ille,qui eſt dominus ſtillicidij,
cogi ad reponendum, ſeu iterum fa-
ciendum dictum ſtillicidium,ad eum
modum,quo erat tempore ſeruitutis
impoſitæ,ita quòd aqua ex eo poſsit
in domum meā caſsitare, ſicut prius
expenſis ſuis [a]?dicas quòd ſic.tex. eſt
no.in l.cum debere columnam. in fi.
de ſerui.urba.præ. Hæc de ſeruitute
ſtillicidij non auertendi dixiſſe ſuf-
ficiat.

a Expēſ.ſuis. *Adde Cornen conſ.ccxxxvij. quod inci. primū.et cōſ. ccxliij.ici.uidetur. in ij.uo.et quod iuſta cauſa excuſet ab expenſis, Alexā.in ij. uo.cōſ xxxvij. in ultima colū.*

## De ſeruitute tigni immittendi. CAP. XXX.

1 *Tigni appellatione quid ueniat.*

2 *Tignum in uicini fundo immittere an licitum ſit.*

3 *Tignum ſi per aliquem in fundo meo, et ſic alieno immittatur:an illud propria autoritate tollerę,uel incidere poſſim.*

4 *Tigna an quis in muro uel pariete cōmuni immittere poſſit.*

5 *Murū ſeu pariete proprium ſi quis iuxta ædes, uel domū ſui uicini habeat, & paſſus fuit, quòd uicinus poſuerit in eo muro aliqua tigna tacite:et nihil dicendo,uel dicendo Cōcedo quòd hæc tigna in muro meo immittere poſſis:an ille uicinus poterit me domino inuito alia noua tigna remittere.*

6 *Tigna ſupponere uel ſurrogare an ali quis poſſit.*

7 *Vicinus an poſſit imittere tigna in alterius uicini muro tãgẽdo ipſũ murũ: uel an poſſit imponere nõ tãgẽdo murũ alienũ, ſed protendendo ſupra locum alienum, uel communem, uel publicũ.*

8 *Tigna immiſſa in muro meo proprio uel comuni, uel etiam in publico, uel etiã protendentia in meo, uel communi, uel publico, an licitũ ſit autoritate propria euellere, uel deſtruere.*

9 *Aedificatum quicquid eſt in meo, et per me poſſeſſo, ſolo meo cedit.*

10 *Murus uel ſepes ſi fiat per extraneũ in fundo domini, in quo ego ſeruitutẽ non habeam, & propter hoc ego illa ſeruitute uti impediar, an poſſim illum murum rumpere, et deponere, uel ſepẽ propria autoritate deſtruere.*

11 *Perſona eccleſiaſtica uel etiã ſecularis, ſi pro beneficiorũ alicui eccleſiæ collatorũ recognitione certũ annuũ cẽſum, uel hoſpitiũ ſibi reſeruauerit, et ipſo ueniente nõ recipiatur an domũ propria autoritate ingredi liceat, & intrandi cauſa oſtia uel feneſtras domus rũpere.*

12 *Ciuitatum quæ ſuperiorẽ nõ recognoſcũt, ut eſt ciuitas Venetiarũ & Florẽtiæ, ſi unit bona alteri⁹ occupauerit, il la per uim recuperare poteſt.*

13 *Aedificet ſi quiſpiã, uel immittat, uel protendat tignum in alienũ uel publicum, qua actione conueniri poterit.*

a Propria au. *Quæ differẽtia ſit inter conſenſum, ſentẽtiã, et autoritatẽ, uide Alex. in iij. uo. conſi. xxix. in pe. co. in fi. et in ul. in pri. & in j. uol. conſil. cvj. in pe. col. § nec obſt.*

QVINTA eſt ſeruitus tigni immittẽdi in pariete uicini. *Pro
cuius declaratione primo ſciẽdũ eſt, 1
quòd appellatione tigni in l. xii. ta.
omne materiæ genus ſignificabatur,
ex qua ædificia fiũt. ut eſt text. in l. tigni.
de uerbo. ſign. & l. adeo. §. cum
in ſuo. ad fi. de acquir. re. do. & inſtit.
de re. di. §. cum in ſuo ſolo. & ita omnis
materia tigni appellatione cõtinetur.
ut eſt text. in l. tigni. in prin.
ad exhibendũ. & tegulas, & lapides,
& cęmeta, & calcem, & arenam, & ſi
qua ſunt ædificijs utilia, appellatiõe
tigni contineri cõſtat: ut l. j. §. tigni
autẽ. de tigno iniuncto. & tacit l. terri.
§. fabros. de uerb. ſig. ſed & in uineis
tigni appellatiõe omnia uineis
neceſſaria cõtinẽtur: puta perticę, pedamẽta:
ut eſt tex. in d. l. j. in fi. & pali
etiã ueniũt, qui in numero materiæ
redigendæ ſunt, ſicut perticæ. l. pali.
de leg. iij. Tigna autẽ ad tegẽdum di
cta ſunt, ut dicit text. in d. §. tigni.
*Secundo uidendum eſt, an ſit 2
licitum immittere tignum in fundo
uicini. Et regulariter dicatur, quod
nõ, niſi ſit impoſita ſeruitus. ut l. quemadmod.
§. ſi protectũ. ad l. Aqui. & ibi
per omnes Doc. & l. ſi uice. §. ſi ad ianuã.
& ibi Par. quod ui aut clam. & l.
ſed inter me. in prin. de ſer. ur. præ. nã
non debet quis regulariter in alieno
aliquid facere. ut l. quoſdam. in C. de
metal. & me. lib. xi. & no. gl. in d. §. ſi
protectũ. *Tertio quæritur, quid ſi 3
per aliquem immittitur tignũ in fundo
meo, & ſic alieno, an poſsũ illud
ꝓpria autoritate [a] tollere uel incidere.
& intelligo in fundo, id eſt, tãgendo
ipſum. l. j. §. in flumine. de flumi. l.
is qui. §. j. iũcta l. ij. de relig. ubi probatur,
quod dictio, In, requirit actũ.
Et uidetur quòd nõ, quia regulariter
nemo debet ſibi ius dicere propria
autoritate, nec facere. l. j. C. ne quis in
ſua cau. & l. extat. quod me. cau. Item
quia eſt in quibuſdã caſibus ſpeciale,
ut liceat propria autoritate uindicare.
l. j. & ij. C. quando li. uni. ſine iud.
uin. ergo in alijs uidetur eſſe contra
ius cõmune. l. ius ſingulare. & l. quod
uero. de leg. Sed dicas contrarium,
ut eſt caſus in terminis: & no. gl. in l.
quemadmo. §. ſi protectum. in fi. ad l.
Aquil. & ibi hoc notant Doctor. &
in l. ſi uitem. §. qui ad ianuam. &
ibi hoc tenet Bartolus. quod ui aut
clam. & idem Bartol. in l. j. §. interdictum.
uti poſ. quibus adde omnino



no quæ dicam plenius infra in vj. q.
4 *Quarto quæritur, an tigna quis
poſsit immittere in muro ſeu pariete
communi. Et uidetur quòd non:
quia in re communi potior eſt cõditio
prohibentis. l. Sabinus. communi
diui. l. an unus. ſi ſer. uend. In contrarium
uidetur tex. in l. in re communi.
ibi, neq; prohibemus. de ſeru. urba.
præ. & in l. quod dictũ. eo. ti. Tu dic,
aut loquimur de antiquis tignis quæ
primo inerant. & nõ eſt dubiũ, quòd
poni poſſunt, ſecundũ Ange. in l. qui
dam Hiberus. in fi. iij. col. uer. ſimiliter
reſtat uidere. de ſer. urb. præ. quia
nihil innouatur, nec fit contra ius ſocietatis.
& ideo quando alia tigna
eiuſdem communis in locum aliorum
tignorum ſupponerentur: quia
ſurrogatum ſapit naturam eius in cuius
locum ſurrogatur. l. cum. §. qui iniuriam.
ſi quis cau. & hæc etiam probantur
in l. ſeruitutes quæ in ſuperficie.
in princ. de ſer. urba. prædio. iuncta
l. eum debere col. in fi. eo. tit. Circa
quod adde quæ dicam in ſequenti.
q. in ſimili. Aut loquimur de nouis tignis
mittendis: & intelligo etiam in
alijs partibus muri, quàm in illis in
quibus erant tigna antiqua. & tunc
aut paries communis eſt communiter
quæſitus, ut ſuſtineat onera utriuſque,
& poteſt immittere unus
ſocius altero inuito: ut eſt text. in
l. ſi ædes. cum gloſſ. communi diui.
& no. glo magna circa prin. ibi, item
fallit, quando ob hoc ipſum. in
l. Sabinus. eo. tit. quæ uult, quòd ſocius
poteſt uti re communi ad uſum
deſtinatum, etiam inuito altero ſocio:
quando ob hoc ipſum, ut tale opus
fiat, eſt in communi quæſita. Itẽ
ſi ita quæſitus non ſit, dummodo ſit
deſtinatus paries ad ſuſtentandum
onera utriuſq;, & per miſsionem talium
tignorum non noceat parieti
neq; uicino eo, quòd aptus eſt ad onera
ſupportanda: alias ſecus. d. l. ſi ædes.
& l. cum duobus. §. Mela. pro ſo.
& melius probatur in l. cuius ædificium.
de ſeruit. urba. præd. & in l. in
pariete. cum ſe. de dam. infec. & not.
per Dyn. in regul. in re communi. in
vi. & per Ange. in d. l. quidam Hiberus.
& quod dixi, quando paries eſt
aptus ad onera ſupportanda: ut poſſit
unus ſocius tigna immittere: intelligo
non iure ſeruitutis, ſed iure
communionis: ut habetur in dictis
iuribus, & in l. per parietem. de ſeruitu.
urba. præd. & nota. gloſſ. in d. l.
ſi ædes. & in d. l. Sabinus. & Angelus.
in dict. l. quidam Hiberus.
Aut communis paries non eſt aptus
dictis oneribus ferendis, nec ad ea ferenda
quæſitus: ſed forte delectatione
ſociorum, quia unuſquiſq; ex parte
ſua habet clauſum pro ſeculari capella:
ut quotidie uidemus in capellis
magnorum uirorum: & tunc non
eſt licitum noua tigna mittere, per
quæ picturæ deſtrui poſſent, aut delectatio
ſocij dominij. d. l. Sabinus.
cum gloſſ. communi diuid. non tamen
hæc intelligas in eo qui ex pariete
ſuo parietem fregiſſet, ut uellet
in ea parte mittere tigna: quia negari
non poteſt ex quo paries ad onera
ferenda deputatus eſt: ut d. l.
quidam Hiberus. §. qui parietem. &
ita Angel. nota. ibi in principi. d. l. in
5 pe. colum. in fin. quod no. *Quinto
quæro, quis habet murum ſeu parietem
proprium iuxta ædes ſeu domum
ſui uicini: & paſſus eſt, quod
uicinus poſuerit in eo muro aliqua
tigna tacitè, nihil dicendo, uel dicendo,
Concedo [a] tibi quòd hæc
tigna mittere poſsis in muro meo,
an ille uicinus poterit me domino
inuito remittere alia noua tigna?
dic quòd non. eſt caſus nota.
in l. ſi cum meus. in principi. ſi ſeruit.
uend. & idem dico, ſi paſſus ſum facere

a Cõce. tibi. *Cõceſsio, et promiſſo de cõcedẽdo sũt diuerſa, uide Corn. iiij. uo. cõſi. lxxiiij. inci. præmitto, & quando aliquid alicui conceditur ad aliquẽ uſũ, an cenſeatur conceſſa proprietas. [illegible] ccxcv. in [illegible]*

cere feneſtrã eo modo quo eſt : quia
alia uel alias inuito me domino face
re non poteſt, eadem ratione: immo
in eo etiam poterit detrahẽdo tigna
primo conceſſa alia ſupponere: quia
ſufficit ſi cui uel in paucis &c. ut C.
de neg.geſt.l. tutori.ſecũdũ gl.ualde
no.in d.l.ſi cum meus.in prin.in uer.
noua . & idem de feneſtra : quod eſt
ualde no.ſecus ſi domin⁹dixiſſet, Cõ
cedo tibi ſeruitutem tigni immitten
di uel feneſtram faciendi, non adden
do numerũ: quia tũc poſſet quæcũq;
tigna & feneſtras quot uoluerit face
re: ut dicit gl.no.in l. ſi cum meus.in
prin.in uer. cũ humanas.pręallegata.
Sed do.Pau.de Ca.ibi uidetur tenere
cõtrariũ, uidelicet ꝙ ibi nõ uult au-
gere numerũ, ſed uult in loco ueterũ
tignorũ alia ſubſtituere, quòd poteſt
alia, quia alia reputantur: ut l.filię.de
cond.& demon.in §.a Titia.& in l.ſi
donatio. §. ſi ſponſus.de dona. inter
uirũ . Ego autẽ nil iſta. puto plenius
ſic eſſe diſtinguẽdũ: Aut ego permiſi
nil promittendo uel cõcedendo: aut
permiſi uel conceſsi, ut tu poſsis mit
tere tignũ in muro meo . Primo caſu
principali, aut promiſsio eſt facta de
certo & ſpeciali tigno aut generali-
ter de omnib⁹ tignis, aut ſpecialiter.
Primo caſu quando permiſsio eſt fa-
cta de certo & ſpeciali tigno: & tunc
iterũ ſubdiſtingue : Aut permiſi ſeu
cõceſsi quòd tu nõ poſsis mittere ni
ſi unũ tignũ tale, & quòd non poſsis
imponere aliud, uel eius loco ſuppo
nere ſeu ſubrogare: tũc nõ habet du-
bium, quòd ſeruitus eſt limitata ad il
lud tantũ tignũ: & ſic nec in alio lo-
co , nec etiam in illo eodem imponi
poterit: quia limitata diſpoſitio limi
tatum parit ſiue producit effectum:
ut l.in agris.de acquir.re.do. Aut per
miſi ſeu conceſsi, quòd tu poſsis im-
ponere tale tignum tantum in muro
meo ſine prohibitione alterius ex-

*a Dom⁹ tuç. Quomodo capiatur uerbũ Domus, uide Alex.conſi.xlviii.in ulti.col. in fi.in i.uo.& dom⁹ ſumitur in iure uarus modis . uide Cor.conſ.lv.in i.uo.cõſ.xli.& in iii.uo.conſil. cxcviii.et in ii. uol.cõſi.ccxvi.*

preſſa cauſa. & tunc iterũ ſubdiſtin-
gue : Aut eſt expreſſa cauſa propter
quam illud tignũ imponi poſsit, aut
non. Si eſt expreſſa cauſa, exemplum,
Promitto uel cõcedo tibi quod poſ
ſis imponere tale tignũ in domo mea
cauſa domus [a] tuæ ſubſtentandæ &
tecti: & tũc teneo quòd uideatur im
poſita ſeruitus illius tigni tantum in
eodem loco: per dicta l.ſi cũ meus.in
prin.ſi ſer.uen. nõ quod poſsit aliud
ſupponere ſeu obligare in eodem lo
co , donec durat domus uel tectum,
& non ultra, nec ob aliã cauſam. quia
finita cauſa conceſsionis uel priuile-
gij, finitur ipſa conceſsio uel priuile
giũ: ut l. Titia. §. uſuras. & uide quod
ibi no.Bar.de le.ij.& ideo ſi tibi con
ceſsi, ut poſsis imponere tignum uel
tigna in domo mea uel muro cauſa
ædificandi domũ tuã, puta pro arma
tura quæ machina dicitur: & tunc æ-
dificata domo tua nõ poteris unquã
amplius dicta tigna uel alia impone
re. Et idẽ, ſi cõceſsi ꝙ poſsis impone
re tignũ in muro meo cauſa ſuſtinẽdi
uites tuas. nã uite cõſummata, ſeruit⁹
extinguitur. & idẽ dicas in ſi.ſcilicet,
ſi propter tectũ ſuſtinẽdũ, licet tectũ
corruat , tamen poterit tectũ refice-
re. quia debebitur in eodem loco tã-
tum eadem ſeruitus tigni, quia repu-
tatur eſſe idem tectum : ut eſt text.in
l.ſeruitus quę in ſuperficie. §. ſi ſubla
tum.de ſer.ur.præ. de quo dic ut ple-
ne dixi de ſerui.ſtillicidij auertendi,
in vj.q.& idem dicendũ eſt in domo:
quia deſtructo tecto & pariete pote-
rit iterũ reficere, & debebitur eadem
ſeruitus, quia reputabitur eadem do
mus , ex qua remanſit primum ſolũ,
quod eſt maxima pars domus : ut eſt
text. cum gl.in d. § . ſi ſublatum. Sed
ſi cauſa, propter quam conceditur ti
gni immiſsio, non eſt expreſſa: ſed e-
go cõcedens ſciebã ex qua cauſa uel-
les tignum mittere: & tũc dicẽdũ eſt
idem



idem, ut in caſu pręcedenti, uidelicet
quòd cauſa tacita eſt conſideranda,
ſi durat, uel nõ. quia tacitũ & expreſ-
ſum in hoc ęquiparantur. l. cũ quid. ſi
cer.pe. Si autẽ nõ apparet, quòd ego
ſciuerim ob quam cauſam uolebas
tigna immittere: & uel ſi poſtquã ędi
ficaſti, & tignũ impoſuiſti : puta cau
ſa domus tuę ſubſtinẽdę, & tacui nec
contradixi. & tũc conceſsiſſe uideor,
quòd impoſueris tignũ ob illam cau
ſam. ar. d.l. ſi. cũ meus. in prin. ff. ſi ſer.
uen. coniuncta gl.& no.in l. quędam
mulier. de rei uend. Sed ſi neſciui ob
quam cauſam tignũ imponere uole-
bas in muro meo, & poſtquã ſciui, cõ
tradixi, puta quia ego promiſi tibi ut
tigna imponeres in muro meo, & cre
dens quòd tu uelles imponere pro ar
matura cauſa ædificandi domũ tuã,
& nõ ut ſtet perpetuo: & tũc quid in
dubio ? Dico ꝙ inſpiciẽdũ eſt, quod
uerſimilius eſt, aut qd' in huiuſmodi
caſib⁹ plerũq; fieri ſolet: ut eſt tex.in
l.in obſcuris. de re.iur. poſt mediũ ti.
Et ideo ſi illa conceſsio eſſet facta da
to aliquo precio, ex illa quãtitate po
terit iudicari an intellexerit , quòd ti
gnũ perpetuo remaneat, uel ad tem-
pus: arg. gl.no.in d.l. in obſcuris. & in
l.j. §. qui ſuperficie. in uer. augmẽta
di, in ſi. de ſuperficie. & in l. ſemper in
ſtipulationibus. de reg.iur. & ibi no.
ſed ubi non apparet, quod ſit uериſi-
milius, uel quod plerũq; fieri debet:
& tũc in dubio interpretatio fieri de
bet contra proferentem, hoc eſt con 6
tra eum, pro quo ad cuius utilitatem
proferuntur. l. ueteribus. & ibi no. ff.
da pac. & no. Bar. in l. ſepe. de uer. ſig.
Secundo caſu, quãdo eſt facta pro
miſsio generaliter de omnib⁹ tignis.
& non habet dubium, quia uerba ge
neralia generaliter intelligi debent
de omnibus & perpetuo. l. j. §. & ge
neraliter. de lega. præſtand. & in l. in
fraudem. in ſi. de teſta. mili. & xix. diſt,
ſi Romanorum. & habetur in c. quo-
niam nemini . de coniugio leproſo-
rũ. Tertio caſu quando conceſsio
facta eſt ſimpliciter , aut eſt facta de
tignis mittendis ſine numero. & tũc
teneas indiſtincte quòd poterit quæ
cũq; tigna imponere & ſuſtinere, ut
ſupra dixi per gl . in d.l. ſi cum meus.
in prin. uer. humanas. ſi ſer. uend. Aut
eſt facta de numero , uel de uno ſim-
pliciter. exemplũ , concedo quod tu
poſsis imponere unũ uel duo tigna.
& tũc numerum augere non poteſt.
caſus eſt in d.l. ſi cum meus. in princi.
ſed ſi non uult augere numerum, ſed
ſupponere aut ſurrogare aliud uel
alia eiuſdem conditionis. & glo. ibi
tenet, quòd nõ, per id quod dicitur,
ſufficit quòd in paucis &c. per l. tuto
ri. C. de neg.ge. Paul. de Caſt. in d. l. ſi
cum meus. dixit cõtrariũ, qa ſurroga
tũ &c. ut ſupra dixi. Ego puto, quòd
in hoc ſit dicendũ per omnia ſicut ſu
prà dictũ eſt in primo caſu, uidelicet
ut conſideretur cauſa expreſſa ſiue
tacita , aut quod eſt uеriſimile , aut
quod plerũq; fieri ſolet , & in dubio
ſit iudicandum pro illo qui ſeruitu-
tem promiſit. Secundo caſu principa
li quando nullam promiſsionem ſeu
conceſsionem feci, ſed uicinus meus
impoſuit tunc unum uel duo tigna
in muro meo, & ego tacui: & tunc di
cas , quòd alia imponere non poteſt
in alio loco eiuſdem muri uel alte-
rius tigni. text. eſt in d.l. ſi cum meus.
ſi ſerui. uen. *Sed nunquid aliud ti
gnum ſupponere uel ſurrogare poſ-
ſit? & tũc idem dicas quod proxime
dixi in tertio caſu præcedenti, in fin.
& ideo ex prædictis tu qui uis com-
placere uicino tuo, quia forte frater
uel amicus eſt, ut aliqua tigna impo-
nere poſsit in muro tuo proprio . ſis
cautus ut fieri facias inſtrumentum,
& in eo dicas , Concedo quòd poſ-
ſis talia tantum tigna imponere in
muro

muro meo & non alia : uel quòd u-
nam feneſtram tantum uel duas, &
non alias, uel aliter ut uolueris ſecū-
dum ea quæ ſuprà dicta ſunt. Nam ſi
inſtrumentum non fieret, & aliqua
tigna apparerent, uerterentur dubi-
tatiōes, de quibus ſupra dubitaretur,
etiā ſi propter illa tigna murus eſſet
cōmunis: de quo uide quod dicā in-
frà de pariete ſiue muro, ubi hoc exa
minabo: uidelicet an tigna immiſſa
faciant præſumi murū cōmunem: an
uero immiſſa ſint tantū iure ſeruitu-
tis. ubi omnino uide. *Sexto quæ- 7
ro quia dictum eſt: an uicinus poſsit
immittere tigna in muro alterius ui-
cini, & ſic tangendo ipſum murū: uel
uel an poſsit imponere nō tangendo
murū alienū, ſed protendendo ſuprà
locū alienū uel cōmunem uel publi-
cū. Et breuiter de alio dicas, ꝙ non,
ut eſt caſus in l. quēadmodū. §. ſi pro
tectū. ad l. Aquil. & l. j. de ſer. urb. prę.
in uer. protegendi. & ibi Ange. de cō
muni idē. l. ſi duo. §. Labeo. uti poſ.
& ibi hoc no. Bar. ubi dicit, quòd nō
licet facere proſellum uel ponticellū
ſuper plateolam cōmunem inter plu
res conſortes, ne publico loco. Idem
quia multo minus licet, ut eſt text. in
d. l. fin. in prin. ibi, protegendi. de ſer.
titulo generali. de quibus omnibus
dicas, ut plene examinabo. infrà de
ſer. protegendi. & infrà de ponticel-
lo & ponte. *Septimo quæritur an 8
ſit licitum propria autoritate euelle
re uel deſtruere tigna immiſſa in mu-
ro meo proprio, uel communi, uel in
publico: uel etiā protēdentia in meo
uel communi uel publico. Et de iſta
q. uide tex. & ibi Doct. in l. quemad.
§. ſi protectum ad l. Aquil & per tex.
& Bar. in l. ſi uitem. §. qui ad ianuam.
quod ui aut clam. & in l. j. §. interdū.
in ij. col ff. uti poſ. & in l. j. §. j. de ar-
bo. cæden. & in l. j. & ibi per gloſſ. &
Docto. C. de interdic. & per Flo. in l.
j. §. j. de ſer. urb. præd. & per Ludo.
Pon. in quodam ſuo ſingulari, quod
incipit, nunquid ueniam puniendus.
ut per Inno. not. & per canoniſtas in
c. j. de immunita. eccle. & uide quæ di
xi circa iij. q. Diſtingue plenius & cla
rius ultra alios Doct. & primo duos
caſus principales. Aut loquimur de
tignis immiſsis, ita quòd rem alienā
tangant: aut de protendentibus ſu-
per alieno, ita quòd non tangant a-
lienū. Primo caſu principaliter diſtin
gue. Aut mittūtur in loco alieno in
totū: puta in meo proprio, aut in cō-
muni, aut in re ſeruitutem debente,
uel aliquod ius, aut in publico. Pri-
mo caſu quando mittitur uel ædifica
tur in alieno, quod eſt alterius pro-
prium: & tunc aut ille qui eſt domi-
nus, non poſsidet illud in quo tigna
miſſa ſunt: & non poteſt propria au-
toritate deſtruere: ut not. Bart. in l. j.
§. nunciatio. circa princi. de no. ope.
nun. & Flor. in l. quemadmo. §. ſi pro
tectum. ad l. Aquil. Aut dominus poſ
ſidet: & tunc aut poſsidet inſolidū,
aut pro parte. Si poſsidet inſolidum,
poſſet propria autoritate incidere,
uel deſtruere, & reſiſtere contra im-
pedimentum. nec requiritur præto-
ris ſeu iudicis aditio aliquo modo: ut
eſt caſus: quia ita debet intelligi in d.
§. ſi protectū. & in l. ſed ſi inter me.
in princi. ſecundum unam lec. gloſſ.
ſingularis. de ſerui. urb. præd. & in l. ſi
duo. §. item uideamus. & §. Labeo.
uti poſ. & ibi hoc not. Bart. & in d. l.
j. §. nunciatio. circa principi. Et hoc
operatur commodum poſſeſsionis:
quia attribuunt facultatem domino
poſsidenti poſſe reſiſtere propria au
toritate: quod non eſſet, ſi non poſ-
ſideret, ſecundum Flor. in d. §. ſi pro
tectum. facit ad hoc inſtit. de inter-
dict. & ideo ſi aliquis fabricaret mu-
rum, uel erigeret ſepem, uel aliquid
faceret in fundo meo proprio ipſum
tan



tangendo poſſem propria autoritate
deſtruere, ac etiam penitus euellere.
9 *Et ratio eſt, quia illud quod eſt
ædificatum in meo per me poſſeſſo,
ſolo meo cedit. ut l. adeo. §. ex aduer
ſo. de acqui. re. domi. & inſti. de re di
ui. §. ex diuerſo. cum ſimili. & no. In
no. in c. j. ad fi. de immuni. eccleſi. &
ſic uideor deſtruere id quod meum
eſt, & non alterius. & eſt ratio fun-
damentalis, quam ponit Flo. in l. j. §.
j. ante fin. de ſerui. urba. prædio. nec
per hoc poſſem accuſari de uiolen-
tia [a], uel perturbatione. quod notā.
eſt: quia quotidie de facto contin-
git. Et prædicta intellige quando nō
ſolū dominus in ſolidum poſsidet,
ædificans non ſolum tenet neq; poſ
ſidet: ſed etiam quando ædificans e-
rat detetor, & dominus poteſt: quia
idem erit, uidelicet quòd dominus
poterit propria autoritate deſtrue-
re: ut probatur in l. ſi ſeruus. C. quod
cum eo. & ibi hoc not. Docto. & hoc
idem tenet Bart. in d l. j. §. nuciatio.
de no. oper. nun. idem etiam ſi ædi-
ficans poſsideret naturaliter, & do-
minus ciuiliter: quia dominus pote-
rit autoritate propria ſimiliter de-
ſtruere, ſi indebite ædificatum eſt: ut
l. uſufructuarius nouum tectum. de
uſufruct. eius. quod nota. in l. ij. C. de
emphy. idem ſi ſum dominus, & poſ-
ſideo naturaliter tantum, & alius qui
ædificat, tantum ciuiliter poſsideat,
ſecundum Bartol. in d. §. nunciatio.
Item prædicta intellige uera, etiam
ſi ædificans in re communi immitte-
ret in alium locum proprium ſocij:
quia ſocius cuius eſt locus, in quo e-
dificatum uel immiſſum eſt, propria
autoritate deſtruere poſſet. ut eſt ca-
ſus ſingul. in l. ſed ſi inter me & te. in
principi. ibi, aut rem perdere. ſecun-
dum unam lec. gloſſ. de ſeruitu. urb.
prædio. Item prædicta intellige non
ſolum in domino directo, ſed etiam
in domino utili. ſicut eſt emphyteo-
ta uel feudatarius aut ſuperficiarius:
quoniam poteſt deſtruere propria au
toritate propter ius ſuum utilis do-
minij, argu. l. in prouinciali. §. fin. de
no. ope. nuncia. & tenet Bartol. in d.
§. nunciatio. & prędicta omnia, dum
dixi, quòd quis poſsit deſtruere uel
euellere immiſſum in locum ſuum
proprium. limita ut locum habeant
in rebus profanis, ſecus in religioſis:
& ideo habet locum in ſepulchro:
puta ſiquis ſepeliret corpus in ſepul
chro meo fauore religionis. ut text.
in l. oſſa. in princip. de reli. & ibi not.
per Barto. in §. nunciatio. Item præ-
dicta omnia limitantur, ut locum
habeant in immiſsis manu ſeu opere
artificiali. ſecus ſi non eſſent immiſſa
opere artificiali ſed naturę, ſicut ſunt
radices, quæ ex natura creſcentes,
quæ immittuntur in tuo, quia non
licet propria autoritate incidere: ut
habetur in l. prima. C. de interdic. &
nota. Flor. in dicto §. ſi protectum.
de quo tamen dic ut plenius dicam
de arboribus. Si uero dominus in ſo-
lidum non poſsidet, & tunc conclu-
das, ut dicam in caſu proxime ſeq.

Secundo caſu quando immittun-
tur tigna, uel ædificatur in commu-
ni, & communiter per aliquos poſ-
ſeſſo, & tunc aut extraneus eſt ille
qui immittit uel ædificat: & tunc u-
ni ex dominis licitum eſt propria
autoritate deſtruere: ut eſt caſus ſin-
gula. ſecundum unam lecturam. in
d. l. ſi inter me & te. in principio. de
ſeruitutibus urbanorum prediorum.
ibi, aut rem perdere. ſecundum Lu-
douicum de Roma. in dicto ſuo ſin-
gulari. & habes per Bartolum, in di-
cto §. nunciatio. qui ſe remittit.
Aut eſt unus ex ſociis, qui habent
rem communem, qui ex propiis
ſuis ædibus immittit tigna uel æ-
dificat in communes ædes, ſuas
&

[a] Violentia.
*Violētia ex pul*
*ſiua an indu-*
*cat priuationē*
*expelletis a iu-*
*re ſuo, unde Cor*
*neū cōſ. cclxxij.*
*in iij. uo. et cōſ.*
*clxxxv. incipi.*
*licet. & Alex.*
*in iij. uo. conſil.*
*lxiij. in pe. co.*

& meas. & tũc licitum eſt mihi propria autoritate deſtruere. quia mihi ſoli actio cõpetit cõtra ſocium. pro hoc eſt tex. ualde not. in d. l. ſed ſi inter me & te. in fin. prin. & ibi ita uidetur tenere Bart. & etiã Flo. quod ego etiam puto uerum. per text. dũ dicit, idem fiat. & ſic uult, quòd ſit idem quod in caſu præcedenti. licet Bart. aliter dixerit in d. §. nunciatio. ubi uult quòd ſi ego & ædificans cõmuniter poſsidemus, non poſſum autoritate mea deſtruere: per illum tex. in d. l. ſed ſi inter me & te. quia text. ibi dicit tunc mihi tectum eſt actio. facit l. Sabinus. cõmuni diui. Sed ego non intelligo ſic illũ text. uidelicet quòd ſolum ſit mihi actio. & ſic non poſſum propria autoritate deſtruere: ſed intelligo, quòd ille text. uelit dicere continuando ad præcedentia, uidelicet quando ſocius immittit ex ædibus communibus inter me & ipſum in ædes meas proprias, poſſum propria autoritate deſtruere. ut dicitur in princi. ſecundum unam lec. poſtea ſubditur idẽ, quando ex ædibus ſuis propriis ædificat in communes noſtras: quia poſſum ita deſtruere mea autoritate propria, ſicut in caſu pręcedenti: & hoc ſignificant illa uerba, idem fiat. & poſtea ſubdit, ratio huius, quia mihi ſoli ſecũ eſt actio. quaſi dicat, mea ſolum intereſt, & non alterius ſocij. & ideo mihi ſoli actio cõpetit, ſi uellem eam intẽtare, ſicut ſi ædificaret ex ædibus cõmunibus in meas proprias: ſed ſi uolo poſſum ita deſtruere, ſicut in caſu præcedẽti: & ita intelligo illum text. Tertio caſu quando ædificatur in fundo ſeu in re mihi debente ſeruitutẽ aut aliquod ius: an poſsim propria autoritate deſtruere. Et tũc diſtingue: Aut tertius ædificat ſeu tigna immittit, & poſsũ deſtruere procuratorio nomine [a] domini, ſi naturaliter poſsideã: arg. l. j. §. fi. de no. oper. nun. & not. Bart. in d. §. nunciatio.

10 * Aut uolo deſtruere nomine proprio pro ſeruitute, aut aliquo iure mihi competente. exemplum: ſi fiat murus uel ſepes per extraneum in fundo domini, in quo ego non habeo ſeruitutem: & propter hoc ego impediar illa uti ſeruitute: an poſsim illum murum rumpere & deponere, uel ſepem propria autoritate deſtruere: & Inno. format iſtã q. in c. j. in fi. de immuni. eccle. Et primo dicit, quòd non, quia hoc ſolũ licet domino fundi, & non uſufructuario, quia non eſt dominus. l. ſi cuius. §. uſufructuarius. & §. ſequen. de uſufruct. poſtea in fi. dicit, quòd alij dicunt contra. ſed primam partem uidetur ſequi Flo. in d. §. j. l. j. ad fin. de ſerui. urb. præ. quam puto ueram: ex quo non ſunt domini, uel quaſi, ſed bene poſſent, nedũ dominus, ſed etiam uſufructuarius, & quilibet habẽs ius in re impedientes uti iure ſuo expellere: ac etiam agere poſſent ut murus uel tigna uel ſim. immiſſa tollantur. l. ſi eo loco. & l. egi. ſi ſerui. uẽdi. ſecundum Flo. in d. l. j. §. j. & in d. l. quemad. §. ſi protectum. ad l. Aqui. & ea quæ ſupra dicta ſunt in uſufructuario, etiam habent locum in beneficialibus, & iuribus eccleſiaſticis. pone exemplum:

11 *Si perſona eccleſiaſtica, uel etiam ſecularis, pro recognitione beneficiorum collatorum alicui eccleſiæ reſeruauerit ſibi certũ annuũ cenſum, uel hoſpitiũ, quod de iure debetur. xviij. q. ij. Eleuterius. & in c. quanto. de cenſi. & ipſo ueniente non recipitur, non licet domum ingredi propria autoritate, & rumpere oſtia uel feneſtras domus, cauſa intrãdi: ratio eſt, quia facere diceretur uim: & ius ſibi dicere non licet regulariter. ſed ſi uult ingredi, & inuenit aliquem ſibi opponentem, tunc poteſt per uiolentiam illum expellere. & eſt ratio, quia eiicit perſonam ſibi contradicentem uti poſſeſsione. & dicitur hoc modo poſſeſsionem defendere ſuam & uim ui repellere, quod eſt licitum: ut l. ſcientiam. §. q cum alter. ad l. Aqu. & l. j. C. unde ui. & hoc not. per Inno. ſingulariter in c. j. de immuni. eccle. & ibi per canoniſtas, & per Flo. in l. j. §. j. de ſer. ur. prædio. quæ bene no. in practica: qa quotidie ueniunt de facto. & omnia quæ dixi ſuprà, in primo, ſecundo, & tertio caſu, quòd quis non poteſt propria autoritate deſtruere uel euellere, intellige uerum quando poteſt haberi copia iudicis: ſed ſi iudicis copia haberi nõ poſsit, tunc propria autoritate deſtruere poſſet, ut l. nullus. C. de Iudæis.

12 * Vnde in iſtis ciuitatibus quæ ſuperiorem nõ recognoſcunt, ſicut eſt ciuitas Venetiarum, & Florentiæ, ſi una ciuitas occupauit bona alterius, poteſt illa per uim recuperare, quia iudicis nõ eſt copia. ita ſingulariter dicit Bart. in l. altius. §. belliſsime. per tex. cum gl. ibi, ex magna cauſa. in prin. quod ui aut clã. Itẽ debet limitari, niſi grauatus pateretur enorme damnũ, qđ de facili ſequeretur. exẽplum, ſi qs per uim arriperet animalia tua quæ facilius pereunt, uel uineas, quæ ſi inculte remanerẽt, de facili deſtruerentur: quod faciliter permittitur. quia tua autoritate recuperas: quãuis in aliis rebus nõ permitteretur, quæ de facili ſic non pereunt. ut notat etiam Barto. ſingulariter. in d. §. belliſsime. per gl. ibi, in uer. ex magna cauſa. ibi, uel ſi enorme damnũ. quod ui aut clam. quod tene menti.

Quarto caſu, quando ædificatur in publico [a], uel in eo tigna uel alia immittuntur, an ſit licitum propria autoritate deſtruere. & in hoc dic: Aut eſt ædificatum: & tunc non eſt licitum priuato deſtruere, ſed agere cuilibet de populo permiſſum eſt. l. j. de locis & itine. pub. & l. ij. ne quid in loco pu. in princ. & ſi ædificatum publico uſui noceat, poteſt is qui publicis uſibus deputatus eſt, ſicut eſt in ciuitate Veronæ, miles & iudex procuratorum ciuitatis Veronæ deponere. text. eſt in l. ij. §. ſi quis nemini. ne quid in loco publico. & ita obſeruatur, quia ibi officiales publici deputati ſuper locis publicis ſi reperiũt aliquid in loco publico ædificatum, deſtruunt uel deſtrui faciunt. Sed ſi ædificatum in publico non noceat uſui publico, tunc deſtrui non debet, ſed aliqua penſio imponi debet ædificanti ne urbes deformentur ruinis. l. ij. §. ſi quis nemini. & ibi hoc not. Bart. nequid in loco publico. & in l. fi. eod. tit. & intellige prædicta ſiue ædificetur in loco publico, ſiue in uia publica, ſiue in alio loco priuato, puta in meo: & ædificatum noceat loco publico. l. ij. §. ſi quid in ſuo. nequid in loco publico. uel reſpectu itineris, uel uiæ, uel uſus loci publici, uel reſpectu fœtoris, aut mali odoris, uel putredinis: ut eſt tex. cum gloſſ. in l. pe. §. pe. quod ui aut clam. item intellige ſiue tangat publicum, ſiue non, ſicut ſi fierent pontes aut ponticelli ſupra uiam publicam: quod non licet. ut eſt text. & ibi Barto. in d. l. ij. §. tractatur. & ibi etiam gloſſ. nequid in loco publico. de quo per Bartol. in l. quominus. de flu. in xiij. quæſt. & habetur in l. fina. de ſeruit. in princ. ti. generali. & per Bal. in l. lapilli. in v. col. ff. de re. diui. & dicã infrà de ponticello & ponte. & circa iſtam materiam adde quod not. Bartolus in d. l. quominus. de flumi. in iij. quæſt. & per Bal. in l. lapilli. in v. col. ff. de re. diui. & habetur in l. fi. in princip. de ſeruit. ti. generali. & dicam infrà de ponticello & ponte. & circa

[a] Procurat. nomine. &c. *Procuratoris geſta, an præſumatur nota domino, unde Corneu conſi. clvj. in iiij. uolu.*

[a] Aedificat. *Vtrũ ædificans cũ dano uicini ſui, teneat ad reſtitutionẽ? reſponde, quod non, ſi nõ facit animo nocendi proximo, ſed ſibi cõſulẽdi. l. j. §. deniq; ff. de aqua plu. arc. nã uſq; ad cœlũ poteſt quis eleuare ſuũ ædificiũ, ſi eſt ſibi utile, & ſeruitutẽ non habet. l. altius. ff. ſi ſer. uen. Et utrum quis poſſit ĩ alieno aliquid facere inuito domino? reſpõdet Ange. de Aret. inſtit. de lege Fuſia. quod ſic, quãdo facienti prodeſt, & domino nõ nocet, ut ibidẽ, & in l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcen.*

circa iſtam materiã adde quod not.
Bart.in d.l. quominus.de flu. Se-
cundo caſu principali, quando ædi-
ficatũ uel aliquid aliud non eſt im-
miſſum,ſed eſt ſuper alieno proten
ſum , ſicut eſt profilũ ſiue ponticel-
lum,an ſit licitum propria autorita-
te deſtruere.& in hoc diſtingue Aut
eſt arbor, quæ protendit ramos, &
frondes ſuper alieno , & non licet
intercidere. ſed habet locum inter-
dictũ,de arbo.cædendis.ut l j.& ibi
per Bart.de arbo.cæden. & habetur
in l.j.C.de interdict.& dicam intrà,
de arboribus.Aut non eſt arbor,ſed
monumentum.& tunc credo,quòd
non liceat ꝓpria autoritate deſtrue-
re.argu.l.oſſa.de reli.& ſump.fu.&
idem credo per illum text.in quoli-
bet alio ædificio ſpectante ad cultũ
diuinum , & tangente locum uici-
ni , ſicut ſi eſſet locus ſacriſtiæ uel al
taris aut ſim.eadem ratione. Aut nõ
eſt arbor, nec monumentum,uel lo
cus ad cultum diuinum deputatus:
puta eſt ponticellum uel aliud pro-
tectum : & tunc aut eſt ſupra locum
publicum : & priuato etiam uicino
nõ licet propria autoritate deſtrue-
re,ſed officiali publico ſuper operi-
bus publicis deputato , ſicut s.dixi.
Aut eſt ſupra priuatũ locum:& tunc
non licet etiam uicino propria au-
toritate deſtruere:ut eſt textus in l.
quemadmodum. §. ſi protectum.ad
l.Aquil.& ibi per omnes Doctores.
Et per hoc habes pleniſsime , an &
quando ſit licitum propria autorita-
te deſtruere ædificatum uel immiſ-
ſum,aut protectum in alienum uel
in publicum. * Octauo & ultimo 13
quæro,quis ędificat uel immittit uel
protẽdit tignum in alienum uel pu-
blicum,qua actione poterit conue-
niri. Dic breuiter,ſi in priuatũ pro-
prium alterius , poterit conueniri,
quod ui aut clam,interdicto.l.ſi ui-
cem.§. qui ad ianuam. quod ui aut
clam.Aut in priuatum commune:&
tunc actione,pro ſocio.uel, commu
ni diuidũdo.ut habetur in l. ſi ædes.
& in l.Sabinus . cõmuni diuid . Aut
in publico:& tũc interdicto,ne quid
in loco publico. & de iſta materia
uide quæ dicã j. de pariete ſiue mu
ro,& de tecto & ſtillicidio,& de põ-
ticello & ponte.

## De ſeruitute proiiciendi.

CAP. XXXI.

1 *Seruitus a prædio dominante denomi natur.*

2 *Aquam de domo tua in curtem meã, uel econtra , ſine aliqua ſeruitute an proiicere poſsis.*

3 *Domus partem ſuperiorem habitans, ſi aquam per ſolarium ſuperius proii- ciat,quæ aqua ad inferiora deſcendat, an loci inferioris dominus conqueri poſsit,& etiam ne hoc fiat,prohibere.*

4 *Lapicida ſi cædat lapides in domo uel area ſua, & fragmenta in uicini fundum cadant,an hoc facere poſsit, uel ſibi prohiberi ualeat.*

5 *Seruitutem proiiciendi in fundũ uici- nũ habens,an ſtercus,uel urinam fœti dam,uel alia ſimilia proiicere poterit.*

6 *Domus dominus ſuperior ſi proiiciat aquam in fundum uicini inferiorem, ubi de iure non poteſt , uel ſtercus aut urinam , ubi haberet ſeruitutem : uel dominus inferior diuertit fumum ad locum domini ſuperioris , ubi non po- teſt , an actione iniuriarum conueniri poterit.*

SERVITVS proiiciendi eſt ur-
bana,non ruſtica:ut eſt text.in l.
j.ad fi.ibi,neq; proiiciẽdi.de ſer.ur.
prædio. quoniam competit , quãdo
quis habet ius proiiciendi ex fundo
ſuo urbano in domũ meã , uel areã
uicini,uel etiam in alterius fundum
ruſticum. * Denominatur enim 1
ſeruitus à prædio dominante. ut eſt
textus in dict.l.j.& gloſſ. in uer.uel





areã.& dixi s.in quarta diuiſione ſer
uitutum.uer. ſed quomodo cogno-
ſcatur.& ex hoc no.quòd habens do
mum iuxta hortũ,uel area,uel clau-
ſtrum,uel pratũ ſui uicini, nõ poteſt
ex illa domo quicquam proiicere in
ſolũ dicti uicini citra debitã ſeruitu-
tem.ut eſt caſus in d.l.j.uer.proiici-
endi.& ibi hoc nota. Ang.de ſer.ur.
2 præ.quod no. *Quæro igitur pri-
mo pro declaratione huius ſeruitu-
tis, nũquid poſsim proiicere aquam
de domo tua in curtẽ meã,uel ecõ-
tra,ſine aliqua debita ſeruitute.& di
cas quòd nõ, per prædicta.probatur
in l.ſicuti. §. Ariſto.ſi ſer.uen.ratio,
qa licet regulariter in ſuo quis poſ-
ſit facere,ſicut uult, non tamen po-
teſt immittere in alieno: ut eſt text.
in d. §.Ariſt.& dixi plene ĩ ſeruitute
pręcedẽti.& immitti dicitur nõ ſolũ
quãdo de ſuperiore ad inferiorem,
ſed ecõtra quãdo de inferiore ad ſu
periorem : ſicut in fumo contingit.
ut eſt tex.in d. §.Ariſt. uer.fumi au-
tem. de quo fumo dicã in quæſtio-
3 ne ſeq. *Quæro ſecũdo,aliquis ha-
bet ſolariũ ſuperius,& alius habet lo
cum inferiorem, ſicut Venetiis ha-
bens ſolariũ ſuperius,ſpargit aquam
per ſolariũ,uel cauſa ipſum tergẽdi,
uel propter calores cauſa frigidita-
tis inducendæ,ſicut æſtiuo tempore
plerunq; fieri ſolet : ex hoc accidit,
quòd aqua illa quãdoq; ad loca infe
riora deſcendit : quæritur nunquid
domin⁹ loci inferioris cõqueri poſ-
ſit & prohibere, ne hoc fiat.& uide-
tur quòd ſic,per ea quæ dicta ſunt in
q.præcedẽti.& per tex.in d. §.Ariſt.
ubi ſic dicit,in ſuo enim alij hacten⁹
licet, quatenus nil in alienũ immit-
tat.& iſtam partẽ tenet gl.ibi in uer.
iuris. in fine,quæ facit differentiam
inter aquã & fumũ,dicens quòd fu-
mus poteſt immitti in loca ſuperio-
ra, quia naturaliter aſcendit.non ſic
in aqua,quę recte proiicitur, & ideo
deſcenderet naturaliter, niſi proiice
retur.In cõtrariũ uidetur eſſe tex. in
d.l.ſicuti. §.fi. ſi ſer.uendi.iuncto §.
Ariſt.uer.fumi.Nã ille uerſ.fumi,eq
parat fumũ aquæ, quantũ ad immiſ-
ſionem in locũ alterius. & in d. §.fi.
dicitur quòd quis poteſt ex loco in-
feriori immittere fumũ in locũ ſu-
periorẽ. idem ergo dicendum uide
tur in aqua.Itẽ pro hoc l.j. §.deniq;.
de aqua plu.ar.ubi dicitur,quòd agri
natura eſt ſemper inferiorẽ ſuperio
ri ſeruire. Circa hoc breuiter ſic cõ
cludas. & iſta eſt ueritas circa aquæ
proiectionẽ. Aut dominus partis ſu
perioris nõ poteſt habitare commo
dè, niſi infundat aquã:& tunc ipſam
infundere poteſt, licet aliquãdo in-
ferius deſcendat:ut l.pen. & ibi hoc
no.Ang.ff. de iniuriis.Aut poteſt ha
bitare,etiã ſi aquam nõ ſpargeret:&
tunc aut infundit aquã per ſuum ſo-
larium iuxta morem ſuũ:& tunc nõ
tenetur an aliquid ad loca inferiora
deſcenderet, per l.ſicuti §.Ariſt.cõ
iuncto uer.fumi. niſi faceret animo
iniuriãdi:ut eſt tex.in d.l.pe.de iniu
riis.& ita not.Bar.& Flo.ĩ d. §.Ariſt.
& ideo puto, quòd ſi ſuperior habet
ſolariũ lauãdo iuxta ſolitũ & cõmu-
nem modũ,aliquãdo caderet aqua q
deſcẽderet ad locũ inferiorẽ,nõ te-
netur, neq; prohiberi poſsit. quod
no.Aut effundit aquã ultra ſolitũ &
cõmunem modũ,uel in ſolario fecit
balneũ,uult proiicere aquã per ſola
rium , cauſa ipſum calefaciendi , uel
alia de cauſa:& tũc non poteſt,ſi per
hoc aqua deſcẽderet ad loca inferio
ra.ut probatur in d. §.Ariſt. in prin.
& in uer. alterius.ibi,tabernã Cæſa-
ream.ſi ſer. uendi. Et eadem diſtin-
ctio facienda eſt de fumo : Aut fit
ignis ſolitus, aut inſolitus:ut ibi no.
per Bartol.& Flor. & Pau de Caſtro
de quo uide quę dicã plenius,intra,

dc fumo. Et prædicta intellige, niſi
aliter eſſet impoſita ſeruitus aquæ
uel fumi dimittendi uel diuertendi:
ut eſt tex.cum glo.in d. §. Ariſt. Nec
obſtat gloſſ.ij.ad fin.in d. §, quæ fa-
cit differentiam inter aquam & fu-
mum: quia non eſt facienda. Nam
ſicut facto ſuperioris proiicientis
aquam, aqua deſcendit in inferiore
naturaliter: ita & facto inferioris i-
gnem facientis fumus aſcendit na-
turaliter ad ſuperiore. Item non ob-
ſtat l.j. §. denique. de aqua plu. arce.
quæ uult inferiorem ſuperiori ſer-
uire: quia loquitur in agris in qui-
bus ſunt aquæ diſcurrentes, quæ de
neceſſitate ad inferiora deſcendere
debet. Et ſubditur ibi una ratio, quia
ſicut omnis pinguedo terræ ad infe
riorem locum decurrit, ita etiam ad
eum aquæ incommodum fluere de-
bet: quæ ratio non poteſt procede-
re in aqua proiecta aliena. *Que- 4
ro tertio, lapicida cædit lapides in
domo uel area ſua, & fragmenta ca-
dunt in uicini fundum[a], quæritur
nunquid poſsit hoc facere: an uero
prohiberi poſsit. Et uidetur quod
hoc facere non poſsit, & quod pro-
hiberi ualeat, per regulam, quæ eſt
in d.l. ſicuti. §. Ariſt. uidelicet quod
in ſuo eatenus facere licet, quate-
nus in alienū non mittat. & hoc ſen
tit gloſ. ibi, in uer. agri. quę dicit, uel
actione in cōtrarium, uidetur quod
quis poſsit ſtare in domo ſua, & in
ea uti arte ſua. nec regulariter prohi
beri poteſt: ut probatur in d.l. quo-
ties. la prima. in princ. ibi, ne per fun
dum tuū eas aut ibi conſiſtas. de ſer-
uit. tit. generali. coniuncta l. uendi-
tor. communia prædio. niſi ſeruitus
conſtituta eſſet. & ideo ſi uendo ti-
bi domum cum pacto, ut non poſ-
ſis ibi exercere talem artem: iſta con
uētio ualet, & tu & tui hæredes ob-
ligaris, non autem ſeruitus, cū non

a Fundum. *Appellatione fundi quid contineatur, uide Cor. conſil. ccxxxv. inci. uiſa in iiij. uol.*

ſit prædium dominans: ut dicit Bar.
per illum tex. in d.l. uenditor. & Pau
lus de Caſtr. in dicta l. quoties. qui
dicit hoc eſſe uerum, ſi ex hoc pacto
cōſequor utilitatem. quia in domo
mihi remanente exercebam eādem
artē. alias ſecus. & hoc per illum tex.
in d. l. quoties. ibi, aliter atq;. & iſtā
partem ſentit præfata gloſſ. in dicto
§. Ariſto. in §. agi. in principio. dum
dicit, per pactum. Ego autem teneo
primam partem eſſe ueriorem, quia
uerum eſt, quod in ſuo quis poteſt
exercere artem, dummodo non im-
mittat in alienum. de hoc eſt caſus
in terminis in dict. §. Ariſto. quem
ſic puto eſſe intelligendū. & ita fuit
etiam de mente gloſſ. ibi in uer. agi.
in fin. Nec credo eſſe diſtinguendū
ſicut dixi in quæſtione præcedenti,
de fumo & aqua, uidelicet an faciat
iuxta ſolitum uel non: quia ibi lo-
quitur de his quæ pertinent ad do-
mū pro uſu hominis. quæſtio ue-
ro noſtra loquitur de arte, quæ fie-
ri debet in loco ſuo, ita quod in alie
num non immittatur, per prædicta.
& hoc intelligo niſi lapicida habuiſ-
ſet prius in domo ſua apothecam la-
picidinæ, & poſtea murus uicini
uel domus ceciderit, & area tātum
remanſit: ita quod fragmenta lapi-
dum, quæ prius non poterant in ea
cadere, tunc cadere incipiant, quia
locus eſt præuentioni. l. ſi pluribus.
de leg. j. argu. eius quod de fabro &
ſcholari dicitur per Barto. & Docto.
in l.j. ff. ſol. mat. *Quæro quarto, 5
quis habet ſeruitutem proiiciendi
in fundum uicini: iuxta ea quæ dixi
in princ. an poterit ſtercus, uel uri-
nam fœtidam, uel alia ſimilia proii-
cere. Et teneo quod non, per text.
cum gloſſ. no. in l. pen. §. pen. quod
ui aut clam. & per tex. cum gloſſ. in
l. pen. §. idem ait ſi in odore. nequid
in loco pu. facit l.j. §. ij. de cloacis.
&



& quod dixi in ſeruitute præceden-
ti, in v. q. uer. iiij. caſu. quod no. quia
6 quotidianum. *Quæro quinto,
& ultimo, dominus ſuperior proii-
cit aquam in fundum uicini inferio
rem, ubi de iure non poteſt: uel ſter
cus aut urinam, ubi haberet ſeruitu-
tem: uel dominus inferior immittit
uel diuertit fumum ad locū domini
ſuperioris, ubi non poteſt: an pote-
rit conueniri actione iniuriarū. Dic
ſi inferior dominus ædium ſuperio
ris uicini fumigandi cauſa fumū fa-
ceret, aut ſuperior uicinus in infe-
riores ædes quid aut proiecerit aut
infuderit cauſa iniuriæ faciendæ,
tenetur actione iniuriarū. caſus eſt
in l. penul. & ibi hoc tenet Angel. ff.
de iniuriis. ſecus ſi hoc non faceret
cauſa iniuriandi: ut ibi. quod not. Et
ad materiam huius ſeruitutis adde
quæ dicam infra, de aquæ proiectu.

## De ſeruitute protegendi.
### CAP. XXXII.

1 *Protegere quid ſit: & quid Protectū.*
2 *Domum ſupra ſolum uicini habēs, an ſuper ipſum ſolum quicquā ædificare poſsit, licet in ſolo non requieſcat.*
3 *Protectum an ſuper ſolum commune facere liceat.*
4 *Protectum, quod ſupra ſolum meum exiſtit, cuius ſit.*
5 *Protectum an aliquis tenere poſsit: puta porticellum ſupra eum locum, quo uulgo iter fieret, uel in quo conſiſteret.*

HAEC ſeruitus protegēdi licet
regulariter ſit urbana, ut l.j. in
fi. ibi, protegendiq;. de ſer. ur. præd.
quia protectum conſueuit fieri ma-
gis in fundo urbano, quam ruſtico:
tamen poteſt eſſe ſeruitus ruſtica,
quādo fieret cauſa ruſtici fundi: ut ſi
forte feci protectum in agro uicini,
ut ibi recipiantur coloni mei, ut eſt
tex. in l. ij. in prin. in uer. protectū. &
1 ibi glo. de ſer. ru. præ. *Circa hanc
ſeruitutē quęro primo, quid ſit pro-
tegere, ſeu protectū, & in quo diffe-
rat ab immiſſo. Protectū eſt id, quod
ita ꝓuehitur, ut nuſquā requieſcat:
qualia ſunt mœniana, & ſubgrunda.
Idem etiā protectū dicitur, & differt
ab immiſſo. qa immiſſum eſt, quod
ita fieret, ut aliquo loco requieſce-
ret, ueluti ſi tigna trabesq; immitte-
retur: ut eſt text. in l. malum. §. inter
ꝓtectū. ff. de uer. ſig. & ibi. hoc decla
ratur per gl. dic ut ibi, & uide gl. in l.
ſi uero. §. prætor ait ne quis. in uer.
ſubgrunda. ff. de his qui deie. uel ef-
fu. & uide etiā in l. ſi duo. §. uidea-
mus. & §. Labeo. & quod ibi not. uti
poſ. & de iſtis protectis ponitur etiā
in ij. parte rubr. ff. de da. infe. ibi, dū
dicit, de ſubgrundis & protectis.
2 *Secundo quæro an habens do-
mum ſupra ſolū uicini, poſsit ſupra
ipſum ſolum quicquā ædificare, li-
cet in ſolo nō requieſcat. exēplum,
ſi uult facere profilum & ſtillicidiū
amplum reſidens totaliter in ædifi-
cio protegentis: & dicas quod non,
niſi ſeruitus impoſita ſit. tex. in l.j. in
fi. in uer. protegendi. & ibi hoc not.
Ang. de ſer. ur. prædior. & eſt ratio,
quia ſolum debet eſſe liberū uſque
ad cœlum: ut eſt text. in l. fi. in pri. de
ſer. ti. generali. & habetur in l. altius.
C. de ſer. circa quod uide etiā quod
dicā j. de ſtillicidio, ſiue tecto, & de
ponticello. & uide quæ dixi ſ. de ſer
uit. ſtillicidii, maxime in ix. q. in fi. &
in ſeruitute tigni immittendi, in vj.
3 q. uer. iiij. caſu. in fi. *Tertio quę-
ro, an liceat ꝓtectū facere ſupra ſo-
lum cōe. & dicas breuiter, quod nō.
l. ſi duo. §. Labeo. ff. uti poſ. ubi hoc
no. Bar. qui dicit, quod non licet fa-
cere profilū ſeu ponticellū ſupra pla
team communem inter plures coſor-
tes. & dixi ſ. in ſeruitute præceden-
ti, in vj. q. & adde no. per Bal. in l. la-
4 pilli. ff. de re. diui. *Quarto quæ-

ro cuius ſit protectũ, quod eſt ſupra ſolum meũ: & uidetur quòd ſit meũ, per di. l. fi. in fi. in pri. de ſer. ti. generali. qa omnia ſolo meo uſq; ad cœlum debent eſſe mea libera: ut ibi. & no. in d. l. altius. præall. In contrariũ uidetur, quòd ſit illius, in cuius muro uel loco ſit fixũ. l. quemad. §. j. in prin. ad l. Aquil. Tu dicas breuiter: aut ꝓtectũ eſt ſuper meo, & requieſcit in alieno iure ſeruitutis mihi debitæ. & tunc non eſt meũ, ſed eius in cuius loco requieſcit. & ita loquitur d. §. j. in princ. Aut eſt ſuper meo, & in alieno requieſcit, puta in ædibus alienis iure ſeruitutis mihi debitæ: & tunc eſt meũ: ut eſt caſus not. in l. quod conclaue. & ibi hoc no. Bar. & Ang. & Doc. de dã. infe. Poſſet tamẽ clarius hoc dici: aut protectũ eſt ædificatũ per me, cuius eſt ſolum: aut per aliũ. Si eſt ædificatũ per me: & tunc procedũt prædicta. Si per aliũ, puta quis ædificat ſubgrundam in ſuo muro protendentem ſuper ſolum meum: & tũc ſi hoc fecit debita ſibi ſeruitute, & illud protectũ dicitur eſſe ſuũ ædificatis, & non poterit per me, neq; per iudicẽ remoueri: ar. l. quead. §. ſi protectũ. præall. ibi, nullo iure à cõtrario ſenſu. Aut hoc fecit circa debitã ſeruitutem: & tunc teneo, quòd protectum ſit ædificatis, & non meũ: caſus eſt in d. §. ſi protectũ. ibi, protectum meum. coniuncto ibi, nullo iure. & nõ poſſum propria autoritate deſtruere: ſed iudicis autoritate ſic, ut eſt text. in d. §. ſi protectũ. in princi. & adde quæ dixi ſ. de ſeruitute tigni immittedi, in vij. q. uerſi. ij. caſu principali. & quæ dicam infrà de clauſtro ſiue conclaui. *Quinto, & ultimo, an aliquis poſſit tenere protectum, puta porticellũ ſupra eum locum, quo uulgo iter fieret, uel in quo cõſiſteret? Et dic quòd ſi id protectum de facili poteſt cadere, & nocere, & tũc nõ licet: ut eſt tex. in l. ſi uero. §. prętor ait. lo primo. & ibi gl. in uer. poſſunt. de his qui deiec. uel effud. & §. prætor ait. el ſecundo. in uer. nocere. imo poterit puniri: ut ibi dicitur: ſed ſi de facili non poteſt nocere, & tunc ſecus: & ideo ſi eſt horticellus, uel aliquid aliud ſupra uiã publicam ſic firmiter poſitũ, quod non de facili uériſimiliter ſit aptũ nocere, ut contingit habentibus uiridaria murata ad ſuas feneſtras, uel etiã cum lignis ita firmiter affixa, quòd non ſit uériſimile nec de facili cadere poſſe: tũc non tenetur: quia cõtra ſic habentes non datur actio in factũ de illo edicto, de his qui deie. uel effu. & ita not. Flor. in d. §. prætor ait. l. ſi uero. de his qui deie. uel effu. Circa hoc tamen cõmuniter prouiſum eſt per ſtatuta locorum [a], quibus ſtandum eſt. l. omnes populi. de iuſt. & iure. alias iuri. ut ſ. dixi. Et de hoc uide qđ dicã j. de horto & horticello.

a Statuta lo. *Statutum quis poteſt facere? reſpon. quod ille qui pot facere lege. de quo uide Bal. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. quod quatũ quis habet de iuriſdictione, tatũ habet de autoritate cõdedi lege uel ſtatutũ: nec ultra extendit. niſi hi quorũ intereſt cõſentiat, uel ad minus ſint præſentes, ſecundũ Inn. in c. j. de loco. & in c. a nobis. el j. de ſent. exco. allegat. c. ſi. de his quæ ſi. a præla.*

## Ne proſpectui officiatur.

### CAP. XXXIII.

1 *Seruitus, ne proſpectui officiatur, duobus modis capi poteſt, ſcilicet in genere, & ſpecie.*

2 *Seruitus, ne proſpectui officiatur, in quo differat a ſeruitute, ne luminibus officiatur.*

3 *Sufficit etiã quod ille cui ſeruitus debetur luminum, cœlum uidere poſsit.*

TRES ſunt ſeruitutes, quæ licet in multis cõueniat, & eadẽ eſſe uideatur, tamẽ inter ſe differunt: ut eſt ſeruitus ne proſpectui officiatur: ſeruitus luminis, id eſt, ne luminibus officiatur: & ſeruitus ut ꝓſpectus præſtetur. ut habetur in l. inter ſeruitutes. cum l. de ſer. urb. præ. De ſingulis uideamus. *Et primo 1
de ſeruitute ne proſpectui officiatur. Duobus modis capitur hæc ſeruitus: uno, in genere: alio, in ſpecie. Si quis



Si quis debet mihi ſeruitutẽ ne proſpectui domus officiatur, non habito reſpectu ad certũ locum, non ſolum tenetur præſtare proſpectũ ex parte ſuperiori, puta cœli, ut cœlum uideri poſsit: ſed etiã ex parte inferiori, puta terræ, non impediẽdo ꝓſpectũ ad inferiora, uel de longinquo: nec quicquã facere poteſt, per quod officiatur ad gratiorẽ proſpectum & liberũ: ut probatur in l. inter ſeruitutes. in prin. cũ l. ſeq. quæ incipit, lumẽ. de ſerui. ur. prę. & ibi Doc. & ideo ipſe tenetur ſemper conſpectum in eadẽ ſpecie gratitudinis, & liberũ preſtare, quæ erat tẽpore impoſitionis ſeruitutis. unde ſi per ꝓſpectũ uiridaria uidebãtur, aut aliena multũ amœna, aut etiã ſol refulgens, nec ſolis, nec dictarũ amœnitatum aſpectus ſeu uiſio minui poteſt. d. l. inter ſeruitutes. in prin.
2 *Et hic ſeruitus proſpectus in genere plus continet, quam ſeruitus ne luminibus officiatur: quia nedum cõtinet proſpectũ ex loco ſuperiori ut cœlũ uideri poſsit, ut dixi: ſed etiã ex loco inferiori, puta per feneſtras. ut probatur in d. l. lumẽ. ibi, etiã ex inferioribus locis. q̃ dictio, Etiã implicat. q. d. non ſolũ ex ſuperioribus, ſcilicet cœli. ut l. etiã. C. ſi tutor uel curator interuene. & quia etiã cõtinet aſpectũ gratiorẽ, & liberũ, ſicut erat tẽpore ſeruitutis impoſitæ: ut l. inter ſeruitutes. in prin. ſed ſeruitus luminũ, aut ne luminibus officiatur, ſolum cõtinet, ut aſpectus ſit uniformiter gratus. puta ut uiridaria uel alia loca uideri poſsint. ut probatur in d. l. inter ſeruitutes. & in d. l. lumen. & hoc eſt, quod uoluit dicere text. in d. l. inter ſeruitutes. in princ. ibi, quoniam in proſpectibus quis plus habeat. quia debet intelligi ſecundum gloſſ. & Doc. ibi, de proſpectu in genere, non autẽ in ſpecie. Si autẽ ſeruitus ne proſpectui officiatur, alio modo debetur in ſpecie tantum: puta ſi quis mihi promiſit ſeruitutẽ, ne officiatur proſpectui certę feneſtræ domus meæ: & tunc aut illa feneſtra tempore ſeruitutis impoſitæ habebat aſpectum ex parte ſuperiori, & etiam ex latere, quia ex ea cœlum uideri poterat, & etiam alia loca proſpiciebantur. & tunc idem eſt, ſicut quãdo eſſet in genere hæc ſeruitus cõſtituta, ut ſupra dixi: cum ſit eadem ratio, quoniam ſeruitus proſpectus etiam continet ut cœlũ uideatur, ſi uideri poteſt: ut d. l. lumen. ibi, etiam ex inferioribus. Aut illa feneſtra nõ habebat cõſpectum cœli ex ſuperiori: quoniã ex ea cœlum uideri non poterat: nec etiã ex inferioribus alia loca amœna uel de longinquo uidebatur, ſiue deſuper, ſiue ex latere reſpiceret: puta quia erat feneſtra penoris, ſiue canapæ ſubterraneę, uel ſi. Et tũc huiuſmodi ſeruitus nõ cõtinetur, ut cœlum uideri poſsit, nec ut liberũ aut gratiorẽ cõſpectũ habeat, ſed ſolũ, ut ex illa feneſtra aſpectũ extra habeat, uel ſ. uel j. eo modo quo erat tempore ſeruitutis, ut probatur in d. l. inter ſeruitutes. in princ. & in d. l. lumẽ. & ibi hoc. no. gl. ij. in fi. & hoc caſu plus continet ſeruitus, ne luminibus officiatur: quia ex eadẽ cœlũ uideri debet. ut d. l. lumẽ. & intelligo cœlũ uideri poſſe, quãdo locus cui ſeruitus debetur, ne luminibus officiatur, nõ præuenit oculos in uidendo cœlũ, ſiue deſuper, ſiue ex latere. & ideo ſi per feneſtras, uel quencũque alium modum proſpicias cœlum, non diceris habere lumen: licet omnis diei claritas ex ſole, & per hoc ex cœlo proueniat, poteſt tamen habere proſpectus ut not. gl. ij. in d. l. lumen. & adde hic omnino quæ dicã j. de ſeruitute, ne luminibus officiatur. in

prin. Aut illa feneſtra non habet a-
ſpectum, ita quod ex ea cœlũ uideri
non poteſt: ſed alia loca uideri pote
rant: & tũc ſeruitus, ne luminibus of
ficiatur, in aliquo plus cõtinet, in a-
liquo minus continet. & inde plus,
eo quia propter ipſam cœlum uide-
ri debet, quod in ſeruitute proſpe-
ctus in ſpecie prædicta non contin-
git. ut d. l. lumen. * Continet etiã 3
minus: quia ſufficit, quòd ille cui ſer
uitus debetur luminũ, cœlum uide-
re poſsit, licet ſibi proſpectus de lon
ginquo tollatur: quia gratitudinem
luminis nõ continet. d. l. inter ſerui-
tutes. in prin. & ideo poſſet impedi-
ri ingreſſus ſolis, ex quo gratitudo
reſultat: quia gratior ſibi eſſet: ut eſt
text. in l. ſi arborem. in prin. de ſeru.
ur. præ. & eſt tex. in d. l. inter ſeruitu
tes. in princi. & ex his apparet, quòd
ſeruitus ne proſpectui officiatur, &
ſeruitus ne luminibus officiatur, ſe
habent tanquã excedentia & exceſ-
ſa: ut uoluit glo. ij. in fi. in d. l. lumen.
quã ſic intelligo, ut s. declaraui. fa-
cit gl. fin. in l. certi codict. in prin. ſi
cer. pet. quæ dicit, quòd cõditio ge-
neralis & ſpecialis ſe habet tãquam
excedentia & exceſſa. Cætera quæ
faciunt ad hanc materiam, uide in
tribus ſequentibus ſeruitutibus.

a Beneficiũ. *Vtrũ habẽs be neficiũ in commẽda teneatur ſeruare eccleſia in ſtatu ſuo. reſpon. Pan. in c. de monachis. de præbe. quòd ſic. nec poteſt aliquid de ſtatu eccleſiæ diminuere. ſed de ſuperfluo poteſt ſibi prouidere. alias non. uide Alex. in 4. uol. con. xy. in fine.*

## De ſeruitute proſpectus.

CAP. XXXIIII.

1 *Habet qui minus, minus etiã offendi debet: & hac ratione plus habet pauper, quam diues.*

2 *Beneficium qui ad ſuam collationem habet, non cadit in generali expectantium impetratione.*

3 *Seruitus proſpectus an differat à ſeruitute, ne proſpectui officiatur.*

4 *Verba ne proſpectui officiatur, futuri tẽporis ſunt, quæ actũ prohibẽdi reſpiciunt, ſeu proſpectũ ĩpediẽdi de futuro.*

SI quis mihi debet proſpectũ, non
debet ut cœlũ uideam, ut fene-
ſtra uel aliquo ſimili cooperta clari-
tas diei ad me perueniat: ut proba-
tur in l. inter ſeruitutes. in prin. cum
l. ſeq. de ſer. urb. præd. & no. Azo in
ſumma C. de ſer. §. ſunt autem. uerſ.
ſi autem quis. Sed qui debet lumen,
oportet ut cœlum uideri poſsit: ut l.
lumen. eod. titu. & dixi, in ſeruitute
præcedenti. ergo quicunq; habet lu
men, habet proſpectũ: ſed non econ
tra: & quia ille cui proſpectus debe-
tur, minorẽ habet commoditatẽ in
fruendo, quàm ille cui debetur lu-
mẽ, maiorẽ habet poteſtatem in ꝓ-
hibendo, quàm ille qui debet ſerui-
tutem luminum: quia debens ſerui-
tutem luminum, ſufficit quòd faciat
ut cœlum uideri poſsit. Qui uerò
debet ſeruitutem proſpectus, nõ po
teſt quicquam facere, quod noceat
ad gratiorem proſpectũ & liberum:
ut dictis iuribus. *Et eſt ratio quia 1
cum quis minus habet, minus offen
di debet: & hac ratione plus habet
pauper quam diues: ut no. gl. ij. in l.
inter ſeruitutes. de ſer. urb. præd. &
Azo in ſum. de ſer. §. ſunt autẽ. facit
ad hoc text. cum gl. j. in l. illicitas. §.
ne tenuis. ibi, lumen unico uel bre-
ui ſupellectili. de officio pręſid. quæ
gl. loquitur in porcello, qui dicitur
eſſe oculus ruſtici. facit ad hoc tex.
in clem. j. §. fi. ibi, unico lumine. de
ſen. exco. *Et facit etiã ad q. de illo, 2
qui ad ſuã collationẽ habet unũ be-
neficiũ a, quòd illud nõ cadit in ge-
nerali impetratione expectantiũ. de
qua q. uide per Archi. & Doct. in c. ſi
pro clericis. de præbẽn. in vi. & per
gl. & Doctor. in cle. j. de conceſsio.
præb. & prædicta intellige, quando
quis haberet ſeruitutẽ ꝓſpectus cer
ti loci tantũ in quo cœlũ uideri non
poterat. & ita intelligit gl. ij. in fin.
in dicta l. inter ſeruitutes. Sed ſi ge-
neraliter deberetur ſeruitus pro-
ſpectus, ſcilicet domus, tunc etiam
cœlum



cœlum uideri debet, ſicut in ſeruitu
te luminum: ut probatur in l. lumen.
de ſeruitu. urban. prædio. & hoc uult
dicta gl. ij. in fin. quam Docto. com-
muniter ſequuntur. & idem etiam
ego teneo, quando debetur ſeruitus
proſpectus certi loci, ex quo cœlũ ui
deri poterat tẽpore ſeruitutis impo
ſitæ, per dictam l. lumẽ. ibi, etiam ex
inferioribus. & his caſibus ſe habe-
rent, tanquam excedentia & exceſ-
ſa: quod declara ut dixi in ſeruitute
3 præcedenti. * Sed circa hanc ſeruĩ
tutem uidendum eſt, an differat iſta
ſeruitus à præcedenti. Et licet Doct.
hoc non tangant, imo promiſcue lo
quantur de ſeruitute proſpectus, &
ne proſpectui officiatur, ac ſi eſſet
unica tantum: tamẽ teneo quòd ſint
duæ differentię: ut ſentit etiam Azo
in ſumma C. de ſeruitut. §. ſunt au-
tem. & puto quòd iſta ſit differẽtia:
quoniã ſeruitus proſpectus eſt, quã-
do ego non haberem feneſtram uel
foramen ex quo proſpectum habe-
re poſsim: nec de iure illam habere
ualeam uicino nolente. Nam ſi uici
nus permittit mihi, quòd ego poſ-
ſim habere proſpectũ in domo mea
in genere, uel in tali camera in ſpe-
cie, potero feneſtram facere: nec ui
cinus aliquid poterit facere quo mi
nus proſpectum habeam ex feneſtra
illa: ſecundũ ea quæ ſupra dicta ſunt
in ſeruitute præcedenti. uel ſi quan-
do haberem feneſtrã, & uicinus ha-
beret ædificium ſuũ impediens pro
ſpectum meũ ex dicta feneſtra: quo
caſu, ſi uicinus promittit mihi pro-
ſpectum ex illa feneſtra, illud ædifi-
cium deponere cogitur, ad hoc, ut
ex illa feneſtra uel loco poſsit ſecu-
dum prædicta proſpectus haberi. &
hoc ſonant uerba illa, Vt proſpectus
præſtetur: quæ ſunt futuri temporis,
& præſupponunt, quòd ante conſti-
tutam ſeruitutẽ proſpectus nõ erat:
quia regulariter mihi dari aut conce
di non poteſt quod habeo: arg. inſti.
de actio. §. ęque. uer. ei uero ꝗ poſsi
det. cũ ſimi. Sed ſeruitus ne proſpe-
ctus officiatur, eſt quãdo habeo fe-
neſtram uel habere poſſum in mu-
ro meo, & tu qui ædificare poſses in
tuo, & mihi impedire proſpectum:
iuxta l. luminibus. cũ ibi no. de ſeru.
urba. præd. promittis non ædificare
meo proſpectui: hoc caſu eſt ſerui-
tus, ne proſpectui officiatur. & iſto
modo intellige l. ij. & l. inter ſerui-
4 tutes. in prin. cũ l. ſeq. eo. tit. * Iſta
enim uerba, Ne proſpectui officia-
tur, ſunt futuri temporis, quæ actum
prohibendi reſpiciunt, ſeu proſpe-
ctum impediendi de futuro: & per
cõſequens præſuppoñt, proſpectũ
me habere ante conſtitutionem ſer
uitutis: ꝗa priuatio præſupponit ha-
bitũ. l. manumiſsiones. de iuſt. & iu-
re. cũ ſim. Illa uero uerba, Vt proſpe
ctus præſtetur, ſunt ſimiliter de futu
ro, ſed reſpiciunt conceſsionẽ pro-
ſpectus de futuro, & ſic ante conſti-
tutionem ſeruitutis ipſum nõ habe-
bant. & hæc differentia ſatis probari
uidetur in l. luminum. de ſerui. urb.
præd. & per id quod ibi no. per Bar.
& Flo. & per id quod dicã in ſeq. ſer.
in uer. quidam. Tamẽ ut refert Bar.
poſset etiam forte dici, quòd ſit alia
differẽtia, ſicut eſt in ſimili inter ſer
uitutem luminum, & ſeruitutem ne
luminibus officiatur. de qua habe-
tur in d. l. luminum. & ſtatim dicam
in ſeq. ſeruitute. Et ad declarationẽ
huius ſeruitutis, uide quæ dicta ſunt
in præcedenti ſeruitute: quia huic
plurimum conueniunt.

## De ſeruitute luminũ. CAP. XXXV.

1 *Seruitus luminum, & ſeruitus ne luminibus officiatur, quomodo differat.*

2 *Negatio totum negat, ſed affirmatio non totũ affirmat: & ideo plus negat*

*negatio quàm affirmatio affirmet.*

3 *Seruitutis natura eſt, ut quis aliquid faciat.*

4 *Qui ſeruitutem luminum debet, ædificare poteſt, & altius tollere.*

SERVITVS *luminum, eſt diuerſa à ſeruitute ne luminibus officiatur: ut eſt tex. in l. luminum. de ſer. urb. præd. quia ſeruitus luminũ minus cõtinet, quàm ſeruitus ne luminibus officiatur: ut ibi no. in gl. & per Doct. Et differentia eſt iſta: nam ille qui debet ſeruitutẽ luminũ mihi, poteſt altius edificare, dummodo ſeruet tantũ lumen, quod mihi ſufficiat. & ideo ſi habeo plures feneſtras in parietibus meis, & per unã ſolam habeo tantum lumen, quantũ mihi ſufficit: ille qui debet mihi ſeruitutem luminum, ædificare potuit, & auferre lumina aliarũ, & unã tantum obſeruare, quæ mihi ſufficiat. Sed ille qui debet ſeruitutẽ ne luminibus officiatur, nõ poterit aliquid facere, per quod de lumine, quod habeo, aliquid diminuatur, poſito quod habeam ultrà quàm expediat. & ideo ſi habeo plures feneſtras in pariete meo, nulli earũ poterit ædificando nocere, uel aliter, etſi una tãtum feneſtra mihi ſufficeret ad lumen: ut probatur in l. luminum. de ſer. urb. præd. ſicut ſi promiſiſſet mihi altius nõ tollere uel ædificare. Et hoc uult etiam Pau. de Ca. in d. l. luminum. quod eſt not. & iſtum puto proprium intellectum illius l. & ratio poteſt conſiderari:* quia negatio [a] totum negat, ſed affirmatio non totum affirmat: & ideo dicitur, plus negat negatio, quàm affirmet affirmatio: ut colligitur in gl. fi. in l. hoc genus. de cond. & demon. & gl. in c. cũ dilectus. in uer. ſuſpẽſus. quę eſt gl. magna. extra de cõſue. & not. Ant. de But. in c. præſentiũ. in ij. col. de teſti. & Alb. de Roſ. in l. qui teſtamento. §. mulier. de teſta. Et hac ratione uidetur dici poſſe eadem eſſe differentia inter ſeruitutẽ ut proſpectus præſtetur, & ſeruitutẽ ut proſpectui officiatur: ut dixi in ſeruitute præcedenti, in fi. Item eſt alia differentia ſimilis inter ſeruitutem ne luminib. officiatur: quia ſeruitus ne luminibus officiatur, plus habet in ſe: nam ille qui debet mihi ſeruitutem ne luminibus officiatur, nullo modo poteſt ædificare, aut altius tollere, per quod officiatur luminibus meis: ut patet ex natura uerborũ negatiuorũ, quæ ut dixi in totũ negãt: & de hoc eſt tex. in d. l. luminum. ſed ſeruitus luminũ habet in ſe minus. nam ille qui debet ſeruitutem luminum, ædificare poteſt & altius tollere, dummodo lumen eũ recipiat, ut ad me uenire poſſit, etiã per foramẽ quomodocũq;: ut eſt tex. cũ gl. ĩ d. l. luminũ. in prin. & iſta opi. gl. comuniter ſeruatur ſecundũ Bart. & Flor. ibi. Quidam tamen, ut refert Bart. & Flor. ibidẽ dicũt totũ ecõtra: uidelicet quod plus ſit ꝓmittere ſeruitutẽ luminũ: nam qui hoc promittit, non ſolum non poteſt altius eleuare, ſed oportet etiã ut illud quod eſt factũ, deſtruat ad hoc ut mihi lumen fiat. ſed in ſeruitute ne luminibus officiatur, ſufficit quod altius non tollatur. & pro iſta opi. facit quod dixi in ſeruitute præcedẽti. Dixit tamẽ Bar. in d. l. luminũ. quod opi. præcedens gl. comuniter obſeruatur. & iſta ſecũda opi. nõ uidetur uera.* 3

2 quia de natura ſeruitutis nõ eſt, ut aliquid faciat quis. ut eſt tex. in l. quot. la j. §. j. de ſer. tit. generali. ubi etiã loquitur de proſpectu. Sed tamen poteſt dici dictã opi. ſuſtentando. nã illud quod dicitur de natura ſeruitutis, non eſt quod ille qui debet aliquid faciat: niſi hoc ſit actũ in impoſitione ſeruitutis expreſſe, ut eſt tex. cũ gl. in l. ij. §. apud Labeone. aut, apud alienũ. ubi hoc no. gl. Do. & Bar. de aq. plu. arce.

[a] Negatio. etc. *Adde Cor. in ij uol. conſil. xxviij. & probatio negatiue dicitur impoſſibilis, ſi non eſt coartata loco & tempore. cõſi. xliv. & quis pro ſe nõ poteſt allegare poſitione negatã. per eum, cõſ. lxxiij. & quo agatur negatoria, & quid requiratur in ea, uide Alex. in ij. uol. cõſil. cxxxvj. in iij. col. §. quinmo.*



uel etiã quãdo tacite actũ eſſet. arg. l. cum quid. cũ ibi no. ſi cer. pe. Nam quando quis ſeruitutẽ luminũ mihi promittit. & tũc ſi nõ habeo lumen, tacite ſubintelligitur quòd deponatur ædificiũ, & lumẽ habeã: quia qui promittit conſequens, tacite uidetur promittere antecedẽs, ſine quo illud conſequens ſtare non poſſet. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. de procu. & l. ij. cũ ibi no. de iur. om. iudi. Et hæc faciũt pro his, quæ dixi in ſeruitute præcedenti. Et propterea ego ſi dicerẽ in hac materia, aut ille, cui ſeruitus luminũ promittitur, uel ne luminibus officiatur, habet lumẽ uel lumina ante impoſitionem ſeruitutis: puta quia habet plures feneſtras ex quibus lumen uideri poteſt, id eſt, cœlum: ut l. lumen. de ſer. urb. præd. & tũc plus cõtinet ſeruitus ne luminibus officiatur, quam ſeruitus luminũ: & ſic dictæ duæ differentię, de quibus dictũ eſt ſuprà, procedãt: & ſic etiã procedat opi. gl. in d. l. luminũ. quæ cõmuniter ſecũdum Bar. ſeruatur. Aut ille cui promittitur ſeruitus huius, nõ habet aliquod lumẽ, propter quod cœlũ uideri poſſit: puta propter ædificiũ uicini obſtãtis: & tunc procedat alia opin. uidelicet ut ſeruitus luminũ plus contineat, quia non poſſem habere ſeruitutem niſi ædificiũ tuum deponas. promittẽdo ergo lumen ut cœlũ uidere poſſim, uideris tacite promittere deponere ædificiũ tuũ, propter quod lumẽ habere nõ poſſim: & ſeruitus ne luminibus officiatur, tũc cõtinet minus: quia nõ promitto tibi aliquid facere, neq; ut aliqd habeas: ſed promitto tantũ nõ facere: uidelicet nõ nocere luminib. tuis de futuro: & ideo ſufficit quod nõ noceã poſt impoſitam ſeruitutem per aliquẽ actũ meũ ſequentem: puta ædificãdo, uel aliter: & hoc uidetur uelle tex. in d. l. luminũ. ibi, inuitis nobis altius ædificare. de ſer. urb. præ. Sed cõtra opi. gl. cõmunem, quam ſequitur Bar. in d. l. luminũ. poteſt opponi: quia ſecũdum eã in effectu nulla uidetur eſſe differẽtia, inter ſeruitutem luminũ & ſeruitutem ne luminib. officiatur.

4 *Nã ſecũdum gl. prędictã, qui debet ſeruitutem luminũ, poteſt ædificare & altius tollere. ſed ille qui debet ſeruitutẽ ne luminib. officiatur, altius ædificare nõ poteſt. d. l. luminum. Sed ſi cõſideramus, idem uidetur eſſe in utroq; caſu: qa quãdo debetur ſeruitus luminũ, ſcilicet uult ædificare & nõ tollere lumẽ, id eſt, quia cœlum uideri poſſit: & tũc poteſt: ut d. l. luminũ. cõiuncta l. lumẽ. eo. tit. Si uult ædificare & lumen tollere, ita quòd cœlũ uideri nõ poſſit: & tũc nõ poterit: per d. l. lumen. eodem modo uidetur eſſe in ſeruitute, ne luminib. officiatur: quia ſi uult ædificare & tollere lumen ne cœlũ uideri poſſit, & nõ poteſt. caſus eſt in d. l. lumẽ. in fi. Aut uult ędificare & lumẽ nõ tollere, id eſt quòd cœlũ uideri poterit: & tunc quòd poſſit. d. l. luminũ. ibi, itaq; imminuere lumina noſtrorũ ędificiorum. Sed poteſt reſpõderi huic oppoſitioni, & ſaluare glo. & cõmunem opi. ſic: quia qui debet ſeruitutẽ luminũ, poteſt ædificare & obſcurare locũ, cui ſeruitus debetur, dũmodo lumen, id eſt, cœlũ uideri poſſit. & ita loquitur d. l. luminũ. in prin. cõiuncta l. lumẽ. in pri. de ſer. ur. præ. Sed qui debet ſeruitutẽ, ne luminibus officiatur, nedũ nõ poteſt ædificando tollere, id eſt, ut cœlũ uideri non poſſit, ut ibi: ſed etiã nõ poteſt uel altius tollẽdo minuere lumina noſtrorũ ædificiorũ: per tex. in d. l. luminum. in fi. & intellige minuere lumina nõ ſolum ſi aufertur lumen, ut cœlũ uideri nõ poſſit: ut d. l. lumen. ſed etiã ne lumina

obſcuriora fiant. de ſer. ur.præ.puta
quādo tolleretur ingreſſus ſolis,qui
eſſet multū neceſſarius : ut eſt caſus
in l.ſi arborem. in prin.eo.ti.& dicā
etiā in ſeq.ſer.in iiij.q. Item iſta ſer-
uitus luminū minus continet, q̃ illa
ne ꝓſpectui officiatur.& adde q dixi
ſ.de ſer.altius nō tollendi. ij.q.& ui
de omnino q dicā in ſeq.ſeruitute.

## De ſeruitute ne luminibus offi-ciatur. CAP. XXXVI.

1 *Lumen quid ſignificet.*

2 *Promiſit quiſpiam mihi ſeruitutē,ne luminib. meis officiatur: ſed ante impoſitionē ſeruitutis exiſtens in fine cameræ meæ cœlum uidere poteram : & ipſe uult altius ædificare,ita quod cœlum uidere non potero, niſi in cameræ medio exiſtēs,uel prope feneſtram: an fieri poßit.*

3 *Differentia an ſit inter ſeruitutem altius non tollendi cū hac conditione, ne luminibus meis officiatur:& illam, altius non tollendi,& non officiendi luminibus.*

4 *Promiſit ſi quis mihi ſeruitutē ne luminib.meis officiat, an poßit plātare, uel arbores ante feneſtras meas habere.*

5 *Luminibus qui tenetur nō officere,nihilominus aliquid ædificare poteſt,propter quod ſol prædio dominanti auferatur, dummodo lumen aliter non obſcuretur.*

6 *Seruitutē qui debet, ne luminibus officiatur,non cogitur in eadem gratitudine lumina ſeruare, niſi ad gratitudinem locus deputatus eßet.*

7 *Seruitutē qui debet , ne luminib. officiatur,non poteſt plantando,ſeu ædificando , aut aliter ſolem prædio dominanti auferre.*

8 *Seruitutē debens ne luminib. officiatur,an poßit deponere ædificiū,uel arboris ramos,quo facto locus quondam opacus ſole plenus eße incipiat.*

9 *Seruitus ne luminibus officiatur , an tam de præſentibus , quam de futuris intelligatur.*

10 *Laborat ſi quiſpiam ædificando ſuper re communi, & eius cuius luminibus officit, an hoc poßit , obſcurando lumina alterius domus,quæ dicti ſui conſocij propriæ ſit.*

11 *Pariete in cōmuni an uni ſocio facere feneſtram liceat pro ipſo lumine acquirendo.*

ISTA ſeruitus, ne luminib. offi-
ciatur , in multis declarata eſt, in
tribus præcedentib.ſeruitutibus:ſed
quia ſeruitus eſt , & ab aliis diuerſa,
neceſſe eſt ut de ea & aliquid ſpecia
liter dicamus:& pro eius declaratio
1 ne, *Primo quæro quid ſignificat
Lumen.Dic,lumen id eſt,ut cœlū ui
deri poſſit: ut eſt text.in l.lumen. in
prin.de ſer.ur. præ. & dixi in præce-
denti q.Sed dubiū eſt,quomodo in-
telligatur , Vt cœlum uideri poſſit.
Dic ſecūdum quoſdā,quādo diei cla
ritas te reſpicere poteſt cœlū per di-
rectū reſpiciendo, nō ubi per tranſ-
uerſum, puta per feneſtrā, uel fora-
men: ut dicit Ange. in l. inter ſerui-
tutes.in prin.ff.de ſer.ur.præ.& alle
gat glo.ibi.uel teneas ſecundū eum,
quod dūmodo ex loco cœlū uidea-
tur:tamē dicitur haberi lumen : ſed
ubi cœlum nō uidetur,ſed per fene-
ſtram aut foramen exiſtens in parie
te intra domū forſitan diei claritas
haberetur,tunc dicitur inde proſpe-
ctus haberi,nō autem lumen: ut d.l.
inter ſeruitutes. Ego autē intelligo,
quod tūc qs dicatur habere lumen,
quādo exiſtēs in domo uel in came-
ra poteſt uidere cœlū,nō autē quan-
do proſpiceret mittēdo caput extra
feneſtrā : quia tūc raro contingeret,
quod cœlū uideri non poſſit : & ita
ſentit glo.in d.l.ij.ibi,ædificia q ſunt
cœlo inferiora , quæ nō perueniunt
oculis uidēdo cœlū,&c.& dixi ſ. de.
ſeruitute , ne proſpectui officiatur.
uer.



uer.& intellige cœlū uideri poſſe.&
2 adde quæ dixi in ſeq.q. *Sed tūc ſe
cundo quæritur,quis promiſit mihi
ſeruitutē ne luminibus meis officia
tur. ante impoſitionē ſeruitutis exi-
ſtēs in fine cameræ meæ cœlū uide-
re potera: ipſe uult ædificare altius,
ita quod cœlū uidere nō potero,ni-
ſi exiſtēs in medio cameræ meæ uel
prope feneſtrā,an poſſit.& uidetur
quōd ſic:quia ſatis uidetur quod cœ
lum uidere poſſim:ut d.l. lumen. in
prin.Cōtrariū ego teneo, quia licet
cœlū uidere poſſim,tamē minus ui-
deo: quia per hoc minuūtur lumina
ædificiorū meorū: id eſt, ubi primo
uidebā cœlū exiſtēs in extrema par-
te cameræ,& tūc non poſſim.& hoc
uult tex.in d.l. luminū. in fi.ibi,atq;
imminuere lumina, &c.qui tex.po-
teſt ſic intelligi,& eſt no. intellect⁹,
quē ego do ad illū tex. & pro hoc fa
cit l.inter ſer.in prin.uer.in lumini-
bus.& uer.quodcuq; igitur.de ſeru.
ur.præd.& quod dixi ſ.de ſer.altius
nō tollendi.ij.q.Sed ſi eſſet ſeruitus
luminū cōſtituta,tūc tenerē contra-
riū,id eſt,quod lumen uideri poſſit
quomodocunq;, per d.l.luminū. in
prin. coniūcto fine à cōtrario ſenſu[a].
& per ea quæ dixi in ſeruitute præce
dēti.quod perpetuo tene mēti.&eſt
quotidianū,& notandū.& Doc. hoc
non tāgunt.& pro hac deciſione ad-
3 de quæ dicā ī.in iiij.q. *Tertio q̄ro
an ſit differentia inter hāc ſeruitutē
altius nō tollēdi,cū hac conditione,
ne luminib. meis officiatur : & illā,
altius nō tollēdi & nō officiendi lu
minibus.Et dicas quōd ſic:q̄a prima
intelligitur ne officiatur luminibus
ædificādo:q̄a una eſt tātum ſeruitus
qualificata.& ideo poterit tūc obſcu
rare plantādo arborē:quia tūc nō di
5 citur altius tollere : ut eſt caſus in l.
ædificia.de ſerui.ur.præ. Sed ſecun-
da non eſt unica,imo ferē ſunt duæ,
uidelicet ne altius tollat,& iſta cōti-
net ſolū de nō ædificādo, ... 
ideo habendo arborē:ut ibi.& l.hæc
autem iura.uerſi.ueluti ſi ædes, & l.
quod autē.de ſer.ur.præ.& no.gl.in
l.ſi arborē.in princ.eo.ti.Alia eſt,ne
luminib.officiatur:& iſta cōtinet ne
poſſis etiā arborē plantare,per tex.
in d.l.ædificia. in fi.& l.inter ſeruitu
tes.uer.quodcūq;.& l.ſi arborem.in
prin.de ſer. ur.præ. & ita,etiam uult
Pau.de Ca in d.l.ædificia.& ego di-
xi ſ.de ſer.altius nō tollendi,in ij.q.
4 & dicā in ſeq.q. *Quarto q̄ro,qs
promiſit ſeruitutē,ne luminib.meis
officiatur,an poſſit plātare uel habe
re arborē ante feneſtras meas. Et in
hoc ſic breuiter cōcludas:Aut illa ar
bor officit luminibus meis ita quōd
cœlū uidere nō poſſum.& nō eſt du
biū,quōd nō poteſt: quia facit cōtra
debitā ſeruitutē.ut eſt tex. in l.ſi ar-
borē.in pri.de ſer. ur.præ.& l.lumē.
in prin.eo.ti.Ex quo no.ſecūdū An-
ge.in d.l.ſi arborē. quōd licet arbor
& eius frōdes impedire nō poſſint
uiſionē cœli in totū,quia tamē im-
pediūt,ſaltē propter impedire,offi-
cit luminib.arbor:& ſic qui promit-
tit alicui nō officere,intelligitur ꝓ-
mittere nec in totū officere, nec in
partē. quod facit pro his quæ dixi ſ.
eo.in ij.col. Secus ſi promiſiſſet al-
tius nō tollere:quia plantādo arbo-
rem nō diceretur facere cōtra debi
tam ſeruitutē:ut dixi in q.præcedē
ti. Aut illa arbor non tollit mihi lu-
men, id eſt,proſpectū cœli,ſed ſaltē
mihi aufert & umbrā facit:puta pro-
pter ramos & frōdes:& tūc nō dici-
tur facere cōtra debitā ſeruitutē,ni-
ſi ſol eſſet neceſſarius,uel multū ex-
pediens:ut eſt tex.in d.l.ſi arborē.in
prin. ſecūdo reſpōſo. & ibi hoc not.
omnes Doct. *Et ex hoc nota tria.
Primū,quōd ille qui tenetur nō of-
ficere luminibus,nihilomin⁹ poteſt
ædificare

a A cōtrario ſenſu. *Quod non debeat ſumi arg. a cōtrario ſenſu, quādo reſultaret correctio iuris communis. & an deciſio quæ reſultaret a cōtrario ſenſu ſtatuti,præualeat iuri communi, uide Ale. in v. uo. in cōſ.xxv. in uu.co. §.nec obſt.& in c.ſi. vij.in ult.col.*

-dificare aliquid propter quod ſol
auferatur pdio dominati, dūmodo
lumen aliter nō obſcuretur, ſeu fiat
obſcurū.ut l.inter ſeruitutes.in prin
ci.de ſer.ur.præ. *Secūdum notan
dum eſt, quōd ille qui debet ſeruitu
tem ne luminib.officiatur,nō cogi-
tur ſeruare lumina in eadē gratitudi
ne,niſi ad gratitudinē locus eſſet de
putatus:ſecus in ſeruitute ne proſpe
ctui officiatur:qa debet ſeruare pro-
ſpectū in eadē gratitudine.ut eſt tex.
in d.l.inter ſeruitutes.in prin.& dixi
s̄.de ſeruitute,ne proſpectui officia-
tur,circa prin. *Tertiū notādū eſt,
quōd q debet ſeruitutē ne luminib.
officiatur,non poteſt plantando ſeu
ædificando aut aliter ſolem auferre
prædio dominanti, quando ſol eſſet
pdio dominati neceſſarius uel mul-
tum expediens: per d.l.ſi arborē. ij.
reſpōſo.& ideo ſi tolleretur ſol,dice
retur fieri contra debitā ſeruitutē ne
luminib.officiatur , ſi ſine ſole locus
habitari nō poterat,uel lumē fuit cō
ceſſum gratia alicuius artificij, quod
in eo fiebat, & fieri non poterat ſine
copia ſolis.& pone exemplū in pena
riis & balliſtariis,qui eorum artificia
ponūt ad ſolem in domo ſuæ habita
tionis. uel pone exemplū,ſi erat lo-
cus in quo paterfamilias morabatur
ad ſolē,ut dicit gl.in d.l.ſi arborē.in
uer.alio camino.ſicut cōtingit in pō
ticello ſeu ſolariis : & in hoc poteſt
etiā poni exemplū ſecūdū Flo.in d.
l.ſi arborē.in prin. in pſona Dioge-
nis philoſophi:ad quē cū ad ſolē ſe-
dentē Alexāder acceſsiſſet,hortare-
turq; ut ſi qua pſtari uellet,ſibi indi-
caret:inqt,uelle à ſole mihi non ob-
ſtes:ut refert Valerius Maximus li.
iiii. c.de abſtinētia & cōtinentia.in
pen.exēplo. & uide q dicā in ſeq.q.
*Quinto qro,nūquid debēs ſerui
tutē ne luminib.officiatur,poſsit de
ponere ædificiū uel arboris ramos,
quo facto locus quondā opacus ſole
incipiet eſſe plen⁹.Et dicas quōd ſic:
quia nō facit cōtra debitā ſeruitutē:
hāc enim debuit ne luminibus offi-
6 ciat.nec nō lumibus officit,ſed plus
ęquo lumē facit.ut eſt tex.no.in d.l.
ſi arborē. §.per cōtrariū.ex quo no.
quōd qs nō dicitur cōtrā facere,qui
facit plus quàm debeat. quod proce
dit , niſi tollēdo in totū ædificiū uel
ramos:aut deprimēdo luminib.offi
ceretur,ſi forte impreſſura qdam in
ædes meas lumen deuoluat, puta ex
reuerberatione.unde illud,Refulſit
7 ſol in clypeos aureos, & ſplenderūt
mōtes ab eis.ut eſt tex.cū gl.in §.in
terdū.in d.l.ſi arborē.& poteſt poni
caſus ſecūdum Ang.ibi, reflexio ſo-
lis erat in loco cui nō debebat offic e-
re:& p inordinatā reflexionē ſubſtā
tiā uiſus in loco impediebat.Vel ſe-
cūdo poteſt poni caſus:&iſte intelle
ctus eſt planior & nobilior: ſcilicet,
quōd ille qui debebat ſeruitutē non
officiendi luminib.habebat ædificiū
ſuū in quo ſol cōtinue percutiebat,
uel certis horis diei:& ex hoc obie-
cto ille cui ſeruitus debebatur,habe
bat ſimile ædificiū ſuū,quod eiſdem
modis illuminabatur ex reflexione
ſolis percutiētis ædificiū ſeruiēs.Vn
de ſi illud ædificiū ſeruiens deponi-
tur,reflexio ſolis ceſſat, & per cōſe-
quēs lumen tollitur:ideo tale ædifi-
ciū deponi nō poteſt,cū lumina ob-
ſcurētur p depoſitionē: & ſic eſt ue-
rus intellectus d. §.interdū.cū gl.Et
ſic no.quōd iſtis ſeruitutib.cōſidera
tur intereſſe, & ius interpretatur fie
ri cōtra debitā ſeruitutē,ubicūq; ali
quid fiat,quod lędat, ſiue iſtud fiat p
modū depreſsionis ſiue deceſſus,ſe
cūdū Bal.& Flor.ibi.quod dicūt eſſe
no. Item nō poſſet tolli uel deprimi
8 ædificiū,quādo eſſet ſeruitus impo-
ſita altius tollēdi:ut dixi s̄.de ſerui-
tute altius tollendi. *Sexto qro,an 9
ſeruitus



ſeruitus ne luminib.officiatur,intel
ligatur tam de præſentibus q̄ de fu-
turis. Dicas quōd ſic, ſi hoc fuit actū
expreſſe,uel ſi ſimpliciter conſtituta
fuit: ſecus ſi cum expreſsione uerbi
præſentis tēporis: ut eſt tex. in l.qui
ædificiū.& l.ſeq.de ſer.ur.præ.quod
declara,ut ibi not.& habetur per gl.
magiſtr.in l. eū debere col.de ſerui.
ur.præ.& per Doct.in l.nō mod⁹.C.
de ſer.ubi etiā ponitur per Sal.ſi mu
tantur poſtea lumina , an poſsit illis
10 nouis mutatis officere. *Septimo
qro, ſi aliqs laborat ædificādo ſuper
re comuni [a] ipſius laborātis, & eius
cuius luminib.officit, an hoc poſsit:
puta obſcurādo lumina alterius do-
mus,q eſt propria dicti ſui conſocij.
Credo quōd ſit locus l.cū luminib⁹.
de ſer.ur.præ.ſcilicet quōd ædifican
do teneatur ſeruare formā antiquā,
ſecūdū quā erat ædificatū:& ſi nun-
quā fuit edificatū ſuper ipſo pariete,
tūc melior eſt conditio prohibētis.
l. Sabinus.cōmuni diui. & quod ibi
not.de reg.iur.c.ī re cōmuni.in vi.p
Dy.& Io.An.ita dicit Alb. de Roſ.in
l.alti⁹.C.de ſer.q dicit,quōd hoc ha
11 buit de facto, & eſt ualde no. *Octa
uo & ultimo qro, an in pariete com
muni liceat uni ſocio facere feneſtrā
pro acqrēdo lumine.dicas quōd nō,
niſi ſibi fuerit cōceſsum.l.eos.de ſer.
ur.præ. & ibi no. p Doct.de quo dic,
ut dicam j̄.de feneſtra ſeu balcono.

## De ſeruitute oneris ferēdi.

CAP. XXXVII.

1 *Stabulum inferius nō domui coniunctum, an ruſtica ſeruitus eſſe dicatur.*
2 *Differentia inter æternum, ſempiternum,& perpetuum,quæ nam ſit.*
3 *Ius ſeruitutis perpetuū quod dicatur.*
4 *Seruitutē qui debet oneris ferendi, uel etiā alia,an ſuis expēſis reficere debeat.*
5 *Cōceſsi ſi tibi area,ut ibi domū ædifices,in qua me cū ſocys meis trāſeūtib. recipere debeas:an ipſa domo deſtructa quocūq;caſu,nouā reædificare tenearis.*
6 *Paries uel columna ſeruitutem debens ſi reficiatur, ad quem ædificiorum fultura ſpectabit,ne corruat.*
7 *Seruitutē ſi quis mihi debeat,ut in ſuis parietib. trabē ſeu tigna habeā, p quæ ſolariū meū ſuſtineatur, an iſta ſeruit⁹ tigni imiſſi,uel oneris feredi eſſe dicat.*
8 *Domus ſi legetur,uel uendatur,an ſeruitus impoſita uideat, ut ſuſtineat onera pertinētia,quæ actu ipſo ſuſtinebat.*

ONERIS ferēdi ſeruitus urba-
na eſt.l. eū debere columnā.de
ſer.urb.præd. Et de hac ſeruitute,ut
Flo.ait in l.& ſi forte. §.etiā.ſi ſerui.
uen. nō uidetur fieri mentio, niſi in
prædio urbano. d.l.eum debere co-
lumnā.& d. §.etiā.& l.ſicuti.in prin.
1 & §.j.& §.ij.ſi ſer.uē. *Sed credo,
quōd etiā poſsit eſſe ruſtica ſeruit⁹:
puta ſi quis haberet ſtabulū inferius,
nō domui cōiunctū,& ſic eſſet præ-
dium ruſticū.l.eo iure.ff. qui.ca.pi-
gnus cōtraha.& dixi s̄.in iiij.diuiſio
ne.in prin.uer.qd de ſtabulo. & ali⁹
haberet ſolariū ſupra pariete ſtabu-
li:tūc ſi ſeruitus imponeretur,ut in-
ferior deberet ſuſtinere ſolarium &
onera ſua inferiora : puta pro fœno
locādo.nā nō uideo,quare illa ſerui
tus oneris ferēdi, nō debeat dici ru
ſtica,ex quo debetur à pdio ruſtico:
per l.j.cōmunia prædi.nec eſt incō-
ueniens,quōd una ſeruitus in gene
re poſsit eſſe in ſpecie ruſtica & ur-
bana, ſicut eſt ſeruitus altius tollēdi
& offendendi predio uicini uel pro
tegendi, q ſunt urbana.l.j.de ſer.ur.
præd.& dixi s̄.de ſer. protegendi.in
princ.Imponitur autē hæc ſeruitus,
quādo quis uēdit unā domū,in qua
erat una coluna,quæ ſuſtinebat on⁹
alterius domus ſuæ , hoc acto quōd
perpetuo ſuſtinere debeat. hoc uult
d.l.eū debere columnā.in princ.uel
quādo actū fuit ſine uenditione, ut
poſsim onus imponere,& tu perpe-
tuo

[a] Re cōmuni. *Res una & eadem diuerſo iure cenſeri nō debet. de deci. c.cū in tua.xij. q. ij. cognouimus. Et quid cōtineat appel. rei, uide Alex. in ij.uol.conſil. clxxxviij.in ii. col. §.& licet. in prin.col.*

tuo ſuſtinere debeas. & ita loquitur
uer. quemadmodũ. in eadẽ l.qui in
hoc differt à prin. ſecũdũ Cy.ibi.Itẽ
imponitur nõ ſolũ per colũnã, quæ
fit in loco debẽte ſeruitutẽ ut ſola-
riũ uicini ſuſtineat, ſicut ſæpe cõtin
git, quando ſolariũ eſt ita latũ,quòd
per trabes in parietibus infixas ſuſti
neri nõ poſsit:ſed etiam quãdo co-
lumna uel trabes parietib.infixa de-
bentibus ſeruitutẽ ſuſtinere onus ui
cinarũ ædiũ: ut probatur in d.l.eum
debere columnã. ibi, onus uicinarũ
ædiũ.ibi,paries oneri ferẽdo. de ſer
uit.urb.præ.Forma uero huiuſmodi
ſeruitutis imponẽdæ ita eſſe poteſt,
ſicut in l.ędiu.ſcriptũ eſt,Paries one
ri ferẽdo,uti nũc eſt,ita ſit.uerba ſi-
gnificãt parietẽ perpetuũ eſſe debe
re.non tamẽ hoc his uerbis dici po-
teſt, ut in perpetuũ idẽ paries æter-
nus eſſet, cũ hoc fieri nõ poſſet, ſed
iiſdem modis paries nõ in perpetuũ
eſſet quòd onꝰ ſuſtineret. ut eſt tex.
in d.l.eũ debere columnã. *Et dif-
ferentia eſt inter æternũ, ſempiter-
num,& perpetuũ. Aeternũ enim nõ
habet principiũ neq; finẽ, ut Deus.
Sempiternũ habuit principium, ſed
nõ habebit finẽ, ut anima [a] & ange-
lus:ut no.gl.pe. in uer.æternis.in d.
l.eũ debere columnã. Perpetuũ ue-
ro poteſt dici in propoſito id, quod
habuit principiũ,& habebit finem:ſi
cut eſt ſeruitus impoſita,& actiones
quæ dicũtur perpetuæ.ut inſti.de ꝑ-
pe. & tẽporal. actio.hoc dicit gl. pe.
in fin.& not.bene, quòd huiuſmodi
ſeruitus incipit & nõ deſinit:qa im-
poſsibile eſt aliquid eſſe ſub ſole ſi-
ne fine.unde not.ibi, quòd nihil eſt
ſub ſole ꝑpetuũ. & ideo mũdus ſecũ
dũ rectã & uerã fidem noſtrã habuit
principiũ,& habebit finẽ : licet qui-
dam philoſophi naturali ratione mo
ti contrariũ dixerint. * Sed dubiũ
eſt,quando intelligatur in caſu no-

*a Anima. Anima cunctis rebus eſt præponenda. adde Cor.in iiij.uol. conſi.cccxx.& relictũ pro anima,cenſetur relictum ad pias cauſas.co.cccij.*

ſtro iure ſeruitutis perpetuum.dicit
Ang.in d.l.eũ debere columnã.quic
quid durat centũ annis,dicitur apud
nos perpetuũ:quia lapſu tãti tẽporis
extinguitur.l.fi.de ſac.ſan.eccle.& l.
an uſuſfr.de uſuf.& l.proponebatur.
ff.de iudiciis.& quòd curſus tãti tẽ-
poris perpetuitatẽ ſignificet,not.gl.
in l.ij. §.hoc aũt edictũ perpetuũ.ne
quid in loco publico. unde forſitan
ſecũdum Ang. in d.l. eũ debere co-
lumnã. obligatio de qua loquitur il
la lex, nõ durat ulteriori tẽpore.ſub
dit tamen quòd hoc non ponit pro
cõſtanti. ego autem nõ teneo,quòd
perpetuũ dicatur uſq; ad c.annos tã
tum,ſed etiã ultra: & quòd duret do
nec durare poteſt,puta ſi eſt colũna,
quæ requieſcat in domo debẽtis ſer
uitutem,donec durat ædificiũ ſupe-
rius, debebit durare ſeruitus feren-
di per columnã. uel ſi eſſet paries q
onus ſuſtineret,quãdiu paries eſſet,
uel onus durare poſſet,tam diu ſer-
2 uitus diceretur. & hoc uidetur pro-
bari in d. l. eũ debere colũnam. ibi,
ſed ut iiſdem modis paries in ęternũ
eſſet. Quod onus ſuſtineret,niſi eſ-
ſet pſcripta ſeruitus?iuxta ea quæ di-
xi s.in ix.q.principali.nõ tamen po-
teſt tolli ius ſeruitutis oneris feren-
di,donec ille cui ſeruitꝰ debetur,eſt
in poſſeſsione uel quaſi,puta qa one
ra ſua à uicini parietib. ſuſtinentur.
Nõ uideo unde etiã ſi per mille an-
nos ſolariũ reſtitueretur per colũnã
uicini, ſeruitus nõ ꝑderetur neq; fi-
niret.facit quod no.in l.q luminibꝰ.
de ſer.ur.pd.& quod no.p gl.ſingu-
larẽ xvj. q.iij.c.p ſingulos.in uer.du
bitare.ad fi.ibi,unde etiã nõ pſcribit
ad mille annos. Huius aũt ſeruitutis
oneris ferendi natura eſt,ut q debet
ſeruitutẽ,facere teneatur: ut eſt tex.
in l.eũ debere columnã.in prin.& l.
3 & ſi forte. §.etiã.ſi ſeruitus uen.& l.
ſicuti. §.Ariſt.eo.ti.licet in aliis ſerui
tutibus



tutibꝰ regulariter eſt ſecus:ut ſcilicet
debens ſeruitutẽ nõ facere teneatur,
ſed tantũ pati:ut eſt tex.in l.quoties.
la.j. §.j.de ſeru.ri.generali.& in d. §.
etiam.l.j.in fi. & in l.ij. §.preterea.de
aqua plu.ar.& dixi s.in q.j.principa-
li,de natura ſer.in princ.& eſt ratio,
quia ſpeciale eſt in ſeruitute oneris fe
rendi,ut dicit gl.in fi.in d.l.cũ debe-
re col.in d.l.quoties.& in d. §.etiam.
uel ſecundũ Ang.in d.l.eum debere
columnã.quia uenit in cõſequentiã:
nã in ſeruitute oneris ferendi in per-
petuũ,uenit ut quis teneatur reficere
ædificium collapſum, ut poſsit one-
ra ſupportare : ut ibi.ergo in conſe-
quentiam qui debet facere,nõ debet
pati,ſi reficere tenetur.circa quod ui
4 de quæ proximè dicã. *Sed nunqd
ille,qui debet ſeruitutẽ oneris feren-
di, uel aliam debeat reficere ſuis ex-
penſis, ut puta colũnam, uel parietẽ
ſuſtinentẽ onera uicini?& uidetur q
ſic.ut eſt text.in l.eũ debere colũnã.
in prin.de ſer.ur.præ.In contrariũ ui
detur l.j. §.fi.& l.ij. §.præterea.de a-
qua plu.ar. Tu dic breuiter,quòd aut
fuit actum in conſtitutione ſeruitu-
tis,quis debeat reficere,& cuius expẽ
ſis,& pacto ſtandũ eſt,& illud ſerua-
re.d. §.præterea.ſecundũ unum intel
lectum. Aut nõ fuit actũ expreſſe, ad
quem refectio ſpectaret:& tunc ſi il-
le,qui debet ſeruitutẽ,conſueuit refi
cere à tempore cuius nõ extat memo
ria in contrariũ,& idẽ ut ipſe tenea-
tur:ut d.l.j. § fi.de aqua plu.ar.quo-
niam pactũ & uetuſtas à pari proce-
dunt.l.ij.in prin.de aqua plu.ar. Si ue
rò de iſta cõſuetudine non apparet,
& tunc in ſeruitutem oneris ferendi
ille reficit ſuis expẽſis, qui ſeruitutẽ
debet: ut d.l.eum debere.& d.l. & ſi
forte. §.etiam.& rationem dixi s.uel
quia ſpeciale in ea,uel quia in conſe-
quentiã uenit. In aliis autem ſerui
tutibus diſtingue : aut ex refectione

poteſt ſequi aliqua utilitas : ut quia
ex purgatione riui trahit ad ſe pin-
guedine ibi collectam: & tunc eſt in
domini poteſtate prædij ſeruientis
uel purgare, uel pati quòd per alium
purgetur:& ideo ille cui debetur ſer
uitꝰ,debet alternatiue agere, ut reus
reficiat aut refici patiatur:ut eſt text.
in l.ij. §.apud Labeonẽ.de aqua plu.
arc. Aut ex refectione nulla ſequitur
utilitas, ſed ſolum expenſa : & tunc
indiſtincte debens ſeruitutem debet
tantum pati, & nõ reficere. d.l.quo-
ties. §.j.de ſer.& d l.& ſi forte. §. ſi
ſerui.uen.& d.l.j. §.fi.de aqua plu.ar.
fallit in ſeruitute oneris ferẽdi. & ita
tenet Bar.in l.ij. §.apud Labeonẽ.de
aqua plu.arc.& d. §.etiã.& ita tenet
Ang.in d. §.præterea.& Flor.in d. §.
etiã & uide quæ dixi s.in ix.q. prin.
Dictũ eſt de refectione rei quæ onus
ſuſtinet:ſed quid ſi perit in totũ,pu-
ta quia colũna cõbuſta eſt, uel paries
depoſitus : an debens ſeruitutẽ one-
ris ferẽdi,teneatur aliam ſupponere,
uel parietẽ reædificare? dic quòd ſic:
ut eſt text.in d.l.eũ debere columnã.
in fi.de quo dic, ut ibi per glo.in uer.
5 pariete. *Sed quid ſi cõceſsi tibi a-
ream , ut tibi ædifices domũ , in qua
debeas me recipere cum ſociis meis
trãſeuntibꝰ,an domo deſtructa quo-
cunq; caſu nouam reædificare tene-
ris?& uidetur quòd ſic.quia ſicut di-
xi in ſeruitute oneris ferendi,ut per-
petuũ eſſe debeat: ita uidebitur eſſe
dicendũ in iſta obligatione ſeu one
re recipiendi me & ſocios meos , ut
debeat eſſe ꝑpetua : & hoc tenet Iac.
de Are.per d.l.eũ debere colũnam.in
princ.& l.ſi finita.de dam.infec. Alij
habent in l.qui bona.eo.tit.ſed Ang.
in d.l.eum debere.tenet contrarium:
quia in hac quæſtione ille qui promi
ſit, non tenetur recipere , niſi in do-
mo ædificanda : per not.per l.boues.
§.hoc ſermone.de uerb.ſig.illa enim

quæ ſecundo ædificatur, non eſt eadem domus:ut l.ſeruitutes quæ in ſuperficie. §.ſi ſublatū.de ſer.urb.prædio.facit l.maritus.cum ibi no.ff.loca.Non obſtat ſecundum eum d.l.cū debere,quia ibi ſemp fuit facta promiſsio oneris ferendi.unde ſui natura hæc obligatio eſt perpetua,cū cauſam ſucceſsiuam habeat, & nūquam plene ſatisfactum intelligi poſsit.l.iij.in princ.de condi.ob cauſam.& l.iij.in principio.& §.dare.de uſufru.

6 *Quando autem paries uel colūna debēs ſeruitutē reficitur,ad quem interim ſpectabit fultura ædificiorū ne corruat? dic ad dominum cui ſeruitus debetur:ut eſt tex.no.in l.ſicuti.in prin.ſi ſer.uen.& ibi iuriſconſultus dat conſiliū domino ſuperiori, ſi nō uult fulcire, ut ædificia deponat, & reficiat,cū paries fuerit reſtitutus: & eſt conſilium ironicum ſecundum glo.ibi, quòd iſtud erit ſibi deterius quàm fulcire. & allegatur ille tex.ad illud uulgare, quòd cōſultius eſt malum ſuſtinere, quàm malum pati & peius. 7 *Sed quæro, quis debet mihi ſeruitutem, ut in parietibus ſuis habeam trabem ſeu tigna, per quæ ſolarium meū ſuſtineatur,an iſta erit ſeruitus tigni iniuncti uel oneris ferendi? Videtur eſſe tigni iniuncti: quia tigna habeo in parietibus ſuis: per l.ſicuti.§.competit.ſi ſer.uen. In contrariū uidetur,quòd ſit oneris ferendi, per l.cū debere de ſer.ur.prædio.Ego credo, quod in hoc ſint cōſideranda uerba impoſitæ ſeruitutis. Aut enim dicit ꝙ quis poſsit immittere tigna in parietibus ſuis & ſuprà ſolarium ædificare: & erit ſeruitus tigni iniuncti, licet in conſequentiam onera ſuſtineat. per dictū §.competit. ubi caſus. Aut dicitur quòd quis teneatur ſuſtinere onera mea,uel ſolarium meum: & tunc erit ſeruitus oneris ferēdi: & ita loquitur d.l.cum debere.ibi,paries oneri ferendo,&c. licet in conſequētiam habeat tignorum immiſsione: quia inſpicere debemus, quod principaliter ſit, non quod in conſequentiam: ut l.ſi quis nec cauſam.& ibi not.ſi certum pet. Aut uerba ſunt ambigua, & conſtat de eis:puta quia præſcriptum eſt: & tunc puto in caſu prædicto, quòd ſit potius tigni iniuncti, quàm oneris ferendi.& probatur in dicta l.ſicuti.§.competit.& hoc ſentit glo.no.in §.diſtat. in uer.actiones. ibi, nam licet ubiq; ſuſtineat onus: tamen quia in prima ſpecialiter de onere ferēdo dicitur,non in ſecunda,&c.Sed ſi eſſet ſeruitus columnæ ſuſtinentis ſolariū uicini, quæ nō requieſceret in parietibus, ſed in ſolo debēte ſeruitutem: & tunc nō eſt dubium quòd eſſet ſeruitus oneris ferendi, non tigni iniuncti.d.l.cum debere. in principio. Ex his habes quomodo cognoſcatur ſeruitus tigni iniuncti à ſeruitute oneris ferendi. Item quæ ſit differentia inter unam & aliam,colligitur ex prædictis, & in uerbo, huius autem ſeruitutis.& in uerbo,nunquid autē ille.& uide tex.cum gloſ.in dicto §.ſi diſtat. *Vltimo quæritur, ſi legatur uel uenditur domus, an uidetur impoſita ſeruitus, ut ſuſtineat onera pertinētia, quæ ipſo actu ſuſtinebat? & dic quòd ſic:maximè ſi contrahētes hoc ſciebant.l.quod conclaue.de damno infecto.coniuncta l.in princip. de actio. empti. Nec obſtat l.in uendendo. de action.empt. quia loquitur in ſeruitute, quæ non habebat cauſam continuam: & ita tenet Barto. in l.j.circa principium. de ſer.leg. & uide dicta in ſequen. ſerui. in uerbo, ſed reaſſumendo iſtam ſeruitutem. Alia plura circa iſtam materiam uide, quæ dicam infrà de onere ferendo, quæ etiam hic conuenire poſſent.

De ſeru



## De ſeruitute itineris ſeu actus.

CAP. XXXVIII.

1 *Habeas ſi ſeruitutem eūdi ad domum tuā per caſtellū meū,uel domū, uel curiam, uel ſcalas meas, an ego de nocte ianuam claudere poſsim.*

2 *Diuiſio domus uel alterius fundi ſi inter plures facta fuerit, non uidetur actum,ꝙ unus aditū per alterius partē habeat, ſicut prius habebat, niſi hoc inter eos ſpecialiter conuentum ſit.*

3 *Prædiū meum ſi tibi uēdidi,ad quod iri non poterat, niſi per aliud meum prædiū,nō uidetur actū,ut illud tibi ſeruitutē debeat,niſi expreſſe dictū fuerit.*

4 *Iter ſeu actus an & quo debeatur: & an talis ſeruitus ſit præſtāda ab hærede,uſufructuario,uel legatario, uel ecō uerſo, & alijs etiam habentibus utile dominium,uel directum.*

5 *Differentia inter uſumfructū & proprietatem quænam ſit.*

6 *Domos duas unica contignatione contextas ſi quiſpiā habeat, & unā uendidit,alterā ſibi retinuit.nō poterit emptor inuito uenditore retinere tigna, quæ requieſcūt in domo uēdita,niſi forma contractus aliter ſe habeat.*

7 *Hæres eo caſu quo aditū præſtare teneatur,an ipſi prædio legato ſeruit9 cōſtituta ſit, ita ut legatarius cōfeſſoria cōtra impedientem intentare poſſit.*

HAEC eſt ultima ſeruitus urbana,quā in ſpecie hoc libro declarare conſtitui:certe ſi quæ ſunt in domo per me figurata, de qua proxime dicetur,intelligi poterunt.Seruitus iſta itineris ſeu actus non ſolū eſt ruſtica,ut l.j.in prin.de ſer.urb.præ. & inſti.in prin.de ſerui.puta quando debetur à prædio ruſtico alteri prædio ruſtico:ut ibi.ſed etiā poteſt eſſe urbana,quādo à fundo urbano alteri urbano debetur:ut ꝓbatur in l.iter. communia prædi. & in l.ſeruitutes quæ in ſuperficie.§.ſi domo.de ſer. urban.præd.& pro hoc uide quæ dixi in ſeruitute pcedēti, in prin. 1 *Si habes ſeruitutē eundi ad domū tuā per caſtellū meū,uel domum,uel curiam, uel ſcalas meas, an ego poſsim claudere de nocte ianuam? Et dic, ꝙ ſic:quia intelligitur actum, ut poſsis ire de die,nō de nocte. dicta l.iter.& ita ibi per Doct.& eſt ratio, quia de nocte non licet ire per ciuitatem uel domos alienas: ut ibi probatur iuncta glo.ſecundū Paul.de Caſt.& dixi ſuprà in viij.q.princ.in ulti.char.uer. item ſeruitus itineris.quæ bene no. & pro illis, qui habēt plures domos, ad quas in[illegible]editur per unā curiam, quę ſit unius tantum,& omnes ſtant ſub una claui.l.quid ſit fugitiuus.§.apud Celſum. de ædil.edic. ſicut eſt Venetiis,& in multis locis. Vnde ex his no.licet quis prætendat ius eundi per domū uel fortilicium, aut ſcalas alterius,etiam iure ſeruitutis conſtitutæ itineris ſeu actus: tamen debet ire cognitis horis: unde intelligitur, quod tantum de die ire poſsit. & ita Flo.in d.l.iter. unde facit ſecundū eū ad collegiatū ſeu cōfœderatū, qui ſe obligauit,ut liceat alteri confœderato trāſire per caſtella & loca ſua,ut licet non aperiat portam de nocte,nō tamen dicatur uenire contra conuenta. & ſimiliter excuſantur cuſtodes fortiliciorum, ſi de nocte alicui non aperiat portam: cū hoc non teneantur facere propter imminens periculum.facit ad hoc l.furem.& quod ibi not.ff.de ſica.hæc tamē non puto ita amare & inciuili modo intelligi, ut nullo modo liceat de nocte ire ſiue tranſire. Nam ſi poteſt eſſe ſine periculo,& id quādo fieri cōſueuit,ſicut in domibus cōtingit de hyeme, quo tempore plerunq; de nocte itur, uel propter aliquā neceſsitatē,tūc teneo quod etiā de nocte poſsit ire & trāſire.arg.d.l.fure.cū ibi not.& quia uerba ſunt ciuili modo intelligēda l.ſi-

cuti.de ſerui.nec amarè ſunt intelli-
genda:ut eſt tex.in l.ſi quid uendito.
in prin,de ædil.edi.& l.ſi id quod. §.
ſi quas.de dona.inter uir.& not.glo.
antepe.in c.relatũ.de teſta.el.ij. Scri-
ptum eſt enim, qui nimiũ emũgit,eli
cit ſanguinẽ.ut dicit tex.in c.niſi cũ.
§.propter militiam.de renun.& ha-
betur originaliter ꝑ prouerbio.c.xxx.
& per gl.in l.ſciendũ. §.illud.in uer-
bo, artificium.de ædil.edict.& adde
his quæ dicam infra in ſecundo libro
de ſeruit.itineris & de ſeruitute uiæ.

a Diuiſio do.
*An in contra-
ctu diuiſionis
habeat locum
remedium l.ij.
C. de reſcind.
uen.uide Cor.
in iiij.uol. coſi.
ccxl. inci. præ-
ſuppoſitis. &
an in diuiſione
cauſetur titu-
lus,coſi. cclxx-
viij. Et quæ re
quirantur in-
diuiſorio iudi-
cio, in ij.uol.co
ſil.cx.incip. in
iudicio, & di-
uiſio facta cũ
exteſiua læſio-
ne licet ſit iura
ta.& cũ refu-
tatione ad co-
gnita & inco-
gnita,an reſcin
datur ſi læſus
ignorauit con-
ſortem inſtitu-
tum in re cer-
ta,uel exhære-
datum cũ clau
ſula quod plus
petere non poſ-
ſit:in iv.uol.co
ſilio cxxxiij.*

*No.unum aliũ caſum pulchrũ & 2
quotidianũ, ꝙ ſi cõtractu inter plu-
res eſt facta diuiſio a domus uel alte-
rius fundi, non uidetur actũ ꝙ unus
habeat aditũ per parte alterius, ſicut
prius habebat,niſi hoc inter eos ſpe-
cialiter ſit conuentũ:ut eſt caſus no.
in l.uia cõſtitui. §.quæcunq;.in fi.&
ibi hoc no.Bald.Flo.& communiter
Doc.de ſerui.urb.præd.& ideo licet
quilibet eorũ ante diuiſionem poſſet
trauſire per totũ fundũ,quia in qua-
libet pte habebat parte pro indiuiſo:
tamen poſt diuiſione nullus poterit.
facit l.in uendẽdo,de cõtrahen.emp.
& hoc eſt utile maxime inter fratres
diuidentes domũ per partes, ad quas
nõ poſsit haberi aditus,niſi per alias
partes. Pone exẽplum, Tres erant
fratres, & domum cõmunem habe-
bant,tria ſolaria habẽtem. uenerunt
ad eius diuiſionẽ, & cuilibet fratrum
aſsignatũ eſt uni ſolariũ. poſtea fra-
tres qui habebant ſolaria ſuperiora
uolebant ire per ſolarium inferius
alio fratre inuito : quæritur an poſ-
ſint:& an per ſolariũ inferius habeat
iter,ſeu aditum.Et uidetur ꝙ ſic,per
l.binas ædes. alias incipit, Caius. de
ſer.urba.præd.Dicas contrarium: ut
eſt caſus not.in dicto §.quæcunque.
ſecundũ Vbertum de Cremona, &
Bald.& Doctor.ibi. & hoc probatur
etiam ratione. Nã diuiſio ſimilis eſt
emptioni.l.j.C. communia utriuſq;
iud.ſed in uẽditione uel uia uel iter
non uenit, niſi expreſſe ſit dictũ.d.l.
in uendẽdo . Et ratio huius eſt, quia
in dubio res libera uendi uidetur, &
non cum aliqua ſeruitute.l.in tradẽ-
dis. §.interpoſitis.in fi.cõmunia præ
dio. *Et propterea ſi uendidi tibi 3
prædiũ meũ,ad quod iri nõ poterat,
niſi per aliud meũ prædiũ,non uide-
tur actum ut illud debeat tibi ſerui-
tutem, niſi expreſſe dictum fuerit.d.
§.interpoſitis.in fi.cum glo.ſecus eſt
in legato : quia in dubio uidetur res
legata, ut hæres poſsit tranſire ſicut
teſtator trãſibat,ut l.teſtatrix.in prin
cip.ſi ſer.uen.& ibi hoc tenet Doc.&
Bartol.& Doct.in d.l.binas ædes.&
Bart. in l.j.de ſeruit.lega.& eſt ratio,
quia in ultimis uolũtatibus interpre
tatio ſit latior & fauorabilior, quàm
in cõtractibus.l.in teſtamẽtis.de reg.
iur.c.cum dilecti. in fi.de do.& ideo
ſint cauti fratres in diuidendo,ut re-
ſeruent ſibi aditũ expſſe.eodẽ modo
debẽt eſſe cauti emptores.hĩc eſt cõ
muniter ꝙ notarij apponũt in inſtru
mẽtis emptionũ & ſim.unã clauſulã,
uidelicet,cũ acceſsionib.& egreſsib.
introitib.& exitibꝰ ſuis uſq; ad uias
publicas.& dicit Bar.& Doc.in d.l.bi
nas ædes.q clauſula hic importat,qa
licet nõ debeatur ſeruitꝰ ſibi ab alia
re mea,tamẽ ſi conſueuerã ire per il-
lam ad rem uenditam, uel fratres ſi-
militer ire cõſueuerant, alicuius em-
ptor uel frater ire poterit. quia iſte
poteſt dici acceſſus illius rei uẽditæ
uel diuiſæ.Cautius tamẽ eſſet expri-
mere in ſpecie,ꝙ iter ſeu actus debe-
tur per talem locum.quod no.in pra
ctica.& uide quæ dicam infrà de cu-
ria. *Sed reaſſumendo iſtam q.la- 4
tius in genere , & ut omnia cõplecti
poſsint , uidelicet an iter ſeu actus
debeatur:de qua uide plene per Bart.
in l.j.de ſer.leg.per Iaco.But. Bart.&
Bald.



Bald.& Doc.in dicta l.binas ædes.&
per Paul.de Caſt.in l.in tradendis. §.
interpoſitis.communia præd.& per
Bart.& Doct. in l.quod conclaue.de
dã. infe.in qua ſic concludas Quòd
aut ille à quo peto ſeruitute,mecum
nõ cõtraxit, nec quaſi: aut mecũ ue-
re cõtraxit,uel quaſi cõtraxit.Primo
caſu quando non cõtraxit, nec quaſi
mecũ:& tunc non habeo ius petẽdi
ab eo iſtum aditum.l.cum debere.de
ſeruit.urb.præd.& ratio eſſe poteſt,
quia regulariter res cuilibet libera
eſt,niſi ſeruitus conſtituta probetur.
l.qui luminibus.& ibi not.eod.tit.&
l.altius.& l.ædibus.C.de ſeruitu.Se-
cundo caſu, quãdo mecum uerè con
traxit,ſubdiſtingue:aut contraxit ſu
per uſufru.aut ſuper proprietate. Si
ſuper uſufru.dic quòd debetur iter,
ſeu aditus , dato ꝙ nihil dicatur : ut
eſt tex.in l.j. §.j.ſi uſusfru.pe.& pro-
batur in l.ſed ſi quis. §.proprietatis.
in fi.de uſufru.& ratio eſt quia ſine
aditu ad eum uſusfru.eſſet inutilis.&
eſt etiã text.qui ponit hanc rationẽ
in d.l.binas ædes.uerſi.non autem.&
uide de hoc omnino gl.in d. §.pro-
prietatis.ad fi.in uerbo,contineri.&
intellige ſiue debeatur uſusfr.ex cõ-
tractu inter uiuos.ſiue ex ultima uo-
luntate : quia reputatur eſſe modici
præiudicij:ex quo perpetuò non du
rat:ſecundum glo.in d.l.binas ædes.
Item intellige, quòd iſte aditus de-
beatur uſufructuario iure cuiuſdam
cõmoditatis,non ſeruitutis:quia ſer
uitus ſeruitutis eſſe nõ poteſt.l.j. §.
j.de uſufr.lega.& quod dictum eſt de
uſufruc.idem in quocũq; contractu
dicas,qui principaliter concernat u-
ſum rei. argu.l. ſed & addes. §.illud.
ff.loca.ſecundum glo. alias Flo.in d.
l.binas ædes.Si uero ſuper proprieta
te rei contractum eſt , puta uendidit
quis proprietatem rei : tunc non ue-
nit ſeruitus itineris, ſiue aditus, neq;
alia ſeruitus.l.in uendendo.de con-
trahen.emptio.& l.qui libertatis. §.
fina.de euictionibus. & l.uia conſti-
tui. §.quæcunq;.in fi.de ſeruitu.urb.
præd.& ita tenet glo.Barto.& Ang.
& Doct.in l.quod conclaue.de dam.
infe.& itellige, ſi ſine aditu res uẽdi
5 ta efficeretur inutilis. *Et eſt ratio
differentiæ inter uſumfr.& proprie-
tatem, quia uſusfru.eſt minoris præ-
iudicij , quia proprietas regulariter
nunquam finitur,ſed uſusfr.ſic l.cor-
ruptionem.C.de uſufr.cũ ſimi. Sed
hoc limita duobus modis. Primo,
quando eſſet ſeruitus tigni iniuncti
uel oneris ferendi.quia tunc cum ſuo
onere res uidetur eſſe uẽdita,uel ali-
ter alienata.d.l.quod conclauẽ.& d.
l.binas ædes.& l.j.de ſerui.lega.& ita
tenet Barto.& Flor.in dicta l.binas.
ſed Barto.& Angel.contrarium dixe
runt in d.l.conclaue.dicunt enim , ꝙ
in contractibus inter uiuos,ſi nõ in-
terponitur ſeruitus oneris ferendi,
non uenit per illa iura.& idem dixit
6 Angel.in d.l.binas ædes. *Vbi di-
cit , quòd ſi haberet duas domos uni
ca contignatione contectas , unam
uendit,alteram ſibi retinet,non po-
terit emptor inuito uenditore retinẽ
re tigna, quæ requieſcant in domo
uendita,niſi forma contractus aliter
ſe habeat. Vnde ipſe dicit, ſis cautus
tu emptor : quia ex hoc uidi iam mul
tas lites.& ſubdit, quòd hoc ꝓbatur
in l.quod conclaue.de damno infec.
ubi uidetur eſſe caſus,dum dicit,ſer-
uitutẽ oneris porticus ſeruandæ im-
poſitã uẽdidiſſe. quaſi uideatur à cõ
trario ſenſu, quod ſecus eſſet, ſi non
fuiſſet impoſita.Sed ego credo quòd
non bene dicant:quia in contrarium
eſt tex.in dicta l.binas ædes.cum ſe-
quen.cum gloſſ.ſuper uerbo,conceſ
ſerint,quæ exponit inter uiuos. nam
cum uẽditur domus , uidetur impo-
ſita ſeruitus , ut ſuſtineat onera per-

manentia, quæ ipſo actu tunc ſuſtinebit. & ita debet intelligi dicta l. quod conclaue. ſecundum Bartol. in l. j. de ſeruit. legat. & d. l. binas ædes. in fine. & talis ſeruitus dicitur habere cauſam continuam & permanentem: & propterea uidetur impoſita maxime ſi contrahentes hoc ſciebāt: ut dicit Barto. in dicta l. j. in princip. & dixi in præcedenti ſeruitute in fi. & iſtud teneas: ſed ſi haberet cauſam non continuam, ſicut eſt ſeruitus itineris ſeu actus: tunc ſecūdum omnes in contractibus inter uiuos non uidetur impoſita, niſi expreſſe actum ſit. l. in uendendo. de contrahen. emptio. & iſto modo intelligo quod dixi ſuprà, in uerſic. ſi uerò ſuper proprietate. Secundo limita, quando inſtrumētum uenditionis inuenitur cum illa clauſula, cū acceſsibus & introitib. &c. de qua ſupra dixi. Tertio etiam limitare potes in uia ad ſepulchrū. de qua dic ut l. ſiquis ſepulchrum. in princip. de religio. & not. Bart. in dicta l. j. in fini. Tertio caſu principali, quando quis mecum quaſi contrahit: puta hæreditatis adeundæ cum me legatario. l. apud Iulian. §. finali. quibus ex cauſ. in poſſ. ea. & tūc regulariter ſeruitus impoſita nō uidetur. dicta l. quòd conclaue. & dicam in ſequen. quæſtio. Sed an poſſit agi, ut imponatur? Dic aut fuit legatus uſusfructus, aut proprietas.

Primo caſu poteſt agi ut imponatur illa ſeruitus, ſi alias uſusfruct. eſſet inutilis. l. binas. uerſicu. non autem. præalleg. & l. j. & ij. ſi uſusfruc. pe. & l. damnas. §. j. & ibi Bartol. de uſufruc. lega. Secundo caſu, quando legatur proprietas[a]: & tunc aut quæris in a legatario debeat præſtari ſeruitus hæredi. & ſine dubio dicas quòd ſic. l. teſtatrix. in princip. ſi ſeruit. uendi. & l. ſi fundus ſub conditione[b]. §. qui fundum. de legatis j. & l. fin. de ſerui. ruſti. præd. Aut quæris an debeat præſtari ab hærede ipſi legatario, uel ab uno legatario alteri legatario. uide gloſſ. ordin. quæ hoc diſputat in l. iij. §. ſi loci. de adimen. leg. Sed quicquid dicat illa glo. Bart. in l. j. ante finem. de ſeruit. lega. dicit quòd credit, quòd debeat præſtari, per d. l. binas ædes. ubi dicitur, quòd non poteſt hæres in totum lumina obſcurare rei cuius proprietas eſt legata: eadem ratione iter debet præſtare: quia tā minus poſſet lumina obſcurare, quàm uti ſine itinere. l. j. §. j. ſi uſusfru. peta. & ita debet intelligi dicta l. binas ædes. quæ eſt clauis huius materiæ ſecundum Bartol. & bene. Sed circa prædicta quæritur eo caſu quo hæres tenetur præſtare aditum, an ſit ſeruitus conſtituta ipſo prædio legato, ita ut legatarius poſſit intentare confeſſoria contra quēquam impedientē, ſecūdum l. ſiquis diuturno. in fi. ſi ſerui. uendi. Et uidetur quòd ſic, per l. ſiquis patrem. §. finali. quemadmo. ſeruit. amit. Doctor. dicunt contrarium, quia ibi loquitur quando ſeruitus fuit expreſſe legata: hic non expreſſe, licet fingatur legata tacite: ut ſupra dixi, & ex tacito non tranſit ius ſeruitutis, ſicut nec tranſit dominium ipſo iure: ut eſt tex. cum glo. ſecundum Iacob. de Aret. & Docto. in l. emptor. §. fin. de rei uendi. & in l. ſeruum filij. §. fi. & quod ibi per Docto. de lega. j. ſolum ergo legatarius habet actionem perſonalem contra hæredem ex teſtamento, ut ſeruitutem cōſtituat: ut no. Barto. in d. l. binas. Vnde ſis cautus in agendo & faciendo, quòd cōſtituatur tibi ſeruitus, ſi uis quòd tranſeat in te ſingularem ſucceſſorē actiue & paſsiue. quod tene menti in practica. Cætera circa iſtam materiā uide infra, in itinere ſiue introitu.

Supereſt nunc ut quibuſdam nominat

a Propriet. *Proprietas propriè capitur pro dominio et ideo idē eſt dicere, cauſa proprietatis, ſicut cauſa dominij: & ideo in ſtatutis ſola poſſeſſio non uerificatur pro proprietate. not. Pa. in c. j. de cauſa poſſeſ. & propr. et quare fuit inuēta proprietas, no. xij. q. j. dilectiſsimus. ubi dicitur, propter iniquitatē ſcilicet negligētiæ, ſecundum glo. ibidem.*

b Cōdition. *Conditio ſecunda eſt in rebus quæ liberæ uel ſeruilis conditionis dicūtur. ff. & C. de ſer. per totū. Quo conditio concipitur? Reſpōde quod per, ſi: modus per, ut: cauſa uero per, quia. Conditio poſsidentis potior eſt, ubi par eſt cauſa turpitudinis. ff. de condi. ob turpem cauſam. l. ſi ob turpem. §. porro.*



minatis in iure, ſeruitutibus urbanis explicatis, de domo per me figurata loquamur, per quam reliquas ſeruitutes urbanas facile quiſque intelligere poterit, quicquid in fundo urbano fieri permittatur: & in quo ſeruitus & libertas cōſiſtat: ut autem hæc memoria aut cogitatione faciliora ſint, eas ex ipſius domus ordine declaremus.

## De ſolo ſeu area. CAP. XXXIX.

1 *Solo ſeu area domum quis ædificare poteſt, uel aliud ædificium altius conſtruere etiam uſq; ad cœlum.*
2 *Cōſuetudo uel ſtatutū ædificandi uſq; ad certā menſuram ædificatione ſimpliciter prohibere poteſt: & in multis etiam caſibus.*
3 *Aedificatio excellens nunquid ad uicini æmulationem fieri præſumatur.*
4 *Pactum circa ædificationem contrarium an ualeat.*
5 *Areæ uſumfructū dominus habēs nunquid ædificare poſſit.*
6 *Areā in comuni an quiſpiam ædificare poſſit.*
7 *Caſtella ſeu fortilicia nunquid in ſuo ſolo ædificare licitum ſit, & maxime in confinibus territorij.*
8 *Poſſeſſionem ſoli mei & ædificij in eo per alium facti an habeam.*
9 *Guerræ tempore ſi princeps locum meū fortificauerit, ut habiliter guerram faceret, finita guerra, ſi locum meum petam, princeps autem uelit ut expenſas reficiam, quid iuris.*

EX ordine nobis occurrit, ut primum de ſolo ſiue area quædā dicam.
1 *In ſolo ſiue area regulariter poteſt quis ædificare domū uel aliud ædificiū cōſtruere, & altius, ut ita dixerimus, uſq; ad cœlū: quia quicqd eſt ſupra ſolum, uſq; ad cœlum liberum eſſe debet, & eius cuius eſt ſolū: ut ꝓbatur in l. altius. & l. ædibus. C. de ſer. & l. fi. in prin. de ſer. tit. generali. & not. in l. qui luminibus. de ſer. urb. præd. quæ tamē lex prima in cōtrarium potius facere uidetur, ſecundum Albericum de Roſa. in dicta l. altius. in princ. & hoc etiam not. glo. xij. q. j. c. ij. in uer. hac. & hoc intelligo ſiue altius fuerit ædificatum, ſiue nunquam: puta quia erat area uacua: imo etiā ſi per mille annos area mea ſteterit iuxta palatium tuū non ædificata, tamen potero ædificare, nec me prohibere poteris: ut no. gl. in d. l. qui luminibus. in fi. & idē not. glo. Bald. in c. abbate. in prin. in uer. monachū. quę incipit, hoc modo. ex. de uerb. ſigni. & glo. Io. Theutonici in d. c. ij. xij. q. j. & Spec. in tit. de cauſa poſſeſ. & ꝓprie. in ult. col. uerſi. ſed pone. & uerſi. ſeq. & per Roffre. in libello, ne quid in loco publico fiat. & de conte. §. illud quęritur. Itē prędicta intellige, quòd quis poſsit ædificare in ſuo uel area, etiā ſi officiat luminibus uicini, niſi ei debeatur ſeruitus altius non tollēdi: ut probatur in d. l. altius. & d. l. ædibus. C. de ſeru. & l. cū eo. & l. pen. de ſeru. ruſt. præd. & in l. altius. ſi ſer. uēdi. & d. l. qui luminibus. etiam ſi uicinus eſſet minor uel pupillus: ut probatur no. in d. l. altius. ſi ſer. uendi. coniuncta glo. quæ dicit, quòd ibi erat ſeruitus conſtituta. Item intellige prędicta etiā ſi obſcurarent in totū lumina ſeu ædes uicini: ut d. l. cum eo. & ibi hoc no. Bal. Sed prædicta fallunt in quibuſdā caſibus, in quibus nō eſt licitum etiam
2 in ſuo altius ædificare, maxime obſcurando lumina uicini. *Et primo quando eſſet conſuetudo uel ſtatutum ædificandi uſq; ad certā menſuram: & ſic ſeruitus uidetur impoſita conſuetudine[a] uel ſtatuto. Nam tunc ædificando altius tollere non poteſt: caſus eſt cum gloſſ. quæ ponit de ſtatuto. Flor. in l. j. C. de ædificiis priua. & not. glo. & Docto. in l. qui

a Cōſuetud. *Conſuetudo eſt ius quoddā moribus inſtitutū: quod pro lege ſuſcipitur. c. cōſuetudo. j. diſt. & de hac hic loquor, nō de illa cōſuetudine large dicta, qua quis dicitur cōſuetus facere aliquid, quæ eſt quoddā ius priuatum non publicū, ut iſta de qua hic: ut l. de quibus. & l. cum de cōſuetudine. ff. de leg. Quis poteſt conſuetudinem introducere? Reſpōde, q. ille, qui poteſt facere legē quia a quo remouetur genus, et eius ſpecies. l. filius in fi. ff. de dona. et l. iuriſgen. §. ſi fraudādi. ff. de pac. in glo. ergo a contrario ſenſu conſuetudo eſt ſui iuris. inſtitu. de iur. naturali. §. conſtat ergo.*

 qui

qui luminibus.de ſerui.urban.præd.
& dixi ſupra de ſeruı.altius non tol-
lendı.quæſt.iij.& huiuſmodi ſtatu-
tum uel conſuetudo ligat etiam fo-
renſem, cuius eſt domus quæ nõ de-
bet altius tolli:ut ibi dixi in v.quæſt.

Secundo fallit, quãdo ſeruitus eſt
impoſita per pactum: ut l.inter ſerui
tutes.cum ſequen.de ſeruitu. urban.
prædiorum. de quo dic ut dixi ſuprà
de ſeruitute ne proſpectui officia-
tur.cum tribus ſequenti.uel quando
eſſet præſcripta huiuſmodi ſeruitus:
ut not.glo.in dicta l.qui luminibus.
de qua præſcriptione dixi plene, ſu-
pra decima & ultima quæſtione prin
cipali. Tertio fallit, quando unus
habet plures domos, & unus legat
uſumfructũ alteri. nam tunc non po
teſt heres alterã tollere uel obſcura-
re domum uſufructuariam in totum:
ſed ſaltem modicum lumen, quod
habitantibus ſufficiat, relinqui de-
bet. text. in l.ſi is qui binas. de uſu-
fruc.& text. cum gloſſ.in l.binas. de
ſeruit.urbanorum prædiorum.& di-
xi plene in fi. in ſeruitute præcedẽti.
in penul.quæſt. Quarto fallit,quã-
do ædes uicini habent lumen ex pu-
blico:quoniam tunc uicinus ædificã
do nocere non poſſet talibus lumi-
nibus:quia non licet uicino aliqd in
publico facere, quin liceat alteri pro
hibere.ff.nequid in loco pub. per to
tum, ſecũdum Rofre.in libello de cõ
feſſoria.poſt princi.in uerſi.ſed illud
quæritur. & hanc quæſtionẽ uidetur
ſentire gl.in l.fluminũ.§.fin.de dam.
infect.quæ incipit,niſi animo nocen
di.ibi reſpondeo, non uidetur offi-
cere, ſi lumen auferat, quin ex pri-
uato conſueuit habere. facit quod
notat Bartolus in l.j.§. ſicut autem.
de aqua pluuia arcend. Verum putat
Albericus de Roſate.in l.altius.C.de
ſeruitut. quando officiens lumini-
nibus laborat in publico:tunc enim
prohiberi poſſet, niſi eſſet conſue-
tudo, quòd poſſet etiam in publi-
co taliter laborare, ut ipſe not.in l.
de quibus. §. nunquid uidendum
ex qualibet.ff. de legibus. Si autem
in ſuo laboraret, tunc etiam ſi al-
tius ædificaret, officeret luminibus,
quæ haberent: ex publico prohibe-
ri non poſſet, ut dicta l.altius. cum
concordantiis ſupra allegatis. facit
quod dicam infrà in vj. quæſtione.

Quinto fallit, quando quis leua-
ret altius, animo nocendi uicino, &
ſibi nõ prodeſt, ut eſt tex.cũ gl.in l.j.
§.deniq;.el ij.de aqua plu.ar.quæ al
legat ad hoc xx.leges.& dicũt Doc.
cũ pati fluxum legum, ſicut dicimus
pati fluxum ſanguinis qui nimium
abundat. & idem notat gloſſ.in di-
cta l. fluminum. §. finali. quæ inci-
pit, niſi animo nocendi. de damno
infecto.uel quãdo tolleret altius ad
æmulationem uel deſpectum uici-
ni:uel quia uolebat uidere omnia ſe-
creta domus ſuæ.nam tunc non poſ-
ſet, ſecundum Petrum, Cyn.& Bald.
& Docto.in l.altius.C. de ſeruit.per
l.opus.ff.de operibus pu.licet cõtra-
rium teneat Alberic. de Roſa.in di-
cta l.altius. in fine: qui dicit, quòd
non obeſt dicta l.opus. quia loqui-
tur in ędificatione in publico.nos lo
quimur in ædificatione in ſuo. idem
quod Alberic.de Roſa.tenet Angel.
in dicta l.cum eo.de ſeruitut.urban.
prædiorum. & Flor.in l. Sabinus. in
ij.colum. communi diui. Sed Paul.
de Caſt.tenet primam opinionem in
dicta l.cũ eo.quando ædificans nul-
lam reciperet utilitatem: ſed facit ut
uicino tantum noceat.in dicta l.j.§.
j.de aqua plu. arcend.quæ loquitur,
quando ædificatur in priuato.Et nõ
obſtat reſponſio Ange.ad dictum §.
denique.quam dat in dicta l.cum eo.
qui dicit, quòd loquitur, quando
utilitas ex ſuo perueniebat de dire-
cto in



cto in meum, ut illam mihi auferre
non poſſes faciendo in tuo, niſi fa-
cias ut tibi proficias: ſed hoc lumen
non proueniebat mihi ex tuo, ſed ex
cœlo: quia iſta reſponſio facit de di-
recto in contrarium, ſecundum Pau.
de Caſt.in d.l.cum eo.quia ſi non ha
bebam iſtam utilitatem a te, uel de
tuo, minus mihi debes poſſe auferre.
arg.l.ſi arrogator.uerſi. ſed an impu
beri.ibi, qui hoc non iudicio eius.de
adop.Præterea hominem homini in
ſidiari nefas eſt.l.ueluti. de iuſti.& iu
re.nec mos eſt ei gerendus, qui facit
ſolum ut officiat.leg.in fundo.de rei
uendi.Ideo tenet ipſe Paul.de Caſtr.
primam partem tanquam humanio-
rem.& dicit quòd ita de facto reſpõ-
dit in ciuitate Paduæ: & idem ego
teneo quòd non: quia ſæpe accidit
de facto in uicinis inimicis. & adde
quod dixi infrà de feneſtra ſeu balco
3 no. *Sed eſt dubium, an præſuma-
tur facere ad æmulationem uicini:&
dicas quòd in dubio non præſumi-
tur.l.merito.ff. pro ſocio. & ita uult
glo.multum not.in d.l.fluminum. §.
fina.quæ incipit, niſi animo nocen-
di.in princi. quam Doct.ſequuntur.
Sed ſi facit ut noceat duntaxat uici-
no: tunc præſumitur facere ad æmu-
lationem.d.§.deniq;.& præſumitur
facere ut noceat, quando nullam ſen
tit utilitatem, ſecundum Paul.de Ca.
in d.l.altius.pro hoc allego text.in l.
& qui data opera.in prin.ibi, ſine lu-
cro hoc affectauit. ex quibus cauſis
maio. Idem forte poſſet dici, ſi eſſet
modica utilitas & magnum damnũ
uicini, & eſſent inimici.argumen.l.
ſpadonem. §. final.ibi, patrimonio.
de excuſatio.tutor. coniuncta l. j.§
quæſitum.uerſi.præterea.ibi, quia fa
cile mentiuntur. de quæſtionibus.
quod bene nota. Et adde, quando
quis ædificat animo nocendi, uel ad
æmulationem, datur contra eum a-
ctio de dolo: ut no.Innoc. in d.l.flu-
minum. §.final.& habetur in d.l.j.§.
deniq;.& in l.j.§.j.de dolo. Sexto
fallit, quia illud quod dicitur quem
poſſe ædificare, debet intelligi quan
do poſſet ædificare de iure commu-
ni: puta in domo uel area ſua. dicta l.
qui luminibus.cum gloſſ. cum ſimi-
li.ſuprà allegatis. ſecus ſi ex priuile-
gio ſpeciali uel generali alicui con-
cederetur à principe uel à ſuperiore
ut poſsit in loco publico ædificare:
quia intelligitur ſine damno alte-
rius:& ideo non poterit ædificare, ſi
obſcurat lumina uicini.tex.eſt nota.
in l.ij.§.merito.& §.ſiquis à princi-
pe.ff. ne quid in loco publico. & ibi
gloſſ.j. in princip.dum dicit, ſcilicet
generali conceſsione uel ſimplici. &
idem uult glo.j.in fin.in l.ij. de dam.
infec.& pro hoc l.nec auus. cum ibi
nota.de emancipat.liber.& c.quam-
uis.in fine.de reſcriptis.in vi.cum ſi-
mili.Et hoc etiam tenet Bald.in l.ma
nifeſte. circa finem.C. de ſeruitut.&
uide quod dixi ſuprà in quarta fallen
tia. quod nota. quia ſæpe in ciuita-
tibus conceditur, quòd quis poſsit
ædificare in loco publico. Septi-
mo fallit, quando quis ædificaret ſu-
per re communi ipſius laborantis,&
eius cuius luminibus officit: quia tũc
nõ poſsit. de quo dic ut habetur per
Albe.de Roſa.in d.l.altius. & dixi ſu
pra in vj. q. ne luminibus officiatur.
dic ut ibi, & non omittas, quia eſt
notab. Octauo fallit in l. final.§.
j. C.de ſeruitu.nam ſi area, in qua fru
ctus triturantur, & paleæ à fructi-
bus diſcernuntur, non poſſet habe-
re uentum, niſi ab una parte, ipſo iu
re prædio uicini ſeruitus impoſita eſ
ſe cenſetur, ne poſsit altius tollere,
& uentum impedire: ut eſt caſus ibi
mirabilis ſecundum Doctor. & no-
ta. gloſſ. j. & ibi Angel. in l. impe-
ratores. de ſeruitutibus urbanorum

prædiorum.& dixi ſuprà in ſeruitut.
altius nõ tollendi,in iiij. q.ſed iſtud
non eſt mirandum: quia iſtud fit fa-
uore agriculturæ, quo multa etiam
alia contra iuris regulam introducta
ſunt.l.ij.& ibi nota. C. de nundinis.
& in auten. agricultores. C. quæ res
pigno.oblig.poſ. & c.ij.de treuga &
pace.in l.j.in princi.de feriis. cum ſi-
mili. *Sed an ualeat pactum con- 4
trarium? uidetur quòd ſic, per text.
cum gloſſ.in l.ij.in princip. de ſerui-
tutib. ruſticorũ prædiorum.licet ui-
deatur contra publicam utilitatem,
ſecundum Paul. de Caſtro in d. l.fi-
nal.in fine. Nono fallit in prædiis
ruſticis propter utilitatem fructuũ:
ut eſt text.cum glo.ſecundum unum
intellectum,in d.l.fin. §. fina.de ſer-
uitutib.& ideo ſi haberem prædium
meum, in quo frumentum ſeminari
conſueuerat, & ab una tantum par-
te haberet ſolem, & non poſſes ibi
ædificare, & mihi ſolem pro fructi-
bus neceſſarium auferre: & iſtud eſt
fauore agriculturę,ut proxime dixi.
quod eſt notab. Decimo, & ulti-
mo fallit eadem ratione in ſcalis. nã
quis iuxta ſcalas ædificare non po-
teſt,ita quòd luminibus earum offi-
ciatur, licet ſeruitus conſtituta non
ſit. & ita reperio tenuiſſe Anton. de
But.in dicta l.finali. §. finali.facit ad
hoc quod nota.in l.j.ſolu. matrimo.
quæ omnia bene nota ſunt: & alibi
non bene declarata reperies.& adde
quæ dicam ſtatim in ſequen.rubrica.
*Nunquid autem habens uſumfru 5
ctum areæ poſsit ibi ędificare? Et ui-
detur quòd non, per l. uſufructua-
rius nouum Titium. §. j. de uſufru-
ctu.& per l.uſusfruc.uauium.eodem
titul.& in repeti. §.rei mutatione. &
§.ſi autem. quibus modis uſusfruct.
amitt. In contrarium uidetur text.in
l.penult.ff.de uſufruct. dic quòd re-
gulariter non poteſt, ut in primo al-
legatis.Sed fallit quando uellet ædi-
ficare pro conſeruatione fructuum,
& rerum quæ in eadem area ſunt. &
ita loquitur in d.l.penult. & ibi not.
& bene. Sed quid ſi alius ædificauit
in area,cuius uſusfru.alienus ſit? Dic
quòd ſublato ædificio reſtitui area
uſufructuario debet.text.eſt cum gl.
& ibi per Docto.maxime Flo. in l.ſi
area.de uſufr.Item quid ſi ædificauit
in area aliena, uel per alium poſſeſſa?
uide in l. ſi in area.de condi.inde. &
in l.Iul.alias incipit, ſi in area,uel a-
liena. ff. de rei uendi. *Item nun- 6
quid in area communi poſsis ædifica
re? Dic quòd ſocius te prohibẽdi ius
habet, quamuis ius ædificãdi habeas
a uicino conceſſum, cui ſeruitus de-
bebatur, nec domus communis al-
tius tolleretur: quoniam inuito ſo-
cio in re communi non habes ius æ-
dificandi.tex.eſt cum gloſſ.in l.ſed ſi
inter te & me. §.ſi in area.de ſeru.ur-
ban.præd.& adde quæ not.per gloſſ.
& Docto.in l.Sabinus. communi di-
ui. Si tamen quis ædificauit in area
communi ſocio non prohibente, æ-
dificium commune efficitur.l.ſi in a-
rea.C.de rei uedi.& ibi uide per Cy.
& Doct.ubi etiam ponunt,nunquid
expenſæ poſsint repeti. & adde quæ
dicam in ſeq.ſeruitut.de pariete ſiue
muro.Item adde,quòd ſi uicini areã
in commum emerint, ne luminibus
ſuis officeretur, & alteri tradita ſit,
nec præſtet alteri, quod conuenit,
pro ſocio actio dabitur.tex.in l.cum
duobus. §.idem Mela.uerſic.idemq;.
pro ſocio. *Caſtella autem & for- 7
tilicia nunquid ſit licitum in ſuo ſo-
lo ædificare,& maxime in cõfinibus
territorij? uide per gloſſ.Bart. & Do-
cto.in l.opera de operibus pu.& Bar
tol. in l. quæcunq..de fundis limito-
ſis.libr.xj.& per gloſſ.Angel.& Do-
cto.in l.xii.tab. ff. ad l.Iul. maieſta.
Et prædicta omnia procedunt, quan
do



do quis ædificat in ſuo ſolo de ſua
materia. Si autẽ ædificaret in ſuo de
aliena materia, uel in alieno de ſua
materia:unde quæ habetur in l.adeo.
§.cũ in ſuo ſolo,& §.ex diuerſo. &
§.Titius horreũ. de acqui.re.domi.
& inſt.de rerũ diui. §. cum in ſuo.&
§.ſequen.& C. de rei uendi.l. ij. ubi
habetur, quòd ædificium cedit ſolo.
Quod procedit etiam ſi ædificaretur
unum caſtellum uel fortilicium in ſo
lo meo: quia dominium efficeretur
meum:ut not.Spec.in titu.de religio
ſis domi.uer. ſi quid petatur ciuitas.
& uide Innoc.in c.Piſanis. de reſtitu.
ſpolia. & hoc etiam tenuit Paul. de
8 Caſtro in l. ij. *Sed de poſſeſsio-
ne, nunquid habeam poſſeſsionem
ſoli mei & ædificij in eo per alium fa
cti,uide per gloſſ.& omnes Doctor.
9 in dicta l.ij. *Item pone,princeps
tempore guerræ fortificauit locum
meum,ut habiliter faceret guerram,
& poſuit ibi gentes ſuas, quod po-
tuit me inuito. C.de naui.non excu-
ſat.libr.xi. & l.fin. §.fin.de pigno.a-
ctio. Poſtea finita guerra peto lo-
cum meum ſic fortificatum:princeps
petit ut habeam reficere expenſas in
eo factas:quæritur quid iuris. Dicũt
quidam, quòd reddere non debeo:
& ſic lucro meo cedit illud fortili-
cium:quia princeps non mihi nego-
cium geſsit,niſi tanquam uni de po-
pulo, ſed ſibi & regno ſuo: & ideo
non teneor niſi tanquam unus de po
pulo ad conferendum in ſumptum,
non autem tanquam priuatus ad to-
tam expenſam.argum.l.ij. §.item La
beo in ratione literæ. ne quid in lo-
co publico. & facit hæc l. dum dicit
quòd debet fieri publicis expenſis:
ut de negot.geſt.l.ex duobus.ſecun-
dum Baldum, qui ita dicit notab. in
l.ſi in aliqua.in princ.de offi. procon
ſu.& adde quod no.Ange.in l.turres.
C.de operis pub.

## De pariete ſeu muro. CAP. XI.

1 *Paries,murus,& maceries, quid ſint,
& in quo differant.*
2 *Lex ſi.ſini.regun. an habeat locum nõ
ſolum quando ædificatur iuxta fundũ
uicini ruſticum,ſed etiam urbanum.*
3 *Vicinus ſi habeat ſtillicidiũ domus ſo
lũ meum,puta per duos pedes, & ego
murum in ſolo meo ædificare uelim:an
à uicini muro per unum pedem remo-
tus ſtare debeam,an uero à loco in quo
uicini ſtillicidium caſitat.*
4 *Paries ligneus intermedi⁹ ubi eſſet,an
ædificari poſsit, et affigẽdo ipſũ i uia i
ſuo,in cõfinib⁹ nullo ſpatio dimiſſo,ad
ſimil.uoletis ſepe et macerie cõſtruere.*
5 *Spatiũ quod relinquitur intermediũ,
an relinquetis,uel utriuſq; eſſe debeat.*
6 *Vicinus in muro ſuo an oſtiũ facere poſ
ſit, p quod ad ſolũ meũ uenire ualeat.*
7 *Murum uel domum iuxta domum ui-
cini ædificans, cuius ſtillicidium in me
dio caſitat, an ſolum incruſtare tenea
tur,& aquã extra ducere,ita ꝙ mur⁹
uicini,nõ materia creſcat,ne danũ pro
pt aquæ receptione i dicto loco patiat.*
8 *Murus uel domus uicini iuxta aream
meam uel hortum ſi reperiatur,an ſo-
lo ſuo dimiſiſſe præſumatur.*
9 *Domus duæ uel duo muri ſi reperian-
tur, & in medio reperiatur ſolum di-
miſſum per pedem unum aut duos uel
plures, & non appareat quis ædifican
do dimiſerit,nec quis primo ædificaue-
rit,an in dubio comune eſſe debeat.*
10 *Aedificauerit ſi quiſpiam ſuper pariete
te alieno,quid iuris.*
11 *Mur⁹ cõmunis qs dicat,et quot modis.*
12 *Res pro diuiſo duobus modis capitur.*
13 *Murus an ſit communis inter uicinos,
uel proprius unius tantum,qualiter co
gnoſcatur.*
14 *Murarus & aliis in arte peritus cre-
dendum eſt.*
15 *Annuli ferrei lapidibus infixi,in qui-
bus equi alligantur,ad ciuitatis orna-
tum ſunt.*

In

16 *Inſignia uel arma in muro ſculpta qd probent.*

17 *Tigna habens cum aliquibus ſignis in muro, qui eſt inter ipſum & uicinum: an præſumatur habere ius ſeruitutis uel communionis.*

18 *Tigna alia uel ſigna ſi in principio uel in ſine muri fuerint ab una parte tatũ, an eo caſu, quo per illa ſigna murus cõmunis uel ſeruitus cenſeretur, intelligatur eſſe murus communis in totum, uel ſeruitus in toto muro impoſita: an uero in parte illa, in qua ſigna ſunt.*

19 *Muro in communi an ſocius ædificare ualeat.*

20 *Aedificium ſuper pariete cedit parieti inferiori.*

21 *Parieti cõmuni licet per tantum ex ſociis ſeruitus imponi non poßit, bene tamen ipſi domui imponi poterit.*

22 *Socius an murum communem cooperire poßit.*

23 *Socius in muro communi an tignum immittere ualeat.*

24 *Socius an communem parietem poßit imponere, uel reſtituere, uel reſicere.*

25 *Socius in muro cõmuni an poßit facere feneſtram, uel factam claudere.*

26 *Murũ communem quando quis altius tollere uelit, uel in eo aliquid fabricare, cuius expenſis hoc facere debeat.*

27 *Socius ſi primo ſuper muro cõmuni ædificauerit, ipſum altius ſuis expẽſis tollẽdo: alius poſtea ſocius ſuper dicto muro uult iterum reædificare, uel in eo aliquid fabricare, uel immittere: an teneatur ſoluere dimidiã illi⁹ muri primo eleuati per aliũ ſociũ ſuis ſumptibus.*

28 *Actio negociorum geſtorum quo caſu competat.*

29 *Aedificans in ſolo alieno ſicut alterius, ſumptus nõ repetit, ſi ſcienter ædificauerit, ita etiam ſcienter muro communi ſuperædificans.*

30 *Conſuetudo in ædificiis faciendis attendenda eſt.*

31 *Socius ſi non uult altius murum communem tollere, niſi pro una parte tantũ: & murus ita eleuatus longior ſit, cuius ſumptibus id facere teneatur.*

32 *Murus altius eleuatus ſi reperiatur, nec appareat quis ædificauerit, & cuius expenſis, quid iuris.*

33 *Vicini duo ſi areas cõtiguas, uel hortos cõtiguos habeant, & pariete in medio propter clauſurã fecerint, alter tamen uicinus ex latere ſuo ſuper cõmuni pariete ædificare uelit, quo ædificio facto area uel hortũ cõuicini deterior fiat: ſed tamẽ ab uno latere aer, ſol, & uetus liberi ad areã uicini remanet, quid iuris.*

34 *Paries qui in medio eſt, an communis remaneat, ſi ex duabus domibus una uendatur.*

PARIES ſiue murus * ide ſignifi 1
cãt: text. eſt in l. quæ ad iur. perti-
net. de uerborũ ſignifica. murus [a] di-
citur cũ calce ſiue cæmento: ut no. i-
bi gl. & in l. fi. in fi. in uer. murũ. ff. fi.
regũ. Sed maceries dicitur murus de
lapidibus ſine cæmento, ut no. gloſſ.
in d. l. quæ ad iuris. & in l. ſi preca-
rio. uer. in tuo. commu. prædi. & in
l. æde ſacra. §. j. de contrahent. em-
ptio. qui murus in uillis fieri con-
ſueuit, & ideo dicebat Laurentius
gloſſator contra Ioan. quando mi-
nus recte fundabat dicta ſua, quod i-
pſe ligabat arenã ſine cæmẽto: ut di-
cit gl. lxxxvj. diſtin. facietis. in princi
pio. Si quis murũ iuxta regionẽ alte-
rius ædificare uoluerit, pedem dere-
linquat: ſi autẽ domum, duos pedes.
tex. eſt in l. fi. quę incipit, ſi quis ſepẽ.
finiũ regũ. quæ fuit lex Græca Solo-
nis, & in Latinũ per Caiũ interpreta
ta: ut dicitur in gl. j. & capitur ibi re-
gio, pro cõfinio duorũ prædiorũ: ut
l. pro regione. & ibi gl. finiũ regun.
& probatur in l. inter eas. eodẽ titu.
* Sed nunquid illa l. fin. habeat lo- 2
cum non ſolum quãdo ædificatur iu
xta fundũ uicini ruſticũ, ſed etiã ur-
banũ? Et uidetur quod ſolũ locũ ha-
beat

*a Murus. Adde Corn. ij. uol. conſi. ccxxxvj. & murus ciuitatis dicitur res ſacra. d. cõſi. & murus ſeu paries inter binas ædes, an & quãdo pro diuiſo uel indiuiſo cõmunis inter uicinos dicatur, in j. uo. cõſi. clxxxiij. incip. licet.*



beat, quando ædificatur iuxta ruſti-
cum: quia illa l. fina. quæ eſt poſita in
titu. finium regun. habet locum in ru
ſticis, non in urbanis. l. iiij. §. hoc iu-
dicio. eo. ti. & hoc uidetur ſentire gl.
in d. l. fi. in uer. domũ. dum dicit, iu-
xta agrũ alterius, qui ager eſt locus [a]
ruſticus. l. ager. in princ. de uerborum
ſignifica. & l. fundi appellatione. eo.
ti. & ide uult gl. j. in prin. apertius in
l. mœniana. C. de ędificiis priuatis. &
hoc tenet Flor. in d. l. finali. qui dicit,
iſte eſt uerior intellectus ad illam le-
gem. Ego autem teneo contrarium,
uidelicet quod habeat locũ, quando
quis ædificauerit iuxta urbanum fun
dum uicini: per tex. iuncta gl. in l. pri
ma. C. de interdictis. & textum cũ gl.
in l. quidam Hiberus. in princ. in uer.
ad parietem. ibi, uel dic. id eſt, minus
proprie. de ſerui. urba. prædiorum. &
eſt tex. cũ gl. in l. qui bona. §. ſi quis
iuſtam. de damno infec. & gl. in l. de
pupillo. §. ſextus. in uerſi. quoties. eo
dem titul. & idem tenet Azo in ſum-
ma C. de ædifi. priua. qui dicit quod
l. mœniana. loqtur in mœnianis ſiue
ſolariis. & d. l. fi. finium regun. habet
locum in certis ædificationibus uel
cõſtructionibus. & probo per iſtam
rationem. nam eſſet ualde abſurdum,
quod l. mœniana. C. de ædificiis pri-
uatis. prouideret de ſolariis quæ fue
rint in domo, ut patet in ædem ædifi
cãtibus. & l. fi. ſolum prouideret, quã
do murus fieret iuxta fundum ruſti-
cum, & non prouideret quando fie-
ret iuxta fundum urbanum, quod ma
gis cõmune contingit, magisq; ne-
ceſſarium eſt. facit l. nã ad ea. cum ſi.
non obſtat, quod d. l. final. ſit poſita
in tit. finium regun. quia eſt lex noua
Græca edita: ut ibi dicitur in prima
gloſſ. & loquitur etiam de fundo ru-
ſtico: puta de ſepe, macerie, fouea,
& de fructibus, & de aliis, & de li-
gnis, quæ communiter in fundo ru-
ſtico fieri ſolet: & ſic facit ad tit. nec
eſt inconueniens, etiam ſi interſerun
tur duo alij caſus, qui non faciunt ad
tit. iuxta no. in prima conſtitu. C. §.
quibus. in l. imperatores. de in diem
addic. nam ſatis eſt, quod pro maiori
parte faciat ad tit. arg. l. quæritur her
maphroditum. de ſta. hominum. Vn
de concludo, quod d. l. fin. fini. regũ.
habet locum etiam, quãdo quis uult
ædificare domum iuxta domum uici
ni, & ſic fundum urbanum: & ita ob-
ſeruatur, & iudicari debet. & adde
omnino quæ dicam infra de mœ-
3 nianis. * Sed pulchra eſt dubi-
tatio: Quid ſi uicinus habet ſtilli-
cidium domus ſolum meum, puta
per duos pedes. & ego uolo ædi-
ficare murum in ſolo meo: an de-
beam ſtare remotus per unum pe-
dem à muro uicini: an uero à loco in
quo ſtillicidium uicini caſitat? uide
quod plene dixi ſuprà de ſeruitute
ſtillicidij auertendi. in viij. quæſtio-
4 ne. * Quid autem ſi eſſet paries li-
gneus? teneo quod poſsit ædificare
etiam affigendo ipſum in uia in ſuo,
in confinibus nullo ſpatio dimiſſo,
ad ſimilitudinem uolentis ſepem &
maceriem conſtruere. per text. in di-
cta l. fin. in principio. fini. regun. quę
dicit, ſi quis ſæpem uel maceriem ef-
foderit iuxta regionem alterius, ter-
minum ſuum non excedat. & credo
quod ratio huius ſit, quia dicta l. fi-
na. uult quod ſpatiũ dimittatur pro-
pter ſpatium quod poſſet deuenire
uicino propter ædificationẽ uel plã-
tationem, ut ibi. & nota. in l. prima.
C. de interdic. & ideo cum per ſepe,
aut maceriem, uel domum ligneam,
non multum fodiatur, & ſic nullum
damnum poſsit eſſe uicino, merito
ſufficit quod terminum ſuum non
5 excedat: ut ibi. * Sed uidi dubitari,
cuius debeat eſſe ſpatiũ, quod relin-
quitur: an relinquentis, uel utriuſq;:
&

*a Ager eſt lo. Vtrũ qualibet petia terræ appellatur ager uel locus, uide Alex. iu. uol. cõſil. lxxiv. in iij. col. §. fortificãtur prædicta.*

& puto quòd ſit relinquetis, ſi prius ſuum erat: quia pro hoc non debet perdere ſuum. ſatis eſt, quòd conſulatur uicino, ne damnum patiatur: non tamen debet conſequi lucrum: argumen. l. ex aſſe. ibi, ſufficit autem. ad Trebellia. & probatur etiam hoc in dicta l. final. in fin. ibi, ab extranea regione. & dicit contrarium, maxime quando fit fouea, & plantatur oliua, uel ſeps, aut alia ligna, eſſet iniquum, nec etiam obſeruatur, ut illud ſolum efficiatur uicini. * Sed 6
nunquid uicinus poterit in muro ſuo facere oſtium, per quod poſsit uenire ad illud ſolum? iſtam quæſtionem habui de facto Veronæ, & in ea ſic concludo: Aut ille uicinus habebat domum ſuam ſiue ſtillicidium contra dictum ſolum: & pro illa parte erat ſuum, iuxta l. fi. §. fi. de ſeruitu. urbanorum prædiorum. cum ibi nota. per Flor. & tunc ſine dubio poterit facere, ut ſaltem uenire poſsit ad illud ſolum ſuum. Aut non erat ſolū ſuum, ſed debebat ſeruitutem ſtillicidij recipiendi: & idem ut poſſit portam facere, cauſa ueniendi ad illud pro ſuo tantum ſtillicidio: quia qui habet ſeruitutem, intelligitur etiam habere aditum pro ea conſeruanda. argumento. l. primæ. §. primo. ſi uſuſfructus petatur. & ita uidi obſeruari. Aut uicinus non habebat ſtillicidium ſupra: & teneo quòd portam facere non poſsit: quia non poteſt ad illud ſolum uenire, quod eſt alienum: nec debet ſeruitutem, domino nolente. & habetur in l. diuus. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. * Item nunquid 7
ædificans murum uel domum iuxta domum uicini cuius ſtillicidium in medio caſitat, teneatur incruſtare ſolum, & aquam extra ducere, ita quòd murus uicini, non madeſcat, nec damnum patiatur propter receptionem aquæ in dicto loco? Et teneo quòd ſic, per text. in l. ſi fiſtulas. in fin. princip. ibi, aſsiduum humorem habeat, & noceat uicino. de ſeruitutib. urbanorum prædiorum & per textum. in l. fiſtulas. ſi ſeruitus uendi. hoc optime probatur: & ita iudicari uidi. * Nunquid autem in 8
dubio, ſi reperiatur murus uel domus uicini. iuxta areā meam uel hortum, præſumatur dimiſiſſe ſolo ſuo? iuxta dict. l. finalē. fini. regund. Credo quòd ſit dicendum, ſi aliud non appareat ex inſtrumento emptionis fundi mei uel uicini. aut ille qui ædificauit, poſsidet tantum de ſolo prope dictum murum, uel domum uerſus uicinum: & tunc præſumitur illud dimiſiſſe: quia alias illud poſsidere non poſſet: argument. l. merito. pro ſo. Aut non poſsidet ipſe, ſed uicinus: & tūc preſumitur contrarium: quia ſi reliquiſſet ædificans, ueriſimiliter ipſe poſsideret, ex quo erat ſuum, ut ſtatim dixi. * Sed ſi repe 9
riantur duæ domus, uel duo muri, in medio reperiatur ſolum dimiſſum per pedem aut duos uel plures, & nō appareat quis dimiſerit ædificando, nec quis primo ædificauerit: teneo quòd in dubio debet eſſe commune. argumen. l. pro regione. de acquirendo rerum dominio. & l. inter eos. eodem titulo. Et ideo cautus debet eſſe ille, qui primo ædificauit, ſi dimiſit ſpatium ſoli ſui, ut affigat in muro ſuo lapidem ſe extendentem ultra murum tantum, quantum eſt ſpatium ſoli quod dimiſit: & ita alias uidi ſolum dimiſſum inter domos, & quemlibet uicinum habere lapidem in domo ſua ſe tantum protendentem, quantum eſt ſolum quod dimiſit. quæ omnia perpetuo tene menti: quia ſunt quotidiana, & per Doctor. non tanguntur. * Dictum eſt 10
hactenus de ædificante parietem ſeu





murum proprium. ſed quid ſi quis ædificauerit ſuper pariete alieno? Dic breuiter, ſi ſuprà parietem tuum uicinus tuus ædificauerit, proprium eius id quod ædificauit fieri Labeo & Sabinus aiunt: ſed Proculus tuum ſuum proprium fieri: quemadmodum fieret tuum, quod in ſolo alius ædificaſſet: quod ſecundum Pomponium uerum eſt, ut ſcribitur in l. ſi ſupra tuum. de acquirendo rerum dominio. & idem probatur in l. ſecunda. in principio. C. de rei uendi. & ibi de hoc plene per Cyn. & Doctor. unde ea quæ dicuntur in ædificante in ſolo alieno, in l. adeo. §. ex diuerſo. ff. eodem titulo. & in §. ex diuerſo. inſtitut. de rerum diuiſio. cum ſimilibus, procedunt etiam in ædificante ſuper pariete, ſiue muro alieno. quod facit ad multa. & prædicta intellige, niſi quis ſupra alienū ædificiū ædificaret iure ſeruitutis: alias enim ſupra alienū ædificium ſuperius habere nemo poteſt in hoc, quod dictum eſt in principio. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum: & cuius ædificium eſt ſuperius, iure ſeruitutis poteſt quantum uult ſupra ſuum aliud ædificium imponere, dummodo inferiora ędificia grauiori ſeruitute non onerentur, quàm pati deberent. ut dicit textus. in l. cuius ædificium. & ibi nota. eodem titulo. De pariete ſiue muro proprio ſatis diximus: nunc de communi uideamus. *Et primo, &
11 principaliter, quis dicatur murus communis. Dic communis dicitur duobus modis: uno pro indiuiſo, alio pro diuiſo. Paries communis pro indiuiſo eſt quandoque ex ſocietate expreſſa. l. cum duobus. §. idem Mela. ff. pro ſocio. Quandoque ex ſocietate incidenti, & tacita a: uerbi gratia, tu imponis tignum in parietem ultra dimidiam muri, & etiam impono: & tu uteris quantum tibi expedit, ego etiam utor: ex hoc contrahitur quædam tacita ſocietas: ut l. in communis parietis. de damno infecto. & l. ut ſit pro ſocio actio. & l. quarta. in principio. pro ſocio. & ſic re tacite contrahitur ſocietas: ut ibi. & ſentit gloſſa in l. ſi ædes communes. circa finem. communi diuidun. Paries uero ſiue murus communis pro indiuiſo dicitur, quando murus eſt inter te & me, & nil per te & me immiſſum eſt: & ſi eſt immiſſum, miſſum non perforat parietem ultra dimidiam, quæ eſt pro parte tua. nam tunc ille paries eſt communis pro indiuiſo. argumento l. arbor. in principio. communi diuidun. & l. pro ſocio. & l. binas ædes. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. & l. pro regione. de acquirendo rerum domin. & de iſto pariete loquitur lex, parietes. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. iſta ſunt uerba nota. Bartol. in l. damni infecti. §. cum parietem. in ſecunda columna. de damno infect. & adde omnino quod nota. Anton. in l. hoc quod dictum. §.
12 ſi ex tribus. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. * Et adde, quòd pro diuiſo accipitur res duobus modis: uno modo, quòd nulla pars ſit, in qua ſit communis, licet termini non ſint poſiti. l. inter eos. de acquirendo rerum dominio. Alio modo poteſt accipi pro indiuiſo, hoc eſt terminate, & uſque ad talem lapidem uel foueam: ut eſt textus in leg. ſi quis fundum. ſecundum unam lecturam gloſſæ. de acquirenda poſſeſsion. ſecundum Bartolum, qui ita notauit in ſuo tractatu, de inſula, in ultima figura, in principio. & adde, quia dixi, quòd res poteſt eſſe communis pro diuiſo, ſecundum Bartolum in dicto §. cum

a Societ. inci denti & taci. *Adde Cornei. 1. uolumine, cō ſil. clxxxi. & ſocietas eſt contractus qui ſolo coſēſu cōtrahitur. in iii. uo. coſi. ccli. Et ſocietas per act⁹ ſociales unius tatū nō intelligitur cōtracta. in iii. uo conſ. cxci. Et ſocietas talis tacite cōtrahit, qualē actus ſociales demōſtrat. d. cōſi. cxcvi. Et i re cōmuni an ædificari poſsit inito ſocio, i v. uo. cōſi. xc. et Alex. in v. uol. conſil. xviii. in ſe. col. per totum.*

parietem . & ita uult etiam gloſſa,
in hoc quod dictum. §. ſi ex tribus.
in uer. paries.in fi.princi. ſuprà alle-
gat. Nam dicit Ang. ibi quòd eſt mi-
randum de huiuſmodi forma loquē-
di, quia nihil diuiſum poteſt eſſe cō-
mune:ſed dici poteſt quòd ita repu-
tatur:quia ex quo termini non ſunt.
dicta l.inter eos . uere tamen non eſt
communis,per rationem Ang. *Se 13
cundo principaliter eſt uidendum,
qualiter cognoſcatur an murus ſit
cōmunis inter uicinos , uel proprius
unius tantum. & dicas quòd ex pluri
bus cognoſcitur. Primo expoſitio-
ne tignorum , ut dixi in præcedenti
quæſtione. Item per feneſtras perfo-
rantes totum murum. Nam tunc iudi
care debemus eſſe totus illius à cuius
parte eſt illa feneſtra, ſiue balconus.
quia regulariter non potuiſſet fieri
in muro alieno, nec etiam in commu
ni:ut nota.in l. quidam Hiberus . de
ſeruitu.urbanor.prædiorum. & dicā
etiam infrà de feneſtra ſiue de balco-
no, quod niſi uicinus ſimiliter à late
re ſuo haberet alias feneſtras pene-
trantes ab alia parte: quia tunc dicere
tur eſſe communis pro indiuiſo : ſi-
cut dixi ſecundum Bart. ſupra, de im
poſitione tignorum.& probatur per
gl.in l.ſi ædes.communi diui.& faci-
liter intelligi poterit, ex qua parte in
cipiat eſſe dicta feneſtra, reſpiciendo
arcum ſiue uoltū eius & lateres quæ
ſuper eis apponuntur, & etiam uete-
res.& ita alias iudicare uidi. *Item 14
etiam intelligi poterit per peritos in
arte[a], puta murarios, quibus erit cre
dendum.ut in aut.de non alie. §.quod
autem dictum eſt.ſecunda col.& no.
glo.in §. præterea per alluuionem.
inſtit.de rerū diui.& habetur in l.j.in
princip.de uentre inſpi. Item cogno
ſcitur etiam per feneſtellas, quæ fiūt
ſæpenumero per magiſtros ab utra-
que parte muri , quæ non penetrant

*a Perit.in ar. Ars ſiue exercitium corporale extrīſecū, utrū ſit licitū. Reſpō de quod ſic, ſi hæc cōcurrant. Primū recta itētio. nā cui⁹ finis bonus eſt, id eſt intētio, ipſū quoq; bonū eſt in his, quæ de ſe nō ſunt mala. finis ergo ultim⁹ qui debet haberi eſt deus. 1. Corint. x. Omnia quæcunq; facitis, aut ī uerbo, aut ī opere. etc. Itē ad Ep. IIII. Operetur manibus ſuis, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti.*

totum murum. nam illæ feneſtræ fiūt
ſolum ad ſignificandum cuius ſit mu
rus , & quomodo . & non per aliud.
& ideo per ſignum cognoſcitur ſi-
gnatum. l.j. §. ſi intelligatur. de ędil.
edic. & l. ſtigmata. ibi per Bartol.&
de fabriciis. lib. xi. & per Bald. in au-
ten. dos data. C. de dona. ante nupt.
& dixi plene in dicto §. ſi intelliga-
tur. Si enim illę feneſtrę ſunt ab utra-
que parte ultra medietatem muri a la
tere cuiuſq; , iudicabitur murus com
munis pro indiuiſo: ſed uſq; ad dimi
diam muri pro diuiſo . Sed ſi ſunt ab
una tantum parte, & perforantur ul-
tra dimidiam uel in totum, & alia ſi-
gna in contrarium non appareant,
iudicabitur eſſe illius , à cuius parte
eſt illa feneſtra, per ea quæ dicta ſunt
ſuprà. Vnde ſis cautus, ut quando fa
cis ædificare murum à parte tua , fa-
cias fieri illas feneſtras penetrantes
uſq; ad medietatem muri. Si uero fa-
cias ædificare domum communem,
ſemper fieri facias feneſtellas pene-
trantes uſq; ad dimidiam muri, & cō
muniter ſeruatur maxime in ciuitate
Veronæ. Item cognoſci poterit ex ca
minio ſiue cappa aut tuba Item ex ne
ceſſario , & eius onera diſtinguen-
do , ut ſuprà . Aut eſt in medio muri
uel citrà : & tunc præſumetur murus
communis . Aut ultra medium , uel
in totum: puta quia camera neceſſa-
rij eſt ultra murum à latere uicini:
& tunc præſumitur eſſe in totum il-
lius, cuius eſt neceſſarium , ſiue eius
camera, niſi aliud in contrarium ap-
pareat: puta quia uicinus haberet ti-
gna uel alia ſigna in illo muro . Et
eſt ratio : quia caminus & neceſſa-
rium non poſſunt fieri regulariter
in alieno ſiue communi : ut nota.
Angelus , in dicta l. quidam Hibe-
rus . de ſeruitutibus urbanorum
prædiorum. & dicam infra de cami-
no & neceſſario. Item cognoſci po-
terit,



terit, ſi in pariete ſiue muro conſtru
ctum erit ſeclarium, aquarolum, uel
canale, fiſtulę, balneū, puteus, ciſter-
na, fons, lauellus, quę ſunt & fieri ſo
lent in ſubmuris , ſecundum exigen
tiam & opportunitatem locorū, di-
ſtinguendo ut ſuprà , de quibus caſi-
bus ſpecialiter tractabimus. Item co
gnoſci poterit , ſi ab utroque latere
muri, uel ab uno tantum ſunt annuli
ferrei lapidibus infixi. in quibus an-
nulis equi ligari ſolent: & iſti annuli
appellantur ſigilla. tex. cum glo. in l.
cętera. §. hoc ſenatus. in fi. de leg. j.
15 uer. ſigilla. & ibi Ange. *Dicit no.
quod tales annuli fiunt ad ornatum
ciuitatis, & ideo de eis non poſsit ca
pi tenuta per extractionem : & de i-
ſtis annulis ſeu ſigillis fit mētio per
tex. & Flor. in l. æquiſsimum. §. ſed
ſi ædium. de uſufruct. ubi dicitur,
quòd uſufructuarius nō poteſt iſtos
annulos de domo in qua habet u-
ſumfructum euellere. Item cogno-
ſci poterit , ſi lapides in muro ſunt.
in quibus ſuſtētantur aliquando ui-
tes, ſeu pergula uineæ: ſicut in uiri-
dariis ſæpe reperiuntur. Item per
lampades ferreas, quæ luminaria di
cuntur : & in palatio tantum nobi-
lium & dominorum, aut potentium
ponuntur , in quibus lumen de pice
fieri ſolet. Item per cornua ferrea, 17
in lapidibus domorum fixa , in qui-
bus uiſcella apponi cōſueuerunt, ſi-
cut ſunt cōmuniter Bononiæ. Item
per lapides perforatos, uel per que-
dam alia inſtrumenta ferrea , ſu-
per quibus perticæ ponuntur pro
extendendis ad ſolem ueſtibus uel
linteaminibus. Item per candelabra
16 quæ in muris dominorum & nobi-
lium fieri ſolent. * Item per inſi-
gnia[a] in muro ſculpta , uel depicta,
quæ uulgariter arma appellantur:
quia per talia inſignia communiter
probatur rem eſſe illius , cuius ſunt

inſignia: ut l. qui libertatem. §. final.
& ibi Barto. & l. final. ff. de ope. pub.
& habetur plene per Bartol. in ſuo
tractatu , de inſigniis & armis. Item
per inſcriptionem in muro factam,
dum dicitur, quoniam hoc opus fe-
cit fieri talis, &c. ut probatur in l. qui
libertatem. §. finali. & l. fina. de ope.
pub. Et generaliter per alia ſigna in
muro poſita cognoſci poterit, & p-
bari, an murus ſit proprius uel com
munis. nam cum non ſit licitū quic-
quam in alieno immittere, l. quem-
admodum. §. ſi protectum. ad l. A-
quil. & l. qui uitem. §. ſi ad ianuam.
quod ui aut clam. nec in communi,
niſi ad uſum deſtinatum l. Sabinus.
communi diui. & l. ſi ædes. eodem
tit. & l. quidam Hiberus. de ſerui. ur
banor. prædio. ſequitur , quòd ſi re-
periatur aliquid, oportet dicere il-
lum murum aut eſſe meum in to-
tum: aut eſſe communem pro indi-
uiſo : uel me habere ius ſeruitutis,
per ea quæ dicta ſunt. & prædicta o-
mnia intellige non ſolum , quando
dicta ſigna reperiuntur in muro in-
fixa , ſed etiam ſi eſſent extracta , &
foramina remanſiſſent nondum clau
ſa ſeu obſcurata , per ea quæ haben-
tur per text. gloſſ. & Docto. in l. hæc
autem iura. de ſer. urbano. prædior.
17 *Sed nunquid in dubio habens ſi
gna per aliquem de prædictis ſignis
in muro, qui eſt inter ipſum & uici-
num , præſumatur habere iure ſer-
uitutis uel communionis? In hoc ſic
concluderem : Aut conſtat, quod pa
ries fuit per uicinum ædificatus in
ſuo: & ſic fuit à principio uicini: Aut
hoc non conſtat. Primo caſu , aut
ille uicinus habuit pretium per ti-
gnorum impoſitionem : & tunc ex
qualitate pretii poterit cognoſci an
conceſſerit iure ſeruitutis uel com-
munionis: quia per communionem
ſoluetur maius pretium: puta ſecun-

*a Inſignia. Vtrum poſſit quis ſibi aſſumere inſignia? Reſp. Pa. in c. dilecta. de exc. pla. cōiter tenetur quod ſic. et arma ſicut & nomē aſſumitur ad placitū, ut agnoſcat ab alio. inſt. de le. §. ſiquis in nomine. & l. ad recognoſcēdos. C. de ingenu. et manu. & utrū quis poſſit aſſumere inſignia dignitatis? Reſpō. quod non, ſcilicet, non habet illa dignitate, alias eſt falſarius l. eos. et quod ibi no. ff. de falſa. facit c. j. de cleri. non or. mu.*

dum cõditionem & ualorem muri: ſed pro ſeruitute ſoluetur quantum poteſt intereſſe uicini: & hoc per gl. not. in l. j. §. q ſuperficie. ſuper uerb. agendo. de ſuperfici. & per gl. in l. in obſcuris. & in l. ſemper in ſtipulatu. de regul. iur. & per Barto. & Doƈto. in l. j. C. de iure emphy. facit l. quot. ibi, ex quantitate pecuniæ. ad Treb. & l. j. de rebus dubiis. & in cap. tertio. §. donare. in titu. qualiter olim feuda poſ. ali. Aut uicinus nullũ habuit pretium pro dicta impoſitione tignorum: & tunc teneo quòd illa impoſitio tignorum præſumatur potius iure ſeruitutis, quàm communionis, ubi aliud nõ appareret: quia patientia uicini potius uidetur inducere ſeruitututem. argum. l. quot. la prima. §. primo. de ſeruit. Et quia ſi præſumeretur communio, eſſet donatio dimidiæ, quæ in dubio nõ præſumitur. l. filiusfamil. ff. de dona. & l. cõtra iur. §. fin. ff. de pact. cum ſi. Nam quando poſſumus capere aliã coniecturam, quàm donationis, illa capienda eſt. l. cum aurum. de ſolut. & l. campanis. de ope. lib. Secundo caſu principali, quando non conſtat, quòd paries à principio fuerit uicini, imo neſcitur ſi à principio fuerit communis, uel non: puta quia tigna ſunt hinc inde poſita, & eiuſdẽ uetuſtatis ſiue temporis. & tunc in dubio præſumo, quòd quis uideatur potius poſuiſſe tigna iure proprio, quàm ſeruitutis, etiam ſi plura ſunt ab una parte quàm ab alia: quia ſeruitus in dubio præſumitur, niſi probetur impoſita. argum. l. altius. & l. in ædibus. & quod ibi not. C. de ſerui. iuncta l. quæcunque. de pub.

18 *Quid autẽ, ſi ſunt alia tigna uel ſigna ab una parte tantum, in principio uel in fine muri? an eo caſu, quo per illa ſigna cenſeretur communis murus, uel ſeruitus impoſita, intelligatur eſſe murus communis in totum, uel ſeruitus in toto muro impoſita? an uero tantũ in parte illa, in qua ſunt ſigna? Iſtã queſtionẽ habui de facto, & ſic dicebam: Aut ille murus fuit factus diuerſis temporibus uel per longitudinem uel per altitudinem, licet una pars in qua ſunt tigna uno tẽpore, alia pars alio: aut uno & eodem tempore. Primo caſu, quando diuerſis temporibus: & tunc quantum ad ſeruitutem, dico quòd pro illa tantum parte, in qua ſunt tigna, præſumitur ſeruitus impoſita, & non alia. argu. l. ſi ſeruus. §. futuro. à contrario ſenſu. de ſeru. ur. pre. imò ſi eſſet paſſus quòd ĩponerentur aliqua tigna, puta tria, alia non poſſet imponere. ut eſt caſus in l. ſi cum meus. in princip. ſi ſeru. uendi. & dixi plene ſuprà, de ſeru. tigni immittendi. in v. quæſti. Nec obſtat dicta l. ſi ſeruus. in princi. ibi dicitur, quòd ſeruitus ne luminibus officiatur, ſimpliciter impoſita intelligatur, tam de præſentibus quàm de futuris: quia ibi eſt negatiua, quæ in totum negat: ut dixi ſuprà de ſerui. lumi. circa principium. Nos uerò loquimur in affirmatiua, quæ non extenditur ultra id, in quo cõceſſa eſt ſimpliciter, uel ſpecialiter. Sed quantum ad communionem, taliter concludo: Aut enim ille murus eſt factus diuerſo tempore per longitudinem: & tunc idem teneo quod dixi de ſeruitute: quia alius murus eſt. Aut murus ille eſt factus diuerſo tẽpore, & in altitudinem diuerſo tempore eleuatur: & tunc aut ille murus erat communis pro diuiſo, & eleuatus eſt pro ſua tantum parte. & idẽ, quia alia res eſt, iuxta nota. per Bartolum in l. dãni. §. cum pariete. de damn. infect. Aut eſt communis pro indiuiſo, & eleuatus eſt: & tunc teneo quòd in totũ efficiatur communis, ratio quia quando ædificatur ſuper muro pro indiuiſo, & ſuperædificatum, efficitur commune: ut notat Bart. in l. quidam Hiberus. de ſeruitu. urban. prædior. & Angel. in l. inter quos. in ij. col. de damno infect. & dicam in ſeq. q. & hoc caſu non habebit dubium. Secundo caſu principali, quando totus murus eſt ædificatus uno & eodem tempore. & eſt unus tantum: & tunc in dubio cenſetur ſeruitus impoſita, quid iuris ſit. uide quæ plene dixi ſuprà de ſeruit. tigni immittendi. in v. q. Sed ubi iudicaretur communis, præſumam eſſe cõmunionem in totũ. arg. eius quod dicitur, Qui aure hominis tetigit, totum hominem tetigiſſe uidetur. in l. uulgaris. in princ. de furtis. quæ eſt canonizata. xxxij. quæſtione ſecunda. uulgaris. & not. gloſſ. in uerſic. eas. in fin. in l. reſtituta. in princip. ad Trebel. facit l. iij. in principio. de acquiren. poſſeſſio. & quod not. per Innocen. in cap. cum dilectus. extrà, de capel. mon. quod

19 nota, quia quotidianum. *Tertio principaliter eſt uidendum, an ſocius poſſit in muro communi ædificare. Et primo uideamus, an poſſit ipſum altius tollere: & in hoc diſtingue: Aut murus eſt cõmunis pro indiuiſo, aut pro diuiſo: puta q̃a unuſquiſque uicinorum uerſus ſe intelligitur habere medietatem parietis ſui pro diuiſo, iuxta ea quæ dixi ſuprà de pariete ſiue muro proprio & alieno. Primo caſu, quando paries eſt communis pro diuiſo: & tunc q̃a non eſt proprie cõmunio, ut ibi dixi, quatenus ſe protendit illa dimidia uerſus unum, ille poterit altius tollere, & ædificia ſuperimponere, & tigna immittere: iſte eſt caſus in l. hoc quod dictum. §. ex tribus. ſecundum unum intellectum. gloſſ. ibi; in uer. paries. in princip. de ſeruit. urban. prædior. & eſt ratio, quia tunc non dicitur releuare murum communem, ſed propriũ, nec ſuper communi ædificare, ſed ſuper proprio tantum, quod nemini eſt prohibitũ. l. altius. & l. in ædibus. C. de ſerui. cũ ſim. & ita tenet Angel. in dicto §. ex tribus. quod dicit eſſe ualde quotidianum: & hoc intelligit uerum, ubi paries eſt ita groſſus, quòd unuſquiſque uicinorum ædificare poterit ſuper ſua dimidia, non tangendo aliam partem. Sed ſi paries eſſet ita ſubtilis, quòd iſtud eſſet impoſſibile, ſcilicet ædificare ſuper dimidia nõ tangendo aliam partem: quia eſt paries lignaminis, quo utuntur Bonon. & Paduani: ſed de Paduanis hodie non eſt uerum, quia omnes ſunt parietibus affixi. uel ſi eſſet paries certorũ laterum cum gypſo quo utũtur Tuſci. & dicit Angel. quod non uidit, quòd ibi poſſit eſſe iſta communio ꝑ diuiſo. de qua loquitur dictus §. ex tribus. tum quia partes huiuſmodi non poſſunt ad oculum demonſtrari propter ſubtilitatem parietis, tum etiam quia partes conſiderate per ſe unicuique uicinorum eſſent inutiles. Secundo caſu principali, quando paries eſt cõmunis pro indiuiſo. & hoc ſubdiſtinguitur: Aut unus ſocius uult altius tollere murum communem inuito altero uicino, aut inuito altero cui ſeruitus altius non tollendi debetur. Primo caſu, aut quis altius tollit murum, & ſuper eo ædificat, & quòd ſuperædificatum ſit ſuum proprium eſſe non poteſt. caſus eſt in l. quidam Hiberus. de ſeruit. urban. prędio. ibi, neq; parietem quidem ſuum pati pariete communem. ſecundum unam expoſitionem glo. quæ exponit per parietem communem, id eſt, ſuper parietem communem. & ibi hoc notant Ang. Bart. & Doct. & Ang. in l. inter quos.

quos.in iij.col.in princi.de de dam.
infect.& probatur hoc in l.ſi inter te
& me.§.ſi.de ſeru.ur.prædi.& pro-
batur aperte in l.ſuper tuum.de ac-
qui.re.do.& in l.ij.in princ.& l.ſi in
area.C.de rei uend. *Vbi habetur
quod ædificium ſuper pariete cedit
parieti inferiori: ut ſ.dixi uer.dictũ
eſt hactenus. Aut qs uult altius tol-
lere murum comunem, & ſuper eo
ædificare, ita quod ſuperædificatum
ſit commune, ſicut prima pars muri
inferioris eſt communis: & tũc po-
teſt: ut eſt caſus in l.hoc quod dictũ.
§.ſi ex tribus. ſecundũ unam lec.gl.
de ſer.ur.præ.& ita tenuit Bart. An-
ge.& Flo. in d.l.quidã Hiberus.alle
gant no.in l.parietis.& l.inter quos.
in princ.de dam.infect.& not. in l.ſi
ſupra tuum.& in l.ij.& in d.l.ſi in a-
rea. quod intelligo, quando paries
inferior poteſt ſuſtinere ſuperædifi
catum: alias non.ar.l.cuius ædificiũ.
de ſer.ur.præd.Item intelligo, quan
do nõ noceret ſocio, nec ſua inter-
eſſet: ut probatur in d.l.quidam Hi-
berus. §.pariete.& in l.fiſtulas.ĩ pri.
& §.j.& ij.& ſi.eo.tit.quæ leges ita
intelligi debent, ut no.gl.ij. in prin.
in l. Sabinus.communi diui.ſecus ſi
noceret domino, nec ſua intereſſet.
caſus eſt in d.l.Sabinus.in princip.&
in l.pariete.de ſer.urb.prædior.quæ
ita debet intelligi: ut no.gl.ij. in pri.
& in l.ſi ut proponis.C.de ædifi.pri-
ua.& iſta eſt ueritas. & ita ſeruatur
in practica. Secũdo caſu, quando
quis uult ædificare altius commu-
nem murum, inuito alio, cui ſerui-
tus altius non tollendi debetur. Et
in hoc dic: Aut ſeruitus fuit impoſi-
ta per utrunque ſocium, & altius tol
li non poteſt.l.j.de ſeru.urb.prędio.
Aut per unum tantum impoſita fuit:
& tunc aut fuit impoſita parieti tan-
tum: & tunc ipſe imponens non po-
terit altius tollere, ſed alius ſic: quia
habetur ſeruitus pro non impoſita.
l.per fundum.ubi caſus.de ſerui.ur.
prædio. Aut ſeruitus fuit impoſita
domui per dominũ domus, in qua
erat murus communis inter ipſum
20 & alium tertium uicinũ.& tunc ſer-
uitus habetur pro impoſita etiam pa
riete communi per unum dominũ
tantum ſocium in muro, ſed domi-
nũ inſolidũ domus: ut eſt caſus ual-
de no. in d.l.hoc quod.d.§.ſi ex tri-
bus.ſecundum Angel.ibi, qui dicit
no. *Quod licet parieti communi 21
non poſsit per unum tantum ex ſo-
ciis ſeruitus imponi, per d.l.qui fun
dum. tamẽ uni non imponitur ſpe-
cialiter parieti, ſed domui: & unus
paries dictæ domus eſt communis
cum alio, tunc erit impoſita ſerui-
tus illi & parieti: & iſte eſt caſus in
d.§.ſi ex tribus.Nec eſt mirum ſecũ
dum eũ, quia cũ uniuerſitate tranſit,
& fit illud quod alias fieri uel tranſi-
re non poſſet.per l.in modicis. de
contrahen.empt.& hoc caſu talis im
poſitio ſeruitutis non nocebit alteri
ſocio, quin poſsit altius tollere. ca-
ſus eſt mirabilis in d.§.ex tribus.Et
ſi dicatur, ſi eſt impoſita ſeruitus, er-
go contra ſeruitutem ædificari non
poteſt, per ea quæ habentur in d.l.
per fundum.Reſpõdeo, quod illud
procederet, quando eſſet ſeruitus
ſpecialiter impoſita parieti, ualet im
poſitio: ſed hic non fuit ſpecialiter
impoſita parieti, ſed principaliter
domui proprie, & per quandam con
ſequentiam ipſi parieti. Vnde talis
impoſitio ſeruitutis facta non prin-
cipaliter, ſed in conſequentiam non
nocet ſocio, qui non cõſentit.& iſte
eſt caſus re mirabilis in dicto §.ſi ex
tribus. quem perpetuo tene menti:
quia per ipſum declaratur l.ſi unus
ex ſociis. de ſerui.urbanorum præ-
diorum.& l.an unus. ſi ſerui.uendi-
cet.& d.l.per fundum.& l. ſecunda.
C.de



C.de ſerui. ſecundum Angel.in d.l.
hoc quod dictum.§. ſi ex tribus.de
22 ſeruitu.urbanorum præ. * Secun-
do, nũquid ſocius poſsit cooperire
murum communem? Et dicas bre-
uiter, quod ſic, ſi nõ facit damnum[a]
uicino: per l.fiſtulas.& l.quidã Hi-
berus.§.pariete. cum ibi no.de ſer.
ur.prædior.cum ſimilibus.& per ea
quæ dixi in præcedenti quæſtione.
23 *Tertio, nunquid poſsit tignum
immittere? uide text.& gloſſ.& ibi
Doct.in l.ſi communes ædes.com
muni diuidun.& plene per Ange.in
d.l.quidam Hiberus.in iij.col.uerſi.
uerißimiliter reſtat uidere.& in l.in-
ter quos.de dam. infect.& quod ſu-
prà dixi plene de ſerui.tigni immit-
tendi.in v.q.& uide omnino quæ di
24 cam ĩ.de tigno iniuncto. * Quar-
to, an poſsit imponere, uel reſtitue-
re, uel reficere communem pariete-
tem? uide l.de pariete.cum ibi not.
de ſeruitut.urbanor. prædior.& d.l.
ſi ædes communes.communi diui.
& in d.l.Sabinus.eod.tit.& per Cy.
& Doct.in l.ſi ut proponis.C.de æ-
difi. priua.& per Angel.in d.l. inter
quos.& dicam infra, de refectione.
25 * Quinto, an poſsit facere fene-
ſtram in muro communi uel clau-
dere? uide Doct.in l.quidam Hibe-
rus.& Ange.in d.l.inter quos.& di-
cam plene infra, de feneſtra ſiue bal
cono, & de ſimilibus quæſtionibus
contingentibus murum communẽ.
uide Ange. in d.l.inter quos. & in l.
quidam Hiberus.& dicam infra di-
26 uerſis rubricis. * Sed eſt dubium,
quando quis altius uult tollere mu-
rum communem, uel in eo aliquid
fabricare, cuius expenſis debeat hoc
facere.uide per Cy.& Doct.in d.l.ſi
ut proponis.& qđ dicã infra, de re-
27 fectione, ubi hoc examinabo. *Sed
pone: unus ſocius ædificauit primo
ſuper muro communi, ipſum altius
tollendo ſuis expenſis.alius poſtea
ſocius uult iterum reædificare ſu-
per dicto muro, uel in eo aliquid fa
bricare, uel immittere, an teneatur
ſoluere dimidiam illius muri pri-
mo eleuati per alium ſocium ſuis
ſumptibus. Iſtam quæſtionẽ ſæpius
uidi de facto, & in ea ſic alias conclu
debam: aut murus erat communis
pro diuiſo, aut pro indiuiſo. Primo
caſu non poteſt repetere ſumptus:
quia laborauit in ſuo, ſicut dixi ſ.in
ix.q.princ.circa princip.& tunc ceſ-
ſaret iſta quæſt. quia alius debet al-
tius tollere aliam ſuam dimidiã tan
tum, ut ibi dixi. Si uero ſuper utraq;
parte ædificauit: & tunc aut paries
erat ita groſſus, quod ſuper ſua tan-
tum parte potuiſſet ædificare. & tũc
ædificando ſuper, & ſic etiam ſuper
parte ſocii diuiſa, diceretur ædificaſ
ſe in alieno: & per conſequens non
poſſet ſumptus repetere, iuxta l. ad-
eo.§.ex diuerſo.de acquirendo re-
rum dominio. cum ſimilibus. Aut
paries non erat ita groſsus, quod ſu
per dimidiam tantũ potuiſſet ædifi-
cari: & tunc dic ut ſtatim dicam, quã
do murus eſt communis pro indiui
ſo.& tunc ſubdiſtingue: Aut ille qui
prius ædificauit altius tollendo, fa-
cit illud quod erat neceſſariũ in do-
mo uel muro: puta reficiendo ſicut
pri⁹ erat.& teneo, quod ſic: & quod
poſsit etiam ſocius cogi ad confe-
rendam expenſam pro dimidia, &
nõ expectare quod ipſe uelit altius
tollere.iuxta no.per Cyn.& Docto.
in dicta l.ſi ut proponis.C.de ædifi.
priua. & dicam infra de refectione.
Aut non fecit illud quod erat neceſ
ſarium utrique, ſed ſolum pro ſua
utilitate: qa in eo muro per ipſum e-
leuato impoſuit tigna à latere ſuo,
& ſuperædificauit ſolarium uel do-
mum. & tunc ſubdiſtingue: Aut fe-
cit mala fide, quia forte non potuit

a Damnũ. *Et qui cauſam dãni dat, dãnũ dediſſe uidet. uide Cor. in iv.uol.conſi. lxxxviii.incip. quamuis.& in iiij.uolu.conſil. lxxxiij.& cõſ. cclxxxij.*

hoc facere, niſi faciendo ſcienter
damnum alteri ſocio : iuxta ea quæ
dixi ſuprà in tertia quæſtione prin-
cipali huius ſeruitutis. uerſicu. quod
intelligo quando paries commu-
nis. Vel nō fecit tanquā in re com-
muni, ſed tanquam in re propria,
ſciens tamen rem eſſe communem.
& tunc non recuperat expenſas. per
text. in l. ſi is qui. ibi caſus de hoc. C.
de ædific. priuatis. & argumento l.
adeo. §. ex diuerſo. de acquirendo
rerum dominio. & §. ex diuerſo.
inſtitu. de rerum diuiſio. & l. ſi quis
putat. §. primo. communi diuidun.
Aut ſit bona fide, quam in dubio
præſumo, l. penul. cum ibi not. C. de
euic. & tunc aut uult repetere ſum-
ptus antequam ſocius ſuperædifica-
uerit, uel ſuperædificare uelit, uel
aliquid in eo immittere. & tunc aut
alter ſocius proteſtatus eſt, quod
non uult aliquid ſoluere, & quod
non eleuet. & tunc nullo modo te-
nebitur ad ſumptus pro dimidia. ar.
l. final. C. de negot. geſt. & l. ſi pro
parte. mādati. & ibi dicitur, *Quod 28
etiam actio utilis nego. geſt. com-
petit. Aut alter ſocius prohibuit, nec
proteſtatus eſt. & tūc etiam teneo,
quod ſumptus repetere non poſsit
actione pro ſocio, neq; act. neg. ge.
ex quo opus non erat neceſſarium,
neque murus ad hoc deſtinatus. nā
ſi murus erat communis pro indi-
uiſo, antequam per aliquem altius
tolleretur: & unus poſtea ſociorum
ſuperædificauerit, illud ſuperædifi-
catum commune efficitur eo mo-
do quo prius erat murus commu-
nis : quia cedit ſuperædificatum mu
ro inferiori primo: ſicut ædificatum
in ſolo alterius cedit illi ſolo. per l.
ſi ſupra tuum. de acquir. re. do. & l.
ſecund. & l. ſi in area. C. de rei uen.
& l. ſi is. C. de ædifi. priuat. cum ſimi-
libus. *Vnde ſicut ædificas in ſolo 29

alterius, ſumptus non repetit, ſi ſci-
enter ædificauit: ut not. in dicta l. ab
eo. §. ex diuerſo. cum ſimi. ita etiam
ſuperædificans muro communi ſci-
enter, facit ſuperædificatum com-
mune: nec ſibi ſumptus refici debet:
quia idem iuris eſt de toto quo ad
totum, quod de parte quo ad par-
tem: & eſt contra l. quæ de tota. de
rei uend. Aut ille qui primo ædifi-
cauit, uult repetere ſumptus pro di-
midia, poſtquam alius ſocius uult i-
terum ſuperædificare, uel in eo mu
ro prius eleuato tigna imponere:
& iſtud uidetur habere maius du-
bium. Nam uidetur, quod non poſ-
ſit ſumptus repetere: quia ſi per pri-
mam eleuationem murus erat effe-
ctus communis : nec ſocius teneba-
tur aliquid conferre pro ſumptibus:
ergo uidetur, quod ſi uult ſocius al-
tius tollere iterum, uel in eo prius
eleuato tigna imponere, quod poſ-
ſit, nec cogatur referre ſumptus pro
dimidia : quia ſocius poteſt in mu-
ro communi tigna imponere, & ſi
per murum ſuſtineri poſsint. leg. ſi
ædes. communi diuid. & l. in com-
munis. & l. ædibus. de damno infec.
& not. Angel. in l. inter quos. in pri.
ultimæ col. eodem titulo. Et quan-
do iſte ſuus uicinus iterum ſuper-
ædificauerit, non poterit repetere
ſumptus ſuos pro dimidia à priua-
to ſuperædificante: nec ſi primus uo
luerit tertio ſuperædificare, uel ti-
gna imponere ſuper muro ſecun-
do loco leuato, cogetur reficere
ſumptus ſecundo ſuperædificanti: &
ſic res in æqualitate procedit. Vero-
næ tamē uidi ſeruari cōtrarium, ui-
delicet quod ſi ſocius uult aliquid
in muro leuato per alium ſocium:
uel ſi uult iterum altius tollere, co-
gitur ſoluere expēſas pro dimidia,
quæ fuerūt factæ per alium ſocium,
qui prius ſuperædificauit. *Item 30
alias



alias uidi atteſtationes quamplluri-
morum magiſtrorum parietum: qui
ſuper hoc interrogati ita de conſue
tudine [a] obſeruari conſtituerunt: &
ita cōſuetudo poteſt fundari in hoc:
quia quando iſte uicinus uult impo
nere tigna in muro altius per ſociū
eleuato, uel ipſum iterum altius tol-
lere: tunc dicit negotium ſuum eſſe
geſtum utiliter : ideo fortè tenebi-
tur act. neg. geſt. argu. l. ex duobus
fratribus. à contrario ſenſu. de ne-
got. geſt. & l. ſi pupilli. in principio.
cum ibi notatis per gloſſam & Do-
ctores eodem titulo. l. litis. in princ.
& ibi not. de neg. geſt. Item ſi nō eſ-
ſet utilis, ſufficit quod ſit utile nūc,
ut prædicta conſuetudo procederet
de iure ſine dubio, ſi de facto ſoluiſ-
ſet ille, qui ſecundo altius eleuauit
pro medietate muri prius per alium
ſuperędificati. pone exemplum, Mu
rus primo erat cōmunis factus com
munibus expēſis per aliquot pedes.
Titius ſocius eleuauit ipſum ſuis
expenſis. deinde Seius alius ſocius
dum uellet ſuperædificare, ſoluit di-
midiam ſumptuum muri prius per
Titiū eleuati. poſtremo Titius uult
iterum ad tertium murum altius tol
lere. certe hoc caſu ſine dubio coge
tur ſoluere dimidiam expenſarum
per Seium factarum in eleuando, ex
quo uoluit ut Seius etiam ſibi ſol-
ueret, quando ipſe Titius etiam al-
tius eleuauit, ut ſeruetur inter eos
æqualitas. & ideo dici poteſt, Pate-
re legem, quam tu ipſe tuleris. in ca
pitulo, cum omnes. de conſtitut. &
quod quiſque iuris in alium ſtatue-
rit, ipſe eodem iure utatur. ut in to-
to titul. ff. quod quiſque iuris. & in
31 dicto capi. cum omnes. *Sed po-
ſito pro cōſtanti, quod de iure, con-
ſuetudine, uel ſtatuto uolens ſecun
dum murum communem altius tol
lere, teneatur prius ſatiſfacere pro

ſumptibus alteri ſocio, qui prius ſu-
perædificauit : quid ſi nō uult altius
tollere murum, niſi pro una tantum
parte, & murus eleuatus eſt lōgior?
In hac quæſt. ſic diſtinguo: Aut ille
murus eleuatus altius eſt unus, aut
plures. Primo caſu, quando eſt u-
nus murus tantū, uidetur quod non
teneatur ſoluere, niſi pro ea rata mu
ri pro qua ipſe ædificauit: quia idem
iuris eſt de toto quo ad totum, &c.
l. quæ de tota. de rei uendicat. cum
ſimilibus. Vnde ſi ſuper toto altius
leuato ædificauerit, deberet ſol-
uere dimidiam expenſarum totius
muri : ita quando ſuperædificauit
in parte ipſius muri, uidetur quod
pro illa tātum parte ſoluere debeat.
& pro hoc facit optime l. ſecūda. §.
ſepulchrum. & §. Celſus autem ait.
de religio. & ſump. func. & inſti. de
rerum diui. §. inſula. ibi, pro modo
latitudinis cuiuſque fundi. & ibi per
gloſſ. & per text. in l. inſula. in princ.
de acquir. re. do. In contrarium ui-
detur, quod imo teneatur ſoluere
pro dimidia totius muri. quia qui
partem muri tetigit, totum murum
tetigiſſe uidetur. argu. l. uulgaris. in
princip. de furtis. & xxxij. quæſtion.
ij. uulgaris. cum ibi not. per gloſſ. &
l. iij. in principio. cum ibi notatis. de
acquirenda poſſeſſione. & per not.
per gloſſam in l. reſtituta. in princi-
pio, in uerbo earum. uerſiculo, ſed
nunquid. ad Trebellian. & per no-
tata per Innocentium & Doctor. in
capitul. cum dilectus. de capell. mo-
na. & dixi ſupra in ij. q. princi. huius
ſeruit. in ſi. pro iſta parte ſint iudica-
tum. Secūdo caſu, quādo erāt duo
uel plures muri contigui tantum: &
tūc tenendū eſt, quod ædificādo ſup
uno de dictis eleuatis, non cogetur
ſine dubio ſoluere, niſi pro dimidia
illius tantū muri, ſup quo ædificatū
eſt: q̃a ſeparatim debent eſſe effecti.

a Conſuet. *Quo interrūpi tur cōſuetudo? reſp. Pa. in c. ſi. de cōſue. quod ſi eſt cōpleta et perfecta, requi ritur tēpus x. an. Et ſic intel ligit Io. An. ibi de: alias nō fra gitur et per plu res alios cōtra rios actus. Si uero non eſt cō pleta. ſufficit unus actus con trari⁹, ita q de nouo oportet q incipiatur. ar gum. l. ubi duo. ff. de reg. iu. ubi habet locū con ſue. Reſpo. q in illis locis ubi ui guit: ut no. Pa. in c. cū olim. de cōſue. Et iō no cet cōtra priui legia generalis ſtudij i loco ubi uiguit, ſed nō in alio loco. de quibus in aut. habi. C. ne fi. pro pa. Et ui de Cor. ſ. uolu. cōſi. lxxxix. et conſi. ccxx.*

l.Papin.exuli.in princip.de mino.l.
maritus. C.de donatio.inter uirum
& uxorē.cū ſi.Et ita etiam ſuper hoc
iudicare uidi, & recte. quæ omnia
perpetuo tene menti, quia ſunt uti-
lia. *Sed quid ſi reperitur murus 32
altius eleuatus, nec apparet quis æ-
dificauerit,& cuius expenſis? Et dic,
ſi murus eleuatus diuerſo tempore
uni termino ſeruit: quia in eo ſuum
ſtillicidium uel ſolarium: & uicinus
qui eſt à latere, in eo nihil immiſsū
habet: dicendum eſt quod præſumi-
tur in dubio per illum & eius expen
ſis, qui habet in eo tectum uel ſola-
rium. & ita uidi in quæſt.facti teſtes
in arte architecturæ peritos depone
re: quibus eſt credendum.l.j.in pri.
de uen.inſpi.& not. gloſſ.in §.præ-
terea alluuionem. inſtitu.de rerum.
diui.cum ſim.& hoc etiam uult Bar.
in l.cum ſeruus.de uerbo. oblig.ubi
dicit, quando reperitur aliquod o-
pus in dubio,præſumitur factum ab
eo & eius expēſis,ad quem hoc ſpe-
ctat.allegat l.fina.C.de alimen.pub.
Præterea ibi dicit eſſe caſum not.&
idem tenet Barto.in l.nomina. arbi.
tu.& Baldus in l.finali. §.in compu-
tatione.C.de iure delibe.& in l.pri-
ma.uerſic.pen.C.de uſufruct.& lit.
expen. & in l.id quod pauperibus.
in fine. de epiſcop.& cleri.in rubri-
ca de fide inſtrument. in xviij. col.
uerſic. ſequitur uidere de ſcriptura.
& per Imolam & Canoniſtas in c.j.
in iij.col.extrà, ut eccle.benefi.& p
Docto.in d.l.cum ſeruus.Idem etiā,
quādo quis eſſet in poſſeſsione mu
ri: quia in dubio iudicabitur, quòd
ſit factum per eum uel eius autores,
& ſuis expenſis. ut dicit not.Bartol.
in d.l.cum ſeruus. per dictam l.fina.
in reſtituenda.C.de petitio.hæredi.
per illum tex.qui non facit pro An-
gel. quia ibi non poſsidebatur il-
lud pro quo erat expēſum, ſicut hic.

*Occurrit mihi circa prædicta a- 33
lia quæſtio quotidiana. Duo uicini
habebant areas contiguas, uel hor-
tos contiguos. parietem in medio
fecerunt propter clauſuram. alter
uicinus uult ædificare ex latere
ſuo ſuper pariete communi,quo æ-
dificato ſiue ædificio facto, dete-
rior uidetur fieri area uel hortus
conuicini: ſed tamen ab uno latere
remanet aer, ſol, & uentus liber ad
aream uicini: quæritur an poſsit.Et
primo uidetur, quòd in pariete cō-
muni ædificare non poſsit, uicino
prohibente.l. Sabinus. communi di
ui.& in capitulo,in re communi.de
regulis iuris in vi.& l. finali. §. fin.
C. de ſeruitu. In contrarium uide-
tur l.cum duobus. §. item Mela.ff.
pro ſocio.& l.ſuper ædes. commu-
ni diui. & quia cuique liberum eſt
uſque ad cœlum tollere. l. altius.
eodem titulo.& l.finali.de ſeruitu-
tibus. & l.ſi uitem. §.ſi quis prote-
ctum.ff.quod ui aut clam. Secun-
dum huius quæſt.eſt, quòd in tali pa
riete communi unus ſocius altero
inuito ædificare non poſsit: quia ad
uſum ædificandi inſtitutus non eſt,
ſed ad uſum clauſulæ.per ea quę no.
per gloſſ.& Doctor.in dicta regula,
in re communi. & ita etiam reperio
conſultum per Doct.Rapha. Ful.in
quodam ſuo conſilio, quod incipit,
duo uicini habent. quod eſt ualde
nota. in practica. & per hoc limi-
tantur ea quæ dixi ſuprà. in uerſicu.
tertio principaliter uidendum eſt.

*Quarto & ultimo principaliter 34
eſſet uidendum, an paries qui eſt in
medio, remaneat communis, uen-
dita una ex domibus. ſed eius deci-
ſionem collige ex his quæ not. Bar.
in l.prima.de ſeruitut. lega. & quæ
dixi plenius ſuprà de ſeruit. itine-
ris ſeu aditus. uer. ſed reaſſume iſtā
q.dic ut ibi.

De ſtil



## De ſtillicidio ſeu tecto.

### CAP. XLI.

*Stillicidiū & tectū an idē ſignificent.*

1 *Tecti ſeu ſtillicidij appellatione, an ue*
*niat ſolū illud,quod eſt de tegulis,puta*
*cuppis, laſtis: an etiam ueniat illud,*
*quod de plumbo exiſtit.*

2 *Stillicidium ſiue tectum an unicuique*
*licitum ſit extra parietem pro libito*
*uoluntatis porrigere.*

3 *Stillicidio ſiue tecto an luminaria fa-*
*cere licitum ſit.*

4 *Supra ſtillicidium an ſit licitum ædifi*
*care,uerbi cauſa,ſolariū,ſicut Venetus*
*ſit:hortulos, ſicut in Catalonia: cruſta*
*tionem, ſicut in ciuitate Neapolis.*

5 *Domū uerſus uiam publicā per directū*
*ſi quiſpiam habeat cum ſtillicidio ca-*
*ſitante ſupra ſolum publicum: & uici*
*nus habeat domum contiguam à late*
*re depreſsiorem, ac ipſam altius eleua*
*uerit, quam ſit alia domus ſui uicini:*
*an facere poſsit, quod aqua ſtillicidij*
*ſui ſuper uicini ſtillicidium caſitet,uel*
*econtra.*

6 *Vſufructuarius ædium an ipſas altius*
*tollere poſsit.*

7 *Domus una ſi habeat plura ſolaria di-*
*uerſarum perſonarum, ita quod quā-*
*do pluit,deſcendit aqua ad ſolariū in-*
*ferius: an poſsit cogere dominum ſupe-*
*riorem ad ipſum ſuis ſumptibus refi-*
*ciendum.*

8 *Domino tecti an liceat ligare tectum,*
*ſiue tegulas, ſiue plumbum, ſiue tigna*
*alteri domui.*

9 *Debitor meus ſi quidam ſit, & in exe-*
*cutione ſententiæ feci ipſum pignorari:*
*an poterūt pro pignore capi tegulæ do-*
*mus,uel plumbum,uel ligna.*

LICET de ſtillicidio plura dixe
rimus ſuprà, de ſeruı.ſtillicidij
auertendi in tectū uel aream uicini,
& in ſeruitu.ſtillicidij non auerten-
di: tamen ut perfectior iſta materia
habeatur, etiam hic aliqua ſubiicie-
mus. Et ſciendum eſt in primis,
quòd ſtillicidiū & tectū idem ſignifi
cāt: ut probatur in l.j.de ſer.ur.præ.
& propterea dixi in rubrica,de ſtilli
cidio ſiue tecto. quāuis in alia mate
ria ſenatuſcōſultus Syllamani tectū
aliter accipiatur latius: ut l.j. §.eo au
tem tecto.ad Sylla.l.fi.de his quibus
ut indig. & tectū dicitur à tegendo,
quia domū tegit.tegularium etiā ap
pellari poteſt,ut probatur in l.Offi-
lius ait tugurium. de uerbo. ſignifi.
1 *Sed poteſt dubitari, an appella-
tione tecti ſeu ſtillicidij ueniat ſo-
lum illud, quod eſt de tegulis, puta
cuppis, laſtis, an etiam ueniat illud,
quod eſt de plumbo. Et dico quòd
ſic. text. eſt cum gloſſ. in l. malum.
§.plumbum.de uerbo.ſignifi. Nam
ibi dicitur, quòd plumbū, quod pro
tegulis ponitur, ædificij eſſe.& gloſ.
exponit pro tegulis, quando loco
tegularum plumbum cooperit do-
mū,ut ſunt eccleſiæ Venetianæ. Ad-
de tu ut eſt nobile palatiū & Paduæ
eccleſia ſancti Antonij.ex quo ſequi
tur ſecundum gl. in d. §. plumbum.
quòd uendita domo etiā iſtę tegulæ
de plūbo ueniunt.allegat.l.fundi. §.
quæ tabulæ. de actio. emp.& ad hoc
uide l.granaria & tegulæ.eo.ti.Item
etiam appellatione ſtillicidij ſiue te
cti, uenit id omne,per quod domus
ſeu ædificium tegitur,& aqua ſtilla,
ſiue ſit incruſtatio, ſicut in ciuitate
Neapolis etiam de paleis,ſicut com
muniter ſunt in uillis, per ea quæ
dixi ſ. de ſeruit. ſtillicidij auerten-
di, in j. quæſt. ubi declaraui quid ſit
ſtillicidium. Et ideo iſta materia ſer
uitutis loquēs de ſtillicidio ſiue te-
cto, procedit in huiuſmodi ſtillici-
2 diis, ſiue tectis. *Quero circa præ
dicta, an ſit licitum unicuique ſtil-
licidium ſiue tectum porrigere ex-
tra parietem pro libito uoluntatis.
Dic quòd aut uult porrigere ſuper
ſolum uicini,& non poteſt: ut proba



tur in

tur in l.fi. §. Lucius.ibi,neque ſtilli-
cidium in uicini domo cadat.de ſer.
urban.præd. Et eſt ratio,quia ſolum
uicini debet eſſe liberum uſque ad
cœlum. & ſic cœlum quod eſt ſupra
ſolum,debet eſſe liberum.l.final.in
princ.ff.de ſer.& l.pen. §.pen.quod
ui aut clam.& ibi per gl.& l.ſi in re.
§.pen.eod.ti.niſi eſſet ſeruitus ſtil-
licidij impoſita. quo caſu porrigere
poteſt ſecundum impoſitam ſerui-
tutem , & non ultra,ſed citra retro-
ducere poteſt. textus eſt in l. ſerui-
tutes quę in ſuperficie. §.ſtillicidiũ.
uer. eadem cauſa.de ſeruit. urbano.
prædior. & dixi ſupra de ſerui.ſtilli-
cidii.in iiij.q. Aut uult porrigere ſu
pra ſolũ pub.& tũc ſubdiſtingue,aut
ex forma ſtatuti uel conſuetudinis
introductus eſt modus , ſecundum
quem porrigi poſsit ſtillicidium : &
ille modus ſeruandus eſt : ut proba-
tur in l.j.cũ gl.C.de ædifi.priua.& in
l.qui luminib. cum gl.de ſeruit.urb.
prædior.ubi fit mentio de forma æ-
dificandi Florentiæ. Aut nullus mo
dus ædificandi eſt ſtatutus, & tunc
teneo quòd nullus poſsit de iure æ-
dificare porrigendo ipſum ſupra ſo
lum publicum. quia ita debet eſſe li
berum ſolum publicum,ſicut & pri-
uatum: ut dicta l.finali,in principio.
ff. de ſeruitut.l.ij. §. tractatum. ne
quid in loco publico. cum ſim . Si
uero eſſet conſuetudo uel ſtatutum
in cõtrarium , ſicut eſt communiter
in his partibus,cõſuetudo eſt atten-
denda:ut ſupra dixi,& probatur in l.
j.& ibi no.C.quæ ſit longa conſuet.
& in l.an in totum. C.de ædifi.priu.
& not.Ang.& in d.l.finali,de ſer.uel
niſi quis haberet poteſtatem a prin-
cipe uel à regentibus ciuitatem:ut l.
an in totum.& l.prohibere. §. pla-
ne.quod ui aut clam. ubi uide Bart.
& quod dictum eſt de ſtatuto , con-
ſuetudine,aut conceſsione, intelli-
ge uerũ , niſi fieret cum damno ui-
cini. exemplum , uicinus habet pe-
num à latere ſubterraneam,& ex ſo
lo publico recipit lumen,quia ibi ha
bet unam feneſtram: ſi alius uicinus
porrigeret ſuum ſtillicidium , pu-
ta per duos pedes , aqua ex ſtillici-
dio caſitaret in penum uicini. nam
hoc caſu non poſſet tale ſtillicidium
porrigere ſuper ſolum publicum:
quia ſtatutum, uel conſuetudo , aut
licentia de ædificando ſupra ſolum
publicum , intelligitur in dubio ſi-
ne damno uicini.l.ſecũda. §.ſi quis
à principe. & in §.merito. ne quid
in loco publico.& in l.nec auus.C.
de emancip.lib.cum ſimilibus.& ita
alias iudicari uidi in ciuitate Vero-
næ.Aut quis uult ædificando ſtilli-
cidium porrigere ſupra ſepulchrum
ſeu monumentum: & tunc non po-
teſt.caſus eſt in l.ſi item. §. penult.
quod ui aut clam. ubi eſt text.magi-
ſtralis in iſta materia,quem omnino
uide. *Quæro ſecundo an in ſtil- 3
licidio ſeu tecto ſit licitum facere
luminariam. Et breuiter dic regu-
lariter , quòd ſic. quia quatenus ſe
domus extendit & tectum , licitum
eſt facere feneſtram à parte ſuperio
ri: quia illud ſolum uſque ad cœlum
debet eſſe liberum ad uſum eius,cu
ius eſt ſolum.dicta l.ſi uitem. §.pe-
nultimo.& dicta l.finali.de ſeruitu.
cum ſimilibus.ac etiam, quia in ſuo
quis poteſt facere feneſtram. regu-
lariter probatur in l. altius.C.de ſer
uit.& ibi notat.niſi fieret illa fene-
ſtra cauſa uidendi ſecreta domus ui-
cini:& ex hoc nullam utilitatem per
cipiat:& ſic potius ad æmulationem
uel deſpectum uicini. argu.l. opus.
ff.de operibus pub. no.per Baldum
& Doctores in dicta l.altius.ibi di-
cunt: idem fieret cauſa uidendi puel
lam uicini : de quo plenius dic , ut
infra dicam de feneſtra ſiue balco-
no.



4 no. *Quæro tertio , utrum ſupra
ſtillicidium ſit licitum ædificare,pu
ta ſolarium uel mœnianũ ſicut Ve-
netiis fit:hortulos,ſicut fit in Catalo
nia:uel cruſtationem,ſicut fit in ciui
tate Neapolis . Et dico breuiter,
quòd ſic, niſi fieret cauſa æmulatio-
nis, uel deſpectus,uel puellæ:per ea
5 quæ dixi in præcedenti. *Quæro
quarto, quidam habet domum uer-
ſus uiam publicam per directum cũ
ſtillicidio caſitante ſupra ſolum pu-
blicum: uicinus habet domum con-
tiguam à latere depreſsiorem,ipſam
altius leuauit , quàm ſit alia domus
ſui uicini : an poſsit facere quòd
aqua ſtillicidij ſui caſitet ſuper ſtil-
licidium uicini uel ecõtra. & teneo
quòd non,ſi non debet ſibi aliquam
ſeruitutem: quia regula eſt,quòd li-
cet in ſuo ædificare,dummodo non
mittat in alienum: ut l.quemadmo-
dum. §.ſi protectum.ad l.Aquil.& l.
ſi uitem. §. qui ad ianuam.quòd ui
aut clam. Debet ergo ille,qui habet
altius ſtillicidium, diuertere aquam
per unũ canale, uel aliter quatenus
ſe protendit ſtillicidiũ uicini , quod
eſt inferius: ita quòd illa aqua nõ ca
ſitet ſupra ſtillicidium ſuũ, ſed ſupra
ſolum publicũ:quod no.quia iſtũ ca
6 ſum habui de facto Veronæ. *Quæ
ro quinto, an uſufructuarius ædiũ
poſsit altius tollere . & dicas quòd
non: licet non obſcuret lumina do-
mus: eſt ratio,quia per hoc tectũ ma
gis turbatur, quia uentus magis per
cutit:ut eſt tex.cum gloſ.in l.æquiſ-
ſimum. §. item Nerua cum ſeq. de
7 uſufru. *Quæro ſexto,eſt una do
mus habens plura ſolaria diuerſarũ
perſonarum , an ſi tectum eſt tractũ
ita , quòd quando pluit , deſcendit
aqua ad ſolarium inferius, poſsit co
gere dominum ſuperiore ad ipſum
reficiendum ſumptibus ſuis, ſcilicet
ſuperioris.Dicas quod ſic:ut proba-
tur in l. eum debere columnam. de
ſeruit.urban.prædiorum.iuncta l. &
ſi forte. §.etiam. ſi ſeruitus uend.&
ad hoc uide omnia quę dixi ſupra in
ſerui. ſtillicidij non auertendi, & in
ſeruitute oneris ferendi, uer.huius
8 autem ſer.& uer.ſequen. *Quæro
ſeptimo, an liceat domino tecti liga
re tectum ſiue tegulas,puta cuppos,
ſiue plumbum,ſiue tigna alteri.Et di
cas quòd non: quia hæc ligari prohi
bitum eſt per ſenatuſconſultũ:quod
aliàs præſtari non poteſt , quàm ut
ædibus detrahere uel ſubducere : ut
eſt text.in l.cætera. §.hoc ſenatus.ſ.
9 de leg.j.de quo dic ut ibi. *Quæ-
ro octauo,& ultimo, quidam eſt de-
bitor meus,feci ipſum pignorari,pu
ta in executione ſentẽtiæ.iuxta not.
in l. à diuo Pio. §.in uenditione.de
re iudi. cum ſequenti. an poterunt
pro pignore capi tegulæ domus, ut
ſunt plumbum, uel cuppi,uel ligna?
dic quòd non , ut eſt caſus in dicto
§.ſenatus.& ratio eſt,ne urbs defor
metur ruinis: ut l.fi.ne quid in loco
publico.& no.per Ang.& Doctores
in d. §.ſenatus. Cætera circa iſtã ma
teriam uide quæ plene ſcripſi , ut ſ.
in ſeruitute ſtillicidij auertẽdi, & in
ſeruitute ſequenti. & adde quæ di-
cam in ſequen.ſerui.&c.

*a Vſufructua
rius . Differt
uſufru. ab em-
phyteota: quia
ille habet utile
dominiũ, iſte ſo
lũ ius utẽdi Itẽ
differt ab uſua
rio : nam is cui
nudus uſus ſun
di dat,nihil ua
let ulterius in
eo,niſi ut oleri-
bus, pomis, fœ-
no,et huiuſmo-
di utaĩ, ad uſũ
quotidianũ,&
in eo moretur,
ſed nulli alij ius
qđ habet , aut
uẽdere , aut lo-
care,aut gratis
concedere po-
teſt, ſed uſumf.
ſic inſti.de uſu.
et ha. §.j. Mul
to magis differt
ab uſu nõ iuris,
ſed facti , quo
fratres mino-
res utuntur, in
quo uſuari⁹ nul
lũ ius habet,ſed
tãtũ factũ pro
neceſsitate ui-
tæ.de uer.ſig.c.
exiit qui ſemi-
nat.li.vi.ppter
ea addit uerbũ
fructus.et adde
Corn.i j.uo.cõ.
clxiiij.et i ii.cõ.
viij.et cõſ. clx-
xxvij.& in iij.
uo.cõ.cxcv. &
i iiij.cõ.ccxlix.
& Alex.in iij.
uo.cõ. lxxxviij.*

## De oſtio ſeu porta. CAP. XLII.

1 *Oſtium de nouo uerſus fundum uel do-
mum uicini in ſuo pariete proprio, an
quiſpiam uicino inuito facere poſsit.*
2 *Stillicidium ſupra ſolum uel areã uici
ni,uerbi cauſa,per tres pedes ſi quis ha
beat, an tunc in muro proprio oſtium
facere poſsit cauſa ueniendi ad ipſum
ſolum,ſiue aream.*
3 *Domum ſuam per directum uerſus uiã
publicam ſi quiſpiam habeat cum ſtil
licidio protendente , uerbi gratia, per
tres pedes ſupra ſolum publicum : &
uicinus habeat aliam domum per in-
directum*

*directum à latere, & uelit facere oſtiū in muro ſuo proprio, cauſa exeundi de domo ſua per ſolum publicum, quod eſt ſub uicini ſtillicidio, nūquid poßit.*

4 *Stillicidij domino non eſt licitum claudere locum inferiorem ſub ſtillicidio, neque ipſum tanquam proprium occupare.*

5 *Domum unam ſi aliqui habeāt, quam diuiſerunt: & uni contingat in diuiſione una pars cū curia: alij alia pars domus, quæ pariete diuidit: an ſi prius erat oſtium in dicto pariete, & diuiſionis tempore nihil de oſtio dictū fuit, uel ſit dictum, quod clauſum ſtet: an poßit alter cogi, quod pariete ſiue muro claudat.*

6 *Vicinus ſi uicinum turbauerit in ueniendo ex aliquo oſtio ad ſuam curiā, an poßit cogi ad cauēdum de amplius non ueniendo.*

7 *Areæ alicuius dominus an poßit claudere aream uicini ex parte ſua uerſus curiam, ianuæ tabulas affigendo: ita quod areæ dominus in aream ſuā exire non poßit.*

8 *Vſufructuarius alicuius domus an poßit domus alterius aditum anteriorem uel poſteriorem claudere.*

9 *Oſtij ianua an poßit alicui legari: uel in executiōe ſentētiæ pro pignore capi.*

10 *Ciuitatem aliunde quam per portas ſub pœna capitis egredi non licet.*

11 *Veſtibulum quid propriè ſit.*

QVIDAM aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectum competebat, ianuam in publico aperuit, nūquid poſsit? dicas quod ſic. ut eſt tex. in l.fi. §.Lucius. de ſerui. urb. prædi. & dicit ibi gl. quòd ita faciāt omnes Veronenſes, qui aperiūt portas uerſus uiam publicam. & uerum dicit, quod olim ita faciebant, ſed hodie aperiūt intra domum. ultra uerò ſtillicidij rigorem & tignorum protectum non liceret ianuam in publico aperire: ut probatur in d.l. Lucius. à cōtrario ſenſu, niſi eſſet conſuetudo in contrarium, ſicut eſſe ſolebat in ciuitate Veronenſi, per ea quæ dixi in præcedenti rub. in j.q. & idem iuris eſſe dico, quādo quis haberet ſtillicidium domus ſuæ ſupra domum uel aream uicini: quia quatenus rigor ſtillicidij & tignorum protectus extenderetur, & non ultrà poterit ianuā ſuam in ſolo uicini aperire. per d. §. Lucius. quod eſt no. Circa quæ adde quæ dixi ſ. de ſeruitute ſtillicidij auertendi, in viij.q. 1 *Sed dubiū eſt, an quis poteſt in ſuo pariete proprio facere oſtium de nouo uerſus fundum uel domū uicini inuito uicino. & Flor. in l.fi. §. Lucius. de ſer. ur. præ. per illum tex. dicit, quòd licitum eſt, dummodo nō protendatur ultra illa ſtillicidia. Petrus autem de Papia in ſua practica, in ultimo libro ſuo, in glo. antepen. in fi. dicit, quòd in proprio pariete quis poteſt facere oſtium de nouo, inuito uicino, ſi ius uicini non læditur: per not. in d. §. Lucius. de hoc concludendum eſt, ut dixi ſuprà de pariete ſeu muro, uer. ſed nunquid uicinus poterit in muro ſuo facere oſtium. ubi omnino uide. 2 *Vbi adde, quòd licet quis habeat ſtillicidium ſupra ſolum uel areā uicini, puta per tres pedes, iuxta l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §. ſtillicidium. de ſer. ur. præ. nec eſt neceſſe, quod habens ſtillicidiū pro eo intret fundum uicini, quia aqua omnino deſcendit & diſcurrit ſine damno ſuo: an tūc poterit facere oſtiū in muro proprio cauſa ueniendi ad dictum ſolum ſiue aream, puta quia ex eo aperto uult ire forte ad uiam publicam? Et teneo quòd non: quia illud ſolum ſiue area uicini quatenus protendit rigor ſtillicidij recipiendi, ut d. §. ſtillicidium. & habetur in l. fi. in prin. de ſerui. tamen nō debetur



debetur ſeruitus aditus ſeu itineris, quę eſt diuerſa à ſeruitute ſtillicidij: ut patet per ea quæ dixi ſ. de ſeruit. iti. ſeu aditus. Et ꝓpterea illud quod dixi ſ. de pariete ſeu muro, in uerſi. ſed nunquid uicinus qui habens ſtillicidiū ſupra ſolum uicini, ſi ſolum inferius debet tantum ſeruitutem ſtillicidij recipiendi, poteſt facere portam in muro proprio cauſa ueniendi ad iſtud ſolum pro ſuo ſtillicidio tantū: intelligo quando poteſt eſſe aliqua neceſsitas. exemplū. quādo ſunt domus contiguæ, & in medio earum caſitant ſtillicidia: uel ſi à parte mea eſt domus cū ſtillicidio, & à parte uicini eſt murus diſtās forte per unū pedē uel duos: iuxta l.fi. fini. regun. nā tūc inter duos dictos parietes poteſt aqua marceſcere & deſtruere fundamēta parietis. Nam hoc caſu uel ſimili poſſet quilibet dominorū facere portā in muro ſuo cauſa ueniendi ad illum ingreſſum, qui eſt inter utrunq; uicinum. & ita alias uidi iudicari. Sed ſi caſitaret, 4 iſtud eſt dubium: puta quia à parte mea ſtillicidiū, à parte uicini eſt ſolum tantū, ſiue area domus ſuę: tunc non poſſunt facere oſtium ſiue portam cauſa uenīedi ad ſolum uel areā uicini: & quatenus protendit rigor ſtillicidiorū meorū, per prædicta, ne etiam detur mihi occaſio ſeu facultas eundi per fundū uicini: quod nō eſt permiſſum: ut habetur in d.l. diuus. de ſer. ur. præ. nam per agrū alienum tranſire fas eſt, ius nō eſt. & fas diuina lex eſt, ius uero eſt humanū: 3 ut eſt tex. diſt. j. omnes ll. *Alia eſt q. de ſolo publico huiuſmodi. Quidam habet domū ſuam per directū uerſus uiam publicam cum ſtillicidio protēdente, puta per tres pedes ſupra ſolum publicum: uicinus habet aliam domum per indirectum à latere: uult facere oſtium in muro ſuo proprio cauſa exeūdi de domo ſua per ſolum publicum, quod eſt ſub ſtillicidio uicini ſui, nūquid poſſit? Et breuiter dico, quòd ſic. Nam licet uicinus habeat ſtillicidium ſuum ſuper illa parte ſoli publici: tamen illud ſolum inferius propter hoc non deſinit eſſe publicū, quin poſsit per ipſum & quemcunq; alium tranſire: per l. uia publica. de uia publi. cū ibi not. coniuncta l. ædiles. in fi. quæ eſt lex Græca co. tit. Nam de iure comuni non dicitur eſſe licitū facere ædificia ſupra ſolum publicū: arg. l. fi. in prin. de ſer. & §. ij. in tractatu, ne qd in loco pub. Sed de cōſuetudine ſeruatur contrariū: quia quilibet porrigit ſtillicidia ſua pro uolūtate ſupra ſolum publicū: ſicut dicit etiam glo. de porticibus, in rub. C. quæ ſit lōga conſue. & per iſtam conſuetudinē a non fit, quòd locus inferior ſub ſtillicidio efficiatur illius, cuius eſt ſtillicidiū. & ideo licitum eſt unicuiq; tranſire per dicta loca publica, quæ ſunt ſub ſtillicidiis. & ita uidemus ꝑ omnes obſeruari. *Ex hoc etiam ſequitur aliud, quòd nō eſt licitū domino ſtillicidij claudere locum inferiore ſub ſtillicidio, neq; ipſum occupare tanquam propriū. & ita alias in quæſtione facti obtinui in ciuitate Verone. quod eſt no. 5 *Sed circa prædicta dubitari poteſt: quidam habebant unam domum, quam diuiſerunt. uni contigit in diuiſione una pars cum curia: alij alia pars domus q diuiditur pariete. dixi ſuprà, quòd in pariete illo nō poteſt fieri oſtiū. quid ſi prius erat oſtium in dicto pariete tempore diuiſionis, & nihil de oſtio dictum fuit, uel eſt dictū quod ſtet clauſum: an poſsit cogi, quod claudat pariete ſiue muro? Et uidetur quòd ſic, ut tollatur domino oſtij facultas ueniendi ad aream uicini: per no. in l. diuus. de ſer. ruſti. prædio.

a Cōſuetud. *Quot actus requiruntur ut quis dicat habere aliquid in cōſuetudinem? reſp. quod in ciuilibus requiritur quòd ſint tot actus quot faciunt præſcriptionem. nam tres actus aut quatuor non faciūt cōſuetudinem, niſi ſit legitime præſcripta. ut no. gl. in d.c. cū eccleſia. de cau. poß. & pro. Verum eſt quod duo uel tres actus tuentur aliquē in poßeßione, quouſq; ſit dubium. xvij. q. ij. ſeruitiū. In criminalibus uero introducit per binum actū. ff. de inoffi. teſta. l. nā et his. et ff. ad Syl. l. ſi quis. §. quod ſub eodem tecto. unde etiā Cor. j. uol. cōſ. lxxxix. & in ij. uol. cōſ. xc. in iij. uolum. co. clxxix.*

prædio.& per ea quæ dixi ſ.in uerſi. cui. Adde in contrarium, quòd non poſsit cogi ad claudendum: quia nemo in ſuo laborare cogitur: ut l.j. in fi.de aqua plu.arcen.& ibi no. *Sed 6
ſi turbauerit uicinum in ueniendo ex dicto oſtio ad dictam curiam: uidetur quòd poſsit cogi ad cauendũ de non ueniendo amplius, per l.harum. & l. agi.ſi ſer.uen. In hoc puto ſic eſſe conſiderandum: Aut eſt actũ expreſſe tempore diuiſionis, quid ſit faciendum de dicto oſtio.& iſtud eſt ſeruandum.l.iuriſgent. §.prætor ait.ff.de pact. Aut nihil eſt actum: & tunc aut nihil noui facit, neq; turbauit uicinum: & hoc caſu non tenetur ad aliud: quia diuiſio cẽſetur eſſe facta, ut nihil noui fiat. Nemo enim in ſuo laborare cogitur regulariter, etiam ſi debeat ſeruitutem: ut probatur in d.l.j. §.fin. de aqua plu.arcen. & ibi hoc not. & habetur in l. quoties. la prima. §.primo. de ſeruituti. niſi in ſeruitute oneris ferendi: ut l. eum debere columnam. de ſeruitu. urb. præd. & dixi plene de ſeruitute oneris ferendi. Aut aliquid noui facit: puta quia aperiendo ianuam turbauit uicinum in eius curia: & tunc aut debetur ſeruitus, quia promiſit non aperire oſtium, & ſemper tenere ipſum clauſum: & cauere cogitur de amplius nõ impediendo, ſeu turbando, uel de non aperiendo illud oſtium: per not.in d.l.harũ. & l.egi. ſi ſerui. uen. & per not.per Barto.& Doct.in l.ſi prius.de noui ope.nuncia. Aut nulla ſeruitus eſt promiſſa uel debita. & tunc etiã hoc caſu poſt turbationẽ cogitur cauere, ſicut in interdicto, uti poſsidetis. ut probatur in l.unica.C.uti poſsidetis. & eſt text. cum gloſſ.in l.j. §.hoc interdicto. in l. quæſitum.ff.de itin. actuq; priua.& not. Barto.in l.j. §.interdictum autem hoc. ff. uti poſsi. & Sal. in d.l.j.in v. q. C.uti poſſ. *Nun- 7
quid autẽ dominus areæ poſsit claudere aream uicini ex parte ſua uerſus curiam affigendo tabulas ianuæ, ita quòd dominus areæ non poſsit exire in aream ſuam? Et dico quòd nõ, imo ſi affixerit poterit dominus ianuæ propria autoritate remouere: ut eſt text.in l.ſi uitem. §. qui ad ianuam.quòd ui aut clam. & probatur in l.quemadmo. §.ſi protectum. ad l. Aqui. *Sed nunquid uſufru- 8
ctuarius eidem poſsit aditum anteriorem uel poſteriorẽ claudere? Et dicas quòd non.text. eſt in l.æquiſſimum. §.ſed ſi ædium. de uſufruct. ibi, uel aditus poſticaſue uertere. & ita tenet ibi Flor. qui dicit per illum text. quòd uſufructuar. uel inqlinus aditum poſteriorem non poteſt immutare, nec loca aperta claudere, propter refugium tempore neceſsitatum neceſſarium, ut aperiatur, propter conſeruationem perſonæ & rerũ. Et ex hoc nota, quòd uſufructuarius uel inquilinus non poteſt in domo uſufructuaria uel conducta facere oſtium in porticu, ſi non eſt. Nam uulgo dici ſolet, quòd huiuſmodi oſtium domum deſtruit. uel ſi eſt, ipſum claudere non poteſt, quia preſumitur eſſe utile domui, ex quo factum eſt. *Item nunquid ianua 9
oſtij poſsit alicui legari, uel capi pro pignore, uel in executione ſententiæ? Et dicas quòd nõ.tex.eſt in l.certa. §.hoc ſenatus.el.ij. de leg.j.& ibi no. facit ad hoc quod dixi in rubrica
præcedenti, in vij.q. *Item notan 10
dum, quòd non licet egredi ciuitatem aliũde quàm per portas ſub pœna capitis.text. eſt in l.fi.ff.de rerum diui.de quo dicẽdum eſt, ut ibi, quia
non eſt materia noſtra. *Vltimo 11
adde prædictis, quòd aliquando ante oſtium eſt ueſtibulum, quod eſt locus quidam ante oſtia utriuſq; domus,



mus, per quod habetur aditus, & tecto coopertum eſt ut ueſtimento, ſicut homo ueſtimento tegitur: ut eſt tex.cum gloſſ.in l.arbor. §.de ueſtibulo. communi diuid. & ibi de hoc not. & habetur per Bart. in l.damni. §.cum parietis.de damn.infect.

## De aditu ſeu itinere.

### CAP. XLIII.

1 *Promiſerit ſi mihi quiſpiam, ut per aream ſuam in domum meam, uel ex domo mea per aream ſuam ire poſsim: nec de plano aditus ſit, quoniam area ſua domo mea altior eſt, an ſcalas, uel gradus, aut cliuos in meo, uel in ſuo facere debeam.*

1 SI QVIS *mihi promiſit ut per aream ſuam in domum meam, uel ex domo mea per aream ſuam ire agere poſsim, nec de plano aditus ſit, quia area ſua eſt altior domo mea, an ſcalas uel gradus aut cliuos facere debeam in meo uel ſuo? Et uidetur quòd in meo: quia ſolum eſt facta promiſsio, quòd poſsim ire uel agere per fundum ſuum: non autem quòd in ſuo poſsim aliquid facere. Et pro hoc uidetur tex.in l.ſuper iter. in prin.de aqua plu. ar. Tamen contrarium eſt dicendum, uidelicet quòd ſcalas ſiue gradus aut cliuos prope ianuam meã in ſolo uicini iure facere poſsim, dummodo ne quid ultrà quàm neceſſarium eſſet, cauſa itineris demoliatur.tex.eſt ſin.in l. ſeruitutes quæ in ſuperficie. §.ſi domo.de ſerui.urb. præd. & eſt ratio, quia ſi iter debetur, quia promiſſum eſt uel legatum in ea parte, qua niſi opere facto iri non poſsit, licet fodiendo & ſubtrahẽdo iter facere.l.ſi iter.ff.de ſerui.tit.generali. & probatur in l.refectionis.cum ibi not. communia præd. Et quia iſta materia itineris ſeu aditus eſt ſeruitus urbana, & de ea ſatis dictum eſt ſupra in ſeruitute itineris ſeu aditus: & eſt etiam ruſtica: reliqua reſeruo in ſequenti libro, in rubrica de ſeruitute itineris, ubi plura dicemus: & adde quæ dixi in præcedenti rub. in uer.ſed nunquid aditus. & no.per Bart. & Doct.in l.quod conclaue.in fin.de dam. infect. & quod not.in c.unico. de conſecrat.eccleſiæ uel alta.libro ſexto.

## De clauſtro ſeu conclaui.

### CAP. XLIIII.

1 *Clauſtrum unde dicatur.*
2 *Conclaue in neutro genere, uel conclauis in fœminino, quid ſit.*
3 *Porticus quid proprie dicatur.*
4 *Homini priuato an ſuper locis publicis uerſus uias publicas ædificare licitum ſit: ſicut communiter reperiuntur Paduæ & Bononiæ.*
5 *Domus appellatione an porticus contineatur.*
6 *Statutum ſi puniat committentem maleficium in domo, uel inuentum extra domum, an porticus etiam compræhendatur.*
7 *Duas domos ſi habeam habentes clauſtrum uel porticum communem in illarum ædium medio: & unam ſimpliciter uendam, & aliam retineam. cuius erit ipſum clauſtrum.*
8 *Porticum uel clauſtrum cooperientem ſolum ſuum ſi quis habeat, & in alieno requieſcat, an dominiũ eius ſuũ ſit.*
9 *Porticũ uel clauſtrũ cũ columnis ſi quiſpiam facere uelit, an poſsit imponere columnas, quæ unius eccleſiæ fuerunt.*

SCIENDVM eſt in primis, quid ſit clauſtrũ, conclaue, & porticus.
1 *Clauſtrũ dicitur, quaſi claudens, ſiue clàm ſtãs: id eſt, priuans habitãtes in eo, ne paſsim uagare liceat: ita no. Archi.in c.j. §.uerũ.in uerſi.more. de ſtat. re.in vi. & eſt locus religioſus: ut in c.religioſus.de conſue. & idem not.ipſe Archi.vij.q.j.c.fi.in ſin. uerſic. clauſtra. ubi etiam dicit, quòd hoc dictũ à quodam animali, cuius

cuius nomē eſt caſtor:quia cū ſentit
uenatores, ſeipſum caſtrat. Clauſtra
etiam dicūtur inſtrumenta quæ clau
dunt domum uel aliquam eius par-
tem, ut oſtia & portæ, quæ non ad-
hærēt:ſed de nocte portātur ad clau
dendum:ut eſt tex.cum gloſſ.j.l.fun
di.in prin.ſuper uerſi.clauſtra.de ac.
2 emp. *Conclaue in neutro gene-
re:uel conclauis in fœminino,dici-
tur cella uel camera ſecreta, uel cla-
ue alterius domus clauſa, uel quæ
ſub multis clauibus continetur, uel
ad quam per multas claues ueni-
tur. Alibi dicitur conclaue curia ſeu
porticus inter duas domos: ut de
dam.infect. l.quod conclaue. & ha-
betur in c. ubi periculum. §.in eod.
de ele. lib.vi. Alibi ſumitur pro dor
mitorio. xij. q. j. omnes. & ibi hoc
no. Archi.uel ſecundum Bart.in d.l.
quod conclaue. in prin.conclaue di
citur domus diſcooperta inter duas
domos in quodam ſolario ſupra ter
ram: ut accipitur hic. Item poteſt di
ci camera bene firmata cum claui:ut
l.j. §.de inſpiciendo.de uentre inſpi
ciendo. & ita etiam poteſt capi d. l.
quod conclaue.& ita etiam not.in l.
foramen. de ſeruitutibus urbanorū
3 prædiorum. *Porticus uerò dici-
tur locus coopertus deſuper, diſco-
opertus ante.& hoc modo accipitur
in d.l. quod conclaue.& in l.cætera.
§. hoc ſenatus. de lega.j ſecundum
Bar.in d.l.quod conclaue.qui etiam
dicit quod mœniana, quæ in uulga-
ri profercula dicuntur, poſſunt dici
porticus. & hoc modo accipitur ſe-
cundum gl. in dicta l. quod concla-
4 ue. *Circa porticum primo quæ-
ro,an ſit licitum homini priuato ędi
ficare ſup locis publicis, uerſus uias
publicas, ſicut communiter reperiū
tur Paduæ & Bononiæ.Et de iure di
co,quòd non.q.a in loco publico nō
eſt licitum priuato ędificare.l.j.& ij.

a Maleficiū. *Maleficiū dicit quodcunq; cri-mē, ut furtum, rapina, & hu-iuſmodi, ut inſtit. de obl.quæ ex delicto na. Eſt etiā quaſi maleficiū,nocu mentū quod ſit proximo præ-ter propoſitū: ut inſti.de obli. quæ ex quaſi d lict. naſ. per totum.*

& per totum. ne quid in loco publi.
cum ſimi. Sed de conſuetudine ſer-
uatur contrarium quæ præualet in
locis ubi eſt.ut gloſſ.not.in rubrica,
quæ ſit long.conſue. in fi.& pro hoc
l. an in totum.C.de ædifi.priua.& in
hoc modus conſuetudinis eſt ſeruā
dus.ut nor.gloſſ.in l.an in totum.&
in l. qui luminibus.de ſeruit.urban.
prædio. *Secundo quero,nūquid 5
appellatione domus cōtineatur por
ticus.& uidetur quòd ſic,per l.cete-
ra. §. hoc ſenatus.de legatis primo.
ubi ædes & porticus æquiparantur.
Et ſic facit ut ſtatutum puniens exi-
ſtentes extra domum de nocte ſine
lumine, non intelligatur punire exi
ſtentes in porticu, ſecundum Bald.
ibi. ad idem uidetur eſſe text. in l.ſi
quando. la ſecunda.de operi. publi.
Sed certe in contrariū uidetur face
re text.in l.cætera. §.hoc ſenatus.de
lega.primo.ubi ædes & porticus po
nuntur tanquam diuerſa. Item quia
domus conſiſtit ex tecto ſolo, & pa-
riete: ut l.eum qui ædes. de uſucap.
ſed porticus non eſt huiuſmodi, ut
ſuprà dixi. ergo &c. In hoc puto ſic
eſſe diſtinguēdum: Aut porticus eſt
coniuncta domui, & ei affixa,& tūc
appellatione domus continetur.per
d. l. ſi quando. & per no.in capitulo
j. de conſecratio.eccleſi.uel altar.in
ſexto.Aut non eſt coniuncta uel af-
fixa domui:& tunc ſecus,per prædi-
cta. *Et ex hoc infero ad deciſio- 6
nem ſtatuti punientis committen-
tem maleficium a in domo, uel in-
uentum extra domum, an compræ-
hendatur porticus:quia aut extra do
mum, & non coniuncta uel affixa
domui, & nullo modo compræ-
hendatur. Aut eſt coniūcta uel affi-
xa domui, & tunc aut ſtatutum lo-
quitur per dictionem, in: puta,quia
dicit, qui delinquit in domo. &
tūc non compræhenditur porticus.
quia



quia dictio In,ſignificat in loco, &
requirit tactū loci:ut l.j. §. in flumi-
ne.de flumin. & probatur l.is qui. §.
primo.coniuncta l.ſecunda. §.pri.de
religioſis. Nam aliud eſt porticus
proprie,dato quòd ſit coniuncta do
mui.aliud eſt ipſa domus, intelligen
do de porticu inferiori,id eſt,diſco-
operto antè.ſecus in ſuperiori parte
ſupra porticū,in qua habitatur: quia
illa dicitur ꝓprie domus.& pro hoc
facit l.fiſtulam.de ſerui.urba.prædio.
& quod ibi notat Baldus & Floria-
nus per illum text.qui dicunt, quòd
non eſt idem iuris, ut de ſcalis & de
muro. unde ſcalæ quæ ſunt foris ex-
tra oſtium, non continentur appel-
latione domus. & ſic maleficium,
quod fit in ſcalis exterioribus non
uidetur eſſe factum in domo. Aut ſta
tutum loquitur per dictionē Ad:pu-
ta ſi quis fecerit inſultum ad domū,
tunc cōpræhenditur etiā faciens ſub
porticu.quia dicitur eſſe ad domum,
id eſt,iuxta domum,per no.per glo.
& Doctor.in l. quidam Hiberus. de
ſeruitutib. urbanorum prædiorum.
& ibi hoc not.Flor.de iſta quæſt.ui-
de plene per Albericum de Roſa.in l.
præſenti.circa principiū. de his qui
ad eccleſ.confu. & in dicta l.cætera.
§.hoc ſenatus.de lega.j.& ibi per o-
mnes Doctores. *Tertio quæro,
7 habeo duas domos habentes clau-
ſtrum uel porticum communem in
medio illarum ædium: unam ſimpli-
citer uendo, & aliam retineo: cuius
erit clauſtrū uel porticus? Dic quòd
debet diuidi,& medietas à latere em-
ptoris erit ſua, alia medietas à latere
meo erit mea. ita not. dicit Bartol.in
dicta l.quod conclaue.per illum tex.
cum gloſſ.fina.quæ incipit, per hoc
apparet.facit pro hoc quod not.Bal.
in c.j. §.ſi quis. de māſo.in v. colum.
uerſic.quid ſi quędam platecola eſt in
medio.in titu.de controuer.inueſti.

in uſib.feud.ſed Ang.in l.quod con-
claue.dicit hoc procedere, quādo in
utraque domo eſſet oſtium,per quod
deuenitur in dictum clauſtrū & exi-
tur. ſed ſi in una domorum tantum
eſſet oſtium, per quod intratur, &
exitur in clauſtrum ſeu porticū. tunc
clauſtrum ſeu porticus erit illius tan
tum,cuius eſt domus oſtium habens.
8 quod tene menti. *Quarto quæ-
ro, quis habet porticum uel clau-
ſtrum cooperiens ſolum ſuum,& re
quieſcit in alieno, an dominium a
eius ſit ſuum. Dic breuiter, quòd ſi
iſta duo concurrūt,ſcilicet quòd co-
operiatur ſolum ſuum,requieſcat in
alieno iure ſeruitutis, tūc clauſtrum
ſiue porticus dicitur ſuum:ut dicta l.
quòd conclaue.ſecundum Barto.An
gelum,& Docto.ibi. aliàs ſi iſta duo
non concurrant, eſſet illius in cuius
ſolo requieſcit.l. quemadmodum §.
fina.ad l.Aquil.ſecundum Docto.in
dicta l.quod conclaue. quod eſt not.
9 *Quinto & ultimo quæro, quis
uult facere porticum ſeu clauſtrum
cum columnis,an poſsit imponere,
columnas,quæ fuerunt unius eccle
ſię.Et dicas breuiter,quòd ſi eſt por-
ticus ſeu clauſtrum priuati hominis,
ſeu laici, & non poteſt. text.eſt cum
gloſſ.in c.ligna.in fi.de conſecratio.
diſtinc.j.& habetur in c.cum ad hæc.
de reli.do. Sed ſi eſſet porticus ſeu
clauſtrū alterius eccleſiæ uel mona-
ſterij ſic.ut eſt tex.in dicto c.ligna.&
in c.ſequen.& ibi per Archidia.& ha
betur per Doctor.in dicto c.ad hæc.
& per Alberic.de Roſa.in aut.multo
magis.de ſacroſanc.

a Dominiū. *Dominium eſt ius habendi, poſsidendi,fruē di,& utēdi, ac diſponendi de aliqua re pro li bito uolūtatis, uel ſecundū ali quē determina tum modum a quadā ſuperio ritate uel auto ritate diffini-tum. & uide Alex.in iv.par te ſummæ. & Corn.j.uol.cō-ſilio xcviij.& Alex. de Imol. iij.uol. conſilio lxxviij.in ij.co lum. §. ſentio tamen.*

## De penu. CAP. XLV.

1 *Penum ſubterraneam ſi quiſpiam ha-beat,q̃ à parte ſuperiori in ſolo publico lumen recipere uelit, nunquid poſsit.*
2 *Penum ſubterraneā ſi quiſpiā facere uelit,& fodere ſubtus ſolū publicum,*

*uel domum uicini, nunquid poſsit.*
8 *Penū ſubterraneā ſi uelim facere, quatenus ſe protendit ſolū meū, uſq; ad ſinem ſoli uicini, nunquid poſsim.*

QVIDAM *habet penum ſub- 1
terraneam, uult recipere lumen
à parte ſuperiori in ſolo publico nū
quid poſsit? Et uidetur ꝙ nō: quia in
alieno quis nō poteſt facere feneſtrā:
ar. l. quemadmo. §. ſi protectum. ad l.
Aquil. Itē quia nō poteſt in re cōmu-
ni facere inuito ſocio. l. quidā Hibe-
rus. & ibi not. Doct. de ſer. urb. præd.
& dicā infra de feneſtra & balcono.
Item quia in ſolo publico non eſt li-
citum ędificare. l. j. & ij. ne quid in lo
co publico. & iſtud teneo de iure: ſed
de conſuetudine uidi ſeruari contra-
rium: quia quilibet pro libito uolun
tatis recipit lumē penoris ex ſolo pu
blico: quæ conſuetudo ſeruanda eſt.
l. an in totū. C. de ædi. pri. & pro hoc
gl. no. in rub. C. quæ ſit lon. cōſue. in
fi. quæ loquitur de porticibus. ut di-
xi in rubrica præcedenti, & in rubri-
ca de oſtio. uerſi. alia eſt q. Credo ta-
men, quòd per iudicē cogi poſsit ad
faciendum ferratam deſuper uel aliā
coopertura de ligno propter trāſeun
tes. ar. l. q foueas. ad l. Aquil. & ita ob
ſeruatur in ciuitate Veronæ. *Quid 2
ſi unus uult facere penū ſubterraneā,
& fodere ſubtus ſolum publicū, uel
domum uicini, nunquid poſsit? & di
cas quòd non: quia ſicut ſolū unius
debet eſſe liberum uſq; ad cœlum. l.
fi. in princ. de ſer. ff. & l. ſi uitē. §. pen.
quod ui aut clam. & l. altius. C. de ſer.
ita debet eſſe liberum ſub terra. ut in
d. l. altius. Item pro hoc l. uenditor.
§. ſi conſtat. cōmu. præd. & l. diuor-
tio. §. ſi uir in fundo. ſol. matri. Item
quia non habet ad theſaurum[a] inue-
niendum in ſolo alieno. l. unica. C. de
theſaur. lib. x i. Item quia ſpeciale eſt
in uenis cotareis & marmoreis: ut l.
cunctis. & ibi glo. C. de metal. lib. x.

a Ad theſau. *Vtrū inueniens theſaurū teneatur reſtituere? Reſpōd. ꝙ ſi in ſuo ſolo iuenit, ſic ſuum erit: ſi uero in alieno ſolo & à caſu, medietas erit ſua, & alia medietas erit domini ſoli: ſi uero data opera, totum erit domini fundi. inſtit. de re. diui. §. theſauros. & C. de theſa. l. unica. nec eſt uerum quod dicit gloſ. in c. ſi quid. xiiij. q. v. quod inuentus ī loco ſacro uel religioſo ſit inuētoris ſed erit ſecundū diſtinctionem prædictā: ut expreſſe patet in dicto §. theſauros.*

coniuncta l. j. & l. quoſdam. eod. titu.
quæ dicit, quòd propter publicam
utilitatem licitum eſt marmora & ſi-
mil. ſub fundo alieno fodere, dum-
modo dominus nō patiatur damnū.
de quo uide omnino quod not. in l.
inter publica. in vj co¹. de uerb. ſign.
in §. publica. ergo in aliis ſecus eſt
ius commune, id eſt, ius ſingulare, &
l. quod uero. ff. de leg. *Sed quid ſi 3
uolo facere penum ſubterraneā, qua
tenus ſe protēdit ſolū meum uſq; ad
finem ſoli uicini, nūquid poſsim? Et
uidetur quòd non: quia qui foueam
facit iuxta fundum uicini debet tan-
tum relinquere, quantum eſt profun
ditas foueæ. tex. eſt in l. fin. ff. fini. re-
gund. & maxime hoc uidetur proce-
dere, ubi in medio eſſet fundus com
munis uel uicini propter eius pericu
lum. uidi tamen obſeruari contrariū:
quia quilibet facit penū in ſuo, qua-
tenus durat ſolum ſuum, dumodo ui
cinus damnum nō patiatur. pro hoc
l. fluminum. §. fin. de damno infec &
forte illa l. fin. noluit loqui de ſimili
fouea, quæ habet nomen ſpeciale, ſi-
cut eſt penus: ſed de illa tantum fo-
uea, quæ ſtat in ſuo tantum ſimplici
nomine: & propterea non habet lo-
cum etiam in puteo, qui habet foueā
profundā: quia perdit nomē foueæ,
& aſſumit nomē putei. pro hoc uide-
tur tex. in d. l. fluminū. §. pe. & ita cō
muniter obſeruari uidi: de hoc etiā
dicā aliquid j. de puteo & de fouea.

## De curia ſiue curte. CAP. XLVI.

1 *Planicies terræ quid dicatur.*
2 *Domum ſi quiſpiam habeat cū tribus uel quatuor cluſis, & in earum medio una curia, ſiue curtis exiſtat: in qua forte eſt unus puteus, & in quolibet dictorum cluſorū eſt unum oſtiū, & ipſe uendat, ſeu leget unum ex dictis cluſis, ſiue curiā, an legatarius, ſiue emptor dicto oſtio uti poſsit, ex quo ad dictam curiam uenitur.*
3 *Domum inter feudatarium & domū domini ſi una curia ſit, ſeu platcola, quomodo diuidatur.*
4 *Aqua cadens in curte mea naturaliter & de per ſe, ſi ad curiam tuam diſcurrat, an tibi in curte tua aliquid facere licitum ſit, ut aquæ diſcurſus impediatur, & in curte tua remaneat.*



1 CVRIA *dicitur planicies ter-
ræ, & de iſta hic loquimur: aliis
modis aſſumitur curia: ut not. Archi.
2 xj. q. j. ſi quis clericus. *Si quis ha-
bet domū cum trib⁹ uel quatuor clu
ſis, & in medio earū ſit una curia ſiue
curtis, in qua forte eſt unus pute⁹, &
in quolibet dictorū cluſorū eſt unū
oſtium, & uendidit ſiue legauit unum
ex dictis cluſis, ſiue curiā, an legata-
rius ſiue emptor poſsit uti dicto o-
ſtio, ex quo uenitur ad dictā curiam.
& ſic an poſsit exire per dictū oſtiū
ad curiam prædictā cauſa ueniedi ex
dicta curia, puta in uiā publicam, uel
cauſa hauriendi aquam ex puteo, qui
eſt in dicta curia, uel alia de cauſa? Et
dico breuiter, quòd non: quia in em-
ptione uel legato uia uel iter non ue
nit, niſi fuerit expreſſum. l. in uende-
do. de contrahen. emp. & ide ſi eſſent
plures fratres uel cōſanguinei qui di
uiderent unam domū, q haberet plu
res partes: & in medio earū eſſet cu-
ria, quæ uni in diuiſione cōtingeret,
aliis pars dictę domus cum curia, uel
aliæ duæ partes ſine curia, hi qui ha-
buerunt partē domus ſine curia non
potuerūt per partes ſuas uenire in d.
curiā aliqua de cauſa: & ideo cogi po
tuerunt, ut claudāt oſtia ſiue portas
quæ ſunt in dictis cluſis uerſus dictā
curiam. & pro prędictis omnib⁹ uide
tex. & quod ibi no. Bald & Flo. in l. ſi
fundū. §. quæcūq;. de ſer. urb. præd.
quod not. quia quotidianū, & bis ha
bui de facto. Adde pdictis quæ dixi
ſuprà de ſeruitute itineris ſeu aditus.
& ſ. de pariete ſiue muro. uer. ſed nū
quid uicinus poterit in muro ſuo fa-
cere oſtiū. & ſupra de oſtio ſiue por-
ta. uerſic. ſed dubiū eſt ſi quis poteſt.
3 *Quid ſi inter domū feudatariam
& domū domini eſt una curia ſeu pla
teola? dic ꝙ per chordulā diuidi de-
bet uerſus domum domini, & illa di
midia erit ſua: alia dimidia uerſus do
mum uaſalli, erit uaſalli: ſicut fit in-
ter duos proprietarios. ut no. Bart. in
l. ꝙ conclaue. de dam. infec. & dixi ſ.
de clauſtro ſiue porticu. in iij. q. &
ita no. Bal. in c. j. §. ſi quis. de manſo.
in tit. de cōtrouer. inueſtit. in uſi. feu.
qui dicit hoc procedere, ſi patitur di
uiſionē. Curia aliquādo enim eſt ita
modica, ꝙ diuidi non poteſt. & tūc
de ea idem eſt dicendū, quod de ue-
ſtibulo. l. ſi ut certus. §. ſi. cōmo. & l.
arbor. §. de ueſtibulo. cōmuni diui.
de quo ueſtibulo dixi ſ. de oſtio ſiue
4 porta in fi. *Sed quid ſi aqua cadēs
in curte mea naturaliter, & de per ſe,
diſcurrit ad curiam tuā, an ſit tibi lici
tum in curte tua aliquid facere, pro-
pter quod diſcurſus aquæ impedia-
tur, & remaneat in curte mea? Et di-
cas quòd ſic. argu. l. j. §. ſunt qui pu-
tant. ne quid in lo. pub. & ita Paul. de
Caſt. in l. quoties. la. j. de ſeruitute. &
dixi uobis ſ. in iiij. diuiſione ſeruitu
tis, uerſic. & primo uideamus. ibi, &
hoc ſequitur. & adde tex. in l. ij. §. ſi
quis in ſuo. & ibi Bart. ne quid in lo-
co publico. quod tene menti.

## De puteo, ciſterna, & lauello. CAP. XLVII.

1 *Domū inter feudataru & domū domini ſi unus puteus tātū exiſtat, cuius aqua nō ſufficit utriq;, quis præferatur.*
2 *Puteus communis ſi inter duos uicinos ſit, an diuidi poſsit, & quo iudicio.*
3 *Vicini ciuitatis uel loci an ad locū communem, ut puta furnum, contribuere teneantur.*

4 *Cõmunitas ſeu uicinia ſi habeat unũ*
*puteũ, uel ſurnũ, uel porticũ comunẽ,*
*qui purgatione uel refectione egeat, et*
*quidam ex uicinis collectæ expenſam*
*euitare uolẽs uſui uel cõmodo illius re-*
*nunciare uelit, an poßit.*
5 *Puteum ſi in domo mea aperiã, quo a-*
*perto uenæ tui putei præciſæ ſint, an*
*tenear.*
6 *Interdictum de fonte an illi cõpetat,*
*qui uti prohibetur puteo uiuam aquã*
*non habente.*
7 *Puteum, uel ciſternam, aut lauellum*
*prope uicini fundum fodere an licitum*
*ſit, nullo ſpatio interpoſito.*
8 *Ciſternã ſi quis aperuerit, uel foderit,*
*& eã non cooperuerit, cecideritq; bos,*
*uel aſinus in eam, an talis teneatur.*
9 *Ciſternas habens ſi ciſternas legaue-*
*rit, an debeatur aqua in ea regione, in*
*qua aqua uenalis eſt, ut eſt in regione*
*Africæ, & Aegypti.*
10 *Ciſternas habente an ſeruitus uel obli*
*gatio perſonalis ſequatur.*

INTER *domũ feudatarij, & do- 1
mum domini eſt unus puteus tan-
tum, cuius aqua non ſufficit utriq;,
quis præferatur? Et uidetur ꝙ domi-
nus, tanquã habens maiorem partẽ:
habet enim domũ alteram pleno iu-
re, & in altera feudataria nudã ꝓprie
tate: arg. l. ſancimus. circa princ. C. de
dona. & ita dicit not. Bald. in c. j. §. ſi
quis, de manſo. uer. quæro quid ſi in-
ter dominũ. de controuer. inueſtit. in
uſi. feu. *Sed quid ſi inter duos ui- 2
cinos eſt puteus cõmunis, an poſſit
diuidi, & quo iudicio? Dic ꝙ poteſt,
iudicio cõmuni diui. ſi ſolũ ei⁹ ſit cõ
mune ipſorũ uel uiciniæ ipſorũ ad-
iudicetur, ut eſt tex. in l. iiij. §. cõmu
ni diui. & ibi Flor. qui dicit, ſecus eſ-
ſet, ſi ipſi haberẽt ſolũ ius hauriendi
aquã: quia forte ſolũ in quo eſt pu-
teus, ſit publicũ, uel aliorum. *Sed 3
quæro nũquid uicini ciuitatis, uel lo
ci, teneantur cõtribuere ad locũ cõ-
munem, ut furnum? Et uidetur ꝙ ſic,
per tex. cũ gl. in l. j. ad l. Rhod. de iac.
& ibi hoc tenuit Vbert. de Bobio, &
Albe. de Roſ. & pro hoc l. ad repara-
tionem. C. de aquæduc. lib. xi. & l. ad
portus. C. de ope. pu. & l. inſtructio-
nem. C. de ſac. ſanc. & iſtud eſt ueriſ-
ſimũ, ut patebit ex his quæ ſtatim di
cam in ſeq. q. *Sed pone, quædã cõ 4
munitas ſeu uicinia habet unum pu-
teum, uel furnũ, uel porticũ cõmu-
nem, qui eget refectione, uel purga-
tione: quidã ex uicinis uolens euita-
re collectionem ſiue expẽſam colle-
ctæ, dicit ꝙ uult renunciare uſui uel
commodo illius rei, quæritur an poſ
ſit. Iſta q. formatur per Spec. in tit. de
cenſi. §. j. uer. item pone, quædã uici
nia. ubi plene, & idẽ quaſi de uerbo
ad uerbũ ſcribit Alber. de Ro. in ſuo
trac. ſtatutorũ, i prima pte, c. xxxv. &
ponitur etiã per Flo. in l. cũ fructua-
rius. de uſufruc. & uide quod ponit
Dy. in l. imperator. §. centum. de leg.
ij. & Ia. de Are. in l. prætor. §. hoc edi
cto. de dam. infe. In qua q. uidetur. ꝙ
renunciare nõ poſſit, & expẽſam eui
tare, per d. l. ad refectionẽ. & l. ad por
ticum. Item quia lex uidetur impone
re onus incubens domui non perſo-
næ. arg. l. fi. quæ incipit ædiles. de uia
pub. Item pro hoc, quia uaſallus nõ
poteſt ſe eximere ſeruitio domini,
eſt renũciandũ feudũ. ut habetur per
glo. ordin. in c. j. §. ſimiliter. in tit. de
cap. qui cur. uendidit. & per gl. Iaco.
de Bel. Nic. de Nea. & Doct. in c. j. de
uaſallo qui cõ. conſti. locat fundum.
aliàs in uſib. feu. & per gl. & Doct. in
c, quæ in eccleſ. extra, de conſtitu. &
per Spec. in ti. de feu. §. quoniã. uerſi.
xxviij. & per Bald. in c. j. §. clauſulis.
in tit. de prohibi. feud. ali. & per Dy.
& Bart. in l. is cum quo. de aqua plu.
arcen. & per Flor. in l. ſi abſente. & in
l. cum fructu. & ibi omnino uide de
uſufru. In contrarium uidetur illa re-
gula



gula uulgaris, quæ dicit, quòd pars
poteſt renunciare iure iuri ſuo. l. ſi
quis in conſcribendo. C. de pac. cum
ſimi. Item pro hoc l. prætor ait. §. fi.
& quod ibi not. de dam. infec. Item l.
ſi forte. §. ij. ſi ſerui. uend. & d. l. cum
fructuarij. Item quia ſi aliquid eſt de
collegio, poteſt renunciare, & ab eo
recedere. l. j. in fin. de coll. illici. Item
pro hoc totus titu. ff. pro dereli. & l.
ij. §. uicennales. ne quid in loco pu-
blico. Sed pro deciſione breuiter
ſic diſtingue: Aut puteus uel furnus
indiget reparatione ratione tempo-
ris præteriti aut futuri. Primo caſu te
netur indiſtincte contribuere, nec
poteſt renunciare in damnum uici-
niæ. & eſt ratio, quia iam utilitatem
accepit ex uſu, ſicut alij uicini. unde
ſicut ſentit cõmodum, ita ſentire de-
bet incõmodum: ut l. ſecundum natu
ram. de regu. iur. & c. qui ſentit onus.
eo. tit. in v i. Secundo caſu quãdo ra-
tione futuri tẽporis, & tunc aut uult
ſtare in uicinitate ſeu uicinia: & iſto
caſu licet nolit uti puteo uel furno,
quia forte habet unum in domo, ta-
men poterit cogi ad reficiẽdum ſeu
contribuendum: quia iſtud eſt onus
impoſitum domui, & non perſonæ.
argu. d. l. ædiles. de uia publica. item
quia puteus uel furnus ſunt commu-
nes uniuerſitatis, non ut ſingulorũ:
in rebus uniuerſitatis non attendi-
tur uoluntas unius, ſed maioris par-
tis. l. ꝙ maior. ad mu. cũ ſimi. Aut nõ
uult amplius ſtare in uicinia uel in
communitate: & ſic uult renunciare
nedum uſui putei uel furni, ſed etiã
uiciniæ uel cõmunitatis. & tunc te-
neo, quòd non ſit obligatus ratione
futuri temporis: licet Alber. & Flor.
uideantur uelle, quod indiſtincte te-
neantur contribuere. & moueor per
ea quæ dixi ſupra pro pte negatiua.
& adde ꝙ de puteo, lacu, & piſcina
reficiẽdis & purgãdis interdictũ cõ
petit. tex. eſt in l. j. uer. pe. ff. de fonte.
Et quid ſit reficere & purgare, uide
text. in l. j. §. reficere. §. purgandi. de
5 riuis. *Quid ſi in domo mea pu-
teum aperio, quo aperto uenæ pu-
tei tui præciſæ ſunt, an tenear? Et dic
quòd non. text. eſt in l. fluminum. §.
pe. uer. idem uidemus. & ibi uide e-
tiam §. fin. cum duabus ll. ſequen. &
quod ibi not. de damno infecto. & l.
j. §. denique. de aqua plu. arcend. &
Paul. de Caſt. in l. ſi tibi. in fin. C. de
6 ſeruitu. *Sed nũquid interdictum
de fonte cõpetat illi qui uti prohibe
tur puteo uiuã aquam non habente?
Et dicas non. text. eſt in l. j. §. hoc in-
terdicto. de fonte. & ibi omnino ui-
de Barto. qui per illum tex. dicit not.
quòd ſtatutum prohibens mulieres
portare perlas, intelligitur de ueris
& naturalibus, non autem de fictis &
compoſitis. Et ego dixi de hoc uerſi.
fin. l. mulieris. in princip. in x. & ulti.
quęſt. ubi poſui aliqua de ornatu mu
lierum. Adde prædicta, quòd uendi-
ta domo nõ ſolum uenit puteus, qui
eſt in ea, ſed etiam putealia, id eſt,
quibus puteus cooperitur, & funes,
quibus trahitur aqua, & quędam alia
ueniunt, de quibus omnibus uide in
text. l. Iulianus. §. fina. cum l. ſequen.
de action. empti. & uenit etiam ro-
ta & ſitula, ut l. qui fundum. §. fina.
de contrahen. emptio. & omnia quæ
dicta ſunt ſupra de puteo, habent lo
cum in ciſterna, & lauello. Et ſcien-
dum eſt, quòd ciſterna non habet a-
quam perpetuam nec uiuam. text. eſt
in l. j. §. hoc interdicto. ff. de fonte.
Et iſtud patet manifeſte Venetiis,
ubi ſunt ciſternæ quæ ſæpiſsime de-
ducuntur ad ſiccitatem. Lauellum
autem intelligo locum in quo col-
ligitur aqua pro pannis lauandis uel
7 animalibus potandis. *Sed an ſit
licitum fodere puteum uel ciſternam
aut lauellum, prope fundum uicini

i 3 nul

nullo ſpatio interpoſito? Et uidetur
quòd debeat dimitti tãtum ſpatium,
quantum eſt profunditas foueæ, per
l.fin.fin.regund. Ego teneo contra-
rium: quia illæ non ſunt propriæ fo-
ueæ, ſed habent alia nomina ſpecia-
lia.ut dixi ſuprà, de penu.in fi.ubi ui-
8 de. *Si quis autem aperuerit ciſter
nam, uel foderit, & non cooperue-
rit eam, cecideritq; bos uel aſinus in
eam: dic quòd dominus ciſternæ te-
netur reddere precium iumentorum.
quod autem mortuum eſt, ipſius do-
mini ciſternæ erit: ut in c.ij.extra de
iniuriis & damno dato. & eſt caſus
notab.qui limitat materiam poſitam
in l.ſi Stichus.de uerbor.obligat.ui-
delicet ut quod ex re mea ſupereſt,
meum eſt, & mihi reddi debet.l.ſo-
lum.§.meum.de rei uendi.intellige,
niſi ex culpa alterius pereat. ut ibi
ita not. Ludo.de Ro.in dicta l.Sti-
chus.in fin.qui tamen intelligit quã-
do ciſterna fieret in publico. argu.l.
foueas.ad l.Aquilia. ſecus in priuato,
ut not.gloſſ.in dicto c.ij. de iniuriis
9 & damno dato. *Vltimo, unus ha
bet ciſternas, legauit ciſternas, an
debeatur aqua in ea regione, in qua
aqua uenalis eſt, ut eſt in regione A-
fricę, & Aegypti: & dicit tex.in l.Me
la.§.fi.de ciba.lega.& not. Bart.in l.
j.eod.ti.& ſicut eſt Bononiæ, Ferra-
riæ & Venetiis.& dicas quòd ſic, ſi-
ue habeat ciſternas, ſiue nõ: ut eſt ca
10 ſus in dicta l.j. *Sed quando habet
ciſternas, an tunc erit ſeruitus uel
obligatio perſonalis? uide omnino
tex.gloſ.& Barto.in dicta l.Mela.§.
fi.& dixi plene ſuprà in princip.poſt
diffinitionem ſeruitutis realis, in il-
la quæſt. quomodo cognoſcatur an
ſint ſeruitutes reales uel perſonales.

## De cloaca. CAP. XLVIII.

1 *Cloaca quid propriè ſit, & quid eius appellatione ueniat.*

2 *Statutum ſi dictauerit, quod ſi quis offenderit aliquem in domo, puniatur in tantum: an offendens in oſtio, ſtatuti pœna teneatur.*

3 *Domo in ſua priuata quis non poteſt exercere artem, per quam malus odor, ſeu fœtor uicinis fiat.*

4 *Cloacam inter ædes meas & tuas, te etiam inuito, & contradicente, an de nouo mihi facere liceat: & ſi denuncias nouum opus, tuam denunciationem contemnere poſsim.*

5 *Cloacæ uſum ſi aliquis habeat ui, clã, uel pcario, & uelit cloacã reficere, uel purgare, an cõtra impedientes ſibi interdictũ cloacæ prohibitoriũ cõpetat.*

6 *Cloacã facere in muro comuni, inuito altero ſocio, an uni ſocio facere liceat.*

7 *Cloacã facere in fundo uel domo ſua an facere licitum ſit, & ex ea aquam in uiam publicam mittere.*

8 *Aquæductum loco cloacæ uſq; ad uiã publicam an facere liceat.*

9 *Vſumfructum in fundo uel cloaca publica ſi quiſpiam habeat, & refectione, uel reparatione indigeat, an iſtud onus ad ipſum ſpectet.*

10 *Ius agendi ſeu prohibendi aliquid an ſolum ædilibus, uel habẽtibus curiam ciuitatis, uel aliis competere habeat.*

11 *Priuato uel forenſi, an competat ius agendi, uel prohibendi aliquid in actione populari.*

12 *Actio quænam ſit quæ pro cloacis competat.*

13 *Interdictum prohibitorium & reſtitutorium ad hoc ut competant, quæ neceſſaria ſint.*

14 *Libellus & poſitiones in actionibus popularib⁹ quomodo formari debeãt.*

CLOACA *eſt locus concauus, 1
per quẽ colluuies quædã fluit:
ut dicit text. in l.j.§. cloaca autem.
ff.de cloacis. qui ſubdit, quòd cloacæ ap
pellatione, & tubus & fiſtula cõtine
tur. & tubus dicitur foramẽ cloacæ,
ubi purgatur colluuies aquæ: fiſtula
uerò



uerò eſt aliud gen⁹ iſtrumẽti ad idẽ,
ſecundũ gl.ibi.ex quo no.ſecũdum
Bar.ibi, quòd appellatiõe cloacæ cõtine
2 tur etiã oſtiũ cloacę. *Quod facit ad
q.ex ſtatutis, dicentibus, quòd ſi quis of
fenderit aliquẽ in domo, puniatur in
tantũ ut offendens in oſtio teneatur
pœna ſtatuti: quia appellatione do-
mus, cõtinetur oſtiũ, & alia quę eidẽ
ſunt affixa, etiã ſi ꝓtenderetur extra
domum.l.ſi aquęductus.de cõtrahẽ.
empt.& l.j.§.fi.cũ l.ſeq.de act.& di-
xi aliquid in ti.pcedenti.intelligo ta
men de oſtio intra clauſurã exiſtẽte:
quia tunc nõ diceretur tactũ in do-
mo.l.j. §. flumine. de flumi. de quo
dic ut per Bar.in d.l.j.de cloacis.& in
l.cætera. §.hoc ſenatus.de legat.j.&
per Bald.in d.l.data opera.C.qui ac-
cuſ.nõ poſ.& uide quæ plenius dixi
ſ.de clauſtro in iij.q.Itẽ cloaca quæ-
dam eſt priuata, quædã eſt publica.l.
j.§.hoc aũt.de cloacis. item ſciendũ
eſt, quòd prætor introduxit duo in-
terdicta. Vnũ de cloacis purgãdis &
reficiendis: & iſtud eſt prohibitoriũ,
quia nemo debet ꝓhibere reficere &
purgare cloacam.l.j.§.j. de cloacis.
Aliud eſt reſtitutoriũ, quia nemo de-
bet aliquid in cloacis mittere, ꝓpter
quod deterior fiat: ut d.l.j.§.fi.& eſt
ratio, quia hæc interdicta pertinent
ad ſalubritatẽ & tutelã ciuitatis. nã
& cœlũ peſtilens & ruinas immundi
tiæ cloacarũ minantur. Itẽ ſi nõ refi-
ciuntur: tex.eſt not.in d.l.j.§.j.de cloa
cis.& ibi uide gl.j.& adde gl.no.in l.
pe.§.pe.in uer.quẽ cœli.quod ui aut
clam.quæ dicit, quòd aër corrũpitur ap
ponẽdo ſtercus, uel cloacã aperiẽdo:
& uide aliũ tex.no.& ſingu.in l.ij.§.
ide ait ſi in pub.cũ gl.ne qd in lo.pu.
per quem text.cum gl.alias iudicaui.
3 *Quod quis non poteſt in domo
ſua priuata exercere artem per quam
malus odor ſeu fœtor fiat uicinis: &
per prædicta teneo, quòd nõ ſit lici-
tum priuato aperire de die cloacam,
uel neceſſarium, aut ſimilia propter
fœtorẽ, ſed de nocte tantũmodo, niſi
ſi ſubſit neceſsitas, & nõ alias: quod
4 eſt not. *Quæro primo circa iſtam
materiã cloacarũ, an liceat mihi cloa
cam de nouo facere inter ædes meas,
& tuas, te inuito, & contradicente:
& ſi denuncias nouũ opus, poſſum
tuã denunciationem contẽnere. Vi-
detur quòd non, per ea quæ dixi ſu-
prà, de penu.in ij.q.& per totum tit.
de no.oper.nun.tamẽ contrariũ te-
neas per l.j.§.ſi quis mihi purganti.
& l.fi.de cloacis. dũmodo ſi in uiam
publicã[a] uelis cloacam facere, facias
permittente illo cui uiarum publica-
rum cura cõmittitur: ut d.l.fin. & ibi
glo.& ita tenet Rofre.in ſuis libellis,
in ti.ſi uis cloacã tuam purgare.in fi.
& uide tex.in d.l.j.in fi.& in §.dein-
de ait prætor.cum ſeq.& uide omni-
no l.de pupillo.§.ſi quis riuos. cum
ſeq.de no.oper.nun.ubi de hoc quo-
5 modo declaratur. *Quæro ſecun-
do, aliqs habet uſum cloacæ, ui, clã,
uel precario: uult cloacã reficere uel
purgare, an cõtra impediẽtes ſibi cõ-
petat interdictum cloacæ prohibito
rium, dic quòd ſic.l.j.§.hoc interdi-
ctum.el j.de cloacis.& ratio ponitur
6 ibi.& d.§.ſi quis riuos. *Quæro
tertio, an ſit licitum uni ſocio facere
cloacam in muro cõmuni, inuito al-
tero ſocio. de hoc dic ut dicam j.de
balneo ſeu ſtufa, & de neceſſario, &c.
7 *Quæro quarto, an ſit licitũ face-
re cloacã in fundo uel domo ſua, &
ex ea immittere aquã in uiam publi-
cam. & dicas quòd ſic, niſi ex illa a-
qua uia efficeretur minus habilis. ut
eſt text.in l.ij.§.ſi quis cloacam. ne
quid in loco pub.& uia dicitur fieri
minus habilis ſiue deterior, ſi uſus ei⁹
ad comeandũ corrumpatur, hoc eſt,
ad eundũ uel agendũ: aut cum plana
fuerit, cliuoſa fiat, uel ex molli aſpe-
i 4 ra, aut

[a] Viã publi. *An liceat ædificare in uia publica, & ſi eſt ædificatum, an ædificãs debeat ædificiũ remouere, uide Cor. iij.uol. cõſi. cclxxxij. Et qñ intelligatur uerbũ, iuxta uias publicas, uide Alex.iv.uol.cõſilio lxxiv.in j. col. §. fina. & quaſi per totũ conſilium.*

ra,aut anguſtior ex latiore,aut palu-
ſtris ex ſiccata:ut eſt tex.in d.l.ij. §.de-
teriorem autẽ. & uide in ſeq.quæſt.
*Quæro quinto,nunquid liceat fa- 8
cere aquæduc. loco cloacæ uſq; ad
uiã publicã? Et dic ꝙ ſic.ut in q.præ-
cedenti: & ita obſeruatur etiã de fa-
cto.Sed aduerte quia poſt ductũ præ
dictum nõ eſt licitũ mittere ad uiam
publicam aliquid fœtidũ, uel turpe,
ut ſtercus, ſiue lauetur latrina, ut eſt
tex.in l.ædiles.in fi.de uia publ.al.eſt
in tit.de lo.pub.fruendo.pro hoc gl.
in l.pe.quod ui aut clam.& ideo non
eſſet licitum lauare in domo uteres,
in quibus fuiſſet uinũ fœtidum, uel
alia uaſa fœtida, ſi aqua illa ueniret
in uiam publicã:quod no.quia multi
contrà faciunt & male.Nã ædiles cur
rules, uel qui præpoſiti ſunt uiis pu-
blicis,hoc permittere non deberent.
ut dicit d.l.ædiles.in fi.& uide quod
dicam in vij.q. *Quæro ſexto,ali- 9
quis habet uſumfructũ in fundo uel
cloaca publica, indiget refectione,
uel reparatione, an iſtud onus ſpe-
ctet ad ipſum. Et dicas quod ſic, &
non ad proprietariũ. ut l.ſi pendẽte.
§.ſi quid cloacarij.& ibi Flo.de uſu.
*Quæro ſeptimo,an ius agẽdi ſeu 10
prohibendi cõpetat ſolum ædilibus
uel habẽtibus curã ciuitatis uel aliis.
Et dic quòd illis,quorũ intereſt,com
petit ius, puta quia ſunt de eadẽ con
trata.& iſtud eſt clarum: ut probatur
in l.ij.§.pe.ne quid in lo.pub. *Sed 11
quid ſi nihil aut parum intereſt priua
ti: puta quia eſt de alia contrata? Et
dicas idem: quia actio popularis eſt.
ut eſt glo.ualde not.in d.§.pen.quæ
non eſt alibi, ſecundum Angel.in l.
in prouinciali.§.j.de no.oper.nun.
& communiter tenetur: ut dicit Ioan.
de Ana.in c.qualiter & quando.el ij.
in xij.col.de accuſat.de quo uide per
Docto.in d.§.fin.ubi probatur hæc
deciſio.Sed quid ſi eſſet forenſis[a], &
idem ſi nomine publico agat,de quo
dic ut plene per Barto.& Doctor.in
dicto §.fin. *Quæro octauo, quæ 12
actio competat pro iſtis cloacis.Dic
duo interdicta:unum prohibitoriũ,
aliud reſtitutoriũ: ut probatur in l.j.
in princip.de cloa.& dixi ſupra, cir-
ca principium.Et idem Ioã.in arbo-
re ſua actionum fecit duos articulos,
de his duobus interdictis. *Quæ- 13
ro nono, quæ ſint neceſſaria, ut cõ-
petant iſta duo interdicta. Dic tria
principaliter.Primum quòd ſit cloa-
ca. ſed quæ ſit cloaca,uide ſupra, in
prin. Secundum,quòd aliquis prohi
beat te uolentem purgare cloacam
factam, uel reficere: uel aliquid eſt
immiſſum,in quo uſus cloacæ impe-
diatur, quòd remoueatur: ut d.l.j.in
princip. Tertium,quòd ille qui uult
reficere uel purgare cloacam, caueat
uicino de damno infec.l.j.§.j.& §.ſi
quis purganti.de cloacis.& ita tenet
Roſre.in tit. ſi uis cloacam tuam pur
gare,&c. *Quæro decimo,& ulti- 14
mo, quomodo & qualiter debeant
poſitiones,& qualiter debeat forma
ri libellus[b], uide in dicto ſuo libel-
lo,ubi plene.Cætera dic, ut per text.
& glo.in d.l.j.& ij.de cloacis.

## De fiſtula. CAP. XLIX.

1 *Fiſtulæ quid propriè ſint.*
2 *Caſtellum quid propriè dicatur.*
3 *Licentiam habens à principe uel ſuperiore auertendi aquam ex publico, debet eam ducere per caſtellũ, uel per fiſtulas,ne matrices fiſtulæ corrumpantur:& cõtrafaciens conceſſionis beneficiũ perdit,et etiã in corpore punitur.*
4 *Socio an liceat facere in pariete cõmunẽ fiſtulã,uel canale aliquod,per quod aqua pluuia arceatur, ſiue recipiatur.*
5 *Domorum in uenditione an etiam ſeruitutes ueniant.*

FISTVLAE. *ſunt uaſa plum 1
bea, uel fictilia, aut lignea,*per
quæ ex caſtello, uel ex cœlo aqua du

citur

a Forenſis. *An dicatur forenſis, qui habet domũ cõductã i ciuitate, licet firmiter nõ habitet, uide Corn.j.uol.conſil.ccix.& iiij.uol. cõſ.cxciiij. & cõſil. lxxij. & in ij.uol. cõſil.xciij.& cõſilio cxliij.& iij.uol. conſilio cxlvij. incipi. pro deciſione.*

b Libellus. *Vtrũ & quõ i libellus procedat cõcluſio generalis, uide Alex j.uol. conſilio cxxj.in v. colũ. §.non ob. illud.& ꝙ in libell, uerba improprietur, ad fine, ut ſuſtentetur. habes cõſi. cxxj.in ij.colũ. §.pro hoc etiã. & de importantia illius clauſulæ q̃ conſueuit apponi in libellis, petens ſuper præmiſſis ſibi iuſtitiam miniſtrari, uide conſi.cxxj.i v.col. §.alio fundamẽto.& in v. col. §.nõ ob.illud. & quaſi per totũ conſi. ubi ponit de*



citur:ut l.ſi fiſtulæ.& l. fictilia. de ſer
ui.urb.prædio.& l.fiſtulas.ſi ſer.ued.
& l.fundi.§.pe.& fi.co.ti.& dixi ali-
quid ſupra de cloacis.in prin. & uo-
catur quandoq; matrices:ut l.cos.C.
de aquæduct. lib.xi.& regulariter a-
pud nos dicuntur canalia,& poſſunt
2 cõſiſtere ex quacũq; materia.* Et di
citur caſtellũ receptaculum, quod a-
quã recipit.l.j.§. hoc interdictũ ne-
ceſſario.de aqua quoti.& æſti.& dici
tur propter locũ circundatũ ad mo-
dum caſtelli,ubi congregatur & un-
de ducitur aqua.ut dicit gl.in d.l.fun
3 di.§.ab eo.& in d.l.cos. *Et no.ꝙ
habẽs licentiã à principe uel ſuperio
re auertendi aquã ex publico, debet
eã ducere per caſtellũ,per fiſtulas,ne
matrices fiſtulæ corrũpantur:& con
trafaciẽs perdit beneficiũ conceſsio
nis,& punitur etiã in corpore.caſus
4 eſt in d.l.cos.quod no. *Nunquid
autẽ liceat ſocio facere in pariete cõ
munẽ fiſtulã uel aliquod canale, per
quod aqua pluuia arceatur, ſiue reci
piatur? Dic quòd nõ.l.fiſtulas.ſi ſeru.
uen. Et ita tenet Ang.& Doc.in l. in
ter quos.in iij.co.in prin.in uer.ſimi
le in pariete.de dã.infec.Et idem te-
net Ioã.Pe.de Papia in ultimo libro,
in antepe.gl.ex hoc not.quòd etiã in
pariete communi,non licet etiã facere
aquarolũ uel ſiculũ,ſecundũ Bar.qui
etiã ita no.per l.fiſtulas.per illũ text.
de ſer.urb. præ. immo plus non licet
habere aquarolũ in pariete proprio,
ſi per eũ aqua miſſa inundaret in pa-
riete uicini:ut d.l. fiſtulas. & ibi hoc
tenet Barto.& adde omnino quæ di-
cã infra de balneo & neceſſario & ce
lario,& in ſpecie de aquarolo ſeu ca-
nali,& ea quę dicũtur hic,& plurimũ
5 cõueniũt. *Sed an prędicta ueniant
in uẽditione domorũ? Dic ꝙ ſic.tex.
eſt in d.l.fundi.§. Labeo.& in l.uen-
ditor hominis.§.fi.de act.empt.& l.
fiſtulas.in prin.de contrahen.empt.

## De furno. CAP. L.

1 *Furnũ ſi iuxta cõmunẽ parietẽ habeas, et damnum parieti dat, uel uериſimiliter dare poteſt,an tecum agi poſſit.*
2 *Furnũ ſeu molẽdinũ in aliqua uilla uel uicinia ſi quiſ iã habuerit, et habeat,et oẽs de dicto loco iã longiſſimo tpe, etiã eius,cuius in cõtrariũ memoria nõ exiſtat,ſemper uenerũt ad dictũ furnum, ſeu molendinum pro pane coquẽdo,ſeu macinãdo:et aliꝰ furnũ nouiter cõſtruere uelit:an ne conſtruat phibere poſſit.*
3 *Promiſerit ſi mihi quiſpiam coquere panes in furno ſuo pro tota mea familia,an hæc ſeruitus,uel obligatio perſonalis eſſe dicatur.*
4 *Promiſerit ſi aliquis mihi & Titio, ꝗ poſſim coquere in furno ſuo omni hebdomada decẽ ſtaria frumẽti,et Titiꝰ deceſſit,utrũ Titij portio mihi accreſcat.*
5 *Pactũ ſi fecerim cũ furnario,ut coqueret panẽ pro me & familia mea ſingulis annis,uel ppetuo:et ꝗ ſibi dare omni anno x.libr. ſed tũc habebã duos filios tãtũ,et poſtea mihi plures alij filij nati ſũt,et ſic fami.mea aucta e:an mihi panem pro eodẽ pretio coquere teneatur.*
6 *Seruitus ſi luminibꝰ impoſita ſit, tam de præſentibus,quàm de futuris ſimpliciter intelligitur.*
7 *Inſpicitur multoties quod euenire põt.*
8 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
9 *Cõduxerit ſi quiſ iã unũ molẽdinũ cum quatuor rotis,et cõuenit pſtare modios x.pro qualibet rota:et poſtea cõductor ibi aliã rotã cõſtruxerit,an pro illa noua rota aliquid ſoluere teneatur.*
10 *Paterfamil. cũ abbate & cõuẽtu eiuſdẽ monaſterij ſi pactus fuerit,quòd molẽdinũ dicti monaſterij ſibi et familiæ ſuæ pro certa pẽſiõe molere deberet,ſine læſiõe dicti monaſterij pacti initi tẽpore.et poſtea filiorum quilibet habet ita magnã familiã,ſicut habebat pater famil.celebrati cõtractus tempore.& quilibet ipſorũ uult molere ad molẽdinũ,ſicut eorũ pater faciebat, qd iuris.*

*uirtute clauſulæ,nõ aſtringẽs &c.et an libellũ obſcurũ procuratorem ductũ a domino poſſit pcurator ſine ſpeciali mãdato declarare,habes no. v.cõſil.lxxviij. circa fi. iij.col. in §. præterea. in fi. §.*

11 *Verba in dubio ſecundū præſens tēpus intelliguntur: ſicut cōtractus in dubio intelligitur rebus ſic ſtantibus.*

12 *Verba contractus intelliguntur ſecundum quod apparet contractus tēpore.*

13 *Hæredum ex perſona conditionis obligatio mutari non debet.*

14 *Expenſa ubi creſcit & labor, precium ſeu ſalarium creſcere debet.*

15 *Famulus ſi conuenit ſtare cum tribus ſcholaribus pro certo precio quolibet menſe: & unus ſcholaris moritur, uel recedit, ſalarium minui debet.*

16 *Cōuentio ad incogitata nō extēditur.*

17 *Infinitas euitanda eſt.*

18 *Conceſſū ſi fuerit alicui, ꝙ in aliquo nemore ꝑ ſe & familia ſua ligna icidere deberet, & multis relictis familijs recedat, an & quantum incidere poſſit.*

19 *Prædiū ſi quiſpiā alicui monaſterio dederit, ut ꝑpetuo ad ſuū molendinū ſibi & filijs ſuis granū molere deberet: & poſtea filij ſuperexcreuerit, quid iuris.*

20 *Monaſterium ſi promiſit mihi et familiæ meæ molere frumētum, nō tenetur hæredibus molere in maiori quantitate, quam mihi teneretur.*

21 *Promiſerit ſi ruſtic⁹ quidā cuilibet canonico ꝑ anniuerſario x. dare: et ꝑmiſſiōis tēpore nō erat niſi x. canonici, deinde xx. exiſtant, an omnibus teneatur.*

22 *Perpetuo ſeu in perpetuum quis ſe obligare poteſt.*

23 *Furnū ī muro cōi, iuito ſocio, uel iuxta uicini murū, cō inuito, an facere liceat.*

SI furnū * iuxta communē pariete 1
habens, & damnū dat parieti, uel
ueriſimiliter dare poteſt, an tecum
agi poſsit? Dic ſi dānū dedit parieti:
puta qa paries exuſtus ſit, agi poteſt
actione in factū l. Aquiliæ. ut eſt tex.
in l. ſi ſeruus ſeruū. §. ſi furnū. ad l. A-
quil. & ibi Doc. & l. fluminū. §. ſi fur
ni. & ibi plene de hoc not. ff. de dam.
infec. Sed ſi nō danū dederit, an poſ-
ſit peti cautio de dam. infec. Et uide
tur quod ſic: per d. §. ſi furnū. In con
trariū uidetur, per d. §. pridie. glo. ibi
ſoluit pluribus modis. Sed tu breui-
ter concludas: aut timetur damnū ex
uitio furni tantū: aut ex uitio ſeu cul
pa furnarij tātū: aut ex uitio furni &
furnarij. Primo caſu, quādo timetur
danū ex uitio furni tantū, poteſt peti
cautio: & ita loquitur d. §. ſi furnum.
Et eſt ratio, quia tūc iſtud uitiū cadit
in actionē in factū utile l. Aquil. quę
nō excludit iſta cautionē. ut ibi. & ita
tenet Bar. & Doc. in d. §. pe. & Flo. in
d. §. ſi furnū. Secūdo caſu, quādo ti-
metur danū ex uitio furnarij tātū. &
tūc ſubdiſtingue: Aut damnū timetur
ex facto furnarij: aut ex nō facto. pu-
ta negligētia uel omiſsione: ſi ex fa-
cto, puta quia imponit in furno maxi
mū igne: & tūc nō cōpetit cautio dā
ni infecti: & ita loquitur d. §. pe. ſi fur
ni. & eſt ratio, quia quādo principali
ter datur dānū a furnario, culpa ſua
cōpetit cōtra ipſum actio. l. Aqui. di-
recta ex tertio capite. ut d. l. ſi ſeruus
ſeruū. §. tertio autē capite. & iſta a-
ctio eſt directa ordinarie, quòd facit
ceſſare cautionē dāni infecti, q eſt ex
traordinaria. iuxta no. per Bar. in l. in
prouinciali. §. j. de no. ope. nun. & ita
tenet Bar. in d. §. præterea. Si uero ti
metur danū ex nō facto, puta ex ne-
gligētia uel omiſsiōe furnarij: & tūc
poteſt peti cautio: quia nō cōpetit
actio l. Aquil. caſus eſt no. in l. ſi cuius.
§. deniq;. de uſufru. & ita tenet Ang.
in d. §. præterea. Tertio caſu princi-
pali, quādo timetur damnū ex culpa
furni, & furnarij ſimul: & tūc dic idē
quod in primo caſu, ſcilicet quod poſ
ſit peti cautio ſecūdū Bar. & Doct. in
d. §. præterea. & circa prædicta uide
omnino Ang. in d. §. pterea. & Flor.
in d. §. ſi furnū. *Secūda q. eſt, qui- 2
dā habuit, & habet furnum ſeu mo-
lendinum in aliqua uilla, uel uicinia:
& omnes de dicto loco iam longiſsi
mo tempore etiam eius initij, cuius
non exiſtat memoria in contrarium,
ſemper uenerūt ad dictū furnum, ſeu
molendinū, ꝓ pane coquēdo ſeu maci
nādo, alius uult furnū ſeu molendinū
nouiter cōſtruere, an poſſit prohibe
re ne cōſtruat. Et uidetur, quòd ſic,
quia nō debet immutari antiqua cō-
ſuetudo in præiudiciū alterius. l. ma-
nifeſte. C. de ſer. Itē pro hoc l. ſi quiſ-
quā. de diuer. & tēpo. præ. Sed contra
riū eſt uerius: quia in ſuo licitū eſt æ-
dificare, etiā ſi noceat alieno. l. flumi
nū. §. fi. cū duobus ſequen. de dam. in
fec. & l. ſi in meo. de aqua plu. ar. & l.
fi. & ibi Ang. de uſucap. & pro hoc al
lego. tex. in c. ſignificante. in prin. de
appell. & ibi hoc not. in terminis In-
no. & Ant. de Bu. & communiter Doc.
& prædicta intellige uera, niſi ſerui-
tus uel obligatio perſonalis eſſet im
poſita, iuxta no. in d. l. fi. de uſucap. &
ita not. Doc. & in d. c. ſignificātē. uel
niſi eſſet præſcriptum: quæ præſcri-
ptio non curriт, niſi a tempore quo
alius uoluiſſet ædificare furnum uel
molendinū. & propter prohibitionē
ſibi factam deſtitiſſet. ut no. per gl. &
Doct. in l. qui luminibus. de ſer. urb.
præd. & in l. j. C. de ſerui. & de iſta q.
uide per gl. & Doct. in d. l. ſi manife-
ſte. & per gl. in l. ſi quis ex argētarijs.
§. ſi initium tabularum. ff. de eden. &
per Bart. plene in l. quominus. in j. q.
ff. de flumin. & in l. j. §. ſicut autē. de
aqua plu. ar. & per Flo. in l. imperato-
res. de ſer. ur. præ. & originaliter iſta
fuit queſt. Pilei, xxxvj. quę incip. qdā
ſalinarius. & de iſta materia, & quo
formari libellus & poſitiōes fieri de-
beant, uide in materia libellorum cō
poſita a domino Pe. Ia. anno Mcccx-
lvij. in libello ſuper furno. & eſt xx.
rub. & ex illa ſumma, ut plurimum,
ſumpta eſt practica Ioā. Petri de Pa-
pia, qua nunc utuntur procuratores,
licet de dicta ſumma mentionem
3 non faciat. *Tertia quæſtio eſt: a-
liquis promiſit mihi coquere panes
in furno ſuo pro tota familia mea:
an iſta ſit ſeruitus, uel obligatio per-
ſonalis. uide Bal. in l. ſi plures, in quar
to contrario. C. de condi. inſer. & e-
go dixi ſupra circa fin. primæ diui-
ſionis ſeruitutum, uer. tertio quæro
ſi aliquis promiſit. & ſupra in q. quo
modo cognoſcatur ſeruitus realis.
4 Dic ut ibi dixi. *Quarta q. eſt, quis
promiſit mihi & Titio quòd poſsim
coquere in furno ſuo omni hebdo-
mada decem ſtaria frumenti: Titius
deceſsit, utrum portio Titij mihi ac
creſcat. Bal. in l. unica. §. cum autem.
de cadu. tol. format eandem q. & di-
cit, conſidera. Nam ſi coniuncti ſu-
mus re & uerbis, uenio per ius nō de
creſcendi: quod etiam in contracti-
bus locum habet. Contrarium dicit
eſſe uerum, quia cum Titius ſemel fe
cerit partem, receſſum eſt a iure non
decreſcēdi, & oportet uenire per ius
accreſcendi: ut ſubtiliter no. Bart. de
leg. iij. l. re coniuncti in articulo de
ſer. ſed ius accreſcendi nō habet locū
in cōtractibus lucratiuis: ut no. dixit
5 Bal. ſubtili cōſiderationi. *Quinta
q. eſt pulchra. feci pactū cū furnario,
ut coqueret panem pro me & familia
mea ſingulis annis, uel perpetuo: &
quod ſibi darem omni anno x. libras.
tunc habebam duos filios tantū, &
poſtea mihi nati ſunt plures alij filij:
& iſta familia mea eſt aucta: an tenea
tur mihi coquere pro eodem precio.
Iſta q. format Ia. Bu. in l. fi. C. de ſacr.
ſan. eccl. Alb. de Ro. ponit ſimilem de
molendino. in aut. hoc ius porrectū.
uer. una aliam pulchrā q. eo. ti. & in l.
non modus. C. de ſerui. & Imo. in cle.
literas. xj. col. uer. quòd ſi promittens
coquere. de reſcripti. In qua q. primo
dicendū uidetur, quòd teneatur: quia
promiſit coquere pro familia mea, &
iſta nunc eſt familia mea, licet ſit au-
cta: ut l. peculium. in princip. ff. de
pecu

pec.ubi uidetur hoc ꝓbari. pro hoc
etiā l.proponebatur. de iud.pro hoc
uidetur tex.iũcta gl.in l.pe.de fun.in
ſtru.quę uult no.ꝙ omne uniuerſale
recipiat augmẽtũ & diminutionẽ:ut
ibi.& l. græ.de leg.j.& in d.l.peculiũ.
& no.in d.l.j.de leg.j.Sed familia eſt
uniuerſale, q̃a eſt collectiuũ ſine ali-
quo ſigno particulari uel generali:ut
no.gl.in l.j.ff.de edi.& Bar. & Doc.
in l.ſciẽ debere.in prin.de uerb.obl.

Tertio ad idē uidetur tex.in l.ij.in
prin.ff.quorũ le.& in l.fi.§.j.in prin.
de lib.lega. *Quarto uidetur pro- 6
bari & in l.ſi ſeruitus.in prin. de ſer.
ur.præ. ubi dicitur, quòd ſeruitus im
poſita luminibus, ſimpliciter intelli-
gitur tã de præſentib⁹, quàm de futu
ris. *Quinto, quia ſæpe inſpicitur, 7
quod euenire poteſt:ut no.gl.in l.in
ter ſtipulationē.§.ſacrã.de uerb.ob.

Sexto probari poteſt ratione:nã ſi
unus filius moreretur, remaneret ea-
dē familia.d.l.proponebatur.de iud.
& uellet furnari⁹ ſeruare ſibi ꝓmiſſio
ne:ita & ecõtra, ſi eſt aucta, debet mi
hi ſeruare,* ut cõtrariorũ eadē ſit diſ 8
ciplina.l.j. de his q̃ ſunt ſui uel alieni
iuris.cũ ſi.& quia ad quē ſpectat au-
gmentũ, diminutio ſpectare debet:ut
eſt tex.& ibi Do.in l.ſi ex toto.de le.
j.nã regula eſt, qui poteſt ſentire in-
cõmodũ.l.ſecundũ naturã.de reg.iu.
& qui in uno grauari poteſt, in alio
releuari debet.l.cũ qui.in prin. de iu
reiu. Septimo, pro hoc facit tex.in c.
q̃a circa.de priuile.& quod no.Cy.ſe
cundũ Pe.in l.placet.in ulti.q.de ſac.
ſan.ecc.& quod no.plene Ang.& Fl.
in l.ſi ſeruitus.de ſer.urb.præ. Octa
uo facit ꝓ hoc l. hoc iure.§. aqua.de
aqua quoti.& æſti. Nono pro hoc
adduco, quod no.Alb.de Ro.in ſimi
li, in l.Rutilia Polla.de cõtrahē.emp.
ubi dicit,*Quòd ſi aliquis conduxit 9
unum molendinum cum quatuor ro
tis, & conuenit præſtari modios x.
pro qualibet rota, & poſtea condu-
ctor ibi aliã rotam conſtruxit, quòd
non teneatur pro illa noua rota ali-
quid ſoluere:& ſic non debet creſce
re fructus. Et dicit quòd ita fuit deter
minatũ: prout refert Vgol.de Fonta.
allegat ad hoc l.non modũ.C. de ſer
ui.& uide omnino eundē Alb.in d.l.
Rutilia Polla.ubi adducit alias ſimi-
les q. * Decimo adduco aliam deci 10
ſionem Alb.in aut.hoc ius porrectũ.
de ſacroſan.in x.col.uerſi. unam aliã
q.ſubiicio.ubi dicit, quòd ſi paterfa.
cum abbate & conuentu eiuſdē mo-
naſterij pactus fuit, quòd moledinũ
dicti monaſterij ſibi & familiæ ſuæ
pro certa penſione molere deberet,
nec in hoc fuit læſum & deceptum
monaſteriũ tempore pacti initi: poſt
ea quilibet filiorũ habet ita magnam
familiam, ſicut habebat paterfa.tem-
pore celebrati contractus, quilibet
ipſorum uult molere ad moledinum,
ſicut faciebat eorũ pater: & determi
nat, quòd de ſtricto iure poſsit: & al
legat d.l.ſi ſeruitus. In cõtrariũ uult,
quòd immo non teneatur furnarius
coquere pro eodem pretio, aucta fa-
milia: per tex.in l.nõ modum. cũ his
quæ ibi not.per gl.& Cy.& Doc.C.
de ſer. *Secundo pro l.ſi ita.de au. 11
& ar.leg.ubi dicitur, uerba in dubio
intelliguntur, ſecundum tempus prę
ſens: & pro hoc l. ſi cum meus pro-
prius.cum ibi no.ſi ſeru.uen.& cle.li
teras.cum ibi not.de reſcript. Itē pro
hoc, quia uerba contractus in dubio
intelliguntur rebus ſic ſtantibus. l.
quòd ſeruitus.de cõd.ob cau. *Ter 12
tio per l.Rutilia Polla.de contrahen.
emp.ubi dicitur, quòd in dubio uer
ba contractus intelliguntur ſecun-
dum quòd apparet tempore contra-
ctus: & poſtea illum tex. inducit Alb.
de Ro.ad plures q.& ad idem eſt tex.
in l.j.cod. tit.& ibi Alb de Ro.in fin.
adducit illum tex.ad deciſionem hu-
ius



ius q.in terminis.remittit tamē ſe ad
dicta per eũ in d.autē. hoc ius porre-
ctũ. Quarto facit tex.in l.j.§.item
quæritur.de aqua quoti.& æſti. & in
13 l.fi.§.fi.in fi.de libe.leg. * Quinto:
hoc uidetur probari optima ratione:
quia ex perſona hæredũ nõ debet cõ
dit.obl.mutari.l.ij.§.ex his. de uerb.
ob.& ibi uide Alb.de Ro. Et ar.iſtud
procederet, quando eſſet aucta fami-
14 lia poſt mortē patrisfa. *Sexto, quia
ubi creſcit expenſa & labor, debet
creſcere precium ſeu ſalarium: quia
tam labor, quàm pecũnia diuiſionem
recipiũt:ut eſt tex.in l.amico.in prin.
de an.le.& ibi ponunt Doct.per illũ
15 tex. * quòd ſi famulus conuenit ſtare
cũ tribus ſcholaribus pro certo pre-
cio in meſe: & unus ſcholaris mori-
tur, uel recedit, debet diminui ſala-
riũ: ſi alter ſuperuenit, debet augeri,
ſicut augetur & diminuitur labor. ita
hic dicitur, quòd ſi augeatur uel di-
minuatur familia, debet augeri & di-
minui preciũ. Septimo, pro hoc ad
duco tex.in c.quãto.extra de cenſ.&
16 ibi ponitur iſta q.per Io.An. *Octa
uo, quia regulariter cõuentio nõ ex-
tenditur ad incogitata.l.cũ Aquil. &
l.qui cũ tutoribus.de tranſac.ſed fur
narius nõ cogitauit, quòd deberet fa
17 milia creſcere, ergo &c. * Nono,
quia infinitas eſt euitanda.l.fin.C.de
ſa.ſan.eccl. Nã ſi furnarius teneretur
pro familia aucta, teneretur etiã ſi in
infinitũ augeretur. quod nõ uidetur
eſſe dicẽdũ, ut ibi. & per hanc potiſ
ſime ratione pro hac parte determi-
nat ibi Ia.But.dicēs quòd nõ obſtat,
quòd promiſerit coquere mihi & fa-
miliæ meæ, quia intelligitur de fami
lia, quam tempore conuentionis ha-
18 bebã. *Decimo & ultimo facit l.cui
fundus.in fi.de cõdi.& demonſt.quē
tex inducit ibi Dy.& Alb.ad j.q.do-
mini Azo. quòd ſi cõceſſũ eſt, quòd
in aliquo nemore poſsit ligna inci-
dere pro ſe & familia ſua: & decedat
relictis multis familiis, quòd unuſ-
quiſq; filiorum nõ poterit incidere
quantũ expediat ſibi & familiæ ſuæ,
ſed omnes ſimul incidere tantum de
bent, quantum poterat pater. & non
plus. idē inducit ibi Alb.ad aliã quæ-
19 ſtione: * Si aliquis dederit prædiũ
alicui monaſterio, ut ꝑpetuo deberet
molere ſibi & filiis ſuis granũ ad mo
ledinũ ſuũ: poſtea liberi ſuperexcre-
20 uerunt. *Item adduco etiã deciſio-
nē Pilei, quã facit in q.ſua xlviij.quæ
incipit, quidam paterfa.in quatenet,
quòd ſi monaſteriũ promiſit mihi &
familiæ meæ molere frumentum, nõ
tenetur hæredibus molere in ma-
iori quantitate, quàm mihi tenere-
tur propter infinitatem euitandam:
quoniam non eſt ueriſimile mona-
ſterium ſe uoluiſſe obligare ad talē
infinitatē. & idē tenuit Bar.Brixieſis,
in queſtionib⁹ ſuis, q.lj. quæ incipit,
21 quidã paterfa. * Et ad idē allego e-
tiã quæ no.Cy.ſecundũ Pet.in l.non
modus.in fi.C.de ſer.ubi per illũ tex.
quòd ſi quidã ruſticus promiſit cuili
bet canonico dare x. pro anniuerſa-
rio: & tempore promiſsionis nõ erat
niſi x.canonici, deinde ſunt xxx.nũ-
quid teneatur omnibus. Et dicit, ꝙ
non, quia non poteſt tunc cogitari,
quot ibi canonici eſſent. & idem di-
cit Io.de Imo.in cle.literas. in xviij.
col.de reſcript. Ego autē in iſta q.
ita concluderem, diſtinguẽdo & cõ-
cordando iſta iura: aut promiſsio fur
narij facta ſub nomine uniuerſali, aut
ſub nomine particulari, aut genera-
li, aut indefinito. Primo caſu, quã
do promiſsio eſt facta ſub nomine
uniuerſali, ut familiæ meæ, ut dixi ſu
prã in j.arti.primę partis, & ut forma
ui in q. principali. & tunc teneo pri-
mã partē ueriorē, uidelicet quòd te-
neatur etiã pro familia aucta, per iu-
ra s.pro prima parte allegata. & po-
tiſſ

a Familia.
*Quod familia alicui⁹ dicatur ci⁹ familia poſt mortē ſuã, uide Alex.in uo.coſ. xx.ij. co.§.hĩ faciunt.* Quid *ueniat appella tio familiæ, ui de Cornẽu. in uo.cõſ.ccxxix.*

tiſsime quia nomina uniuerſalia recipiũt augmētũ & diminutionē.l.peculiũ.in prin.de leg.ij.cum aliis alle. §.j.& ij. ar. primæ partis.Et hoc etiā tenet Cy.in d.l.non modus.C.de ſerui. & in l.placet.in fi.de ſac.ſan.eccle. & Pet.de Anch.in c.quāto.extra de ceſ. & hoc intellige,quando filij habitāt cũ patre:ſecus ſi ſeorſum habitet: qa illa dicitur familia quę ſimul habitat. per l.tria onera.de excuſ.tu.licet quo ad alias,ſit de familia.l.fin.C.de uer.ſig.ſed Pe.de Ancha. & Io.de Ana.in d.c.quāto. Nec obſtāt argumēta[a] in cōtrariũ adducta:quia poteſt reſponderi,ſicut poteſt diminui familia, ita poteſt augeri,& ecōtra . unde ꝓpter iſtud dubiũ euentũ nō poteſt dici eſſe aliqua læſio, ſi nō fuit inſpecto tēpore cōtractus.ar.l.ſi pater puellæ.& ꝗ ibi no.per Cy.& Doc.C.de inoffi.teſt. Secūdo caſu,quādo promiſsio eſt facta ſub nomine particulari, puta mihi & duob⁹ filiis meis.& tūc nō habet dubiũ,qa nō egreditur pſonas nominatas : quia limitata diſpoſitio limitatũ producit effectũ. l. in agris. de acqui.re.do.& ita poteſt loq l.nō modus.C.de ſer.ſecūdũ Cy.ibi. Tertio caſu, quando eſt facta promiſsio ſub nomine generali , puta mihi , & omnibus liberis meis.& tunc ſubdiſtingue:aut ꝓmiſsio eſt facta ad certũ tēpus limitatũ,aut in perpetuum, aut ſimpliciter.Si ad certũ tēp⁹,puta ad x.an.promiſit coquere mihi & omnibus liberis meis.Et tūc intelligo pro omnibus liberis , qui pro tēpore reperiũtur:unde ſiue creſcat, ſiue decreſcant,furnarius tenebitur ſemper pro eodē precio , cũ potuerint partes cogitare hoc euenire poſſe.ut no. in l.inter ſtipu. §.ſacrā.de uer.ob maxime,quia uerba ſunt generalia, q generaliter debet intelligi.l j. §.& generalia.de le.præſtā.& xviij.di.ſi Roman.cũ ſi.Si uero promiſsio eſt facta in ꝑpetuũ,& idē eadē ratione. Nec ob.ratio infinitatis euitādæ:quia uerba infinita repugnāt. *Poteſt enim qs ſe obligare in perpetuũ.l.j.§. ſi in ꝑpetuũ.ſi ager uec.uel emph.Et prædicta intelligo uera,quādo fit augmētũ uel diminutio liberorũ per natiuitatē uel mortē eorũ:ſecus ſi creſceret familia ex aliquo caſu accidēti : puta ego ſum creatus miles:uel ſuperuenit mihi hæreditas opulēta,propter quā ego incepi tenere tres uel quatuor famulos,uel totidē pediſſequas,iuxta l.ſed & ſi leg. §.ſi qs re ſua.de peti.her. & quod not.gl.in aut.ut iudices ſine quoquo ſuf. §.cogitatio.in uer.largi oris.col.j.quia de iſto nō potuit furnari⁹ uериſimiliter cogitare:ergo nō tenetur.l. cũ Aquil.& l.q cũ tutorib. de trāſ.Et ſic nō inſpicitur hoc caſu, qđ euenire poteſt: qa quādo præſēs ſtatus nō indicat cōtingētia de futuro,non inſpicitur qđ euenire pōt:ut d. §.ſacrā.& ibi hoc no.Bar.ſed ſi ꝓmiſsio eſt facta ſimpliciter,nō expreſſo aliquo tēpore : puta promiſit furnarius coquere mihi & liberis meis panes pro x.libris in anno:& tūc credo,ꝗ licet creſcat familia uel decreſcat in uno anno , nō ꝓpterea debet creſcere uel decreſcere pcīũ,per pdicta:ſed poſt annũ nō cogitur furnarius coquere pro eodē precio , ſi creuit familia:nec ego teneor idē preciũ ſoluere,ſi decreuit:immo etiā ſi non eſſet mutata familia:quia dicta ꝓmiſſio nō durat,niſi ſingulis annis.& in fine cuiuſlibet anni quiſq; noſtrum poteſt contractũ diſſoluere.facit qđ not.in l.itē qritur. §.q impleto.loca. Quarto caſu principali , quando promiſsio eſt facta ſub nomine indefinito : puta promittit furnarius mihi, & filiis meis:& tunc credo,quod cēſeatur tacite actum de filiis qui reperiuntur tēpore contractus[b] , quia de futuris in dubio non uidetur actum,

a Argumēt. *Argumētum a cōtrario ſenſu, quādo habet locũ,uide Alc.ii. uo.cōſ.xvij. Et utrũ ī cōtractibus habeat locũ arg. a cōtrario ſenſu,in iiij. uo.cōſ.v.et Corneũ j.uol. cōſil. clxviij. in ſecũdo uo. cōſi.xxiiij.& xliij.& cx. & cxix.in iij.uo.cō.xxxj. et in iiij. uol.cōſi.cclxvj.et cccviij.*

b Contract. *Contractus declarat ex quantitate pecuniæ: unde Corneum [illegible] cōſil. cxvj. & in ij. uo.cōſil. xl. & lxxv.et clxxx. & in iij.uo.cōſi cxc.& ccj.et in iiij.uo.conſi. cclv.*

22 *Poteſt enim qs ſe obligare in perpetuũ.



ctũ,ſecundũ propriam ſignificationem uerborũ.ut probatur in l.ſeruitus.ibi,humanius eſt.de ſer.urb.præ. & no.p Bart.in l.ſi pluribus.de leg.ij. & ſic intelligitur rebus ſic ſtantibus. & probatur etiam hoc in l. non modus.C.de ſerui.intelligēdo quòd ibi fuerunt uerba indefinita.& ꝓ hoc eſt tex.in l.ſi ita.& in l.medico.in princ. de aur.& arg.leg. & ad hoc etiam allego,quod not.Cy.in l.placet.in fin. C.de ſacr.ſanc. & quia iſta q.eſt ſatis difficilis, prædictam materiam & deciſionem ſubiicio correctioni cuiuſlibet melius ſentientis: & dicā etiam in l.prouincia. §. familiæ.de uer.ſig.

23 *Sexta q . an liceat facere furnum in muro communi,inuito ſocio, uel iuxta murũ uicini eo inuito. De hoc dic,ut dicam in ſeq.tit. de fornace & fornello,in princi. Vltimo de iſta materia furni uide per Albe.de Ro.in ſuo opere ſtatutorũ, in prima parte, q. cxxxv.& per Ange.in l.inter quos. in prin.de dam.infec.& uide quæ dixi ſuprà de puteo , in pluribus q . & maxime in uer. ſed quæro nunquid. & uide quæ dicam infrà de balneo ſiue ſtupha,& camino,& cellario.

## De fornace. CAP. LI.


1 *Fornacem an quis in muro uel fundo communi construere poſsit.*

2 *Fornacem an quis in muro proprio iuxta uicini murum conſtruere poſsit.*

3 *Fornace ſi ignis periculum exiſtat,ne uicini paries flamma corruat,quid iuris.*

4 *Fumus ſi aſcendat de fornace ad uicini domum,an propter hoc contra fornacis dominum agi poterit.*

5 *Fornacis propter ignem ſi uilla uel domus exuſta fuerit , an contra fornacis dominum agi poſsit,& qua actione.*


1 QVAERITVR *primo an qs poſſit in muro uel fundo cōmuni fornacē conſtruere : & dicas regulariter ꝗ nō:quia in re cōi melior eſt cōditio prohibentis.l.Sabinus,cōmuni diui , niſi fundus ille eſſet deputatus ad fornacē.l.arboribus.de uſufr.& l. ædiles.cōmuni di. & l.cũ duobus. §. itē Mela pro ſoc.& no.gl.& Doct.in d.l.Sabinus.& habetur in l.pariete.de ſer.urb.præ.fallit etiā in aliis caſibus no.in d.l.Sabinus.& in reg.in re cōmuni.li.vi.& uide quod dicā infrà de cellario . & qđ dixi s. de pariete ſiue muro.& de ſeruitute tigni immitt.in

2 iiij.q. *Queritur ſecūdo,qs uult cōſtruere fornacē in muro proprio iuxta murũ uicini.Et dubiũ facit l.fi.ſi. reg.quæ uult,ut ſi quis domos ædificat,pedes duos debet relinquere,ſupra murũ unũ tantũ pedē.ego teneo ꝗ potius muro q domui hoc ęquiparetur : & ſic ſufficiat relinquere unũ pedē:per d.l.fin.& hoc uoluit gl.in l. quidā Hiberus.in uer.pariete.de ſer.ur.præ.quę dicit,quòd infra duos pedes uel unũ,per d.l.fi.& eſt ratio, qa fornax nō eſt locus,niſi eſſet coiūcta domui ad habitādũ, ſicut reperitur in multis fornacib⁹.ar.l.pleriq;.de in ius uo.iuncta l.prædiis. §.balneas.de leg.iij .& l.eo iure. §.ſtabula.in qui.

3 ca.pi.ta.cōtrahatur. *Quæritur tertio, qd ſi in fornace eſt piculũ ignis, ne flamma paries uicini corruat.dico quòd nō poteſt cōſtrui ita penes fundũ uicini, quòd eius paries poſsit dānũ pati ex flāma uel igne:ut eſt caſus in d.l.quidam Hiberus . & hoc tenet ibi Ange.in ult.col.prin.per illũ tex. de quo uide etiā quod dicā in ſeq.ti. circa prin.& quę dicta ſunt de fundo ꝓprio uicini,idem dicendũ eſt de cōmuni:quia iuxta ipſum nō poteſt qs fornacē cōſtruere:ſicut nō poteſt ꝓpe fundũ alienũ uicini:ut eſt tex.in d. l.quidā Hiberus.ubi paries cōmunis & alienus in hoc æquiparantur.& ad de quæ dixi ſuprà de furno . in j . q.

4 *Quæritur quarto , quid ſi fumus aſcendit de fornace ad domum uicini,an propter hoc poterit agere con

cõtra dominũ fornacis ? dicas quòd
non regulariter,ꝑ l.ſi cui. §.Ariſt.ſi
ſer.uen.de quo uide q̃ dicã ĩ.de fur
no. * Quæro quinto,quid ſi ꝓpter 5
ignẽ fornacis uilla uel domus exu-
ſta eſt,an cõtra dominũ fornacis agi
poſsit,& qua actione.uide tex.in l.ſi
ſeruus ſeruũ. §.ſi fornacarius. & qđ
ibi no.per gl.& Doct.ad l. Aqui.& q̃
dixi ſ.de furno,in j.q. Et quæ dicta
ſunt de fornace, habẽt locum etiam
in fornello, qui fit cauſa cineris co-
quendi,uel alia de cauſa ſupradicta.

De balneo ſiue ſtuph. CA. LII.

1 *Balneum uel ſtuphã facere etiam in-
uito ſocio in communi licitum eſt,dum
tamen ex hoc communis paries non læ
datur,alias ſecus.*
2 *Balneũ conſtruere in pariete proprio
iuxta uicini parietem an licitum ſit.*
3 *Balneũ qualiter de iure cõſtrui poſsit.*
4 *Balneũ ſeu ſtuphã an uſufructuarius
poßit in fundo uſufr.conſtruere.*
5 *Balneum uel ſtupham ad uſum publi
cum an inquilinus uel uſufructuarius
deputare poßit.*
6 *Balneator ſeu ſtuphar.an de receptis te
neat ſicut nautæ,caupones,ſtabularij.*
7 *Balneorum et thermarũ calefactiones
an munera perſonalia eſſe dicantur.*

IN muro communi * licitũ eſt bal- 1
neum uel ſtuphã facere etiã inui-
to ſocio,dũ tamẽ ex hoc paries cõis
non lædatur:alias ſecus:ut probatur
in l.fiſtulas.in prin.& §.j.de ſer.ur.
præ.& in l.quidã Hiberus. §.fi.& te-
net hoc Io.Pe.de Papia.in ſuo ult.li.
in antepe.gl.uer.& ſi paries. & ideo
ſi ex flamma balnei exuratur paries
cõmunis,hoc facere nõ licet.ar.l.fi-
ſtula.ſi ſerui.uen. & in l.ſi ſeruus ſer
uum. §.ſi fornacarius.ad l.Aquil.&
in eo pariete nõ poſſunt iniungi ta-
bulæ uel uaſa uitrea, per quæ in altũ
flãma tollatur, & paries cõburatur:
ut d.l.quidam Hiberus.uer.de tabu.
ut not.Ang.in l.inter quos.in prin.
in pe.col.de dã.infec. *Sed quæro, 2
nũquid in pariete proprio iuxta pa-
rietem uicini ſit licitũ balneũ cõſtru
ere. & dic ꝙ ad duos pedes ipſũ face
re nõ licet,per quod paries uicini cõ
buratur.& hoc tenet Ang.in d.l.qui-
dã Hiberus.in prin.in ulti.q.ego au-
tẽ nõ credo,quòd duo pedes ſint mẽ
ſura propriè,per quos qđ diſtare de-
beat:licet tex.cũ gl.ſecundũ tuã ex-
poſitionẽ hoc ſentiat in d.l.quidã Hi
berus.ſed teneo, quòd tantũ quis de
beat diſtare,quòd nõ noceat ei à ui-
cino fundo.& ita loquitur d.l. quidã
Hiberus.quam ſic intelligo. & ita e-
tiã dixi in præcedẽti ti.in iij.q. *Qua 3
liter autem balneũ de iure cõſtruere
poſsit,uide text.cum ibi no.per gl.&
Doc.in l.j.C.de ædifi.priua. *Nun- 4
quid uſufru.poſsit balneũ ſeu ſtuphã
cõſtruere in fundo uſufructuar. & di
cas ꝙ non,ut eſt tex.in l.æqſsimũ. §.
itẽ ſi domin⁹.& ibi Flo.de uſuf.& ſic
ibi uidetur caſus , ꝙ ſcholaris in do-
mo cõducta nõ poſsit facere ſtuphã
inuito uel inſcio domino.licet ibi lo
quatur de uſufr.qa eadẽ eſt ratio.Nã
ſi uſufruct.qui habet plus iuris quàm
inquilinus uel cõductor non poteſt,
multominus poterit cõductor uel in
quilinus. Prædicta intelligo uera in
partibus , in quibus balnea ſiue ſtu-
phæ priuatæ nõ habẽtur cõmuniter
in uſu, ut eſt hic Paduæ : ſed in locis
in quibus eſſe cõſueuerunt,ut in Ale
mania,ſecus.ar.l.fi.in fi. & uſu quoti
diano ſup hoc uerſatur. C. de fide-
iuſſo.& ibi hoc no.ꝑ Doc.& no.Bar.
in l.errore.C.de teſta.qui dicit per d.
l.fin.quòd conſuetũ tacitè ineſſe ui-
detur.quia ea quæ ſunt in uſu quoti-
diano pro expreſsis habẽtur.pro hoc
l.quòd ſi nolit. §.qui aſsidua.de ædi.
edic.& quod ibi latè ſcripſi. *Sed an 5
inquilinus uel uſufruct.poſsit ſtuphã
uel balneũ ad uſum publicũ deputa-
re?Dic quòd nõ,ſecũdũ Flo.in d. §.
ſi do



6 §.ſi dominus.per illũ tex. *Sed po-
teſt dubitari an balneator ſeu ſtupha
rius teneatur de receptis , ſicut nau-
tæ,caupones,ſtabularij:dic quòd ſic:
ut notat Guil.de Cu.in l.j §.item.ff.
naut.cau. balneator in pub. balneo
ſi qd proiiciatur,poteſt agere actio-
ne iniuriarum.tex.eſt in l.ij. §.ſi quis
in mari.nequid in lo.pu.religioſi in-
trare poſſunt balneũ tẽpore neceſsi-
tatis.xx iiij.q.j.omnes qui. & ibi no.
in glo.ac etiã tẽpore neceſsitatis die
dominico balneũ cõceditur. de con
ſe.diſt.iij.præuenit.ut not.gl. in d.c.
omnes q. An autẽ ſenatuſ. quod pro
hibet legari uel uẽdi ea quæ ſunt cõ-
iuncta ędibus,ut l.ſenatus.de contra
hẽ.ẽp. & l.cętera. §.hic ſenatus.el ij.
de leg.j.habeat locũ ĩ balneis & c.dic
quòd ſic.tex.eſt in d.l.cætera. §. hoc
ſenatus.el.ij.in princ.Itẽ nũquid ap-
pellatione dom⁹ cõtineãtur balnea:
uide l.prædiis. §. balnea de le. iij. &
quod ibi no.facit qđ dixi in eo.ti.prę
7 ced.in ij.q. *Itẽ adde,ꝙ calefactiões
thermarum & balneorũ dicũtur eſſe
munera perſonalia:ut eſt tex.in l.j.in
prin.de mun.& ho. quẽ tex.intellige
de balneis pub.ſicut erãt thermæ do
mini Diocle.ĩperatoris,quarũ ędifi-
ciũ mirę magnitudinis adhuc Romę
extat. Vltimo de balneo uide omnia
quæ dixi ſ.de ſer.ꝓiciẽdi,in ij. q. &
uide l. ſicuti. §.fi.ſi ſer.uc. & l. q inſu
lã. §.j.ff.loca.& in l.qui bal.in prin.q
po.in pi.ha.& inſt.de li. §.multis.ĩ fi.

De fumo. CAP. LIII.

1 *Aedificia iſeriora habẽs ſi igne faciat,
per ſtramẽ, uel per feneſtras fumũ in
ſuperiora ædificia immittat,an poſſit.*
2 *Apes alienas ſi qſpiã fumo facto fuga-
uerit,uel necauerit,qua actiõe teneat.*

1 HABENS ędificia* iſeriora ignẽ
facit, & ꝑ foramẽ uel per fene-
ſtras fumũ in ſuperiore ædificio mit
tit, an poſsit. & uidetur quòd non,
per tex.no.in l. ſicuti. §.Ari.ſi ſer.uc.
In contrarium uidetur tex.in §.fin.
in ea.l. Ego nunc diſtinguendo ita
breuiter concludo.Aut eſt ſeruitus
conſtituta,& nulli dubiũ eſt:ut not.
per gl.in d. §.Ariſt. Aut ſeruitus nõ
eſt ĩpoſita, & tũc aut uult immittere
ſeruitutis iure,& nõ põt:ut eſt caſus
in d. §. Ariſt.ſecundũ intellectũ gl.
aut uult immittere iure ſuo : & tunc
aut facit aĩo iniuriandi , & non po-
teſt.imò ſi tunc mittit, tenetur actio
ne iniuriarũ.l.pe.de iniu.& ibi Ang.
& no.gl. ĩ d. §.Ariſt.& dixi ſ.de ſer.
ꝓiciendi,in ij.& v.q.in dubio tamẽ
non pſumitur aĩus iniuriãdi uel no-
cendi.gl.eſt no.in l.fluminũ. §.fi.de
dã.infe.aut non facit aĩo iniuriandi,
ſed immittit iure ſuo: & tũc aut fa-
cit ignẽ ſolitũ & cõſuetũ ꝓ uſu ſuo
& familiæ.& poteſt.ut eſt caſus, qui
ita debet intelligi ĩ d.l.j. §.ſicuti. in
prin.Aut facit ignẽ inſolitũ, puta ni
mis grauẽ:& tũc non poteſt: ut d. §.
fi.ibi , fumũ non grauẽ.à contrario
ſenſu.& ita poteſt intelligi §.Ariſt.
& ita tenet ibi Bart. Flor.& Paul.de
Caſt.& ita dixi ſ.de ſer.ꝓiciendi,in
ij.q.qđ bene no. qa uidi ſæpenume
ro habitãtes inferius ĩmittere fumũ
per foramen aut per feneſtras ad ę-
dificia ſuperiora,aut habẽtes furnos
& fornellos , & ex his mittere fumũ
ĩ domos uicinas,qa cõtra eos agi nõ
poteſt,nec ꝓhibere,ſi faciũt ignẽ ſo
litũ,ſecus ſi inſolitũ,puta cõburẽdo
paleas uel ſtramẽ , ut quãdoq; fit.&
2 adde q dixi ſ.de fornace,ĩ iiij.q. *Si
qs autẽ fumo facto apes alienas fu-
gauerit,uel etiã necauerit, qa mor-
tis cãm pbuiſſe uidetur magis,q̃ oc-
cidere,in facti actione tenebitur:ut
eſt text.in l.ſi quis fumo.ad l. Aquil.

De ſcalis. CAP. LIIII.

1 *Scalas muro communi apponere lici-
tum eſt uni ex ſocus,ſi nullũ damnum
parieti fiat.*
2 *Scalæ lapideæ an iuxta murũ commu*

*nem per unũ ex ſociis apponi poſsint.*
3 *Scalas non ſolum ſi quiſpiam uelit ap propinquare, ſed etiam tigna uel lapides immittere, an poſsit.*
4 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*
5 *Scalæ in muro alieno an & quomodo apponi poſsint.*
6 *Scalas in ſolo publico iuxta domũ ſuã ſi quiſpiã ædificare uoluerit, an poſsit.*
7 *Scalas in muro ſupra ſolum uicini uel publicũ, an quis facere poſsit.*
8 *Scalæ an domus appellatione ueniãt.*
9 *Scalis admotis ſi quis muros ciuitatis aſcenderit, quomodo puniatur.*
10 *Scalas apponere muro alterius cauſa ingrediẽdi eius domum, quæ pœna ſit.*

SCALAS * muro comuni appo- 1
nere licitũ eſt uni ex ſociis, ſi nul
lũ dãnũ parieti fit. text. eſt cũ gl. in l.
fiſtul. §. fi. de ſer. ur. & hoc modo de
bet intelligi gl. in l. qdã Hiberus. in
uer. ſeruitutis. ibi, ſecus autẽ ĩ ſcalis.
eo. ti. q facit differẽtiã inter tubulos
& ſcalas: qa p tubulos comittitur dã
num parieti cõi ex flãmæ ignis, ſed p
ſcalas appoſitas nõ ſolet fieri cõiter
dãnũ parieti. & iſta fuit intẽtio gl. ſi-
cut ibi Ang. eã reꝓbet. ſed ſi p ſcalas
fieret leſio, tũc apponi nõ poſsũt mu
ro cõi inuito. p d. l. qdã Hiberus. &
d. l. fiſtula. in pri. Ang. tenet hoc in l.
quidã Hiberus. ĩ fi. & l. inter quos. in
prĩ. de da. ĩfe. in iiij. col. uer. ſimiliter
ſcalas lapideas iuxta murũ cõem, &c.
& Flo. in l. Sabinus. in fi. cõi di. Et di
cutur ſcalæ nõ afferre dãnũ ſeu læ-
ſione ĩ muro cõi, quãdo nõ impedi-
unt ipſiꝰ parietis refectione, uel quã
do ſublato pariete cões ſcalę p ſe ſta
re poſſunt. aliàs ſecus. ut d. l. fiſtulas.
§. iuxta. ubi hoc no. Bar. & Doct. uel
quãdo aliud impedimentũ ſeu dãnũ
fieret ipſi muro cõi, puta qa oſtiũ fie
ri debebat. uel feneſtra. uel aliud æ-
dificiũ, qđ p dictas ſcalas ĩpediretur
uel ĩcomodaretur. ar. d. l. qdã Hibe-
rus. & d. l. fiſtula. in prĩ. & l. fiſtulas. ſi
ſer. uẽ. & l. ſi cões ædes. cõi di. & p id
quod no. gl. in l. Sabinus. eo. ti. Et ex
his ſequitur, quòd ſcalæ ligneæ poſ-
ſunt regulariter apponi p unũ ex ſo
ciis iuxta murũ cõem, qa faciliter re
moueri poſsũt: ut dicit tex. ĩ d. l. fiſtu
lã. §. fin. & ſic cõiter dãnũ cõi muro
ĩferre nõ poſsũt. ſi tamen dãnũ ĩfer-
ret, appõi nõ poſsũt, ut dixi. * Sed 2
qđ de ſcalis lapideis, an apponi poſ-
ſunt iuxta murũ cõem p unũ ex ſo-
ciis? Et uidetur quod nõ. qa faciliter
remoueri nõ poſsũt. p d. §. fi. cõtra-
riũ dic. ſ. ꝙ poni poſſunt: qa ſublato
pariete p ſe ſtare poſsũt: ut d. l. fiſtu-
las. §. iuxta. & ibi Bar. ſi modo muro
cõi nullũ dãnũ fiat. & ita tenet Ang.
ĩ d. l. iter quos. iiij. col. In hoc tamẽ
ẽ differẽtia: qa faciliꝰ poſsũt nocere
ſcalæ lapideæ q ligneæ. ſed cæteris
paribus nulla eſt drĩa: qa ubi nullum
fit dãnũ p eas, fieri poſsũt, aliter nõ.
& ita uidi obſeruari. & in ſũma not.
pulchrã regulã ꝓ ſociis habentibus
ĩter ſe cõem, puta ĩ muro uel domo
cõi, ſi qritur utrũ unus eorũ poterit
aliqd appropĩquare uel apponere ĩ
muro cõi. nam debet attẽdi an illud
qđ appropinquatur uel apponitur,
poſsit p ſe ſublato muro uel domo
ſubſiſtere: qa tũc põt appõi, alias ſe-
cꝰ. itẽ an ĩpediat refectionẽ cõis pie
tis uel domꝰ, & nõ pt, ſi nõ ĩpeditur
pt. ut ꝓbatur in d. §. iuxta. Itẽ an affe
rat aliqđ dãnũ uel nõ, ut patet ex p-
dictis, q ꝓcedũt, ut dixi, nõ tantũ in
ſcalis, ſed et ĩ quacũq; alia re uel æ-
dificio. qđ ẽ ualde no. qa p hoc mul
tæ q. decidi poſsũt. qbꝰ adde q dicã
ĩ. ꝓxi. q. & ĩ. de ſolario. * Quid aũt 3
dicẽdũ, ſi qs uult nõ ſolũ ſcalas ap-
ꝓpĩquare, ſed et mittere, puta carũ
tigna uel lapides, an poſsit? Et uide-
tur, ꝙ debeat diſtĩgui, ut de appropĩ
quatione dictũ eſt. In contrariũ ui-
detur, uidelicet qđ ĩdiſtincte poſsit:
p tex. cũ gl. ĩ l. ſi cões ædes. ĩ uer. mit
tere. cõi di. itẽ qa ĩ re cõi licitũ ẽ unĩ



ſocio aliqd facere, quãdo alterius ſo
cii nihil ĩtereſt. l. qdã Hiber. §. parie
tẽ. de ſer. ur. p. & no. gl. ij. ĩ pri. ĩ l. Sa-
binus. cõi di. Ego aũt teneo, quòd re
gulariter nõ poſsit: qa ĩ cõi nõ põt ĩ
uito ſocio aliqd facere. & melior eſt
cõditio ꝓhibẽtis. d. l. Sabinꝰ. niſi mu
rus cõis eſſet ad hoc deſtinatꝰ. ut ibi
no. gl. facit ad hoc qđ dixi in ti. pce.
de fornace. ĩ j. q. nec ob. tex. cũ glo. ĩ
d. l. ſi cões ædes. quia debet ĩtelligi,
quãdo ædes erant ad hoc deſtinatæ,
ut ibi fierẽt ſcalæ. & ita ẽt intelligit
ibi Flo. Nec ob. qđ dixi, quãdo non
ĩtereſt ſocii, pt alter ſocius in muro
cõi immittere. qa nõ pt ĩtereſſe ſi ti
gna uel lapides non ĩmittatur, ut de
ſe patet. In hoc tamẽ poſſet ſic diſtin
gui, aut murꝰ eſt cõis quo ad oĩa: qa
ſic actũ fuit & cõuẽtũ ĩter ſocios, &
non habet dubiũ, ꝙ etiã ꝓ ſcalis in
eo poſſunt ĩmitti tigna & lapides &
ſimilia. aut ẽ actũ, quòd murꝰ ſit cõis
tãtummõ ad unũ uſum, puta ꝓ diui-
dẽdo uiridariũ. & tũc ẽt clarũ quòd
4 nihil pt ĩmittere. * qa limitata diſpõ
limitatũ ꝓducit effectũ. l. in agris. de
acq. re. do. & ꝓ hoc uide oĩno q dixi
ſ. de pariete ſiue muro, in pe. q. uer.
occurrit mihi. Siue nihil eſt actum
expſſe inter ſocios qđ cõſtet: & tũc
aut murus apparet cõis ex eo, qa in
eo ſũt appoſita tigna uel trabes: uel
lapides: & tũc in dubio reputabitur
cõis ſaltẽ, quantũ ad hoc: & iõ qlibet
ex ſociis pt ſcalas ĩmittere aut tigna
uel lapides ꝓ ſcalis ſuſtinẽdis. & ita
pt intelligi tex. cũ gl. in l. ſi cões æ-
des. ĩ uer. ĩmittere. cõi di. Et hoc in-
telligo, quãdo murus eſt ſufficiẽs &
idoneus ad ſuſtinendũ talia onera:
aliàs ſecus: ut l. in pictis. de da. infe.
& l. cuius ædificiũ. de ſer. ur. p. & di-
xi ſ. de ſerui. tigni immit. in iiij. q.
aut murus apparet cõmunis ex alio,
puta quia ſunt feneſtellæ uel anuli
ab utraq; parte, uel ſi. de quibus ui-
de ſ. de pariete ſeu muro. uer. ij. prin
cipaliter eſt uidẽdũ. & tũc in dubio
credo quòd nõ poſsit. qa regulari-
ter in cõi re melior eſt cõditio pro-
hibẽtis. d. l. Sabinus. Nã negari non
põt, quòd p dicta immiſsionẽ tigno
rũ uel lapidũ qbus ſcalæ ſuſtẽtatur,
nõ fiat aliqua leſio muro cõi, ſi tamẽ
fiat talis miſsio, p qua nullo modo
pt intereſſe alteriꝰ ſocii: puta qa mo
dica eẽt miſsio facta, nec põdus ma
gnũ ſuſtineret murꝰ, ꝓpter talẽ miſ-
ſionẽ, tũc fortaſſe poſſet. ut d. l. qdã
Hib. §. parietẽ. & gl. ij. in d. l. Sabinꝰ.
& ita alias uidi iudicari. Hoc tamen
an intereſſet uel nõ uicini, relinquẽ
dum eſt arb. iudi. q inſpecta qualita-
te muri & loci & miſsionis iudicare
debet. ar. l. j. §. fi. de in. delibe. & c. de
cauſis. de off. deleg. & pdictis adde
quæ dixi ſ. de ſerui. tigni immitt. in
iiij. & v. q. de pariete ſiue muro. uer.
iij. principaliter eſt uidendum. cum
5 ſeq. * Vidimus de muro communi,
an poſsint ſcalæ iuxta eum apponi
uel immitti: nunc dicamus de muro
alieno: in quo ſic breuiter eſt con-
cludendum: Aut quis uult ponere
ſcalas ligneas uel lapideas immittẽ-
do tigna uel lapides in muro alie-
no, & nõ poteſt, inuito aut non con
ſentiẽte domino: imò dominus mu
ri poteſt propria autoritate illud qđ
immiſſum eſt in muro ſuo tollere
uel deſtruere. l. quemad. §. ſi prote-
ctum. ad l. Aquil. & l. qui uitẽ. §. ſi ad
ianuã. quod ui aut clam. de quo dic
ut dixi ſ. de ſer. tigni immit. in vj. &
vij. q. Aut quis uult ponere ſcalas
prope murum alienum, nihil in mu
ro immittendo: & tunc aut uult tan-
gere murũ ita, ut requieſcat in eo. &
nõ poteſt p dicta iura, & per l. fiſtu-
lam. §. iuxta. de ſer. ur. præ. Aut uult
tangere etiã non reqeſcendo: & idẽ
eadẽ ratiõe. facit l. uulgaris. in prin.
de fur. dum dicit, qui aurẽ hominis.

tãgit,totũ hominẽ tetigiſſe uidetur.
Aut qs uult ædificare ſcalas propter
murũ alienũ,ipm nõ tãgendo:& tũc
ſubdiſtingue: aut ſunt ſcalæ ligneæ,
aut lapideæ.ſi ſũt lapideæ uel de mu
ro, & tũc aut habẽt fundamentũ de
terra, ita quod murus dici poſsit: &
credo quod non poſsit, niſi ſtet re-
motæ p unũ pedẽ.per l.fi.fini.regũ.
& ita intelligo Bald.& Flo.in d.l.fi-
ſtulã.§.fi.q dicũt,quod idem ius eſt
de ſcalis, quod eſt de muro.aut non
habent fundamẽtum intrà, ita quod
ꝓprie murus dici non poteſt: & tũc
ædificare poterũt prope fundum a-
lienũ, dũmodo ipſum nõ tãgat:quia
tunc non habet locũ l.fin.fini.regũ.
ſi uero ſũt ſcalæ ligneæ,tenẽo quòd
indiſtincte ædificare poſsit prope
fundũ alienũ,dummodo ipſum non
tãgat,nec in eo aliqd immittatur,e-
tiã ſi ſcalæ ſint affixæ ſuper tignis af
fixis in ſolo ædificatis ꝓpe fundum
alienũ circa unũ pedẽ.ar.l.Titius.fi.
regũ.quod no. qa eſt quotidianum.
Et pdicta procedunt, quãdo qs ædi
ficat in ſuo ſcalas prope fundũ alie-
nũ. *Sed quid ſi aliquis uult ædifi 6
care ſcalas in ſolo publico iuxta do-
mũ ſuã,an poſsit? Videtur quòd nõ:
qa regulariter ꝓhibitũ eſt priuato, ĩ
ſolo publico autoritate ꝓpria ædifi-
care.l.ij.& p totũ.ne qd in lo.pu. cũ
ſim.In cõtrariũ uidetur, quando qs
haberet porticũ in ſolo publico,uel
ſtillicidiũ ſupra ſolũ publicũ: qa qua
tenus ſe ꝓtẽdit ſtillicidiũ uel porti-
cus,uidetur quòd ſub eo poſsit ędifi
care ſcalas,& ſimilia.ar.l.fin.in fi.de
ſer.ur.præ.& ita in multis locis repe
ritur. In hoc puto, quòd loci con-
ſuetudo ſeruada ſit.l.an in totum.&
quod ibi no.per gl.& Doct.C.de æ-
difi.pri.Sed ubi nõ apparet de con-
ſuetudine,teneo quod fieri nõ poſ-
ſit: qa locus publicus ſub ſtillicidio
uel porticu remanet public⁹:ut dixi

a Ciuitatis. *Ciuitas muris circundata an poſsit alienare murũ uel ſuper aſcendere, uide Cor. iiij uo, con ſi. lxxvj. uicin. preſent.*

ſ.de oſtio ſiue porta. uer.alia eſt q.
ſimilis. *Poſſet etiã dubitari,an qs 7
poſsit facere ſcalas in muro ſupra
ſolum uicini uel publicũ.Et dicas re
gulariter. quod non.per l.fi.in fi.de
ſerui. fallit quãdo fieret ſub ſtillici-
dio ſuo,quatenus protendit ſtillici-
dium.l.fi.§.fi.de ſer.ur.præ.Itẽ fal-
lit, quando ſeruitus eſſet impoſita:
quod uide ſ.de ſer. ꝓij. in ij.iij.iiij.
& v.q.& de pariete ſiue muro in vj.
& vij.q.j.in ſeq.titu.in prin.& quod
dicã j.de neceſſario. *Quæro an 8
appellatione domus ueniant ſcalæ.
Dic aut ſcalæ ſunt extra domũ, ſeu
extra oſtiũ domus, & tunc non con
tinẽtur appellatione domus.& ideo
maleficiũ quod fit in ſcalis exterio-
ribus extra oſtiũ domus, dicitur nõ
eſſe factũ in domo: ſecus ſi eſſent in
teriores.& ita not.Bar.& Flo.in l.fi-
ſtulas.§.fi.de ſer.ur.præ.Et propter
ea ſequitur aliud, quòd quis poteſt
capi pro debito in ſcalis exteriori-
bus: nec habet locũ l.pleriq;.de in
ius uo.& adde prædictis l.creditor.
§.fi.cum ibi no.de act.emp.& quod
not.Bal.in l. Gallus.§.fi.ad fi.de lib.
& poſt.& quod plene dixi ſ.de clau
ſtro ſeu conclaui, & porticu, in ij.q.
*Quæritur etiam,quid ſi ſcalis a- 9
motis quis muros aſcenderit ciuita
tis a? Dic quod capite puniri debet.
l.fi.de re.di.& ibi per Doct. Itẽ ſi qs
aſcenderit caſtrum quod habet mu-
rum uel ualla lignea. ſecus. ſi foſſas
tantũ loco murorũ.ut eſt caſus ſing.
in l.deſertorum.§.necnõ.de re mi-
li.ſecundũ Lud. Ro.in quodam ſuo
ſingulari. *Vltimo quæro,quæ ſit 10
pœna apponendi ſcalas muro alte-
rius cauſa ingrediendi eius domũ.
uide Bald.omnino in l.fi.de re.diu.
& quæ ipſe no. in l.ſi quis nõ dicam
rapere.de epiſ.& cler.& uide text.in
§. ope.inſti. de oblig.quæ ex quaſi
deli.na.& gloſ.xxiij.q.iij.illud ſane.

De ferr



De ferratis. CAP. LV.

1 *Feneſtris ſuis ſi quiſpiam fecerit appo
nere ferratas protedentes extra murũ
ſuum ſupra uicini ſolum an poterit.*
2 *Feneſtras ſuas ferratas ſi quiſpiam
uerſus ſolũ uel domum uicini habeat,
quæ ſic per xxx.uel xl.annos ſteterũt:
& ipſemet eas tollere uelit, uicinus
autem contradicat,quid iuris.*
3 *Feneſtras ſi quis uerſus domũ,uel etiã
fundũ uicini habeat, per quas in do-
mum uicini ire poteſt, an cogi poſsit,
ut feneſtras ferratas ponat, ut ſibi di-
cta facultas intrandi tollatur.*

1 QVIS* fecit feneſtris ſuis ferra-
tas apponere ꝓtẽdentes extra
murũ ſuũ ſupra ſolum uicini: q̃ritur
an poterit. Et dicas regulariter, ꝙ
nõ,p l.fi.in fi.ff.de ſer.& l.ſi iterũ.§.
pen.qđ ui aut clã. quia ſolum uicini
debet eſſe liberum uſq; ad cœlũ: ut
ibi.ſed hoc fallit,quãdo eſſet ſeruit⁹
ĩpoſita,uel quãdo fieret ſub ſtillici-
dio ſuo,quaten⁹ ſtillicidiũ ſe protẽ-
dit.p l.fi.§.fi.de ſer.ur.p.cũ ibi no.fa
cit qđ dixi ſ.de ſcalis. uer. poſſet e-
tiã dub.& qđ dicã j.de ſpecularib⁹.
Itẽ fallit quãdo fieret ſupra ſolũ pu.
qa ita ſeruatur de conſuetudine.p l.
2 an in totũ.C.de ædif.pri. *Quid ſi
aliquis habet feneſtras ſuas ferratas
uerſus ſolum, uel domũ uicini,q ſic
ſteterũt p xxx.uel xl.an. ipſe uult tol
lere eas,uicinus contradicit, dicens
quòd nõ põt de iure.qa ſibi eſt q̃ſitũ
ius p dictũ tps.arg.l.oẽs.& l.ſicut.de
pſcrip. xxx.an. Itẽ qa intereſt ſua,ne
uicin⁹ uel ali⁹ poſsit p dictas fene-
ſtras uenire ĩ domũ ſuã,q̃ritur qd iu
ris. In hac q.puto ſic dici poſſe. aut
eſt ſer.conſtituta, ut retineantur fer
ratæ,& nõ põt eas auferre. aut non
eſt conſtituta, & tũc aut alias uoluit
auferre, & fuit ĩpeditus p uicinũ,&
ꝓpter ĩpedimẽtũ & p contradictio-
nem deſtitit auferre, & elapſum eſt
tps ſufficiẽs ad pſcribendũ iſtã ſerui
tutẽ.& idẽ,p l.hęc autẽ iura.cum ibi
no.& gl.& Doc.de ſer.ur.aut nõ eſt
trãſactũ illud tps, & tũc nõ ſit pſcri-
pta ſeruit⁹, tamẽ ꝓpter illã deſtitu-
tionẽ & cõtradictionẽ cõtradicens
eſt cõſtitut⁹ ĩ quaſi poſſeſsione illi⁹
iuris remanẽdi ferratæ.tex.eſt cum
gl.not.in l.q luminib. ff.de ſer.ur.p.
& l.j.C.de ſer.& ibi not.p Doct.aut
nunq̃ fuit cõtradictũ: & tũc aut ille
uult tollere ferratã in deſpectũ uici
ni,uel ut noceat uicino prĩcipaliter,
puta ut poſsit p illas feneſtras uiſita
re domũ uicini ꝓpter filiã ſuã uel pe
diſſequã, uel alia cauſa ſi.& nõ põt.
arg.l.j.§.deniq;.de aq.plu.& in l.in
fundo.de rei uen.& in l.opus.cũ gl.
de ope.pu.& pro hoc uide quod no.
Cy. & Doc.in l.altius. C.de ſerui.In
dubio tamẽ nõ pſumitur aĩo nocen
di.gl.eſt ualde no.in l.fluminũ.§.fi.
in gl.pe.in fi.de dã.infe.aut uult tol-
lere ferratas pro aliqua cõmoditate
dom⁹ ſuę.& põt,licet noceat uicino.
ut ꝓbatur ĩ d.l.fluminũ.§.fi.cũ l.ſe.
3 q incip.Proculus. *Sed qd econtra?
qdã habet feneſtras uerſus domum
uel fũdũ uicini,p quas põt ire in do-
mũ uicini,an poſsit cogi ut ponat fe
neſtras ferratas,ut tollatur ſibi dicta
facultas intrãdi? Dic breuiter quòd
nõ.qa nemo cogitur ĩ ſuo laborare,
niſi ſit ĩpoſita ſerui.ut habetur ĩ l.j.ĩ
fi.cũ l.ſeq.de aqua plu.ar.& qa in re
ſua qlibet ẽ moderator & arbiter.l.
ĩ re mãdata.C.mã. Eo autẽ caſu quo
tenetur habere feneſtras ferratas in
ſuo,ſi reperiatur fractæ uel ætate cõ
ſumptæ,an ipſe teneatur iterũ refice
re & ſũptibus ſuis? Teneo quòd ſic.
p l.& ſi forte.§. etiã.uer. nã ĩ oĩb.ſi
ſer.uen. cõiũcta l.cũ debere. de ſer.
ur.p.ad qđ adde quod dixi ſ.de ſer.
oneris ferẽdi.uer. huius autẽ ſer.&
ſ.de ſtillicidio non auertendo. uer.
circa iſtã ſeruitutẽ.imò etiã pl⁹ dico,
quod etiã ſi deſtructæ uel extractæ

 eſſent

eſſent in totum ferratę de feneſtris,
ſicut fit quādoq; ꝑ ſtipendiarios tp̄e
guerrę.& etiā qa dom⁹ uel mur⁹,in
quo ſunt ferratæ,corruerit,an ſi refi
ciatur feneſtræ,teneātur refici ferra
tæ.& dico quòd ſic. ꝓ quo uide qđ
dixi ſ.de ſeruı.ſtillicidii auertēdi.in
viij.q. Vltimo adde prædictis,quę
dixi ſ.de ſtillicidio ſiue tecto.in j.
q.& ſ.de penu.

De ſolario. CAP. LVI.

1 *Solariũ ſi quiſpiam ædificare uelit ad hoc ut ſuſtineatur, in quo loco ipſum affigere debeat.*

2 *Murus quomodo cognoſcatur an ſit communis,uel non, & an ſit comunis pro diuiſo,uel indiuiſo.*

3 *Solariũ, quod eſt infixũ muro cõmuni uel alieno iure ſeruitutis,an pauimento uel lateribus cooperiri poßit.*

4 *Solariũ unum uel plura ſi una domus habeat,& pars inferior ſit unius,pars uero ſuperior alterius, ſicuti Venetys cõtingit,ſille,q̃ partẽ ſuperiorẽ habet, non habeat aditum ueniẽdi ad ipſam, niſi per ſcalas uel partem inferiorem, nunquid per illam uenire poterit.*

5 *Solarium ſuperius domus alicuius ſi quiſpiam habeat, in quo quotidie habitantes currant,uel eius pueri ſaltẽt, uel pulſent, ita q̃ exiſtẽtibus in parte inferiori impedimento ſint,quid iuris.*

SI quis *uult ædificare ſolariũ, in 1
quo loco debet ipſũ affigere ut
ſuſtineatur?dic quod aut muri undi
que ſunt ſui,& ĩ eis põt tigna pone-
re.& iſtud nõ habet dubiũ.aut muri
ſunt cões uicino,& tũc aut ꝓ diuiſo
aut ꝓ indiuiſo.Prĩo caſu põt,quate-
nus durat pars ſua cadẽ rõe & nõ ul
tra,niſi eſſet ſeruitus ĩpoſita, ꝑ ea q̃
ſtatĩ dicã.Si ꝓ indiuiſo,tũc põt ĩpo-
nere,quaten⁹ durat mur⁹, ſi murus
eſt ad hoc deſtinat⁹.ad hoc uide qđ
dixi ſ.de ſcalis.uer. qđ autẽ dicẽdũ.
*Quo autẽ cognoſcatur an mur⁹ 2
ſit cõis uel nõ:& an ſit cõis ꝓ diuiſo
uel ĩdiuiſo: uide q̃ dixi ſ.de pariete
ſiue muro.in j.& ij.q.aut murus eſt
alien⁹, & regulariter nõ põt:qa ĩ re
aliena nõ eſt licitũ aliqđ ĩmittere cir
ca ſeruitutẽ, niſi domino uolẽte.ut
l.queād. §.ſi ꝓtectũ.ad l.Aq.de quo
uide q̃ ſ.dicta ſunt de ſcalis, uer.ui-
deamus nũc de muro com. Sed ꝓpe
murũ alienũ ſup trabibus uel lignis
poſitis uel reqeſcẽtibus in ſolo ſuo
ĩferiori,bene põt ædificare ſolariũ.
nec eſt op⁹ dimittere ſpatiũ aliquod
etiã uni⁹ pedis:qa nõ habet hoc ca-
ſu locũ l.fin.fini.reg. & ita uidi ſæpe
obſeruari ĩ ſolario & ſtillicidio:quia
poſſũt ꝓpe murũ uicini ędificare,dũ
mõ ipſum nõ tãgat, neq; ſup eo re-
qeſcãt,ſed ſupra trabib⁹ exiſtẽtib⁹ ĩ
ſuo.qđ no.qa quotidianũ eſt. *Sed 3
qritur,an qs poſſit ſolariũ,qđ eſt ĩfi
xũ muro cõi uel alieno iure ſeruitu
tis,pauimento uel laterib⁹ coopire.
dic regulariter quòd ſic. Fallit ſi ꝓ-
pter talẽ cooptura nimiũ grauare-
tur mur⁹,ĩ quo reqeſcit ſolariũ:nam
tũc nõ põt.ar.l.cui⁹ ædificiũ. de ſer.
ur.p.Nã ĩ tali ſolario nõpõt domin⁹
ĩponere magnũ põd⁹:puta frumẽti,
uel bladi,quãdo mur⁹ cõmode ſuſti
nere nõ poſſet. qđ eſt notãdũ cõtra
multos q̃ habẽt granaria. *Sed po- 4
ne, quòd una dom⁹ habet unũ ſola-
riũ uel plura : pars ĩferior eſt unius:
pars ſuperior eſt alteri⁹:ſicut Vene-
tiis in multis domib⁹ contingit:ille
q̃ habet partẽ ſupiorẽ, nõ habet adi-
tũ ueniẽdi ad ipſam,niſi ꝑ ſcalas uel
partẽ ĩferiorẽ: an ꝑ illã poterit ueni
re?Dic quòd nõ : niſi ſit impoſita ſer
uitus:ſed debet facere ſcalas aliũde:
ut ꝓbatur in l.uia cõſtitui. §. quod-
cunq;.de ſer.ru.p.& ibi hoc no.Bal.
Flo.Paul.de Caſt.& ego plenius di-
xi ſ.de ſeruitute itineris ſiue aditus.
uer.not.unũ aliũ caſum pulchrũ.ubi
omnino uideas. *Quid autẽ ſi ha- 5
bens ſolariũ ſupius,in quo quotidie
currant,uel eius pueri ſaltẽt, uel pul
ſent,ita quòd ſint impedimento ex-



ĩſtẽti in parte inferiori. Dic aut hoc
fit in deſpectũ & dãnũ uicini,& non
põt,ꝑ ea q̃ dixi ſ.in ti.pcedenti.in ij.
q.uide ibi. Aut hoc nõ fit ĩ deſpectũ
ſeu dãnũ, ſed ꝓ uſu ſuo ſeu familiæ
ſuæ:& tũc põt,ꝑ l.fluminũ. §.ſi.cum
ſe.de dãn.infe. & pro hoc uide opti
mũ text.in l.ſicuti. §. Ariſt.ſi ſer. uẽ.
ubi.etiã habetur, quòd ſi proiicere
tur aqua in ſolario cauſa ſcopãdi,uel
ꝓpter calorẽ,& aliqđ de aqua cade-
ret inferius,propter hoc non tene-
tur. circa quod uide oĩno q̃ dixi ſ.
de ſer.proii.in ij.q. Vltimo adde
pro complemento materiæ quæ di
cam ĩ.de mœniano.

De tigno iniuncto CA. LVII.

1 *Aedes duæ eadẽ cõtignatione cõtextæ ſi pluribus legẽtur, quiſq; legatarius habebit quatenus pars ſua ſibi legata duret: nec unus cõtra aliũ agere poterit,ut tigna non exiſtant,ſicuti teſtamenti,uel mortis tempore erant.*

2 *Tignũ unũ, uel una tigni cõtignatio ſi una domũ tegat, & poſtea inter plures diuidatur, illud tignũ ſociorũ cuilibet ꝓpriũ eſt,quatenus tigni longitudo uerſus partem ſuam ſe extendit.*

3 *Tigna immiſſa debẽt imiſſa remanere,tp̃e quo domus pluribus uel inter uiuos uel in ultima uolũtate aßignatur, ſicut prius ante aßignationem uel diuiſionem extiterant.*

4 *Domos duas unica contignatione contextas ſi quiſpiam habeat, & unam uendat, aliam autem ſibi reſeruet,an emptor, uenditore inuito,tigna aut cæmenta retinere poterit, quæ in domo uendita requieſcunt.*

5 *Molendinum in flumine publico ſi facere uelim,an in ripam uiæ publicæ tigna immittere potero.*

1 SI duæ* ædes eadem cõtignatio-
ne contextæ pluribus legentur,
quiſq; legatarius habebit quatenus
pars ſua ſibi legata durat, nec unus
põt agere cõtra alium, ut tigna non
ſint uti tẽpore teſtamẽti uel mortis
2 erãt.l.binas ædes.de ſer.ur.p. *Ex
quo notadũ eſt,quòd ſi unũ tignum
uel unã contignatio tigni tegit unã
domũ,& poſtea diuiditur inter plu-
res, quòd illud tignũ eſt proprium
cuilibet ſociorũ quaten⁹ longitudo
tigni ſe extendit uerſus partẽ ſuã:ut
d.l.binas ædes.& ibi hoc no.Docto.
3 *Itẽ not.aliud ex ꝑdictis,quòd ti-
gna ĩmiſſa debẽt remanere ĩmiſſa tẽ
pore quo dom⁹ aſſignatur plurib⁹,
uel inter uiuos,uel in ultima uolũta
te,ſicut erãt prius ante aſſignationẽ
uel diuiſionẽ.q̃bus adde q̃ dixi ſ.de
4 clauſtro,in iij.q. *Sed qđ ſi habẽs
duas domos unica contignatione
contextas,unã uendit,aliam ſibi re-
ſeruat,an emptor poterit ĩuito uen-
ditore retinere tigna aut cæmenta,
quæ requieſcunt in domo uendita?
Dic quòd non, niſi forte contractus
aliter ſe habeat:ut l. quod conclaue.
de dam.infe.Vnde ſis cautus tu em-
ptor,ut facias in inſtrumẽto emptio
nis apponi, ut tigna uel cæmenta re
maneat,prout nũc ſunt, ꝓ ſeruitute
oneris ferendi.ita dicit Ange.in d.l.
binas ædes.de ſer.urb.præ.& in d.l.
quod conclaue.ſecus eſt,quãdo do-
mus legaretur alteri:qa ſemp intelli
gitur legari cum ſeruitute oneris fe
rendi,prout erat tp̃e teſtamẽti, ꝑ d.
l.binas ædes.& ita eſt in hoc differẽ
tia inter cõtract⁹ & ultimas uolũta-
tes,ſecũdũ Bar. Ang.& Do.ĩ d.l.qđ
conclaue. An autẽ & quãdo ſit lici-
tũ tigna ĩmittere ĩ cõmuni muro, ui
de oĩno Ang.& Doc.ĩ l.ĩter quos.in
prĩ.ĩ pe.col.in fi.de dã.ĩfec.& pleni⁹
ꝑ eũdẽ in l.qdã Hiberus.in fi.de ſer.
urb.p.& uide q̃ plene dixi ſ.de ſer.
tig.imit.ĩ iij.q.& adde omnino quę
dixi ſ.de pariete ſiue muro, in pe.q.
5 uer.occurrit mihi circa præd. *Sed
quid ſi uolo facere molendinum in
flumine pub.an poſſĩ tigna ĩmittere
k 4 in rip

in ripā uiæ pub. Dicas quòd nō, niſi
uolēte eo q habet ꝓpe uiā fundū.ar.
l.maritus.de acq.re.do.& ꝓ hoc gl.
īſt.de re.di.§.riparū.& ita tenet Bar.
ī d.l.marit⁹.& in l.quomin⁹.ī vij.q.
de fluminib⁹. ubi plenius ꝑ eum in
rub. eo.tit. Cætera circa iſtā mate-
riam uide s̄.de ſer.tig.immit.& s̄.de
clauſtro ſeu cōclaui & porticu.& s̄.
de pariete ſiue muro.& not.in to.ti.
de tig.iniun.& uide omnino quæ di
cam in ſeq.rubrica in prin.

## De onere ferendo. CA. LVIII.

1 *Tigni immittendi inter ſeruitutem & oneris ferendi quæ differentia ſit.*
2 *Verba, promitto ferre, uel ſuſtinere onera domus tuæ, quid importent.*
3 *Seruitus oneris ferēdi ad factum competit.*
4 *Seruitus oneris ferendi an perſonalis actio eſſe dicatur.*
5 *Murus uicini ſi ſeruitutē oneris ferendi debeat, ſi domus corruat, uel refectione indigeat: & ipſe uicinus non uult reficere, ſed ei cedere, & mihi relinquere, an poſſit.*
6 *Murū oneris ferendi caſu quo uicinus reficere teneatur, qualiter iſta refectio fieri debeat.*
7 *Murum communē ſi duo habeant, qui onera ædiū cōia ſuſtineat, & corū alter ipſum deponere uelit, & melius fundare, ac grauiora pondera superimponere, an altero ſocio inuito facere poſſit.*
8 *Molendinū cōem ſi duo habeant, & unus molas meliores imponere uelit, an etiam alter ad expenſas teneatur.*

QVAE ſit *differentia īter ſerui 1
tutē tigni īmittēdi,& oneris fe
rēdi, dubitari poſſet. Et dic quòd eſt
in ſignificatione uerborū ſeu ordīe:
ut probatur in l.cū debere colūnā.
de ſer.ur.p.iūcta l.ſicuti.in prī.ſi ſer.
ue.quod ſic declaro. *Hæc uerba, 2
promitto ferre uel ſuſtinere onera
domus tuæ:hoc īportat, ut dominus
ædiū ſeruiētiū ſeu ipſę ędes aliqd fa
ciant.habet enim ſe in iſta oratione
dom⁹ ſeruiēs ꝑ modū agētis:qa iſta
debet ſuſtinere onera : & agit hunc
actū ſuſtinēdi onera : ſed in his uer-
bis, quod liceat tibi imittere tigna,
nihil importat, quòd debeat facere
domin⁹ ſeruiēs, ſed cōceditur facul
tas domino ędiū dominantiū:ut ꝓba
tur in d.l.cū debere.cōiuncta d.l.ſi-
cuti.in prin.ſecūdū Bar.q ita not.in
d.l.ſicuti.in prī.& adde q ſcripſi s̄.de
ſeruitute oneris ferēdi.uer.ſed qro,
qs mihi debet ſeruitutē. plenius de-
claraui qūo cognoſcatur ſeruitus o-
neris ferēdi,& ſeruitus tigni īmittē
di,& qūo una cognoſcitur ab alia.
*Et ex his no.quòd licet aliæ ſer- 3
uitutes regulariter nō cōpetāt ad fa
ctū, ſed ad patientē tantū : ut l.quo-
ties.la j. §.j.de ſer.tamen aliud eſt in
iſta ſeruitute oneris ferēdi, qa cōpe
tit etiā ad factū.l. & ſi forte. §.etiā.ſi
ſer.uē.de quo dic ut dixi s̄.de ſer.o-
ne.ferē.uer.huius autem ſeruitutis.
*Ex quo not.aliud, quòd licet eo 4
caſu quo alicui incūbit onus ferēdi,
non dicatur ſeruitus, ſed potiūs ob-
ligatio pſonalis.l. ſeruituti. §.opus.
& ibi no.& in l.pecoris.de ſer.ur.p.
& habetur in l.fi. §.fi.ff. de co.emp.
tamē hoc fallit ī ſeruitute one. ferē
di.ut d. §.etiam. & ibi hoc not.Flor.
De hac ſeruitute oneris ferēdi, non
uidetur fieri mētio, niſi ī pdio urb.
l.cum debere colūnā.ff.de ſer.urb.
ſecūdū Flor. in d. §.etiā. Sed tu dic,
quòd poteſt eſſe in prædio ruſtico:
ut dixi s̄.de ſerui.oneris ferendi.in
prin.dic ut ibi. *Circa iſtam ſerui- 5
tutē oneris ferēdi, pone murus uici
ni debet ſeruitutē oneris ferendi &
ſuſtinendi onera domus : ſi corruit,
uel refectione indiget, uicinus te-
netur onera reficere, non ego.ut d.
§.etiam.& dixi ſupra de ſer. oneris
ferēdi.uer.ſed nunquid ille. Quid ſi
uicinus



uicinus nō uult reficere, ſed ei cede-
re, & mihi relinquere, an poſsit? Et
dicas quòd ſic.quia iſta eſt obligatio
in rem, non in perſonā.text.eſt not.
in l.& ſi forte. §.Labeo. ſi ſer.uend.
quod facit ad no.per Bar.& Doct.in
[illegible]um quo.de aqua plur. ar. & per
Flo.in d. §.etiā.& per gl.in c.quæ in
6 eccleſiarū.extra de conſti. *Que-
ro etiā, caſu quo uicinus tenetur re-
ficere murū oneris ferendi, qualiter
debeat fieri iſta refectio? uidē tex.&
quod ibi no.in d.l.& ſi forte. §.mo-
dus.& adde quòd pariete proprium
quis meliorē, quàm in ſeruitute im-
poſitum eſt, facere licet, nō deterio
rem: quia tunc tenetur actione con-
feſſoria, uel prohiberi poteſt.de no.
ope.nun.per d.l.& ſi forte. §.fi.cum
ſeq. ubi etiā ponitur quis ſit euētus
7 harū actionū. *Itē quæro, duo ha-
bent murū cōmunē, q ſuſtinet one-
ra cōmunia, puta ædium ſuarū.alter
eorū uult eum deponere, & melius
fundare, uel alio modo ipſum for-
tiorē facere, forte ut poſsit ibi arcū
ſuū uoltæ lapideę fundare, uel forte
grauiora pondera ſuperimponere
quàm cōſueuit, quæ ſecūdum ſui pri
mā forma ſupponi tūc nō poſſent:
q̃ritur an poſsit inuito altero ſocio.
& dicas quòd non.tex.eſt, & ibi hoc
no.Doct.in l.parietē.de ſer. ur.præ.
niſi paries eſſet ad iſtū uſum deſtina
tus, uel niſi hoc eſſet actu, uel niſi in
digeat tali refectione. & his modis
poteſt intelligi l. ſi comunes ædes.
cōmuni.di. Et ibi hoc no. & habetur
per Bar.in l.in cōmunis.& in l.dani.
§.cū pariete.de dam.infe.& per Cy.
& Doc.in l.ſi ut proponas.C.de ędi.
8 priua. *Et per d.l.pariete.ſecūdum
Bal.& Doct.ibi fuit determinata iſta
q.quòd ſi unus ex habentib.commu
nem molendinū uult imponere mo
las meliores, & alter ſociorum non
uult teneri ad illas expenſas : quòd
non teneatur, quia melior eſt condi
tio prohibentis.l. Sabinus.commu-
ni diui.nec obſtat l. cum duobus. §.
idem reſpondit, ſocius qui ceſſantis.
pro ſocio. per quam quidā dicebant
contrariū: quia ibi res erat aliter pe-
ritura, non facta iſta expenſa: hic ſe-
cus.& eodem modo debet reſpōde-
ri ad l.ſi ut proponis.C.de ædifi.pri-
ua. An autem actio quæ cōpetit pro
illa ſeruitute oneris ferendi, ſi ædes
pluriū dominorū ſint, cōpetat inſoli
dū? Dicas quòd ſic. ut d.l. & ſi forte.
§.pluriū.ubi uide. Itē in hac actione
ueniūt fructus, id eſt, cōmodū, quod
haberet, ſi onera ędium eius uicinus
ſuſtineret: ut tex.eſt in d.l.& ſi forte.
§.pen.Cætera circa iſtam materiam
uide ſuprà de ſer.oneris ferendi.

## De refectione. CAP. LIX.

1 *Reficere quid propriè ſit.*
2 *Rem propriam an quis reficere teneat.*
3 *Conuerſantibus per uiam publica, ubi eſt domus ruinoſa, per quod remedium ſuccurratur.*
4 *Domus diruta ſi deformitatem in ciuitate pariat, quod remedium contra dominum intentandum eſt.*
5 *Domus uel res quando aliena fuerit, an & quomodo, & per quē refici debeat.*
6 *Idoneitas intelligitur, quando in extremo non peccat: quoniam nullum extremum laudabile eſt.*
7 *Actio quæ competat ſocio reficere uolenti in caſu permiſſo contra alium ſocium prohibentem.*
8 *Sociorum unus ſi ſuo ſumptu ædificiū commune iure ſocietatis ſeu comunionis reficiat ad uſum, ad quem paratū, ſeu deſtinatū erat, uerbi cauſa domum ruinoſam, aut molendinum in flumine, aut parietem communem, an cōtra illum, qui recuſauit, agere poterit.*
9 *Dominiū partis alicuius rei, quæ refectione indiget, an in reficientem ipſo iure tranſeat, uel requiratur ſententia, & nunquid tranſeat etiam poſſeſſio.*

Socius

a Adminiſt. Vtrũ adminiſtrator teneatur de mala adminiſtratione ſatiſfacere? reſpõde ſecundũ In. in c. ex præſentiũ. de pigno. & ſic et ille cuius eſt adminiſtrator habet actionẽ neg. geſt. cõtra eũ qui male adminiſtrauit. ff. de nego. geſt. l. iij. §. ult. xy. q. ij. ſi quis de rebus. & c. ſi quis qualibet cõditione. Vnde aduerte, & tenet adminiſtrator ſecundũ gl. in l. cũ oſtendimus. ff. de fideiuſ. tu. & dolo. ut ibi, & lata culpa. & l. curatoris. C. de neg. ge. & etiã leui. ut l. quicquid. C. arb. tu. Per quantũ tẽpus intelligat adminiſtratio, ſi non fuit limitatũ, uide Cor. ij. uol. conſi. iy. & in iij. uol. cõſi. cxcvj. & uide per Alexã. j. uol. conſi. xxij. in ij. col. uer. attento.

10 *Socius alicuius rei, qui rem refecit, an ſuo uel cõmuni noĩe rẽ refeciſſe dicat.*
11 *Parietem communem ſi unus ex ſocijs reficere uelit, alter uero timeat, ne ex ea refectione ſibi damnum immineat, qualiter ſibi ſuccurratur.*
12 *Parietis refectio oneris ferendi ſeruitutem debentis ad quem ſpectat.*
13 *Promiſerit ſi quidam nobilis comitatenſi cuidam reficere pontem: qui pons tunc paruus erat, & poſtea in tantum aqua creuit, quod pontem creſcere neceſſe fuit, qualiter iſte nobilis teneat.*
14 *Paries alienus ſi per mediũ pedem in alterius domum inclinauerit, an cõtra eũ agi poſſit, ut ipsũ erigat et reficiat.*
15 *Rem uſufructuariam reficiendi onus, ad quem ſpectat.*
16 *Rei uſuariæ refectio ad quem ſpectat.*
17 *Fundus ſi locatus eſt, uel etiam domus, refectionis impenſa ad quem ſpectat.*
18 *Emphyteota, liuellarius, ſeu feudatarius, an fundum, uel quid aliud reficere teneatur: ubi etiam quid de re dotali, nu. 19.*
20 *Fructus uel redditus alicuius fundi uel domus ſi legetur, refectio ipſa ad quem ſpectabit.*
21 *Eccleſia & clerici an teneãtur ad reparationem murorum, ſeu refectionẽ fortiliciorum ciuitatis, & põtium, & uiarum, & portarũ, & aquæductuũ.*
22 *Eccleſiam parochialem an laici parochiani teneantur reficere, an uero clerici.*
23 *Eccleſiæ ex ædificatione ſi ius patronatus acquiratur, an etiam ex refectione, uel reparatione quæratur.*
24 *Tutor an pupilli ædificia collapſa & deformata reficere poterit.*
25 *Refectio rei ſeruituti debitæ ad quem ſpectat.*
26 *Opus nouum an nunciari poſſit ædificium uel cloacam reficienti.*
27 *Domus refectio an pia cauſa dicatur.*

QVIA in materia ſeruitutũ pluries occurrit de refectione, &
maxime in ſeruitute oneris ferendi,
ideo de eo aliqua utilia uideamus.
*Et primo, quid ſit reficere. Dic, re 1
ficere eſt rem ad priſtinũ reducere:
hoc eſt, ne quis dilatet aut producat
aut exaggeret: ut eſt tex. in l. iij. §. re
ficere? de iti. actuq; pri. *Secundo, 2
nunquid aliqs cõpellatur rẽ propria
reficere? dic aut qritur de domo ſeu
re ſua, aut aliena, aut de cõmuni. Pri
mo caſu aut domus eſt deſtructa ꝑr
ſus uſq; ad aream: & tũc non cõpel-
litur eã reficere. quia de nouo q̃s nõ
cõpellitur ad reædificãdũ: ut l. ſingu
lariũ. C. de ædi. pri. & ibi hoc no. gl.
& in l. ad curatoris. de dam. infe. iſta
enim uidetur eſſe noua cõſtructio,
nõ refectio. l. j. §. ſi quis ædificiũ. de
no. ope. nũ. & l. inter ſtip. §. ſacrã. de
uerb. obli. Fallit in curialibus: ut d. l.
ſingularium. Fallit ſecundo, quando
per ſtatutũ uel conuentionẽ id eſſet
cautũ. Fallit tertio, quãdo eſſet im-
poſita ſeruitus oneris ferẽdi in do-
mo deſtructa: quia tũc cogeretur eã
reedificare dominus ſuis ſumptibus
ad hoc ut poſſit onera ſuſtinere. l. eũ
debere colũnã. de ſer. ur. præ. Aut do
mus nõ eſt in totũ deſtructa: qa non
eſt diruta uſq; ad areã: & tũc ſiue ſit
unius, ſiue plurium, debet refici. Et
poteſt dominus cogi per curatorem
ſeu adminiſtratorẽ ª reipub. ut refi-
ciat. & inquantũ nõ ſit potẽs, ſumptu
publico refici debet. tex. eſt no. in d.
l. ad curatoris. & ibi per gl. & Doc. &
habetur in l. ſi præſes. ff. de offic. pſi.
*Ex quo no. quod licet cõuerſanti 3
bus per uiam publicã, ubi eſt domus
ruinoſa, uentũ habens, nõ ſuccurra-
tur per remediũ cautionis dã. infec.
qa nõ timetur danũ in rẽ, ſed in per
ſonas: ut l. qui binas. & l. qui dani. de
dam. infe. in fi. tamẽ ſubuenitur alio
remedio: quia poſſit iudicis officiũ
implorare, ut aut rem in totũ depo-
nat, aut reficiat, ne traſeuntib. damnũ
dari



dari nõ poſſit. & ita ſentit gl. in d. l.
ad curatoris. & ibi hoc not. Ange. &
ita alias, dũ eſſem iudex ꝓcuratoris
cõmunis Veronæ, coegi quẽdã ad re
ficiendũ domũ ſuam ruinoſam, quæ
4 traſeuntibus minabatur ruina. *Itẽ
ex hoc no. aliud, quod quãdo dom⁹
eſt diruta, & deformitas ꝓducitur in
ciuitate, ſi dominus ad refectionem
eſt potens, poteſt cõpelli ut reficiat.
& hoc ſpectat ad officiũ curatoris. et
inquantũ ille nõ ſit potens, dictus cu
rator ſumptu publico illam reficiat
ſeu reficere poterit. & niſi intra tem
pus à iudice aſſignatũ reficiatur, cũ
uſuris eã reſpu. detrahere poterit ꝓ
iure dicti ſumptus & uſurarũ. ut eſt
text. ualde no. in d. l. ad curatoris. §.
domũ. & ibi hoc no. Ang. & Doct. de
dã. infe. Poteſt etiã domin⁹, ſi nõ ha
bet unde reficiat, cogi ad uẽdẽdũ al
teri, q̃ ſit potẽs ad reficiendũ. & ſi eã
iuſto pretio uẽdere nõ poſſet, nõ co
gitur ad uendẽdũ, ſed licite poterit
à repu. petere tãtũ, quãtũ ſufficiat ad
reparationẽ domus. dictũ eſt ſingu-
lare aureum Spec. in ti. de ſatiſda. §.
hoc quoq;. q̃ allegat in ar. l. lege. in
princ. ad Syl. & l. ij. & fi. C. de ſer. qui
pro præ. lib. accep. quod dictũ Spec.
ſeqtur Lud. Ro. cccxxxvj. no. qđ in-
ci. no. quod in pluribus locis tibi fa-
5 ciet honorẽ. *Secũdo caſu principa
li, quãdo res uel domus eſt aliena in
totũ, an cogatur reficere. Et regulari
ter dicas, quod nõ. Fallit quando de
hoc eſſet facta promiſsio. Fallit ſecũ
dò, in caſu no. l. ſicuti. ſi ſerui. uen. in
princ. de quo dixi s. de ſer. onc. ferẽ.
uer. quomodo autẽ paries uel colũ.
Tertio caſu principali, quãdo dom⁹
ſeu res eſt cõmunis pluriũ domino
rum. & tũc ſubdiſtingue. Aut nullus
uult ædificare aut reficere. & nullus
cõpellitur, niſi quãdo timetur danũ
traſeũtibus, uel quãdo inducit defor
mitatẽ ciuitati. qa ſicut unus domi-
nus cogi poteſt, ita & plures: ꝑ d. l. ad
curatoris. de dã. infect. & s. dixi in j.
caſu prin. Aut uterq; uult reficere: &
tũc aut cõcordãt in refectione, & nõ
eſt dubiũ: aut diſcordãt in modo re-
ficiẽdi: & tũc aut uult unus reficere
in maiori quãtitate quàm pri⁹ eſſet,
alter in eodẽ ſtatu. & iſte ultimus ꝓ-
fertur. iſtud eſt proprie reficere. l. iij.
§. reficere. de iti. actuq; pri. & ꝓ hoc
uide q̃ dixi s. ti. ꝓxi. uer. & per prędi
ctã l. parietẽ. Aut q̃libet uult refice-
re iuxta priorẽ formã, diuerſis tamẽ
modis: & tũc ꝓfertur ille q̃ uult refi-
cere magis idonee. l. in reficiẽdo. &
ibi hoc no. Dy. Bar. & Doct. de dam.
infe. & Ang. in d. l. q̃dã Hib. in prin.
in iij. co. uer. reſtat uidere. de ſer. ur.
6 pd.* ubi dicit, quod idoneitas debet
intelligi, quãdo nõ peccat in extre-
mo: qa nullũ extremũ eſt laudabile,
ſecũdũ Philo. & probatur in d. l. in re
ficiẽdo. cũ gl. Aut unus tãtũ uult refi
cere, alter uero nõ: & tũc aut ille qui
uult reficere, uult reducere in me-
liorẽ ſtatũ rẽ q̃ prius eſſet: ſed nõ eſt
neceſſariũ, puta qa eſt molẽdinũ ha
bens binas molas, & uult imponere
meliores, & alter nõ cogitur. l. parie
tẽ. de ſer. ur. præ. & ibi hoc no. Doc.
& tũc ꝓcedit illa regula, quod in re
cõmuni melior eſt cõditio ꝓhiben-
tis. l. Sabin⁹. cõmuni di. & dixi in ꝓ-
ce. ti. ante fi. Aut uult unus tãtũ reędi
ficare rẽ cõmunẽ reducẽdo ad priſti
nã formã: & tũc aut uult in re cõmu
ni reædificare iure ſeruitutis, & non
poteſt. d. l. parietẽ. aut uult ædificare
iure cõmunionis. & tũc aut uult fa-
cere id ad qđ erat parata res, ſeu de-
ſtinata: & põt inuito ſocio. l. cũ duo-
bus. §. ide reſpõdẽdũ. & §. i de Mela.
ꝓ ſocio. & l. in tãtũ. §. in cõmunẽ. de
re. di. & l. ſi cõmunes ædes. & ibi no.
cõi di. aut res nõ eſt ad hoc deſtinata.
& tũc aut eſt hoc actũ: & põt, aut non
eſt actũ, & tũc aut nõ intereſt alteri⁹
ſocij

ſocij ꝓhibere,& põt eo inuito reſice
re.l.ſi fiſtulã. §.pe.& fi.de ſer.ur.prę.
& l.quidam Hiberus. §.fi.eo.tit.Aut
intereſt alterius ſocij , & tũc eſt me-
lior cõditio prohibẽtis. & ita loqtur
d.l.Sabinus. cõmuni di.& d.l.parie-
tem. & ita tenet Cy. in d.l.ſi ut pro-
ponis.C.de ædifi. pri.& pro hoc ha-
bes expeditũ perfecte iſtũ articulũ.
*Tertio quero,q̃ actio cõpetat ſo- 7
cio reficere uolẽti in caſu permiſſo,
cõtra aliũ ſociũ prohibentẽ. Dic aut
res eſt cõmunis inter plures hære-
des.& agi poterit iudicio fa. erci.l.j.
& per totũ.ff.fa.erc. aut inter hære-
des,& tũc nõ iure ſocietatis,& cõpe
tit iudiciũ cõmuni diui. uel uti poſ.
l.ſi qs cõmunes ædes.cõmuni di.aut
eſt communis iure ſocietatis ad hoc
principaliter ordinatæ,& tũc poteſt
agi pro ſo.text.eſt cum gl.in §.inter
quos.inſti.de oblig. q ex qua. cõtra.
& no. Ange.in d.l.qdam Hiberus.in
prin.ij.col. *Quarto qritur,nunqd 8
ſi un⁹ ſociorũ ſuo ſumptu reficit ędi
ficiũ cõmune iure ſocietatis ſeu cõ-
munionis ad uſum ad quẽ paratum
ſeu deſtinatũ erat, puta domũ ruino
ſam, aut molendinũ in flumine, aut
parietẽ cõmunẽ,an poterit agere cõ
tra illũ qui recuſauit. Dic aut ſuo no
mine, aut nomine cõmuni,aut dubi
tatur quo nomine. primo caſu nihil
recuperat. l. ſi is.C.de ædi.pri.ſecũ-
do caſu,quãdo reficit nomine cõmu
ni,& res eſt cõmunis iure ſocietatis.
& ſocius fuit requiſitus, & cõtumax
imponendo expenſam . & tũc habet
tria remedia. Primũ quod reficiens
uſq; ad quatuor menſes ſumptus re
petere poteſt cũ uſuris cẽteſimis.Se
cũdum quod elapſis dictis quatuor
menſib.reficiens cõſequitur rem refe
ctam iure dominij. Tertium quod ſi
non uult reficere iure dominij, po-
teſt repetere omnes ſumptus & in-
tereſſe.caſus eſt no.ĩ §.idẽ reſpõdit
ſocius q ceſſãt. ff.pro ſoc. & in d.l.ſi
ut ꝓponis.C.de ædi.pri.& eſt ſimile
quod propter ſocietatem & cõtuma
ciã non audiatur uolens cedere rei.
alias eſſet ſec̃ .l.eũ uſumfr.de uſufr.
ſecũdũ Ãg.in d.l.qdam Hiberus.in
prin. ad quod adde, q dixi in tit.pce.
uer.circa iſtã ſeruitutẽ. Et not.quod
ꝓpter ſecũdũ remediũ, quod eſt ſin
gulare. uidelicet quãdo res cõmmu
nis indiget refectione. puta domus
uel molendinũ. & un⁹ ſociorũ ab al
tero reqſitus nõ expoſuit ſumpt⁹ ꝓ
parte ſua,ſi alter ſocius reficit in to-
tum de ſuo,& poſt refectione reqrit
ſociũ, quod reſtituat ſibi ſumptus ꝓ
ſua parte,quod ſi ſtat ꝑ quatuor me-
ſes à die refectionis factæ per alium
ſociũ,& nõ reſtituat ꝓ parte ſua , do
miniũ totius tranſit pro refectione.
text.eſt elegãs in d.l. ſi ut proponis.
& in d. §.idem reſpondit,ſocius qui
ceſſant. quod perpetuo tene menti.
*Et nũqd dominiũ trãſeat ipſo iu- 9
re,uel reqratur ſentẽtia,nũqd tranſ-
eat etiã poſſeſſio,uide ꝑ gl. & Doct.
in d. §.idem reſpõ. Aut cõtumax nõ
fuit cõtumax in reficiendo: & tũc ſo
lũ agitur ad ſumptus.& l.ſocius. §.ſi
tectũ.ff.ꝓ ſo.& ita tenet Ang.in d.l.
qdã Hib. in prĩ.aut res eſt cõmunis,
nõ tamẽ iure ſocietatis,ſicut cõtin-
git in duob. cõmuniter rẽ emẽtib⁹,
aut duobus legatariis,uel hęredibus
eiuſdem rei, uel alio modo in cõm-
iũctione incidẽtibus : & unus iſtorũ
reficit rem cõmunẽ ſuo ſumptu pro
prio:& tũc aut alter ſocius fuit cõtu
max. & habet locũ duo prima reme-
dia,ſcilicet repetitio ſumptuũ cũ uſu
ris, & adiudicatio dominij cõtra cõ
tumacẽ,q noluit in ſumptu cõferre.
Sed tertiũ nõ habebit locum,ſcilicet
ut poſſit agere pciſe,ut refundantur
ſumptus cũ omni intereſſe.tex.eſt in
d.l. ſi ut ꝓponis. aut alter ſocius nõ
fuit cõtumax:qa nõ fuit requiſit⁹. &
hoc



hoc caſu cõueniri nõ poteſt , niſi tan
tũmodo pro reſtitutione fructuũ.d.
l.ſi ut ꝓponis. & no.in d. §.idẽ reſp.
10 & Ang.in l.quidã Hibe. *Tertio ca
ſu principali, quando dubitatur quo
nomine ſocius refecerit, an ſuo , an
cõmuni.Dic,quod in dubio uidetur
refeciſſe nomine cõmuni.l.merito.
ff.pro ſo.qa hoc eſt ſibi licitũ,cõtra-
riũ eſt illicitũ.l.ſi is.C.de ædi.pri.Itẽ
qa faciẽs nomine proprio , intelligi
tur donare ſumpt⁹: donatio uero in
dubio non pſumitur.l.cũ de indebi-
to.de prob.ita tenet Ang.in d.l.qui-
11 dã Hiberus.in prin.in iij.co.* Quar
to q̃ritur, qd ſi unus ex ſociis uult re
ficere parietẽ cõmunem : alter uero
timet ne ſibi damnũ immineat ex ea
refectione,qualiter ſibi ſuccurratur.
uide plene per Bar.& Doct.in l.dãni
infecti. §. cũ parietẽ.de dam.infect.
& pleniſſime Ang.in l.inter quos.&
in l.in pariete.eo.tit. & ꝑ Ioã.Pe.de
12 Papia in ult.li.in gl.antepe. *Quin
to q̃ritur,ad quẽ ſpectat refectio pa-
rietis debẽtis ſeruitutẽ oneris feren
di.dic ad eũ,qui debet ſeruitutem.&
nõ ſolum de pariete exiſtẽte tẽpore
ſeruitutis,ſed etiã de ſurrogato.l.eũ
debere col. de ſer. urb.præd.& uide
q dixi s̃.de ſeruitute oneris feren.ui
13 de l.ſicuti.in prin.ſi ſer.uen. *Sexto
q̃ritur qdã nobilis ꝓmiſit cuidã cõ-
mitatcli reficere põtẽ: tũc põs erat
paruus. poſtea creuit aqua,ꝙ opor-
tet creſcere põtem,qualiter iſte no-
bilis teneatur. Iſtã q. diſputauit Frã.
Accur. Bal.eã ſic decidit in l. nõ mo
dus. C.de ſer.aut augmẽtatũ eſt on⁹
refectionis intrinſece circa eandem
latitudinẽ pontis: ut qa aqua perfo-
diens hoc facit, ut neceſſaria ſit ma-
ior impẽſa ſolito : & tũc pertinet ad
nobilem,qa eſt augmẽtatio intrinſe
ca: aut eſt augmẽtatio extrinſeca in
maiori latitudine põtis:& tunc eatẽ
nus ad nobilẽ nõ ptinet. qa tempus
cõtractus inſpicitur.d.l.non modus.
& l. iij.& l. Rutilia Polla. de contra.
emp.& l.dãni. §.ſi is qui.de dã.infe.
& l.hoc iure. §.ſi aqua.de aqua.quo.
& æſti. & de riuis.l.j. §. pen. de uer.
obl.l.qcquid aſtringẽdæ.per quas le
ges Fran. Accur.determinauit,per il
lam promiſſionẽ nobilẽ nõ teneri.
14 *Septimo q̃ritur, ſi paries alienus
per mediũ pedẽ inclinauerit in do-
mũ alterius,an poſſit contra eũ agi,
ut ipſum erigat & reficiat. dic quod
ſic.text.eſt no.in l.ſi cũ meus.in fi.&
in l.ſi quomodo. in prin. ſi ſer.uẽ.&
ita tenet Io.Pe. de Papia in ſuo ul.li.
in gl.antepe.ad fi.quod no.pro turri
quæ Bononiæ pendet ſupra turrim
15 Aſcellorũ. *Octauo q̃ritur,ad quẽ
ſpectat onus reficiẽdi rẽ uſufructua-
riã.dic aut q̃ritur de cura,& ſolicitu
dine refectionis.& iſta ſimpliciter ꝑ
tinet ad uſufructuariũ.l.j.in fi.uſufr.
queãd.caue.& l. inter fructuariũ. de
dã.ĩfe.& l.j. §.fi.de no.op.nũ.& no.
Bar.quẽ omnino uide in l.cotẽ fer-
ro. §.qui maximos.in pe.co.in fi. de
Publiciana.Aut q̃ritur de impẽſa : &
tũc aut eſt magna,& ptinet ad ꝓprie
tariũ.aut eſt parua,& ſpectat ad uſu-
fructuarium.l.hactenus.& ibi no. de
uſufr.& l.eũ ad quẽ.& ibi per glo.&
Doc.C.de uſufr. & l.dãni infe.& ibi
no.ꝑ l.& illa eſt cõmunis opi. An au
tẽ ſit facienda differentia,an uſufru-
ctuarius habeat uſufructũ ex cauſa lu
cratiua,uel oneroſa?& Flo.in l.hacte
nus.uidetur dicere, quod ſit faciẽda
differẽtia: uidelicet quod habens ex
cauſa oneroſa,nõ teneatur etiam ad
modicã. per d.l.ſi qs dominiũ.& l.ſi
qs fundũ.ff.lo. de qua dic ut j. dicã,
in xiij.q.Et quãdo eſſet tãta impẽſa,
ut æquiualeret receptioni fructuũ,
nõ teneatur uſufructuari⁹,qa ego re
puto eã magnã impẽſam.ar.l.q cocu
binã. §.q hortos.de le.iij.& per ea q
no.Bar.in l.his uerbis. §.idem teſta-
tor.

tor.eod.tit. *Nono q̄ritur, ad quē 16
ſpectat refectio rei uſuariæ. dic ut p
tex.no.& quod ibi no.in l.ſi domus.
de uſu & hab.ubi fit alia diſtinctio,q̄
in uſufructuario. *Decimo q̄ritur, 17
ſi locatus eſt fundus uel domus, ad
quē ſpectat refectionis impenſa? dic
ad dominū locatē,nō autē ad cōdu-
ctorē.l.ſi merces.§. uis maior.ff.lo.
& l.ex cōducto.in prin.eo.ti.& uide
tex.cū gl.in d.l.ſi merces.§. condu-
ctor.& l. in ſum.& ibi per Pet.Cy.&
Doct. C. de pig.& ideo ſi ſtatutū di-
cit,quód qlibet ante domū teneatur
ſcobare,ſcholares uel alij domū cō-
ducētes nō tenebūtur, qa nō poſsi-
dēt.l.ſolet.ff.lo.& ſi ſoluerēt,poſsūt
imputare locatori pro pēſiōe, uel re
petere actione ex eo contractu. & ſi
nō ſolueret,poſsēt occupare domū.
l.ædiles.ff.de uia pu. ſecūdū Pe. Cy.
& Doct.in d.l.in ſumma & idē tenet
Rofr.ī libello.de off.iu.ne qd fiat in
uia pu.ī fi.& idē tenet Alb.de Ro. ſe
cūdū Odof.ī ſuo opere ſtatutorū, in
prima parte q̄ſtione cxxxv. & Flo.in
l. ſi pēdēte.§. ſi qd cloacarij.& uide
Pau.de Ca.ī d.l.ex cōducto.ī prin.ff.
lo.& Bal.in l.ob cauſam.de ac.& ob.
& ītellige p̄dicta quādo cōductores
cogi poſsūt ad refectionē uel purga
tionē uiæ expēſis tamē pēſionis. ut
d.l.ædiles.itē intellige etiā ſi qs gra
tis habitet,ſi purgatio eſt talis,quód
ptineat ad utilitatē momētaneā,ſec⁹
ſi ad ppetuā.l.iij.§.j.de impen.ſecū
dū Bar.q ita no.in l.ædiles.itē adde,
quód uiā deſtructā quis reparare ſeu
reficere tenetur,quaten⁹ ptēditur la
tudo ſuæ domus,ſecūdū Ang.in l.fi.
p illū tex.C.de ędi.pri. *Vndecimo 18
q̄ritur, qd in emphyteota ſeu liuella
rio ſeu feudatario? Dic cū iſti poſsi-
deāt,& habeāt utile dominiū.l.j.§.q
in ppetuū.ff. ſi ager.uec.uel emphy.
peta.& c.j.§.rei aūt.ī ti.de inueſt.de
re.alie.fac.impenſa refectionis ſpe-
ctat ad eos,nō aūt ad dominū:ut p-
batur ī l.ij.C.de iu.emphy.& ibi hoc
no.p Albe.de Ro.& p eūdem in ſuo
opere ſtatutorū in j. parte.q.cxxxvj.
& ideo ī inſtrumētis inueſtituræ ſo-
let cōiter dici,quód dominus dat ad
meliorandū &c.& idē eſt dicendum
in ſupficiario eadē ratione,p l.ſupfi-
ciario.cū ſe.de rei.uen. *Quid autē 19
in re dotali? Dic ut in to.ti.de impē.
& maxime in l.iij.§.j.& in l.quod di
citur.eo.ti.& in l.diuortio.§.impē-
dia. cū ſe.ſo. *Duodecimo q̄ritur, 20
qd ſi legātur fructus uel redditus ali
cuius fundi uel dom⁹, ad quē ſpecta
bit refectio?In hoc debet cōſiderari.
Aut intelligitur legatus uſusfructus
pprie.& tūc dic ut dixi s̄.in ix.q. Aut
nō cēſetur legatus uſusfr. & tūc ſpe
ctat refectio ad hæredē.iſtud proba
tur ī l.fundi Trebatiani.de uſuf.leg.
quo aūt cognoſcatur,an intelligitur
tūc legat⁹ uſusfr. uel nō,uide gl.or.
in l.ſi qs ita.& quod ibi no.p Doc.ff.
de uſufr.& in l.p ſeruū.§.j.de uſu et
habi. & in l.ideq;.uſufr.quemad. ca.
*Decimotertio quæritur, an eccle 21
ſia & clerici teneātur ad reparationē
murorū ſeu refectionem fortilicio-
rū ciuitatis,& pōtiū,& uiarū,& por-
tarū,& aquæductus,& ſimilia.Et di-
cas quód ſic, ut l.ad port⁹.C.de ope.
publi. & ita tenet Azo in ſum. C. de
ope.pub.in pri.& Bal.ī ti.de pac.Cō.
in vij.co.de quo uide p gl.q aliter di
cit. & ibi p Bar.& omnes Doct.ī l.ad
inſtructionē.C.de ſa.ſan.& p Bal.ī l.
q pēdētes.de uſufr.in apoſtillis.& p
Archi.xvj. q.j.iuxta.& p Ant.de But.
& Doc.in c.nō min⁹.de immu.eccl.
& per Io.Pe. de Papia in j.libello,in
gl. in uer. iure dominij uel quaſi. in
ul.col.q etiā tenet quód ſic. *Deci- 22
moquarto quęritur,an eccleſiam pa
rochialē teneantur reficere laici pa-
rochiani,an uero clerici,ut x.q.j. diſ
cernimus. & no.gl.xij.q.xj.quatuor.
& ibi



& ibi per Archi. & uide omnino gl.
xvj. q.j.ſi monachus.& per Innoc.&
omnes Doc.& gl.in c.de his.de ecc.
ædifi.& per Alb.de Ro.in l.ad inſtru
23 ctionē.de ſa.ſan.eccl. *Decimoqn-
to q̄ritur,ex ædificatione eccleſię ac
quiritur ius patronatus: ut in c. no-
bis. de iure patro.nūqd ex refectio-
ne uel reparatione etiā q̄ratur? uide
per hoc gl. or.in d.c.quoniā.& ibi p
omnes Doc. & p aliā gl.magnam de
24 cōſe.di.j.de fabrica. *Decimoſexto
quæritur,an tutor poſsit ædificia pu
pilli collapſa deformata reficere? Et
dic, quód ſic: ut probatur in l. lex
quę tutores.C.de admi.tu.& ibi hoc
25 no.Saly. *Decimoſeptimo q̄ritur,
ad quē ſpectet refectio rei debentis
ſeruitutē? dic ut habetur ī l. loci cor
pus.§.ſi qs mihi. ſi ſer.uen.& in l. &
ſi forte.§.etiā.eo.ti.& in l.refectio-
nis.ff.cōmunia predi. & in l.inter. ſi
ſer.uen.in l.j.in fi.de aq.plu.ar.& ui-
de q̄ dixi s̄.de ſeruitute oneris ferē-
26 di.uer.ſed nūquid ille.& quod s̄.di-
xi in pri.huius libri ī ix.q.prin. *De
cimooctauo q̄ritur,an poſsit nūcia-
ri nouū opus reficiēti ædificium uel
cloacā? dic regulariter quód nō. l.j.
§. ſi quis ædificiū.& l.de pupillo.§.
27 ſi quis riuos.de no.ope.nū. *Deci-
mononо & ultimo q̄ritur, an refe-
ctio domus dicatur pia cauſa? dicas
ut eſt caſus ſingularis,in l.ſi qs p re-
demptione.§.fi. de don.ex quo no.
quód fideic.ſeu executores teſtamē
torū p relictis ad pias cauſas poſsūt
diſpēſare p refectione alicuius do-
mus cōbuſtæ uel ruinoſæ:quód in-
tellige quando dominus domus eſ-
ſet pauper: ſecus ſi eſſet diues.p no.
in l.illud.de ſacroſan.eccle.

## De Ponticello. CAP. LX.

1 *Pōticellos ſeu pōtes ſup domib.priuato*
*rū appēſos,et pēdentes ſup uiā uel ſolū*
*publicū,an de iure cōs quis tenere poßit*
2 *Stillicidij p ædificatione ſup ſolū publi*
*cū,illius ſoli domin⁹ aliquis nō efficit.*
3 *Ponticellum ædificare ſuper ſolū publi*
*cum ex cōceßione facta a principe,uel*
*ſenatu, aut ex gubernatione ciuitatis,*
*uel ex cōſuetudine,uel ex forma ſtatu-*
*ti ſi licitū ſit, & quis in dictis caſibus*
*uelit ædificare pontes ita latos & lon-*
*gos,quod inferatur damnū,uel incōmo*
*dū & impedimetū uicinis,ſeu trāſeūti*
*bus cū plauſtris,et animalib. oneratis,*
*qui cōmode pertranſire nō poßunt, an*
*huiuſmodi ponticellos ædificare poßit.*
4 *Generalis cōceßio ſemper intelligitur,*
*q ſine dano & alterius incōmodo fiat.*
5 *Aedificandi licentia in loco publico ſi-*
*ne incommodo & damno alterius con*
*ceßa intelligitur, niſi expreße dicat,*
*etiam cū alterius damno et incōmodo.*
6 *Incommodum maximum, uel magnū,*
*uel paruum iudicis arbitrio dicitur.*
7 *Conſuetudo uel ſtatutū ſi dictauerit,q*
*pōticelli ſuper uiam publicā fieri poſ-*
*ſint,et duo ſunt,unus ex una parte ſtra*
*tæ, & alius ex alia,an eorum quilibet*
*cum ponticellis ad ſtratæ medietatem*
*ſe extendere poterit.*
8 *Promiſerim ſi tibi dare uiam ad fun-*
*dum tuum per fundum meum, an ſu-*
*pra uiam pontem facere potero.*
9 *Ponticelli ſuper ſolum cōmune per unū*
*ex ſocijs an ædificari poßint.*
10 *Domū unū ſi ab utraq; parte uiæ ha-*
*beam,& pontē ſupra ſolū publicū, uel*
*etiam ſupra priuatum,uel communem*
*in caſu permißo:an ſi unam domum de*
*domibus meis uendam, uidear pontem*
*uendere,qui in alia domo requieſcit.*

1 CONSVEVERVNT * in mul
tis ciuitatib. & locis ponticelli
ſeu pōtes appēdi ſup domib.priuato
rū pendētes ſup uiā publicā uel ſolū
publicū, nūqd de iure qs eos tenere
poſsit,uel de nouo fabricare? & dicē
dū eſt, quód nō regulariter. ut ī l.ij.
§.tractatū.& ibi gl.ne qd ī lo.pu.& ī
l.fi.ne quid in flum.pu.in prin. & ibi
Flo. de ſer.& in l. q ſellā.§. in ruſti-
cis. & ibi hoc no. etiā Flo.de ſer.ur.
p. niſi cōſuetudo eſſet ī cōtrariū:ut l.

an in totū.de ędifi.priua.uel niſi hoc
eſſet cōceſſum à principe.uel ſenatu
uel adminiſtratore ciuitatis. poteſta
tem habēte.l.ij. §. merito.& §. ſi qs
à principe. ne qd in loco pu.& in ea
dē l. in prin.& ibi per gl.& in l.pro-
hibere. §.plane.& ibi per Bar.quod
ui aut clam. uel niſi eſſet permiſſum
à ſtatuto. ut d. §. plane. ibi, ſi uero
lex municipalis.uel niſi eſſet preſcri
ptū,ſcilicet per tantū tēpus quòd nō
extet memoria in cōtrariū:quia tale
tēpus habet uim cōceſsionis & priui
legij:ut in c.ſup qbuſdā. §.pterea.de
uer.ſi.in fi.& in c.j.ī fi.de pſcri.in vi.
uel niſi eſſent facti patiēte uicino.&
nemine cōtradicente,nec ptore pro
hibēte: qa tūc nō deberet demoliri,
ne urbs deformetur ruinis. l.ij. §. ſi
quis nemine prohibente. nequid in
loco pub.& l.ſi.eo.ti.& no.per gl.in
l.mœniana.C.de ædi.pri.uel niſi eſ-
ſent pōticelli ſub ſtillicidio domus,
quatenus ſtillicidia inter ſe proten-
dūtur,eo tamē caſu,quo ſolū,qđ eſt
ſub ſtillicidio, ſit eius,cuius eſt ſtilli
cidiū ſiue domus.quod quādo ſit,in
de quæ plene dixi s.de ſer.ſtillicidij
auertendi,in ix. q. & adde prædictis
quæ dixi s.de ſer.protegēdi, in iiij.
q.& s. de ſtillicidio ſiue tecto. Cir-
ca tamē prædicta aliter cōſiderando
poteſt ita diſtingui:quādoq; pōticel
lus traſcēdit uiā,qa forte unus habet
duas domos:& in medio earū eſt uia
publica . an ſit licitū eū habere pon-
tem, per quem itur de una domo ad
aliā: uel etiā ut quādoq; uidi,per ta-
lem pontē nō poſsit iri de domo in
aliā:tamē tranſcendit totā uiā,& re-
quieſcit in alia domo ultra uiā & ſo-
lum publicū.& his caſib.nō licet ha-
bere.ut eſt tex.in d.l.ij. §.tractatum.
& ibi gl.& Bar.ne quid in lo.publ.&
eſt tex. apertus in l.ſi.eo.ti.no.Bart.
tiæ deſcēdūt. *De feneſtra ſiue loco 2
neceſſarij ad ſedēdū an & quādo poſ
ſet fieri in muro proprio, uel alieno,
aut cōi, diſtingue ut dixi ſuprà de cap
pa camini, in ti. pcedenti. & uide quæ
dixi ſuprà de feneſtra. *De ſecunda 3
parte neceſſarij, uidelicet de ipſi⁹ ca-
ua, an illa poſſit fieri: diſtīgue, aut qs
uult facere cauā neceſſarij in ſuo pro
prio, aut in alieno, aut in comuni. Si
fit in ſuo pprio, regulariter licet, niſi
fiat iuxta pariete uicini. qa ſi tūc lęda
tur paries uicini, fieri non poteſt. l. fi.
§. fi. ſi ſer. uen. & idē dicas, ſi noceret
puteo uel ciſternæ uicini: ut dicetur
infrà, de fouea neceſſarij. *Tamē in 4
dubitari an illa poſſit fieri in muro
pprio ſupra ſolū publicū uel uicini.
Dic de puteo, quòd nō poteſt, niſi a-
liter ſit de cōſuetudine [a]. Supra ſolū
autē priuatū uicini etiā nō poteſt, ni
ſi habeat ſupra ſtillicidiū domus: p l.
ſi uite. §. fi. quod ui aut cla. & l. fin. de
ſer. Sed ſi habet ſtillicidiū, pōt ſub eo,
quatenus durat dicta caua, ptēdere. l.
fi. §. fi. de ſer. ur. præ. circa q uide quæ
dixi ſuprà de ſer. ſtil. auer. in ix. q. & ſu
prà de feneſtra. in uer. ultra pdicta. &
de ſpecularibus, in fi. *De tertia ue- 5
ro parte neceſſarij, uidelicet ipſi⁹ fo-
uea, an illa poſſit fieri, diſtingue: aut
qs uult facere eā in ſuo pprio, aut in
comuni, aut in alieno: ſi uult facere id
ſuo proprio, regulariter licet, niſi fiat
iuxta pariete uicini, qui ex hoc lędā
tur: ut l. ſi quādo. §. fi. ſi ſer. uen. & idē
ſi noceret puteo uel ciſternæ uicini:
ut dicā infrà de fouea neceſſarij: uel
niſi eſſet ſeruitus impoſita, quod in
ſuo facere nō poſſit. ar. l. altius. C. de
ſer. Si uero uult facere in cōi muro di
cta caua neceſſarij, uidetur quod nō
poſſit: qa in re cōi melior eſt cōditio
prohibētis. l. Sabinus. cōi di. In cōtra
riū, quòd poſſit: per l. fiſtulā. de ſeru.
ur. præ. & per gl. in d. l. ſi quādo. §. fi.
Ego autē in hoc ſic diſtinguo: aut eſt
aliqd cōuētum inter ſocios: & illud
eſt ſeruādū. l. ſemp in ſtipulationib⁹.
de reg. iur. Aut nihil eſt conuentum:
& tunc aut eſt cōſuetudo in loco ſu-
per hoc, & illa eſt ſeruanda per dicta
l. ſemper. & per l. an in totum. C. de
ædific. priua. Aut nulla eſt conuentio
uel conſuetudo: & tunc aut murus
eſt communis ad unū uſum tantum,
& non poteſt: ut dixi ſuprà de cappa
camini, in ti. pcede. Aut eſt cōis ad o-
mnia ſimpliciter: & tunc aut ex dicta
caua neceſſarij non fit aliquod danū
muro cōi, & pōt. arg. d. l. fiſtula. & d.
l. qdā Hiberus. §. fi. co. ti. & per no. in
d. l. ſi quādo. §. fi. & hoc tenet Ioan.
Pet. de Papia in ſuo ultimo lib. in gl.
in uerſi. & in futurum pcipiēdis. uer.
an autē ſocius. aut infertur danū mu
ro cōi: puta qa murus eſt ſubtilis, &
nimiū debilitaretur: & nō pōt, p l. cu
ius ædificiū. de ſer. ur. præ. uel qa pro
pter humorē cauę neceſſarij murus cōis
debilitatur, per d. l. quidā Hiberus. in
prin. cū ibi no. & p l. fiſtulas. ſi ſer. uē.
& d. l. ſi quādo. §. fi. cum gl. eo. ti. &
hoc tenet etiā dictus Ioa. Pe. in loco
pallegato: q dicit idē, ſi ex dicta caua
erit putredo uel malus odor: & ad
hoc nihil allegat. ſed tu allega text.
cū gl. in l. ij. §. idē ait, ſi odore. ne qd
in loco publico. & text. cū gl. in l. pe.
§. pe. quod ui aut clā. & uide quæ di-
xi ſuprà de cloaca, in antepe. q. Idem
etiā dicas, ſi ex dicta caua exit humor
uel putredo in domo uicini: quia qs
nō poteſt etiam laborando in ſuo im
mittere aliquid in alieno: ut not. glo.
in d. l. ſi quādo. §. fi. & dicā infrà de fo
uea neceſſarij. *De quarta parte & 6
ultima, ſcilicet fouea neceſſarij, poſ-
ſet quæri, an poſſit illa fieri pro uo-
luntate domini. Dic aut uult facere
foueā ſubterraneā etiā ultra ſuum ſo
lum ſub ſolo uicini, & non poteſt: ut
dixi ſuprà de penu. uerſi. quid ſi unus
uult facere. Aut uult facere quatenus
durat ſolum ſuum, & poteſt, nec te-
netur dimittere ſpatium aliquod. l. fi.
fini. regū. ut dixi ſuprà de penu, & de
puteo. nec etiā hæc ſeruatur de cōſue
tudine, ut dimittatur aliquod ſpatiū,
& prę̄ſertim quādo fiunt huiuſmodi
foueæ, undiq; remurātur, quæ uulgo
7 le uolte dicuntur. *Secundo quæri
poteſt, quid ſi ex fouea murata, uel
nō murata, exit humor uel putredo,
& deſcēdit in puteum uel ciſterna ui
cini, uel eius uenas, aut in penu, an po
terit cogi ad reficiēdum dictā foueā
ita & taliter, quòd nō noceat puteo
uel ciſternæ aut alij loco uicini? Di-
cas quòd ſic: quia nō eſt licitum quic
quā facere in ſuo per quod aliud im-
mittatur in alienum. l. ſicuti. §. Ariſt.
ſi ſer. uē. & d. l. ſi quādo. §. fi. ſi ſer. uē.
l. fluminum. §. fi. in gl. pe. in fi. de dā.
infec. & ita tenet Io. Pe. de Papia, in
ſuo ul. lib. in loco præallegato. & ita
no. Flo. in d. l. ſi quādo. §. fi. qui dicit
per illum tex. ubi aliquis cōſtruit lo-
ca comunia iuxta domum uicini, ex
quibus cauſetur ad illā humiditas, cō
gi poterit ad talia loca purganda &
purgata retinenda. aduerte tamē qa
gl. in d. l. ſi quādo. §. fi. uidetur tenere
ſecūdū Azo. quòd ſit licitū ſterquili
niū in ſuo ponere: licet alius ſentiat
inde humorem. per l. ſicuti. §. idē ait.
ſi ſer. uen. & per l. fiſtula. in princi. de
ſer. ur. præ. quā gl. intelligo, quando
raro humore faceret: ſecus ſi aſſiduè:
per l. fiſtula. in princ. & adde quæ di-
8 cam in tit. j. poſt prin. & infrà de ſter-
quilinio. *Sed pone, quòd habes ne
ceſſarium plenum, uult ipſum purga
re, an poſſit. Credo quòd non, pro-
pter fœtorem: & ideo de nocte tan-
tum fieri debet, per ea quæ dixi ſu-
prà de fornace. uer. & prædicta te-
neo. ubi uide, & adde quæ dicam in
titu. ſequen.



## De ſeclario. CAP. LXVI.

*uerſi. cōfirmat. & cōſi. lxviij. ī vj. co. in ſi. et in j. uo. cō. cxxxv. ī ij. col. in prin. & in iiu. uo. cōſi. cxxiiij. ī pri. ubi ponit q requiratur ad eſſe cōſuetudinis.*

1 *Seclariū qd ſit, & quot partes habeat.*
2 *Seclarium ſi quis iuxta parietem communem ædificare uelit, an poſſit.*
3 *Seclario ſi aqua ſpargatur, et deſcēdat per ſolariū ad partē uicini inferiorem, uel ſolariū comune madefaciat, an prohiberi poſſit ne amplius ſpargat.*
4 *Seclarij murus ſi comunis eſſet, & propter pondus ſupellectilis appenſæ debilitaretur, an prohiberi poſſit.*
5 *Seclarij foramen, & fouea, ac eius camera qualiter ſe habere debeant.*

1 SECLARIVM* quinq; habet
partes. Prima eſt lapis, ſiue li-
gnum, ſuper quo lauatur ſupellex.
Altera eſt ſimiliter alius lapis uel li-
gnum deſup in quo pēdet ſitulæ, &
his ſimilia, ac etiā ſupellectilia coqui
nę ponuntur. Tertia pars eſt forame,
per quod aqua deſcendit. Quarta eſt
fouea, ad quā aquę & cæteræ immun
ditię diſcurrunt. Quinta eſt quādoq;
camera, in qua ſtatur ad lauādum ſu-
per prima parte de lapide ſeu ligno ſe
clarij, ſup quo lauari ſolet ſupellecti-
lia. Si quæritur an imponi poſſint in
muro proprio, aut in cōi, aut in alie-
no, dicendū eſt breuiter, ſicut dixi de
2 cappa camini. *Sed quid ſi uult ædi
ficare iuxta pariete comune, ipsū nō
tāgedo? diſtingue; Aut per tale ædifi
catione ſeclarij non fit danum uici-
no ſeu ſocio, nec impeditur refectio
comunis uel alieni parietis, & poteſt,
ar. l. quidā Hiberus. in prin. & l. fiſtu-
la. §. iuxta. de ſer. ur. præd. Aut impe-
dit refectionem, & non poteſt, per d.
§. iuxta. Aut nōn impedit refectio-
nem, ſed nocet uicino: & tunc aut no
cet aſſiduè: quia aſſiduum humorem
emittit, & nō poteſt, per d. l. fiſtulam.
in princ. & ita tenet Angel. in d. l. in-
ter

ter quos.in ul.co.uer.ſi autẽ qs nōue
lit ædificare.de da.infec.& adde quę
dixi ſupra de camino.uer. ſed hic poſ
ſet dubitari.& in ti.præ. *Itẽ quid 3
ſi ex ſeclario ſpargitur aqua.deſcedit
per ſolariũ ad partẽ inferiorẽ uicini.
uel madefacit ſolariũ cõmune:an po
teſt ꝓhiberi ne amplius ſpargat? Dic
aut ſpargit pro uſu quotidiano ſuæ
familię.& poteſt.ar.l.ſicut.§.fi.ſi ſer.
uen.& l.fiſtulã.in prin.de ſer.ur.præ.
Aut ultra uſum quotidianũ.& nõ po
teſt,ut dictis iuribus.circa quod uide
quæ plene dixi ſupra de ſeru.proiici.
in ij.q.ſuper. *De ſecũda parte ſecla 4
rij dicẽdũ eſt in omnib⁹, ſicut de pri
ma:ſed in hac ſecunda in primis cõſi
deradũ eſt,ſi murus eſſet cõmunis,&
propter pondus ſupellectilis appẽſæ
debilitaretur,prohiberi poſsit,per l.
cuius ædificium.de ſer.ur.præ. *De 5
iij.iiij. & v.parte ſeclarij, ſcilicet de
foramine, & fouea, & eius camera:
dic in omnibus & per omnia ut con
cluſum fuit ſuprà titul.præceden.de
neceſſario. & adde quæ dixi ſuprà
de ſeruitute proiiciendi. & quod di-
cam in ſequenti titulo.

## De aquarolo ſiue canali.

CAP. LXVII.

1 *Aquarolus quid proprie ſit.*
2 *Aquarolum ſi quis in ſuo habeat,et a-*
*quam per unã tegulam ducat,quæ ca-*
*dat in ſuũ,puta in curiã uel hortũ.de-*
*inde illa aqua paulatim in fundum uel*
*penũ uicini uel cõmuni deſcẽdat, an co*
*gi poſsit, ut dictam aquam in ſuo re-*
*tineat,ne in alienum ueniat.*
3 *Aquarolo uicini mei ſi aquã deſcẽdẽtẽ*
*uideam,& ex ſuo ad curiã meã ceden*
*te:an aliquid in meo facere poſsim pro*
*pter quod aquæ fluxus impediatur,ita*
*quòd in uicini ſolo remaneat.*
4 *Aquarolo uicini ſi aqua in fundum*
*meum deſcendat,quid iuris.*
5 *Aquarolo tuo ſi aqua in uia publica de*
*ſcendat,nunquid ego uicinus contra te*
*agere poſsim.*
6 *Pariete in communi an ſit licitum mit*
*tere canale recipiens aquam de cœlo ca*
*dentẽ,uel aquam de ciſterna diſcurren*
*tem, aut de aliquo aquæ receptaculo,*
*quod caſtellum appellatur.*

DIXIMVS de iſta materia ſu-
prà, in titu. de fiſtula:uerũ quia
multũ conuenit ſeclario,ideo eam hic
cõmemorare cõſtitui. *Et appello 1
aquarolũ paruũ ſeclariũ,uel uas lapi
deũ in muro immiſſum,habẽs fiſtulas
ferreas ad ſimilitudinẽ capitis ſerpẽ-
tis,uel leonis, aut hominis, de quo
exit aqua pro manibus lauãdis. Si qs
autẽ aquarolũ ſiue canale in ſuo aut
alieno fabricare uoluerit,ea,quæ de
ſeclario dicta sũt,obſeruare tenetur,
p iura in duobus titulis pcedentibus
allegata. *Sed iuxta ea dubitari poſ 2
ſet, quis habet aquarolũ in ſuo,& du
cit aquã per unã tegulã quæ ſimiliter
cadit in ſuũ, puta in curiã uel hortũ:
deinde illa aqua paulatim deſcendit
in fundũ uel penũ uicini uel cõmu-
ne:an cogi poſsit ut dictã aquã in ſuo
retineat,ut in alienũ nõ ueniat? Et ui
detur quòd nõ,per gl.ordi.in l.ſi quã
do.ſi ſerui.uen. In cõtrarium uidetur
l.fluminũ.§.fi.in gl.pe.in fi. de da.in
fec.Puto quòd ſit dicendum, aut illa
aqua aſsidue deſcendit in fundum ui
cini,uel cõmunem,& prohiberi po-
teſt per l.fiſtulam.in prin. de ſer.urb.
præ.Aut nõ diſcurrit aſsidue: & tũc
ſecus,per d.l.fiſtulã. & pro hoc uide
quæ dixi in tit. præceden. circa pri-
mam partem. *Quid autem ſi ego 3
uidens aquam uicini mei deſcende-
re & cadere ex ſuo ad curiam meam,
facio aliquid in meo propter quod
impeditur fluxus aquæ, ita quòd re-
maneat in ſolo uicini,an poſsim? Di
cas quòd ſic:argu.l.j.§. ſunt qui pu-
tant.ff.ne quid in loco publico.& ui
de quæ dixi ſuprà in iiij.diuiſione ſer
uitutum. uerſi. & primo uideamus.





4 & ſ.de curia.in fi. *Itẽ qd ſi aqua
deſcendit ex canale uicini in fundũ
meũ? Dic quòd eũ ꝓhibere poſsim:
per l.ſicuti.§. Ariſt. ſi ſer.uen.& per
ea quæ dixi ſ.de ſerui proiici.in j.&
5 ij.q. *Itẽ qd ſi ex aquarolo tuo de-
ſcendit aqua in uia publica [a]: an ego
uicinus poſsim agere contra te? Dic
quòd ſic, ſi nocet,uel nocere poteſt
mihi trãſeunti.ar.l.ij. in prin.ne qd
in loco publico. circa qđ uide quæ
dicam j.ti.ſeq.& q dixi ſ.in tit.præ-
6 cedenti. *Item nunquid in pariete
te cõi ſit licitũ mittere canale reci-
piens aquam de cœlo cadentem,uel
aquam de ciſterna diſcurrentem,aut
de aliquo receptaculo aquę quod ca
ſtellum appellatur? dicas quòd non:
per l.fiſtulam.de ſer.urb.præ. Et eſt
ratio:quia per talẽ diſcurſum aqua-
rum parietem corrumpi ueriſimili-
ter eſt:ſecundũ Ang.in l.inter quos.
in prin.in iiij.col. de damno infect.
Reliqua circa iſtam materiam uide
ſuprà de fiſtula.

## De aquæ proiectu ſiue aliarum rerum.

CAP. LXVIII.

1 *Aquam in uicini fundum an immitte*
*re licitum ſit.*
2 *Aquã uel alias immundicias in ſtratã*
*publicã,uel alium locum publicum,an*
*proiicere liceat.*
3 *Putredinem aliquã, puta lauaturam,*
*uel aliud putridum, ſi pediſſequa uel*
*famulus proiecerit, & ſuper ueſtẽ uel*
*caputium tranſeuntis per uiam publi*
*cam,uel ibi ſtantis deſcenderit,an eius*
*dominus teneatur.*
4 *Aquam ut illuc proiicias, ſi duos tibi*
*terræ pedes concedam, an proprietas*
*uel uſus concedi uidetur.*

1 QVAERO *primo nunquid ſit
licitum immittere aquã in fun
dum uicini.Et dic quòd non, niſi ſit
ſeruitus impoſita.l. ſicuti.§. Ariſto.
ſi ſer.uend.de quo dic ut plene dixi
2 de ſeruitute proiiciendi. * Quæro
ſecundo, an liceat proiicere aquam
uel alias immunditias in ſtratam pu
blicam, uel alium locum publicum.
Et puto quòd ſic,dummodo nõ no-
ceatur uſui publico,uel trãſeũtibus,
uel in ea exiſtentibus:arg.l.ij.in pri.
ne quid in loco public.iuncta l.j.in
prin.de his qui deie.uel effu. niſi ex
lege, uel ſtatuto, uel conſuetudine
aliter eſſet prouiſum.d.l.ij.in princ.
Nam communiter circa hoc per ſta-
tuta locorum eſt prouiſum, & aliter
3 quam ſit de iure cõmuni. * Quæ-
ro tertio,pediſſequa uel famulus u-
nius proiecit ex feneſtra aliquã pu-
tredinem, puta lauaturam uel aliud
putridum, & deſcẽdit ſuper ueſtem
uel caputium cuiuſdam tranſeuntis
per uiam publicam, & ibi ſtantis, &
ueſtem uel caputium deturpauit: an
dominus [b] eius teneatur: & inquan
tum. & dic regulariter quòd in du-
plum damni dati: ut eſt text.in l.j.in
prin.& ibi hoc notat Flor.de his qui
deie.uel effude.quod eſt uerũ,quan
do eſt proiectum in loco quo uulgo
iter fieri ſolet:ſecus ſi eſſet proiectũ
in loco non cõſueto,quo uulgo iter
non conſueuit eſſe: ut eſt text.in d.
l.j.§. ſumma cum utilitate.eo.tit. fa
cit l.ſi procurator. & quod ibi.not.
ad l.Aqui.quod no.quia accidit ſæ-
pe de facto:& ita etiam ſeruatur:ſed
pœnæ aliter ſolent imponi per ſta-
tuta locorum, quæ ſunt ſeruanda.l.
omnes populi.de iuſti.& iu.ubi au-
tem non eſſent ſtatuta uel conſue-
4 tudo,ſerua qđ ſuprà dixi. *Quæ-
ro quarto, quid ſi cõcedo tibi duos
pedes terræ,ut ibi proiicias aquam,
an proprietas uel uſus concedi ui-
deatur. Et uidetur quòd ꝓprietas,
eò quia non fuit conditio proiicien
di ex cauſa damni: ut eſt text.in l.ſi
mulier.de iure do.de quo dic ut ibi
per Doct. Vltimo de iſta materia
de eiectionibus & effuſionibus, ui-

a Via pub. *Adde Alexan. iij.uol.cõſ.lxxiij.in j.co. §.fi. et quaſi p totũ. & Corn.v.uo. cõſ.cliij. & in iij.co.cclxxij. et qd ſignificet uia,dicto uolu. cõ.ccxcv.& in iiij.cõ.ccxv.incip. præmittendum.*

b Domin⁹. *Vtrũ dominus teneat de facto familiæ? Reſp. ut colligo ex d. Ant.& Ioa.de Lig. ac Pa.ĩ c. licet.de reſtitu. ſpo.& Bar.ĩ l. ne qd.ff.de icẽ. ru.et nau.q.ſic: q familia eius deliqt in officio ſeu miniſterio ĩ quo ipſe domi-nus eſt ꝓpoſit⁹: & ipe utit ope talis familiæ:qa ſibi ĩputat q ta lẽ eligit,qa ho-neſta debebat ponere.l.j.§.fa miliæ.ff.de pu. ciuiliter tamẽ tenet nõ crimi naliter: ut d.l. ne qd. Ex quo patet q poteſtas ſeu rector tenet ex malefi cio ſuorũ offi-cialiũ.l. ſi poſt C.de aſſeſ.*

de pleue in ti.de his qui deie.uel ef-
fu.per totum.& adde quæ dixi ſ.de
ſeruitute proiiciendi.

## De aquæductu. CAP. LXIX.

1 *Aquæductum alicui in ſuo habere nō licet, per quem aqua in alienum fluat: & quomodo ſi contrafiat, contra eum agi poſſit.*

2 *Aquæductum an per uicini fundum facere liceat.*

3 *Aqueductu ſi ego priuatus aliqd ius habeã, nunquid a ſolito curſu diuerti poterit.*

4 *Conſuetudine uel ſtatuto qs poteſt habere ius aquam tollendi per rotam ex flumine uel caſtello.*

NON licet *alicui aquæductum 1
habere in ſuo, per quē aqua in
alienum fluat: & ſi cōtra fiat, poteſt
agi contra eum, ita ius illi non eſſe:
ut probatur in l.fiſtulas.ſi ſer. uend.
Ex quo no.ſecundū Flo.ibi, quòd fa
ciens aquæductum in ſuis domibus,
non poteſt, quatenus per eum ſiat
damnum domui uel parieti uicini.
& pro hoc etiam l.fiſtulã. in prin.de
ſer.ur.præ.Item no.ſecundum eun-
dem Flor.in d.l.fiſtulã.quòd ductus
aquæ ad fontem, uel ad aliam utilita
tem uel commoditatem publicam,
ſi tranſeat per domū priuati: ita de-
bet ſeruari & manu teneri expenſis
publicis, quòd illi priuato non no-
ceat.& ad hoc poteſt agi: ut l.fiſtu-
lam.niſi aliter actum ſit, uel cōſuetu
dine ſeruatū.facit ad predicta l.ij.§.
merito.& §.ſi qs à principe.ne qd ĩ
loco pub. *Sed nunquid ſit licitū 2
aquæductum facere per fundum ui
cini? Dic quòd non: & ſi fiat, poteſt
uicinus propria autoritate deſtrue-
re: ut eſt tex.in l.quemad.§.ſi prote
ctum.ad l.Aquil. *Sed pone in a- 3
quæductu, ego priuatus habebã ali-
quod ius: an poterit diuerti à ſolito
curſu? Dicas quòd non: imò poterit
cogi diuertens, ut in priſtinum ſta-
tum aquam ducat: ut eſt tex.ubi hoc
no.Doc.in l.ij.C.ad l.Aql.quod no.
quia aluei aquarū in quibus uicini
conſueuerunt haurire uel tollere a-
quam, uel pãnos lauare, nō poſſunt
peruerti in eorū præiudiciū. *Vl-
timo no.q̃ quis poteſt ex pacto[a] uel
conſuetudine habere ius aquã tol-
lendi per rotã ex flumine uel ex ca-
ſtello: ut eſt tex.in l.ij. cōia præd.de
quo dic ut ibi per gl.& Doct.cætera
circa iſtam materiã uide quæ dicam
in ſeq.tit.de ſeruitute aquæductus.

a Pacto. Quæ dria eſt inter pactū & cōuentionem? Pactū eſt cōſenſus duorū uel pluriū ad aliqd faciendum, uel dãdū uerbis expreſſum, ita q̃ uerba pmittãt a pmittente, & cōſequēter a recipiente. Conuētio uero eſt nomen magis generale quam pactum: qa ſcholares in ſcholis: & fratres ĩ capitulo conuenire dicuntur. ff. de pact. l.j. §. cōuentionis uerbum.

## De ponte. CAP. LXX.

1 *Pons dicitur ille, qui eſt de lignis, non autem de lapidibus.*

2 *Flumē ſi per ciuitatem diſcurrat, & unus ab utraque parte ripæ domos habeat: an pontem ſuper flumen facere poterit, per quem de una domo in aliã ire ualeat.*

3 *Pontis partem, puta decē pedum longitudine, nunquid in flumen quis facere poſſit, per quē poſſit ire ad hauriendũ aquam, uel ad lauandum pãnos ſtare.*

4 *Pontis reficiendi & faciendi onus ſup flumine publico, ad quem ſpectat, per quē iter tranſeuntibus neceſſariū ſit.*

5 *Pōs an uiæ publicæ appellatiōe ueniat.*

PONS proprie* dicitur ille, qui 1
eſt de lignis, nō de lapidibus: ut
l.ſupra iter.in prin.de aqua plu.ar.&
ibi hoc no.Bar.& Ange.qui dicunt,
quòd licet iſtud ſit de iure: tamē de
cōſuetudine pons & arcus lapideus
ſynonyma ſunt: quia cōtinentur ap
pellatione pontis, cui conſuetudini
ſtandū eſt. Et pons poteſt eſſe duo-
bus modis, in urbe, ſeu ĩ municipio.
Vno modo, quãdo ſupra ſolum pu-
blicum: & de iſto ponte dixi ſ.in tit.
de ponticello.ubi uide. Alio modo,
quando eſt ſupra flumē uel aquam:
& de iſto dicamus. *Nunquid ſi flu 2
men diſcurrit per ciuitatem, & unus
habet domos ab utraq; parte ripæ:
an poſſit facere pontē ſuper flumē,
per



per quē poſſit ire de una domo in
aliam. Dicas quòd non: caſus eſt in l.
fi.ne quid in flu. pub.ſicut non po-
teſt ſupra uiam publicam.l.ij.§.tra-
ctatum. ne quid in loco publico. &
l.final.& ibi ad hoc not. Bald.de ſer.
3 *Secundo, nunquid poteſt in flu
mine facere partem unius pontis,
puta longitudinem decem pedum,
per quem poſſit ire ad accipiēdum
de aqua, uel ſtare ibi ad lauandum
pannos? Et teneo quòd non: quia ſi-
cut in loco publico uel priuato non
licet aliqd immittere, l.j.& ij.ne qd
in loco pub.ita nec in flumine publi
co.argu.d.l.fi.ne quid in flu.pub.de
conſuetudine tamen ſeruatur con-
trarium, cui conſuetudini ſtandum
eſt: quia regula eſt, quòd in pōtibus
& aquis ſtandū eſt antiquitati: ut eſt
tex.& ibi hoc no.Bal.in titu.de pace
Conſtan. in vj.colū. quam regulam
perpetuo tene menti: quia per eam
decidere potes plures quæſtiones.
4 *Tertio, ad quem ſpectat onus fa
ciendi & reficiendi pontē ſuper flu-
mine publico, per quē ſit iter tran-
ſeuntibus neceſſarium? Diſtingue.
Aut eſt pons qui debet retineri, &
cuſtodiri per dominū ciuitatis: & de
bet expēſis ipſius domini fieri & re-
fici: quia ad ipſum dicitur principa-
liter ſpectare, ſicut etiã ſpectant alia
fortilicia. Aut eſt pons qui nō cuſto-
ditur, ſed ſimplex tantū pro trãſitu:
& tunc aut deſeruit omnibus de ci-
uitate, & per omnes de ciuitate fieri
& refici debet. Aut deſeruit uni tan-
tum cōtratę ſeu uiciniæ: & illi de il- 1
la ſolum cōtribuere tenentur, ſicut
de puteo comuni dicitur.ar.l. ſecū-
dum naturã.de reg.iur.& c.qui ſen-
tit onus. eo. titu.lib.vi. facit l. ædi-
les. & quod ibi not. de uia public.
5 *Quarto, an appellatione uię pu- 2
blicæ ueniat pons? Et dicas, q̃ ſic:
quando per illum uulgo iter fit.ar.l.
fi.ne quid in flum. pub.iuncta l.fi.in
prin.ff.de ſeru.& ideo ſtatuta loquē
tia de maleficiis cōmiſsis in uia pu-
blica, uerificantur in commiſsis ſu-
per ponte publico. Et adde predictis
quæ dixi ſ.de ſeru.tig.immittendi,
in vj.q.& ſ.de refectione, in vij.q.&
ſ.de pon. & uide l.ſupra iter.in prĩ.
& ibi per Bart.& Doct.de aq.plu.ar.
Reliqua quæ ſpectant ad materiam
pontis, dicam plene in ſeq.lib.

## De picturis ſeu incruſtationibus. CAP. LXXI.

1 *Picturas habere in pariete cōmuni an ſocio liceat.*

2 *Parietem communem unus ex ſociis, etiã altero inuito an dealbare & pingere poterit.*

3 *Incruſtationes quid proprie ſint, & quomodo capiantur.*

4 *Picturarum & incruſtationū an ratio habeatur, ſi de aliquo muro de dãno infecto cautum ſit.*

5 *Picturæ ſi in pariete communi exiſtat, an cauſa imponendi tigna alter ſocius pulſare poſſit. ex qua pulſatione damnum illis picturis contingere poſſet.*

6 *Pingi ſi uelim facere in eccleſia crucifixum, uel aliquid aliud, an poſſim.*

7 *Vſufructuarius uel inquilinus an in domo uſufructuaria uel conducta poſſit facere pingi inſignia ſua, quæ uulgo arma dicuntur.*

8 *Depingi non poteſt facere inſignia ſua poteſtas, officialis, uel priuatus quiſpiã, uel nomen ſuum in ædificio publico ponere.*

9 *Depingi facere poteſt inſignia ſua ille, cuius pecunia publicū opus factū ſit.*

10 *Capellam uel eccleſiam ſi quiſpiam fecerit, & in memoriam ſui inſignia ſua apponi fecerit, an clerici ea delere poſſint & alia imponere.*

11 *Depictus ſi eſſet quiſpiam in aliquo loco publico tãquam proditor, & quiſpiã ſine principis licetia illã picturam delerct,*

*deleret, an in aliquod edictũ incideret.*

12 *Imaginem Dei uel Sanctorum percutiens qua pœna puniri poſsit.*

13 *Pictores & miniatores pingentes cum adulterinis coloribus, an domino ad intereſſe teneantur.*

14 *Pictura an cedat tabulæ uel chartæ, aut econtra.*

15 *Imagines Sanctorum Leo imperator cur deleuerit.*

16 *Imagines Sanctorũ qualiter adorare debeamus.*

NON eſt dubium*quòd licet ſo- 1
cio in pariete communi pictu
ras habere: quia eſt tex. in l. quidam
Hiberus. in prin. de ſer. ur. præ. & ibi
per omnes Doct. & not. Ang. in l. in-
ter quos. in princi. in ultima col. de
dam. infe. qui dicit quòd non eſt: qa
per eas non fit aliquod damnũ uici-
no, ſed toti ſocietati prodeſt, ſaltem
quo ad ornamentum: & ideo inuito
ſocio etiam fieri poſſunt. ad hoc tu
allega l. impenſæ. in fi. de uerb. ſign.

*Et ſic no. ꝙ parietẽ communem 2
unus ex ſociis poterit etiam altero
inuito dealbare & depingere, & ſi-
milia ſuper ea facere, ſecundũ Ioan.
Pet. de Papia in ſuo ultimo libro, in
gl. antep. uer. licet hoc caſu quilibet
eorũ. & ita tenet Ange. in d. l. quidã
Hiberus. ante fi. prin. poteſt etiã in-
cruſtationes facere: ut eſt tex. in d. l.
quidã Hiberus. §. fi. exemplum po-
nit Ang. in d. l. inter quos. in Floren
tinis uolentibus incruſtare parietẽ,
quæ incruſtatio fortificat parietem.

*Et incruſtationes dicuntur cru- 3
ſtæ ſubtiles marmoris, quæ ponun-
tur extra murum, ut totus marmo-
reus uideatur: ut eſt tex. cum gl. in l.
impenſę. in fi. in uer. incruſtationes:
& pone exemplum tu, ſicut eſt tota
eccleſia ſancti Marci de Venetiis.
Poſſunt etiam capi incruſtationes ꝑ
opere muſaico, quo teſtudines dictę
eccleſiæ ſunt ornatæ. Et per prædi-

2 Imagines. *Imagines Sanctorũ quare depingũt? Reſp. Gre. i c. platiũ. de cõſec. diſ. iu. ſic inquiens, qđ legẽtibus ſcriptura, hoc idio tiſ pſtat pictura cernẽtibus: qa in ipſa ignorãtes uidẽt qđ ſequi debeant, in ipſa legunt q literas neſciũt. unde præcipue gentibus pro lectione pictura eſt.*

cta etiam concludo, quòd ſi murus
eſſet ſimpliciter factus, poſſet unus
ſociorum etiam altero inuito calce
impleri facere, & ipſum dealbare: qa
ꝑ hoc efficitur melior & pulchrior
ſine aliquo damno ſocii. *Sed qđ 4
ſi eſt cautum de dãno infecto illius
muri: an habeatur ratio illarũ pictu-
rarum & incruſtationũ? Dic ꝙ non:
ut eſt tex. in d. l. quidam Hiberus. §.
fin. & ibi per gl. & Doc. & per Ange.
in d. l. inter quos. in princ. in ult. col.

*Sed quid ſi in pariete communi 5
ſunt picturæ, an alter ſocius poſsit
pulſare, puta cauſa imponẽdi tigna,
ſi propter illã pulſationẽ fieret da-
mnũ illis picturis? Dic quòd nõ: idẽ
ſi uellet mittere aquã per ſeclarium
uel neceſſarium, & propter humidi-
tatem delerentur picturę. nam dictis
caſibus non poteſt: debet enim ſo-
cius ita uti re cõmuni, quòd nõ fiat
damnũ parieti cõmuni: per d. l. qui-
dam Hiberus. & per l. fiſtulam. ſi ſer. 6
uen. * Quid ſi uolo facere depin-
gi crucifixũ, uel aliquid aliud in ec-
cleſia, utrũ poſsim prohiberi? Dicas
quòd non: quia iſtud pertinet ad or
namẽtum, non ad deformitatẽ. l. ne
qđ in loco ſacro. & ibi hoc no. Bart.
imò dico plus, quòd legatum factũ
pro pictura Sanctorũ, cenſetur eſſe
factum in piam cauſam. l. linea mar-
garitarum. & ibi hoc no. Bart. ff. ad l.
Fal. & probatur etiã in l. Titia. in fi.
de auro. & arg. lega. & uide omnino
quæ dicam j. uer. ult. not. Itẽ poteſt
relinq uſuſfr. ſtatuæ uel imaginis[a].
l. ſtatuæ. & ibi not. per gl. de uſufru.

*An autẽ uſufructuarius uel in- 7
quilinus poſsit in domo uſufructua
ria uel conducta facere depingi inſi
gnia ſua, quæ uulgo arma dicuntur?
Et dicas quòd ſic: ꝑ l. ſed & ſi cuius.
§. ædiũ. de uſufr. & ibi hoc no. Flor.
quia per hoc non uidetur eſſe dete-
rior cõditio rei, & mutari eius ſub-
ſtantia



ſtantia: alias ſecus. C. de relig. l. mo-
numentorum. & C. ne quis uela re-
gia. & propterea in picturis, quæ fa-
ciliter deleri poſſunt, procedere: ſe-
cus ſi uellet ſculptas in lapidibus po
8 nere. * Item nullus etiã poteſtas,
uel officialis, uel priuatus poteſt de
pingi facere inſignia ſua, uel ponere
nomen ſuum in edificio publico: pu
ta in palatio uel platea: ſed ſolum no
men & inſignia principis: ut eſt tex.
in l. opus. in fi. cum l. ſeq. ff. de oper.
pub. quod not. quia ſeruatur totum
9 contrariũ in practica. Item ille cu-
ius pecunia opus publicum factum
eſt, poteſt nomen & inſignia ſua de-
pingi facere: ut eſt caſus in l. ij. & in
l. opus. in fin. & in l. ſi. de ope. pub. &
ita obſeruatur maxime, quando fa-
bricatur una eccleſia uel capella: &
intellige, quando de ſua pecunia:
ſecus ſi de pecunia aliena: & ideo cũ
quidã epiſcopus Veronẽſis, qui etiã
cardinalis erat, & uicecamerarius
Papæ, expoſuiſſet de bonis erogan-
dis pauperib⁹ in fabrica maioris ec-
cleſiæ Veronæ duo milia ducatorũ,
& feciſſet ſculpi inſignia ſua ſup ca-
pella ſua cum columnis, fuerũt ſibi
abraſa. & merito quidẽ, quia illa nõ
erat pecunia ſua, cum omnino tene
batur eam erogare: ar. c. relatũ. cum
10 ibi no. per gl. & Doc. extra de præb.
*Itẽ pone, unus fecit fieri capellã
uel eccleſiã, & in memoriã ſui no-
minis ibi fecit apponi inſignia ſua,
prout ſolitũ eſt: an poſsint illa inſi-
gnia clerici delere, & altera impone
re? Dicas quòd non: imò puniri de-
bent arbitrio iudicis. l. q libertatem.
ad fi. & l. opus. ff. de ope. pub. ſecun-
dum Lud. de Ro. in cccl v. ſingulari.
& no. Bar. in d. l. qui libertatem. qui
dicit nota. contra fratres minores,
& aliquos religioſos, qui capellas
aliquorũ defunctorum attribuunt
nomini alterius, qui hoc facere non

debent. Itẽ contra eos q abradunt ar
ma alicuius, & ponũt arma alterius.
Aduerte tamen, quòd arma eorum
qui propter traditionem de patria
expulſi ſunt, poſsũt deleri. caſus eſt
in l. eorũ qui. ff. de pœn. ſecundum
Lud. de Roma. in ſuo ſingul. cccliij.
quod incipit, eorũ arma. & ita etiam
11 ſæpiſsime obſeruatur. * Itẽ adde,
ꝙ ſi aliquis eſſet depictus tanquam
proditor in aliquo loco publico, &
unus deleret illã picturã ſine licen
tia principis, incideret in edictũ. de
quo habetur in l. ſi familia. de iuriſ-
12 di. om. iu. & ibi hoc no. Ang. * Itẽ
quòd percutiens imaginem Dei uel
Sanctorũ puniri poteſt l. Cornelia
de ſica. l. hoc ſenatus. de ſicar. & ibi
hoc no. Ang. q dicit, ꝙ uidit Peruſij
frangentẽ maieſtatem ligneã, am-
putari ſibi manus: & quòd etiam gra
uius puniri poteſt pœna mortis. de
quo uide etiam per eum in l. j. C. de
rap. uir. & quod habetur in c. ij. de of
13 fi. or. li. vi. * Itẽ no. cõtra pictores,
& miniatores, qui miniãt & pingũt
cum adulterinis coloribus, ut teneã
tur domino ad ĩtereſſe: ut l. ij. & ibi
hoc no. Bar. C. de murilegulis. lib. x.
Itẽ tenentur crimine ſtellionatus. l.
iij. §. ſi quis ſeruos. de crimi. ſtellio.
& no. Bar. in d. l. ij. ad fi. qui dicit idẽ
14 in tinctoribus pãnorũ, & ſim. *Itẽ
nunquid pictura cedat tabulæ uel
chartæ, an econtra? uide tex. inſti. de
rerum diui. §. ſi quis aliena tabu-
la. & l. in rem. §. ſed id quod in char-
ta. de rei uen. & quod no. in dictis iu
15 ribus. *Vltimo nota, ꝙ multi infi-
deles reprehendunt imagines San-
ctorũ dicẽtes, quòd ſumus idolola-
træ: & ꝑpterea Imperator Leo, qui
fecit l. dies feſtos. C. de feriis. & l. ſi
quenquã. de epiſ. & cler. ex ſugge-
ſtione quorundã hæreticorũ habuit
contẽtionẽ cum eccleſia Romana:
quia fecit remoueri omnes pictu-

ras de eccleſiis tanquã idololatriam continentes:ſed Papa qui tunc erat, congregauit concilium Romæ, & ipſum Leonẽ exiſtentẽ in Conſtantinopoli excõmunicauit:qui Leo lepra percuſſus poſtea mortuus eſt: ut ſcribit Paul.de Caſtr.in l.fi.C.de feriis. *Et tu dicas defendẽdo Chriſtianos, ꝙ imagines adorare nõ debemus, uidelicet colores earũ, ſeu lapides:ſed eis debemus reuerentiã propter Deũ & Sanctos,qui per eas repræſentãtur. Vnde ſcribit Grego. Papa Sereno epiſcopo Maſsilienſi, q imagines Sanctorũ fregerat,quòd ſub excuſatione adorari debuiſſent. & habetur de cõſec.di.iij.prælatũ.in hæc uerba: Et quidẽ imagines adorari uetuiſſe omnino laudamus: fregiſſe uero repræhẽdimus. Aliud eſt enim picturã adorare. Aliud per picturam,hiſtoriã ꝙ ſit adorãda,addiſcere. Nam qđ legẽtibus ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernẽtibus:quia in ipſa ignorantes, uident quod ſequi debent:in ipſa legũt,uidelicet qui literas neſciunt, unde & præcipue legentibus pro lectione pictura eſt. Itẽ ex ſexta ſynodo ſcribitur, Venerabiles imagines Chriſtiani non deos appellant, neq; ſeruiũt eis ut diis, neq; ſpem ſalutis in eis ponũt, neq; in eis ſpectãt futurũ iudiciũ:ſed ad memoriã & recordatione primitiorũ uenerantur eas,& adorãt:ſed non ſeruiunt eis cultu diuino,nec alicui creaturæ:ut eſt text. de conſe.diſt.iij.& ibi omnino uide quod no.,p fide noſtra,ut ſcias qualiter imagines Deiᵃ & Sanctorũ ſint adorandæ. Et de materia picturarũ uide etiam per Bart.in ſuo tract. de inſignis & armis.

*a Imagines. Vtrũ adoratio requirat locũ determinatũ? R. ꝙ nõ principaliter, quaſi ſit de neceſsitate ei⁹: ſed bene reqrit ſecũdũ cõdecẽtiã,ſicut & alia ſigna corporalia, ſecundũ illud Luc.xix. Dom⁹ mea domus orationis uocabit. & id Ioã. iiij. Venit hora ĩqua ueri adoratores adorabũt i ſp̃ũ.qui eſt principalis actus adorationis,ut dictũ eſt. Loc⁹ tamẽ requiritur non propter eũ q adorat, ſed ꝑpter adorantes.*

*b Decimas. Decimæ quãdo dari debẽt? R. ut dicitur in c. cũ homines. de deci. ꝙ ſtatim fructib⁹ collectis.et hoc quo ad ꝑdiales,quo ad perſonales, debent ſolui in fine anni:ſed tu dic,ſecundũ cõſuetudinẽ ꝑſcri ꝑtã ſũt ſoluendæ:& ſi perierũt, peribũt illi,q eſt ĩ mora: alias nõ:ſed cui debentur.*

De horreo. CAP. LXXII.

1 *Horreum in ſolario communi ſi qs habeat,an ipſum frumento,uel aliis mercibus implere poſsit.*

2 *Horreũ rebus onuſtum ſi multum ponderet,ita quòd ſolarium ſuſtinere nequeat,quid iuris.*

3 *Horreum frumẽtariũ nouũ ex tabulis ligneis mobile factũ ſi quiſpiam in alterius ſolo poſuerit, an ipſi ſolo cedat.*

4 *Decimas nunquid ruſtici in horrea ad eccleſias deferre debeant.*

16 SI quis * habeat horreũ in ſolario 1 cõmuni,an poſsit ipſum implere frumento,uel aliis mercibus? Et dicas ꝙ ſic: quia dicitur uti re cõmuni ad uſum deſtinatũ. l.ſi cõmunes ædes.cõmuni diui.& not.in d.l.Sabinus.eo.tit.facit l.arboribus. §.ſi nauis.de uſufr. * Sed qd ſi nimium 2 ponderat,ita ꝙ ſolarium non poſsit ſuſtinere?Dic ꝙ non poteſt cogi ad ſuſtinendũ columnas,quæ ſuſtineãt ſolariũ: ar.l.ſicut.in prin.ſi ſer.uẽdi. Et ſi nõ ſuſtinuerit,uel etiã ſubſtituerit,& ſolariũ nõ poſsit ſuſtinere,uel cum paries cõmunis debilitaretur: tunc poſſet cogi ad ſubleuandũ pondus:per l.cuius ædificiũ.de ſer.ur.p. uolentes etiam ædificare iuxta horrea publica,debent dimittere ſpatiũ x.pedum liberi aeris: ut l.mœniana. C.de ædi.pri.& no. gl.in l.ſi cui.eo. tit.de quo dic, ut dixi s̃.de mœnianis. * Sed quid ſi aliquis horreum 3 frumẽtariũ nouũ ex tabulis ligneis mobile factũ in ſolo alterius poſuerit,an ſolo cedat? Dic ꝙ non: & ſic non officitur domino prædii: ut eſt tex.in l.cuius horreũ.de acq.re do. & uide l.granaria.in prin.de act.ẽp. ſecus ſi eſſent tabulæ terræ affixæ.l. ſi ſupra tuũ.de acq.re.do.& d.l.granaria.& no.gl.ĩ d.l.cuius Titius horreum. *Vltimo nũquid ruſtici de- 4 beãt in horrea deferre decimasᵇ ad eccleſias? Dic ꝙ ſic: ita ut à clericis uel eorum nunciis non ſint colligẽdæ in agris:per text.xvj. q.j.reuertimini.& ibi hoc no.gl.in uer.in horrea.uide not.per Spe.in tit.de decimis.



mis.uer.ultimo quær.& de horreo. uide plene l.cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. & in l. dominus horreorum.in prin.& in l.cum domini horreorum.eo.ti.

De armatura. CAP. LXXIII.

1 *Armatura machina dicitur illa, ſuper qua operarij ad ædificandum ſtant.*

2 *Armaturã uicinus ædificans an ſupra uicini ſolum ad murum ponere poſsit, ut laborantes ualeant ſuper illa armatura ad laborandum ſtare.*

3 *Armaturam in fundo uicini an ponere licitum ſit.*

4 *Armaturã ſi quis in ſuo muro habeat, & eã in uicini muro ponere uelit,ita quòd in ea requieſcat,quid iuris.*

5 *Armatura regulariter in ſolo alterius poni nequit.*

6 *Armatura ſi male ligata fuerit,uel in ea perticæ uel funes poſitæ fuerĩt,quæ uetuſtæ erant, ꝑpter quod unus de armatura cecidit,an magiſter de armatura teneatur.*

1 ARMATVRA *machina dicitur illa,ſuper qua operarii ſtãt ad ædificandũ.l.ſi ut certo. §.interdum.ff.commoda. de ea ita uide du 2 bitari. * Nũquid uicinus ædificãs domum poſsit armaturã ponere ad murũ ſupra ſolum uicini,ut laborantes ualeãt ſup̃ illa armatura ſtare ad laborandũ?Et uidetur quòd nõ.ar.l. quemad. §.j.ad l.Aqui.& l.j. §.ædificare.de mor.inter.Sed eſt arg.cõtrà in l.refectionis. cõmunia prædio.& iſtud puto uerius,quando aliter cõmode fieri nõ poteſt. Nam ſi eſt licitum mihi murũ meũ altius tollere, l.altius.C.de ſer.intelligitur ꝙ poſſim ea facere ꝑ quæ poſsim ipſum altius tollere uel reficere, etiam apponendo ad ea loca quæ non ſeruiant: ut eſt tex.in l.refectionis.in prin.facit ad hoc l.ſi iter.ſi ſer.uen.& l.uete 3 res.de iti. actuq; priua. *Sed nunquid ſit licitum ponere armaturam in fundo uicini? Videtur eſſe tex.ad literam,ꝙ non.in d.l.j. §.ædificare.uer. cæterum.de mor.infe.pro hoc, quia nõ licet in alienũ immittere.l. ſicuti. §.Ariſto.ſi ſer. uen.l.quemad modum. §.j.ad l.Aqui.puto ꝙ ſi aliter nõ poſsit quis domum ſuã reficere,niſi ponat armaturã in fundo uicini,tunc poſsit: ꝑ d.l.refectionis.& d.l. ueteres.ſed ſi aliter poſsit,ſecus eſſet. Ita intelligitur d. §.ædificare. & alia iura ſuperius ad hoc allegata: quod eſt notan.quia quotidianum.

4 *Quid autẽ, ſi qs habeat armaturam in ſuo muro, & eam uellet ponere in muro uicini, ita ꝙ in eo requieſcat?Dic ꝙ nõ poteſt:ut eſt tex. in l.ſi duo. §.ſi uicinus. uti poſſide.

5 *Et ex his omnibus cõclude,ꝙ armaturã quis nõ poteſt ĩ ſolo uicini, neq; in pariete uicini, neq; ſupra ſolum alterius regulariter apponere, niſi aliter in ſuo ędificãre nõ poteſt.

6 *Sed pone ꝙ armatura fuit male ligata, uel in ea fuerunt poſitæ perticæ uel funes,quę erãt uetuſtæ, propter qđ unus ex armatura cecidit: an magiſter de armatura teneatur? Dic ꝙ ſic:ut eſt tex.& ibi gl.no. in d.l.ſi ut certo. §.interdum.ff. cõmo.& ꝑdictis adde quæ dixi s̃.de ſerui.tigni immittendi,in v.q.circa medium.uer.& ideo ſi tibi cõceſsi,&c.

De ſtabulo. CAP. LXXIIII.

1 *Stabulũ dicit locus q tantũ equos recipit:& quid de communi uſu loquẽdi.*

2 *Stabulũ domus an uſufructuarius locare poſsit pro ſtabulo ad recipiendũ, iumenta.*

3 *Domus locator an nedũ ipſam domũ, ſed etiam ſtabulum reficere teneatur.*

1 STABVLVM *dicitur ille loc⁹,q tantũ equos recipit,ſecũdũ gl.ĩ l. palã.ĩ prĩ.de ritu nu.q poſt,qd ſit taberna,caupona,ſtabulũ. Nã aut dicitur ꝑprie ſtabulũ loc⁹,ĩ quo recipiũtur alia aĩalia: ut l.ex cõducto.ĩ prin.

aut ſtabulum, ubi greges eius ſtare
oportet. ff.loc. De communi tamē
uſu loquēdi etiā dicitur ſtabulū, in
quo nondū equi, ſed alia animalia,
ut boues, & pecudes, ſtare conſue-
uerūt.facit l.eo iure. §.ſtabula. ff.in
qui.cau.pign.ta.cōtrah.& ſic ſtabulū
eſt prędium urbanum uel ruſticum.
uide text.in d. §.ſtabula. & quæ dixi
s.in iiij. diuiſi. ſeruitutum. uer. ſed
quid de ſtabulo. *An autē uſufru- 2
ctuarius poſsit ſtabulū domus loca-
re pro ſtabulo ad recipiendū iumē-
ta? Dic quod non.l.ſi cuius.alias, æ-
quiſsimus. de uſuf.per quē tex.dicit
Flor.quod inquilini nō poſſunt do-
mum cōductā reducere ad ſtabulū,
uel ad uſum carectarum,id eſt,plau-
ſtrorū. *Sed nunqd locator domus 3
teneatur nedū ipſam domū refice-
re,ſed etiam ſtabulū? Dicas quod ſic
regulariter:ut eſt tex.in l.ex condu-
cto.in princ.ff.loca.& uide etiā in l.
ſi merces. §.conductor.eo.tit.& qd'
in eis no. De lætamine autem quod
procedit de ſtabulo, uide quæ dicā
infra de ſterquilinio. Vltimo ad-
de ea, quæ habentur in toto titul.ff.
nau.caupo. ſtab.& in titul.furti ad-
uerſus nautas.

a Ab illo po. *An poſſeſſor p̄ſumat domin', uide Cor.j.uol. conſi.xxiij. & cxiij. & xxx. Et qs p̄dat poſſeſſionē ex negligētia, uide i ij.uol.conſ.lvj. & ſemel poſsides hodie p̄ſumit poſsidere. uide in iij.uol. con.xcj. & cclxxx. & ccc xiij. & in iiij. uo. cō.lxxxvij. Et quo actu p̄ſumat poſſeſſio, uide Alexā. j.uo. conſ.xliij. & in v.uo.co. xcix. & conſil. clxxxiij. i j.col. in ver.nec ob. in fin.col.*

## De ingreſſu ſeu introitu.

CAP. LXXV.

1 *Solū ingreſsus ſiue introitus qd' dicat.*
2 *Solum quod relinquitur pro introitu, cuius eſſe debeat.*
3 *Expenſa aliqua quando facta eſt in dubio, a quo facta intelligatur.*
4 *Iuriſdictio in dubio cuique ciuitati, uſq; ad medium flumen competit.*
5 *Ingreſsus alicuius loci publicus cuius eſſe præſumatur.*
6 *Viæ uicinales quæ dicantur.*
7 *Via uicinali an quis ſine principis licētia ædificare poſsit.*

SAEPE *cōtingit inter duas do- 1
mos à latere uel poſteriori earū
parte ſolū relinqui unius pedis uel
duorum ut plurimū:iuxta l.fi.ff.fini.
regun. quod ſolū ingreſſus ſiue in-
troitus dicitur. circa quod dubitari
uidi, cuius ſit ſolum. de quo dicen-
dum eſt, Aut per illud ſolum habe-
tur aditus & exitus uſque ad loca pu
blica: & tunc aut illud ſolum eſt reli
ctum ex collatione priuatorū:& tūc
dicitur uia publica, & etiā uicinalis,
ſi uicinis tātū ſeruit. & nō licet eam
cuiq; occupare uel claudere. l.ij. §.
uiam publicam.& §.uicinalis.ne qd
in loco. Aut illud ſolum eſt ex colla
tione uicinorum fundorum relictū.
iuxta d.l.fi. fini.regun. & dicitur tūc
uia priuata, ſicut locus rerum priua
tarum.d. §.uicinalis. *Sed eſt du- 2
bium cuius eorum eſſe debeat. dic
quod ſi conſtat, quis reliquerit il-
lud ſolum, eius eſſe dicitur: ſi uero
non conſtat, quis illud ſolum reli-
querit, puto quod ſit conſiderādum
quis ipſum poſsideat: quia in dubio
præſumam illum uicinū ſolum illud
dereliquiſſe, qui poſsidet.ar.l.meri
to. pro ſocio. & pro hoc etiā allego
quod no.Bar.in l.cū ſeruus.de uer.
ob.* ubi dicit,quādo aliqua expenſa 3
facta eſt in dubio,intelligitur eſſe fa
cta ab illo poſſeſſore[a].& etiam dixi
ſupra de pariete ſiue muro,uer.nun
quid autem in dubio. Sed ſi nullus
poſsideat, tunc ſi ſupra dictū ſolum
uicini haberet ſtillicidium,dicendū
eſt,quod tunc ſaltē quatenus protē-
dit ſtillicidiū unius, eatenus ſit eius
ſolū inferius.ar.l.fi.& quod ibi not.
C.de ſer. urba.præ. Si autem nullus
poſsidet,nec ſtillicidium habeat:tūc
eſt inſpiciendum, ſi ſunt lapides in
domo, ſeu muro ipſorū uicinorum
protēdentes ſe ſupra ſolum p̄dictū,
ſicut poni per nōnullos cōſueuerūt
cauſa oſtēdēdi.quatenus durabit la-
pis infixus in una domo, eatenus
iudicabimus ipſius eſſe ſolum infe-
rius.facit ad hoc l.non ſolum. §. ſed
ut



ut probari.de no. oper.nun. Si uero
nihil de his conſtat, tūc in dubio iu-
dicatum eſt, quod ſit utriuſq; pro di
midia:quia omnia quæ ſunt in cōfi-
nio,in dubio ſunt eorū,qui ab utra-
que parte poſsident:ar.l.arbor.com
muni diui.& l.ij. §.pręterea.de aqua
plu.ar. & l. adeo. §.ſi.cum l.ſeq.quæ
incipit, pro negociatione.de acqui.
re.do. ſicut dicimus de inſula, & al-
ueo, qui ſunt in medio duorum fun
dorū.ut l.adeo ex inſula.& §.quid ſi
in toto.eo.ti.ſicut dicimus in foſſa,
quæ eſt poſita in medio duorū fun-
dorum, quæ eſt communis eorū:ut
d.l.ij. §.pręterea.& ibi per gl.& Bar.
in ſuo trac.Tyberiadis.in prima par
te, in prin. in uer.flumen. ubi ponit
etiā idem de foſſatis. & ſicut dicitur
etiā de flumine exiſtente inter duo
4 territoria. *Nā in dubio iuriſdictio
cōpetit cuiq; ciuitati uſq; ad mediū
flumen. ut no.Bart.in d.trac.Tybe-
riadis.uer. itē uidendum eſt utrū iu
riſdictio.& Bal.in c.ex literis.pe.co.
ad fi. de proba.Et ideo ſi dicti uicini
nō cōcordant in uſu,& poſſeſsione,
dictum ingreſſum poſſunt per chor
dulam diuidere, ita quod uerſus do
mum unius ſit ſua dimidia, & uerſus
domū alterius ſimiliter ſit altera di-
midia:iuxta no.per Bar.& Doct.in l.
quod conclaue.de dam.infec.& per
Bal.in c.j. §.ſi qs.de manſo.in v.col.
uerſi.quid ſi quædam plateola eſt in
medio.in ti.de contro.inueſti.in uſi
bus feu.& dixi s.de curia ſiue curte.
& hoc ītellige, quādo patitur cōmo
dam diuiſionē.Si enim eſſet ita par-
uus ingreſſus, ſiue introitus, quod
cōmode diuidi nō poſsit:tūc dicēdū
eſt,quod dicitur de ueſtibulo,ut re-
maneat cōmunis.l.arbor. §.ueſtibu
lo.communi di.& no.Bald.in d. §.ſi
quis.de māſo.Et prædictis adde quę
dixi s. de pariete ſiue muro. uer.ſed
uidi dubitari.cum trib.ſequentibus.
Prædicta autem intellige de ingreſ-
5 ſu ſiue introitu priuato. *De publi
co autem dubiū nō eſſet, quādo nō
eſt priuatorū. Et intellige eſſe publi
cum, etiam ſi ſeruit tantum uicinis:
& dici domum uicinorū tantum,uel
ad flumen publicū, dummodo non
ſit factum ex collatione fundorū pri
uatorū.l.ij. §.uicinales. ne qd in lo-
co pu. quod bene no. quia multi pu
tant, quod huiuſmodi ingreſſus qui
non habent exitū in uiā publicā uel
ad flumen publicū, ſed ducūt ſolum
ad domos priuatorum,quæ uiæ uici
nales appellantur,ſint priuatorū ui-
cinorum, ut poſsint per eos claudi.
quod non eſt uerum, per dictum §.
6 uicinales. *Itē etiam uicinales uiæ
dicūtur,quia principaliter deſeruiūt
uicinis,publicæ tamen ſunt:ut d.l.ij.
§.uiarum.ne quid in loco pub.& ita
aliàs iudicaui, & aperire feci Vero-
næ unā uiam uicinalem clauſam per
uicinos,quæ habebat aditū ad flumē
7 publi. *Et de iſta uia uicinali dic,
quod in ea quis non poteſt ędificare
ſine licentia principis uel ciuitatis.l.
ij.in prin.ne quid in loco publico.&
ſi daretur licētia,intelligeretur ſine
damno alterius: ut dixi s. de ſolo ſi-
ue area in vj. fallentia. & adde quæ
dicam infra ſeq.libro in titu. de ſer-
uitute uiæ.

## De horto.

CAP. LXXVI.

1 *Prædium urbanum uel ruſticū quando dicatur.*
2 *Hortus an domus appellatione contineatur.*
3 *Hortū an dare uideat qui domū dat.*
4 *Hortus an ueniat, ſi alicui contenta in domo legata fuerint.*
5 *Hortus cui cedat, ſi duo fratres domos diuiſerint, in quarum medio hortus fuerit.*
6 *Domus habitationē ſi quiſpiā uni legauerit, cui etiam hortus contineatur, ad quem per eam aditus habeatur, an*

*legatarius ipſi hæredi aditum præſta-
re teneatur.*
7 *Hortū ad pratū quis reducere poteſt.*
8 *Domum habens iuxta uicini hortum
ex illa domo, in illum hortum quidquā
ponere non poteſt.*
9 *Horto ſuo quilibet ad libitum ædifica
re poteſt, dimiſſo tamē legitimo ſpatio.*
10 *Decimæ an ſolui debeant de his, quæ in
hortis naſcuntur.*

HORTVS *quando dicatur præ 1
dium urbanum, uel ruſticum:
uide tex. in l. urbana prædia. de uer.
ſig. & l. iiij. §. pe. ibi, & in urbe horto
rum latitudo. & ibi Flor. ſi. regun. &
quod dixi s. in iiij. diuiſione ſeruitu
tis. uer. quid de horto. *Et an hor- 2
tus cōtineatur appellatione domus?
Dic, ſi eſt emptus unico pretio cum
domo, uel non eſt paratus, uel deput
tatus ad uſum domus, uenit appella
tione domus: alias regulariter ſe-
cus. etiā ſi per domū ad eum habea-
tur aditus. l. fi. in princ. & ibi hoc no.
Bal. Ang. Flo. & Doct. de ſer. ur. prę.
& probatur in l. prædiis. §. pe. & ibi
per Barto. & Nic. de Neapo. de lega.
iij. facit l. teſtatrix. in princip. ſi ſeru.
uen. & uide gl. iij. xij. quæſtione iiij.
religioſam. quæ ponit, *An ille qui 3
dat domū, uideatur dare hortū. & ui
de c. Rayn. in prin. & ibi Ioan. An. &
cano. extra, de teſta. uide Bal. in coſ.
ſuo quod incipit, *Quid ſi quis le- 4
gauit contenta in domo? Et dicitur
hortus paratus ad uſum domus, ubi-
cuq; hortus eſt, cauſa delectationis,
d. l. prædiis. §. pen. uel eſt pediſequ9
domus, ſecundum Bal. in dicto coſi.
*Sed quid ſi duo fratres diuiſerūt 5
domos, in medio eſt hortus? dic ꝙ
ille hortus cedit illi domino, pro
quo teſtator utebatur illo horto: ſed
ſi hoc non apparet, cedit illi domui,
per quam habebat intrinſecum adi-
tum ad illum hortum. d. l. prædijs. §.
qui domum. de leg. iij. Si hæc non
apparent, cedit utrique domui, ſe-
cundum Nicolaum de Neapo. qui
ita not. in d. §. qui domum. Et ſub-
dit, quòd ſi conſuetudo regni diſpo
nit, quòd primogenitus habeat do-
mum, intelligitur etiā quod habeat
hortum. *Si quis legat uni habita- 6
tionem domus, cui continetur etiā
hortus, ad quem per eam aditus ha-
bebatur, an legatarius teneatur præ
ſtare aditum hæredi per d. domum?
Dic quod ſic: ut eſt tex. in l. fi. ī prin.
de ſer. urb. præ. & ibi not. per Doct.
Non poteſt quis domū diruere cau
ſa hortum faciendi. C. de ædifi. pri. l.
an in totum. & probatur in l. ſena-
tus. in prin. de contrahen. emp. & in
l. cætera. §. j. & §. hoc ſenatus. de le.
j. & in l. ſi quis per hanc. C. de ædifi.
priua. quod no. contra multos, qui
diruunt domos, & faciunt uiridaria.
*Sed bene poteſt quis hortum ad 7
pratū reducere. l. apud Trebatium.
§. ſi uicinus. de aqua plu. arcen. niſi
eſſet uſufructuarius: quia non poſſet
uiridarium, in quo habet uſumfruct.
ad alium modum conuertere. l. ſi-
cui. §. ſed ſi ædium. de uſufruct. Poſ-
ſet conſtituere ſeruitutem, ne fa-
ciam in muro meo feneſtram, per
quam poſſim te proſpicere in hor-
to tuo: ut l. altius. C. de ſer. & ibi hoc
no. Bal. & dixi l. de feneſtra. *Itē ha 8
bens domum iuxta hortum uicini,
non poteſt ex illa domo quicquam
ponere in illum hortum: ut l. j. & ibi
hoc no. Ang. de ſer. ur. prædio. & di-
xi s. de ſer. proiiciendi. & s. de aquæ
proiectu. *Et ideo ſi habeo palatiū 9
iuxta hortum tuum: licet habeā in
pariete meo uerſus hortum tuū mul
tas feneſtras, & per mille annos te-
nuerim: tamen in horto tuo poteris
ædificare dimiſſo legitimo ſpatio:
iuxta l. ſi. fini. regun. & obſcurare lu-
mina mea in toto, uel in parte. l. qui
luminib9. de ſer. ur. pd. & ibi hoc no.
Ange



Ange. & no. in l. j. C. de ſer. & dixi s.
10 de ſolo ſiue area. circa prin. *Nun-
quid de hortis, id eſt, de his quæ na-
ſcuntur in hortis decimæ ſolui de-
beant? uide tex. in c. ex parte. el j. de
decimis. & qđ ibi not. & adde, ꝙ ille
qui eſt in hortis ſiue in continenti-
bus ædificii, dicitur eſſe præſens: ut
eſt tex. cū gl. in uerbo, præſens. inſti.
de ſatiſdat. §. ſi uero aliquis & habe
tur in l. præſens. cum ſeq. de procur.
Appellans tamen non tenetur quæ-
rere iudicem à quo. ut l. j. §. adeūdi.
quando appel. ſit. idem in hortis in-
ſtructis. uide l. legatum ſub cōditio-
ne. §. j. de an. leg. l. quæſitum. §. j. de
fun. inſtru. & de hortis uide tex. in l.
ſi ita quis. §. Seia cauit. de uerb. obl.
& l. qui concubinam. §. qui hortos.
de le. iij. & in c. Rayn. in princ. extra
de teſta. Et adde quæ dixi s. de ſerui.
protegendi. in v. q. s. de camino, an-
te, uer. de quarto principali.

## De columbario. CAP. LXXVII.

1 *Columbas capiens de alieno columba-
rio, etiam in ſuo furtum committit.*
2 *Fundi uſumfructū, in quo columbariū
ſit, ſi quiſpiā habeat, quomodo & quā
do columbarum commodo uti poſſit.*
3 *Proprietates columbarum, quib. prædi
catores æquiparantur, quænam ſint,
remiſſiue.*

1 EST * prohibitum capere colum
bas de alieno colūbario, etiā in
ſuo: & capientes dicūtur cōmittere
furtū, & accuſari poſſunt de furto: ut
probatur in l. Pomp. §. j. & ibi Flo. fa
mi. er. facit §. gallinarū. inſtit. de re.
diui. hoc tamē caſu, quādo quis ca-
pit colūbas alienas in ſuo, poteſt pœ
nitere. & nō tenebitur, eas relaxan-
do: ut no. Bar. in l. ea mente. de furt.
niſi poſuiſſet cyminum: uel aliud in
ſua cauſa ducēdi colūbas alienas: qa
tūc puto, ꝙ nō habeat locū pœniten
tia. arg. l. qcunq;. in fi. de ſer. fugi. qđ
no. Comuniter tamē ſunt ſtatuta ter
rarū, quæ prouidēt circa hoc. Si ali-
qui ſunt hæredes unius qui habebat
colūbariū, cōpetit etiā eis iudiciū fa.
er. pro diuidēdis colūbis: ut eſt tex.
2 in d. l. Pōp. §. j. *Si quis habet uſum
fructū fundi, in quo ſit columbariū,
quomodo & quādo uti poſſit cōmo
do colūbarū, collige ex tex. l. uſufru
ctuariū. §. ſi in uariis. & ibi hoc not.
Flo. de uſufr. Columbarū ſicut Pauo
num fera natura eſt: inſti. de re. di. §.
3 pauonū. ubi uide. *Et de ſeptē pro
prietatib. columbæ, uide per Archi.
xxxvj. diſt. qui eccle. & prædicatores
æquiparātur colūbis & agnis: ut no.
ide Archi. q. v. nō omnis. el ſecundo.

## De ſterquilinio. CAP. LXXVIII.

1 *Sterquilinium in domo habens, ſi fa-
ciat ipſum proiicere iuxta murum cō-
munem, uel alienum, an poſſit.*
2 *Stercoris aceruum ſi quis in fundo, aut
agro meo poſuerit, an actione ui aut
clam, contra eum agere potero.*
3 *Vrinam fœtidam aut ſtercus ſi quiſpiā
in ſolo publico uel priuato proiicere uo
luerit, propter quod malus odor & fœ
tor uicinis exhalet, an poſſit.*
4 *Sterquilinium an ueniat uendito, uel
legato fundo.*

1 QVIS * habet ſterquiliniū in do
mo, facit proiicere lætamen iu
xta murū comunem, uel alienum, an
poſſit? Dic aut tāgit murum comu-
nem, uel alienum, & nō poteſt: ut l.
ſi quādo. §. fi. ſi ſer. uen. Aut nō tan-
git, ſed eſt iuxta: & tūc ſi aſſiduū hu
more facit uſq; ad murū prędictum,
nō poteſt. l. fiſtula. in prin. de ſer. ur.
præ. ſecus ſi aliquādo, & nō aſſidue
probare dominus ſeruitutem non
competentẽ, ſed ſufficit probare ſe
dominum. & tunc utenti negabitur
facultas utẽdi ſeruitute, niſi probet
eam ſibi competere: ut ff.ſi uſusfru.
pet.l.uti frui.& ibi notat. & l.ſicuti.
§.ſi quæratur.ff.ſi ſerui.uend.& ha-
betur plene per Bart.in l.ſi prius.ff.
de no.ope.nun. Sed tenendo opin.
gloſ.quòd dominus haberet neceſ-
ſe probare illi utendi ſeruitutem nõ
competere,qualiter ꝓbabitur?Dicit
gloſſ.ſingulariter in d.l.j.§.ij.in gl.
magna.in fin.quòd probabitur per
teſtes, qui ſtabant ibi propè,qui di-
cent quòd non fuit uiſus ire, nec po
tuiſſet ire,quin uideretur.quæ gloſ.
eſt multum notabilis:quia docet ꝓ-
bare negatiuam [a].& idem not. alia
gloſ.ſimilis in aut.de hære.& fal. §.
ſi uero abſum.in uerſi.& uidiſſe.in
fin.col.j.& uide de hoc do. Anto.de
But.in cap.ex tenore.ante fin.j.col.
extrà de teſti.& Ang.in §.hinc no-
bis.in iiij.col.in princ.in aut.de hæ-
re.& falc. Vel poteſt probari dicta
negatiua per teſtes alio modo ſecũ-
dum gloſſ.in dicto §.ij.ſi quis dicit,
ſe uidiſſe tali die uel menſe: & pro-
batur per teſtes, quòd ſciuerit alibi
fuiſſe illo tempore: ut l.optimam.
C.de contrahend.& committen.ſti
pula. facit quod not.in l. Pacuuius.
§.rei perdullionis.ff.de acquir.hæ-
re. & de iſta probatione negatiua
habetur in l.actor.C.de probat.& in
cap.bonæ memoriæ.extrà, de elect.
dicit tamen Dyn.quẽ ſequitur Bar.
in d.l.j.§.ij.ff.de iti.actuque pri. ꝙ
iſta uidetur eſſe dura ꝓbatio. Quid
enim ſi portatur in caruca uel curru
corpus,ita quòd uideri non potuit,
uel ſi iuit tẽpore quo illi teſtes erãt
in domo ad comedendum, uel, &c.

a Negatiua.
*Negatiua quõ ſit ꝓbanda, uide Cor.j.uolu. con.cx. Et ꝓbatio negatiuæ uidet ĩpoßibilis, ſi non eſt coartata loco & tẽpore.in v.uolu. cõſ.xliv. Et nẽ negatiua eſt ꝓbãda ꝑ eum q̃ ſe fundat ĩ ea, uide in iiij.uo.cõ lxxxvii.& uide Alex.ij.uol. con.cxxxvj.*

Certe non uideo,dicit Dy.qualiter
iſta probatio, de qua dixi, cõcludat.
Præterea iſta probatio non conclu-
dit illi ſeruitutem nõ competere:li-
cet concludat illum non eſſe uſum
ſeruitute, niſi uellet probare,tanto
tempore non eſſe uſum, quòd ſer-
uitutem perdiderit. *Hactenus ui- 38
ſum eſt de interdicto de iti. act.pri.
qđ cõpetit illi qui iuit per fundũ a-
lienum annũ & per xxx.dies,ſi impe
ditur uel prohibetur ire. Nunc ui-
deamus de alio interdicto, de itin.
actuque priu.refi.quod competit il-
li qui habuit ſeruitutem itineris uel
actus uel uiæ,& uult reficere,& im-
peditur ab aliquo reficere locum il
lum,in quo iter uel actus,aut uia ſi-
bi debetur,ne quis impediat,uel ꝓ-
hibeat te uolentem reficere iter uel
actum aut uiam:ut l.iij.§.ait prętor.
ff.de iti.act.pri.& adhoc, ut iſtud in
terdictum competat, multa ſunt ne-
ceſſaria. In primis enim requiri-
tur, quòd aliquis ſit uſus hoc anno:
ut l.iij.§.ait prætor.& §.ius autem.
ff.de iti.actuque.pri.& intelligo, ſci
licet xxx.diebus, ſicut dicitur in in-
terdicto præcedenti. arg.l.j.§.ij.eo.
titu.& ita no.gl.in d.l.iij.in uer.hoc
autem uſi ſunt. Roſ. tamẽ in libellis
ſuis in titul.ſi tu habes ſeruitutem
uiæ,uel itineris, uel actus,& uis re-
ficere locum, &c.uer.ſed quæritur,
an iſtud interdictum tenet contra-
rium,uidelicet ꝙ in primo interdi-
cto neceſſe habeo probare tantũ uiæ
uſum hoc anno ad minus per xxx.
dies,ut ſuperius dixi, ſed iſto inter-
dicto de iti.actuq; pri.reficiẽdo, de-
bet ꝓbare uiæ uſum hoc anno. Se-
cundum requiritur, ꝙ quis ſit uſus,
non ui,non clam,nõ precario: ut d.
§.ait ptor.qđ declara,ut dixi ſ.uerſ.
iiij.principaliter reqritur. Tertiũ,
ſcilicet ꝙ ſit uſ⁹ iure ſeruitutis uel ꝓ
iure ſuo: ut l.ſi.ff.de iti.actuq; pri.&
ibi



ibi Bar.hoc tenet,q dicit,ꝙ etiã pu-
tat ſi qs diceret habere ius eũdi cohę
rens perſonæ, non ꝙ eſſet prædialis
ſeruitutis,haberet locum hoc inter-
dictum:ut l.j.§.illud. uer.præcedet.
ibi etiã hoc no.Bar.ff.de aqua quoti.
& æſti. Quartũ,ꝙ probet ſibi ſerui-
tutem cõpetere:ut d.l.iij.§. hoc au-
tem.& ibi omnino uide gl.in uer.&
ei ſeruitutẽ competere. & ibi etiam
Bart. Et in hoc differt à præcedenti
interdicto, in quo nõ requiritur, ꝙ
ſeruitus debeatur, uel cõſtituta fue-
rit illi, qui uſus eſt itinere uel actu,
ut dixi ſ. uer. tertium principaliter.
que & dicam j.Item uero in hoc in-
terdicto cum duob. ſeq. requiritur,
quòd habeat uſum illius itineris,uel
actus, aut uiæ tanto tempore, cuius
non extat memoria. ut l.apparet. §.
ſi quis ſeruitutẽ. ff.de iti. actuq; pri.
Nam dum dicit ibi tex.longeuæ poſ
ſeſsionis, expone etiã lõgiſsimæ, &
talis, cuius nõ extat memoria: quia
cum ſeruitus itineris, actus,aut uiæ,
non habet cauſam cõtinuam: ut no.
in l.ſeruitus.ff.de ſer.ideo tale tem-
pus lõgiſsimum neceſſarium eſt, ut
illa ſeruitus acquiratur.ut ff.de aqua
plu.arc. l.j.in fi.& l.ij.& iij.& no.per
glo. & Doct.in d.l. ſeruitus. Et ideo
uult gl. in d.§. ſi quis ſeruitutem. &
Roſ.in d.ti.ſi tu habes ſeruitutẽ uiæ,
&c.niſi allegaretur titulus.quia tunc
ſufficeret longum tempus x. uel xx.
ann. ut no.gl.mag.in fi. in d.l.ſerui-
tus. & in d. §. ſi quis ſeruitutem. in
uerſi.lõgæuæ.in fi. de quo dic ut ple
ne dixi in præce.li. in viij.q.princ.Si
autẽ eſſet ſeruitus, quæ haberet cau
ſam continuã,tunc quæreretur lon-
go tempore:ut l.ſi quis diuturno.ff.
ſi ſerui. uend. & not.in d.l.ſeruitus.

Quintum requiritur, quòd uo-
lens reficere,debeat cauere nomine
damni infecti, propter opus quod
uult facere in refectione: ut d.l.iij.
§.qui hoc interdicto. Sextũ,quòd
reficiat aliquis uſq; ad modum con-
ſuetum impoſitæ ſeruitutis: ut l.iij.
§.hoc autẽ.uer.fieri aut poteſt.ff.de
iti.act.pri. Septimo,quòd impedia
tur ille,qui uult reficere, ne reficiat
uel apponat ea, quæ ſunt neceſſaria
ad reficiendum:ut l.ueteres.eod.tit.

Octauum, quòd ſi aliquid uult re
ficere, non ponat ea quæ ſunt neceſ
ſaria ad reficiendum longiore iti-
nere: uel ſi deteriorem cauſam fun-
di faceret: tunc enim impune pote-
rit prohiberi: ut d.l.ueteres.§.fi.qđ
no.ſecundum Barto.ibi,contra nun
cios communis, quibus debet ſolui
pro itinere tantum pro quolibet mi
liari: quia ſi ipſi fecerunt uiam lon-
giorem,ſibi imputent cur fecerunt,
ut ibi. & l. non tantum.§.annus.ff.
de exc.tu. & hoc uerum,niſi uia bre
uior non eſſet ſecura,uel ſibi ſuſpe-
cta: & l.eos.§ fi. & ibi gl.ff.de fal.&
uide etiam de hoc per Bar. in l.ij.C.
de curſu publico.li.xii.& no.in l.im
perator. ff. de ap.& uide quæ plenè
dixi in l.iij. in princ.ff.de uerb.ſign.

Nonum, & ultimũ oportet, ꝙ il-
le qui uult reficere [a],oportet ea quæ
ſunt neceſſaria ad reficiendum, per
eam partem agri, per quam ſine ma
iori incommodo domini fundi por
tari poſſunt:alioquin impune prohi
beri poterit:ut l.apparet.in princ.&
§.j. & de prædictis uide per Roſ. ſi
tu habes ſeruitutẽ uiæ uel itineris,
39 &c.in prin. *Sed quęro an iſtud in
terdictũ de iti. actuq; pri.reficien.ſit
aliud à præcedenti,ſcilicet de iti.act.
pri. & ſic an ſint duo interdicta, uel
unum tantum interdictum, habens
duo capita.Et uidetur quòd duo ſint
interdicta. Nam uerba prætoris ſe-
paratim ponuntur in primo & ſecun
do interdicto. Item dicit l. unde. §.
hoc autem. ff.eo.quòd hoc interdi-
ctũ diſtat à ſuperiori. ergo eſt aliud.

a Reficere.
*Quid ſit reficere,text. eſt melior, quam ſit ĩ iure.ff.de riuis. l.j. §. deinde ait prætor reficere.Bal.*

Item quia in primo habeo neceſſe
probare, uiæ tantū uſum hoc anno
ad minus per xxx.dies, ut dixi in prę
cedenti q.princ.in fin.In iſto autem
debeo probare uiæ uſum hoc anno,
& debitam mihi ſeruitutem.de quo
dic ut dixi ſ. uer.iij.& iiij. Item pri-
mum competit pro poſſeſsione tan
tum retinenda iſtud interdictū, ſecū
dum continet cauſam proprietatis
quo damus: ut l. j. §.quædam.de iti.
actuq; pri. & Bar.in l.iij. §.hoc autē.
in princ.eo.tit.& ratio eſt, quia ſicut
non ſufficit in rei uend. probare me
poſſediſſe, niſi ut probem dominiū.
l. in rem. in prin.ff.de rei uen.ita in
hoc interdicto nō ſufficiat probare
me poſſediſſe, niſi etiā probem ſer-
uitutem conſtitutā mihi:ut d. §.hoc
autem.& ex his no. differentiā inter
hæc duo interdicta.alij uero dicunt,
quod unum eſt interdictum tantum
habens duo capita, & hoc uidetur te
nere gl.in d. §.hoc autem. in uer.&
ei ſeruitutem competere.ante finē,
ibi,item not.quod hoc ſecundum ca
put.& hoc poteſt probari à ſimili.ſi-
cut & aliàs lex Aquilia dicitur una,
habēs duo capita, primum & tertiū:
ut inſt.ad l.Aqui §.iij.ff.ad l.Aqui.l.
ij. Item ſicut lex Iulia dicitur una, ha
bet tamen quinq; capita. ff. de lib.&
poſt.l.gallus.& ſicut conditio etiam
dicitur unica, habens duas partes. ut
ff. de condit. & de. l.ex ſcriptura. &
hanc partem tanquā ultimam uide-
tur ſequi Roſ.in præalle.ti.uer.quę-
ro an iſtud. *Item quæro in hoc in- 40
terdicto ſecundo, ſi habet quis neceſ
ſe probare ſeruitutem ſibi conſtitu-
tam.dic ut dixi ſ.uerſi.quartū.quòd
probet in quo differat confeſſoria.
Et quid prodeſt iſtud interdictum
interpretari?Nam in confeſſoria ſi-
militer oportet quòd quis probet
ſeruitutem ſibi conſtitutam, uel in-
ſtrumento, uel pactionibus, aut ſti-
pulationibus, uel longo tempore,
uel longiſsimo, cuius non extat me
moria. ut habetur inſtit. de act. §.
æque.& de ſer. §.fi.ff.ſi ſer.uē.d.l.ij.
& l. ſi qs diuturno.habetur in l.ſerui
tutis.ff.de ſerui.Reſpondeo, hæc eſt
differentia, quia hoc interdictum de
iti. actuq;. pri. reficiendo competit
tunc tantum, quando quis uult refi-
cere, qui dicit ſibi debitam ſeruitu-
tem. Alias autem ſi quis prohibeat
uolentem alio modo uti ſeruitute,
non habet locum hoc interdictum,
ſed confeſſoria tantum. Nam ſi no-
lebas uti ſeruitute, & negabāt te uo-
lentem uti, tu non habes interdictū
hoc, ſed confeſſoriam tantum, ut di
xi. & ita confeſſoria eſt genus, quan
tum ad hoc interdictum de itinere
actuq; reficiendo, quod ubicunque
competit interdictum, competit &
confeſſoria. Et ubicunq; confeſſo-
ria datur, interdictum non cōpetit:
ut patet ex præmiſsis.Interdictū au-
tem ſpecies eſt, & ita interdictum lo
cum habet tātum in ſuo domicilio,
ſcilicet quando alias uult reficere.ut
dictum eſt l. loci corpus. §. ſi quis
mihi.ff.ſi ſer.uen.item eſt alia diffe-
rentia.quia qui proponit confeſſo-
riam, ſufficit ſi probet ſeruitutem ſi-
bi conſtitutam eſſe, ut dixi. Sed qui
proponit hoc interdictum, duo pro
bare oportet, ſe uſum hoc anno, &
ſeruitutem ſibi conſtitutam. ut l.iij.
§. hoc autem. ff. de itin. actuq; pri.
Vnde dicit Roſ. in præalle. tit. ſi tu
habes ſeruitutem uiæ &c.quod cre-
dit non eſſe utile proponere inter-
dictū de itinere actuq; pri.niſi quan
do ſpecialiter uellet reficere. quia
tunc proponere debet hoc interdi-
ctum.de quo tamen dic, ut dicam in
ſeq.q.in fi. Item eſt tertia differētia,
quia confeſſoria competit, ſiue ali-
quis poſsideat fundum, ſiue non.ut
ff. ſi uſusfruct.pe.l.uti frui. §.fin.In-

terdictum



terdictum autem hoc nō competit,
niſi ei qui hoc anno uſus eſt, ut ſæpe
diximus. Aliæ etiam differentiæ col
ligi poſſunt ex his quæ dixi ſ. quot
requirantur ad hoc, ut iſta duo in-
41 terdicta competant. *Vlterius quæ
ro, quare in hoc interdicto eſt neceſ
ſe probare iſta duo, ſcilicet ſe uſum
hoc anno fuiſſe, & ſeruitutem ſibi
conſtitutā eſſe, ut dixi in præceden-
ti q. nónne ſatis eſt ſi probet unum
tantum, ſcilicet ſeruitutem ſibi con-
ſtitutam eſſe? quod uidetur per d.l.
loci corpus. §. ſi quis mihi. ſi ſeruit.
uen.& per l.unde. §.hoc autē.& ibi,
ſin autem.& ibi, ius eſſe ſibi reficien
di. ff. de itin.act.pri.gl.mouet iſtam
q.in d. §.hoc autem.& dicit ſi à pri-
mo incipias, ſcilicet à poſſeſsione
uel uſu, duo ſunt neceſſaria, proba-
re te uſum hoc anno, & tibi compe-
tere ſeruitutem. Secus ſi ab altero
incipias, ſcilicet à probatione pro-
prietatis, uidelicet ſeruitutem con-
ſtitutam eſſe. Nam tūc illam proba-
re tantum ſufficit: ſicut aliàs dicitur, 42
nulla amittitur niſi corp⁹ & animus
interueniant, ut de acqui.poſ.l.quē.
quod eſt uerū. ſi à corpore incipies,
ſecus ſi ab animo. quia tunc ſufficit
ſolus animus, ut l.iij. §. in amitten-
do.eo.ti. Item ſicut & alibi lex dicit,
docere debet actor ſuum intereſſe
in actione ad exhibendum tempore
litis conteſtatæ, & non tempore ſen
tentiæ. quod eſt uerum, ſi à tempo-
re litis conteſtatæ incipias.ſecus ſi à
tempore ſententiæ, quia tunc illud
ſufficit: ut ff.ad exhib.l.tigni. §.ulti.
Simile etiam habetur in l. potuit.C.
de iure delib.& l.ſi libeat.C.de inoſ
fi.do.& dicit Bar.in d. §. hoc autem.
quod iſtam opi. uidentur tenere o-
mnes Doct. tamen ſecundum gloſſ.
ibi, huic opinio. obſtat quod dicitur
in d. §.hoc autem.ibi, cæterū ſi deſit
alterutrū deficit interdictū. Sed ex-
pone ſecundum gloſſ. Alterutrum,
pro altero: ſicut & aliàs. ff. de lega.
j.l. ſi ex toto. §. j. Vel aliter poteſt
dici. & iſta eſt ſecunda opin. ſecun-
dum gl.in dicto §.hoc autem.uideli
cet ſi in confeſſoria prohibetur quis
reficere, ſatis eſt ſi probetur ſeruitu-
tem competere agenti confeſſoria.
ſed in hoc interdicto duo probari
debent, ut dictum eſt. & iſtud placet
Barto.in d. §. hoc autem.& uidetur
hoc tenere gloſſ.ibi, & Roſ. in loco
præalleg. qui dicit, quòd nihil pro-
deſt in iudicio agere hoc interdi-
cto, ſed tantum in confeſſoria, quæ
minori onere probandi grauatur.
quod intellige de iſto ſecundo in-
terdicto ſeu ſecundo capite. de itin.
actuq; refic. ſecus in primo. quia in
illo non requiritur quòd probetur,
quòd ſit ſeruitus conſtituta, ut ſ.di-
xi. Vnde tu ſis cautus, ut ſi impedia-
ris reficere iter aut actum uel uiam,
potius intentes cōfeſſoriam, quàm
interdictum de itine. actuque refic.
*Vltimo quæro, quare in hoc in-
terdicto ſi probo me eſſe in quaſi
poſſeſsione uiæ, itineris, uel actus,
habeo neceſſe probare, ꝙ ſit mihi in
uito ſeruitus cōſtituta, & quare non
ſufficit ſola quaſi poſſeſsio, cum &
hoc aliàs in reb. corporalib. ſufficit.
quia ſi probo me poſsidere, non ha-
beo neceſſe aliud probare. & niſi a-
ctor probet quod intendit, poſseſ-
ſio remanet apud me: ut l. fina. ff.
de rei uendica. & l. ij. C. de proba-
tio. cum ſimi. Item quia hoc eſt in
liberali cauſa, quæ eſt res fauorabi-
lis.l. libertas.ff.de reg.iur.& prætor
fauet libertatibus. ut l.iij.ff. de alie.
iud.mu. cau.fac.& §.j.inſt.de dona.
tamen ſi poſsideo aliquem ſeruū, &
ille dicat ſe liberū, nō habet neceſſe
probare ſe liberum, nec ego habeo
probare illum eſſe ſeruum, cum ſuf-
ficiat mihi ſola poſſeſsio.C.de prob.

l.& ſi

l. & ſi poſſeſsione. & l.uis eius.cum fauorabilior ſit cauſa perſonarum, quàm rerum: ut l.ſancimus.C.de ſa. ſan.eccle.Reſpondeo ſecundũ Roſ. in dicto ſuo libello, ſi tu habes ſeruitutem uiæ &c.quæ non eſt in promptu. Nam qui ſeruitutem ſibi deberi cõtendit, ſemper in alieno molitur, & in re aliena intendit illam ſibi deberi:alioquin ſi res eſſet propria,ſeruitus peti non poſsit. l. uti frui. ff. ſi uſusfr.pet. Vnde ex quo certum eſt, quòd ſeruitutem mihi aſſero in alieno,neceſſe eſt, quòd debeam probare , quòd mihi debeatur per ſtipulationem, uel inſtrumentũ, uel longo tẽpore,aut lõgiſsimo,ut dixi in prçcedenti li.in vij.q.prin. nam quodlibet prædium præſumitur liberũ,niſi probetur ſeruitus impoſita:ut l.altius.C.de ſer. & aqua.Aut in reb.corporalibus [a] ſufficit mihi ſola poſſeſſio.Nam ſi poſsideo,non habeo neceſſe aliquid probare, cum de intentione actoris nõ conſtet:ut d.l.ſi.C. de rei uẽ.& l.qui accuſare.C.de edẽ. Sed ſi cõſtaret de intẽtione actoris, tunc prior haberet neceſſe probare, qualiter illa eſſet ſua.ff.de rei.uen.l. officium. Sed quãdo dico ſeruitutẽ me quaſi poſsidere , quia conſtat de intentione aduerſarij,id eſt, ꝙ prædium eſt ſuum,neceſſe habeo probare ſeruitutem mihi cõſtitutam eſſe, uel alio modo mihi debitam : & hic eſt caſus ubi quis poſsidens, ſuppri-meret partem actoris.ut inſti.de act. in §. æque. Item ire per fundũ alienum , cuilibet liberum eſt prohibere,tamẽ ingredi uolentem poſſum: & ſi ingrediatur , iniuriarũ tenetur: poſtquam tamen ingreſſus eſt,illum prohibere nõ poſſum prohibitione non interueniente:ut l.iniuriarũ. §. ſi.ff. de iniu.& inſti.de re.di. §. plane.de quo dic,ut dixi ſ.in uer. quæro pe.Nec ob. quod dixi de ſeruo ꝓclamante , quia ex hoc ſeruus eſt in poſſeſsione ſeruitutis, & proclamat in libertatem,dicit ſe liberũ,& affirmatiuam proponit. unde merito debet ſe probare liberum.In ſeruitutibus autem cõtrà. Si enim poſsideo, & dominus prædij ſeruientis intentet negatoriam contra me:ego ei cõtradicam, ius eſſe mihi eũdi agẽdi, quia affirmatiuam propono,illã probare debeo. Idem eſt in ſeruo : cum enim ſeruus proclamat in libertatẽ, & ego nego ipſum eſſe liberũ : quia ſimpliciter factum nego,non debeo probare,nec ſufficit mihi ſola poſſeſſio. Ille autem qui dicit ſe liberum, cũ affirmatiuã ponit , tenetur ipſam probare : & habetur in l. ſcriptus.ff. de no.ope.nun. & in §.æque.inſtit. de act.Cætera circa iſtam materiam uide in ſuperiori li.in ti.de ſerui.iti. ſeu aditus.& in ti.de aditu ſeu itinere. & quæ dicam in ſequenti titulo.

a In rebus corporalib⁹. *An in corporalibus requiratũ animus & corpus, id eſt, uoluntas et factũ: nã incorporalia facto poſsident. ff. de ſer.urb.præ. l. ſeruitutes q̃ in ſuperficie. in fin. principu, in acquirẽda poſſeſsione. Ita no. Inn.in c.literas. de reſtit.ſpo. unde omnia incorporalia iuris intellectũ habet, quia iura ſunt. Sed quædã inhærent reb. corporalibus,ut iuriſdictio , quæ adhæret territorio.ut C. ubi et apud quos.l. fin.*

## De ſeruitutibus actus.

CAP. II.

1 *Actus eſt ius agendi uel iumentum, uel uehiculum.*
2 *Actum qui habet , an iter quoque habere dicatur.*
3 *Actus & iter in quo differant, & conueniant.*
4 *Iter qui habet , inſtrumenta agrorum ducere nequit, ſed qui actũ habet ſic.*
5 *Actus & uia in quo differant.*
6 *Actus latitudo quanta eſſe debeat.*
7 *Seruitus actus ſi tam anguſto loco conceſſa fuerit,ut neq; uehiculum, neq; iumentum per locum perduci poſsit , an actus,uel iter eſſe dicatur.*
8 *Actum ſeruitutem in fundo habens an per quamlibet eius partem ſeruitutẽ actus uti poſsit,& aliquando per unã, aliquando per aliam.*
9 *Actus electio ad quem ſpectat,quando ſine ulla loci determinatione conſtituatur, an ſcilicet ad conſtituentem, &*

eius



*eius hæredem , an illi , cui actus ſeruitus conſtituta fuerit.*
10 *Actum per certum locum ſi quiſpiam alicui ceſſerit,an poſsit poſtea plurib. per eundem locum actum cedere.*
11 *Actus uni ſi deberetur , ut uehiculis trium generum uteretur, & alio genere uſus fuerit , uel quid ſuperfluum egerit , an per hoc ipſam ſeruitutem amiſerit.*
12 *Actus ſeruitutem ſi fundus debeat,& fluminis pons occupatus ſit, & poſtea alluuione reſtitutus, an ſeruitus amiſſa in priſtinum ſtatum reſtituatur.*
13 *Actus ſeruitutem locus debens ſi quis inundatus fuerit,an dominus fundi pati teneatur, quod poſsit ille, cui ſeruitus debetur, in alia parte fundi agere.*

1 DE SECVNDA *ſeruitute ruſtica, quæ actus dicitur, nũc eſt uidendum. Actus eſt ius agẽdi uel iumentũ uel uehiculum.l.j.§. actus. ff.de ſer.ruſt.præ.& §.actus.inſt.eo. & intellige agendi , ducendi ad manus,uel ante ſe, uel ſubtus ſe.& not. gl.in dictis iuribus.ita ꝙ qui iter habet, actũ nõ habet:qui actũ habet, & iter habet:eaq; uti poteſt ſine iumẽto,ut ibidẽ dicitur. *Sed cõtra hoc ultimũ opponitur,& uidetur,ꝙ imo ille qui actũ habet,iter nõ habet : qa iter & actus ſunt diuerſæ & ſeparatę ſeruitutes, ut patet ex earum diffinitione,ut l.loci corpus.§.j.ff.ſi ſerui. uẽ.& una poteſt eſſe ſine alia,ut ibi: nec una ineſt in alia : ut l.j.ff. de adi. leg. & adeo ſunt diuerſæ iſtæ ſeruitutes, iter, & actus, ut ſi primo petij iter,& ſuccubui,nihilominus actum petere potero : ut l.ſi iure. §.ſi quis iter. ff.de exce.rei iu.& no.glo.in d. §.j.Nec etiam ille,qui habet actum, poteſt habere ſeruitutẽ itineris.quia tunc haberet duas ſeruitutes, & una adempta , altera maneret. l. ſi ædes meæ.in prin.ff.de ſer.ur.præ.Quod tamẽ lex negat,quia adempto itinere,ubi debetur actus,nihil amittitur. ff.de adi.leg.l.j.ad hoc reſpondeo ſecũdum gl.in d.l.j.ꝙ iter unũ eſt ſeruitus,aliud quod nõ eſt ſeruitus,ſed quędã cõmoditas,quæ ineſt in ſerui-
2 tute actus. *Si quæritur de iſto ſecundo itinere, ſcilicet quantũ ad cõmoditatem, & nõ quantũ ad ſeruitutem:& tũc qui actũ habet,iter habet: ut no.gl.in l.j. §.actus.ff. de ſer.ruſt. præ.& inſti.eo. §.actus.& in d.l.loci corpus. §.j.ſi ſer.uen.& in d.l.j.ff.de adi.le. & non poteſt ſecundũ gl. ibi, iſta commoditas ſeparari ab actu. & poteſt eſſe ratio, quia iſta commoditas itineris dicitur eſſe pars integralis ad actũ: quia ex cõmoditate itineris & agendi cõſtituitur actus:ut l.ſi pupilli. §.qui actus.ff.de ope.no.ſecundũ gl.in l. ſi nũc. §. ſi quis iterũ. ff. de exce.rei iu.& ita no. Bar.in l.q uſumfr.ad fi.ff.de uer.ob.dicit tamẽ no.gl. in d.l.loci corpus,ꝙ etiã quo ad cõmodum,poteſt eſſe unũ indubitãter ſine alio, ut quia ſic in conſtituenda ſeruitute ſit actũ,uel ſolus tãtum iret , uel cũ ſocio, uel cũ equo, uel uehiculo tantum. Pro hoc tex.in l.modũ.in prin.ff.de ſer.Si uero loquimur de primo itinere , quod eſt ſeruitus, & iſtud non cõtinetur ſub ſeruitute actus:imo tunc ſunt duę diuerſæ ſeruitutes, & partes ſeparatæ. & ita loquũtur cõtraria. *Vidimus
3 diuiſionem ſeruitutis actus. nũc ſecundo loco declaremus,in quo differant, & conueniant actus & iter. Et breuiter in hoc differũt. Nã iter eſt, quò quis pedes uel eques commeare poteſt.Actus uero,ubi etiã armenta trahere,& uehiculũ ducere liceat: ut l.iter.ff.de ſer. ru.præ. & expone armẽta, ut ſunt boues: ut l.boues.in prin.de uerb.ſig.& l.ſeruus legatus. §.armẽto. ff.de leg.iij.Sed alias habetur in litera armamenta.& glo.ibi exponit, id eſt,inſtrumenta agrorũ.

Vnde

*Vnde ex hoc no.quòd qui habet 4
iter,non poteſt ducere inſtrumenta
agrorum : ſed ſi habet actũ ſic. & in-
telligo trahendo ipſa inſtrumenta
per terram.aliàs non haberet dubiũ.
imo dum loquitur ibi de actu, dicit
& armenta , nihil operaretur contra
l. ſi quando.de le.j. cum ſim. Item
eſt alia differentia,qa qui habet iter,
nõ poteſt plauſtrum ſeu uehiculum
ducere uel iumentũ ante ſe uel poſt
ſe.Sed ille qui habet actum,bene po
teſt.l. qui ſella.in prin.ff.de ſer.ruſt.
& probatur in l.j. §.j.eo.tit.& inſtit.
eo. §.j.& intellige de iumentis & ar
mentis. imo ille qui habet actũ, ne-
dum poteſt ſecũ ducere boues: ſed
etiã equos & equas,aut mulos one-
ratos, ſecundum Do.Pau. in d.l.iter
actus. in fi.Conueniũt autem in hoc
iter & actus , quia qui habet iter uel
actum non poteſt trahere lapidẽ aut
tignũ per terram, nec in eis haſtam
rectam ferre licet,quia neque eundi
neq; agendi gratia id faceret,& poſ
ſent fructus lædi: ut d. l. qui ſella. in
prin. & ideo licet poſsibile ſit,quòd
frumenta non lædantur, inferre ta-
men haſtam rectã non poſſunt, quia
inſpicitur quod euenire poteſt: ut
no.gl.Secus eſt in illo, qui habet ſer
uitutem uiæ,quia & trahendi lapidẽ
aut tignum,& rectam haſtam feren-
di ius habet, ſi modo fructus nõ læ-
dat:ut d.l.qui ſella. §.j.Poteſt tamen
modus adiici in ſeruitute actus,puta
quo genere uehiculi agatur, uel nõ
agatur,ueluti cum equo dũtaxat,uel
certum põdus uehatur,uel certa res
portetur: ut l.modum.ff. de ſerui.&
l.ſi cui.in princ.ff.quemad. ſer.amit.
*Quæ autem ſit differentia inter 5
actum & uiã, uide per gl.inſt.de ſer.
§.uia.& in l.j. §.j.ff.de ſer.ruſt.præ.
& dicetur in ti. ſequenti circa princ.
* Tertio uideamus,quanta latitu 6
do actus eſſe debeat. & dicendũ eſt,
Aut latitudo non eſt demonſtrata,
quia de ea nihil eſt dictum:& tũc ar
bitrio iudicis ſtatuenda eſt: ut l.cer-
to generi. §. latitudo.ff.de ſer.ruſt.
præd. ex quo patet, quòd ſi latitudo
actus non deſignata, deſignatur per
iudicem,non per l.quod ſecus eſt in
uia.& l.uiæ latitudo.eo.ti.de quo di
cam in ſequenti tit.cir.prin.Quibus
adde quæ dixi s.ti.proxi.uer.itẽ quę
ro quanta debet eſſe latitudo itine-
ris.& uer.præcedenti. *Sed quid ſi 7
tam anguſti loci demonſtratione fa
cta ſeruitus actus conceſſa eſt,ut ne-
que uehiculum,neq; iumentum per
illum locũ perducere poſsit: an erit
actus uel iter? & uidetur quòd non
ſit iter:quia illud non fuit cõceſſum.
Item nec actus, quia eſt contra natu
rã illius ſeruitutis, ut l. iter actus.ff.
de ſer.ruſt.præ. Vnde dicitur illud,
Quod potui, nolui: quod uolui ad-
implere nequiui.ut l.multum inter-
eſt.C. ſi quis alte.uel ſi.& in c.cũ ſu-
per abbatia.extra de offi.deleg.cum
ſi.dic quòd debetur iter,& nõ actus:
ut eſt caſus in l. ſi tam anguſti. ff. de
ſer.de quo dic ut ibi per Doct.& ple
nius in ti.de ſer.uiæ.& in ti.ſequen-
ti. * Quarto principaliter quæro, 8
an habẽs ſeruitutem actus in fundo,
poſsit agere:id eſt,uti ſeruitute act',
qui per quamlibet eius partẽ, & ali-
quãdo per unam, aliquãdo per aliã:
dic ut habetur in l.ſi certo generi. §.
ſi totus.ff.de ſer.ruſt.prę.& ut plene
dixi in ti.præcedenti.uer. quæro nũ
quid habens ſeruitutẽ itineris. *Itẽ 9
ad quẽ ſpectet electio actus,quando
ſine ulla loci determinatione conſti
tuitur, an ad conſtituentẽ & eius hæ
redem , an illi cui ſeruitus actus eſt
conſtituta? Vide quæ dixi in præce-
denti li.in ix.q. princ.& in ti.præce-
denti,uer. quæro etiam quid ſi lega
tum. *Quæro quinto , quid ſi per 10
certum locum quis actum alicui ceſ
ſerit



ſerit, an poſsit poſtea uel plurib.per
eundem locum actum cedere ? Dic
regulariter quòd ſic : per l. qui per
certum.ff.communia præ.& per l.ij.
§.j.ff.de ſer.ruſt.præ.per l.Lucio.ff.
de aqua quoti. & æſti. quod declara
ut dixi in tit.præcedenti, uer.quæro
11 circa prædicta. *Quæro ſexto,cir-
ca amiſsionem ſeruitutis actus : uni
actus debebatur,ut uehiculis triũ ge
nerum uteretur , & alio genere fuit
uſus , uel ſi amplius , quàm licuerit,
uexerit : uel ſi latiore actu uſus ſit:
aut ſi plura iumenta egerit,quàm li-
cuerit,an per hoc ſeruitutem amiſe-
rit? Dicas quòd non.& idem in ſimi
libus , in quib. quis plus facit, quàm
ei licuit : non tamen propter hoc ei
plus cõceditur , quàm pactum eſt in
ſeruitute habere: ut l.ſi cui.in princ.
12 ff. quemadmo. ſer.amit. * Item ſi
fundus debet ſeruitutem actus , &
pons fluminis occupatus eſt, & poſt
ea alluuione reſtitutus : an ſeruitus
amiſſa in priſtinum ſtatum reſtitua-
tur?Vide l.locus.in prin.ff.quemad.
ſer.uen.& quod latè ſcripſi in ti.præ
13 ce. uerſi. item not. quòd ſi fundus.
*Item locus debens ſeruitutem
actus,eſt aquis inundatus: an tenea-
tur dominus fundi pati,quòd poſsit
ille cui ſeruit' debetur,agere in alia
parte fundi?Vide quod plene ſcripſi
in ſeruitute præcedẽti. uer.ſed quid
ſi locus debens ſeruitutem. Cæte-
ra circa iſtã materiam uide quæ dixi
in ti.præcedenti,quia multa contra-
ria ſunt inter iter & actum, ut ibi pa
tere poteſt. & uide etiã quæ dicẽtur
in tit. ſequẽti.ubi plura quæ dicẽtur
de uia, conuenient huic ſeruituti.

## De ſeruitute uiæ. CAP. III.

1 *Via eſt ius eundi , agendi , & ambu-
landi.*
2 *Via & actus an inter ſe differant.*
3 *Strata quid propriè ſit.*
4 *Viæ latitudo quæ nam ſit, quando uiæ
ſeruitus promiſſa fuerit.*
5 *Pedis menſura quænam ſit.*
6 *Viæ uel ſtratæ latitudo, in qua ſerui-
tus non debetur, quæ nam ſit.*
7 *Seruitus una uel plures quando dica-
tur,& quomodo cognoſcatur.*
8 *Fundorum dominantium ad plurali-
tatem plures ſeruitutes reſultat,etiam
ſi unus tantũ fundus pluribus ſeruiat.*
9 *Seruitus una uel plures ſi cognoſcatur,
quæ utilitas reſultet.*
10 *Viæ caput,& finis, & medium,& la
tera quo in loco eſſe dicantur.*
11 *Aedificium iuxta plateam autoritate
publica ſi deſtruatur, an platea am-
plietur,& utrum uia iuxta illud ædi-
ficium deſtructum deſinat eſſe, & in-
cipiat eſſe platea , an uia remaneat,
ſicut erat primo.*
12 *Statutum ſi dictauerit,ꝙ in platea pœ
na duplicetur,ubi platea ſit,et icipiat.*
13 *Via media quæ dicatur.*
14 *Viæ caput quantũ ſpatiũ occupet,quã
tum pes,ſeu finis, & quantũ medium.*
15 *Viæ menſuratio unde incipere debeat:*
16 *Via quotuplex eſſe dicatur.*
17 *Regalia quæ propriè dicantur.*
18 *Viam eſſe publicam ad probandum
quid requiratur.*
19 *Via publica an unicuique ire licitum
ſit,& ducere currum, uel plauſtrum,
aut lapides.*
20 *Ius eundi per uiam publicam an præ-
ſcribi poſsit.*
21 *Via publica cuius ſit.*
22 *Loca publica an uendi uel alienari
poſsint,& per quem,& quomodo.*
23 *Ciuitas Paduæ non poſſet facere ali-
quod ſtatutum , nec aliquid alienare
ſine Venetorum licentia,apud quos o-
mnis adminiſtratio exiſtit.*
24 *Via publica an priuato licitũ ſit aquã
ſimpliciter ducere, uel per conductum
ligneum,uel lapideum.*
25 *Ponticellos ſeu pontes facere an ſupra
uiam publicam licitum ſit.*

26 Via publica an per priuatum aliquo modo occupari poſsit.

27 Via publica an claudi poſsit.

28 Domus uel fundus, qui undiq; ſunt, ſi unius tantum eſſent, an ille ſolus uiam publicam claudere poſset.

29 Viam publicam ſi quiſpiã impediat, uel claudat, an contra claudentem, uel impedientem agi poſsit.

30 Viam ſi aliquis clauſerit, an propria autoritate clauſuram frangere ualeã.

31 Via publica, quæ eſt in una contrata, ſi claudatur, an alius de alia contrata, cuius parum aut nihil intereſt, agere poſsit, ut dicta clauſura deſtruatur.

32 Via publica duarum cõmunitatum ſi ſit, per quam eant currus communitatis utriuſq;, cui ex dominis territoriũ applicanda ſit.

33 Statuto ſi caueatur, quod uulnerans in uia publica magis puniatur, quam ſi alibi uulneret, & aliquis percuſsit in uia priuata, per quam tamẽ iter publice fiebat, an puniatur, ac ſi in uia publica uulneraſſet.

34 Statutũ ſi ſit, ꝙ ſi quis fundum uendiderit, cohærens ſeu confinis aut collateralis idem precium præſentare poſsit, & fundũ uenditũ ab emptore uendicare. ſi aliquis fundũ uendat, & uicinus, qui habet aliũ fundũ ꝓpinquũ uia tamẽ publica interueniẽte, uigore dicti ſtatuti preciũ ꝓſentare uelit, an poſsit.

35 Federicus imperator condidit quandã legem Græcam, quæ ius prothomiſios uocatur.

36 Via communis ſi ad caſtrorum fontes exiſtat, ad cuius iuriſdictionẽ prædia pertinere præſumantur.

37 Fundum uel domum ſi quiſpiam legauerit, uel uendiderit, an conceſſum uideatur, quod ex fundo exterioris, uel uendentis uiam habere debeat: uel ſi duo fratres ſint, aut ſocij, et unũ fundũ diuidat, an ĩ dubio actũ uideat ꝙ unus per alterius partẽ uiã habere debeat.

38 Via publica ſi aquis inundata, aut aliter deſtructa fuerit, an per uicini fundum iri poſsit.

39 Viam publicam ſi quiſpiam in uicini agrum reiecerit, an is, per cuius fundum uia publica facta ſit, cõtra ipſum agere poſsit.

40 Viæ reiectæ actio quæ cõpetit: & quæ etiam neceſſaria ſunt ad hoc ut competere habeat.

41 Viæ reiectæ actio propter quid competere dicatur.

42 Via reiecta ut moueatur, ſi agatur, quid iuris.

43 Egerit ſi quiſpiam contra uicinũ ſuũ, qui uiam publicam in fundum ſuum reiecerit, & per uiæ reiectæ actionem intereſſe ſuum conſecutus fuerit, an poſtea uiam claudere poterit.

44 Viam priuatam ſi quiſpiam per uicini ſui fundum reiecerit, nunquid actione priuata agetur.

45 Viæ reiectæ in actione quomodo libellus formari debeat.

46 Viæ reiectæ in actione quomodo actor & reus poſitiones formare debeant.

47 Viam munire uel reficere an quilibet teneatur.

48 Clerici ad uiarum reparationem an teneantur.

49 Gabella pro plauſtris & curribus, quæ pro uiæ refectione ad portam ſoluitur, ſi imponatur, an eccleſia teneatur.

50 Ciuitas uel uilla ſi de nouo unã uiam facere uelit, & onus rebus pro uiæ uel pontium expenſa imponere uoluerit, an etiam ipſis eccleſijs imponi poſsit.

51 Viæ ad refectionẽ an ſcholaris, uel qui domum conduxit teneatur.

52 Emphyteota ſeu liuellarius an uiam publicam ante domum emphyteoticam reficere teneatur.

53 Vſufructuarius an ad uiæ refectionem teneatur.

54 Maritus, qui fundum dotalem iuxta uiam publicam habet, quæ refici debet, an ad ipſam refectionem teneatur.

Domo



55 Domo aliqua ſi quiſpiam gratis habitet, nunquid ad uiæ refectionẽ teneat.

56 Viam an quis reficere teneatur, ſi prius domui cedere uoluerit, quam iuxta uiam habet.

57 Via publica ſi deſtructa non fuerit ex antiquitate uel caſu, ſed aliquis ipſam exarauit, ſeu aliter deſtruxit, an ipſi uicini teneantur.

58 Viam ſi quiſpiam deſtruxerit, & non habeat unde ſoluat, an uicini ipſam reficere cogantur.

59 Viam publicã ſi quiſpiam reficere uoluerit, an poſsit & quomodo.

60 Statuta de refectione uiæ loquẽtia an purgationẽ compræhendant, & quid purgare dicatur, & quomodo etiam libramentum capiatur.

61 Viam publicam qui purgare tenetur, quid facere debeat.

62 Viam publicam ſi quiſpiã reficere uoluerit, & ab alio impediatur, qua actione in impedientem agetur.

63 Interdictum de uia publica ad hoc, ut contra impedientem reficere competat, quæ neceſſaria ſint.

64 Interdicto de uia publica quomodo libellus formari debeat.

65 Interdicto de uia publica quõ actoris & rei poſitiones formari debeant.

66 Via in publica ſi quiſpiam aliquid ponat, uel ædificet uel immittat eo caſu, quo non poteſt, quo iure contra ipſum agetur.

67 Interdictũ de uia publica ſiue ſit unũ, ſiue duo, quæ neceſſaria ſint ad hoc ut iſta interdicta dentur.

68 Via qualiter publica, uel priuata, aut uicinalis dicatur.

69 Libellus in interdicto quãdo quis ædificabit in uia publica, uel aliquid immiſit, aut ædificare uel immittere uelit, quomodo formabitur.

70 Poſitiones actoris & rei in tali interdicto qua forma formari debeant.

71 Via publica ire, & agere, & plauſtrũ ducere, cum regulariter conceſſum ſit, ſi quis ab aliquo, qui prohibere non poteſt, ĩpediat, quo remedio ei ſuccurret.

72 Libellus in interdicto ut liceat ire, agere, &c. quomodo formari debeat.

73 Poſitiones in interdicto, ut liceat, &c. quomodo formari debeant.

74 Pedagia qui colligunt ab his qui per uiã publicã uadunt, an de iure poſsint prohiberi exigere, & colligere.

75 Via de publica in actione an procurator conſtitui poſsit.

76 Actione de uia publica an fideiuſſor accedere poſsit.

77 Libellus quomodo ſuper uia priuata formari debeat, quando dicitur, quod uiæ ſeruitus debetur.

1 VIA *eſt tertia ſeruitus ruſtica:
quæ ſic diffinitur, Via eſt ius
eundi, agendi, & ambulãdi ut l.j. §.
uia. ff. de ſer. ruſt. præd. & inſti. de ſer.
§. uia. quæ uerba declara, ut dixi in
duobus titulis ꝑcedẽtibus, in princ.
& iter & actũ uia in ſe cõtinet, ut dicitur in dictis iurib⁹. Et licet ſint tres
ſeruitutes diuerſe ſeparatæ, tamẽ uia
continet in ſe iter & actum cũ cõmoditate. quod declara, ut dixi, de actu
cõtinente in ſe iter, in tit. præcedenti, circa prin. *Et ex hoc uidetur in- 2
ferri, quod nihil plus inueniatur in
uia, quam in actu, & ſic nulla ſit inter
iſtas ſeruitutes differentia. Tu tamẽ
dicas cõtrariũ, uidelicet ꝙ imo ſunt
aliquæ differẽtiæ, & quod plus inuenitur in uia quam in actu. prima differẽtia eſt, quia qui habet uia, poteſt
trahere trabẽ, & lapides, & rectã ferre haſtã, quæ nõ permittũtur haberi
actũ, ut l. qui ſella. §. j. & §. q uiã. ff.
de ſer. ru. præ. & uide quæ dixi in tit.
pręcedẽti, in ij. q. prin. ante fi. Secũda
differentia eſt, ſi uiæ latitudo nõ ſunt
deſignata per partes, tũc tanquã incerta non eſt in actu: ut l. uiæ latitudo. & l. uia conſtitui. in princip. & l.
certo generi. §. latitudo. ff. de ſer. ru.
præ. & uoluit glo. in l. j. §. uia. eo. tit.

 & inſt

& inſtit.eo.§.uia. *Pro plena de- 3
claratione autē huius materiæ, quia
uidimus qd ſit uia, quæro primo qd
ſit ſtrata. & dic q; eſt uia matonata la
pidibus uiuis uel coppis:ut l.j.§.uiā.
ff.de uia pub.& iti.pu.fru.& ibi hoc
no.Bar.qui dicit, q; in ciuitate Peru-
ſij appellatur uia regalis uel cõſula-
ris.& ſic differentia inter uiā & ſtra-
tam:ut ꝓbatur in l.ab ſit.C.de priui.
uiæ Angu.lib x i.& ibi hoc etiā not.
Bar.q dicit iſtud eſſe utile ad ſtatutū,
dicens q; cõmittēs maleficiū in ſtra-
ta pœna dupli puniatur. Nam ſi accu
ſator dicit maleficium eſſe cõmiſſum
ei in uia, non cõcludit pœnā debere
duplicari.ut l.j.§.docere.ff.ui bon.
rapt.quod not. *Quæro ſecundo, 4
quæ ſit uiæ latitudo, quando ſerui-
tus uiæ promiſſa eſt?dic quod aut cõ
ſtituens ſeruitutē deſignauit eius la
titudinē: & illa erit, & poterit cõſti-
tuere, q; ſit latior viij.pedibus, & an-
guſtior, dūmodo eam latitudinē ha-
beat, qua uehiculum ire poſsit: alio-
quin iter erit, non uia:ut l. uia conſti
tui.in prin.ff.de ſerui.ruſt.præd.& l.
certo generi. §. latitudo. uer. in uia
aliud.eo.tit.& l.ſi tam anguſti. C. de
ſerui.& uide quæ dixi in tit. præce-
denti.ſed quid ſi tam anguſti, aut nul-
la latitudo per conſtituentem ſerui-
tutem deſignata eſt?& tunc per l. de-
ſignatur, quoniā uia latitudo ex x i i.
Tab.in porrectū, id eſt, directū viij.
pedes habet in anfractum, id eſt ubi
flexum eſt in angulis:ut l.uiæ latitu-
do.ff.de ſeruit.ruſt.prædio.& no.gl.
inſtit.eo.§.uia. *Pes uero eſt men- 5
ſura, ſecundū Iſidorū, quæ debet in-
telligi in dubio ſpatio quinq; digito
rum:ut eſt glo.not.in xvij.q.iij.ſicut
antiquitus.& no.Bald.in l.j.ff.ſi quis
cau.& ibi per Doct.& Albe.de Roſ.
in l.ij.circa prin.C.de his qui ad eccl.
cõfu.& Saly.in l.j.in antepen.q.C.de
interdi.& dixi in l.iij.in prin.ff.de in-
terdic.ubi poſui de multis generibus
menſurarum & ponderū, & ibi dixi,
quòd digitus eſt minima pars agre-
ſtium menſurarum, & q; uncia habet
tres digitos: dic ut ibi. *Quæro ter 6
tio, quæ ſit aut eſſe debeat latitudo
uiæ uel ſtratę, in qua ſeruit⁹ nõ debe
tur?dic aut eſt uia priuata uni⁹, quod
poteſt eſſe, ut l.ij.§.uia pu.ff.ne quid
in loco pub.& iſta erit per uoluntatē
domini. quia in re ſua quilibet eſt
moderator & arbiter.l.in re mādata.
C.man.aut eſt publica: & tunc debet
eſſe ſecundū cõſuetudinem uel ſtatu
ta loci. ut l.j.cū gl.& l.an in totū C.
de ædili. priua. & l.ii.in prin.cū glo.
in uer.lege. ne qd in lo.pu.facit gl.in
l.qui luminibus.ff.de ſeru.urb præd.
aut nulla apparet conſuetudo:& tūc
aut dominus ciuitatis, uel populus,
uel eam agentes uolunt ſtatuere lati
tudinē uiarū, & poſſunt: ut l.prohi-
bere.§.plane.ff.quod ui aut clam. a-
liàs in dubio ſtandum eſt determina-
tioni actoris.l.uiæ latitudo.ff.de ſer.
ruſt.præd.Et adde prædictis, quòd li
cet pertineat ad decorē ciuitatis, ut
uiæ & ſtratæ ſint latiores & amplæ:
tamē quãdoq; deterius eſt:ut proba-
tur in l.j.§.uiam.ibi, latiorē.ff.de uia
pu.& iti.pu.ref.& ibi hoc uult Bar.&
ſubdit, q; ipſe uidit in ciuitate Cali,
cum ibi eſſent multę uiæ amplæ, im-
poſita fuit neceſsitas omnibus circū
habitantibus occupandi & reſtringē
di eas. Ratio, quia quando tranſitus
erat in ciuitate propter nimiā latitu
dinem, ciuitas reddebatur debilior
ad defendendū eā. & propterea dico
quòd ciuitas Ianuæ reputatur for-
tior ex eo quod habet uias & ſtratas
ualde ſtrictas. *Quæro quarto quã- 7
do dicatur una ſeruitus uel plures, &
quomodo cognoſcatur. hoc ordina
rie examinatur plenè in l. nā ſatis.§.
j.in gl.mag.ff.quead.ſer.amit.Tu aut
in hoc ſic diſtingue p tres caſus prin-
cipales,



cipales, quandoq; debetur ſeruitus
ab uno uni, quandoq; ab uno pluri-
bus, quãdoq; a plurib⁹ uni.Primo ca
ſu, quando debetur ſeruitus ab uno
fundo uni alteri tantum fundo, tunc
ſubdiſtingue:aut iſti fundi remanet
diuerſi indiuiſi, & non habet dubiū,
quòd unica ſeruitus actiue & paſsi-
uè, ut patebit ex his quæ ibi dicetur.
aut fundus debens ſeruitutē eſt diui-
ſus per dominū, & tūc ubi prius erat
una tantum ſeruitus uiæ, nūc erunt
duæ. ut l.uiæ.ff.de ſer.& no.per glo.
in d.l.nam ſatis.§.j.in uer.debita.fa-
cit l.uia conſtitui.§.quæcunq;.ff.de
ſer.ru.præd. licet in cõtrarium faciat
d.l.una eſt uia.cuius intelligentiā di
cam in tertio caſu principali.Aut fun
dus ille, cui ſeruitus debetur, diuidi-
tur in duas, puta regiones: uel quia
dominus uendit una eius partem: &
idem, quia illa quæ erat prius ab ini-
tio uia tantū ſeruitutis, nunc ſpargi-
tur in duas:ut l.uia conſtitui.§.quæ-
cunq;. nec põt quæri qui prius unā,
nunc autem plures ſeruitutes debet,
quia in alio releuatur. Nā ante diui-
ſionē uel cõditionē partis, etiam per
unā partē ſeruitus retinebatur: ut d.
l.nam ſatis.§.j.in princ.& d.l.eſt una
uia.qd' nõ eſt poſt diuiſionē uel uedi
tionē partis fundi dominātis, quòd
nõ utēdo parte una diuiſa uel alia ul
timo tēpore illa amittitur: nec p aliā
partem qua uſus eſt, ſeruitus retine-
tur, ex quo ſunt effectæ plures ſerui-
tutes uiæ: & per hoc allego gloſſ.in
dicta l.nam ſatis.§.j.in glo.ma.circa
principium.uer. ſi autem diuiſerunt
& fundum dominantem. Secun-
do caſu principali, quando debetur
ſeruitus ab uno pluribus, tunc ſub-
diſtingue. Aut hi plures diuiſerunt
omnem fundum, dominantem non
diuiſerūt.una eſt ſeruitus, cū uni tā-
tum prædio, & ab uno tantū debita
ſit.ut dixi ſ.in primo caſu, in prin.&
licet fundus dominãtis ſit pluriū do
minorū, tamen ex quo eſt indiuiſus,
dicetur unus, & non plures:& magis
conſideratur cõditio fundi, qui uni-
cus eſt, quam pluralitas dominorū:
quia ſeruitus nõ debetur pſonis do-
minorū, ſed ipſi fundo:ut eſt text.in
l.ij.§.j.ſi ſer.uen.& in l.unus ex ſo-
ciis.ff.de ſer.ru.præd.Si uero diuiſe-
runt fundū dominantē, tūc illa ſerui
tus, quæ erat prius una ab initio, ſpar
gitur in duas:ut d.l.uia conſtitui.§.
quæcunq;.de ſer.ruſt.præd.& l.pe.ff.
de ſer.& ita glo.mag.circa prin.quæ
ſubdit, q; dominus prædij ſeruietis
nõ poterit hoc cõqueri : quia in alio
releuatur:iuxta l.cū qui.in prin.ff.de
iureiu.nā ante diuiſionē etiā per unū
ſociū ſeruitus retinebatur, ut d.l.nā
ſatis.§.j.in princ.in uer.amiſeris.ſed
poſt diuiſionem retinetur. ſed unuſ-
quiſq; ſibi uſurpat & dꝑdit. & hoc
uult etiam glo.in d.uer.amiſeris. &
idem multo magis dicendū eſt, quòd
debetur ſeruitus ab uno fundo plu-
ribus ab initio diuiſis tempore con-
ſtitutæ ſeruitutis, ut l.ſi ędes meæ.in
princ.ff.de ſerui.urban.præd.& idem
quando fundi dominãtes erunt diui
8 ſi & eiuſdē domini, ea.ratione. *Ex
quo no.quòd ad pluralitatem fundo
rum dominantium plures reſultant
ſeruitutes, etiam ſi unus tantum fun-
dus pluribus ſeruiat.ut ibi. & hoc e-
tiam not.do. Paul.in l.una eſt uia.de
ſeruit.ruſtico.prædio. Tertio caſu
principali, quando debetur ſeruitus
a pluribus uni, tunc etiam ſubdiſtin-
gue:Aut plures domini fundi ſeruiē-
tis non diuiſerunt ſuum fundum ſer
uientem, & erit una tantum ſerui-
tus : ut dixi in c.præcedenti.not.glo.
mag.in dicta l.nam ſatis.§.j.Aut diui
ſerunt:& tunc aut diuiſerunt per lon
gitudinem, aut per latitudinem, ſe-
cundum glo.in dicta l.nam ſatis.§.j.
quãdo totius longitudinis uię unuſ-

quiſq; dominorum fundi ſeruientis partem habeat in princip.uſq; ad fin. ita quòd ueniat uſq; ad fundum dominantis per latitudinem, tunc dicitur fieri diuiſio, quando unus ſolus uiam ſolidam habet paſsiue, uſq; ad certum terminum æqualiter uel inæqualiter poſitum: & alter ab eo uſq; ad finem, ita quòd per unum tantum ex eis ſic dimiſit immediate perueniri ad fundum dominantis. & iſtud teneas: licet glo.in dicta l.nam ſatis. §. j. ponat etiam aliam opinionem, quę in effectu eſt eadem, ſed non ita clara. Primo caſu, quãdo plures domini eiuſdem fundi ſeruientis diuiſerũt fundum ſeruientem per longitudinem: & tunc ſubdiſtingue: quia aut ſeruitus debebatur ab illo fundo cõmuni nunc diuiſo, & certa & determinata parte illius fundi, aut indeterminata, ita quòd per quamlibet partem fundi ire poſsit, & eam partem uertere: quia actum ſit, ut poſsit ire, modo per unã partẽ, modo ꝑ aliam, ſi ſeruitus debebatur in certa & determinata parte fundi. Et tunc dic ſecundũ gl.in d.l.nã ſatis. §.j. Quod ſi tantũ ſpatij eſt in cuiuſlibet p̄dio, quod ſufficiebat ad uiã, & erũt duæ ſeruitutes, perinde ac ſi in duobus fundis cõſtitutæ eſſent ab initio. Aut non eſt tantũ ſpatij: & tunc una tantum ſeruitus remanebit. ſed mihi uidetur, quòd hoc non ſit bene dictũ, quãdo tantũ ſpatij relinquitur in cuiuſlibet p̄dio, quod ſufficiat ad uiã. nã tunc nõ poſſunt eſſe duæ ſeruitutes uiæ, ſed una tantũ: quia ſi ſeruitꝰ eſt cõſtituta in certa determinata parte fundi cõmunis duorũ & pluriũ, & poſtea diuiditur ille fundꝰ: & illa pars in qua eſt conſtituta ſeruitus, remanet in una parte fundi aſsignata uni ex dominis, illa pars fundi ſola debet ſeruitutẽ, & cæteræ partes debẽt eſſe liberæ, cũ per illas partes fundi etiã dum eſſet communis, non poſsit ire, quia liberę erant. ut eſt tex. in l. certo generi. §. ſi totus. uer. ac ſi iter. ff. de ſer.ur.præd. Aut ſeruitus debebatur muro cõmuni, ita ut ꝑ qualibet partem fundi uiã haberet: & ut etiã uertere poſſet, nõ facta diuiſione, cũdo per unam partẽ, retinet ſeruitutẽ in omnibus partibus: cum facta ſit diuiſio, ſunt duæ. Et perinde obſeruatur, ac ſi in duobus fundis à prin. duę ſeruitutes eſſent cõſtitutę: ideoq; poteſt altera amitti tẽpore, altera uſurpari: nec lugeat ius, cui ſeruitus debebatur, ꝙ facto duorum fundi ſeruientis conditio ſua ſit facta deterior, cũ prius, id eſt ante diuiſionem, una parte utendo, totius fundi retinet ſeruitutem: quia hoc ei cõmodũ deuenit, ut duas nunc habeat uias, & earũ cõmoditatem. ita dicit gl.mag. in d.l.nã ſatis. §.j. in fin. Pro hoc facit ille §.j. circa princip. ibi, nec fit illa iniuria: ut l. eum qui. in princ. ff. de iureiur. & quod dixi etiam in j. & ij. caſu principali. Secundo caſu, quando plures domini eiuſdem fundi ſeruientis diuiſerunt ipſum per latitudinem: & tunc remanet una tantũ ſeruitus: ſicut ſi à principio conſtituta eſſet ſeruitus uni fundo per plures fundos cõtinuos, ita ut unus tantum eorum ſit contiguus dominanti, & alij ſint adinuicem contigui: iuxta l. tria prædia. ff. de ſerui. ruſtic. præd. Nam hoc caſu una tantum eſſet ſeruitus, quæ debetur uni fundo, licet per plures fundos eo modo, ut dictũ eſt, debeatur. & iſte eſt caſus que ita intelligo in l. una eſt uia. eo. tit. & hoc intelligo ſiue ſeruitus ſit conſtituta in his duobus caſibus proximis, in una certa parte ſiue indeterminata, ita quòd poſsit uariari. Et ratio diuerſitatis quæritur: quando fit diuiſio per latitudinem, eſt una tãtum uia: & quando fit per longitudinem, ſunt plures.





& quia quando per latitudinẽ fit diuiſio in certa parte, quę proxima eſſet fundo, cui ſeruitus debebatur, nõ põt eſſe ſeruitus, niſi eſſet etiã in ſequeti. nam in ruſticis prædiis mediũ prædium impedit ſeruitutẽ. l. qui ſella. §. fi. ff. de ſer.ur.præ. ideoq; unum ius ſine altero eſſe nõ põt, merito in unum corpus & animã creantur. Vbi uero per lõgitudinem facta eſt diuiſio, nullũ mediũ prædiũ impedit ſeruitutẽ: & in una p̄te põt cõſiſtere ſeruitus, etiã ſi nõ ſit in altera ideo duo merito appellari poſſunt, ſecundum glo. in d.l. nã ſatis. §.j. poſt medium. ff. quead. ſer. ami. Et per hoc habetur clare, quomodo poſsit cognoſci an una tantũ ſit uia ſeu ſeruitus uiæ, an uero duæ uel plures. quod bene not.
9 quia eſt multũ utile hoc ſcire. *Vtilitas autem huius inueſtigationis eſt multiplex. Prima, quia ſi eſt unica tãtum ſeruitus, poteſt pro parte utẽdo tota retineri, & nõ poteſt in una tantum parte ꝑſcribi. Sed ſi duæ ſunt, & una nõ utimur: illã perdimus, & non aliã: & ſic una tantũ poteſt præſcribi ſine altera: ut l. una eſt uia. ff. de ſerui. ruſt. præd. & d.l. nã ſatis. §.j. in prin. & ibi etiam no. per glo. aliquãdo tamen fallit iſta regula, ꝙ per partẽ tota ſeruitus retineatur: quia in qbuſdã iuribus epiſcopalibꝰ põt ꝑſcribi ita, quòd nõ ꝑſcribatur in aliis: ut in c. dilectis. in fi. extra de capel. mo. & uide gloſſ. in uer. & hiſtoria. & quod ibi no. in c. auditis. extra de præſcriptio. Item eſt utile propter interruptionẽ: quia ſi ſunt duæ uiæ, interruptio[a] facta in una, nõ extẽditur ad aliã. item põt eſſe utile, ſi ex forma ſtatuti deberet ſolui certa gabella pro qualibet ſeruitute uiæ acquiſita, quia ſi eſſent duæ, duplicaretur gabella. Item poteſt eſſe alia utilitas, quia ſi ſtatutum diſponit, quòd quicunq; ierit per fundũ alterius cum plauſtro uel curru debeat pro qualibet uice condemnari in x. libris. Nã ſi quis iuerit cum plauſtro per plura p̄dia cõtinua per latitudinem primo ex tranſuerſo dicetur tantũ ſemel fuiſſe, & una tantum pœna x. librarũ debet cõdenari: quia una tantũ eſt uia, quã ſemper ad hoc conſueui allegare: ſecus ſi iuiſſet per plura p̄dia, nõ ex tranſuerſo, ſed incipiẽdo à capite eorum ſic per longitudinẽ, quia tunc quot prædia, toties reputatur fuiſſe, & debet pœna multiplicari ſecundũ numerum prædiorũ. quod ſingulariter not. & tene
10 menti. *Quæro quinto, in quo loco dicatur eſſe caput uiæ, & finis, & medium, & latera. de capite dic, ꝙ dicitur ille locus, per quem in illam uiã ingrediamur, iuxta illud, In capite libri ſcriptum eſt de me. Appellat enim caput libri illam partem, per quam ad ipſum librum legendũ ingredimur: adde quod not. fr. ſol. mat. ſuper rub. ubi not. quòd non eſt caput libri: ut ff. ad l. Falcid. l. quærebatur ſuper illo uerbo, tres partes. facit etiam l. prædiis. §. balneas. ff. de fun. inſtru. & l. quod cõclaue. ff. de dã. infe. Sed ſi cõtingeret ut per omnes partes ipſius eſſet ingreſſus: tunc caput illud & principiũ deberet dici, quod eſt uerſus meridiem: pes uero, qui eſt uerſus ſeptentrionem, ſecundum Barto. in tracta. de inſula. uer. quod mediam partem fluminis tenet. ubi plene examinat, quando dicatur caput & finis fluminis, & eccleſię, & aulæ, ſcholæ, & prouinciæ, & ſimilium. ubi omnino uide. & uide omnino plene per Bald. in ru. ff. de re. di. in xj. col. in uer. & eſt notandum ꝙ agri. Vel etiã dic, quod ſi eſt una ſuperior, ibi dicitur caput: pars inferior dicitur pes, & finis, ſecundum Bar. in dicto trac. uer. quod ſi uno latere. ubi declarat quæ dicatur pars ſuperior, & inferior. Et prædicta ſunt uera, niſi ex

[a] Interrupt. *Interruptio ita fit cõtra ꝑſcriptionẽ rei incorporalis, puta iuriũ per lit. cõte. & alios modos aptos interruptioni, ſicut rerum corporaliũ. text. eſt no. extra de ꝑſcri. c. auditis. in fi. Et an interruptio ꝑſcriptionis fiat per miſſionem in poſſeſsio. ex cauſa iudicati. & an qui mittit ex cauſa iudicati, poſsideat, dic ut ꝑ Bart. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud.*

consuetudine loquendi & intelligē-
di aliter intelligeretur. arg.l.j. §.j.ff.
ne quid i.i flu.pu.cōiuncta l.librorū.
§.quod tamē Cassius.de leg.iij. & l.
Labeo. & quod ibi uoluit Bart.ff.de
fi.uiæ. dic quòd ille locus dicitur fi-
nis uiæ, per quem eximus, uel qui est
inferior, uel uersus ſeptetrionem, uel
ſecundum conſuetudinem prædictā.
Item dicitur finis uiæ, quando intrat
in aliū locū, puta plateam uel alium
ſimilem: ut probatur in l.ſui.ff. de lo
co & iti.pub.ibi, exitum ad mare aut
in urbem aut in flumina pub.aut ad
aliam uiam militarem habent, &c.&
ibi hoc uoluit Bar. in l.fi.ff.de ſer.ru.
prædio.& ibi etiam Bart. *Et ideo 11
dixit Barto.in dicta l.fi.de itine.pu.q̄
habuit quæſtionē de facto, uidelicet
iuxta plateā destruitur aliquod ædi-
ficium autoritate publica, an platea
amplietur, & utrum uia, quæ est iu-
xta illud ædificium destructum, desi
nat eſſe, & incipiat eſſe platea, an re-
maneat uia, ſicut erat primo. *Et 12
hoc quæritur propter ſtatuta, quæ di
tranſeuntibus: & tunc ſuis ſumpti-
bus eā uiā deberet dominus uel ſu-
perior facere purgari & reparari, nō
autem ſumptibus ſubditorum, per
regulam iuris, qui ſentit on⁹, &c. de
reg. iur. in vj. & l. ſecundū naturam.
ff. eo. ti. & ita tenet Io. de Pla. in l. u-
nica. C. de cad. toll. & pro hoc facit
quod not. dicit Archidi. xxiij. q. iij. ſi

a Mun. real.
*Munera realia quæ ſunt, uide Bar. in l. reſcriptum. §. ſciendum. ff. de mu. & ho.*

b Collectā.
*Collecta bonis mobilibus & ſtabilibus pōt imponi. Bar. in l. j. v. co. uer. itē quæro ꝑ collecta. C. de mul. et ī quib. loc. ꝑ l. forma. de cenſi. & l. ſi. de immu. ne. conce. libr. x. Bald. in aut. l. defuncto. ul. co. ı pri. uer. modo quæro dictat ſtatutum. C. ad l. Tertul.*

quis peregrinus. ubi dicit quòd iſti
comites & barones tenentur ciuita-
tes ſuas, in quibus colligūt pedagia,
& ſtratas tenere ſecuras à latronibꝰ:
alias tenentur emendare damnū de
prædato. & idem ſequitur Bal. in c. j.
in pe. col. prin. in ti. de his qui feud.
da. poſ. & in c. j. §. conuenticulas. in
ij. col. de pact. iu. fir. & Flor. in l. j. §.
ſumma. ff. de his qui deiec. uel effu.
quod perpetuo tene menti. Se-
cundo caſu prin. quando uia eſt pri-
uata, & hoc poteſt eſſe duobus mo-
dis. Vno modo, uia, id eſt, ius eundi,
prout eſt ſeruitus: & tunc conuenit
ius refectionis ei qui habet uiā: ille
enim qui habet ſolum, debet pati: ut
l. refectionis. ff. commu. præ. & dixi
plene ſ. Secūdo modo accipitur uia
priuata, hoc eſt facta ex collationibꝰ
priuatorū: & tunc idem quo ad illos
priuatos. quia ad eos pertinet refe-
ctio: ut l. ij. §. uiarū. ff. ne quid in lo.
publi. & hoc tenet Guil. de Cun. in l.
neminem. C. de ſa. ſan. ecc. & ſequitur
Bar. in d. l. per Bithyniā. * Sed iu- 51
xta pdicta quæritur an ſcholaris uel
qui conducit domū, teneatur ad re-
fectionem uiæ. & quidam dicunt ꝙ
nō. ſolet allegari. ff. loca. & ibi tenet
Saly. in ſumma. C. de pig. dicas cōtra
rium, ꝙ tenetur ſoluere: & ſi nō ſol
uunt, poteſt uia occupari: ut l. ediles.
ff. de uia pub. & ſi ſoluunt, ſoluēt ex-
penſis locatoris: quia locatori impu
tabunt in penſione per actionem ex
eo cōtractu, ſecundū Pe. & Cy. in d.
l. in ſumma. & Barto. in d. l. ædiles. &
ita tenet etiā Alb. de Ro. ſecundum
Odofr. in ſuo opere ſtatu. in prima
parte. q. cxxxvj. quæ incipit, ſtatuto
cauetur. ubi uult, ꝙ ſi eſt ſtatutum ꝙ
quis ante domū ſuā teneatur ſe obli
gare ſub certa pœna, qđ inquilinus
ſoluendo imputat locatori. & idē te
net d. Pau. in l. ex cōducto. in prin. ff.
loca. & no. in l. ſi pendētes. §. ſi quid

a Gratis. *Habitās gratis in domo an teneat ad refectionē uel purgationem uiæ. Resp. Bar. in l. ædiles. ff. de uia pu. q. ſic Et uide ſ. de ſer. ur. c. lix. tamen in purgatione momentanea, non in perpetua.*

cloacā. ff. de uſuf. & idē tenet Roſ.
in libel. ſuis iuris ciuilis in tit. de of-
fi. iudi. quo ꝓhibetur ne aliquid fiat
in uia public. in fine, qui dicit ꝙ ad
hoc competit offi. iudi. per d. l. ædi-
les. circa fi. & de iſto offi. iudi. dic ut
per eum in d. titulo, & infrà dicetur.
*Itē quid ſi eſſet emphyteota ſeu 52
liuellarius, an teneatur reficere uiā
pu. ante domum ſuam emphyteoti-
cam? dicas ꝙ ſic, & expenſis ſuis: ut
l. ij. circa prin. in uer. publicarū fun-
ctionum, C. de iure emph. & ibi hoc
ponitur per Alb. de Ro. in d. q. cxxx-
vj. & dicit idem de uaſallo, & eſt no-
tādum, quia iſti dicuntur habere u-
tile dominium. ut d. l. j. §. j. ff. ſi ager
uecti. uel emphy. pe. c. j. ibi, ſi rei au-
tem. & ibi notat in uer. uend. de re.
alie. fac. & no. gl. in l. ſi ut certo. §. ſi
duobus uehiculum. ff. com. & in ca.
cum Bertol. de re iu. * Item quid 53
de uſufructuario an teneatur ad re-
fectionem uiæ? dic ꝙ ſic: ut l. ſi pen-
dentis. §. ſi quid cloacā. ff. de uſufr.
& uide quod ibi not. & in l. Athen.
eo. titu. & in l. qui concubinā. §. qui
hortos. ff. de leg. iij. & quod no. Bar.
in l. his uerbis. §. idē reſpōdit eo. ti.
& in l. fi. ff. de uſufr. leg. ubi omnino
uide, qđ intellige niſi poſſeſsiones
eſſent ſteriles, in quibus haberet u-
ſufr. ut ſ. dixi poſt prin. huius xxv. q.
principalis. *Item quid de marito 54
qui habet fundum dotalē iuxta uiā
pub. quæ debet refici? dic ut habetur
in l. iij. §. j. ff. de impen. & adde qđ
ſtatim dicam. * Itē quid ſi aliquis 55
habitet in domo gratis, an teneatur
ad refectionem uiæ? dic ꝙ ſi eſt ſi refe
ctio puta purgatio, pertinet ad utili-
tatem momentaneam: ſed ſi ad per-
petuam, ſecus, & ita uult d. l. iij. §. j.
& ita tenet Barto. in d. l. ædiles. ff. de
uia pub. Ego puto quòd ſi refectio
debet durare pro tempore quo ha-
bitare debet gratis [a], uel maiori te-
neatur



neatur: alias non: per d. l. iij. §. j. &
quod ibi no. Bar. & Ang. in l. diuor-
tio. §. quod in anno. & quod ibi no.
56 ff. ſo. ma. *Itē an teneatur quis re-
ficere uiā, ſi priꝰ uult cedere domui,
quam habet iuxta uiam, uide Bal. in
addi. Spec. titu. de cenſi. & uide quæ
dixi ſ. de puteo. uerſ. ſed pone quòd
quædam communitas. & per ibi di-
57 cta determinat etiā iſtam q. *Item
quæritur quid ſi uia pub. non eſt de-
ſtructa ex antiquitate, uel caſu: ſed
aliquis ipſam exarauit ſeu aliter de-
ſtruxit: an uicini teneantur reficere?
Dicas quòd non: ſed ipſe tantū qui
eā deſtruxit: ut eſt tex. in l. ſi in agrū.
58 in fi. ff. de uia pub. *Sed quid ſi ille
non eſt ſoluendo. dic quòd uicini
coguntur: ut not. ibi gl. ſing. arg. d. l.
ædiles. §. conſtruant. & l. ij. §. uiarū.
ff. ne quid in loco pub. & dicit Lud.
de Ro. in quodā ſuo ſingulari, quod
incipit, Dic mihi uiam deſtructā, &c.
quòd illa gl. eſt ſing. & non eſt alibi.
Itē adde, quia ſæpe dictum eſt, quòd
quis tenetur reficere uiā in ciuitate
uel burgo. Nam intelligitur quate-
nus protendit latitudo domus ſuæ.
ita Ange. in l. ſingularū. in fine. C. de
ædifi. pri. uel quatenus protendit la
titudo cuiuſcunq; fundi qui ſit in ci-
uitate uel burgo uerſus dictā uiam
pub. ar. l. inter eos. ff. de acqui. re do.
& per. l. adeo. §. inſula. eo. ti. & inſti.
de re. di. §. inſula. Et dixi, cuiuſcūq;
fundi: quia quicunque fundus ſit in
ciuitate uel burgo, idem iuris eſt, ſi-
ue ſit domus, ſiue ſtabulū, ſiue hor-
tus, & ſiue ſit fundus ruſti. ſiue urba.
quoniam in urbe & in burgis poteſt
eſſe fundus ruſticus: quia nō locus,
ſed materia facit prædiū urbanum. l.
urbana prædia. ff. de uerborum ſigni
59 fica. *Quæro xxvj. aliquis uult re-
ficere uiam pub. an poſsit, & quomo
do. de primo dic licet aliquis faciat
in publico, tamen poteſt: ut l. j. ff.

de uia publ. & itin. public. re. & not.
ibi gloſ. in rubr. patet ex his quæ di-
cta ſunt in duabus quæſtionibꝰ præ-
cedentibus. Et nedum quis poteſt
uiam pub. reficere: ſed etiam purga-
re refectionis portionē: ut d. l. j. §.
60 ſed & purgare. *Quod not. pro
ſtatutis loquentibus de refectione
uiæ, ut compræhendatur etiam pur-
gatio, ſicut eſt auferre lutum ex uia
publi. Et purgare proprie dicitur, ad
libramentum proprie dirigere, ſub-
lato eo quod ſupereſt. Et libramen-
tum capitur pro modo & pulchritu-
dine: ut eſt tex. cum gl. in d. l. j. §. pur
gari. & ex eo quod dictum eſt, ſubla
61 to eo quod ſupereſt. *No. quòd il-
le qui tenetur purgare uiam, nō ſuf-
ficit ſi auferat lutum ex uia publica
in medio, & proijciat in partibus uel
in lateribus uiæ: quoniam tenetur in
totum auferre de uia: ut d. §. purga-
ri. quod no. Itē etiā reficere dicitur,
& qui aperit, & qui purgat omnes o-
mnino, & qui in priſtinū ſtatum re-
ducit: ut d. l. j. §. reficere. De ſecūdo
dic, quòd ille qui uult reficere uiam
pub. debet ad ueterē latitudinem re
ſtituere: ut d. l. j. §. j. & non debet la-
tiorem, neque longiorē, neq; altio
rem, neq; humiliorē ſub nomine re
fectionis facere, nec in uia terrenā
glaream ponere, aut ſternere uiā la-
pide quæ terrena ſit, uel contrario
de ſtrata terrenam facere: ut eſt tex.
in d. l. j. §. ſi quis in ſpecie. Et in ef-
fectu ſub ſpecie refectionis non po
teſt quis uiā deteriorem facere im-
pune: imo prohibendus eſſet: ut d.
§. ſi quis in ſpeciem. & ibi etiam ui-
de per gl. & Doc. ubi prædicta uerba
62 declaratur. * Quæro xxvij. ſi quis
uult reficere uiam pub. & ab alio im
peditur, qua actione agetur in impe
dientem. Dic interdicto de uia pu-
blic. & itinere publi. reficiendo. &
iſtud interdictū perpetuo datur, &

omnibus,&in omnibꝰ,& in omnes,
& habet condemnationẽ in id quod
actoris intererit:ut d.l.j. §.fi. *Quę-
63 ro xxviij. ad hoc ut iſtud interdictũ
competat cõtra impedientẽ reficere
uiam,quæ ſint neceſſaria.& Rofr.in
libel.ſuis in tit. ſi aliqs uult reficere
uiam publ.aliàs in rub.de interdicto
ſi uia pub.reficitur.in princi.dicit ꝙ
quatuor ſunt neceſſaria.Primum eſt
quòd uia illa ſit publ. uel iter publi-
cum. Secundum quòd aliquis uelit
reficere. Tertium quòd reficiendo
non mutetur ſtatus primitiuus uiæ
pub. Quartum quòd alius te impe-
diat uolentem reficere uel purgare
uiam pub.[a] Et hæc quatuor proban-
tur in d.l.j.ff.de uia publi. & iti.pub.
re. *Quæro xxix.quomodo debeat
64 formari libellus in iſto interdicto.
& Rofr.in tit.præallega. dicit, quòd
debet formari ſic:Coram uobis,&c.
compareo ego Titius , & cõqueror
de Sempronio : quia me uolentem
reficere uel purgare uiam publi. uel
locum publicũ,me prohibuit,& pe-
to intereſſe pro tali uiolẽtia uel in-
iuria,& ago contra ipſum:& hoc ꝓ-
pono actionem in factum ſubroga-
tam in loco interdicti de uia publ.&
iti.publ.reficiendo:uel ipſum inter-
dictum:ut l.j.ff.eo.tit. Si autem pro-
pter illam refectionẽ uertitur ſpe-
cialis & propria utilitas actoris,po-
teſt libellum concipere modo præ-
dicto,& ei addere ſic:Et quia inter-
eſt mea ſpecialiter propter domum
meam non eſſe prohibitum: ideo il-
lud meum intereſſe peto , & ad hoc
propono interdictum prædictũ, uel
prædictam actionem in factum ſub-
rogatam loco eius : & quod tale in-
tereſſe poſsit peti,dixi ſ.in q.xxvij.
in fi. *Quæro xxx.quomodo de-
65 beant formari poſitiones actoris &
rei in iſto interdicto : & quod poſi-
tiones actoris ita formari debent:

[a] Viã pub. *Via debet purgari a uicinis habẽtibus domos iuxta eã. l.ij.et ibi Bar. et Doct.de uia pu.et uia purgari dicit quãdo in totũ tollitur lutũ, nõ quando ponitur iuxta uia.l.j. §. purgari.de uia pub.& per Alexa.in l.ij. eo. tit.& q̃d not. i l.ij. C.de imu. ne.conce.lib.x.*

Ego Titius dico,quòd uia illa,locus
ille,de quo quæſtio,eſt publicus.Itẽ
quòd locus ille , uel uia illa indiget
refectione. Itẽ quòd reficiendo an-
tiquum ſtatum retinebam. Itẽ quòd
me prohibuiſti , & adhuc prohibes.
iſta colliguntur & probantur in l.j.
ff.de uia pub.& itin.publi.reficiend.
& patet ex ſupradictis.Poſitiones ue
ro rei ſic formari poſſunt: Ego Sem
pronius dico,quòd locꝰ ille,de quo
eſt quęſtio,eſt Titii,& ponantur cõ
finia ita , ut appareat ipſum non eſſe
locum publicum. Item dico , ſi erat
uia publica , quòd reficiendo uole-
bas & uis facere uiam publicam la-
tiorem,longiorem,altiorem,& hu-
miliorem quàm ante fuerat.Item ꝙ
Seius tantum tibi intulit uiolentia,
unde ego Sempronius debeo abſol
ui : quia ſi tantum ille Seius intulit
uiolentiam, ergo nullus alius.& hæ
poſitiones ponuntur per Rofre.in
d.libello de interdicto de uia publi-
ca reficiẽda : & probatur in l.j.ff.eo.
tit.& ex his quæ dicta ſunt ſ.& hæc
omnia quæ dicta ſunt xxv.q.no.dili
genter : quia ponunt materiam refe
ctionis , & adduntur his quæ dicta
ſunt ſ.in lib.præcedenti.in ti.de re-
fectione. *Quæro xxxj.quid ſi a- 66
liquis ponit aliquid in uia publica,
uel ædificat , uel ĩmittit eo caſu quo
non poteſt , iuxta ea quæ dixi ſupra
in xj.q. cum quatuor ſequentibus,
quo iure agetur contra ipſum ? Dic
interdicto ne quid in loco publico
fiat : ut l.ij. §.j.& §.ait prætor.& §.
prætor ait ff.ne quid in loco publi.
& iſtud interdictum proditum eſt
ne quid in loco pub. uel uia pub.uel
itinere pub.fiat:& ſi factum fuerit,
quòd tollatur , ut ibi : & ſic iſtud in-
terdictum ex prima parte eſt prohi-
bitorium , ex ſecũda reſtitutorium:
ut d.l. prima.in principio.& §. hoc
interdictum.& §.ait prætor. Vel ſe-
cundum



cundum Ioann. Andr.ſunt duo in-
terdicta. Vnum prohibitorium,ſci-
licet ne fiat. Aliud reſtitutorium, ſi
factum fuerit,tollatur:ut notat Ro-
fred.in libellis ſuis,in titul.de inter-
67 di.ne quid in loco publico. *Quę-
ro xxxij. ſiue ſit unum interdictum,
ſiue duo, quę ſint neceſſaria ad hoc,
ut iſta interdicta dentur. Dic ſecun-
dum Rofred.quòd nouem ſunt ne-
ceſſaria. Primũ eſt,quòd uia illa uel
68 locus ille ſit publicus. *Qualiter
autem uia dicatur publica, uel priuã
ta,aut uicinalis, uide in l.ij. §.uiarũ.
& §.uicinales.ff.ne quid in loco pu
blico.& dixi ſupra in vij.q. Secũdo
quòd ponatur aliquid in loco pu-
blico uel uia publica. ut habetur in
d.l.ij.& in hoc tu adde etiam quod
licet non ædificem in uia, ſed ædifi-
cem in meo : dum tamen ædificium
in meo factum noceat in uia , ſuffi-
cit ut habeat locum hoc interdictũ:
ut d.l.ij. §.ſi quis in ſuo. & ibi hoc
notat Barto.& uide etiam Bart.in l. 69
quominus.in iij.quæſt. ff.de flumi.
Tertium quòd nõ ſit appoſitum de
licentia principis uel alterius haben
tis ad hoc poteſtatem : ut dicta l.j.in
princip. Quartum quòd ſi eſt poſitũ
cum licentia principis uel alterius,
fiat deterior.ut dicta l.ſecũda. §.me
rito.& §.ſi quis à principe. Quin-
tum quòd iſte qui agit hoc interdi-
cto,non habeat ædificium in publi-
co ſine licentia ſuperioris: alioquin
non aget : ut in dicta l.ij. §.item ait
ſi in publico. Sextum quòd id quod
eſt poſitum , ſtatim noceat uel no-
cere poſsit:ut dicta l.ij. §.deinde ait
prætor.& ibi declaratur quando uia
dicatur fieri deterior. Septimum ꝙ
ad hoc ut tollatur,neceſſe eſt ut no
ceat ædificium : etſi melius ſit non
tollere, ne urbs ruinis deformetur.
non tollere. dico, niſi publicus uſus
impediatur: ut dicta l.ij. §.ſi quis ne

minem.ut l.fina.eod.tit.Item ſi non
tollitur per interdictum,tollitur ta-
men officio iudicis:ut d. §. ſi quis
neminem.& dicta l.finali.Octauum
quòd locus publicꝰ fiat deterior , &
tunc locum habet interdictum : ſed
ſi eſſet locus priuatus alterius , tunc
haberet locum utile interdictum: ut
dicta l.ſecunda. §. eum qui.& §.me
rito. Nonum & ultimũ ſufficit quã-
tum ad hoc , ut habeat locum inter-
dictum , ſiue ipſe poſuit ſiue ab alio
poſitum ſit:ut dicta l.ſecunda. §.hoc
interdictum. Sed contra prædicta
opponitur,& uidetur , quòd aliquo
modo non habet locum hoc inter-
dictum.Nam licitum eſt cuilibet æ-
dificare & immittere in loco publi-
co.ff.de acquir.re.domi.l.ſi ſtatuas.
Sol.uerũ eſt quãdo ponitur ſtatuæ,
ſed non in loco publico : uel ſi ſunt
poſitæ in loco publico , non impe-
diebatur locus publicus: & ideo q̃d
poſitum eſt , tunc non remouetur.
*Quæro xxxiij.quomodo forme
tur libellus in hoc interdicto , quan
do quis ædificabit in uiam publi-
cam,uel aliquid immiſit uel ędifica-
re aut immittere uult:& in hoc duo
caſus principaliter ſunt de per ſe cõ
ſiderandi.Primus eſt, quãdo ex hoc
læditur uia publica , uel iter publi-
cum.Secundus eſt , quando propria
utilitas tantũ lęditur:puta quia lumi
na tua obſcurata. In primo caſu li-
bellus poteſt duobus modis forma
ri.Vno modo,quando quis uult ædi
ficare uel aliud immittere in uia pu
blica, & petitur quòd non immitta-
tur uel fiat.Alio modo,quãdo id q̃d
in uia publica factum eſt , petitur ut
tollatur. Primo modo poteſt ſic for
mari libellus ſecundũ Rofr.in loco
præallegato. Corã uobis , &c.com-
pareo ego Titius , & dico quod ta-
lis uult ponere in uia publi. cuius ta
les ſunt confines,tale quid, propter

quod uia publica deterioratur uel
deformatur, puta faciendo ponte:
unde peto ipſum prohiberi ne po-
nat: ad hoc propono actionem in fa
ctum ſurrogatam in locis interdicti
ne quid in loco publico. Sed uide ꝙ
iſta forma libelli non eſt bona: quia
per hoc agitur ad intereſſe: ut l.ij. §.
hoc interdictum. ff. ne quid in loco
publico. quod intereſſe non poteſt
eſſe, cum nihil factum ſit, & agatur,
ut non fiat. Et propterea dicit Bar.
in d. §. hoc interdictum. quòd iſtud
interdictum non poteſt proponi, ni
ſi quando aliquis incœpit ædificare,
ita ꝙ habet aliquid inſtar operis: ut
l. ſtipulatio. §. opus. ff. de no. oper.
nuncia. ideo tūc poteſt agi ne fiat ad
intereſſe pro eo quod factum eſt. Et
ita debet intelligi d. §. hoc interdi-
ctum. Et iſta materia facit pro hoc. l.
harum. & l. egi. & quod ibi not. ff. ſi
ſer. uen. & ideo ſecundum Bar. in d.
§. hoc interdictum. debes formare
libellum iſto modo: Dico quod ta-
lis incipit ędificare in tali uia publi-
ca ſeu in tali loco publico, propter
qđ uia publica fit deterior, uel iter
publicū deterius: quare peto ipſum
prohiberi iſtud opus facere, & cogi
ad cauendum ne fiat, & ipſum con-
demnari ad intereſſe meum, pro eo
quod factum eſt: ut probatur in d. §.
hoc interdictum. & in §. ſi quis ne-
minem. in d. l. ij. ff. ne quid in loco
pub. Et de iſta cautione uide text. cū
gl. v. ibi. & l. penul. eo. tit. & no. in d.
l. harum. & d. l. egi. & no. per Bart. in
l. ſi prius. ff. de no. oper. nuncia. Alio
modo quando quis ædificauit, & u-
nus uult petere ut ædificium uel im
miſſum in uia publica tollatur, po-
teſt ſic formari libellus: Coram uo-
bis, &c. compareo ego Titius, & di-
co quòd Sempronius poſuit tale qd
in uia publica, ꝓpter qđ eſt effecta
deterior uel deformata: quare peto
eum cogi & cōpelli ad tollēdum &
reſtituendū: & ad hoc propono di-
ctam actionem in factum, &c. In
ſecundo caſu principali, quando ex
ædificio uel immiſſo in loco publi-
co læditur tantum priuata utilitas:
puta quia lumina tua obſcurantur,
debes ſic formare libellum: Coram
uobis, &c. compareo ego Titius
contra & aduerſus Sempronium: &
dico quòd ipſe tale quid in ponte
uult ponere, uel poſuit, uel in uia pu
blica, uel in loco public. cuius tales
ſunt confines, & quòd lumina mea
obſcurantur: unde ne id fiat, ago
contra ipſum, intelligendo ſecun-
dum quod dixi ſuprà, ſecundum
Bartol. uel ſi iam fecit, dicas, Ago
quòd remoueatur: & ad id pono u-
tile interdictum ne quid in loco pu
blico. Et dixi utile interdictū, & nō
directum: per l. ij. §. eum qui. ff. ne
quid in loco pub. & per id quod dixi
in q. præcedenti. in uerſiculo viij.
Sed contra iſtam ultimā formam
libelli opponitur & uidetur, ꝙ non
poſsit de iure agi. Nam lumina tua
poſſum obſcurare: ut ff. de ſerui. ur.
prędior. l. ſi binarum. & C. de ſer. l. al
tius. Sed reſponde ſecundum Rofr.
in pręallega. tit. de interdicto, ne qd
in loco publi. ante fin. quòd lumen
quod habeo à tuo loco priuato, po-
teſt obſcurari, cum non debeas ſer-
uitutem, ut dictis iuribus. Sed ſi ha-
beo à lo. pub. lumen, ſecus eſt: quia
tunc obſcurari non poteſt: ut ff. de
dam. infect. l. fluminum. §. ultim. &
l. Proculus. quod eſt notādum. De
hoc tamen intellige quando uis tol
lere mihi lumen quod habeo ex pu-
blico ædificando in loco publi. quia
tunc non poteſt dare mihi damnum
etiam habita licentia à prīcipe: quia
illa licentia intelligitur ſine da-
mno: ut l. tertia. §. merito. & §. ſi à
principe. ff. ne quid in loco publico.
Sed



Sed ſi ædificares in loco tuo pro-
prio debēte mihi ſeruitutem, potes
mihi auferre lumen, quod habetur
etiam ex publico: ut d. l. altius. & l. ſi
binarū. quod bene not. Et addas his
quæ dicta ſunt in lib. præce. in mate
ria ſeruitutis luminū, & ne luminib.
officiatur. Sed aduerte quia Bartol.
in d. l. ij. §. hoc interdictum. el ij. ff.
ne quid in loco pub. ponit aliter ma
teriā libelli. Nam dicit quòd debet
ſic formari: Dico cōtra talem, quòd
ipſe habet & tenet tale ædificium,
quod eſt in factum in uia publica,
propter quod dicta uia fit deterior
in tanta quantitate, & eſt ueriſimile
me damnificari in futurum in tantū.
quare peto ipſum cōdemnari ad tol
lendum ipſum opus, & ad reſtituen
dam ipſam uiam in priſtinum ſtatū,
& ipſum mihi condemnari ad quan
titatem prædictam: cum tantum in-
terſit mea dictum opus factum non
eſſe, & quatenus mea intereſſet pen
dēte iudicio: & hæc forma procedit,
ſi is tenet ædificiū in uia publica qui
fecit. Sed ſi tenet alius, tunc debet
concludi aliter, uidelicet quòd po-
teſt præſtare patientiam deſtruendi
operis: & quòd condemnetur quate
nus actoris intereſt pendente iudi-
cio ex eo, quòd negat præſtare dictā
patientiā: per not. in d. l. ij. §. hoc in-
terdictum. el j. Alij dicūt ſecundum
Bar. quòd hoc operatur intereſſe to
tius populi, quod ſibi non placet: qa
ſecundum hoc non poſſet conſtitui
procurator ab actore, quod eſt con-
tra §. pen. ſed pro intereſſe publico
debet intentari actio à ſyndico com
munis. & hoc eſt quod dicit text. in
d. §. hoc interdictum. el j. quòd acto
ris intereſt: & ideo refert ſe ad inter
70 eſſe actoris, nō populi. * Quæro prę
terea xxxiiij. loco, quomodo forma
ri debeāt poſitiones actoris & rei in
hac materia, & in hoc interdicto. Et
dic quòd poſitiones actoris ſic for-
mari poſſunt: Compareo & dico, ꝙ
uia illa eſt publica, uue locus ille eſt
public*, cuius tales ſunt cōfines &c.
Item ꝙ aliquid immiſiſti uel uis im-
mittere ſine licentia principis uel ſu
perioris. Itē quòd licet princeps ti-
bi conceſsit ædificare uel aliqd im-
mittere in uia pub. uel loco pub. per
talem immiſsionem uel ædificatio-
nem, incommodatur uſus meus ſeu
domus mea. Itē ꝙ ego qui ago hoc
interdicto, careo ædificio poſito in
loco pub. Item ꝙ id quod impoſui-
ſti uel imponere uis, nocet uel noce
re poteſt loco pub. Item quod impo
ſuiſti uel uis imponere, eſt aliud, q̃
domus. Item ꝙ in illa domo ſi quā
ędificaſti in publ. nocet multū loco
pub. Item ꝙ ſupra locū pub. pontem
poſuiſti. Item ꝙ opus factū in loco
pu. tu poſsides. Itē ꝙ tuū opus quod
feciſti in loco pub. lumen quod ha-
bebā in loco pub. abſtulit mihi. Poſi
tiones rei ſic fieri poſſunt: Cōpareo
&c. & dico ꝙ locus ille uel uia illa
eſt uicinalis uel priuata [a]. Item ꝙ il-
lud quod impoſui uel imponere uo
lo, feci cū autoritate principis, & ec-
ce priuilegiū. Item ꝙ id quod impo
ſui uel imponere intendo cum priui
legio, eſt ſine incōmodo alteri⁹. Itē
ꝙ is qui proponit hoc interdictum,
ædificaſti in loco pub. itē ꝙ id quod
ædificaui eſt domus, & ſine incōmo
do alicuius loci priuati uel pub. Item
ꝙ opus prædictum deſij poſsidere
ſine dolo uel culpa. Itē ꝙ lumen tuū
per quod ędificiū obſcurari habebas
à loco meo priuato: & de his poſitio
nibus habes per Rof. in tit. ſi aliquis
ponit in uia pub. alias eſt de interdi-
cto, ne quid in loco pu. & colligun-
71 tur ex his q̃ dixi s. in xxxij. q. * Quæ
ro xxxv. dictū eſt s. in viij. q. ꝙ eſt li-
citum regulariter ire per uiam pub.
& agere & ducere plauſtrum: quid ſi
quis

a Vicinalis uel priuata. *Via uicinalis eſt ad quam faciendam uicini de proprio contribuunt: uel quæ in uicos ducit. l. ij. §. uicinales. ff. ne qd in loco pub.* Et *quæ priuatæ et pub. quæ dicantur, d. l. ij. §. prætor. & §. uia. ff. ne quid in loco pub. ꝙ publica dicitur ea, cuius ſolum eſt publicū: alias dicitur priuata.*

qs impediatur ab aliquo, q prohibe-
re nõ poteſt, quo remedio ei ſuccur
retur. Dic ꝙ eſt ꝓditũ ſup hoc inter
dictũ, ut liceat ire uel agere per uiã
pub. ut l. ij. §. fi. ff. ne qd in lo. pub. &
nõ reperitur alibi de iſto interdicto,
niſi ibi, ſecñdũ Roſ. in ti. ſi aliqs uult
ire per uiã pub. alias eſt in ti. de inter
dicto, ut liceat ire, agere per uiã pub.
& de illo fit etiã mentio per gl. in ti.
ff. ne quid in loco publi. & ad hoc ut
cõpetat iſtud interdictũ, iſta ſunt ne
ceſſaria. Primum, ꝙ uia illa ſit publi.
& qualiter dicatur uia publ. dixi ſ. in
vij. q. Secundum, ꝙ ille qui uolebat
ire agere per uiam publi. prohibitus
ſit: ut d. l. ij. §. fi. ſi enim per uiã priua
tam aliquis uult ire, agere, debet ne
gatoria: ut l. ij. ff. ſi ſer. uen. & dicam
in ſequen. q. *Circa iſtud interdi- 72
ctũ primo quæro, quomodo debeat
formari libellus. Dic breuiter, Ego
dico quòd talis me uolentẽ ire, age-
re, uel ducere tale quid per uiã pub.
prohibuit & prohibet [a], quare peto
pronũciari, & ipſum cogi, quòd me
nõ prohibeat. & ad hoc propono in-
terdictũ, ut mihi liceat ire, agere, uel
ducere per uiam pub. uel actionẽ in
factũ ſubrogatam in loco eius: ut d.
l. ij. §. finali. *Secũdo quæro, quo 73
modo formentur poſitiones in hoc
interdicto. dic breuiter, quòd poſi-
tiones actoris ſic formantur: Ego di
co, quòd talis uia eſt pub. Item quòd
ibam per illam uiam. Item prohi-
buiſti, & me prohibes uolentem ire,
uel agere, uel tale quid ducere per il
lam uiam pub. Poſitiones rei ſic fiũt
econtra: Ego dico, quòd illa uia eſt
priuata. Item quòd illa uia eſt mea.
Item quòd Titius tantum tibi intu-
lit uiolentiam, & non ego. *Ter- 74
tio quæro circa predicta, quid de his
qui colligunt pedagia ab his qui ua-
dunt per uiam publ. an poſsint de iu
re prohiberi colligere, ſeu exigere

a Prohibuit & prohibet. *Prohibitio acquirit poſſeſſionem prohibenti ex non fieri. l. ij. C. de ſerui. Bal. in l. liberti. j. col. C. de ope. lib. uer. ſed certe.*

per hoc interdictum. & Roſ. in præ-
allega. ti. dicit, quòd credit quod ſic.
Impediunt enim euntes per uiam
publi. unde faciunt contra iura, niſi
habeant priuilegium à principe. C.
noua uecti. inſtit. non poſſ. l. j. ij. &
iij. C. de uec. l. certum. Vnde nec ci-
uitas per ſua ſtatuta poteſt huiuſmo
di pedagia imponere. C. no. uec. in-
ſtitu. non poſſ. l. uectigalia. nec ali-
qui nobiles poſſunt impedire iter
agentis, niſi habeant priuilegium à
principe: nõ debet concedi, niſi pa-
tria ſit tenuis: quia tunc de facili con
ceditur priuilegium: ut l. ij. eo. ti. li-
cet de facto contrarium faciant ciui
tates, & nobiles, & potentes, ſecun-
dum eum: & de iſta materia uide ple
ne per Bartol. in d. l. uect. quæ com-
muniter non reperitur in lect. & per
Bal. in c. j. in tit. quæ ſint rega. in uſi.
feu. *Quæro quarto quia ſæpe di- 75
ctum eſt, quòd agi poteſt pro uia pu
blica, an ad hoc per agentem poſsit
conſtitui procurator: & in hoc di-
ſtingue: Aut agitur pro priuato com
modo & intereſſe, & poteſt procura
torem conſtituere. l. licet in popula
ribus. in prin. ff. de procur. ubi loqui
tur etiam de uia pub. & no. in l. ſi qs
pro eo. in fi. ff. de fideiuſ. aut agit pro
commodo & intereſſe publico tan-
tum: & tũc ante litem conteſta. non
poteſt: ſed poſt ſic: ut l. pe. ff. de pig.
act. & not. in d. l. ſi quis pro eo. in fi-
ne. *Quinto quæro, nunquid pro 76
tali cauſa poſsit accedere fideiuſ. Di
ſtingue ut dictum eſt de procurato-
re: ut habetur per tex. & glo. & Doct.
in d. l. ſi quis pro eo. in fine. *Quę 77
ro xxxvj. & ultimo, quomodo de-
beat libellus formari ſuper uia pri-
uata, quando dicitur, quòd debetur
ſeruitus uiæ. uide per do. Pet. Iac. de
ſancto Miniano in quadam ſua ſum
ma ſeu practica, quã de libellis com
poſuit anno cccxj. à qua ſumpſit ori
ginem



ginem practica nouella Ioan. Pet. de
Papia: licet de ea non faciat men-
tionem: qui dicit, quòd poteſt ſic
formari, Coram uobis comparet ta-
lis &c. & dicit & proponit contra
Martinum, ut cum dictus actor eſſet
in quaſi ſeruitute uiæ per talem fun
dum Martini, & ad talem uineam
ipſius actoris, dictus Martinus ipſum
actorem per uim uel dolo malo de-
iecit de prædicta quaſi ſua poſſeſsio
ne. Quare petit ut dictam ſuam qua-
ſi poſſeſsionem reſtituat uobis do-
mino iudici, ſupplicando ut dictum
reum ad reſtituendam dictam poſ-
ſeſsionem, uel quaſi per ueſtram ſen
tentiam condemnetis. Vel dicas ita
ſicut hodie conſueuit: Quare petit
per uos, & officium ueſtrum, quòd
ſi inconſequenter expediat princi-
paliter implorat, quatenus denun-
cietis & declaretis ipſum Martinum
teneri, & obligatum eſſe ad mihi re
ſtituendam dictam quaſi poſſeſsio-
nem [a] uiæ, & ipſum cogatis, & re-
mediis compellatis ad reſtituen-
dam dictã quaſi poſſeſsionem uiæ:
& prædicta forma libelli procedit,
quando quis eſt expulſus per uio-
lentiam de poſſeſsione uel quaſi, &
de expulſione uiæ principaliter con
queritur. Si autem principaliter de
expulſione uiæ non conqueritur:
ſed quia impeditur, quòd non poſ-
ſit uti liberè uia, quia in ea turbatur,
tunc poſſet agere interdicto uti pot.
iuxta not. in l. j. C. uti poſ. Et uide
circa prædicta quæ no. Barto. in l. ſi
prius. ff. de no. oper. nuncia. & not.
per Doct. in §. æque. inſtit. de actio.
& quia dixi, quòd etiam quando uia
turbatur, poteſt agi & intentari in-
terdictum uti poſ. quæro quomo-
do debet formari libellus in caſu. &
dicit do. Pet. Iacobi in ſua practica,
in tit. ſuper ſeruitute uiæ principa-
liter turbatæ, debet ſic formari li-

bellus: Domine iudex ego conque-
ror de Petro: quia cũ eſſem in quaſi
poſſeſsione ſeruitutis uię per fundũ
Petri Puzi, cuius tales ſunt cõfines,
&c. & talem uineã ipſe turbat, & im-
pedit me, & uim mihi facit in prædi-
cta quaſi poſſeſsione, nec ꝑmittitur
me uti uia publica [b]. Quare ago con
tra eum, & peto ne me in prædicta
quaſi poſſeſsione turbet, nec in ea
uim mihi faciat, uobis domino Mar
co iudici ſupplicãdo, ut condẽnetis
ipſum Petrũ Puzi, ut deſiſtat à dicta
turbatione & uiolentia: & ꝙ de cę-
tero amplius me non turbet: ut pro-
batur in l. penult. ff. de ſerui. Qui-
dam tamen dicunt ſecundum eum,
quòd iſte libellus nõ procedit: quia
pro ſeruitute uiæ turbatæ non com-
petit interdictum uti poſ. ex eo quia
promiſſum eſt de ea tuenda ſpecia-
liter per interdictum de itine. actuq;
priuat. & iſti dicunt, quòd nec pro
ſeruitute aquæductus competit in-
terdictum uti poſſ. quia ſatis de hoc
prouiſum eſt ſpecialiter per interdi
ctum de aqua quoti. & æſti. & de ri-
uis, & de fonte. Nec etiam pro cloa-
cis competit. ff. uti poſſ. l. j. in prin-
ci. quia ſpecialiter eſt prouiſum per
interdictum de cloa. & licet d. l. pe-
nult. ff. de ſeruit. indiſtinctè dicat,
quòd per ſeruitutem uiæ, & pro
aliis ſeruitutibus competunt inter-
dicta quaſi poſſeſſoria: attamen glo.
ibi exemplificat de itin. actuq; pri-
ua. Sed præfatus do. Pet. Iacobi di-
cit in loco præallegato, quòd uide-
tur poſſe dici contrarium: uidelicet
quòd imo etiã interdictum uti poſ.
competat pro ſeruitute uiæ: quia l.
pene. ff. de ſer. indiſtinctè loquitur,
ſcilicet ꝙ competũt interdicta quaſi
poſſeſſoria. ergo indiſtinctè debent
intelligi etiam de interdicto uti poſ.
& ſimiliter gl. etiam in fin. loquitur
indiſtinctè, l. j. in princ. ff. uti poſſ. &
in l. j.

a Quaſi poſſeſsione. *Quaſi poſſeſsio iuris uel ſeruitutis quærit per patientia etiã uiolentam. Bar. et Alex. poſt Doct. in l. j. §. in operis. de oper. no. nun. Ant. in c. fin. in antepe. chart. de cauſa poſ. Innoc. in c. olim. iij. de reſt. ſpol. & quaſi poſſeſsio. & ui de Alex. in l. j. §. j. de itin. actuq; pri.*

b Vti uia publi. *Vti quomodo ponat, Bar. in l. quibus diebus. §. fin. in ij. col. uerſi. quid de dictione uti. ff. de condi. & demonſt.*

in l.j. §.fi.ff.de ſuperfi. Nec uidetur ſecundum eum, ꝙ de iure una actio ſeu unũ interdictũ tollat aliud, ſi materia ſic aperte ordinaret expreſſe contrariũ, ſicuti expreſſe dixi, quod pro cloaca non cõpetit interdictum uti poſſ. ut d.l.j.in princi. ff.uti poſſ. Bar.autẽ in d.l.j.in prin.in hoc articulo, an pro ſeruitutibus competat interdictum uti poſ.utile diſtinguit.

Nã quædam ſunt ſeruitutes, quæ habent cauſam continuam, & pro illis competit iſtud interdictum utile, uti poſ. ut d.l.pe.ff.de ſerui. & l.j. in fi.ff.ſi ſer.uend.& l.ſi forte.§.ſciendum.eo.tit.& l.arbor.ff.comuni diui. Quædam ſunt ſeruitutes, quæ nõ habent cauſam continuam, ut iter & actus: & pro iſtis non cõpetit hoc interdictum: ſed recurrimus ad interdictum l.j.ff.de itinere actuq; priuato.& Bar.in effectu tenet opi.glo.in d.l. pen.ſcilicet ꝙ pro ſeruitute uiæ turbatæ nõ competat interdictũ uti poſſidetis, etiam utile: ſed interdictum de itinere actuq; pri. quod no. ſcilicet ut ſcias formare libellũ, quãdo turbatur in poſſeſſione ſeruitutis uiæ uel alterius ſeruitutis.

## De ſeruitute aquæductus.

### CAP. IIII.

1 *Seruitus aquæductus, eſt ius ducendi aquam per fundum alienum.*

2 *Ius ducendi aquam per alienum fundum, an ſit ſeruitus realis, uel ius tantum perſonale, quomodo cognoſcatur.*

3 *Seruitutes perſonales tãtũ tres ſunt, uidelicet uſusfructus, uſus, & habitatio.*

4 *Ius ducendi aquã ex fundo ſuo ad fundum meum ſi quiſpiam mihi conceſſerit cauſa faciendi balneum tantum in fundo meo, in quo pãni lauari poſſint, uel pro aliquo alio uſu, qui fundum meum non concernat, an tunc ſeruitus realis uel perſonalis erit.*

5 *Ius ducendi aquam ex fundo tuo ad fundum meum ſi mihi debeatur, puta per fiſtulam, cauſa ſeruiendi familiæ meæ pro coquina, & equis, & alijs neceſſarijs pro domo & familia mea, an erit tunc ſeruitus realis, an uero ius perſonale.*

6 *Ius aquæ ducendæ ad piſcariam meã, uel ciſternam, aut puteum, ſi mihi concedatur, an ſit ſeruitus realis, an uero ius perſonale.*

7 *Ius aquæ ducendæ ad piſcariam meã, uel ciſternam, aut puteum, an ſit ſeruitus ruſtica uel urbana.*

8 *Ius aquæ ducẽdæ ex fundo tuo ad hortum meum irrigandum, an realis ſeruitus ſit.*

9 *Ius aquæ ducẽdæ ex fundo tuo ad hortum meum, &c. an ſit ſeruitus ruſtica uel urbana.*

10 *Fundus ruſticus aut urbanus quando dicatur.*

11 *Aquæductus in ſeruitute quid ueniat, & quid non.*

12 *Regula, In re ſua quilibet eſt moderator & arbiter, quomodo intelligatur.*

13 *Seruitus aquæductus eſt ſicut anima intellectiua tota in toto, et tota in qualibet parte.*

14 *Subiecta talia ſunt, qualia prædicata demonſtrant.*

15 *Diſtributiones quotidianæ qualiter præſtandæ ſint.*

16 *Expenſas quotidianas uiritim collegij prætor dare debet: dato quòd unus pluſquam alter comederet: ut faciebat Bononiæ ſcholaris unus Polonus, qui ſolus comedebat tãtum, quantum quatuor alij.*

17 *Seruitutis à principio cõſtitutæ ſi fundus dominans aqua indigebat, & nũc ex aliqua cauſa non indigeat, an ſeruitus in perpetuum competere deſinat.*

18 *Seruitus aquæductus ſi fundo meo qui eſt decem iugerum, debeatur, & poſtea auctus fuerit, an propter hoc aquæductus ſeruitus creſcere debeat.*

19 *Seruitutem aquæductus habens an riuum in ſeruientis fundo facere poſſit,* per



*per quem aquã ad fundum dominantem ducat.*

20 *Riuum an quiſpiam ſimpliciter cauere poſſit.*

21 *Riuum eſto quòd aliquis de iure uel ex permiſſione facere poſſit, an prædij dominantis dominus illum purgare & reficere poterit.*

22 *Ius ducendi aquam per fundum alterius ſi quiſpiã habeat, quando & quomodo ipſam aquam ducere poterit.*

23 *Seruitutis aquæductus in conceſſione, ſine alterius damno ſubintelligitur.*

24 *Aquæductus ſeruitus quõ acquirat.*

25 *Aqua per ſeipſam fluẽs an præſcriptionem uel cõſuetudinẽ inducere poterit.*

26 *Aqua ſi in certo fundo ſuperiore oriatur, & per quendam alueum ad partes inferiores deſcendat, aquáq; aliquando pluuialibus adeo creſcat, ut in alueo contineri nequeat, an tũc ille qui eſt in parte ſuperiori, ripas ita eleuare cogatur, ut uſque ad mare diſcurrat.*

27 *Aquæductus ſeruitutem totam quis habere & concedere poſſit, et quis etiã ad aquam ducendam cogi ualeat.*

28 *Flumen priuatum tribus medijs poteſt dici alicuius eſſe.*

29 *Aquæductus ſeruitus, cui, uel quibus concedi poſſit.*

30 *Aquæductus ſeruitutem ſi uni conceſſi, an alteri poſtea concedere poſſim.*

31 *Aquæduct⁹ ſeruitutẽ ſi tu, cui primo cõceſſi, uis poſtea alijs cõcedere, an poſſis.*

32 *Aquæductus ſeruitus, quomodo, qualiter, & quando, & per quem locum conſtitui uel acquiri poſſit.*

33 *Digiti mẽſura ſecundũ Iſidorũ qd ſit.*

34 *Fundi ſeruientis per quam partem aquam ducere poſſit, ſi non exprimatur, quid iuris.*

35 *Aquæductus ſeruitus ſi ex flumine debeatur, & ipſum flumen alueum mutauerit, quid iuris.*

36 *Flumen ſi alueũ mutauerit, ius aquæ uno impetu perdit, & tunc aliud flumen uidetur.*

37 *Fluminis alueí per mutationem in caſibus in quibus aquæductus ſeruitus amittatur, an de æquitate reſtituẽda ſit, ut ex noua uel nouis alueis debeat.*

38 *Flumen ſi ad antiquum alueum redierit, an ſeruitus amiſſa reſtitui debeat.*

39 *Aquam ex flumine an cuilibet ducere licitum ſit, per occupationem factam propria autoritate.*

40 *Bononienſes licite de flumine Recij aquã ducũt, quæ poſtea in Padũ itrat.*

41 *Aqua ſi de unius molendino exeat, & alter eam capere uelit, & ad molendinum ſuum ducere, adeo quod primum molendinum non impediat, an poſſit.*

42 *Forma, ſeu formula, uallum, & ſeriola, an idem ſint.*

43 *Aquam ſi duo ex flumine publico ad fundum ſuum ducere uelint, & ſeinuicem impediant, quis præferetur.*

44 *Cautela ducendi aquam ex flumine.*

45 *Occupare uel ædificare incœpiſſe, uel aquã ex pub. loco ducere, qd remiſſiue.*

46 *Conſequẽtia non ualet, aliquis habet poteſtatem uel ius ducendi aquam ex flumine publico uel priuato, ergo habet ſeruitutem aquæ ducendæ.*

47 *Aquæductus ſeruitute quomodo & qualiter quis uti poſſit.*

48 *Aquæ ducendæ ſeruitutem ad molendinum ſi quiſpiam habeat, propter aquarum abundantiam aliud molendinum conſtruere non poterit.*

49 *Aquæ publicæ de ductu inter duo caſtella quæſtio erat, & inter ſe fuit lata ſententia: demum imperator unum de illis caſtellis mihi conceſſit: nunquid illam ſententiam ſeruare tenear.*

50 *Vicini incommoditas aquæ ducendæ quæ dicatur.*

51 *Fons ſi ex aliquo fonte oriatur per tempus longiſſimum, cuius non extet memoria in contrariũ: & aqua per inferiores partes diſcurrere cœperit patientibus illis, quorum fons erat, an habẽtes ſuperiorem fundum, in quo aqua oritur, ipſam pro libito uoluntatis* ſuæ

ſuæ diuertere poterunt.

52 Longa conſuetudo ueluti iure impoſita ſeruitus uidetur.

53 Patientiam ſolam qui permittit, nec per alia uerba ſeruitutem conſtituit, an ſeruitutem cõſtituere uideatur, uel ſe perſonaliter obligare.

54 Aquam duxiſſe iure ſeruitutis, uel iure ſimplicis facultatis, quãdo dicatur.

55 Seruitus aquæductus præſcripta quanto tempore inducatur, et quæ, & quot ad iſtam præſcriptionem inducendam requirantur.

56 Sepem præcidere, mũdare, uel mũdari facere in fundo uicini, uel p uicini fundũ aquã ducere, an ſeruitutẽ arguant.

57 Aqua quãdo diſcurriſſe dicit iure facultatis tantum, non autem ſeruitutis.

58 Poſſeſſionem in iuribus incorporalibus dare non eſt.

59 Differentia quænam ſit quantum ad tẽpus inter locum publicũ & priuatũ.

60 Aquam ſi quiſpiam habebat ius claudendi certis horis, nunquid ita claudere poterit, ut nihil, quod alias ſtillare conſueuerat, ad partes inferiores ſtillare poſſit.

61 Aquam ducendi ius iure ſeruitutis per fundum tuum ſi habeam, & per riuũ apertum duxerim, & nunc riuũ ſubterraneum facere uelim, an poſſim.

62 Aquam ducendi ius per uicini fundũ ſi quiſpiam habuerit, & duxerit per riuum, & demum uelit nouum canalem uel fiſtulas in riuo collocare, quæ nunquam habuerit, an poſſit.

63 Aquam per fiſtulas uel canales ſi primo per uicini fundũ duxerim, & nũc per riuum ducere uelim, an poſſim.

64 Iure tertiũ regulariter opponere poſſum, quãdo iuris agentis excluſiuũ eſt.

65 Vendito equo quo caſu ornamenta uendita uideantur.

65 Fundum ſuperiorem ſi quiſpiam habuerit, in quo aqua naſcatur, quæ per ſubterraneos meatus ad fundum uicini inferiorem deſcendat, deinde reuertatur ad fundũ ſuperiorem, an fundi inferioris dominus eã impedire poſſit.

67 Aqua ſi diſcurrat à fundo Titij ſuperiori in fundo Sempronij inferiori per uenas ſubterraneas, demum Sempronius fodit in fundo ſuo, & uenas aperit, ita ut tota aqua ad fundum ipſius Sempronij deſcendat, & deſinat ad ſuperficiẽ fundi Titij aſcendere, qđ iuris.

68 Aquæ ducendæ ius qui habet, ſi aliam aquã admiſcuit, nũqđ prohiberi poſſit.

69 Statuto ſi caueatur ut quis poſſit ducere aquam ex fundo ſuo per fundum uicini medium, ad aliquẽ fundũ ſuum inferiorem ſoluendo uicino damnũ cauationis, & quis uelit ducere aquam per fundum uicini ad ſuum, in quo fundo uicini ſunt uenæ aquarum, ſi aqua ſua cũ uicini aqua miſceatur, et utraq; ad fundum inferiorẽ trãſeat an poſſit.

70 Priuilegiatus & priuilegij cauſæ quãdo paris potentiæ fuerint, poſſidentis potior conditio eſt.

71 Aqua ſi ex fundo meo ſuperiori ad tuũ inferiorem deſcendat, & totũ fundum tuum inundet ex magna aquarũ abundantia, quæritur an ego qui ſum dominus fundi ſuperioris aquam fundo meo retinere cogar, faciendo foſſam, aggeres, &c. ſecundo poſito quod non cogar retinere, an te inferiorẽ cogere poſſim, ut eam in fundo tuo recipias, uel patiaris quod aqua deſcendat ex meo ad tuum, & ex tuo ad alium inferiorem.

72 Si per ſeruitutis cõuentionem factum fuerit, ut ſuperior uicinus aquã in fundo ſuo retinere teneatur, uel inferior teneatur eam foſſæ recipere: nunquid ſuperior uel inferior teneatur purgare, uel aggeres facere aut munire.

73 Seruitutem qui debet, facere non cogitur, ſed pati.

74 Prædij dominãtis dominus an non ſolum cogere poſſit dominum prædij ſeruientis, ut fundum ſuum purgari patiatur, ſed etiam dominus fundi ſuperioris ſeruientis, qui iure ſeruitutis tenetur habere foſſam in fundo ſuperiori, ne aqua noceat uicino inferiori, ſi foſſa refectione indigeat, an poſſit cõtra dominum prædij dominantis agere, ut eam reficiat, ne fundo ſuperiori ſeruientis nocere habeat.



75 Aquam qui excludit, quam naturaliter, & ſeruitutis iure in fundum recipere tenebatur, ne in ſuum fundum ueniat, ſed in alium deriuetur, an aqua plu. arcen. teneatur.

76 Seruitutẽ ſi mihi conceſſeris, ut opere manu facto aquã fluentẽ in meo ex tuo deriuare poſſim, etiã ſi tibi noceat, an intelligatur etiamſi ultra modũ noceat.

77 Fundus inferior, an aquam ex fundo ſuperiori ſuperuenientẽ recipere teneatur, quando natura loci ſubeſt, nec pactio aliqua interuenerit.

78 Aquam propter inundationem ſi propter autoritatem in riuo, ſiue in fouea, uel in aggeribus coronellas feceris, ne aqua ſababundans in fundum flueret, an impune eas remouere poſſim.

79 Conuentio quando nulla extet, nec loci natura ſeruitutẽ imponat, quid iuris, ubi etiam quid ſeruitus per uetuſtatem, ſeu præſcriptionẽ acqſita operet.

80 Aquarum ſeruitutibus circa uetuſtatem, ſeu præſcriptionem, quantum temporis requiratur.

81 Seruitus quando cauſam continuã uel diſcontinuam habere dicatur.

82 Aqua ſi ad uicini fundum per plures riuos diſcurrere ſolita fuerit, an in unũ riuum tantum tranſmitti ualeat.

83 Aquis quid ſeruandum eſt, quando nõ eſt aliqua cõuentio, nec loci natura aliquid declarat, nec loci uetuſtas ſubeſt.

84 Aqua quando aliquid moderate, uel immoderate fieri dicatur.

85 Seruitus aquæductus cui debetur, an cauſa aquæ ducendæ lapideum arcum facere teneatur.

86 Seruitutẽ uel ius aquæducẽdæ habens an poſſit arcũ ſeu pontem lapideũ facere ſupra aliũ aquæductum alienum.

87 Seruitutẽ itineris qui habet, an poſſit facere pontem ſupra locum, per quem aqua ducitur, inuito eo, cui aquæductus ſeruitus debeatur.

88 Seruitus cui debet p riuũ aquæductus in uicini fundo, ſi uelit iuxta potẽ foſſã facere, in qua aquæ congregentur, & ipſas poſtea per riuũ ducere, an poſſit.

89 Aquæ ducendæ de riuo qui ius habet, an cuniculum ſubterraneũ, per quem aquam ducat, facere ualeat.

90 Riuos manutenere, et eos purgare, & aggeres reficere quis teneat, & cuius expenſis.

91 Barones, & comites, & alij ſuperiores colligentes pedagia uectigalia, ſtratas ſecuras tenere debent.

92 Fundo ſi quiſpiã uſumfructũ habeat, & alius proprietatẽ, & aliqua impenſa neceſſaria p cloaca, uel ob aquæductus formula occurrat, illa ad uſufructuariũ, et nõ ad proprietariũ ſpectat.

93 Aquæductus ſeruitus qualiter teneatur, & in ea quis teneri debeat.

94 Flumine ex publico nõ perenni de prætoris æquitate ſeruitus conſtitui poteſt.

95 Aquæductus ſeruitus quõ amittatur.

96 Aquæductus ſeruitus propter fluminis inundationem an pereat.

97 Poſſeſſio uel quaſi aquæ per maiorem inundationem, ſicut poſſeſſio territorij an perdatur.

98 Aquæ alterius per immiſſionẽ, de qua nulla ſeruitus debetur, an aquæductus ſeruitus amittatur.

99 Aquæductus circa materiam quomodo in iudicio procedatur.

100 Interdicto aquæ ducendæ libelli forma quæ ſit.

101 Poſitionum actoris forma in interdicto aquæ ducendæ quænam ſit.

102 Poſitionum rei tenor in interdicto aquæ ducendæ qualis ſit.

103 Interdictum aquæ ducendæ ad hoc ut competat, quæ requirantur.

104 Aeſtus quando dicatur.

105 Interdictũ de aqua quotidiana cur factum

*factum ſit, & an ſit aliud ab æſtiua.*

106 *Interdictum de aqua quotidiana an eo caſu competat, quo interdictum de aqua æſtiua.*

107 *Poſitiones actoru in interdicto de aqua quotidiana quomodo fiant.*

108 *Poſitiones rei in interdicto de aqua, &c. quomodo fiant.*

109 *Libellus in interdicto de aqua ex caſtello, &c. quomodo fieri debeat.*

110 *Poſitiones actoru in interdicto de aqua & caſtello, &c. quomodo fiant.*

111 *Poſitionum rei forma in interdicto de aqua ex caſtello, etc. qualis eſſe debeat.*

112 *Riuus, ſpecus, ſepta, & incile, quæ loca dicantur.*

113 *Interdictum de riuis ad hoc ut competat, quæ requirantur.*

114 *Riuum ſi reficere uelim, & aduerſarius meus contra me negatoriã intentet, an refectione prohibendus ſim.*

115 *Libellus in interdicto de riuis quomodo fieri debeat.*

116 *Libellum de aliqua aqua ſi quiſpiam per ſepta, uel cuniculum, uel ſpecum de puteo conceipiat, an in interdicto de riuis recte proponatur.*

117 *Poſitiones actoru in interdicto de riuis quomodo fiant.*

118 *Poſitionum rei forma in interdicto de riuis qualis eſſe debeat.*

SERVITVS * aquæductus [a] eſt
ius ducendi aquam per fundum 1
alienũ: ut l.j. §.aquęductus.ff.de ſer. ruſt.præ. & inſti.de ſer. aquæduct.& no. Azo in ſum.& dicitur hæc ſeruitus ius ruſticorũ præ.inſti.eo. i prin. & de reb.cor.& incor.in fi.l.j.i prin. ff.de ſer.ru.præ.& propterea ruſtica ſeruitus appellatur, ut dictis iuribus: & dicã in ſequẽti q.princ.& uidetur ius, quia nõ in facto, ſed in iure cõſiſtit, quod eſt incorporale: ut inſti.de reb.cor.& incor.in fi. Itẽ dicitur ius ducẽdi, qđ intellige ſiue p̃ fiſtulã [b], ſiue per quodlibet inſtrumentũ fictile: ut l.Quintus.ff.de ſer.ru.præ.& l.ſi pri⁹. §.placuit.ff. de aqua plu.ar. etiã ſi nihil in ſeruitute cõſtituenda cõpræhenſum eſſet, dũmodo nullũ dãnũ per hoc domino fundi ſeruiẽtis detur, in d. §.placuit: nõ autẽ duci poteſt per lapidẽ manu ſtratũ: ut ibi not. Azo in ſumma in d. §.aquæductus. circa quod uide quæ dicã in ix.q.prin. Itẽ dũ dixi in diffinitione, aquã, ſubaudi ſiue inuentã, ſiue inueniendam: ut l.Labeo.ff.de ſeru.ruſt. præ.& no.gl.inſti.eo. §. aquæduct⁹. & no. Azo in gl.pręalle. Quod intellige, ut ſit ſeruitus, quando eſt aqua inuenta, non poſt: ut l. fin. ſi ſerui. uend.& ibi hoc no.gl.in d.l. Labeo. & Doct.ſequuntur. Idem dixi in definitione per fundum alienum, quia ſine fundo nõ poteſt cõſtitui ſeruitus: ut l.j.ff.cõmunia predio.& inſti. de ſer. §.in ruſticorũ.uer.ideo autẽ. & dicã in ſeq. q. & alienũ ideo dixi: q̃a in re ſua nõ poteſt cõſtitui ſeruitus: q̃a res ſua nemini ſeruit.l.ĩ re cõmuni.ff.de ſer.ur.præ. cũ ſi. alias nõ cõſtituta ſeruitute nõ poteſt q̃s aquã per fundũ alterius ducere: ut l.ij.C. de ſer.& aqua. facit l.p̃ agrũ.eo. ti.& ſi dicatur, ſine domini uolũtate, poterit dominus fundi ꝓpria autoritate iterdicere & remouere: ut l.quẽad. §.j.ff.ad l. Aqui. niſi q̃s acq̃ſiuiſſet ius ducẽdi aquã p̃ fundũ alterius ex præſcriptione uel conſuetudine: ut dicã in iiij.q.pricipali: q̃a ius aquę qđ cõpetit ex cõſuetudine, eſt fortius q̃ illud, quod cõpetit ex pactis priuatorũ: ut elegãter no. Bal. in tit.de pace Cõſtã.in xxx.q.ſuper uer.ſaluo iure aquæ Labrẽſis. & p̃dicta intelligere in aqua quæ ſic duceretur uolẽte domino, uel habeat poteſtatẽ ducẽdi à domino: puta ab eo, in cui⁹ loco oritur aqua, uel ab alio, qui haberet poteſtatem concedendi: ut dicã in v.q. principali. uel in iiij. uel ex p̃ſcriptione uel cõſuetudine acquiſiuiſſet ius aquæ

a Seruitus aquæductus. *Hæc poteſt pluribus conſtitui, per diuerſas tamen horas utẽda. in Spec. de ſeru. §. quoniã. uer. xj.*

b Fiſtulam. *Fiſtulæ in fundo ſeruiẽte poſſunt poni p̃ eũ cui ſeruitus debet ſumptibus ſuis: etiam contradicente eo q̃ ſeruitutem debet. uide s. per Bar. Cæp. ti. de ſer. urb. c. xxiij. & per l ſi iter. ff. de ſerui. & l. ſeruitutes. §. ſi domo. ff. de ſer. urb. præd.*



aquæ ducendæ, ut dicã in iiij.q.principali. alias nõ poſſet aquã ducere.l.
2 aquam.C.de ſer.& aqua. *Secundo principaliter quæro, quomodo cognoſcatur, an ius ducendi aquam per fundum alienũ ſit ſeruitus realis, uel ius tantũ perſonale. In hoc puto ſic eſſe notabiliter diſtinguendum: aut quis habet ius ducendi aquã, ex uno fundo ad fundũ ſuum: uel ex pacto, uel inſtrumento, aut alio modo: aut quis habet ius ducendi aquam nõ ad fundum ſuum: quia nullum habet ad quem uelit aquam ducere. Primo caſu ſubdiſtingue: aut tale ius ducendi non debet finire cum perſona, & tranſit cum prædio, & dicitur ſeruitus realis: puta ſi quis habet ius ducendi aquam per fundum uicini ad fundum ſuum cauſa ipſum irrigandi: ut l.pecoris. cum l.ſeq.ff.de ſerui. ruſtic.præd.& l.cum fundo. coniuncta l. uia conſtitui. §. ſi fundus. eod. tit. aut tale ius ducendi aquam debet finiri cum perſona: puta, concedo tibi quòd toto tempore uitæ tuæ tantum poſſis ducere aquam ex fundo meo ad fundum tuum cauſa ipſum irrigandi. & in hoc fuerunt opiniones inter gloſſat. priores. Nam Rog. tenet, quòd hoc caſu ſit ſeruitus perſonalis: per textum in l.Mela. §.fina. & ibi ſeruitus eſt perſonæ. ff. de ali. & cibar.lega.& l.ſi cum eo tempore. §.fina.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. & l.non ſolum. §. tale. ff.de li.le.& l.ſi binas ędes.ff.de uſufruc. & hæc opinio uidetur probari ratione, quia ſeruitus realis non perſonæ, ſed prædio debetur.l.unus ex ſociis.ff.de ſer.ru.præd.& l.qui aliena. §.fin.ff.de neg.geſt. ſed ſi prædio debetur, non extinguetur cũ perſona, imo trãſiret ad hæredẽ & emptorem: ut d.l.uia conſtitui. §.ſi fundus. debet dici perſonalis ſeruitus, nõ realis: item quia ſeruitutes reales ſolent eſſe perpetuæ. ut l.forma. §.quinque. de cenſi.& hæc opi. refertur per gl.in d.l.Mela. §.fin.& in l.ſi quis binas.& in l.pecoris.præalleg.& per Cy.in rubri.C.de uſufr. Sed cõtrariũ uidetur, uidelicet ꝙ illa talis ſeruitus ſit realis[a], nõ perſonalis: ut habetur in gl. in d. §.fi.& in d.l. pecoris.& in d.l.ſi quis binas.& hæc opi. probatur in d. l.pecoris.in princ. Item quia ſeruitus quæ debetur ab uno p̃dio alteri prædio, dicitur eſſe prædialis, & realis, nõ perſonalis: ut l.ſi quis mihi cõ tẽ
3 pore. §.fi.ff.de ſer.ru.præd. *Item quòd tres ſunt tantũ perſonales ſeruitutes, uidelicet uſuſfr. uſus, & habitatio. Et aliqui dicunt, ꝙ eſt etiã miniſteriũ ſuorũ: ut not.gl.in d.l.ſi quis binas: & dixi plene s.in j.li.uer.poſtquam uiſum eſt de ſeruitutibus mixtis. ſed iſtæ nõ ſunt de illis: ergo debemus dicere: quia ſunt ſeruitutes reales. Nec ob.l.Mela. §.fi.& l.nõ ſolum. §.tale.cum ſi.s.alle. quæ uidentur dicere talẽ ſeruitutem eſſe perſonalẽ: quia debet intelligi & exponi in ſeruitute perſonæ: hæc eſt prędialis, quæ finitur cum perſona, quãdo hoc actũ eſt: & ſic dicimus perſonale, quantũ ad hoc, ut concepta perſona reſpectu cõmodi finiatur, nõ ſui. Nam quia poſtea etiã durat: ut d.l.ſi mihi. §.fi. & d.l.pecoris. cum l.ſe. facit l.plurimũ fere. §.plus.ff.de acti.& ob.& per hoc ceſſant rationes s. pro parte negatiua deductæ. & pro iſta opi. eſt caſus in l.iiij.ff.de ſer.& iſtam opi. Io. cõmuniter ſequũtur Doct.in locis præalleg. Secũdo caſu princ. quando quis habet ius ducendi aquã non ad fundũ ſuũ, quia nullũ habet cui poſſit ſeruitutem debere, an dicatur ſeruitus uel ius perſonale? & Rog. dixit, quòd eſt ſeruitus perſonalis, ſi hoc uelit relinquens uel conſtituens: per d.l.Mela. §.fi. & per l.Lucius.ff.de ſer.ruſt.præd.& ita no.per glo.

a Realis. *Seruitus realis dicit, q̃ cõceſſa eſt rei certæ per loci expꝛſſione, et trãſit ad hæredẽ & ſucceſſiões, alias dicitur perſonalis, & rẽ nõ ſequitur. l.Luci⁹. et ibi per Barto. Bald. & Doc. Lud. in ſin. uer. ſeruitus. uerſic. ꝗdã fuit, &c. ſed Flor. ibi dicit eſſe perſonalem, quando cõſtituitur Titio ad domum uel ad aliũ locum, quo uelit. Idẽ dicit Bald. ibi ꝙ dicitur realis, quando cõſtituitur ſeruitus aquæductus ad talem fundũ. ſed ſi additur, uel alibi quocunque iri, dicitur perſonalis. & cum pſona finitur. Bar. & Flo. in l. cũ fundo. de ſer. ru. præ. dicunt quod præſumitur realis. ideo Flo. ibi dicit eam tranſire in ſingularem ſucceſſorem. quod tamen non eſt in*

*pœna : ut ibi per Bald. Et uide omnino ſupra Bar. Cæpo. in tit. de ſerui. reali.*

glo.in d. §.fi.& in l.ut pomum.C.de
ſer.& in l.pecoris.& ita tenebat Pet.
& refert Cyn.in rub.C. de uſufr. ſed
gl.tenet ſecundũ Ia. & Azo.ꝙ nõ ſit
ſeruitus ꝑſonalis, ſed potius quod-
dam ius ꝑſonale, quod actione per-
ſonali iſto pacto debetur : ut d.l. ut
pomum. & in l. ut pecoris. & in l. ſi
quis binas.præalleg. & hanc opi. ſe-
quuntur ibi cõmuniter Doct. & hoc
eſt utile ſcire, an ſit ſeruitus, uel ius
perſonale:quia ſi eſt ſeruitus, compe
tit confeſſoria illi, cui debetur ſerui-
tus:ut l.ij. §.j ff.ſi ſer.uen, & no.in l.
ſi prius.ff.de no.ope.nun.Sed ſi eſſet
ius perſonale, cõpeteret tantũ actio
perſonalis.Item ſi eſt ſeruitus, poteſt
agi cõtra quencunq; priorem fundi:
ut eſt caſus in l.ſi quis diuturno.in fi.
ff.ſi ſer.uend.Sed ſi non eſt ſeruitus,
ſed tantum ius perſonale, poteſt agi
contra illum tantum, qui ceſsit illud
ius,& non cõtra alium:ut l.Caius.ff.
de ali.& ciba.leg.& l.fi. §.fi. de con-
trahen.empt.& habetur in l.fin.ff.de
no.oper.nun.& in l.iij. §.opus.ff. de
ali.iud.mu.cauſa fa.& hoc tenet Bar.
in dicta l.Mela. §.j. quibus omnibus
adde quæ pleniſsime dixi lib.præce-
denti in j.parte.in uer.quomodo co-
gnoſcatur quando ſit ſeruitus realis
& p̄dialis.ubi omnino uide. *Sed 4
circa prædicta poſſet dubitari, quid
ſi aliquis conceſsit mihi ius ducen-
di aquam ex fundo ſuo ad fundum
meum, cauſa faciendi balneum tan-
tum in fundo meo, in quo lauari poſ
ſint panni, uel pro aliquo alio uſu,
qui concernat fundum meũ, an tunc
erit ſeruitus realis uel perſonalis? Et
uidetur, quòd non ſit realis, ſed ſolũ
ius perſonale. per d.l. ut pomum. &
per d.l.pecoris.cum ibi not.per glo.
& Doct.Item quia ſeruitus realis di-
citur illa, quæ fit propter neceſsita-
tem fundi tui debentis ſeruitutem:ut
l.ergo.ff.de ſerui.ruſt.prædio.& no.
per gloſſ.in l.j. §. in prædiis.in uerſi.
ſunt hæ.in fi.eo.titu.& dicam in ſeq.
quæſt.prin. ergo iſta non poteſt eſſe
realis, quia nõ debetur pro neceſsi-
tate fundi, ſed pro perſona tantũ. Et
propterea non uidetur, ꝙ ſit etiam
ſeruitus perſonalis, per ea quæ ſuprà
dicta ſunt.Ego tamẽ puto, quòd imò
ſit ſeruitus prædialis, & realis : quia
prædio debetur, in quo eſt balneum
uel lauellum.& pro hoc alleg.glo.in
l.ij.in uer.cloaca.ff.de ſeruitu.ruſtic.
præd. & gl.in d.l.pecoris.ut colligi-
tur ex illo uerbo, Maxime. & patet
etiam hoc ex his quæ dicã in ſequen.
*Sed quid ſi debetur mihi ius du- 5
cendi aquam ex fundo tuo ad fundũ
meum, puta per fiſtulam cauſa ſer-
uiendi familiæ meæ, puta pro coqui-
na, & pro equis, & aliis neceſſariis
pro domo & familia mea, an erit tũc
ſeruitus realis, an ius perſonale? &
difficultas uidetur in hoc conſiſtere:
quia aut dicimus quod tale ius debe-
batur domui meæ, & erit ſeruitus
realis. aut non, ſeu perſonæ meæ, &
erit ius tantũ perſonale, per ſupradi
cta. Et uidetur ꝙ potius debeatur mi
hi, & ſic ſit ius perſonale:quia princi
paliter iſtud fit ꝓpter me & familiã
meam:& non propter fundum, licet
ſit in fundo:& ideo uidetur ꝙ debe-
mus attendere, quòd principaliter
fit: ut l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi certũ
pet. Ego credo quòd potius ſit ſerui
tus realis, quia debetur fundo meo:
& licet perſonæ cõmoditas quæra-
tur, prædij tamen dicitur. Vnde ius
prædij potius, quàm perſonæ conſi-
deratur:ut l.qui aliena. §.fi.ff. de ne-
go.geſt.& l. uia conſtitui. §. ſi fun-
dus.ff.de ſeruit.ruſt.præd.& pro hoc
uide glo.in l.j. §.in prædiis.quæ in-
cipit, ſupradictæ ſunt nominatæ.ff.
de ſeruit.ruſt.præd.& facit quod di- 6
xi in q.præced. *Item quid ſi con-
cedatur mihi ius aquæ ducendæ ad
piſcariam



piſcariam meã uel ciſternam aut pu-
teũ, an ſit ſeruitus realis, an ius per-
ſonale? & teneo quòd ſit ſeruitus
realis : ex quo debetur ex fundo,
quando piſcaria, puteus, uel ciſterna
ſunt pars fundi : ut l. Iulianus. §. ſi
cum duobus.cũ l.ſeq.ff.de act.empt.
7 & patet ex dictis ſuprà. *Sed tũc
inſurgit dubium, an iſta ſeruitus rea
lis ſit ruſtica uel urbana.De quo dic,
8 ut in proxima quæſt.ſeq. *Vltimo
quid ſi debetur ius aquæ ducendę ex
fundo tuo ad hortum meum irrigan
dum, an ſit ſeruitus realis? & dicen-
dum ſine dubio quòd ſic:quia debe-
tur à fundo & propter neceſsitatem
fundi dominantis : ut probatur in l.
ergo.ff. de ſer.ruſti.præd. & patet ex
9 prædictis. *Sed dubium eſt, an ta-
lis ſeruitus ſit ruſtica uel urbana. In
quo ſic breuiter concludas. Aut u-
terq; eſt fundus ruſticus, & erit ruſti
ca ſeruitus: aut uterq; urbanus, & e-
rit urbana:ut l.j.ff.cõmunia prædio.
cum ſi.aut unus eſt fundus urbanus,
& alius ruſticus, & tunc iudicatur ru
ſtica uel urbana, habito reſpectu ad
fundum cui ſeruitus debetur: quia ſi
ille eſt urbanus, dicetur urbana:ſi eſt
ruſticus, dicetur ruſtica:ut not.gloſſ.
no. in l.j.in uerſic.aream.ff. de ſerui.
urba.præd.& ibi hoc tenent Doct.&
Ang.in d.l.pecoris. De quo uide ple
niſsime in lib.ſuperiori in iiij. diui-
ſione prin.ſeruitutis.& dixi etiam ſu
prà de ſeruitute proiiciendi.in prin.
10 *Quãdo autem dicatur fundus ru
ſticus, uel urbanus: uide in dicta iiij.
prin.diuiſione ſeruitutis.uerſic.quæ
autem dicantur urbana prædia & ru
ſtica.ubi omnino uide:& non omit-
tas, quia per ea quæ ibi dicuntur, de-
clarantur ſuprà ſcriptæ quæſtiones:
& ex prædictis colligi poteſt, quòd
ius aquæ ducendæ licet ſit principa-
liter ruſtica ſeruitus, ut dixi ſuprà in
princip. in diffinitione huius ſerui-
tutis : tamen etiam poteſt eſſe urba-
na:quãdo ſcilicet debetur fundo ur-
bano, ſicut dixi ſuprà de ſeruitute
protegendi, & de ſeruitute oneris
ferendi, quæ poſſunt eſſe ruſticæ &
urbanæ.& dicam etiam infrà, de ſer-
11 ui.ut liceat alicui.in princip. *Ter
tio principaliter quæro, quid conti-
neatur & ueniat in ſeruitute aquædu
ctus, & quid non. Circa quod dicas
primo, quòd ueniunt omnia quæ in
diuiſione ſeruitutis ſuprà in princi.
dicta ſunt.Item uenit aqua tũc, qua-
tenus eſt opus fundo dominanti: ut
l.ergo.in fi.ff.de ſeruitutibus ruſtico
rum prædiorum.& iſtud eſt regula-
riter omnium ſeruitutum realium, ut
ſecundum indigentiam prædij do-
minantis conſtituantur.ut not.Bart.
ff.de uerbor.obliga.l.ca. §. Cato.in
vj.quæſt.princip.& in l.ſtipulationes
non diui.in iiij.quæſt.prin.per d.l.er
go.nec fundo ultrà quàm ei opus eſt
ſeruitutes reales conſtitui poſſunt.
ut no.gl.in l.j. §.in prædiis.in glo.ij.
in fi.ff. de ſer.ru.præ.& ideo ſi cõceſ
ſa eſt uni ſeruitus aquæductus per
me, ꝙ poſſum etiam poſtea alteri cõ
cedere aquæductum, ſi aqua ſatisfa-
cit utriq;:ut l.ij. §.aquæduc.ff.de ſer
uitutibus ruſticorum prædiorum.&
l.Lucio.ff.de aqua quotid.& æſti. &
dicam in vj.quæſt.princip.Sed ſi eſt
mihi conceſſa ſeruitus aquæductus
pro fundo meo, non poſſum eam pro
alieno fundo concedere, quia ſerui-
tus quæ debetur fundo meo, intelli-
gitur ſecundum neceſsitatem fundi
mei,& non alterius : ut dicta l.ergo.
§.fin.& de hoc eſt caſus in l.ex meo.
ff.de ſeruitutib.ruſticorum prædio.
12 *Nec obſtat, ſi dicatur, ſeruitus
mihi cõceſſa per alienum fundum, eſt
mea : ergo de ea diſponere poſſum
ſicut uolo:quia regula eſt, quòd in re
ſua quilibet eſt moderator & arbi-
ter.l.in re mandata.C. man. quia illa

regula ꝓcedit quādo q̄s diſponit de
eo quod eſt ſuū libere; & hoc habe-
bit certā formā, uidelicet ut mihi de-
beatur ꝑ neceſsitatē fundi mei tantū,
à qua forma recedere nō poſſum. l. cū
hi. §. ſi ptor. ff. de tran. cū ſi. & in hoc
non habet locū regula d. l. in re man-
da. ſecundū Bar. & Flo. in d. l. ex meo.
Et quod dixi, ꝙ aquā debitā fundo
meo poſſum alteri fundo cōcedere,
intellige antequā ingreſſa ſit in fun-
dum meū, cuius ſeruitus eſt conſtitu
ta, ſed prius quàm eſt ingreſſa, poſ-
ſum ducere ad alias partes, & alteri
cōcedere pro libito uoluntatis, niſi
nocitura ſit ei fundo ex quo induci-
tur: ut l. j. §. illud. ff. de aqua quot. &
æſti. & not. gl. in d. l. cum eſſent. §. j.
in gl. fi. quam omnino uide eod. titu.
*Itē in ſeruitute aquæductus hoc 13
cōtinetur, ut omnib⁹ partibus fundi
dominantis acquiratur; ut l. uia cōſti
tu. §. quæcūq; ſunt. ff. de ſer. ru. præ.
& ideo dicitur eſſe tota in toto, & to
ta in qualibet eius pte, ſicut anima di
citur eſſe tota in toto corpore, & to
ta in qualibet eius parte. ut no. Bar. in
l. ſtipulationes non diui. in iij. col. ff.
de uer. ob. Et ex prædictis infert ad
plures cōcluſiones. Prima eſt, ꝙ ſi
fundo meo debetur ſeruitus aqdū. il
lud ius ſeruitutis eſt totū in toto fun
do meo, & totū in qualibet eius par
te. Secunda cōcluſio eſt, ꝙ licet il-
la aqua ſit magis utilis uel neceſſaria
uni partiū dicti fundi mei quam alte
ri parti, nō cōſideratur iſta maior uti
litas uel neceſsitas, à qua eſt tota iſta
ſeruit⁹ in qualibet pte fundi [a] mei do
minatis: ut eſt tex. in l. ſi parte fundi,
ff. de ſer. ruſt. præd. & ibi hoc no. per
Doc. & uide qđ dicā in ſexta cōclu-
ſione. Tertia cōcluſio, ſi ueditur
certa pars fundi, cui debetur ſeruitus
aquædu. illa ſeruitus debetur etiā il-
li parti fundi alienati: & debetur in-
ſolidum pro indiuiſo: ut d. l. ſi parte
fundi. Quarta concluſio eſt, ꝙ cō
moditas ſeu uſus dictæ aquæ debet
diuidi inter me & illū, q eſt iuxta par
tem fundi dominantis: ut d. l. ſi parte.
non aūt ſeruitus diuiditur; quia illa
eſt indiuidua: ut not. gl. ibi, in l. j. §. ſi
uſusf. ff. ad l. Falc. & l. uiæ. ff. de ſerui.
cū ſi. Quinta cōcluſio, ꝙ illa com
moditas aquæ debet diuidi pro men
ſura fundi dominantis, nō reſpectu
partium fundi utilitatis, uel bonita
tis. & ſic quantitatiuè nō qualifica-
tiuè: ut eſt caſus no. in d. l. ſi parte fun
di: & ibi hoc no. per Doct. Et quæ ſit
ratio decidendi, quare fit diuiſio ſe-
cundū quātitatē agri, & nō ſecundū
bonitatē, dicit ibi Bar. cogitabitis. &
Doc. aliter non declarant. ego credo
quòd ratio ſit illa, quia ſeruitus eſt to
ta in toto, & tota in qualibet eius
parte, ut dixi: & ſic ſeruitus ineſt fun
do nō reſpectiue ad bonitatē uel ad
precioſitatem fundi dominantis: ſed
pro qualitate; & qualiter ergo diui-
ſio aquæ ſeruiētis debet fieri, ſecun-
dum ꝙ ipſa ſeruitus debetur: * quia 14
talia ſunt ſubiecta, qualia prædicata
demonſtrāt: ut eſt gl. in c. dudū. in ſi.
in uerſic. prohibemus. extra de deci.
& ſic ecōtra, talia ſunt ꝑdicata, qua-
lia ſubiecta demōſtrant: ut l. ſtipula-
tio iſta. §. hi qui. & ibi hoc no. Pet. &
Bar. ff. de uerb. ob. & ſi qualitates, re-
gulariter & ſubiectum. Nec huic con
cluſioni ob. l. quicqd. ff. de acqui. re.
do. ubi habetur, ꝙ inſpicitur boni-
tas rei: quia ibi loquitur, quando una
res nō poteſt duobus accedere, quia
tunc accedit precioſiori. Sed quādo
poteſt accedere duobus, tunc nō in-
ſpicitur precioſitas uel bonitas; ut d.
l. ſi partem fundi. & hoc no. Doctor.
Sexta concluſio eſt, quòd diuiſio
aquæ ſeruientis debet fieri pro men
ſura quantitatis fundi, & non pro ne
ceſsitate partis fundi: & ideo deben-
tur decē unciæ aquæ uni fundo, qui

a Parte fun. *Pars dicitur fundus, & ueniit i legato fundi. l. plane. §. fi. de legat. j. in Spec. de prob. §. j. uerſi. quid ſi pars.*



ſit decem iugerū: & dominus prædij
dominātis uēdidit quinq; iugera cer
ta pro diuiſo: licet alia quinq; iuge-
ra indigeāt magis aqua, quam uendi
ta: tamē diuiſio aquæ inter emptorē
& uenditorem debet fieri pro dimi-
dia: ut eſt caſus no. in d. l. ſi parte fun-
di. ibi, aut quæ maxime uſum eius a-
quæ deſiderat. ff. de ſerui. ruſt. præd.
& per illū text. infert ibi Bal. & Ang.
15 & Lud.* ꝙ diſtributiones quotidia-
næ non debent fieri ſecundū corpo-
ra plus & minus indigētia pro ſuo ui
ctu: ut habetur in c. cū acceſsiſſent.
de conſti. de quo uide per Inno. in c.
cum M. Ferrarieſis. eo. tit. qui dicit ꝙ
præſtandæ ſunt ſecundū cōſuetudi-
nem: & ubi conſuetudo non eſt: quia
puta de nouo eccleſia eſt ædificata,
uel de nouo dantur diſtributiones
quotidianę. dicit ꝙ ſi diſtributiones
ſunt exiſtentes de cellario ad uictum
quotidianum fiunt ueriſimiliter. Sed
illa quæ dantur pro indumentis, de-
bent præſtari ſecundū neceſsitatem
perſonarū: & ſic quādo debetur ali-
menta ex cōtractu, uel ultima uolun
tate: & hoc ſequitur Angel. in d. l. ſi
partem fundi. quod bene not. maxi-
me pro grauatis in teſtamēto ad prę-
ſtandum eleemoſynā: quia debetur
eleemoſyna uiriliter, & ueſtimēta ſe-
cundū cōditionem pauperū: & ſic in
ueſtimentis poſſunt executores uel
hæredes plus dare uni pauperi, quàm
alteri. Sed in eleemoſynis quæ cōcer
nunt uictum quotidianū, ſicut eſt pa
nis uictus, & ſimilia, nō poſſunt plus
16 dari uni quàm alteri. *Item no. pro
ſcholaribus, qui ſtāt in collegiis ex-
penſis collegij: quia prætor non de-
bet dare expenſas quotidianas, niſi
uiriliter dato quòd unus plus come-
dat quàm alter: & hoc uidi de facto
Bonon. in collegio Hiſpanorum, in
quo erat unus ſcholaris Polonus, qui
tantum ſolus comedebat, quantum
quatuor alij. Septimam cōcluſio-
nem infero ex prædictis: quia licet
ſeruitus aquædu. & quælibet alia rea
lis debeatur pro neceſsitate fundi do
minantis: ut l. ergo. §. fi. in præal. &
ſuprà dixi. tamen eſt intelligēda & li
mitanda ut habeat locum habito re-
ſpectu ad tēpus quo ſeruitus impo-
nitur: ſed poſtquam eſt impoſita, &
ſic eſt tota in toto, & tota in quali-
bet eius parte: tunc dicitur eſſe æqua
liter pro quantitate fundi: & ideo li-
cet una pars magis indigeat aqua,
quàm alia, tamē hoc non cōſideratur,
imo aqua debet diuidi æqualiter [a]
pro qualitate iugerum. quod eſt no.
Octaua cōcluſio eſt, quia licet do
minus prædij dominantis, cui ſerui-
tus aquæduc. debebatur magis & fre
quentius illa aqua in una parte dicti
fundi uteretur quam in alia: imò & ſi
cōmuniter uteretur in una parte, ſi
tamen uendidit illā partem fundi, in
qua minus & raro utebatur dicta a-
qua, diuiſio cōmoditatis ſeu uſus di
ctæ aquæ debet fieri pro menſura a-
gri, & pro parte uēdita debetur em-
ptori: ut eſt caſus not. in d. l. ſi partem
fundi. quod perpetuo tene menti. Nec
ob. huic cōcluſioni illa regula, quæ
dicit, ꝙ uſus partis eſt attendendus. l.
Seiæ. §. tyrannæ. ff. de fun. do. & l. ſi
ſeruus pluriū. §. fi. de le. j. quia illa re
gula procedit in his q ſunt diuidua,
uel quæ reſpiciunt perſonā. ſed iſtæ
ſeruitutes aquęduc. iudicātur potius
ius quoddā reale competens prædio
magis quam perſonæ: ut l. ſi mihi eo
tēpore. §. fi. ff. de ſer. ru. præ. & l. qui
aliena. §. fi. ff. de neg. ge. Itē ita ſerui-
tus eſt diuidua, & reſpicit totā partē
fundi, ut dixit gl. ergo licet paterfa.
dominus prædij dominantis ſit uſus
commoditate aquæ pro parte, tamen
hoc nō reſpicit uſum patrisfa. ad hoc
ut cenſeatur ſeruitutē amiſiſſe: quia
hoc nō pōt eſſe, ut dixi, ut eſt ſi pro-



a Aequaliter. *Cum quid fieri debet, debet fieri arbitrio boni uiri. Bar. in l. j. in prin. ff. de annu. leg. Et adde dicta per Barto. in l. cum pater. §. dulciſſimus. de lega. ij. & in l. Lucius. in prin. ff. ad Treb.*

mittatur, uel aliàs cõſtituatur. Nona cõcluſio, ſi ſeruitutis aquęd. in fundo unius dominãtis in una pte dicti fundi aqua nõ eſt neceſſaria uel utilis: tunc ſeruitus non dicitur ei parti fundi deberi. p l. ergo. §. fin. ff. de ſer. ru. præ. & ita tenet Bar. Flo. & Doct. in d. l. ſi partem fun. eo. tit. quod not.

Ex quo ſequitur decima, & ultima cõcluſio, ꝙ in caſu, ſi dominus prædij dominatis uendit uni illã partem fundi, cui aqua nõ eſt neceſſaria, uel utilis ad emptorẽ, uel eius partẽ, non trãſit ſeruitus uel commoditas illius aquædu. uel ſi aliam partem uẽdidit, cui aqua non eſt utilis uel neceſſaria: tunc tota ſeruitus aquæductus ſequitur partẽ uenditam, & nihil debetur parti retentæ per uenditorẽ. per d. l. ſi partẽ fun. q omnia bene not. quia ſunt quotidiana & utilia. *Sed quid 17
ſi à principio ſeruitutis cõſtitutæ fundus dominãs indigebat aqua, & nũc ex aliqua cauſa non indigeat, an deſinat[a] ſeruitus in perpetuum cõpetere? & puto ſic eſſe dicendũ: Aut deſinit indigere, ita ꝙ amplius ea aqua ad uſum conceſſum uti nõ poſsit: & & tunc deſinit cõpetere dicta ſeruitus, quia ceſſat fundamentum ipſius ſeruitutis: ut d. l. ergo. §. fi. Aut deſinit competere ad tempus, & tunc teneo ꝙ ſeruitus hæc non pereat, licet aqua ad alium uſum uti non poſsit dominus prædij dominantis. per ea quę dicta ſunt ſuprà maxime in prin. facit quod habetur in l. unus ex ſociis. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de ſer. ru. prædio.

*a An deſinat. Deſinere uelle qũo quis probetur, no. i l. quod ait. §. aut lex. ff. de diuor.*

18 *Itẽ qd ſi debetur ſeruitus aquædu. fun. meo qui eſt x. iugerũ, & poſtea auctus eſt fundus meus, an propter hoc creſcat ſeruitus aquæduct. dicas quòd non: ut eſt caſus in l. non meus. C. de ſeruit. de quo dic, ut ibi per gl. & Doc. *Itẽ habẽs ſeruitutẽ 19
aquæductus, an poſsit facere riuum in fundo ſeruientis, per quem aquam ducat ad fundũ dominantem? Si uult facere de lapidibus uiuis etiam ſupra terram, nõ poteſt: ut l. ſi prius. §. placuit. ff. de aqua plu. ar. & dixi ſuprà in diffinitione huius ſeruitutis. *Sed 20
nunquid poſsit cauare riuum ſimpliciter? dic ut dicã infrà in ix. q. princ.

*Sed poſito ꝗ poſsit facere riuum 21
uel de iure uel ex permiſsione, an dominus prædij dominantis poterit illum riuũ purgare & reficere? dicas ꝙ ſic: ut l. refectionis. §. j. ff. communi. præd. & l. j. §. pen. ff. de riuis. & uide quæ dixi in præcedenti lib. in tit. de refectione. *Item ille qui habet ius 22
ducedi aquam per fundum alterius, poteſt per cuiuſcunq; parte fundi ſeruientis aquam ducere ab initio: ſed poſtquã incœpit ducere per unã partem, non poteſt poſtea uariando per aliam parte ducere: ut l. fi. & ibi Bart. ff. de aqua quo. & æſtiu. de quo uide in l. ſi cui. ff. de ſer. & in l. ſi uia. ff. de ſeruit. ruſt. præd. Vbi etiam ponitur, cuius eſt electio loci: an domini concedẽtis ſeruitutem, uel eius hæredis, an uero eius cui ſeruitus eſt conſtituta. de quo dic ut plene dixi in li. præ. in ti. de ſer. iti. uer. nũquid habens ſeruitutem itineris. Item ſi is qui duo prædia habebat, in unius uenditione aquã quæ in fundo uendito naſcebatur, & circa eã aquam late decem pedes exceſſerant, uidetur circa eã aquã latam decem pedes dũtaxat exceſsiſſe: ut eſt caſus not. in l. qui duo prædia. ff. de ſer. ruſt. præd. *Item in cõ 23
ceſsione ſeruitutis aquæduc. ſemper ſubintelligitur ſine dãno alterius: ut l. imperator. ff. de ſer. ru. præ. & probatur in l. ſi quis à principe. §. tamen. ff. ne quid in loco pu. & in l. nec amiſ. C. de eman. li. De quo dic ut plene dixi ſuprà in libro præcedenti. Et propterea in conceſsione aquæductus intelliguntur ſemper reſeruata iura, & commoditates eius: cui primo facta



cta eſt conceſsio: ut l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. & l. Lucio. ff. de aqua quotid. & æſti. Quia priuilegia uni conceſſa, alteri dari nõ debent: ut l. decurionibus. C. de ſilentiariis. libro xi. Et quia ſi princeps conceſsit pluribus beneficium: qui prior eſt tempore, potior eſt in iure. argu. dict. l. in concedendo. & l. hoc iuris. §. j. ff. de aqua quotidia. & æſti. & c. j. qui ſucceſsio. tene. in uſibus feud. & ideo dixit Bald. in titu. de pace Conſtan. in xxxiij. col. in conceſſionibus. de aquis pu. ſemper uidentur reſeruata iura commoditatis eius cui primo facta eſt conceſsio: imo dico plus, quòd etiam in conceſsione aquæduc. dicetur non obſtante conceſsione alteri facta: quia intelligeretur de inualida: & pro hoc allego ſingulare dictum Compo. in c. cauſam quæ. in fi. extra de nupt. quod ſequitur ibi Anto. de But. & Doct. ubi dicunt, quòd ſi Papa contulit alicui beneficium non obſtante collatione alteri facta: intelligetur de inualida, ne alteri præiudicetur. Item ſi datur alicui beneficium cũ clauſula ut præferatur aliis: quia intelligitur niſi eis fuerit ius quæſitum. quod perpetuo tene mẽti. Et uide quæ dicam in vij. q. prin. ubi ponã per quę locum poſſit aqua duci. & uide etiam ibi in viij. quæſtio. princip. ubi dicetur an mutato alueo poſsit competere ſerui-
24 tus aquæduc. *Quarto principaliter quæro, quomodo & qualiter acquiratur ſeruitus aquæductus. & dic pluribus modis. primo pactionibus & ſuppletionibus: quia ſic acquiri poſſunt etiã aliæ ſeruitutes: ut inſti. de ſer. §. ſi quis uelit. & l. ſi unam. in prin. in uer. ſecundũ expoſitionẽ gl. quæ exponit pactum. ff. de aqua plu. ar. & l. j. §. deniq;. ibi, ſit tamẽ lex. co. Itẽ acquiritur teſtamento, uel codicillis, uel qualibet alia ultima uolũtate ut l. uſusfructus. in principio. ff. de uſufructu. & inſtit. de uſufructu. §. j. Item per ſententiam. argu. dict. l. uſusfruct. conſtituitur. Item præſcriptione: ut l. ij. C. de ſeruitu. & aqua. & ibi hoc plene not. per glo. & Doc. & hoc procedit ſiue aqua ſit priuata, ut ibi, ſiue publica. Sed primo caſu quantum tempus requiratur, uide ibi notanter per gloſſ. & Doctor. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeruitu. tit. generali. & per text. gloſſ. & Doctor. in l. j. §. fina. ff. de aqua pluuia arcen. & dixi plene ſuprà in j. lib. in viij. q. princip. ubi omnino uide de hoc.

In caſu uero ſecundo, quando aqua ducitur de pub. dic quòd requiritur tãtum tempus, cuius initij memoria non exiſtat in contrarium: ut l. uſum aquæ. C. de aquæduc. lib. xi. & ibi hoc no. Bar. in l. diligenter. eo. tit. & adde quod ſtatim dicã, uer. ſed nunquid aqua. Item acquiritur[a] conſuetudine: ut l. j. §. deniq;. & ibi per gl. & Doct. ff. de aqua plu. arc. & l. in ſumma. ibi, loci uetuſtas. eod. titu. & argu. l. j. cum ibi no. C. quæ ſit longa conſuetu. & c. fi. extra. de conſue. ubi etiam no. per glo. & Doctor. an talis conſuetudo debeat eſſe præſcripta: de quo dic ut ibi. Item quòd ius aquæ competit ex pactionibus priuatorum: ut not. Bald. in titu. de pace Conſtã. in xxxiiij. col. & dicit, quòd in aliquibus molendinis, paſcuis. & fontibus. & in ipſorum commoditatibus, & incommoditatibus aquarum, ſtandum eſt antiquitati: per illum textum. Item dixit idem in c. j. in §. ſi quis. de manſo. in v. col. titu. de controuerſia inueſti. in uſib. feud. quòd in aquarum ductu non inſpicimus principium aquæ, unde decurrit, ſed alueos & meatus, unde tranſit in uetuſtiſsimũ aquarum curſum: & ſecũdum eorum qualitatem de uſu aquę iudicare debemus: quod

*a Acquiritur. Acquiſitio per quas perſonas fieri poteſt: uide in tit. C. per quas perſonas no. acquir. & inſtit. eo. titu.*

nota. *Sed nunquid aqua per ſeipſum fluens poſsit inducere præſcriptionem uel conſuetudinē? dic quod non: quia nō eſt res animata: per rem inanimatam nihil nobis acquiritur. Oportet enim in præſcriptionibus aliquem uſum interceſsiſſe: quo principiato ſufficit aquā per ſe fluere. ff. quead. ſeruitutes ami. l. qui partem. & l. qui fundum. eod. titu. Conſuetudine etiam ſufficit, quòd habuerit initium a multis utentibus: nam poſtea perficitur ſolo curſu temporis: ut l. uenditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. & ita tenet Bald. in c. j. §. ſi quis. de manſo. in vj. col. in fi. in tit. de contro. inueſti. quod perpetuo tene menti. Item l. cōmuni uel ſtatuto, ſeu l. municipali acquiri poteſt ſeruitus aquæduc. ut l. in ſumma. in princ. in uerſicu. j. ff. de aqua pluuia arcen. & l. ij. in princip. in uer. j. coniuncta gloſſ. ſecundum primam expoſitionem, dum dicit, ſi nuptiali. & argu. l. iij. §. plane. & l. ſi non. l. nuptialis. ff. quod ui aut clam. & l. j. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arcen. Item natura agri ſeruanda eſt, ut ſemper inferior ſuperiori ſeruiat. Hoc enim incommodum naturaliter pati debet ager inferior a ſuperiore, quod cōpenſare debet cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit: ita etiam ad eum aquæ incommodum defluet: ut eſt text. in §. deniq;. quem not. quia aquæ naturaliter dicuntur deſcendere ad inferiora. Et ideo illi qui habent agros in parte ſuperiori, non tenentur retinere aquam in ſuo, ſed poſſunt eam retinere inferiores, qui coguntur illam recipere. & iſta appellatur quaſi ſeruitus. ut dicit text. in dicta l. j. §. fina. cum l. ſequen. ff. de aqua pluuia arcen. & hoc tenet Bartol. in l. quominus. in ij. queſt. princi. ff. de flu. qui dicit. ꝙ hoc debet eſſe uerum in ci-
25 uitatibus Italię, quæ ſibi de conſuetudine præſcripſerunt merum imperium, & portus, & flumina, & ſimilia. Sed de iure communi prædicta ſunt principis: ut in c. j. quæ ſint re. in uſu. feu. & ſic non poſſunt concedi à l. nuptiali. & adde quæ dixi ſupra de ſeruitute ui. in x. quæſt. Item ex reſcripto principis uel ſenatus acquiritur. l. quòd principalis. ff. de aqua pluuia arcen. & l. permittitur. ff. de aqua quoti. & æſti. & not. Barto. in dicta l. quominus. in ij. quæſtio. principali.
*Sed pone quæſtionem, quam ha- 26
bui de facto Veronæ. Oritur aqua in certo fundo ſuperiore, & deſcendit ad partes inferiores per quendam alueum: quando ueniunt aquę pluuiales, creſcit aqua adeo, quòd in alueo contineri non poteſt: an tūc ille qui eſt in parte ſuperiori, cogatur eleuare ripas, ita quòd diſcurrat per alueum uſque ad ultimas partes: puta flumen uel mare: an uero poſsit dimittere quòd aqua diſcurrat ſuprà ripas. Dicitur quòd ſic: niſi noceat habentibus agros inferiores iuxta ripam eleuandam. ego dico quòd cogi non poteſt per inferiorem, ſed inferior bene poterit munire & eleuare ſuis expenſis: ut eſt caſus in dicta l. j. §. fin. & hoc intellige, quando pacto uel uetuſtate ita debet duci aqua per dictum alueum uel locum. ut gloſſ. not. ibi in uer. munire. alias ſecus. Item hoc intellige quando per alueum aqua diſcurrere poteſt ſine damno ſuperioris. Secus ſi fieret dānum ſuperiori: quia aqua inundaret agros ſuperiores. exemplum, ſi à lateribus aluei diſcurrunt aquæ in partibus ſuperioribus: nam hoc caſu ripæ non poſſunt eleuari: quia ſi alueus eſt inuentus ad ducendam aquam ad partes inferiores, non debet aliquid fieri in eo propter quod aqua retineatur ad partes ſuperior



periores: quia iſtud eſt contra naturam agri, quę eſt ut aqua deſcēdat, & inferior ipſam recipiat: ut d. §. deniq; quod perpetuo tene menti: quia ſępe de facto cōtingit: & adde quod dixi
27 inferius. *Quinto principaliter quęritur, quis poſsit cōcedere & habere totā ſeruitutem aquæductus: & quis poſsit cogi ad aquā ducendā. Circa quod ſic dicas: aut quis uult concedere aquæductum ex flumine priuato ſuo, aut ex flumine priuato alterius, aut ex flumine publ. Primo caſu quando flumen eſt ſuū propriū, poteſt regulariter ex eo cōcedere aquæductū. l. Lucio. ff. de aqua quo. & æſti. & l. in concedendo. ff. de aqua plu. ar. & l. ij. & l. aquam. C. de ſer. & aqua. & l. ex meo. ff. de ſeruitutib. ruſticorum prædior. & l. uia conſtitui. §. ſi lacus. eo. tit. & eſt ratio, quia in re ſua quilibet eſt moderator & arbi
28 ter. l. in re mandata. C. man. *Et flumen poteſt dici priuatū eſſe alicuius, tribus modis. Primo ratione originis ipſius fluminis: puta quia habet ortum in fundo ſuo: ut d. l. quam. & l. ex meo. cū aliis ibi alleg. & l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſerui. uendice. & l. præſes. C. de ſeruit. & aqua. Secundo ex principis conceſsione. arg. l. ij. in princ. ff. ne quid in loc. publi. Tertio ex conſuetudine uel præſcriptione. argum. dict. leg. j. §. deniq;. & §. fin. cum l. ſequen. ff. de aqua plu. ar. & l. ij. cum ibi no. C. de ſer. & aqua. & dixi in q. præced. Secundo caſu quando flumen eſt priuatū, quia alterius: & tunc regulariter quis non poteſt concedere aquæductum ex illo flumine, niſi qui eſt dominus illius fluminis, uel eius uoluntate: ut l. ij. & l. aquam C. de ſeru. & aqua. & in his caſibus ſi flumen priuatum eſt perenne, poteſt eſſe ſeruitus aquæductus. Sed quando flumen non eſt perenne, iſta conſtitutio ſeruitutis de rigore non tenet: ſed de æquitate ſic: ut l. ij. & ibi hoc nota. Bartol. Angelus, & Doctor, ff. communi. prædior. Poſſet etiam in his duobus princeps, uel ſtatutum diſponere pro publica utilitate [a], quòd uicini poſsint illam aquam ducere ad agros ſuos irrigandos, uel ad alios uſus: prout no. in l. fi. C. ſi contra ius uel utilit. publi. & in c. quæ in eccleſiarum. extrà de conſtit. Tertio caſu, quando flumen eſt pub. puta quando eſt perenne. ut l. j. §. fluminum. ff. ne quid in loc. pub. quod poteſt eſſe tribus modis. Vno modo flumen nauigabile: ut eſt Padus, Atheſis, & Brenta. alio modo dicitur flumen pu. quod non eſt nauigabile: ſed trahitur ex flumine nauigabili. ut l. j. §. non autem. cum ibi no. ff. ne quid in lo. pub. & dicitur per Bartol. in l. quominus. in prin. in ij. & iij. opin. & in ij. q. ff. de flu. & in iſtis duobus caſibus quæritur aquæduct. dupliciter. ſcilicet ex conceſsione principis, cuius ſunt omnia talia flumina: uel ex conceſsione ciuitatis, quæ habet merum imperium: ut dixi in q. præce. Secundo per tantum tempus cuius initij memoria non exiſtat: ut l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua plu. ar. & habetur per gl. in l. imperatores. ff. de ſerui. ru. præ. non autem per priuatum concedi poteſt. ut l. ij. ff. communia prædior. & adde quod dixi in præceden. quæſt. princi. Tertio modo dicitur flumen publicum, quando non eſt nauigabile, nec facit aliud nauigabile, puta ſi eſt quidam alueus paruus, uel fons: & tunc acquiritur etiam ſine conceſsione alicuius, ſed per ſuam occupationem, ſicut cætera quæ ſunt in nullius bonis: & qui primo occupat, præfertur omnibus. in d. l. quominus. & ibi per Bartol. in iij. quæſt. princip. & l. ſi mihi eodem tempore. §. ſi fundo. & l. imperatores. ff. de ſeruit. ruſtico. prædio. dum

a Publi. utili. *Vtilitas publica præfert priuatæ. l. j. §. fin. & ibi Bar. C. de ca. tol. & l. i. & ibi Doct. ff. ſo. mat. et ibi Bart. in vj. col. in uer. cū enim quæritur utrū publica utilitas. tex. et Doc. in aut. res quæ. C. comuni. de le. quod uerum etiā ſi includat in ſe priuatā. uide ī Spec. de feu. §. quoniam. uer. xvj.*

modo per iſtum aquæductum non fiat iniuria ſeu damnum uicinis circuncolentibus: ut habetur in d.l. imperatores.& in l.ij.§.ſunt q autẽ putant.in fi.ff.ne quid in flu.pu.& adde quod dixi in q.præcedenti, ad fin.& adde etiã quæ dixi in li.præcedẽti.in iij.q.princ.in uer.item imperator ſeu princeps.uſq; ad fi.illius. Item ille poteſt habere ſeruitutẽ aquæduc.qui habet fundum ad quem ducitur: puta cauſa ipſum irrigandi:alias ſecus: ut l.j.ff. communia prædio.cum ſi.ſuprà in prin.in diffinitione huius ſeruitutis. Item ille qui emit uel aliter acquiſiuit pdiũ,cui ſeruitus aquædu.debebatur, poteſt & debet ſeruitutẽ habere:quia illa ſeruitus debita prædio acquiſito tranſit cum prædio:ut l. ſi aquæductus.ff.de contra.empt.& l.ſi partem.in prin.ff.de ſer.ru.prædio. Secus ſi prius ſeruitus prædio non debebatur, quia uendito fundo, uel aliter alienato, non debetur ſeruitus aquæduc.uel alia ſeruitus, niſi dictum ſit:ut in l.uendedo.in prin.& ibi hoc no.gl.ff.de contra.empt.& ita etiam tenet Bart.in l.uia conſtitui.§.quocunq;.ff.de ſer.ru.præ. Item quis poteſt habere ſeruitutem aquæduct. in omnibus caſibus, in quibus poteſt eã acquirere. De quibus uide in q. præcedenti, etiam in quibus poteſt ſeruitus aquæduct.concedi:ut dicã in vij.q.prin. Item regulariter quis non poteſt cogi ad aquam ducendam maxime iure ſeruitutis: quia natura ſeruitutis non eſt ut quis aliquid faciat, ſed aliquid patiatur, uel non faciat: ut l.quot.la j §.fin. ff.de ſer.& adde quod dixi ſupra in iij.q.princip. poſt prin. & quæ pleniſsime dicta ſunt in præcedenti li.in iij.q.princi. & quod dicam in ſequent. q. uer. ſed quid ſi tu cui primo conceſsi etiam.

a Cõceſ.uni. *Aqua uni cõceſſa poteſt alteri cõcedi, ſi utriq; ſufficiat, nõ aliter, ſecundum gloſ. Bartol. Bal. & Doct. ĩ l. aqua.uerſi. ſed quæro. C. de ſer. & Bar. ĩ l.ĩ cõcedẽdo.ff. de aqua pl.arc. et Bal.ĩ l.ſi plures.j.co.ĩ uer.itẽ ſi duo.C. de cõd.inſer.et ĩ c. j. §. ſi quis de miſſo.vj.col. in uer. cõſidera q quæd.i.de cotr.inueſti. ĩ uſi.fe. & Bar.ĩ l.quominus.v.q.ff. de flu.et Flo.ĩ l. p quẽ locũ.ff.de ſer.ru.p̃d.et ĩ l. ij.§.aquæduc.ff.co.ti. & per Alex.cõſil.xxj. iiij.parte.*

29 *Quęro ſexto principaliter, cui uel quibus poſsit ſeruitus aquæductus concedi. Et dic, quòd poteſt concedi pluribus, & per eundem locum, ut eiſdem diebus uel horis ducatur, ſi omnibus ſufficiens eſt:ut l.ij.§.ſi aquæductus.ff.de ſer.ruſt.præd.& l.Lucio.ff. de aqua quoti.& æſti.

30 *Sed ſi conceſsi primo uni[a], an poſsim poſtea alteri concedere? Diſtingue breuiter ſic:Aut ille cui primo conceſsi, conſentit & poſſum.l.in concedendo.ff. de aqua plu.arc.& no.gl. in l.Lucio. ff.de aqua quo.& æſti facit l.aquam. c.de ſer. Aut non conſentit.& tũc aut per iſtã conceſsionem ſecundã ei nocet:puta quia aqua non eſt ſufficiens utriq;:& pro eodem tempore conceditur:& tunc non poteſt:ut d.l.in cõcedendo.& per l.per quem locum.ff. de ſer.ru.præ.& d.l.aqua. Aut per iſtã ſecundam conceſsionem non nocet primo, cui eſt facta conceſsio : puta quia aqua eſt ſufficiens utriq;.uel diuerſis temporibus conceditur:& tũc poteſt:ut d.l.ij.§.ſi aquæduct.& d.l. Lucio.& ibi gl.no.etiam glo.in d.l. aqua. Et ita fuit determinatum Bononiæ, ubi communitas conceſſerat aquam,& fratres minores, quibus ſecundo commune conceſsit, nolebat: & fuit iudicatum quòd ualeret ſecũda conceſsio, quia non derogabat priori, ex quo aqua utriq; ſufficiebat, uel ſufficere poterat, per prædicta. Sed quid ſi conceditur pluribus ſimul uel ſeparatim, uel ſimpliciter ſeruitus aquæductus, ita quòd ualeat, quia omnibus ſufficit, & non cõueniunt quemadmodum utatur? Dic quòd utile iudicium communi diuidundo eis datur, ut ſcilicet aqua uel menſura uel temporibus diuidatur: ut d.l.Lucio.cũ gl.

31 *Sed quid ſi tu, cui primo conceſsi ſeruitutem aquæductus, uis poſtea alteri concedere, an poſsis? Et in hoc conſidera quatuor caſus. Primus eſt, ſi uis concedere, ut ille extrahat de fundo primi

con



cõcedentis,& nõ potes: ut l.ex meo. ff.de ſer.ruſti prædio. Secundus caſus, ſi uis concedere, ut extrahat de fundo medio, per quem aqua ducitur canali, per quod perueniat ad fundũ tuum:& idem, quia illa ſeruitus aquę ductus eſt ibi conceſſa pro neceſsitate fundi tui, & non alterius. ut l.ergo.ff.de ſer.ruſt. præ.nec potes illam aquam tanquam tuam concedere alteri : quia non eſt tua antequam ingrediatur fundũ tuum:ut l.j.§.illud. ff.de aqua quo.& æſti. Tertius caſus, ſi uis alteri concedere, poſtquam in fundũ tuũ aqua ingreſſa eſt,& potes:quia effecta eſt tua, niſi nocitura ſit meo fundo, ex quo ſeruitus inducitur:ut d.§.illud.& no.gloſſ.in d.l. ex meo.& dixi ſuprà in iij.q.prin. circa prin. Quartus & ultimus caſus eſt, ſi aqua exiuiſſet de fundo tuo: & tu regulariter non poſſes alteri concedere dictã aquã: quia eadẽ ratione quam primum aqua ingreſſa eſt aliũ fundum uicini, eſt effecta ſua : ut d. §.illud.ergo de ea tu non potes diſponere. Sed iſta regula fallit, quando iſta ſeruitus imponeretur per te, antequam peruenerit ad locum inferiorem de ipſius uoluntate. per l. aquam.C.de ſeruitut. & aqua. Exemplum: aqua dũ exiuit de fundo tuo, poteſt diſcurrere per diuerſa loca ad fundos uicinorum, & eſt in poteſtate tua , per quam partem facias exire aquam : nam potes cum uno uicino inferiori, ſi aqua eſt utilis , conuenire de dimittendo dictam aquam ad fundũ ſuũ, cum hoc quòd poſtquam irrigauerit fundum, teneatur mittere ad alium certum fundum inferiorem : & iſto modo potero imponere ſeruitutem aquæduct. poſtquam exiuerit de fundo tuo:ut d.l.aquam.ubi hoc probatur.C.de ſerui.& aqua. Et prædicta omnia intellige, quando ille cui conceditur ſeruitus aquæductus habet fundum ad quem aqua duci debet:alias ſecus.ut l.j.ff.com.prædio. & dixi in q.præcedenti.ante fin.

32 * Quæro ſeptimo principaliter, quomodo,& qualiter, & quando,& per quem locum conſtitui uel acquiri poſsit ſeruitus aquæduct. Et dic, quòd acquiri poteſt his modis, de quibus ſuprà in iij.quæſtione princ. facit l.uia.ff. de ſeruit. Item ſeruitus aquæductus olim non niſi ex capite uel fonte conſtitui poterat: ſed hoc hodie ex quocunq; loco conſtitui poteſt : ut l.ſeruitus aquæduct. ff.de ſeruit.ruſticor. prædior. & caput aquæ ſeu fluminis dicitur, unde aqua naſcitur: ut l. j. §. hoc interdicto.ff.de aqua quo.& æſti.& not.gl. in d.l.ſeruitus aquæ. & not. principaliter per Barto. in tracta.de inſula. in ix.colũ. & plenius per Bald.in l.j. in vj.colũ.uerſi.rem not.quod agit. ff.de rerum di. Item ſeruitus aquæ inuentæ & inueniendæ conſtitui poteſt.l.Labeo.ff.de ſeruit.ruſticor.prædior.de quo dic,ut dixi ſuprà in j. q. princi. Item poteſt conſtitui ſeruitus & aquæduct. per interualla temporis:puta certis diebus uel horis.l.modum.l.j.§.j.ff.de ſeruitu.& l.j. §. ſi aquæductus.ff.de ſeruit. ruſt. prædio. & l.ſi ſit conſtituta.& l.ſi cui.in principio.ff.quemadm.ſeruitut. amitt. & l.ſi diuturnarum. & l.cum conſtet.in princip. ff. de aqua quo.& æſti. Item poteſt conſtitui ſeruitus, ut aqua diuidatur[a] per menſuras, puta per uncias & digitos:ut d.l.cum conſtat.in princ.& l.pe.ff.de ſer.ruſt. prædio.& not. quòd tantum ſignificat dicere, concedo tibi unũ digitũ aquæ:quantũ, do tibi licentiã ut ducas aquã per unum digitũ ferreum uacuum : nam per roſtra animaliũ imaginaria, puta ferrea, uel ænea, & per ora,& digitos ſolemus aquam ducere, ſecundum Angel.in dicta l.pe.

a Aqua diui. *Aqua pluribus debita, iure ſeruitutis, debet diuidi iter oẽs, quibus debetur. Bal.ĩ l.pe j.col. in uer.ite ſi duo habet. C.de cõdi.inſer. et in l. ſi qs. et ibi Bar. C.de aquæd.li. xi.et Bal.in ti. de pa.Cõſt. §. nos Romanor. iij.co. in fi.uer. item not. quod interdum.*

33 *Digitus

autem

autem dicitur ſecundum Iſido. mi-
nima pars agreſtium menſurarum:&
uncia quæ cōtinet tres digitos: ut di
xi in l.iij.in princ.in x.q.ff.de uerbo.
ſig.ubi poſui de ponderibus & men-
ſuris. Item ex loco domini proprie-
tarij,uel de eius uoluntate conſtitui
poteſt ſeruitus aquæduc.ut l.aquam.
C. de ſer.& ex fundo liuellario, ſeu
emphyteotico,& feudatario:ut l.pro
uinciali.C.de ſer.& aqua.& l.iij.ff.de
ſeru.& dixi in preec.lib.in iij.q.prin.
in qua poſui quæ ſint illæ pſonæ quę
poſsint ſeruit.cōſtituere. Itē per quē
locū uiā alij concedo per fundū,alij
aquæductū concedere nō poſſum:&
eodē modo ſi alij aquęductū cōceſſe
ro,alij ita per eandē uel ducere uel cō
cedere nō potero:ut l.p quē locū.ff.
de ſer.ru.præ.Facit l.in cōcedēdo.ff.
de aqua plu.ar.Itē pub. loco interue
niente,uel uia pub. aquæductus con
cedi nō poteſt:ſed à principio inter-
pretari debet,ut per uiā pub.aquā du
cere ſine incōmodo publ. liceat:ut l.
ſeruitutes.§.publi.ff.de ſer.& nō po
teſt aqua duci per locū pub.ſi damnū
faciat etiā priuato:ut l.ſi per pu.ff.ne
quid in lo.pu. & l.ij.§.ſi quis in ſuo.
34 ff.e.tit. * Item quid ſi non exprimi
tur,per quam partem fundi ſeruientis
poſsis aquam ducere?dic quòd pote-
ris per quamlibet partē. ſed ſemel ele
cta uia,nō poteris uariare: ut l.ſi cui.
cum gl.ff.de ſeruit.& l.fin.ff.de aqua
quo.& æſti.In contrariū tamen uide
tur, quòd immo à principio electio
ſit domini ſeruientis: ut l.ſi uia.ff.de
ſer.ruſt.præ.de quo dic ut plenißime
dixi ſupra de ſerui.in uer.quæro,nū-
quid habēs ſeruitutem itineris.& ad
de,quia aqua non debet diuerti à ſo-
lito curſu ſuo: & ſi diuertitur, debet
in priſtinum ſtatutum reduci. l. ij. C.
ad l. Aqui. & l.j.§.fin.ff.de fun.& l.j.
§.ſi quis nouum.ff.de ri. & dixi in ti.
præceden.in ti. de aquædu.uide quæ
dicta ſunt in ſequenti q.prin. *Item 35
quid ſi debetur ſeruitus aquæduc.ex
flumine, & flumen mutauit alueum?
dic quòd ſi mutauit, quia paulatim
non receſsit:& tunc licet alueus de-
relictus efficiatur domini prædij do-
minantis propter uicinitatem: tamē
perditur ſeruitus aquæduct. quia eo
loco,ubi nunc eſt flumē,ſeruitus im-
poſita nō eſt:ut l.hoc iure.§. ſi aqua.
ff.de aq.quo.& eſt.Idē ſi flumē cœpit
circūfluere mutato alueo: qa ex quo
medius locus non ſeruit, eſt interru-
pta ſeruitus: ut eſt caſus infra in fin.
Sed ſi flumen paulatim acceſsit fun-
do tuo, ſubſequi potes, quòd locus
totius fluminis tuæ ductioni ſit.ut d.
§.ſi aquam.uer.ſed ſi alluuione.& in
tellige, quòd ſi flumen addidit ali-
quid de terra fundo tuo:& ſic paula-
tim receſsit flumē à prædio tuo:quia
refert ſi ſubitò receſsit, an paulatim
mutat alueum.ar.l.ergo.§.alluuio.ff.
de acqui.re.do.ſecundum gl. quæ ita
not.in d.§.ſi aquam.in uerſi.ceſſerit.
& Bart.poſuit in l. quominus.in xvj.
q.ff.de flu. & licet iſte intellectus in
ſe ſit uerus:tamen aliter intelligi poſ
ſet ille text. in uer.ſed in alluuione.
nam ille text. non uidetur pati prædi
ctum intellectum gl.uidelicet dū di-
cit,acceſſerit,ut ſubaudiatur,aliquid
de terra:quia dum dixit in uerbo prę
cedenti, flumen receſſerit, & poſtea
ſubdit,ſi acceſſerit fundo tuo, intel-
ligitur ſcilicet flumen,de quo prædi
xerat,& nō aliquid de terra:ut eſt ſen
ſus, quod ſi flumen acceſſerit,id eſt,
appropinquauerit fundo tuo, ſubſe-
ſequi poteſt,ſcilicet inducēdo aquam
ad fundum tuum ex dicto flumine:
quia locus,fluuius eſt, id eſt, in quo
nunc eſt flumen, ſeruit ductioni, id
eſt ſeruire intelligitur, ex quo eſt in
loco in quo ſeruitus debebatur. Iſte
tamen intellectus non uidetur con-
uenire uerbo,alluuione, poſito in li
tera,



tera,niſi referas ipſum ad alium uici-
num. Ex his tamen no.pro intelli-
gentia huius materiæ, quæ non repe
ritur bene declarata per Doct.viij.ca
ſus principales. Primus eſt quando
ex flumine publico, quod eſt propin
quum, & coniunctum fundo meo,
habeo ius aquæ ducendæ. & flumen
totum uno impetu recedit de alueo
ſuo, & à prædio meo nullo loco in
medio relicto, niſi alueo antiquo:
quia in medio inter flumen & fundū
meum, cui ſeruitus debetur, eſt ſo-
lum alueus antiquus fluminis.& hoc
caſu uidebatur, quòd adhuc duret
ſeruitus mea:quia alueus antiquus ef
ficitur meus iure uicinitatis.ut inſtit.
de re. diui. §.inſula. uer ſicu. quòd ſi
naturali alueo. & ſic nō eſt locus me
dius,qui impediat ſeruitutem. Tamē
contrarium eſt uerū, uidelicet quòd
immo ſeruitus impediatur: quia ex
quo flumen totum uno impetu receſ
ſit,& nouum alueum facit,non repu
tatur eſſe illud idem flumen,cui ſerui
tus eſt impoſita, ſed aliud. & iſte eſt
proprie caſus in d.l.hoc iure. §. ſi a-
quam.in j.reſponſo,ſecundum intel-
lectum gl.ibi, & hoc etiā uult Bar.in
36 d.l.quominus. in xvj. q. * ubi uult,
quòd ſi flumen mutauit alueum uno
impetu,perditur ius aquæ:& tunc ui
detur aliud flumen. Secundus ca-
ſus eſt, quando flumen uno impetu
recedit à fundo meo,& relinquit in-
ter fundum meum & flumen nedum
alueum antiquum,ſed etiam fundum
alienum: & tunc ſine dubio non poſ
ſum aquam ducere ex flumine nouo
ad fundum meum, duplici ratione.
Prima, quia eſt nouum flumen, cui
ſeruitus non fuit impoſita:ut dixi in
præcedenti caſu. Secunda, quia lo-
cus,qui eſt in medio alienus,mihi nō
ſeruit,& propterea ſeruitutem aquæ
ductus impedit.l.qui ſella.§.fin.ff.de
ſer.ru,præ.& l.in tradendis.§.j.ff.cō
munia præ. & iſto modo debet intel
ligi d.§.ſi aquam.in j.& ij.reſponſo.

Tertius caſus eſt, quando in me-
dio reperitur fundus meus proprius:
& tunc eſt dicendum, quòd ſeruitus
impeditur,nō ex eo,quod locus me-
dius,qui meus eſt, ſeruitutem impe-
diat:ſed ex eo, quia eſt nouum flu-
men cui ſeruitus non fuit impoſita,
ut dixi primo & ſecūdo caſu. Quar
tus caſus eſt,quando flumen quod e-
rat propinquum fundo meo ad quē
aquam ducere poterā, diſceſsit à præ
dio meo paulatim,ita quòd per allu-
uionem relinquit terram fundo meo
inter eundem fundum meum & flu-
men:& tunc ſeruitus non impeditur:
quia tota dicta terra addita fundo
meo ſeruire poteſt ductiōi aquæ:qa
eſt mea,& idem flumē reputatur:tūc
erit ſicut prius, licet receſſerit de al-
ueo ſuo,ex quo paulatim receſsit.ar.
l.ergo.§.alluuio.ff.de acqui.re.do.&
inſti.de re.di.§. prætcrea per alluuio
nem.& iſte eſt caſus in d.§.ſi aquam.
in ij.reſponſo,ſecūdū gl.ibi. Quin
tus caſus eſt contra,quando flumen,
quod prius diſtabat à fundo meo,nūc
acceſsit fundo meo per alluuionem,
ita quòd eſt ei nunc coniunctum me
diante alluuione uerſus fundū uicini
relicta, quia receſsit flumen à fundo
uicini per alluuionem: & tunc idem
quod in caſu præcedenti:quia nō mu
tatur,uec interrūpitur ſeruitus: quo
niam reputatur eſſe idem flumē, nec
eſt locus medius,qui ſeruitutem im-
pediat:& iſte eſt caſus in d.ij. reſpon
ſo,ſecundum alium intellectū,quem
ſuprà dedi. Sextus caſus eſt,quādo
flumen quod diſtabat à fundo meo,
ex quo habebā ius aquę ducendę per
medium fundi uicini ipſo uicino con
ſentiente,receſsit uno impetu, & cō
iunctus eſt cū prædio meo.Et in hoc
uidetur dicendū, quòd ius aquæ du-
cendæ nō perdatur: quia ſi loco me-
dio

dio exiſtente ducere poteram, multo magis ubi locus nullus eſt medius. tamen contrarium uerius, quia non aliud flumen eſſe reputatur: ut dictū eſt in j., & ij. caſu. Septimus caſus eſt, quando flumen quod erat fundo meo coniunctum, circunfluere cœpit mutato alueo, id eſt, per diuerſas partes fluere cœpit aliquo loco relicto in medio inter unum brachium fluminis & aliud: & tunc impeditur ſeruitus aquæductus: quia ex quo locus medius non ſeruit, interrupta dicitur ſeruitus. ut eſt caſus in d. §. ſi aquā. in iij. reſpon. Subeſt hic etiā alia ratio impeditiua: qa mutato in toto alueo unico impetu, dicitur eſſe aliud flumē propter prædicta. Octauus & ultimus caſus eſt, quando flumen circūfluere cœpit, & locus medius non impedit ſeruitutē: quia dominus mihi conſentit, uel eſt meus. & in hoc puto ſic eſſe dicendū: aut flumen receſsit in totū de alueo antiquo, & cœpit circūfluere: & tūc licet eſſet una ratio impeditiua, ſcilicet loci medij, tamē ſubeſt alia: quia non eſt amplius primum flumen: & ideo nō durat ius ducēdi aquā, ſecundū ea quæ dixi ſupra in tribus primis caſibus: aut flumē nō receſsit in totū ex alueo antiquo, ita quòd dici poſſit, primū flumē durare: & tūc aut prędiū meū, & proximū ueteri alueo, uel uni brachio fluminis: & tunc pro ea parte illius brachij debetur mihi ſeruitus: qa utraq; ratio impeditiua ceſſat, ſcilicet de loco medio, & de nouo flumine. ſed in alio brachio fluminis, cui prædio meū nō eſt proximū, ſed fundus alterius: & tūc aut ille nō cōſentit, & in illo ſeruit⁹ fundo meo debetur: quia loc⁹ medius, &c. & ita tenet gl. in d. §. ſi aquā. in ult. reſpon. in uerbo, circūfluere. aut domin⁹ medij prædij cōſentit: & tūc ſeruitus durat, quia eſt utraq; ratio impeditiua: & ut breuius prædicta intelligantur, reducas omnes prædictos octo caſus ad duas tātū cōcluſiones. Prima eſt, ſi ex flumine ſeruitus aquęductus prædio unius debetur, & mutatur flumē de loco ſuo, ita quòd dici poſsit nouū flumen: tunc ſeruitus aquæductus impeditur ſiue ſit locus medius impediens ſeruitutem, ſiue non: quia huic nouo flumini & alueo ſeruitus nō fuit impoſita. Secunda concluſio, ſi flumē ex quo debetur ſeruitus aquęductus, ita receſsit de alueo ſuo, ꝙ nō dicatur nouū flumē, ſed idē durare: & nullus eſt locus medius, q ſeruitutē impediat, durare poſsit: qa nihil ſubeſt, quod ſeruitutē habeat impedire. & prædicta omnia intelligas procedere poſſe in quatuor caſibus principaliter. Primo quādo ius aquę ducēdi debetur ex flumine publico [a]. & ita poſui caſum ſupra: & tunc requiritur, ut habeatur licētia à principe uel ſuperiore: ut probatur d. §. ſi aquā. ſecundū primā lec. gl. ibi. Secundo poteſt intelligi, quando eſſet priuatus: & tūc ſufficit habere licētiā à domino, quando illius eſt prædiū, cui debetur ſeruit⁹ aquæductus. Tertio poteſt intelligi, ſi ducebā aquam per fundū uicini, cui impoſita erat ſeruitus, & flumen mutauit alueū inter fundū ſeruientē, & nouū alueū, per quē aqua diſcurrit, dimiſit: an ſit ſeruitus extincta? Quo caſu diſtinguitur: aut ſubito receſsit, & extincta eſt ſeruitus: quia medius locus, qui non ſeruit, impedit ſeruitutem. Aut paulatim: & tunc durat ſeruitus: quia reputatur idem flumen: nec eſt locus medius, qui impediat ſeruitutē: ut probatur in d. §. ſi aquam. ſecundum ſecundam lecturam gloſſæ. ibi. Facit quod nota. in l. conuenerit. §. j. ff. de pigno. acti. & in l. ſi fundus. in prin. ff. de pig. Quarto & ulti. poſſunt prædicta procedere, quando eſt quæ

a Flum. pub. *Aqua ex flumine publico poteſt deduci ad irrigādos agros per uicinos, dū modo faciant ſiue alteri⁹ iniuria. l. imperatores. et ibi Bar. et Flo. ff. de ſer. ru. præ. Sed contra no. in l. uſu. & ibi Bar. C. de aquædu. lib. xi. Vide Bart. in l. quominus. in prin. in ij. oppo. ff. de flumi. ubi dicit uerū, ſi poteſt retinere flumen.*



quęſtio, utrū perdatur ius occupationis, ut pręferēdi uicinis. Quo caſu eodē modo eſt dicēdū: aut flumē ſubitò receſsit, & alueū mutauit, & perditur ius aquę ducēdæ, quod erat acquiſitū occupatione: & tūc nouo occupatore opus eſt. Aut paulatim: & tūc ſecus: quia ius aquę ducēdę retinetur. ut no. Bartol. in l. quominus. in xvj. q. de flu. qui etiam ſubdit hoc ultimo caſu id procedere, niſi ille cui ſeruitus debebatur, paſſus ſit per annū aquā ire in ſua libertate. quia etiā tūc perderetur ius aquę ducēdæ. ut l. j. in prin. ff. de aqua. quoti. & æſti. & not. Bar. in d. l. quominus. in xv. q. prin. in
37 uer. itē ſecūdū requiritur. *Sed iuxta prædicta quæro, an in caſibus, in quibus per mutationē aluei fluminis amittitur ſeruitus, aquæductus de ęquitate ſit reſtituēda, ut debeatur ex noua uel nouis alueis. & uidetur quòd ſic: ar. l. ſeruitutes. §. ſi ſolū. ff. de ſer. urb. præ. ſed gl. in d. l. hoc iure. §. ſi aquam. in uerū. interrupta. ff. de aqua. quo. & æſti. dicit ſub dubio, forte ꝙ illud procedit, quādo debetur ſeruitus ex loco priuato, & ſic ex flumine priuato: ſecus ſi ex flumine pub. ego uero nō puto, quòd in aliquo iſtorū caſuū reſtituatur per iſtū text. & per ea quæ dicta ſunt ſuprà. Nec ob. d. §. ſi ſublato. quia ibi loquitur de ſeruitute, quæ poteſt intelligi etiā eadem ex quo nō mutatur locus, licet mutetur ædificiū. ac etiā cōtingit propter publicam utilitatē domorū: ut dicit Ang. de quo dic, ut plene dixi in li. præcedenti, in ti. de ſer. ſtil. in vj. q. ubi o-
38 mnino uide. *Sed quid ſi ad antiquū alueū[a] flumē redit? Gl. in d. §. in uerbo, interrupta. in fi. dicit quod reſtituitur. quia tex. in d. §. ſi aqua. nō dicit, quòd ſeruitus fuerit amiſſa, ſed interrupta: ut probatur etiā in l. in tradēdis. in fi. ff. cōmunia præ. & hoc intellige, niſi tāto tēpore ſtetiſſet interrupta, quanto ſeruitus amittitur. de quo dicā infra in x. q. prin. qa tūc ſeruitus amitteretur propriè: ut d. l. tria prædia. nec reſtituetur, licet flumē in alueū ſuū redierit: & ita induco dicta gl. in uer. interrupta. in fi. ꝑ d. l. tria ꝑdia. quod no. & qa ſæpe facta eſt mētio de mutatione aluei, quæro quomodo cognoſcatur alueus, ſi mutat, uel nō. dic quando deſinit eſſe prima forma omiſſa, id eſt, quando ſic diſcurrit ꝑ aliū locū, ꝙ aqua nō currat ꝑ primū alueū, dicitur alueus mutatus. ut l. adeo. §. inſula. de re. di. §. inſula. uer. quod naturali alueo. & no. Bart. in ru. ff. de re. di. l. ij. col. ultim. char.
39 *Vltimo circa prædicta quæritur, an cuilibet ſit licitū ducere aquam de flumine pu. ꝑ occupatione factā propria autoritate [b]. Et uidetur ꝙ nō. & quòd requiratur autoritas principis uel ſuperioris: ut l. quominus. ff. de flumi. & l. j. §. permittitur. ff. de aqua quo. & æſti. l. ij. in princ. ff. ne quid in lo. pub. & per ea quæ dicta ſunt ſuprà in v. q. princi. In contrarium uidetur, quòd licite quis poſsit autoritate iuriſgentiū occupare aquā ex flumine publi. quo iure flumina, & eorum uſus, & iura publica ſunt: ut inſtitu. de re. di. §. flumina: ſed tu in hoc ſic diſtingue: Aut flumen eſt publicum, & nauigabile: aut publicum, & non nauigabile. Primo caſu, quando eſt nauigabile, non licet aquam ducere propria autoritate. & qui primo ducit, illicite facit, ut d. l. quominus. & ibi hoc not. Bartol. in ij. quæſt. Secundo caſu, quando flumen non eſt nauigabile: & tunc ſubdiſtingue: Aut flumen intrat in aliud flumen nauigabile: aut flumen non intrat in aliud flumen nauigabile. Si intrat, aut illud eſt mare, & poteſt ducere: & eſt ratio, quia propter aquarum abūdantiam ex uno flumine non dicitur recipere incrementū uel diminutionem.

a Alueum. *Flumina ſūt cōmunia uſq; ad dimidiū aluei utrinq; uicinatiu. Bar. in tra. de alluuion. in libro j. uerſi. item uidēdū eſt. & Bal. in c. ex literis. pe. co. de proba. Et intellige de aqua, de alueo: quia nō eſt cōmune ſecūdū Bal. in c. j. quæ ſint regalia. uide Cy. in l. quædā. de re. diui.*

b Propr. aut. *Propria autoritate an & quādo quis facere poteſt, uide ſupra de ſeruitute urba. c. xxx. c. lxxix. & c. lxxxj. et i ſpe. de actio. uer. item uiuat. q.*

nẽ . & ſic propter dictã occupationẽ
nullũ detrimẽtũ recipere poteſt:aut
eſt aliud flumen nauigabile , in quo
intrat:& tunc aut propter dictã occu
pationem & ductus aquæ auertitur à
flumine nauigabili: & facit quòd flu
mẽ nauigabile efficitur nõ nauigabi
le,uel damnificatur nauigatio, & non
poteſt:ut d.l.quominus. & ibi ꝑ Bar.
in iij.op.aut auertitur aqua à flumine
nauigabili.exemplũ, ſi aquã duco ex
flumine ad fundũ meũ, & nihilomi-
nus poſtea in flumen nauigabile in-
trat. & iſtud nõ eſt prohibitũ, ſi bene
conſideras rationes prædictarum ll.
* Et Bononienſes licitè ducunt a- 40
quam de flumine Rheni. & poſtea in
trat Padũ, ſecundum Bart. qui ita no.
in l.quominus.in princ.in iij.opin.&
quod dixi, quòd quis propria autori
tate poteſt aquam ducere ex flumine
publi. non nauigabili, quando intrat
flumen non nauigabile , uel quando
intrat nauigabile: & non impedit na
uigationem , procedit multo magis,
quãdo intrat flumen non nauigabi-
le.Sed hoc tamen limita duobus mo-
dis. Primo quãdo flumen eſſet publi
cũ:hoc eſt, eſſet in uſu publico, ſcili-
cet fiſci uel ciuitatis, uel alicuius mu
nicipij. puta, quia illa aqua utitur ad
molendinũ, prout faciunt Bononien
ſes de flumine, in quo ſunt molendi-
na cõmunis Bononiæ.de quibus ha-
betur per glo. in l.inter publica.ff.de
uer.ſig.& in l.ſed & Celſus. in princ.
ff.de contrahẽ.emp. ueluti ciuitas ad
aliũ uſum à dicta aqua. & tũc permit
titur aquam ducere: ut eſt caſus in d.
l.quominus.ſecũdũ unum intellectũ
gl.ibi, & Bar.etiã ibi hoc no.in prin.
in ij.opi.& probatur in l.j. & per to-
tum ti.C.de aquæductu.li.xi. Secũ-
do fallit, quando cũ uicinorũ iniuria
duceretur:ut l.imperatores.in fin. ff.
de ſer.ru.præ.& l.j. ſ. ſunt qui putãt.
ff.ne quid in flumine pub. Et ſi dica-

a Damnum. *Danũ pati dicit etiam is, cui aufertur comodum ſibi prouenies ex publico, nõ ſi ex priuato. l.ij. ſ. merito. per Bart. ne quid in loco publico. l. Proculus. de damno infecto.*

b Molẽdino. *Aqua uni⁹ molẽdini poteſt diuerti quocunq; per dominũ molẽdini, & denegari alteri molẽdino inferius poſito, licet deducatur de flumine publico, niſi ſeruitus debeatur. Bal. i l. aquã quæ. circa princi. C.de ſerui. & aqua.*

tur, nõnne eſt ſemper uicinorũ iniu-
ria, qui non poſſunt facere ſuũ ædifi
ciũ? Reſpondeo ſecundum Bart. in d.
l.quominus.in ij. q. prin. quòd ꝑ hoc
non patitur uicinus iniuriam ſeu da-
mnũ[a], ſed nõ acquirit lucrũ. & nõ eſt
idem, lucrũ non capere , & damnum
ſentire. l.fi.C.de codicil. & l. qui au-
tem.in prin.ff.de his quæ in frau.cre.
cum ſi. Aut eſt flumen pub. ex quo a-
qua deducitur, ſed non eſt nauigabi
le.& tunc quis poteſt licitè autorita-
te iuriſgentium aquam ex eo ducere:
quia per iura ciuilia non eſt prohibi
tum id quod eſt de iure gentium lici-
tũ, per ſ.flumina.inſtit.de re.diui. &
per l.j. ſ. ſunt qui putant. ff. ne quid
in flu.pu.dummodo nõ fiat cum uici
norum iniuria, ſecundum Bart . in d.
l.quominus.in ij.q . Sed aduerte ſe
cundum eum ibi , quia quando quis
facit illicitè reſpectu priuati ducen·
do aquam ex flumine publico, ille ſo
lus me poteſt impedire, non alius ter
tius : quia quantum ad eum , illicitè
facio.l.loci corpus. ſ.comperit. ff. ſi
ſer.uen. ſed quando facit illicitè re-
ſpectu iuris publici:tunc quilibet pri
uatus poteſt impedire . & ita loqui-
tur l.ij. ſ.idem ait. ff. ne quid in loc.
publ. * Quid autem ſi aqua exit de 41
molendino[b] unius, & alter uult eam
capere & ducere ad molendinum
ſuum , ita quòd molendinum primũ
nõ impediat, an poſſit? & dicas quòd
aut illa aqua intrauit alueum publi-
cum , & non eſt dubium quòd po-
teſt, per prædicta . & ita tenet Barto.
in dicta l . quominus.in xij . q.in fin.
aut non intrauit alueum publicum,
& tunc alueus per quem aqua duci-
tur ad molendinum, eſt publicus, &
poſt molendinum deſcendit per al-
ueum publicum : & tunc ſubdiſtin-
gue , ut ſuprà dixi de aqua ex flumi-
ne publi.ducenda . aut alueus eſt pri-
uatus, & tunc non poteſt. ut l.in con
ceden



cedẽdo.ff.de aqua plu.ar.cũ ſi. Quã
do autẽ dicatur alueus fluminis pu-
blici, per quem flumen publicũ diſ-
currit : & tunc eſt publicus alueus:
quia alueus eſt illius , cuius eſt flu-
mẽ.ut inſti.de re.di. ſ. inſula.uerſ.
nouus autẽ alueus.& l.adeo. ſ.inſu
la.de acqu.re.do.& l.j. ſ.non enim.
ne quid in flu.pu.ibi.quia impoſſi-
bile eſt ut alueus fluminis publici
non ſit publicus. & hoc procedit e-
tiam ſi alueus ſit foſſa manu facta,
per quam fluit publicum flumen.ut
l.j. ſ.ſi foſſa. ff.de flu.ſecus ſi flumẽ
aliquam terram inundauerit: quia
tunc ille locus inundatus non eſſet
publicus.ind. ſ.ſi foſſa.uer.alter.aut
alueus eſt fluminis priuati , per quẽ
flumẽ priuatũ decurrit, & erit priua-
tus.ar.d.l.j. ſ.hoc interdictum.& ſ.
item ſi amnis.ff.ne quid in fl.pub.&
deſcẽdit ad latus fluminis pro aqua
ducenda, puta ad molendinum , uel
ad agros irrogandos , qui alueus eſt
locus cauus ſiue foſſa.& dicitur in
uulgari forma ſeu formula.& ita ap
pellatur quandoque in l.j. C.de a-
quedu.lib.x.& appellatur quandoq;
in iure ciuili. ut l.j. ſ. incile. ff. de
42 riuis. *Item appellatur in uulgari
uallum.ut no. Bar.in d.l.quominus.
in xij.q.de flu. Item ſecundum nos
appellatur ſeriola. Et in hoc dic, ꝙ ta
lis locus ſiue alue⁹ dicitur priuatus,
cum per talem locum non ſemper
cucurrit aqua, ut l.j. ſ.fluminum.ff.
de flu.& ratio ĩ eo. ſ.ſi foſſa.& Bart.
in d.q.xij.ubi dicit, Aut duco aquã
ex flumine pu.immediate per fun-
dum meum , & tunc non eſt dubiũ
quòd locus eſt meus : aut duco per
fundum uicini ipſo permittente, &
tũc locus eſt eius , cuius primo erat,
antequam fieret ſeriola, ut ego ha-
beo ſeruitutẽ aquę ducendæ: & ſi il
le me impedit ducere, habeo inter-
dictũ de aqua quo.& æſti.ſi me impe

dit formulam ſiue ſeriolã purgare,
& reficere, habeo interdictum de ri-
uis.ut dict.l.j. ſ. incile.ff.de riuis.&
habeo confeſſoriã. de quo uide quod
43 dicam j.in ix.q.princi. *Sed quid ſi
duo uolunt aquam ducere ex flumi
ne publico ad fundũ ſuum, & ſe inui
cem impediunt, quis præfertur? iſta
ponũtur per Bart.in l.quominus.in
v.& vj.q.prĩ.ff.de flu.ubi plene exa
minat.& per Bal.in l.lapilli. uer.iiij.
quæro.ff.de re.di. Ego autem di-
miſſis diſputationib⁹ ſic diſtinguo:
Aut aqua poteſt ſufficere ipſis duo
bus, aut nõ. Primo caſu regulariter
unus alterum impedire non poteſt.
l.Lucio.ff.de aqua.plu.ar.& l.ij. ſ.j.
ff.de ſer.ru.præ. & per ea quæ dicta
ſunt s.in vj.q.prin. & ita tenet Bart.
in d.l.quominus.in v.q.in fi. hoc ta-
mẽ regulariter fallit , quando ambo
uellent aquã ex eodẽ fluminis loco
ducere.quo caſu diſtingue, ut dicam
in ſequentibus. Secundo caſu prin
cipali , quãdo aqua non eſt ſufficiẽs
utrique , & quilibet uult in diuerſa
parte fluminis ex eo ducere, & tunc
ſubdiſtingue:aut ambo incœperunt
eodẽ tempore ducere aquã, uel oc-
cupare locũ : aut unus primo incœ-
pit, alter poſt, cum de primo ignora
ret.aut unus primo incœpit, & alius
poſtea, cum ſciret primũ incœpiſſe.

Primo caſu, quãdo ambo incœpe
rũt eodem tẽpore, uidetur ꝙ ſit lo-
cus gratificatiõi, ꝑ l.fi.ff.de re.di.uel
ꝙ forte dirimatur, niſi unus potuiſ-
ſet prouidere, alter non. ar.l. ſi quis
domum. ſ.j.ff.loc.& no.gl.in l.ij. ſ.
j.in uer.ad obtinendum.ibi.uel dic
tertio.ff.ne quid in loco pu.quæ po
nit de duobus plauſtris ſibi obuian-
tibus, ut ponit etiã gl.in l.per agrũ.
C.de ſer.uel dic ſecundũ Bar.in d.l.
quominus. in vj.q.quòd uſus dictæ
aquæ eſt cõmunicandus inter eoſ-
dem, uel debet diuidi per tẽpora &

per meſuras.ut l. imperatores.ff.de
ſer.ru. præ. circa quod uide qđ dixi
in hac vij.q.prin.circa princ.& quod
ſtatim uidetur. Secũdo caſu quãdo
unus primo incœpit,alter poſt,cum
ignoraret de primo,Bar.in d.l,quo-
minus.in vj.q.dicit idẽ quod proxi-
mo caſu pręcedenti,quia paria ſunt,
ꝙ ambo ſimul incipiant, uel quod
unus incipiat, & alter ignorãs poſt-
ea incipiat,ſicut quãdo duo plauſtra
ſe inuicẽ obuiant in uiam arctam, ꝑ
quam unũ tantum plauſtrũ tranſire
poteſt, & unũ primo ingreſſum eſt
uiam,& aliud poſtea non præuidẽs
primum.ut not. gl.in d.l.ij. §.j.& in
iij.lec.ff.ne quid in loc.pu.in d.vj.q.
in fi. *Eſt ergo cautela,ut ille ꝗ pri-
mo ingreditur uiam cum plauſtro,
illi qui primo incœpit ædificare aut
aquam ducere,quòd ipſe proteſtans
occupat & occupare intendit[a] uſum
dictæ aquæ ad tale ædificiũ.Item bo
num eſſet ſi quis cum iudicis autori
tate opus inciperet, hoc tamen non
ſemper eſt de neceſsitate,ut l.quan-
uis.de acq.poſ.& iſtis caſibus ipſe ꝓ
teſtãs prefertur:ut dicã in tertio ca-
ſu ſeq.ego autẽ in iſtis duobus caſi-
bus puto aliter dicẽdũ:uidelicet aut
iſti qui eodem tempore uolunt du-
cere aquam uel occupare, uel unus
primo,alter poſt,faciunt in flumine
aut in illo loco proximo fluminis,
uel ſi faciũt,in ripa fluminis. & tunc
licet proprietas ripæ ſit eorũ ꝗ pro-
pe ripã prædia poſsident,quia tamẽ
uſus ripæ fluminis eſt cõmunis, ut l.
riparũ.ff.de rerũ di.& inſti.eo. §.ri-
parum, dicendũ eſt,ꝙ tantum iuris
habet unus,ſicut alter:& ſic ſunt pa-
res in iure.Et ꝓpterea concludendũ
eſt, ut dicit Bar.in d.l.quominus.in
vj.q.uidelicet ꝙ aqua diuidatur per
menſuras uel tẽpora,qđ intellige,ſi
cõmode diuidi poteſt, ita ꝙ proſit
utriq;:alias puto ꝙ forte ſit dirimen
dum.ꝑ l.in tribus.ff.de iudi.& ꝑ gl.
in d.l.ij. §.j.ff.ne qd in lo.pu.ſi uero
faciũt opus nõ in ripa fluminis, ſed
in loco ꝓximo ripę,& tũc aut ille lo
cus eſt publicus aut priuatus. Si eſt
publicus,ille eſt pręferendus cui eſt
ꝑmiſſum à principe uel à ſuperiore.
quia per locũ publicũ non licet pri-
uato ꝓpria autoritate aquã ducere,
ut l.ſeruitutes. §.publico.ff.de ſeru.
& l.ij.in prin.ff.ne qd in lo.pu. cum
ſi.alias erit locus gratificationi prin
cipis uel ſuperioris,ut l.fi.ff.de re.&
ſump.fune.& ꝑ gl.in d.l.ij. §.j.in iij.
lec.Si locus eſt priuatus,& tũc dicẽ-
dum eſt,aut ille locus eſſet ædifican
tis primo,aut uicini,ꝗ etiã ſimiliter
44 ædificauit, aut alterius tertii. Si eſt
unius ædificãtis, ille ꝓfertur qui in
ſuo ędificauit.qa licet hoc fecerit ſi-
ue primo ædificauerit, ſiue ſecũdo:
quia ipſe ædificauit licite, ut l.ij. §.
merito. ff.ne qd in lo.pu.no. Cy.in
l.manifeſte.C.de ſerui.& Barto.in l.
quominus.in j.q.ſi uero locus eſt al
terius tertii tantũ: tunc ille ꝓfertur,
cui primo cõceſsit dominus loci. a-
liãs erit locus gratificationi.quia ꝑ
fundum alienũ priuatũ non licet a-
licui aquã ducere ſine eius uolũta-
te,ut l.ij.& l.aquã.C.de ſer.& aqua.

Secũdo caſu principali quãdo u-
nus primo incœpit occupare,uel ę-
dificare, aut aquam ducere, & alter
poſt ſciens primũ incœpiſſe: tũc pri
mus pręfertur:quia hoc caſu melior
eſt cõditio occupãtis, ut d.l.ij. §.me
rito.ff.ne qd in lo.pu.& l.ij. §.cœpiſ
ſe.ff.de polli.& no. Bar.in d.l. quo-
minus.in j. & v.q.ff.de flu. Quod ta
men ego intelligo ſecundũ diſtin- 45
ctione præcedente. *Quãdo autẽ
quis dicatur occupaſſe[b] uel incœpiſ
ſe ædificare, uel aquam ducere, uel
uti loc.pu.uide plene ꝑ Bart.i d.q.v.
& ꝑ Bal.in l. lapilli.in iiij.q.ff.de re.
di.Et ſi quis incœpit ędificare,& di-
miſit,

a Occupare. *Occupãs ꝓpria autoritate in caſu quo de iure pot,officium iudicis pot implorare,ut defendat a ui futura.Bald in l. ſi ſeruus tuus. C.quod cũ eo.*

b Occupaſſe. *Occupare dicitur ꝗ ĩcipit opꝰ & ꝓſeꝗtur, nõ ꝗ deſiſtit:niſi ꝑ modico tpe deſiſtat.Bar.in l. quominus. v. q.ſi.de flumin.*



miſit, an & quãdo ꝑdat ius prælato-
ris.Itẽ Bar.in d.v.q.& per Bal.in d.l.
lapilli.in v.q.& ego dicam j.in x.q.
46 prin. *Et ꝓ declaratione omniũ prę
dictorũ ſcias & tene mẽti,ꝙ nõ ſeq-
tur.qs habet poteſtatẽ uel ius ducẽ-
di aquã ex flumine pub. uel priuato,
ergo habet ſeruitutẽ aquæ ducẽdæ.
Sic in hoc debet ita diſtingui: Aut
debetur ex flumine pu.aut priuato.
Primo caſu,aut ꝑdium dominans ad
qđ ducitur aqua,eſt ꝓximum flumi
ni nullo alio medio:& tũc non dici-
tur ꝓprie ſeruitus, qa nõ debetur à
prædio alterius qđ reperitur, ut l.j.
ff.cõ.p.ſed debetur iſtud ius à lo.pu.
& ita tenet Bart.in d.l.j.aut ꝑdiũ do
minãs nõ eſt ꝓximum, aut uia pub.
uel alter locꝰ eſt in medio inter flu
men & locũ dominantis,& tunc idẽ
eadem ratione. Aut eſt in medio lo
cus priuatus,ꝑ quẽ duci debet aqua:
& tũc aut flumen eſt perenne[a],& e-
rit ſeruitus aquædu.ut l.j. §.aquædu
ctus.ff.de ſer.ruſt.& inſt.eo. §.aquæ
du.& dixi in diffinitione in j.q.prin
cipali. Aut flumen non eſt perenne:
quia aliquando exareſcit, ſicut eſt
fons,lacus,& ſtagnũ[b]:& tũc qa non
habet cauſam ꝑpetuã, quia ſeruitu-
tes reales debẽt habere cauſam ꝑpe
tuam ſeu cõtinuam reſpectu rei,quę
debet ſeruitutẽ,ut eſt caſus in l.fora
mẽ. §.omnes.ff.de ſer.ur.præ.& ibi
hoc tenet gl.fi.in prin.in uer.debet.
in ul. lec. qđ intelligo ut ſeruitus
imponatur directo: quia directo im
poni poteſt: ſed bene dicitur ſerui-
tus utilitatis,ut l.ij.ff.co.præ.quę ita
debet intelligi ſecundũ Bar.ibi,& in
d.l.foramẽ:& ita etiam tenet Rofr.
in libellis ſuis ſup interdicto de fon
te.& rubrica incipit, Si quis habet
uſum ducendi aquã de puteo uel de
fonte. Iſta ſeruitus utilitatis nõ po-
terit dici ſeruitus, quantũ ad hoc ut
præſcribi poſsit, ex quo non habet
cauſam continuã: qa requiritur tã-
tum tẽpus,ut non extet memoria in
contrariũ. & iſte eſt caſus in d.l.fo-
ramẽ. §.oẽs. ſecundũ primã lec.gl.
ibi,quę in ſe eſt ueriſsima:ꝑ no.in l.
ſeruitutes. la grãde.ff.de ſerui.Item
non poterit dici ſeruitꝰ quo ad hoc
ut quis ꝑpetuo eã habere poſsit, ex
quo cõſtituta eſt, licet ꝑpetuo non
utatur: qa in hoc caſu non poteſt ſic
cõcedi ſeruitꝰ iſta, ut ꝑpetua ſit:& i-
ſte eſt caſus ĩ d. §.oẽs ſecũdũ ſecũdã
lec.gl. ibi.ſed quo ad alios effectus,
põt dici ſeruitus utilitatis, qđ bene
no. Secũdo caſu principali quãdo
debetur ſeruitꝰ ex flumine priuato:
& tũc aut eſt perenne, & ſine dubio
dicitur ꝓprie ſeruitꝰ directa,ex quo
debetur à fundo priuato alteri fũdo
priuato, ſiue alius locꝰ publicus uel
priuatꝰ ſit ĩ medio ſiue nõ: qa uerba
ex mẽte legis cõcurrũt,ꝑ l.j. §.aquæ
ductus.ff.de ſer.ru.præ.cum ſim.aut
nõ eſt perenne,& tũc non ualet ſer-
uitutis impoſitio mero iure, ſed de
æqtate ꝑtoris tenet.& iſte eſt caſus
in l.ij.ſecundũ tertiã lec.ibi,& Ang.
ibi.ff.cõia præ.uel ſecundũ Bar.non
ualet directe ſed utiliter, ut dixi, in
47 j. caſu præce. *Octauo principaliter
quæro,quõ, & qualiter quis debeat
aut poſsit uti ſeruitute aquæductus.
Et dicas primo,ꝙ debet uti ſecundũ
cõſuetudinẽ, ut l.prætes.C.de ſer.&
aqua.& l.ſi manifeſte.eo.tit.& pro-
pterea dixit Bal.no. in ti.de pa. Cõſ.
in vj.colũ.ꝑ illum text. ꝙ in aquis &
molendinis & in ipſis aquarũ com-
moditatibus ſtãdum eſt antiquitati.
& idẽ dixi s.in iiij.q.prin. poſt prin.
& per Bart.hic in l.qui luminibus.
ibi, & ſtatim antiquorũ ædificiorũ.
cum gl.ff.de ſer.ur.pre.& l.ueditor.
§.ſi conſtat.ibi, niſi talis conſuetu-
do.ff.communia præ.& l.j.& l.an in
totũ.& ibi not.C.de ædifi. pri.Item
quis debet uti ſeruitute aquęductus

a Perenne. *Perẽne flumen dicitur, qđ cõtinue currit.ſ. in æſtate & hyeme.Spe.decau. poſ.& ꝓp.uer. iii.quid ergo.*

b Stagnum. *Adde Spec.ubi s de cã poſ. & ꝓprie. in prin.s viii.col. in uer. octauum eſt ut liceat.*

ſecundum formam ſtatutorũ, ſi quæ
ſunt.ar.d.l.q fluminib.ibi, ſecundum
formã ſtatutorum. coniuncta gl.&
ar.d.l.an in totũ.facit l.omnes popu
li.ff.de iu.& iur.Itẽ debet uti ſecũdũ
cõuentiones & pacta, quæ de ſerui-
tute inita ſunt, & ꝓbatur in l.certo
generi.ibi, quæ lex cõpræhenſa eſt.
ff.de ſer.ru.præ.& in l.is q duo præ-
dia.cum l.ſeq.& l.cũ eſſent. §.fi. ibi,
niſi pactũ uel ſtipulatio.eo.tit.& l.ſi
quis duas.in prin.ff.cõmunia prę.fa
cit l.j.§.ſi cõuenerit. ff. depoſiti. &
l.ſemper in ſtipulationib.de re.iur.
cum ſi. Et ideo non poteſt qs uti ſer
uitute, niſi quatenus conceſſum eſt,
ut l.ergo.in fi.& l.ex meo.ff.de ſer.
ru.prę.l.non modus.ff.de ſer.& d.l.
is qui duo.quæ uult notabiliter, ꝙ
habẽs duo prædia cõfinia ſuperius
pacto appoſito, ut aquam ſulco aper
to emptori educere in fundo uicini
liceat, nõ poterit emptor ex alio fun
do aquã accipere, & inferiorẽ uen-
ditoris ducere.Et hoc ſeqtur ſecun-
dum Ange.per illũ tex.ibi, ꝙ in uſu
ſeruitutis aquę forma data pũctuali-
ter eſt obſeruanda. & ille cui debe-
tur ſeruitus aquæductus, non poteſt
cum eo aliã miſcere. *Et ſubdit ꝙ
hoc eſt optimum ar.ut ille qui habet
talem ſeruitutẽ ducẽdi aquã ad mo-
lendinũ, non poterit propter aqua-
rum abundantiã aliud molendinũ
cõſtruere.de quo Bar.in l.per agrũ.
alias in l.non modus. C.de ſer.dicit
eſſe caſum in d.l.non modus eſt. &
non poteſt eo modo aliã aquam im
miſcere, ut molendinũ celerius uol
uatur.Itẽ ſi eſſet lata ſententia à qua
non fuiſſet appellatũ, uel aliter in rẽ
iudi.tranſiuiſſet, tunc inter partes ei
ſtandum eſt ſecundum formã & te-
norem & ſententiam, ut de ſerui.l.
j.& per totũ.ff.de re iudi.& per totũ
tit.C.de eo & ex eo,& maxime in c.
cum inter uos.cum ſim. *Sed du-

bium eſt circa prædicta. pone inter
duo caſtella erat quæſtio de ductu
aquæ publicæ,& fuit inter ſe lata ſen
tentia.demum imperator conceſsit
mihi unũ de illis caſtellis, nunquid
teneatur ſeruare illam ſentẽtiam?&
uidetur ꝙ ſic.quia caſtellum tranſit
cum ſuis uitiis, ſuaq; cauſa, pſertim
cum ſit uniuerſitas quædã.ff.de act.
emp.l.in uenditione. ff.de cõdit.&
& demon.l.ſi quis legata. §.fi.& ff.
de contrah.emp.l.aquæductus.& qa
imperator nõ uidetur uelle piudica
re ſentẽtiis & trãſactionib⁹, ſed taci
te reſeruare.ar.tex.in ti.de pace Cõ
ſtan.in uer.ſaluo iure aquæ Labr.&
ar.l. Labeo. §.j. cum gl. ff.fa.er.& l.
in cõcedendo.ff.de aqua plu.ar.& l.
fi.C.de ſilen. li.xii.& ideo dicit Bal.
in d.tit.de pa. Cõſtan.in xxxiiij.col.
in pri.ꝙ cõceſsiones de bonis publi
cis factæ ſemper intelliguntur, reſer-
uatis iuribus & commoditatibus cui
primo facta eſt conceſsio. Facit pro
hoc l.prætor ait. §.merito.& §.ſi qs
à principe.ff.ne quid in lo.pub.& l.
impuberi.ff.de admin.tu.& l.nec a-
mnis.C.de eman.li.& in c.in his.cũ
gl.ij.extrà de priui.cum ſi. In con
48 trarium uidetur, quia ſicut princeps
poſſet non ſeruare ſententiã,& uti
aqua publica uoluntate, ut in ca.j.in
titu.quæ ſint rega.in uſi.feu.ita ꝙ &
ego poſsim, qui uice principis fun-
gor. Itẽ facta priuatorum fiſco non
præiudicãt, nec tenetur fiſcus de fa-
ctis illis facere mentionẽ.l.ius publi
cum.de pac.& l.iuriſgentium. §.itẽ
nec experiar.eo.tit.dum tamen bo-
ni uiri fungantur officio, ſicut ipſe
princeps induxiſſet, ſi certioratus
fuiſſet.ff.de pact.l.tale pactum. §.fi.
cum ibi no. in gl.quod maxime ue-
rum eſt, ſi alium non lædo. ut l.ij. §.
item Varus.ff.de aqua plu.arc.l.j.ff.
de ſol.& c.ſuborta. in fi.extrà, de re
49 iudi. Nec ob.text.in d.titul.de pace
Conſt



Conſtã.ibi, ſaluo iure aqua Lambr.
quia ibi ius aquæ cõpetebat ex com
ſuetudine[a], quæ eſt fortior quàm
pactum priuatorum. & ita tenet ibi
Bal.& facit quod dixi s.in iiij.q.prin
cipali poſt prin.Itẽ ubi non eſt con-
ſuetudo, ſtatutum, pactũ, uel ſenten
tia, dic primũ locum eſſe cõſiderã-
dum.nam publicus aquæductus de-
bet habere locũ ſiue ſpatium v.pe-
dum, in quo loco nulli ſint arbores:
ſed ſi quę naſceretur, debent excidi:
ut l.j.C.de aquæductu.lib.x.Si uero
ducitur per locũ pu.debet eſſe lati-
tudo x.pedũ.l. omnes. §.ſuper his.
eo.ti.& ita uult Bar.in d.l.j.& ſi con
trà fiat pœna imponitur:ut l.decer-
nimus.eo.ti.Item debet quis ducere
aquam ex flumine, ita ut uicinis nõ
noceat in eadẽ ripa, uel in alia, ut eſt
tex.in l.hoc iure. §.ſi aquam.s.de a-
qua quoti.& æſti.& in l.ij. §.ſi quis
in ſuo.& in l.ſi per publicũ.ne qd in
lo.pub. ubi etiam dicitur, ꝙ ſi riuus
aquæductus priuato nocebit, cõpe-
tit actio priuato ex l.xii. Tab.ut de
noxa domino caueatur. Item debet
duci per locum ſolitum. quia aqua
nõ debet deduci à ſuo ſolito curſu.
l.ij.in fi.C.ad l.Aqui.& ibi per Bald.
& Doct.& l.ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi quis
aquæductus. ff.ad l. Aqui.& no.in l.
j.C.de ſerui. Et ideo dicit Bal.in c.j.
§.ſi quis.de manſo.in iij.col.in fin.
de contro. inueſtit. ꝙ in iſto aqua-
rum ductu non ſolũ inſpicimus prin
cipium, ſed etiã loca unde decurrit,
& alueos & meatus unde trãſit. & ſi
eſt uetuſtiſsimus aquæ curſus,& ſe-
cundum eorũ qualitatem de uſu a-
quæ iudicare debemus pro hoc qđ
dixi in princ.huius q.& ideo nõ po-
teſt duci aqua aliter quàm ducta fue
rit æſtate præterita.l.j. §.qđ autem.
ff.de aqua quot.& æſti.& intelligi-
tur mutari alueus ſolitus, quando a-
quæ curſus mutatur, ita ut aqua de-

preſsior uel altior uel rapidior ſit
incõmodo uicinorum.l.j. §.qđ au-
tem.cum §.ſe.ff.ne quid in flu.pub.
Et intellige ut dixi de ſolito curſu æ-
ſtate præterita, niſi uertetur maxima
utilitas ducentis,& modicũ incom-
modũ alterius: ut eſt caſus no.in d.l.
j. §.ſunt q putant.ff.ne quid in flum.
pu.& no. Bar.in l.quominus.in xvj.
50 q.ff.de flu. *Et incõmoditas uicini
dicitur, quãdo un⁹ haberet de aqua,
& non poſſet cõmode uti aqua iuxta
ſolitũ, ſecus ſi eſſet incõmoditas uel
damnum, puta quia pauciores por-
tabunt frumentum ad molendinum
ſuum ꝓpter abundantiã alterius: qa
iſtud damnũ non conſideratur.ar.l.
quero.ff.de iure pa.& l.fi.eo.ti.& ita
uult Bar.elegãter.in d.l.quominus.
in xj.q.in fi.& Bald.in l.j.in xj.col.in
xiiij. oppoſi.C.de ſent.quæ pro eo.
quod no. Itẽ ſi ſeruitus aquædu-
ctus debetur ex flumine, & flumen
mutauit alueũ[b], an duret ſeruitus,
& in quo loco, uide quæ pleniſsime
dixi s.in vij.q.prin.uer.item quid ſi
debetur ſeruitus aquæductus. Itẽ ha
bẽs ius aquę ducẽdæ poteſt aquã du
cere per quãcunq; partẽ uult ab ini
tio, ut l.fi.ff.de aqua quoti.& æſti.&
dum dicit ibi, faciat, debet ſubaudiri
ab initio, antequã riuus ſit conſtitu-
tus: ſed poſtquam locum elegit. non
poteſt amplius: ut d.l.fi.ibi, dũ qe a-
quę.& iſtud eſt regulare. & pro hoc
l.ſicui.in fi.cum ibi no.ff.de ſer.& di
xi s.in xij.q.principali.uerſ.item qd
ſi nõ exprimatur. ubi uide.& p Bart.
in d.l. quominus.in xvj.oppoſi. qđ
intellige ut ſtatim dixi in uer.prece.
& etiam quæ plene dixi s.de ſeruit.
iti.in iij.col.uerſ.quæro nunquid ha-
bens ſeruitutem itineris in fundo al
terius. in uer.ſeq.& per ea quæ dicũ
tur, declarari poteſt ipſe articulus.
51 *Sed eſt dubiũ de quæſtione quo
tidiana.quidam habent fundum in

a Conſuetu. [C]onſuetudo in [cu]rſu aquæ in[ſp]icit, ut ibi et tenet Bar.C... s. in tracta.de ſer.ur.c.vu. ubi uide omnino. & i l.ſi ma[n]ifeſte. ubi eſt [c]aſus.C.de ſer[uitu].

b Alueum. Alueus fluminis an ſit comunis ſicut aqua, uide Bar.i tra. de alluui.j. lib. ver.itẽ uidẽdũ eſt utrũ.et Bal. i c.ex literis.pe nul.col.de proba.et uide Barto.i tract.Tyb. lib.j.vj. chart. uer. itẽ uidendum eſt utrum iuriſdictio.

quo fons oritur, & per lōgiſsimum tēpus, cuius forte nō exiſtat memoria in contrariū: & aqua exiens de dicto fundo ꝑ ſe cœpit diſcurrere per partes inferiores patientibus illis quorum erat fons, eò quia retinere dictā aquam erat forte ſibi inutile. & habentes prædia inferiora cœperūt dictam aquā colligere, & ad ſua prędia duxerūt pro irrigādis pdiis multis annis elapſis: pōſt etiā per tātum tempus ꝙ non exiſtat memoria in contrariū, uel habētes prædia inferiora fecerint coadunationē dictæ aquæ, & ibi factū fuit molendinum, & ibi ſtetit ꝑ longiſsima tēpora. nūc uero habēs fundū ſuperiorē, in quo aqua orītur, uult diuertere dictas aquas à loco pdicti molendini, & eas ducere ad alia loca inferiora, quę ortæ erant ꝓ irrigandis illis locis, uel ibi uult facere unū molendinū per ſe: quæritur nunquid poſsit, an uero domini inferiores, ad quorū prędia diſcurrere cōſueuerāt, poſsint contradicere & petere ꝙ aqua nō diuertatur à ſuo ſolito curſu. Et primo uidetur ꝙ dominus ſuperior poſsit dictā aquā diuertere, nec ꝑ inferiores poſsit impediri: qa in re ſua iure id facere uidetur. per tex. in l. fluminū. §. itē uideamus. ff. de dā. inf. ubi habetur ꝙ ſi in domo mea puteū aperio, & uenæ putei tui præciſæ ſunt, id iure meo & licitè facere uideor, & nō teneor ex huiuſmodi facto, etiam ſi tibi ꝓmiſiſſem de dā. infe. qa non pōt æſtimari tale danū tibi dari ex initio operis mei in re mea, in qua meo iure uſ⁹ ſum, ut l. Procul⁹. in prin. eo. tit. quia licet in ſuo facere quod quis uult. l. altius. C. de ſer. & aqua. & l. qui luminibus. cum ibi no. ff. de ſer. ur. præ. quonia in re ſua quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. man. Secundo hoc uidetur probari in l. Proculus. ff. de dam. inf. ubi dicitur, quòd ſi aqua naſcitur in meo cuniculo, quæ aquā uicino affert utilitatem, licitū eſt mihi facere in meo quicquid uolo ad utilitatē meā, & uicinum dicto lucro priuari, dūmodo non faciam animo nocēdi ſibi, ut l. j. §. deniq;. eſt j. ff. de aqua plu. ar. & ita uult gloſ. & Bar. in d. §. item uideamus. Tertio hoc uidetur ꝓbari in l. ſi in meo fundo. ff. de aqua plu. arcē. & in d. §. denique. ubi dicitur, ſi in meo fundo aqua oritur, quæ ex fundo tuo uenas habet, potes eas uenas in tuo excindere, ita ut ad fundum meum aqua non perueniat, niſi ſeruitus mihi debita fuerit, uel niſi animo nocēdi feceris. uel ut agrum tuum faceres. Quarto ubicunque quis recipit aquam in fundo ſuo ſolitam diſcurrere ad partēs inferiores, & ad utilitatē inferiorum, ſi poſtea emerit fundum uicini inferiorē, poteſt ad ipſum fundum emptum aquā ducere, licet inferiori lucrum auferat, dummodo ſuperiori non noceat, ut eſt caſus no. in l. j. §. illud Labeo. ff. de aqua quoti. & æſti. Nam ſi aquam quæ alibi oritur, pōſt quā eſt ingreſſa fundum meum, poſſum diuertere ad utilitatem mei fundi empti, non obſtante cōditione uicini inferioris, ut ibi. & eſt glo. in l. ex meo. ff. de ſer. ru. præ. & l. cum eſſent. §. j. eo. ti. multo magis potero diuertere aquā quæ oritur in meo fundo. Quinto pro hoc facit l. ſicuti. §. Ariſt. ff. ſi ſer. uen. ubi dicitur, ꝙ in ſuo alii hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. Sexto hoc probatur. nam aqua oritur in fundo meo ſuperiori ibi naſcēdo, & dicitur mei domini illius fūdi. l. ſolū. §. meū. ff. de rei uen. & l. de eo. §. ſi quis. ff. ad exhi. cum ſimil. & pro hac parte reperio ita fuiſſe conſultū per do. Rof. de Lapugnano. & do. Chriſto. de



ſto. de Caſtellione, in conſ. quod incipit, factum ſic ſe habet, quidam nobilis. In contrarium uidetur, ꝙ imò dominus in cuius fūdo ſuperiori oritur aqua, non poſsit diuertere ne diſcurrat ad fundum inferiorem prius. per tex. in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. ubi uidetur eſſe caſus ad literam ꝓ iſta parte. nam ibi text. dicit, ꝙ aquæductus cuius origo memoriā exceſsit iure conſtituti loco habetur. Secundo
52 ad idē l. j. in fi. ff. de aqua plu. ar. *ubi dicit longam conſuetudinem ueluti iure impoſitam ſeruitutem uideri.

Tertio uidetur eſſe tex. in d. l. hoc iure. §. aqua. q̄ dicit, aqua quæ ī riuo naſcitur, tacite lucrifit ab eo qui ducit. Quarto hoc probatur, quia regulariter aqua non debet diuerti à ſuo curſu. l. ij. in fi. C. ad l. Aquil. & l. præſes. & l. ſi manifeſte. C. de ſer. Et no. Bal. in d. l. ij. & ī l. lapilli. ff. de re. di. & dixi s. in prin. huius q. princip.

Quinto probatur ſic: tēpus cuius nō exiſtat memoria, habet uim tituli uel priuilegii. d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & c. ſup quibuſdā. §. præterea. de uer. ſi. & habet uim ſer. iure cōceſſæ. ut l. ij. §. idē Labeo ait ſi in agro tuo. ff. de aqua pl. ar. Sed ſi fuiſſet cōſtituta ſeruitus ꝑ dominū fundi ſuperioris, uel facta uenditio, uel priuilegiū de illo iure aquę ducēdæ non poſſet illū curſum aquæ diuertere in præiudiciū inferioris, cui eſſet facta cōceſsio. l. incedendo. ff. de aqua plu. arcē. & l. Lucio. ff. de aqua quo. & æſti. ibi, & ſic ꝑ aliū. Sexto ꝓbatur in l. j. §. fi. ibi, locū uelit ducere impune. ff. de riuis. Vltimo pro hoc uidetur eſſe text. ad literā in l. ſi quis diuturno. ff. ſi ſer. uen. Et pro hac parte reperio plures conſuluiſſe. Ego uero in hac q. ꝓ ueritate & omnium concor. ita puto eſſe diſtinguēdum: Aut dominus qui uult diuertere aquam ne diſcurrat ad loca inferiora, hoc facit animo nocendi dominis inferiorib⁹, & nullo modo poteſt, ut l. j. §. deniq; Marcellus. ff. de aqua plu. ar. & ibi gl. in uer. nō haberi. & no. gl. in l. fluminū. §. fi. in uer. non tenere me. ff. de dam. infe. quæ gloſ. in §. fi. ſingulariter uult, ꝙ in dubio non præſumitur quis feciſſe animo nocēdi. l. merito. ff. pro ſo. circa quod uide quę dixi s. in j. libro de ſolo ſiue area, uerſ. ſed eſt dubiū an præſumatur facere ad æmulationē. & itidē de feneſtra. ī j. parte, ibi, ſecunda fallentia. Aut non fecit animo nocendi, ſed pro ſua utilitate: & tunc ſubdiſtinguēdū. Aut prædictis non eſt ſtatutum, ſed generalis conſuetudo in loca circa prædicta, uel conuentio aliqua inter partes: ſtandum eſt conſuetudini uel cōuentioni, ut dixi s. circa princi. huius q.
53 principalis. *Et adde quod ille qui permitit ſola patientiam, nec per alia uerba conſtituit ſeruitutem, non uidebitur ſeru. cōſtituere, ſed ſe pſonaliter obligare, ut l. ſi ſub una. §. ſi quis uiā. ff. de uerb. ob. ſecundū Bal. in c. j. §. ſi quis. de manſo. in v. col. in prin. in titul. de controuer. inueſtit. uide quod no. in d. §. ſi quis uiam & in l. iij. §. opus. ff. de al[illegible] ſa. & quod dixi ſupra in ij. q. principali. Aut eſt ſententia lata inter partes uel alios, & dic ut dixi ſupra in uer. ſed dubium circa prædicta. Aut non eſt ſtatutum, conſuetudo generalis, cōuentio, uel ſententia: & iterum ſubdiſtingue: aut aqua illa diſcurrit ad fundos inferiores iure ſeruitutis, aut iure cuiuſdam facultatis.

Primo caſu, quando iure ſeruitutis, ſine dubio dominus ſuperior in cuius fundo oritur, uel alias, nō poteſt aquā diuertere, & ſi diuertat, poteſt inferior agere contra eū: ut eſt caſus ī l. ſi quis diuturno. ff. ſi. ſer. ue.

a Quaſi poſſ. *Quaſi poßeßio ꝓbatur p uſum xxx. dierũ ad minus. no. per Bar. & Ale in l.j. §.j. de itin. actuq; priu. & plenius in l. ſi-cuti. §. ſi quæ-ritur. p Bart. ſi ſeru. uen. Ang. in l. ſi qs. §. diffeŕetia. de acq. poſ. & in l. ij. & ibi Alex. C. de acqui. poſ.*

b Iure facul. *Facultas libe-ra intelligitur, dũmodo iuris ordo ſeructur. Bald. in §. ad hæc. de pace iu re. fir.*

Et intellige nedum de ſeruitute ac-
quiſita, ſed etiam quando qs eſſet in
quaſi poſſeſsione[a] ſeruit. aquæ ducē
dæ etiã in quaſi poſſeſsione, quãdo
eo anno uſus eſt dicta ſeruitute a-
quæ ducẽdæ. ut l. j. §. illud tamen. &
§. qđ autẽ. ff. de aqua. quot. & æſtiu.
& ſufficit eo anno uno die uel no-
cte duxiſſe ad hoc, ut dicatur eſſe in
quaſi poſſeſsione. ut d. §. qđ aũt. &
no. Bal. ibi. & in l. Celſus. in pen. col.
in fi. C. de uſuc. Nam ille qui ſemel
poſſedit, cum de ſuo cõmodo tracta
tur, ſi aſſerit ſe poſsidere, pſumitur
poſsidere, niſi ꝓbetur cõtrarium. l.
ſiue poſsidetis. C. de prob. l. ſup lon
gi. C. de præ. lon. tẽp. ſecundũ Bald.
in d. l. Celſus. in fi. pen. col. & ſufficit
illa quaſi poſſeſsio ad hoc, ut ſi impe
diatur uel turbetur, poſsit agere cõ
tra eum, & reſiſtere etiã de facto. ut
elegãter declarat Bar. in l. j. §. hoc in
terdicto. uer ij. no. ꝙ in iſtis iuribus.
ff. de itin. actuq; pri. & adde qđ not.
per glo. in c. cum eccleſia Sutrina. in
uer. triũ epiſcoporũ. & ibi per Doct.
extrà de cauſà poſ. & ꝓprie. & p gl.
iij. in c. cum ad ſedem. extrà de reſti.
ſpo. Secundo caſu quãdo ducitur
aqua iure facultatis[b], & non ſeruitu
tis, & tunc eſt licitum ſuperiori di-
uertere, nec inferior poteſt agere,
neq; ſibi reſiſtere, ut eſt caſus ĩ l. Pro
culus. ff. de dam. inf. & in l. ſe. & in l.
fluminũ. §. idem uideamus. eo. ti. &
in l. j. §. idem Marcellus. ff. de aqua
plu. ar. & in l. ſi in meo. eo. tit. facit l.
uiam publicam. cum ibi no. ff. de uia
pu. & ibi ita debẽt adduci omnia ar-
gumẽta ſuper ꝓpria parte deducta.
*Sed dubitatio remanet circa p- 54
dicta, quando quis dicatur duxiſſe
aquam iure ſeruitutis uel iure ſim-
plicis facultatis. Et ĩ hoc tota uis ma
teriæ huius conſiſtit. circa quod dic:
Aut ſeruitus eſt impoſita ab homine
ex conuentione uel aliquo titu. in-

ter uiuos, uel per inſtrumentum aut
codicillos, uel alia ultima uolũtate,
uel per ſententiam, uel eſt impoſita
ſeruitus à l. puta ĩ ſtatuto, ut ĩferior
poſsit aquã ducere ad fundum ſuũ
inferiorem: & clarũ eſt, ꝙ tunc iure
ſeruitu. dicitur aquã duxiſſe: & ſupe
rior nõ poteſt aquã diuertere cõtra
debitã ſeruitutẽ. ff. de aqua plu. ar. &
p alia iura ſ. ad hoc allegata. aut nõ
eſt ſeruitus impoſita ab homine, uel
à lege: & tũc aut eſt pſcripta ſeruitus
aquæductus. & idem eadẽ ratione,
per l. ſi quis diutur. ff. ſi ſer. uẽ. *Sed 55
in hoc eſt etiam dubiũ, quãdo indu-
catur ſeruitus aquæductus præſcri-
pta, uidelicet quãto tẽpore, & quæ,
& quot requirãtur ad iſtam pręſcri-
ptionẽ inducẽdã. Dicas breuiter de
tẽpore, aut loquimur de aqua quæ
ducitur ex publico, aut ex priuato.
Si ex publico, reqritur tantũ tẽpus,
cuius non extet memoria in cõtra-
triũ, ut l. j. in fi. ff. de aqua plu. ar. &
l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ. ff. de aqua
quot. & æſti. Aut ducitur ex priuato:
& tunc quia regulariter habet cau-
ſam continuã, præſcribitur x. annis
inter pręſentes. & xx. inter abſentes.
l. ſi quis diuturno. pręallegata. & no.
in l. ſeruitutes. ff. de ſeruitu. de quo
dic ut dixi ſ. in iiij. quæſt. principali.
& plenius in primo libr. in vij. quęſt.
principali. ubi de hoc omnino ui-
de. Quot autem & quæ requiran
tur ad iſtam præſcriptionem indu-
cẽdam: dic plura. Primum eſt, quod
ſine poſſeſsione uel quaſi, non pręs-
cribitur. l. ſine poſſeſsione. ff. de u-
ſuca. & capitul. ſine poſſeſsione. de
54 regulis iur. in vi. & notat. per gloſſ.
Bald. & Docto. in l. ij. C. de ſeru. & a-
qua. & ſic requiritur quod non ſit u-
ſus iure familiaritatis uel ſimplicis
facultatis, ut habetur per Bart. & gl.
& Docto. in l. j. ff. de itin. actuq; pri.
& p Bar. & gl. & Doc. in l. q iure fami
liarita



liaritatis. ff. de ſer. & per Flo. in l. ſer-
uitutes. eo. tit. & per hoc Ang. & Do
cto. in c. bene. extrà de poſtu. prælat.
& in c. cum eccleſia Sutrina. extrà de
56 cauſà poſſ. & proprie. *Et quod qs
fuerit uſus iure ſeruitutis, cõpręhen
di poteſt ex actibus quos facit, quos
quis per ſe ipſum non poſſet facere
in fundo uicini citra ius & nomẽ ſer
uitutis, ut præcidere ſepem, mũdare
uel mundari facere foſſaturã in fun
do uicini, uel ducere aquã per fun-
dum uicini, quæ fieri nõ poſſunt re-
gulariter, niſi iure ſeruitutis. l. quẽ-
admo. §. j. in fi. ff. ad l. Aquil. arg. l. cũ
quidã. §. dicitur. ff. de acq. hęre. & d.
l. quoties. & not. in locis præallega-
tis. & per uicinum actum ducendi a-
quã acquiritur iſta poſſeſsio, ut dixi
ſ. in ti. de ſer. iti. uer. ul. principaliter
quæro quid requiratur ad hoc ut qs
ſit in quaſi poſſeſsione ſeruitutis.
dic ut ibi dixi. Secũdum requiritur,
quod ſit uſus illa quaſi poſſeſsione
bona fide, credens illam ſeruitutem
ſibi competere, ut d. l. ij. & ibi no. in
l. ſi. ff. quemad. ſer. amit. Tertium re
quiritur ſcilicet tempus x. ann. inter
præſentes, & xx. inter abſentes in ſer
uitutibus habentibus cauſam conti-
nuam, ſicut eſt ſeruitus aquæductus
regulariter. In habentibus uero cau
ſam diſcontinua, requiritur tantum
tempus quod nõ extet memoria in
contrariũ, niſi allegetur titulus: quia
tunc ſufficit probatio x. uel xx. ann.
ut eſt gl. not. multum in l. ſeruitutes
prædiorũ. & ibi Ang. & Flo. & Doct.
ff. de ſer. ti. generali. & eſt gl. in l. fin.
inter. diu. & ibi per Bar. & Doct. ff.
de aqua plu. ar. & habetur p Cy. Bal.
& Doc. in l. j. & ij. C. de ſer. & aqua. &
pe Bar. in l. j. §. hoc interdicto. ff. de
itin. actuq; pri. Item quando ducitur
aqu ex publico, requiritur tantum
tẽps, ꝙ nõ extet memoria in cõtra
riui, ut dixi ſ. in uer. dic breuiter de

tẽpore. Nec in pſcribẽdo huiuſmodi
ſeruitutẽ, reqritur de neceſsitate ti-
tulus, ut l. ſi qs diuturno. & ibi no. ff.
ſi ſer. uen. & no. in d. l. j. & ij. C. de ſer
ui. & aqua. & quando dicatur habere
cauſam cõtinuam, uel diſcontinuã,
uide no. per Docto. in d. l. ſeruitutes
prædiorum. & l. foramen. & ibi per
gl. & Doct. ff. de ſer. ur. præ. & per gl.
& Doct. in d. l. j. Et prædictis adde o-
mnino quæ dixi plene ſ. in j. lib. in
viij. q. prin. Si uero non eſt ſeruitus
præſcripta, tunc dic, aut habẽs fundũ
inferiorem in quaſi poſſeſsione ſer
uitutis aquæ ducendæ, ad fundũ ſuũ
eſt, & habens fundum ſuperiorẽ uel
altius, non poteſt aquam diuertere à
curſu ſuo, nec poteſt inferior impe-
diri uel turbari quominus ducat a-
quam ad fundum ſuu ſicut prius du-
xit, etiam pendente iudicio de aquę
ductu, donec declaretur an poſsit a-
qua diuerti. ut no. gl. & Bar. in l. j. §.
hoc interdict. ff. de itin. actuq; pri. &
probatur in l. pen. ff. de aqua quo. &
æſti. & ſi ille qui eſt in quaſi poſſeſ-
ſione, turbatur ab aliquo, poteſt ex-
traiudicialiter de facto reſiſtere, ut
eſt glo. no. in d. §. hoc interdicto. &
ibi hoc tenet Bart. ſed ſi habens fun-
dum inferiorẽ non eſt in quaſi poſ-
ſeſsione ſeruitutis, neq; eam præſcri
bit, neq; ſeruitus eſt impoſita à lege
uel ab homine: tunc dicendum eſt,
habentes fundum ſuperiorem poſſe
aquam diuertere: quia tunc aqua nõ
uidetur diſcurriſſe iure ſeruitutis,
ſed potius iure cuiuſdã facultatis, ut
dixi ſ. in uer. ſecundo caſu, quando
ducatur aqua iure facultatis. & iſtud
eſt de mente gl. in l. Proculus. ff. de
dam. infect. & Bar. & Pau. de Ca. in l.
fluminum. §. item uideamus. eo. tit.
& Bart. in l. j. §. ſicut autem. in fin. ff.
57 de aqua plu. arc. * Dubium in hoc
ſolum remanet, quãdo dicatur aqua
diſcurriſſe iure facultatis tantum, &

non ſeruitutis. Et in hoc dic, quod aqua dicitur uel alicui ius aquæ cōpetere iure facultatis, quando aqua per ſeipſam fluit ſeu diſcurrit, nec interuenit aliquis hominis uſus uel factum. puta quia per uenas ſubterraneas aqua de fundo ſuperiori diſcurrit ad fundum meū inferiorem. nā hoc caſu etiā ſi diſcurriſſet per mille annos, nō diceretur mihi ſeu fundo meo acquiſita aliqua ſeruitus: quia aqua per ſe fluens [a] non poteſt inducere præſcriptionem uel conſuetudinem, cum in præſcriptione uel cōſuetudine requiratur, quod interueniat aliquis actus hominis, quo principiato ſufficiat aquam fluere. l. qui fundum. ff. quemad. ſer. amit. ut eleganter dicit Bald. in c. j. §. ſi quis de manſo. in vj. col. in ti. de controuer. inueſti. & hoc caſu quando aqua per ſe ſemper fluit, puta per uenas ſubterraneas, ille ad quē aqua fluit, dicitur lucrum capere. & iſte eſt caſus in d. l. Proculus. in d. §. itē uideamus. & in l. ſi in meo. ff. de aqua plu. arc. quæ ita debent intelligi. & ita conſului anno præterito in ciuitate Brixiæ. Eſt & alia ratio per quam non poteſt dici, quod in caſu dictarum ll. poſſit induci præſcriptio, uel conſuetudo per aliquem curſum temporis, etiam ſi eſſet tantū tempus, cuius initij memoria non exiſtat in contrarium. Nā ſi quis habet fontē in fundo ſuo, & aqua per uenas ſubterraneas diſcurrit ad fundum meum, in quo habeo puteum, quo puteo uſus ſum longiſsimo tēpore etiā p mille annos, tamen nō poſſum dicere me pręſcripſiſſe uel ex cōſuetudine præſcripta acquiſiuiſſe illā aquā, quia ad hoc ꝙ præſcribatur huiuſmodi ſeruitus, requiritur ſcientia & patiētia aduerſarij, ut l. ij. & ibi no. C. de ſer. & aqua. *Et eſt ratio, quia in iſtis in- 58
corporalibus nō eſt dare poſſeſsionem. ut l. ſi ædes. §. fin. ff. de ſer. urb. prę. & l. ſeruus. §. in corporalibus. & ibi gl. ff. de acqui. re. do. & iſta quaſi poſſeſsio conſiſtit in ſcientia & patiētia aduerſarij, ut eſt caſus in l. quoties. la ij. ff. de ſer. & in l. j. in fin ff. de ſer. ruſt. præ. & probatur in l. ij. & ibi per gl. & Doc. C. de ſerui. & aqua. & no. etiam Pau. de Caſt. in l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arc. & dixi s. in uerſ. quot autem & quæ requiratur. & ideo tamen iſtæ uenæ ſubterraneæ communiter ſunt occultæ, & incognitæ antē quām fodiat uel eas pręcidat habens fundū ſuperiorem, non poſſum dicere ipſo ſciēte & patiente me uſum fuiſſe aqua putei mei, & ſic contra ipſum præſcripſiſſe, & propterea poteſt ipſas incidere. Teneas tamen, ſi iſta etiā nō ſubeſſet, puta quia forte dominus fundi ſuperioris ſciebat per uenas ſubterraneas, uel etiā ſuper terrā aquā ad fundum meum diſcurrere, poſſet aquam ducere, & uenas incidere, ex quo ſubeſt alia ratio. de qua s. uidelicet, quia ſine facto hominis labitur aqua ad fundū meū, & ſic iure tantū facultatis & nō ſeruitutis, ut dictum eſt. & prædicta intellige uera, niſi habens fundū ſuperiorē haberet à domino fundi inferioris, ad quē aqua diſcurrit, putā quia dominus utriuſque fundi conceſsit mihi in feudum fundum ſuperiorē, in quo aqua oritur, quæ diſcurrit ad fundū inferiorem cōcedētis quod eſt inferius qa nō eſt uериſimile dominū ita cōceſſiſſe, ut elegāter no. Bal. in d. c. j. §. ſi qs de māſo. in iiij. col. in fi. ar. l. qui- nas ædes. ff. de ſer. ur. præ. Itē pdcta intellige uera, quādo aqua percipitur ex loco publico: qa tūc nō pōſsit aquā diuertere in eius preiudiciū ſiue danū, ut l. ij. §. merito. & ibi Bar. ff. ne qd in lo. pu. & idē no. Bar. in l. Proculus. in fi. de dam. infec. & in l. j. §. ſicut

[a] Fluens. Aqua per ſe fluēs per certū locū non inducit cōſuetudinem uel præſcriptionē. Bal. in c. j. §. ſi quis de manſo. vij. col. in uerſ. ſed nunquid aqua. de contro. uer. inueſti. Et uide ſ. per Bar. Cæp. tit. de ſer. ur. præ. c. xxij.



§. ſicut autē. in fin. ff. de aqua plu. ar. & plenius per eundem in l. quominus. ff. de flu. & habetur per gl. & Docto. in l. ſi manifeſte. C. de ſer. & in l. ſi quis argentariis. §. ſi initium. ff. de eden. circa quod uide omnino quæ plene ſcripſi s. in vj. q. prin. uer. ulti. circa prædicta. uſq; in finē. Et ex prædictis ſequitur deciſio multarū quæſtionū, & primo queſtionis s. formatæ in uer. Sed eſt dubiū de q. quotidiana, uidelicet ſi aqua oritur in fundo ſuperiori, & poſtea diſcurrit ad fundos inferiores, & domini inferiores uſi ſunt dicta aqua pro irrigādis fundis ſuis, uel fecerūt coadunationem aquæ in fundo inferiori, in quo fecerūt molendinum ſciente & patiēte domino fundi, in quo aqua oritur, an dominus ſuperior poſsit aquam diuertere, ut nō diſcurrat ad fundum inferiorē, in qua ita concludo: Aut habens fundū inferiorē aliquid fecit in fundo ſuperiori, in quo aqua oritur, puta per foſſatū aquam duxit: uel ſi mūdaſſet foſſata in fundo ſuperiori ſciente & patiente domino, & tūc per iſtos actus uel ſimiles uideretur duci aqua iure ſeruitutis potius quām iure familiaritatis, cū iſta non poſsint in fundo alieno fieri citra ius & nomen ſeruitutis, ut dixi s. in uer. quod quis fuerit uſus iure ſeruitutis, cōprēhēdi poteſt. Et ideo dicendū, ꝙ ſi eſt dominus inferior, in huiuſmodi quaſi poſſeſsione non poteſt de facto impediri uel aqua diuerti: & ſi fuit in iſta quaſi poſſeſsione per longū tempus, etiā de iure nō poſſet diuerti, ſi nō interuenerūt ea quæ ad præſcribendā talem ſeruitutem requiruntur, ſecundū 59
ea quæ dicta ſunt s. Aut habens fundum inferiorem, nihil facit in fundo ſuperiore uicini, puta qa per uenas ſubterraneas aqua labitur, uel qa uicinus utebatur aqua in fundo ſuo, & per ipſum diſcurrebat, & poſtremo aqua exiens per ſe per fundū ſuperiorem diſcurrebat ad inferiorē, & cū fiat potius iure familiaritatis, poterit dominus ſuperior impune aquā diuertere: & idē teneo quādo aqua exiēs de fundo primo per ſe ſine facto hominis, diſcurrit ad loca priuata. eadē ratione probatur in l. Proculus. & l. fluminū. §. fi. ff. de dā. infect. & in l. ſi in meo. ff. de aq. plu. ar. quæ iura licet loquantur de aqua ſubterranea, tamē idem eſt de aqua ſupra terrā, quādo diſcurrit, ſi nō facto hominis, & nulla ſeruitus debetur, quia paria ſunt iura ſupra terram & ſubtus terrā. l. j. C. de interdict. & not. Bald. in l. lapilli. ff. de re. diui. in uer. ex his colligitur talis diſtinctio. Et ad hoc facit quod no. Pau. de Ca. de uenis coartatis, in l. diuortio. §. ſunt in fundo. ff. ſo. ma. Sed ſi facto hominis ducitur aqua prius per uiā uel locū publicū, puta quia ducta eſt per foſſatū. uel per fiſtulas, aut canale uſq; ad fundū priuatū, per longū tempus, uel per tantū tempus cuius initij memoria nō exiſtit, an tūc ducens aqua dicetur eſſe in quaſi poſſeſsione ſeruitutis, uel præſcripſiſſe ita, ut nō poſsit impediri aquā ducere? Et uidetur ꝙ ſic, per ea quæ dixi s. in uer. quot autē & quæ requirantur. Sed tu dicas, ꝙ aut qritur reſpectu loci pub. uel cōmunis, aut priuati proximi, aut primi dominij ſuperioris, in qua aqua oritur. primo & ſecūdo loco, nō eſt dubiū quod inferiores ſunt in quaſi poſſeſsione, uel pſcripſerūt ſi interuenerūt ea q requntur in huiuſmodi pſcriptio. *Et 
59 aduertas qa eſt differētia quantū ad tēpus inter locū publicū & priuatū: quia reſpectu loci priuati ſufficit lōgum tēpus quo ad præſcribendū ſeruitutē cōtra priua. reſpectu loci priuati l. ſi qs diuturno. ff. ſi ſer. uen. & ſæpe

ſæpe dictũ eſt. Sed reſpectu loci publici requiritur uſus tanto tempore, ꝙ nõ extet memoria in cõtrariũ, ut dixi s. in uer. dicas breuiter de tempore. & probatur in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. & pro hoc eſt gloſſ. in l. ij. in prin. in uer. lege. ibi, uel præſcripta. quã ita intelligo. ff. ne quid in loco pub. qa regulariter per locũ publicũ nõ poteſt aqua duci, niſi cõcedatur a principe uel municipali, ut eſt tex. cũ gl. & ibi Docto. in l. imperatores. ff. de ſer. ruſt. præd. & probatur in l. iiij. §. plane. ff. quod ui aut clam. ut not. in d. l. ij. in prĩ. uel niſi ſit inducta aqua per tantũ tẽpus cuius memoria non extet, ut no. Bart. in l. quominus. in j. op. & in j. q. ff. de flu. & ita intelligo l. antepe. quæ incipit, ſuper publicis locis. ff. ne quid in lo. pub. inquantũ loquitur in priuato ducente aquam per locũ publ. ſecũdum intellectum gl. ibi in uer. annexa. Et quod requiratur tantũ tempus, quod non extet memoria in contrarium, ut priuatus poſsit præſcribere locũ pu. tenet gl. in l. imperatores. & Bal. d. l. lapilli. in ij. q. de rer. diu. ubi dicit, ꝙ licet quis non poſsit præſcribere ius habendi molendinũ in flumine pub. quia iura publica pupillorũ nõ poſſunt præſcribi. l. fi. ff. de uſuca. tamen poſſunt preſcribi per tantũ tempus, cuius nõ extet memoria, quia habet uim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. Et hoc tempore dicit poſſe præſcribi ius habendi molendinũ in flumine pu. imo plus dicit quod xxx. anni ſufficiant ſecundum Io. ut not. per gl. inſti. de re. di. §. flumina. in uer. omnibus. Sed illa gl. non probat hoc, quia nõ loquitur de preſcribẽdo iure pub. iure in quo erat licitũ unicuiq;, ex quo ius piſcandi [a] eſt comune omnibus, ut d. l. flumina. Loquitur ergo illa gl. de præ-

*a Ius piſcandi. Piſcationes ſunt permiſſæ, uel ꝓhibitæ ſecundũ conſuetudine. l. ſi qſpiam. C. de diuer. et tẽp. præ. inſtit. de rerum di. §. flumina. Iac. Alua. Padua. in c. 1. quæ ſint rega. Bart. Cæp. in l. inter publi. §. 1. ff. de uerb. ſign.*

ſcribendo contra priuatũ qui ſimpliciter habeat prius ius piſcandi, & tũc bene ſufficiunt xxx. uel xl. anni. & ita intelligo illam gl. & pro hoc eſt tex. cũ gl. in l. fin. ff. de uſu. & in l. ſi quiſquam. ff. de diuer. & tempo. præſcri. & hoc procedit quando fuit in quaſi poſſeſsione iuris piſcandi, alias non ſufficeret ꝙ piſcatus fuiſſet xxx. uel xl. ann. ut no. Ang. in d. l. fi. Nec obſt. prædictis l. fi. C. de ſa. ſan. ecc. cũ aut. ibi poſita, quæ incip. quas actiones. quia loquitur quando tractatur de præſcribendo rem priuatã, quæ ſpectat ad ciuitatẽ uel locum publ. & ex prædictis diſtinguendo ita concludas, aut quæritur de præſcribẽdo locum publ. puta deducendo aquã per uiam pu. & requiritur tantũ tempus quod nõ extet memoria in contrariũ, ut d. §. ductus aquæ. aut de præſcribendo ius publici cõtra priuatũ, puta quod qs poſsit ſolus piſcari in flumine pub. & ſufficiunt xxx. uel xl. anni, ſi fuit in quaſi poſſeſsione piſcandi, ut d. l. fi. & ibi Ang. in prin. ff. de uſu. aut de præſcribẽda re priuata cõtra rempu. & regulariter ſufficiunt xl. anni, ut d. aut. quas actiones. Aut tractatur de præſcribendo iure priuato cõtra priuatũ puta ſeruitutem, & tunc aut habet cauſam continuam uel quaſi, & ſufficit longũ tempus x. uel xx. an. ut d. l. ſi quis diuturno. aut habet cauſam diſcontinuã, & requiritur tantũ tempus, cuius non extet memoria in cõtrariũ, ut l. j. in fin. ff. de aqua plu. ar. & no. gl. in l. ſeruitutes prædiorum. ff. de ſer. ti. generali.

Tertio caſu quando quæritur de præſcribendo reſpectu primi domini ſuperioris, in cuius fundo aqua oritur. & teneo ꝙ nullũ ius ſit quæſitũ contra ipſum per dominũ inferiorem: quia quantum ad dominũ ſuperiore fundi, in quo aqua oritur, non poteſt dici quod fuerit, aut ſi aliqua quaſi



quaſi poſſeſsio ſeruitutis in fundo ſuo ſuperiori, nihil actũ eſt. ſed ipſe dominus ſuperior utebatur aqua ꝑ fundum ſuum ſine facto domini inferioris, ut patet ex his q̃ dicta ſunt.

60 *Secunda q. ex prædictis deciditur. quidã duxit aquã per fiſtulas uel canalia lignea, uel habebat ius claudendi clauicã certis horis, ne aqua laberetur ad fundum uicini, ſed ut duceretur ad fundũ ſuũ: & ex iſtis fiſtulis ſeu canalib. uel clauica clauſa fluere cõſueuit certa pars aquæ per foramina: uel quia clauica claudebatur cũ ſtramine uel ſterquilinio aut terra, ex qua aliquatulum ſtillare cõſueuit: quæ aqua diſcurrit per loca inferiora, & collecta fuit ꝑ dominos inferiores lõgiſsimo tempore pro irrigandis prædiis ſuis, uel pro hauſtu aquæ, uel alio uſu. dominus ſuperior qui habet ius aquę ducẽdæ, uult ita claudere aquam, ut nihil penitus diſcurrat ad loca inferiora. domini inferiores nolũt ut diſcurrat illa modica aqua ſicut diſcurrere cõſueuit: & uidetur ꝙ claudere nõ poſsit: qa aqua non poteſt diuerti a ſuo ſolito curſu. l. ij. C. ad l. Aqui. & l. præſes. & l. ſi manifeſte. cũ ibi not. C. de ſer. & de hoc uidetur eſſe caſus in terminis in l. j. §. fi. ff. de ri. In contrarium uidetur, quia dicta aqua nõ diſcurrit ad fundum inferiorem iure ſeruitutis, ſed iure familiaritatis, ex quo dominus inferior nihil fecit in fundo ſuperiori, ſed ipſa aqua: quia commode retineri non potuit, diſcurrit de ſe ad loca inferiora: & ꝙ poſsit eam ſuperior totam continere, & ſibi cõſeruare, uidetur eſſe tex. ad literam in l. iij. in princ. & §. j. ff. de riuis. ubi in prin. hæc uerba ſcribũtur. Nam ſi operis aliquid faciat quis, ut magis aquam conſeruet uel contineat, nõ impune poteſt prohiberi. Deinde in §. ij. dicitur, Seruius & Labeo ſcribunt, ſi quis riuum qui ab initio terrenus fuit, qui aquam non cõtineat, cæmentarium uelit facere, audiendum eſſe. Sed & ſi eum riuũ qui ſtructilis fuit, terrenum poſtea quis faciat, aut partem riui, æque non eſſe prohibẽdũ. & iſtud eſt uerius. Quod tamen intellige quãdo hoc facit dominus ſuperior ex urgenti neceſsitate, uel ex magna utilitate. & ita loquitur d. l. iij. in princi. & §. j. ſed ubi nõ eſt neceſsitas urgens uel magna utilitas, tunc nõ poteſt. & ita loquitur l. j. §. ſi quis terrenũ. ff. de riuis. ſecũdũ Bart. ibi. qui ita cõcordat dicta iura. Vel ſecũdo poteſt dici & aliter concordari, Aut dominus ſuperior uult facere murũ ad latus, ut aqua nõ uagetur, & poteſt, ut d. l. j. in prin. & §. j. Aut uult fundum riui de terreno lapideũ facere, & nõ poteſt, ut d. §. ſi quis. ſecũdũ gl. ibi. uel tertio poteſt concordari, Aut uult cæmentitiũ facere, & poteſt. Aut uult de lapidibus ordinatis & cõpoſitis, & nõ poteſt, ut uult gl. in d. §. ſi quis terrenũ. ſecundum aliũ intellectum. Item ꝙ dixi aquam contineri poſſe, intellige quando dicta aqua ducebatur per dominũ ſuperiorem abſque alia obligatione. Secus ſi tenebatur priuo uel pacto uel alia obligatione ducere ꝑ canalia lignea, uel clauicæ foramẽ clauderet terra uel ſtramine uel ſterquilinio, & uellet mutare formam, puta de ligneis, facere lapideũ, uel claudere foramen cũ lapidibus uel ligno: quia non poſſet in præiudicium inferiorũ. ar. l. præſes. C. de ſer. & l. ij. C. ad l. Aqui. cum ſim. Et intellige quando nulla ſeruitus fuiſſet impoſita: qa ſi eſſet impoſita, nõ poſſet mutare formam. ut eſt caſus in l. ij. ff. de riuis.

61 *Sed circa prædicta poteſt dubitari, quid ſi habeo ius ducẽdi aquã per fundũ tuũ iure ſerui. duxi per riuũ apertum, & tunc

tunc uolo riuum ſubterraneũ facere. Et uidetur quòd nõ poſsim: quia ex hoc aufero domino ſolum commodum appellendi pecus ad dictum riuum, uel hauriendi aquam ex eo. & ita Labeo uidetur dixiſſe in l. ij. in prin. quæ incipit, Labeo. ff. de riuis. In contrariũ uidetur quòd imo poſſum claudere: quia quòd dominus ſoli, per quem ducitur riuus, priuetur commodo hauriendi aquam ex riuo, uel appellendi pecus ad eum, procedit magis ex occaſione q̃ ex iure. Et iſta uidetur fuiſſe ſententia Pomponij contra Labeonem, ut dicit Pau. in d. l. ij. Tu uero pro cõcordia ita cõcludas: Aut eſt impoſita ſeruitus fundo uicini, ut poſsim ducere riuum apertum per fundũ, & tunc nõ poſſum claudere. & idem ſi dictũ eſt de riuo clauſo, quia non poteſt aperiri, qa aut eſt dictũ de riuo aperto uel clauſo, & tunc diſtingue, aut claudendo uel aperiendo riuum nõ fit deterior conditio domini fundi ſeruientis, per quem duco riuum, & teneas ꝙ poſsim claudere uel aperire. & ita intelligatur opi. Pomponij per l. j. in fin. ff. de riuis. Aut fit deterior cõditio domini fundi ſeruientis, & tunc aut eſt maior utilitas eius cui debetur ſeruitus, quam domini fundi ſeruientis damnum. & tũc aut poteſt claudere uel aperire, per d. l. j. in fi. & ſic etiam procedat opi. Pomponij. aut eſt magis damnũ domini fundi ſeruientis, quam utilitas domini fundi dominantis, qui ducit aquã per riuũ: & tunc non poteſt mutare claudendo uel aperiendo. & ita intelligitur opi. Labeonis. & no. gl. magnam in d. l. ij. ff. de riuis. quam ſequitur ibi Bar. & ita etiam uult gl. in l. iij. in prin. in uer. aduerſarij. eo. tit. quæ gl. ſingulariter uult, quod quãdo fit cauſa ſeruandi aquam uel retinendi neceſſario nõ habet locum

a Aqua. *Aqua ueniens ad fundũ meũ ex fundo uicini iure ſeruitutu per cloacam uel aquaductũ, non poteſt ꝑ me concedi alteri, ex illo aquaductu l. ex meo. et ibi Bart. ff. de ſer. ruſt. præ. quod eſt uerum: niſi poſtquã eſt ingreſſa in fundum meum.*

prædicta diſtinctio. de quo uide qđ dixi in q. præcedenti. in uer. & hoc intellige eſſe uerum. *Item iuxta 62 prædicta dubitari poteſt, quòd ſi quis habet ius ducendi aquam per fundum uicini, & duxit per riuum, nunc uult nouum canalem uel fiſtulas in riuo collocare, cum nunquam habuerit, an poſsit. Dic quòd ſic. & ſi impediatur, cõpetit ei interdictũ utile de riuis, ſi propter ipſius utilitatem hoc facit in cõmoditate eius, cuius ager eſt. ut eſt caſus in l. ſeruꝰ. §. ſi quis nouum. ff. de riuis. & ideo datur utile interdictum nõ directe, quia directe datur, quando iam habuit, ut dicit ibi gloſ. in uerbo Vtile.

* Sed quid econtra, ſi primo duxi 63 aquã per fiſtulas uel canales per fundum uicini, nunc uolo ducere per riuum? Dic quòd non poſſum. qa hoc fieret cum incommoditate uicini fodiendo in eius fundo. argum. d. §. ſi quis nouum. ff. de riuis. ubi etiam dicitur quòd non poſſum dilatare uel attollere uel extendere riuũ uel per alium locum ducere. & hoc probatur etiã in l. ij. §. quod autem ait. ne quid in flumine publ. & in l. j. §. reſtituas. ff. ne quid in loco publico. Et adde quæ dixi s. in ij. colũ. huius viij. q. principalis, in uerſi. item habens ius aquę ducendæ. Tertia quæſtio principalis ex prædictis decidi poteſt, ſi aqua [a] oritur in fundo Titij, & diſcurrit ad fundum Sempronij, & ex fundo Sempronij ad fundum Gaij, nunquid Sempronius poſſit aquam poſtquam eſt ingreſſa fundum ſuum, ipſam continere uel diuertere ad alium fundum ſuum inferiorem, ita ut ad fundum Gaij non perueniat, ad quem eſt ſolita peruenire. & uidetur quòd poſsit eã continere, uel ad alias partes ſuas uel alias ducere, ut l. j. §. illud Labeo. ff. de aqua quo. & æſti. & eſt gloſſ. in l. ex meo.



ex meo. & in l. cum eſſent. §. j. ff. de ſer. ruſti. præd. & ſæpius hoc dictum eſt. Contrarium uidetur tenere Bal. in l. lapilli. in ij. col. circa fin. uerſi. tu diſtingue. qui dicit, Aut aqua naſcitur in prædio, & potes eam mihi impedire, quia beneficio tuo ex prædio tuo habeo. aut in agrum meum aliunde uenit: tunc cum habeam ego inferior beneficium à te, non potes mihi auferre, cum tibi non proſit, & mihi nõceat. & ſic Bal. uidetur Sempronium, qui in medio eſt non poſſe aquam diuertere, quando mihi nocet, & ſibi non prodeſt. & ſic a contrario uidetur ſentire, quòd ſi ſibi prodeſt, poſſe diuertere. Ego uero puto aliter diſtinguendum. aut quæritur de impedimento domini ſuperioris fundi, in quo aqua oritur: aut de impedimento Gaij domini inferioris. Primo caſu conclude, aut eſt impoſita ſeruitus fundo inferiori certo modo, & ſecundum illum modum aqua debet duci, & non aliter. ar. l. ij. in fi. de riuis. & l. ſi in meo. in fin. ff. de aqua plu. arcen. & arg. eorum quæ dixi in princi. huius viij. q. principalis. aut eſt impoſita ſeruitus, ſed non limitata: & tunc idem, quando uellet diuertere ſupra, contra debitam ſeruitutem. Aut non uult facere dominus inferior contra debitam ſeruitutem: quia fundo ſuperiori nulla debetur ſeruitus: & tunc dicas, quod dominus ſuperior regulariter non poteſt impedire, poſtquam aqua eſt ingreſſa fundum Sempronij, niſi illa aqua, ſeu eius diuerſio ſit nocitura fundo, ex quo aqua oritur. ut d. l. j. §. illud Labeo dicit. ff. de aqua quot. & æſti. ut not. gloſſ. in d. l. ex meo. Secundo caſu principali dicas: Aut Gaius dominus inferior habet ſeruitutem aliquam in fundo Sempronij ſuperioris, uel in quaſi poſſeſsione ſeruitutis dicti fundi Sempronij, non poterit Sempronius diuertere aquam contra debitam ſeruitutem. ut l. præſes. & l. ſi manifeſte. C. de ſerui. & l. ij. C. ad l. Aqui. cum ſimi. aut non habet Gaius aliquam ſeruitutem, nec eſt in quaſi poſſeſsione ſeruitutis fundi Sempronij ſuperioris: puta quia aqua ex fundo ſuperiori extendit ſe ad fundum Gaij per modum facultatis: puta quia Gaius nil fecit in fundo Sempronij. & tunc aut Sempronius uult diuertere animo nocendi Gaio, & non poteſt. ut l. j. §. denique. ff. de aqua plu. arcen. & not. gloſſ. in l. fin. §. fin. ff. de dam. infect. quod in dubio non præſumitur. ut not. gloſſ. & Doct. in d. §. fin. & Bal. in l. lapilli. in ij. columna ad fin. ff. de re. diui. & s. in d. uer. ego uero. In hac quæſtione pro ueritate & concordia ſic diſtinguerem: aut uult diuertere plus aquæ quam ſit ei utile, & non poteſt: quia propter exceſſum odij, præſumeretur feciſſe animo iniuriandi ſeu nocendi: ut eleganter dicit Baldus in dicta l. lapilli. Aut non uult diuertere animo nocendi, & tunc aut Sempronius habet aquam iure ſeruitutis ſibi debitæ ex fundo Titij, in quo aqua oritur: & tunc aut illa ſeruitus eſt limitata, puta ut Sempronius poſsit aquam ducere ex fundo Titij ad fundum ſuum cauſa irrigandi ipſum certis horis: & tunc uidetur, quòd ad illum uſum tantum poſſit uti, & non ultra. argu. l. certo generi. ff. de ſerui. ruſt. præd. quæ limitata diſpoſitio limitationis producit effectum. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. & ſic, ꝙ ultra illum uſum non poſsit aquam diuertere in damnũ Gaij inferioris. ego tamen in hoc credo contrarium eſſe uerius de iure, quia cũ aqua ex fundo Sẽpronij diſcur

diſcurrat ad fundum Gaij non iure
alicuius ſeruitutis , ſed facultatis
tantum , eſt in poteſtate Sempronij
aquã retinere uel eam diuertere ad
alia loca : quia ſua eſt, poſtquam eſt
ingreſſa fundum ſuum, per ea quæ
dicta ſunt. Nec obſt. dũ dixi, limitata
diſpoſitio limitatum producit effe-
ctum: quia illa regula procedit quo
ad perſonam Titij ſuperioris , pro
qua limitata eſt, non quo ad perſo-
nam Gaij inferioris , cum qua nihil
cõuentum eſt. Vnde poterit dicere
Sempronius Gaio, quantũ ad te per
tinet, liberas ædes habeo. l. loci cor
pus. §. competit. & ibi Flo. ff. ſi ſeru.
uendic. Facit l. ſi prior. §. ſi ſimplici-
ter. ff. qui pot. in pig. ha. & l. fin. C. de
rei uen.* & quia regulariter poſſum 64
opponere de iure tertij, quando eſt
excluſum ius agentis: ut no. in d. §.
competit. & per Cyn. & Docto. in l.
cum ſeruum quiſpiam. C. de ſer. fug.
& per Bar. plene in l. ij. ff. de re iudi-
ca. & per Bar. & Bal. in aut. qui rem.
C. de ſac. ſanc. eccle. & per Flor. in l.
is conſequenter. §. j. ff. fami. ercis. &
per not. per Bart. Bal. & Doct. in l. ſi
alienam. ff. ſol. mat. Aut eſt ſeruitus
impoſita fundo Sempronij per Ti-
tium dominum ſuperiorem limita-
ta, ſed ſimpliciter, uidelicet ut poſsit
ducere aquam ad fundum ſuum : &
idem multo magis dicendum eſt, ut
proxime dixi. Aut Sempronius rece
pit aquam in fundo ſuo ex fundo
Titij ſuperioris , non iure ſeruitu-
tis , ſed iure facultatis : & tunc aut
Sempronius diuertendo aquam à
fundo Gaij , nihil ſibi prodeſt , &
Gaio nocet, & non poteſt diuerte-
re : quia Gaius non recipit aquam
ex beneficio Sempronij. ita intelli-
gatur Bald. in d. l. lapilli. ff. de rerum
diuiſi. pro quo facit l. j. §. idem ait
aquam. ff. de aqua plu. arc. Aut di-
uertendo Sempronius aquam ex

a Nocet Gaio. *Nocere alteri quis non debet, etiã ut ſibi proſit : in Spec. de j. & ij. decr. §. v. uer. porro. & contrafaciens non debet audiri. in Spe. de ſeu. §. v. uerſi. xj. niſi faciat animo cõſulendi ſibi, non animo nocendi: eo. §. uerſi. xij.*

fundo Gaij , Gaio non nocet : quia
quod tibi nõ nocet, & mihi prodeſt,
faciliter concedendum eſt : ut l. ij.
§. nec igitur. & ibi not. ff. ſolu. ma-
trimo. & ar. l. flum. §. fin. & l. Procu-
lus. ff. de dam. infect. Aut diuerten-
do prodeſt ſibi Sempronio , & no-
cet Gaio [a], & in hoc eſt maior du-
bitatio. & Bald. uidetur ſentire d. l.
lapilli , quòd non poſsit. ego teneo
contrarium , ex quo ſemper facit in
ſuo , & auferre lucrum Gaio , cui
nulla ſeruitus debetur: ut d. l. flumi-
num. in fin. & l. Proculus. & per ea
quæ dicta ſunt ſ. & inquantum di-
xi in tota iſta q. quod Sempronius
poteſt aquam diuertere in damnum
Gaij inferioris , uel contra uolun-
tatem Titij ſuperioris: intellige, ni-
ſi tres fundi fuiſſent prius unius
tantum , uel niſi fuiſſet unus tan-
tum fundus , & poſtea fuerint diui-
ſi, uel diuiſus, inter eos, uel eorum
autores, puta cohæredes uel legata-
rios: uel quia ſimul emiſſent dictum
fundum , & poſtea inter ipſos diui-
ſiſſent , quia tunc quilibet deberet
uti aqua , ſicut erat & diſcurrebat
tempore diuiſionis dicti fundi: quia
ſic tacite uidetur actum inter eos, ex
quo ita diſcurrebat tempore diui-
ſionis, arg. l. qui binas ædes. cum l.
ſequen. ff. de ſeruit. urban. prædio. &
l. quod conclaue. cum ibi not. ff. de
dam. infect. & argu. eorum quæ di-
cit Bald. in c. j. §. ſi quis. de manſo. in
iiij. colum. in fi. in tit. de controuer.
inueſti. & per ea quæ dixi in uerſi.
item prædicta intellige uera. ante
uerſi. ex prædictis ſequitur deciſio
multarum quæſtionum. Facit l. alie-
natio. & l. ſi aquæductus. ff. de con-
trahen. empt. & l. in his. §. non de-
beo. ff. de regu. iur. & pro hoc facit
l. ædiles à iure. in princip. ff. de ædi.
edict.* ubi dicitur, ſi ueditur equus, 65
qui habet ſellam uel ornamẽta tem-
pore



pore quo uidetur eſſe uendita ſella,
& ornamenta , ut ibi dixi. & nota.
per Bart. in l. eum qui. §. non ſolum.
ff. de furtis. & per Guil. Barto. & Do
ctores in l. ſi ut certo. §. uſque adeo.
ff. commoda. & habetur per Angel.
de Aretio inſtitu. de actio. §. in du-
plum. qui dicit plus , quòd nõ ſolum
ueniunt ornamenta quæ habebat te-
pore uenditionis: ſed etiam ante per
duos duos dies : ut eſt caſus mirabi-
lis in dicta l. ædiles aiunt. §. uendidi.
& ibi etiam de hoc dixi. & in l. uia
conſtitui. § fina. & quod ibi not. Bar.
ff. de ſeruitutib. ruſticor. prædio. & l.
ſi in uendendo. in princip. ff. de con-
trahen. empt. cum ſimilibus. In qui-
bus habetur , quòd in dubio res ui-
detur eſſe uendita uel diuiſa libere,
& non cum aliqua ſeruitute: quia il-
la iura intelligo de ſeruitutibus quæ
habent cauſam momentaneam , pu-
ta itineris. Secus ſi ſucceſsiuam, ſicut
eſt ſeruitus aquæductus : ut l. fora-
men. in princip. §. j. ff. de ſeruitutib.
urbano. prædior. ut plene dixi ſuprà
in j. lib. in titu. de ſeruitu. itineris ſeu
aditus. ubi omnino uide pro decla-
ratione huius quæſt. Nec obſt. etiam
l. ſi quis ædes. in princip. ff. de ſeruit.
urban. præd. ubi dicitur, quòd ſi plu-
res fundi qui debent ſeruitutem, effi
ciantur unius tantum , ſeruitus tol-
litur : quia res ſua nemini ſeruit. l. in
re communi. eod. titu. & ſimil. poſt-
ea unus de illis uenditur uel diuidi-
tur , uidetur uendi uel diuidi libere.
Pro hoc dicta l. ſi uendendo. in prin-
cip. quia illa iura intelligo niſi tem-
pore uenditionis uel diuiſionis aqua
diſcurreret per fundos p̃dictos: quia
uidetur uenditio & diuiſio facta , ut
fundi remaneant, ſicut tunc reperie-
bantur. Sed ſi aqua tempore diuiſio-
nis non diſcurrebat per prædictos
fundos , uel erat prius ſeruitus habẽs
cauſam momentaneam: tunc eſſet ali

ter dicendum, niſi in diuiſione dice-
retur, cum acceſsibus & egreſsibus
uſq; ad uias publicas , & cum aquis
aquarum: quia decurſibus, & c. ut ple
ne dixi in dicto titu. de ſeruitutibus
itine. ſeu aditus. quæ omnia perpe-
tuo tenementi , quia ſunt quotidia-
66 na. *Quarta quæſtio principalis po
teſt ex prædictis decidi in caſu econ-
uerſo. Nam ſupra dictum eſt, quãdo
dominus ſuperior uult præcidere ue
nas in fundo ſuo ortas , & impedire
ne aqua diſcurrat ad fundum inferio
rem, quid econtra. quidam habet fun
dum ſuperiorem, in quo aqua naſci-
tur, puta profunde per quindecim pe
des, quæ diſcurrit ſolum ad fundum
uicini inferiorem per ſubterraneos
meatus. & quia non tranſeunt mea-
tus illi fundũ uicini, aqua aſcendit in
fundo ſup̃iori per illos xv. paſſus, &
ducitur à domino ſup̃iori per fundũ
ſuum. dominus inferior fodit in fun-
do ſuo: & ex eo aqua exit ita, ut non
poſsit amplius aſcendere ad ſuperfi-
ciem fundi ſuperioris, quæritur nun
quid poſsit. & uidetur quòd ſic, per
l. flumina. §. itẽ uideamus. cũ l. Pro-
culus. ff. de dam. infec. cum aliis ſimi-
libus ſuprà ad hoc allegatis. ego te-
neo contrarium, per tex. in d. l. flumi
num. §. fina. in fin. ubi dicitur, quòd
ſi tam altè fodiam in meo , ut paries
tuus ſtare non poſsit, tibi teneor : &
ſic ibi p̃batur. ſi aufero tibi id quod
à me non habes, nec à meo peruenit,
ſed à tuo, & ſic infero tibi damnum,
hoc de iure facere non poſſum: quia
ibi altè fodiens qui promiſerat de
damno infe. auferebat lucrum, quod
non proueniebat à re promiſsionis.
Nam firmitas parietis uicini, cui erat
facta promiſsio de dam. infecto, pro-
ueniebat à re promiſsionis. Nam fir-
mitas parietis , & illud fundamen-
tum eſt ipſius uicini , nõ autem pro-
ueniebat à domo ipſi⁹ fodiẽtis . ideo
t hoc

hoc facere non poteſt, ſecundũ Pau.
de Caſt. qui ibi dicit iſtum eſſe ue-
tum intellectum illius tex. quem glo.
& Docto. non uiderunt: ſed ita eſt in
caſu propoſito, dominus fundi infe-
rioris fodiendo in ſuo fundo, & a-
quam educendo aufert domino fun-
di ſuperioris aquam quæ peruenit à
fundo ſuperiori ad inferiorem, & nõ
econtra. ergo de iure nõ poteſt. præ-
terea hoc etiam probari poteſt: quia
ſicuti ædificando in meo, non poſ-
ſum mittere in alienum. l. quemad. §.
ſi protec. in fi. ff. ad l. Aquil. & l. ſi ui-
cem. §. ſi ad ianuam. ff. quod ui aut
clam. ita uidetur & multo magis, ꝙ
ædificando in meo non poſſum au-
ferre illud quod eſt alienum, nec à
me habet originem. quia plus uide-
tur eſſe, auferre alienum, quàm ſim-
pliciter in alieno immittere. iuxta l.
id quod noſtrum. ff. de regulis iur. ex
quo magis damnum contingit in au
ferendo rem alienam. argumẽto aut.
multo magis. C. de ſacroſanctis ec-
cle. & l. quanto magis. ff. de iureiurã.
Quod ſingulariter not. quia poteſt
trahi ad deciſionem multarum quæ-
ſtionum ſimilium. puto tamen ſi uel-
let dominus inferior in ſuo fundo fo
dere, non cauſa prædictam aquam
habendi, ſimiliter forte ut penum fa
ceret ad cloacam, non impediretur,
ſi ita clauderet meatus aquæ ſubter-
raneæ, quòd non impediretur aſcen-
ſus eius ad fundum ſuperiorem. arg.
dictę l. fluminum. §. fin. ibi, ut paries
ſtare non poſsit à contrario ſenſu. &
argu. dict. §. ſi. uer. ait Trebatius, ibi
neq; enim exiſtimari operis mei ini-
tio damnum tibi dari in ea re, in qua
iure meo uſus ſum. ff. de damno in-
fecto. *Quinta quæſtio ſimiliter 67
decidi poteſt, ſi aqua diſcurrat à fun-
do Titij ſuperiori, & in fundo Sem-
pronij inferiori per uenas ſubterra-
neas: & quia Sempronius non fo-
dit in fundum ſuum, tota aqua flue-
re conſueuit ex ſuperiori fundo Ti-
tij, nunc Sempronius fodit in fundo
ſuo, & uenas aperuit, ita ut tota aqua
tam illa quæ in uenis ſuis naſcitur,
quàm illa quæ ex uenis Titij fundi
ſuperioris diſcurrat ad fundũ ipſius
Sempronij, & deſinat aſcendere ad
ſuperficiem fundi Titij, nunquid ita
poſsit fodere Sempronius? & ex prę-
dictis concludendum eſt: aut quæri-
tur nunquid potuerit fodere, & a-
quam ducere ex uenis, quæ ex fundi
ſui uenis procedit. & ſine dubio po-
teſt: quia qui fodit in ſuo, nihil mit-
tit in alienum, nec de alieno aliquid
aufert. Aut quæritur de diuiſione a-
quæ quæ oritur ex uenis ſubterra-
neis fundi Titij ſuperioris. & dicen-
dum quòd non poteſt, per dictam l.
fluminum. §. ſina. in fi. & per ea quæ
dixi in quæſtione præcedenti. *Sed 68
eſt ultima prædicta quæſtio, ſi ille
qui habet ius aquæ ducendæ, admi-
ſcuit aliam aquã illi quam modo du
cere ſolebat, nunquid poſsit prohi-
beri. dic quòd ſolum addita aqua. ſed
etiam pro tota ſimul mixta poterit
prohiberi: ut eſt text. in l. j. §. item
quæritur. ff. de aqua quoti. & æſtiua.
& eſt ratio, quia illa aqua mixta eſt
diuiſibilis: & propterea utile per in-
utile uitiatur. & ita uult gloſſ. in di-
cto §. ſequeri. & pro hoc facit ratio:
quia in diuiſibilibus utile uitiatur
per inutile: ut l. ſi ſponſus. §. genera-
liter. ff. de don. inter uir. in l. pedibus.
in principio. & ibi not. ff. de arbitris.
& per Barto. & Doctor. in l. j. § pen.
ff. de uerborum obligatio. Quod in-
tellige uerum, quando aqua admixta
eſt facto hominis, ſecus quãdo aqua
creſcit in facto hominis: ſed natura-
liter: quia tunc non poteſt prohibe-
ri ducere totam aquam. ut eſt textus
notabilis in l. hoc iure. §. aqua quæ
in riuo. ff. de aqua quotidiana. ſecun-
dum



dum Oldra. & Albericum de Roſat.
l. Rutilia Polla. ff. de cõtrahenda em-
69 ptio. *Vlterius quæro, ſtatutum
eſt in ciuitate, ut quis poſsit ducere
aquam ex fundo ſuperiori per fun-
dum uicini medium ad aliquem fun-
dum ſuum inferiorem, ſoluendo dã- 70
num uicino, quòd cauatio fiat in fun
do ſuo. quod ſtatutum ualet pro-
pter publicam utilitatem: ut dixi ſu-
pra in v. quæſtione principali, per no
ta. in l. fina. C. ſi contra ius uel utili-
ta. public. Modo quis uult ducere a-
quam per fundum uicini ad ſuum, in
quo fundo uicini eſt fons uel ſunt ue
næ aquarum. & ſi poterit in eo fode
re uel per ipſum aquam ducere, miſce
tur aqua ſua cũ aqua uicini, & utraq;
tranſibit ad fundũ inferiorem, nun-
quid poſsit? & uidetur quòd ſic, quia
ſtatutum loquitur ſimpliciter, quòd
per fundum uicini poſsit aqua duci,
ſatisfaciendo ſibi damnũ. ergo ſim-
pliciter & indiſtincte debet intelligi
xix. diſtin. ſi Romanorũ. Nec diſtin-
guit, an ſit damnũ reſpectu terræ fun
di, uel reſpectu aquæ ipſius: ergo nec
nos diſtinguere debemus. l. de publi.
Præterea huiuſmodi ſtatutum eſt fa-
uorabile, & factum propter publicã
utilitatẽ: ergo uidetur eſſe in dubio
intelligendum late, & ampliandum,
ubi ſubeſſet eadem ratio. iuxta not.
per Barto. in l. ſi Conſtan. in princip.
ix. quæſt. primæ partis principalis. ſo
lu. mar. & per Cy. & Doct. in l. j. C. de
adulte. & per Bald. in l. maximum ui-
tium. C. de libe. præ. & per modernos
in l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſolu. matri.
Sed contrarium dico uerius eſſe de
iure. Nam illud ſtatutum debet in-
telligi, dummodo non fiat damnum
uicino in ſuo aquæductu, ut proba-
tur in l. hoc iure. §. is qui ius aquæ
ibi, aquarum riualibus. ff. de aqua
quotidiana & æſtiua. & l. impera-
tores. ff. de ſeruitutibus ruſticorum 71
prædiorum. & l. j. §. ſunt qui putant.
ff. ne quid in flumine publico. & fa-
cit quod dixi ſupra iij. quæſtio. prin-
cipali, circa finem. Item de hoc uide-
tur eſſe text. in l. præſes. C. de ſeru. &
aqua. cum ibi not. per gloſſ. & Doct.
*Item hoc probatur ratione, quã-
do priuilegiatus & cauſæ priuilegij
ſunt paris potentiæ, potior conditio
eſt poſsidetis: ut in c. impari. de reg.
iu. in vi. & l. ſi ſeruum. §. illo. ff. de
uerb. obli. & no. Bart. & Doct. in aut.
quas actiones. C. de ſacroſanc. eccle.
& facit ad hoc l. uerum. §. pen. ff. de
mino. in c. ſi. extra de ordi. cogni. Sed
ille, per cuius fundũ uicinus uult du-
cere aquam, habet etiam aquam, quę
eſt ſimiliter priuilegiata, uel quia eã
ducit aut ducere poteſt ad irrigan-
dos agros: ergo non debet ſibi au-
ferre ius aquæ ſuæ, ut alteri conceda
tur: iuxta no. per glo. & Doct. in d. l.
præſes. Item pro hac opinione facit
l. fina. §. ſi. ibi, ne quod poſteriori da
tum eſt, &c. C. qui potio. in pigno.
habe. ubi probatur, quòd quando
ſunt duæ dotes, non debemus magis
fauere uni quàm alteri. & ſic non de-
bemus cooperire unum altare, & a-
liud diſcooperire. ut ibi no. Barto. &
Doct. & glo. in aut. quomodo opor
tet epiſ. §. ſed neque effuſas. in uerſi.
quia per illum textum. colla. j. Et pro
hoc facit etiam aut. niſi rogati. cum
ibi nota. C. ad Trebel. facit etiam ad
hoc, quod dixi, in quæſt. præcedenti.
Nec obſtat, quòd ſtatutum loquatur
ſimpliciter, ut poſsit aqua duci per
fundum uicini, ſatisfaciẽdo ſibi dã-
num, & debet intelligi de damno al-
terius aquæ quæ gaudeat eodem pri
uilegio, per prædicta. Nec obſtat,
quòd ſtatutum ſit fauorabile, & in fa
uorem ductus, & propter publicam
utilitatem; quia idem fauor eſt in u-
troque caſu: & ideo melior eſt con-
ditio poſsidetis, ut ibi dixi. Quæ-
ro

ro nũc de alia q.quotidiana, Aqua ex
fundo meo ſuperiori deſcendit ad
tuum inferiorem, & inundat totum
fundum tuum ex magna abundantia
aquarum, quæritur de duobus. Pri-
mo nunquid ego, qui ſum dominus
fundi ſuperioris, cogar retinere aquã
in fundo meo, puta faciendo foſſam,
& aggeres, & in eo aquam recollige-
do, ne diſcurrat ad fundum tuum. Se
cundo poſito, quòd non cogar reti-
nere, an poſſum te inferiorem coge-
re, ut eam in fundo tuo recipias, &
foſſam facias, uel alueum, & agge-
res, uel patiaris quòd aqua deſcen-
dat ex tuo ad alium inferiorem. Cir-
ca quæ dicas, in primis tria eſſe con-
ſideranda. Primum eſt, legis con-
uentio, ut ſi aliqua interuenit, illa ſit
ſeruanda.l.j. §.deniq; ait. & l.in ſum-
ma. §.j.ff. de aqua pluuia arcen. & l,
j. §.ſi conuenerit.ff.depoſiti. cum a-
liis ſimilibus allegatis in gl, ſupra in
principio huius viij, quæſt.principa-
lis. Secundum eſt loci natura, quæ
debet inſpici, quæ ut realiter fundus
inferior ſuperiori ſeruiat, ut patiatur
hanc ſeruitutem, & teneatur ſuſcipe
re aquam fundi ſuperioris, niſi aliter
conuentum ſit: ut dicta l. in ſumma.
in principio. Agri enim naturam ſer-
uandam eſſe dicit dicta l j. §.non ſit
ducta & ſemper inferiorem ſuperio-
ri ſeruire, atque hoc incommodum
naturaliter pati inferiorem agrum à
ſuperiore, compeſareq; debere cum
alio cõmodo. ſicut enim omnis pin-
guedo terræ ad eum decurrit: ita e-
tiam aquę incommodum ad eum de-
fluat: ut eleganter dicit text.in dicta
l.j. §. denique. ff. de aqua pluuia ar-
cen. & dicta l.in ſumma.in principio.
eod.titu. Tertium eſt, quòd debet
conſiderari, quando non eſſet dicta
aliqua lex inferiori uel ſuperiori, na-
tura enim loci hoc declarat: quia pla-
na ſunt loca, ita ut nullus ager poſ-
ſet dici inferior uel ſuperior, tunc
loci uetuſtas, quæ uicem legis obti-
net, & pro lege ſemper habetur, di-
rimendarum litium cauſa utique ſer-
uanda eſt, ut dicit textus in dicto §.
denique ait.uerſi.ſi tantum lex. & ibi
gloſſ.in dicta l.in ſumma.in princip.

Quartum etiam poſſet conſidera-
ri, quando aliqua conuentio non eſ-
ſet, uel natura loci aliquid non de-
clarat, neque ſubeſt quid ſit ſeruan-
dum. Circa primum quando interue
nit conuentio de retinenda ſuperio-
ri, ne ad inferiorem, uel de mittenda
in fundum inferiorẽ, dicas illam con-
uentionem eſſe ſeruandam, & per
eam ſeruitutem imponi: ut d.l.j. §.
denique ait. & l.in ſumma.in princi.
ff.de aqua pluuia arcen. coniuncta l.
ſemper in ſtipulationibus.ff. de reg.
iur. *Sed dubitari poteſt, ſi ſimpli- 72
citer eſt impoſita, uel per cõuentio-
nem ſeruitus, ut ſuperior uicinus te-
neatur aquam retinere in fundo ſuo,
uel quòd inferior teneatur foſſa eam
recipere, nunquid ſuperior uel infe-
rior teneatur purgare, uel aggeres
facere, aut munire? Et uidetur quòd
ſic: quia qui tenetur ad unum, tene-
tur ad omnia, per quæ peruenitur ad
illud: ut l.ij.cum ibi notatis.ff.de iu-
riſdi.om. iudic, Et qui permittit ſe-
quentia, uidetur permittere antece-
dentia, quibus mediantibus ad ſequẽ
tia peruenitur. ut probatur in l.iij. §.
j.ff.de ſeruitutib. ruſticor. prædio. &
l.refectionis. §.j.ff. communia præ-
dior, & l.ueteres, ff. de itiner. actuq;
priua. Et facit ad hoc quod not.Bart.
in l.j.in principio. in ij.col.in fi.ff.de
noui oper. nuncia. Item qui permit-
tit conſequens, uidetur permittere
neceſſario antecedẽs.l.illud. & l. pro
hærede. §.Pap.ff.de acquirenda hæ-
redita. & text. cum gloſſ. notabil. &
ibi Bald. C. de do. promiſ. in l.ij. &
pro hoc l.ad rem mobilem. & l.ad le-
gatum.



gatum.ff.de procurator. Sed uideas,
quòd imo ille cuius fundus debet ſer
uitutem, non tenetur purgare, uel
aggeres facere, uel munire, ſed ſo-
lum tenetur pati, ut dominus fundi,
cui ſeruitus debetur prædicta uel ſo-
lida facere poſſit. ut probatur in l.j.
§.denique ait.in princip. & §.fin.ff.
de aqua pluuia arcen. ubi ita dicit,
non ergo cogemus uicinum agge-
res munire, ſed nos in eius agro mu-
niemus. qui text. intelligitur, quan-
do pacto uel uetuſtate erat inducta
ſeruitus retinendi aquam in fundo re
cipiẽdo aquam ex fundo ſuperioris,
ut dicit gloſ.in dicto §.fina.in uerſi.
munire. Et ita intellige quæ dixi ſu-
pra in iiij.quæſt. principali.in fi.uer.
ſed pone quæſtionem, quam habui
73 de facto. *Et eſt ratio regulariter,
ille qui debet ſeruitutem, non cogi-
tur facere, ſed pati: ut l. quoties. §.
ſer.ff.de ſer.ti.generali. & l. & ſi for-
te. §.etiam.uer.nam in omnibus ſer-
uitutibus.ff.ſi ſer.uend. excepta ſer-
uitute oneris ferendi: quia in illa de-
bens ſeruitutẽ poteſt cogi facere: ut
l.cum debere columnã.ff.de ſeruitu.
urbanorum prædiorum. & ita tenet
gloſſ.in dicta l.j. §.fina.in uerſi.coge
mus.ff.de aqua pluuia arcen. & gloſ.
in l.in ſumma. §.j.in uerſi.uel re.quæ
incipit, tu es.eodem titu. & intelligo
text. illius §.fina. non ſolum quan-
do ſuperior uicinus tenebatur aquã
retinere in fundo ſuo: quia tunc ſi
opus, per quod retinetur, indiget re-
fectione, non tenetur ſuperior refi-
cere, ſed pati, quòd inferior reficiat.
& ita intelligit Pau.de Caſt.ibi ſum-
marie. §. denique ait. & probatur in
l.in ſumma. §. item Varus. ad finem.
ibi, ſi uelim aggerem reſtituere in a-
grum.eodem titu. Sed etiam intelli-
go text.in dicto §. ſi quando infe-
rior uicinus tenebatur in fundo ſuo
recipere aquam prouenientẽ ex fun-
do ſuperiori: quia tunc inferior non
tenetur mũdare, ſeu purgare locum,
aut aggerem munire, ne aquæ diſcur
rant ad fundum ſuum, ſed tenetur ſo
lum pati ut ſuperior hoc facere poſ-
ſit, cum ſit eadem ratio.l.illud. ff. ad
l.Aquil. Et hoc etiam tenet Paul. de
Ca.in d.l. in ſumma. §. apud Labeo-
nem. ibi dum text. dicit, hanc infe-
rior uicinus non purgabit. ſupplet
idem in ſuperiore, cum ſit eadem ra-
tio: & ideo dum text. dicit in dicta l.
j §.fin. non ergo cogemus uicinum
aggeres munire, intellige uicinum,
cuius fundus ſeruitutem debet, ſiue
ſit fundus ſuperior, ſiue inferior: &
dum poſtea ſubdit, quòd nos in eius
agro muniemus: expone, in agro ſu-
periore uel inferiore ſeruitutem de-
bente. & dum dixit, ꝙ dominus prę-
dij dominãtis poteſt agere cõtra do
minum prædij ſeruientis, ut patiatur
in fundo ſuo purgari foueas, uel ag-
geres muniri, intelligi debet quãdo
dominus fundi ſeruientis nullam po
terat utilitatem cõſequi. puta ex mu-
nitione aggerum, quoniam ex illa
non poſſet conſequi, niſi laborem &
impenſas, quo caſu poteſt agi per do
minum prædij dominantis ſimplici-
ter, ut dominus prædij ſeruientis pa
tiatur aggeres muniri. Sed ſi poſſet
aliquã utilitatẽ cõſequi, puta ex pur-
gatione foueæ, ſeu aluei, ex pingue-
dine terræ quæ extrahetur de fundo
ſuo: quia tunc ſi ipſe dominus præ-
dij ſeruientis uellet purgare, præfe-
rendus eſſet domino prædij domi-
nantis non ſimpliciter, ut dominus
prædij ſeruientis pateretur. ſed alter
natiue, ut uel purget, aut purgari
permittat: ut l.in ſumma. §.apud La-
beonem. qui ita debet intelligi, ſe-
cundum Bartol. Paul. de Caſt. Imol.
& Doct.ibi.ff. de aqua pluuia arcen.
& idem tenet Paul.in dicta l.in ſum-
ma. §.item Varus.in fi. Et ex præ-

a Actio dire. *Actio directa quæ dicat: uide Bal. in l. ex legato. C. de le. in l. debito. & in l. ex aſſe. p Barto. ad Treb. Itẽ actiõis directæ effectus varios uide in Spec. de act. ſeu peti. §. ij. uerſi. in ſumma. & ſeq.*

b Vtilis. *Actio utilis præfertur directæ. Bal. in l. fi. v. q. C. de edic. diui Adri. tol. i Spe. de emp. et uẽd. §. vij. uerſi. ſed pone ſtatutum. ubi uide. & in ti. de procu. §. fi. in princi. & uer. ſed quæritur. & ſeq. & per Bart. in l. pcur. & Bal. in c. ij. §. fina. de lege Corra.*

dictis ſequitur, ꝙ quãdo ſuperior uicinus tenetur retinere aquam in fundo ſuperiori, ne diſcurrat ad inferiorem, & opus quod retinebat aquam, ne inferiori noceret, ſit deſtructũ naturaliter, puta ex ſuperabundantia aquarũ, uel etiã aliter, ſiue illud opus ſit ſupernaturale, quia non manu factum, ſiue quaſi naturale, quia manu factũ, ſed nõ extat eius memoria, ſed iure ſeruitutis retinebatur, poteſt uicinus cuius fundus debet ſeruitutem, cogi, ut patiatur opus refici, uel in priſtinum ſtatum reponi: ut eſt caſus in dicta l. in ſumma. §. item Varus. & ideo hoc tenet ibi Pau. de Ca.

Item ex hoc etiã ſequitur, ꝙ ſi ille, qui habet ſeruitutẽ, deſtruit opus propter quod aqua retinetur in fundo ſeruientis, & nocet fundo dominanti: poteſt cogi ad ponendum ſeu reſtituendũ dictum opus in priſtinũ ſtatum: ut l. in ſumma. §. item Labeo. & hoc tenet Pau. in l. j. §. & ſi uicinus. eo. ti. & intelligitur nocere, non ſolum quãdo aqua nõ debet aliquo modo deſcẽdere ad fundũ inferiorẽ, & nimis deſcẽdit ꝑpter deſtructionem uel repletione foueæ, quæ aquã in fundo ſuperiori cõtinebat, ſed etiam in agro ſuperiori erat foſſa, quę debebat aquam continere, ut paulatim & moderatè diſcurreret ad fundum inferiorẽ, puta ad ipſum irrigandum: & ſic foſſa erat in fundo ſuperiori propter utilitatem agri inferioris irrigandi: & ſic poſtea repleta eſt fouea, ut aqua uehementior deſcenderet ad fundum inferiore, & ſic noceret: ut probatur in d. l. in ſumma. §. apud Alphenũ. ſecundũ Iaco. de Are. & Imo. ibi, qui exponit illũ text. ibi, dum dicit, aqua deſcẽdit, ſcilicet paulatim & moderatè. quod no. Item intelligitur nocere, quãdo nocet cõtra factum ſeu ſeruitutem impoſitã, ſiue cõtra loci naturam aut uetuſtatem. Secus ſi natura loci aut facto damnum cõtingat: quia tũc agi non poſſet: ut l. j. §. itẽ. & l. in ſumma. j. reſpõſo. ff. de aqua plu. ar. & ita tenet Azo in ſumma. eo. titu. qui etiã ſubdit, ꝙ nocere dicitur, ut detur actio directa[a] aquæ plu. ar. quãdo uicino damnũ datur. ſed quãdo quid fit quominus aqua proſit uicino, ceſſat hæc actio directa, & datur utilis: ut d. l. j. §. ſicut autẽ. l. ij. §. itẽ Varus. ſicut etiam datur utilis[b], ubi nemo facit opus: ut d. l. ij. §. apud. & prædicta procedut, quando ille qui debet ſeruitutẽ, fecit opus in fundo ſuo, uel remouit propter quod danum dat fundo dominãti. Sed qd ſi alius fecerit? dic ut l. quãquam Iulianus. & §. itẽ ſi uero ego. & l. ſi colonus. & l. ſi tertius. §. Celſus. uſq; ad fi. l. & l. emptor. in fi. & l. uenditor. ff. de aqua plu. arce. & uide Pau. de Caſt. in l. in ſumma. §. idẽ Varus. in j. oppo. eod. titu. *Secundo 74
dubitari poteſt, an nõ ſolũ dominus prædij dominantis poſsit cogere dominũ pr̨ędij ſeruiẽtis, ut patiatur fundum ſuũ purgare, uel opus refici, ut dixi: ſed etiã dominus fundi ſuperioris ſeruiẽtis, qui iure ſeruitutis tenetur habere foſſam in fundo ſuo ſuperiori, ne aqua noceat uicino inferiori, ſi illa foſſa indiget refectione, poſſit agere cõtra dominũ prædij dominantis, ut eã reficiat taliter, quòd nõ noceat fundo ſuperiori ſeruiẽtis. Et dic ꝙ ſic. ut eſt caſus ualde not. in l. in ſumma. §. apud Alphenũ. ff. de aqua plu. arcen. ſecũdum intellectum Pau. de Caſt. & ibi glo. intelligit illũ text. aliter in caſu econuerſo. qui intellectus etiã poteſt eſſe bonꝰ: & adde ſecundũ eũ ibi, ꝙ quando fundus ſuperior debet ſeruitutem fundo inferiori, ut aquã retineat, ſi habet foſſam in fundo ſuo ſeruiẽtem, tenetur pati, ut fiat opus iure ſeruitutis, quatenus eſt neceſſarium ad eius uſum,

licet



licet ex hoc reſultet damnũ. ſed ſi illud indiget refectione, non tenetur pati, niſi ut reficiatur: ut d. §. apud Alphenũ. cum ibi notatis. ibi, an ille
75 qui opere manu facto. *Tertio poteſt dubitari, an ille qui excludit aquam naturaliter, & iure ſeruitutis, recipere fundũ ſuũ tenebatur, ne in ſuum ueniat, ſed in alienum deriuetur, teneatur aqua plu. arcen. & dicendum quòd ſic: ut l. j. §. Neratius. cum glo. ff. de aqua plu. arcen. & ideo ſi aqua de directo pluit in fundum tuũ, & tu opere manu facto deriuas aquã in meum, aliter quàm per ſeipſam naturaliter flueret, uel ſi forte opus factum non eſſet, uel ſi flueret non ita rapidè, teneris mihi aqua plu. arcen. Et ita quando aqua non fluebat, nec cadebat de directo in tuum: & tu ne in tuum deſcenderet, opus feciſti per quod ipſam deriuas in meum: & tũc ſi erat impoſita ſeruitus, ut eam tenearis recipere, uel ſi cõſueuiſti longiſsimo tẽpore ipſam recipere, adeo quòd non extet memoria in contrarium; non potes illam aquã à te excludere, & in meũ deriuare. ut probatur in dicto §. Neratius. & ibi hoc uult glo. in uerſi. ſolet. quam ſequitur Paul. & idem not. in l. in ſumma. §. illud etiam. in fi. de aqua plu. arcen. ſed ubi nulla ſeruitus debetur, nec per dictum tempus aqua fluxiſſet, ſed ſolũ naturaliter diſcurrat, dic ut dicã infrà in uer. circa ſecundum quando na-
76 tura loci. *Quarto dubitari etiam poteſt, ſi conceſsiſti mihi ſeruitutẽ, ut poſsim opere manu facto aquam fluentem in meo deriuare ex tuo, etiam ſi tibi nocet, an intelligatur etiam ſi ultra modum noceat: & dic, quòd non. ut eſt tex. multum notabilis in d. l. in ſumma. §. illud etiam. facit ad hoc l. unius. ff. de ſer. urb. præd. & hoc etiã tenet Pau. de Caſt. in d. §. illud. qui hoc inducit per quæſtionẽ illam, ſi fiat cõpromiſſum in arbitros uel arbitratores cũ poteſtate, ut poſſim de iure unius dare alteri in parua ſeu magna quantitate: debet intelligi, niſi ſit nimis magna, & intolerabilis læſio. de quo per Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſo. & Bald. & Docto. in l. cum antea. de arbit. & canoniſt. in c. quintauallis. de iureiuran. & pro prædictis facit, quia in dubio licet cõceſsio facta per principem, intelligatur cum aliquo damno modico: tamen nõ intelligitur de maximo: ut l. qui uniuerſa. C. de preci. impera. of. & not. gloſſ. in l. ſeruitutes prædio. §. publico. ſuper uerbo, modice. ff. de ſeruit. & eſt tex. cum gloſſ. in l. ij. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco pub. & not. glo. fi. in l. ſed cum hærede. ff. ad Trebel. & glo. xxv. quæſt. ij. §. reſcripta. & Car. Zabarel. in c. mandatis. in vij. no. extra de reſcrip. & hoc facit optime l. ſi quis ſepulchrum. in princ. ff. de religioſis & ſump. fune. & quod notat Barto. in l. quominus. in xj. quæſt. ff. de flumi. & adde quod not. Paul. de Caſt. in l. ſi Titius. in prin. circa fi. primæ col. ff. de lib. & poſth. ubi quòd ſi princeps concedit ꝙ in publico poſſim ædificare, & cum præiudicio tertiæ perſonæ, quòd ſufficit etiam ſi non exprimatur perſona, cui fit præiudicium. argu. d. l. ſi Titius. Sed circa prædicta ego ſic dicerem, aut eſt facta conceſsio ſimpliciter, & intelligitur ſine pręiudicio magno per pr̨ędicta iura. Aut eſt facta, ut poſsim aquam in tuũ fundũ immittere, etiã ſi tibi noceat. & tũc intelligitur, etiã ſi fiat magnum præiudicium: ad hoc ut uerba aliquid operentur. argu. l. ſi quando. ff. de leg. j. cũ ſimi. nõ tamen intellige de maximo aut intolerabili præiudicio. argu. l. in ſumma. §. fi. ff. de aqua plu. ar. & pro hoc facit quod no. Io. de Imo. in c. quintauallis. ex-



trà

trà de iureiur. q dicit, ſi cōpromiſſum
eſt factū ſimpliciter, poterit arbitra-
tor modice lædere, iuxta l. unde ſi
Neruæ. ff. pro ſo. Sed ſi eſt dictum q
poſsit lædere partes, intellige de ma
gna, & nō de maxima læſione. quia
de illa nō uidetur actū. & ſimiliter ſi
minor iurauerit nō cōtrauenire, itel-
ligitur ſi eſt modice læſus[a]: ſecꝰ ſi di
catur ratione læſionis. qa tūc ītelligi
tur de magna, ut ipſe no. in d. c. cū cō
tingat. xxiiij. col. & adde pdictis q di
cta ſunt in j. li. in tit. de pōticello. uer.
ſed circa prædicta. *Dubitari po-
teſt circa ſecundū, quādo natura loci
ſubeſt, nec aliqua pactio interuenit.
dic q regulariter fundꝰ inferior tene
tur recipere aquā pueniente ex fun-
do ſuperiori: & iſta eſt quædā ſeruitꝰ
naturalis, & lex naturæ: ut l. j. §. ſed
ſi uicinus. §. denique ita. & l. in ſum-
ma. in princ. ff. de aqua plu. arc. etiā ſi
aqua fundo inferiori noceat: ut d. l. j.
§. toties. uer. q ſi natura. Et pone exē
plum, ſi aqua fluens ex monte, uel lo
co meo ſuperiori, deſcendit in tuū,
eam teneris recipere, nec potes me
cōpellere, ut faciā foſſam uel agge-
res in fundo meo, per quos aqua reti
neatur: quia fundus tuus inferior in
hoc naturaliter ſeruit fundo meo ſu
periori, quando aqua naturaliter de-
ſcēdit, ut dictis iurib. Sed iſta regula
fallit. Primo quādo ope manu facto
per ſupiorē aqua deriuaretur in fun-
dum inferiorē, quæ nō flueret, ſi opꝰ
factū nō eſſet. Secūdo fallit, quādo
aqua quæ ſolebat fluere in fundū in-
feriorē non rapide, ppter opus factū
rapide flueret: ut l. j. §. Neratiꝰ. & ibi
hoc no. Pau. de Caſt. de aqua plu. arc.
uel ſi propter opus fieret quominus
aqua flueret, quàm natura ſolet, ſi
forte minuendo eam aut maiorē fe-
cerit, aut ueIociorē, aut in compri-
mendo redūdare fecit ut dicta l. j. in
princip. & §. toties. niſi impoſita ſit
ſeruitus ad hoc: ut l. j. §. fundi. Et ibi
hoc not. Paul. de Caſt. qui dicit illum
text. limitare omnia iura, quæ dicant
actionem pluuiæ arcendæ dari, con-
tra illum qui opere manu facto aquā
fluentem in ſuo deriuat in fundum
uicini, ut aliter diſcurrat, quam per
ſe naturaliter diſcurreret. ut in dicta
l. j. §. j. quia illa procedunt, niſi im-
poſita ſit ſeruitus illi fundo, in quem
deriuat, per d. §. fina. Tertio fallit,
quando aqua nō fluebat, nec cade-
bat de directo in tuum, ſed alibi: &
77 poſtquàm ceciderat, deſcendebat in
tuum: & tu ne in tuum deſcenderet,
opus feciſti, propter quod aqua de-
riuatur in meum. & tu non cōſueui-
ſti eam recipere, ſed demum incipit
in tuum deriuare. nam tunc potes eā
excludere opere facto, & non tene-
ris, licet in meum deriuetur, quando
quis poteſt aquam auertere & curare
ne in ſuū fundū influat, ſi modo non
animo nocendi fiat, ſed ne ſibi no-
ceat: ut eſt caſus in l. in ſumma. §. pe.
ff. de aqua pluuia arcen. Et ideo ſi tu
dominus fundi inferioris in ingreſſu
tui fundi uis facere aggeres, uel
quid ppter quod aqua impediatur,
ne in tuum fundum ingrediatur, &
ingrediatur fundum cuiuſdam ter-
tij, quod non fieret, ſi ingrederetur
fundū tuū, potes hoc facere. quia il-
le tertius nō pōt agere cōtra te, ut te
nearis aquā recipere, & eam à te non
excludere: quia quantū ad illum ter-
tium, tuus fundus non ſeruit natura-
liter, ſicut ſeruit fundo ſuperiori, ex
quo aqua deſcēdit: ut eſt caſus no. in
d. l. in ſumma. §. idem Labeo. el. ij. &
ibi hoc tenet Paul. de Caſt. & iſtud
procedit, quando tu dominus fundi
inferioris non conſueuiſti aquam in
tuo recipere per tantū tempus, cuius
nō extat memoria in contrarium.
uel quia ſeruitus de hoc nō fuiſſet im
poſita: alias ſi dicto tēpore conſue-
uiſſet

a Modice læ. *Modica læſio non facit dari reſt. in integ. in Spec. de reſtit. in integr. §. ij. uer. & ſcias.*



uiſſet fluere, uel ſeruitus fuiſſet impo
ſita, nō poſſes eā diuertere. Et iſte eſt
caſus in d. l. j. in §. Neratius. cū gl. in
uerſi. cogetur colligere. de aqua plu.
ar. Et dixi ſuprà in ij. fallentia, in fin.
quod eſt bene notandum. quia decla
rat totum illum titulū. ff. de aqua plu.
ar. Quarto fallit, quando ſuperior
habebat foſſam in fundo ſuo natura-
lem, non opere manu factā, uel quaſi
naturalem: quia memoria non exta-
bat de dicta foſſa, licet opere manu fa
cta fuerit: uel quando non erat natu-
ralis foſſa, ſed manu facta, & extabat
de ipſa memoria, ſed iure ſeruitutis
facta erat. Nam omnibus iſtis caſibus
inferior dominus non cogitur dictā
aquam recipere in fundum ſuum: &
fouea eſſet rupta, uel aggeres deſtru-
cti, poſſet ſuperior cogi, ut patere-
tur refici, ut ſuprà dictū eſt, & proba
tur in l. j. §. apud Labeonem. ff. de a-
qua plu. arcen. & ibi hoc tenet Paul.
de Caſt. Secus ſi non habeatur dicta
foſſa iure ſeruitutis, & extabat eius
memoria, & erat manifeſta, quia tūc
inferior regulariter ipſam aquam co
gitur in ſuum fundum recipere, per
prædicta. immo plus etiam, ſi fouea
eſſet deſtructa: puta quia in fundo ſu
periore aquarum concurſus excaua-
bat locum, propter quem aqua reti-
nebatur, ne deſcenderet in fundum
inferiorem: poſtea illa excauatio eſt
deſtructa uel repleta, uel quia agge-
res fecerat dominus ſuperior in fun-
do ſuo, poſtea ex impetu aquarum
deſtructi ſunt, uel etiam ipſe domi-
nus ſuperior, uel alius autoritate pro
pria deſtruxit: nunc dominus infe-
rior uult agere, ut ſuperior patiatur
foueam purgare, uel eam, aut agge-
res reficere: & certe non poteſt, quia
illa fouea non erat naturalis: quia de
nouo facta nec quaſi naturalis, quia
extabat memoria: nec erat ibi iure
ſeruitutis, ſed caſualiter poſita, uel
facta. Et ſimiliter dicendū eſt de ag-
geribus. Vnde ſicut ſi ipſos feciſſes
ſpōte, poſſes remouere: ita & ſi caſua
liter facti ſunt: ſecus ſi eſſent ibi iure
ſeruitutis, uel non extaret memoria:
ut probatur in d. l. in ſumma. §. apud
Manuſam. & ibi hoc no. Pau. de Caſt.
coniuncto §. idem ait ſi in agro. &
in d. §. item apud Labeonem. & ibi
hoc no. Ia. de Are. quem ſequitur ibi
78 Paul. & in §. idem Varus. ea. l. *Et
ex hoc no. quòd ſi propter inūdatio
nem aquarū propria autoritate in ri
uo ſiue fouea uel in aggeribus feciſti
coronellas, ne aqua ſubabundās flue
ret in fundum tuum, potes impune
eas ſimiliter remouere: quia ſicuti uo
luntariè potes eas deſtruere, nec te-
neris pati, ut reficiantur, niſi ſeruitus
eſſet impoſita: ut d. §. item Labeo ait
ſi in agro. & in d. §. apud. Manuſam.
cū ibi no. quod perpetuò tene mēti.
79 *Circa tertium, quando nulla eſt
conuentio[a], nec loci natura ſeruitu-
tem imponit, quia loca ſunt plana, &
loci uetuſtas ſubeſt, tunc illa eſt ſer-
uanda tanquam lex. in l. j. §. deniq;
ait. ff. de aqua plu. ar. & l. in ſumma. in
princ. cod. ti. Sed talis uetuſtas habet
uim quaſi ſeruitutis impoſitæ, ut l. j.
§. fi. Et no. quòd hæc ſeruitus acq-
ſita per uetuſtatem ſeu præſcriptio-
nē tantū operatur regulariter, quātū
ſeruitus acquiſita per cōuentionem:
quia ſicuti præſcriptione quæritur
utile dominiū: ut no. per gl. & Doct.
in aut. niſi tricennale. C. de bonis reo
rum. ita utilis ſeruitus, non directa,
quæritur per pręſcriptionem: ut d. §.
fi. ſecūdum gl. ibi in uer. quaſi ſeruitu
te. In hoc tamen differunt, quia ſerui
tus quęſita per cōuentionem, eſt di-
recta actio confeſſoria[b], ut l. j. §. j. &
ibi plene per Flor. ff. ſi ſeruit. uend.
& per Bar. in l. ſi prius. ff. de aqua plu.
arcend. Sed ſeruitus quęſita per prę-
ſcriptionem, dicitur utilis, quia com
petit

a Couctio. *Couctio eſt cōtractus nominat⁹ ex cōmuni uſu loquendi. uide Paul. de Caſt. conſil. xlj.*

b Actio cōf. *Actio cōfeſſoria eſt in re, & competit domino pro ſeruitute, & ſic pro iure incorporali. l. j. in princi. & ibi Bart. ſi ſer. uend. Itē datur contra impedientē uſum ſeruitutis. l. ſi quis. §. agi. ſi ſerui. uē. l. et ſi forte. §. etiā. eo. ti. Item ut deſtruatur ædificiū contra ſeruitutem. l. ſi eo. cod. ti.*

petit actio utilis:ut d.l.j.§. fi.in fi.&
no.Bar.& Doct.in d.l. ſi quis uim.§.
directa.ff.de acqui.poſ. *Sed circa 80
iſtam uetuſtatem ſeu præſcriptionē
quæritur quātū temporis requiratur.
Dic aūt eſt talis ſeruitus aquæductus
quæ habet cauſam cōtinuā uel qua-
ſi continuam: tunc regulariter ſuffi-
ciunt x. anni inter præſentes, & xx.
inter abſentes. l. ſi quis diuturno.
& ibi gloſſa.& Doctor. ff. ſi ſeruitu.
uendi.& l.ij.& ibi no. C.de ſeruit.&
aqua.& no.gloſ.magna in l.ſeruitu-
tes prędiorū.& ibi per Doc.ff.de ſer.
Aūt habet cauſam diſcōtinuā: & tūc
requiritur tantū tempus, cuius initij
memoria in contrarium non exiſtat:
ut l.hoc iure. §.ductus aquæ .ff.de a-
qua quo.& æſti.& no.in iuribus præ
all. ut dictū eſt ſuprà in iiij.q. princi.
*Quando autē dicatur habere ſer 81
uitus cauſam cōtinuā, uel quaſi diſ-
cōtinuā:uide in l.foramē.ff.de ſer.ur.
præd & quando dicatur tantū tēpus
quòd nō extat memoria in cōtrariū:
an & quādo allegādo titulū ſufficiat
tēpus x.uel xx.anno.uide quæ pleniſ
ſime ſcripſi ſuprà in j.li.in viij. q.prī.
& ſuprà eo.in uer .ſed dubium eſt de
quæſtione quotidiana. de qua plene
per Bar.Imo.& Lu.de Ro.in l.j.§.de
niq;.ff.de aqua plu.ar.& cōmunis o-
pinio eſt, ꝙ ſufficiat x. uel xx. anno.
cū allegatione ut hic. & ubi etiā re-
quiritur tātū tempus, cuius initij me
moria non exiſtat in contrariū.& di-
cit Imo.in d.§.deniq;.quicquid dixit
ibi Lu.de Ro. qui conatur in hac ma
teria concordare opi. *Sed dubita 82
ri poteſt, an ſi aqua ſolita eſt diſcur-
rere ad fundū uicini per plures riuos,
poſsit nunc tranſmitti in unum riuū
tantum.& dicas quòd ſic:ut eſt caſus
in l.apud Trebatiū.in prin.ff.de aqua
plu.ar.ſecundū unā lectu.gl. quam ſe
quitur ibi Imo.& illam glo. omnino
uide in iſta materia. Item quid ſi ali-
quis ſolebat hortū ſuū certo tempo
re irrigare,& de horto fecit pratum,
& uult pratū irrigare,& aſsidua irri-
gatione uicino nocet, an teneatur da
mni infecti, uel aqua plu.ar.& dic, ꝙ
nō:ut eſt tex.no.in d.l. apud Treba-
tiū.§.ſi uicinus.& ex hoc no.ſecun-
dū Imo. ibi, quòd ubi ſeruitus aquæ
ſimpliciter horto debetur, trahitur
etiā ad pratū, quia ſit in eodē loco,
uel territorio.ar. l. ſi ſeruitutes.ff.de
ſer.ur.præ.niſi locū hortus compla-
nauerit, eoq; facto aqua citior ad ui-
cinū uenire cœperit:ut d.§.ſi uicin⁹.
quod intellige ſecundū Pau.ibi, quā
do ſine hoc poterat fundū colere:ſe
cus ſi non poſset aliter, quàm expla-
nādo:quia tūc non teneretur ex quo
illud fit gratia culturæ:ut l.j.§.de eo
opere.ff.de aqua pl.ar.& ar.d.l.apud
Trebatiū.in prin. *Circa quartū & 83
ultimū, quando non eſt aliqua con-
uentio, nec natura loci aliquid decla
rat, nec ſua eſt loci uetuſtas, quid tūc
de aquis ſeruandū eſt? Dic regulari-
ter, neminem poſſe aquā, quæ in fun
do ſuo eſt, in alium fundū ducere in-
uito uel ignorante domino.l.quead.
§.ſi protectum. ff. ad l.Aquil.facit l.
per agrum. C. de ſerui.& l. diuus.cū
ibi no.immo ſi ducatur, poteſt uici-
nus propria autoritate deſtruere: ut
d.§.ſi protectū.& l.ſi uicē.§.ſi ad ia
nuam.ff.quod ui aut clam.& plene di
xi ſuprà in vij.q.prin. Item non po
teſt aliquis aquam ex ſuo fundo te in
uito ad tuū fundum ducere.l.aquam.
& l.præſes.& ibi no.C.de ſerui.& a-
qua. Nec etiam poteſt aqua quis uti
in ſuo lauando ſtercora, ita ut fœtor
ſeu malus odor inficiat uicinum.ar.l.
ij.§.idem ait ſi odore.cum glo.ff. ne
quid in lo.pu.Nec etiam poteſt quis
aquam perturbare, quæ decurrit de
uno loco ad alium:ut d.l. apud Tre-
batium.in prin.ff.de aqua plu.ar.niſi
ad illum uſum eſſet deputata, ſecun-
dum



dum Ang.& Imo.& Ludo.ibi.& etiā
Pau.qui dicit, quòd ſi dominus fecit
foſſas uel riuos, in quibus congrega
tur aqua ad lauandum pannos, licet
poſtea per riuos deriuet in fundum
uicini, dicitur moderate uti, & nō te
netur.ſecus ſi lauaret uentres, & ſic
faceret ſpurcam aquam, ut putredines
deriuentur in fundum uicini:per illū
tex.& de hoc uide text. meliorem de
iure, in l.cum ſupra.C. de re mili.lib.
xii.& ibi Bart.no.illum contra lauā-
tes pannos in ſummitate fluminis a-
lieuius, quia poſſent prohiberi, quia
per tale lauacrum communes aquæ
deturpātur. Sed lauando in inferiori
parte fluminis non poteſt corrumpi
pars ſuperior.& ideo lauans prohibe
ri non poteſt, per illum text. & not.
bene d.l. cum ſupra. quia uult quòd
cum milites cōſiſtunt ſupra ripas flu
minis, nullus eorum debet aquam ſor
didam reddere, ſeu mulos uel equos
ſudātes imponere, ſed procul in infe
riori parte fluminis.quod no. contra
ſcutiferos lauantes equos ſudantes
in flumine uel alueo pu.ad quem ha-
betur curſus neceſsitate uel delecta-
tione.& ſimiliter not.contra pediſe-
quas uel mulierculas lauantes pan-
nos uel res immundas per ciuitatem
aut uillam:quod intellige, niſi eſſet
aqua deputata ad illum uſum uel ſo-
litum ita lauari: ut ſuprà dictum eſt.
Item non poteſt quis aquam calidam
puta faciendo balneum immittere in
fundum alienum. d.l. apud Treba-
tium.ff.de aqua plu.ar. quia aqua ca- 84
lida noceret fundo uicino immode-
rate, ut ibi: aliquando tamen aquæ
calidæ ſunt utiles & neceſſariæ pro
irrigandis agris, ut Hierapoli.cōſtat
enim apud Hierapolitanos in Aſia ca
lida aqua agrū irrigari.& de iſtis etiā
aquis competunt interdicta, ſicut
pro aquis frigidis:ut eſt text. nota.
in l. j. §. idem Labeo ſcribit.ff. de a-
qua quo. & æſtiua.Sed uidetur quòd
nullo modo poſsit quis aquam ex
fundo ſuo in alienum immittere, e-
tiam nō ſpurcam nec calidam. quia li
cet in ſuo quis poſsit uti aqua & qua
libet re ſua. l. in re mandata. C. man.
tamen non poteſt in alienum immit
tere.l.ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer.uen.&
l.j.§.idem ait aquam.ff. de aqua plu.
ar.& l.quemadmod.§.ſi protectum.
ff.ad l.Aquil.ut ſuprà dixi. Sed pro
ſolutione diſtingue: aut aqua primo
de fundo uicini in tuum fundum de-
riuatur: & tunc licitum eſt tibi eun-
dem fundum remittere. ita loquitur
d.l.apud Trebatium.ut dicit ibi glo.
magna ſecundum unum intellectum.
aut aqua non peruenit ex fundo ui-
cini, ſed ex tuo. & tunc aut ego uo-
lo facere in meo, & immittere in tuū
fundum tale quid, quod per ſeipſum
non flueret in tuum: & non poſſum.
& ita loquuntur contraria. & in hoc
uide quæ dixi ſuprà in j. lib. in titul.
de ſeclario. & in titul. de aquarolo.
& in titul. de aquæ proiectu & alia-
rum rerum. aut uolo immittere in
tuum id quod per ſe fluit, ut puta fa-
ciendo ibi riuos, & dimittendo ibi
aquam quæ per ſe diſcurrit. & tunc
ſubdiſtingue: aut facio hoc mode-
rate, quatenus expedit ad uſum fa-
miliæ, & poſſum. & ita loquitur d.
l.apud Trebatium.in princip.ſecun-
dum alium intellectum, aut immo-
derate, & non poſſum, ut nota. in d.
§. Ariſto. & de hoc uide quæ ple-
ne dixi in j. lib. in titul. de ſeruitute
proiiciendi.in ij.quæſtio. *Quan-
do autem dicatur fieri immodera-
te, & moderate? Dic moderate,
quando pro uſu tantum familiæ:
immoderate, quando ultra uſum fa-
miliæ.ut no.in d.§.Ariſto.& in d.§.
apud Trebatium.in prin.uel quando
aqua corrumpitur, ſeu interrumpi-
tur, uel immitterentur putredines,
uel

uel quãdo fieret baluẽu, ex quo imitteretur aqua calida:ut d.l. apud Trebatium.in prin.& §.j.cum ibi no.niſi aqua calida prodeſſet,ut ſupra dixi.

85 *Occurrit alia q.an ille,cui debetur ſeruitus aquæductus,poſsit arcũ lapideum facere cauſa aquæ ducẽdæ. dic aut uult facere arcum ſeu pontem in loco quo alteri debetur ſeruit⁹ itineris,& non poteſt. Aut nõ uult facere in loco, quo alteri debetur ſeruitus cauſa tranſeundi,& poteſt:ut eſt caſus coniuncta gloſſ.in l.ſupra iter.in prin.ff.de aqua plu.ar.& ſimiliter dominus prædij ſeruientis non poteſt facere pontem in præiudicium eius, cui debetur ſeruitus aquæductus, ut probatur ibi ſecundum unum intellectum gl.quem ſequitur Bar. & Do.

86 * Sed nunquid habens ſeruitutem uel ius aquæ ducendæ poſsit arcum ſeu põte lapideum facere ſupra aliũ aquæductũ alienum?dicas quòd nõ, ſi turbaret eius aquam.ut d.l.ſupra iter.in princ.uer.nec is.& ibi hoc no. gl.& eodem modo non poſſet aquęductu alium aquæductum facere, ſi nocet ſuperiori:ut probatur etiam in l.hoc iure. §. fin.ff. de aqua quoti.& ęſt.in l.quo Quintus.ff.de ſer.ru.prę.

87 * Sed quid econtra,an ille qui habet ſeruitutem iti.poſsit facere pontem ſupra locum per quem ducitur aqua,inuito eo cui debetur ſeruitus aquæductus?& uidetur quòd ſic.per d.l.ſupra iter.ij.reſpon.ibi, ſed põte. In contrariũ uidetur ſuprà eſſe text. in iij. reſponſo.ibi, nec is. Tu uero concorda ſecundum gl.& Doct. ibi. aut ille, qui habet ſeruitutem itineris,poteſt ire,& uti ſua ſeruitute ſine ponte,& poteſt pontem facere.ita loquitur uer.nec is.aut non poteſt aliter tranſire:& tunc aut uult facere pontem lapideum, qui de facili non poſſet remoueri: & idem, quia non poteſt.arg. l.loci corpus. §.ſi quis.in fin.ff.ſi ſer.uend.& l.fiſtulam.in fi.ff. de ſer.ur.præ.quæ intellige, quando ille loc⁹ alteri ſeruit,puta quia in eo debetur ſeruitus aquæductus:ut dixi:ſed ſi alteri non ſeruit,& tunc habens ſeruitutem itineris,poſſet pontem lapideum facere, & ita poſſet intelligi d.l.ſupra iter.ij.reſponſo. Aut uult facere pontem, puta ligneum, qui de facili poſſet remoueri, & poteſt.& eſt ratio in hoc caſu, quia ille cui debetur ſeruitus, poteſt facere in prædio ſeruientis omne id,ſine quo non poſſet uti ſeruitute:ut l.ſeruitutes. §.ſi domo.ff.de ſer.ur.præd.& l.refectionis.ff.communia prędi.Item ratio inter pontem de lignis & pontem lapideũ poteſt eſſe ſecundũ Bar. in d.l.ſupra iter.in prin.quia quando eſt põs de lignis,nõ impeditur purgatio riui, quod de facili tolli poteſt: quod fieri nõ poſſet,quãdo eſſet põs lapideus.Et aduerte,quia põs dicitur proprie de lignis:ſed arcus lapideus, non dicitur proprie pons:ut probari uidetur in d.l.ſupra iter.in princ. Sed communis uſus loquendi aliter ſe habet,cui ſtãdũ eſt ſecundũ Bar.& Doc. ibi,ut dixi etiam ſupra in j.li.in ti.de ponte. 88 *Sed quid ſi ille,cui debetur ſeruitus per riuũ aquæductus in fundo meum, uult iuxta pontem facere foſſam,in qua cõgregentur aquæ, & ipſas poſtea per riuum ducere? Dic quòd non poteſt:quia poſſet aqua ibi corrũpi & dare damnum prædio ſeruienti. & probatur in d.l. ſupra iter.in iiij.reſpon.ibi,aut ſi ſpecus.ſecundum Iacob.de Are.& Docto.ibi.

89 *Item nunquid ille, qui habet ius aquæ ducendæ de riuo, poſsit cuniculum ſubterraneum facere, per quem ducat aquam?Et tex.in d.l. ſupra iter.in prin.ſentit quòd ſic, dum dicit,cuniculum:quaſi dicat, ſi uellet facere,poſſet.gl.tenet cõtrariũ,quòd quãdo ſeruitus debetur per riuũ, qui eſt



eſt coopertus,nec foſſam,nec cuniculũ cooperte facere poteſt,inuito domino prędij ſeruientis.per l.j. §.fi.cũ l.ſeq.ff.de riu. ſecũdũ intellectũ gl.licet gl. dubitet de intellectu illarũ ll. de quo dic ut plene dixi ſupra.in uer. ij.q.ex prædictis deciditur.uſque ad uer.iij.q.pri.Et adde prædictis quòd ille,qui auertit aquã de publico aquęductu,quãdo habet id ex priuilegio principis uel conſuetudine, debet ipſam ducere per caſtellũ uel aliud foramẽ,& nõ p fiſtulas, ne maceries fiſtulæ corrũpãtur.& cõtrafaciens pdit beneficiũ ducẽdi aquã, & etiã punitur in corpore:ut eſt text.in l. eos. & ibi Bar.hoc no.C. de aquæductu.lib. xi.& qui trahit aquã ex flumine pub. debet gratis trahere nihil ſoluendo pro tali deductione aquæ:ut l.ad reparationẽ.C.de aquęduc.& no.gl.in rub.eo.ti.

90 *Supereſt alia quæſtio,qs teneatur manutenere riuos, & eos purgare,& aggeres reficere [a], cuius expenſis. In qua ita diſtingue: aut loquimur de aqua publica,aut de priuata.Si de publica,uidetur quòd debeat cõſeruari,& manuteneri expenſis publicis,ſecũdũ Flo.in l.ſi fiſtulæ. ff.de ſer.ur.prę.& dixi ſupra in j.li.in ti.de aquæductu.pro quo facit, quia in dubio uidetur quis facere opus in utilitatẽ reipu. ſumptu pu.ut l.ad reparationẽ.cũ ſi.C.de aquædu.li.xi.& l.fi.C.de fabriceſibus.& l. cũ nauiculariorũ.in fi.C.de naui.& l.ij.C.de cu pſ.li.xi.Itẽ qa qs nõ debet grauari duplici onere.l.j.C.de impo.luc.deſcri. li.x.Sed in cõtrariũ facit,quia dominis prædiorũ per quæ trãſit aquæductus,publica conceditur immunitas ab extraordinariis muneribus;ut ſupra,in dictionibus nomine illorũ prędiorũ imponẽtes, ut foſſas ſiue aquarũ ductus repletos purget:ut eſt tex. in l.j.C.de aquedu.li.xi.& propterea uidetur, quòd ſuis expenſis facere teneantur.ex quo propter hoc recipiũt comodũ:quia ad quẽ ſpectat lucrũ, deberet ſpectare damnũ.l.j. §.pro ſo. C.de cadu.tol.& l.ſecũdũ naturã. ff. de reg.iu. Item quia qui in uno releuatur,in alio debet grauari.l. cũ qui. in prin.cũ ibi no.ff.de iureiu. Itẽ pro hoc optime facit l. ſuo uictu. & l.qđ niſi.in prin.ff.de ope.lib.ubi dicitur, illũ qui tenetur præſtare operas, debere præſtare ſuis expẽſis.& pro hoc eſt gl.nota.in l. ſtipulationes cõmodiſsimũ.ff.de uer.ob.quæ uult,quòd ſcriptores teneantur ſcribere cũ ſuo atramento.& ibi per Ang.& Io.de Imo.Facit etiam ad hoc quod no. gl. Bal.& Doctor.in l.quoniam liberi.C. de teſt.& no.idẽ Bal.in l.liberti libertæq;.C.de ope.libe.& quod no. in l. ſi non ſortem. §.libertus. ff. de cõdi. inde. Ego in hoc articulo ita diſtinguerem:aut eſt lex, uel conſuetudo declarans quis debeat purgare locũ publicum,& cuius expẽſis.& illa eſt ſeruanda.l.j. §.fi. cum l.ſequen. ff.de aqua plu.& l.ſemper. §.legem. ff.de iure immun.aut non eſt cõſuetudo. & tunc aut princeps uel ſuperior, cuius eſt locus publicus, recipit uectigalia uel pedagia fluctuũ & uiarum & pontium a nauigantibus & tranſeuntibus:& tunc tenetur ſumptibus de publico ea loca purgari facere.nõ autem tenentur ſubditi ſumptibus ſuis.ar.l.j.C.de Alexãdrię priuat. li. xi.

91 * Item pro hoc facit, quod elegãter dixit Archi.xxiiij.q.ſi quis peregrinus.ubi ſingulariter uult, quòd comites & barones. & alii ſuperiores colligentes pedagia & uectigalia,teneantur itinera & ſtratas tenere ſecuras propter hoc quia colligũt dicta uectigalia. alioquin tenentur ad emendationem perditorum,ſi in defectu iuſticiæ inueniantur. xxiij. q. j. dominus. & q. v. adminiſtratores.& iij.q.iij.qui ſine.& in auten. ut diffe.

a Reficere. *adde Bart.& Alex.in §.ſi qs ædificiũ.per gl. in l.j. §. pe. de mor. infer. facit c.conſuluit. de Iudæis.& l. fi.C.eo.tit.*

diffe.iudi. §.pe.& idem ſequitur Bal.
in c.j.in fi.pe.col.in ti.de pac.iura.fir
man. Idem tenet Hoſt. in ſumma de
ceſibus. §.ex quibus.& Odof.in aut.
habita.C.ne fil. pro pa. & idem tenet
Flor.in l.j. §.ſumma.ff. de his q deie.
uel effu. quod intellige quando ſci-
uit, & prohibere potuit. alias ſecus,
ar.l.ne quid.in princ. cum ibi no.per
gl.& Bart. ff.de incen.rui.& nau.aut
princeps uel ſuperior non recepit ue
ctigalia:& tunc recipit aliam utilita-
tem, puta piſcationes, uel ſalinas, uel
alias utilitates.iuxta c. j. quæ ſint re-
ga.& idem eadem ratione.arg.c. qui
ſentit onus.de reg.iu.li.vi.& l.ſecun
dum naturam.ff.co.tit.aut non reci-
pit aliquam utilitatem:& tunc ſubdi
ti ſumptibus purgare tenentur, pro-
ut ex eo utilitatem recipiant, etiam ſi
ſint eccleſiæ.C.de ope.pub.l.ad cor-
pus.C.de colla.fun.patrimo l.j. & in
aut.de eccleſiaſti.tit. §. ad hoc ſanci-
mus.& ff. ne quid in lo.pu.l.ij. §.uia
rum.uer.refectiones.& quod no.in l,
ſi locus.in fin.ff.quemad.ſer.amit. &
in l.ij.in fin.C.de naui.li.xi. Si ue-
ro loquimur de aqua priuata:& tunc
aut eſt propria,& nulli debet ſeruitu
tem, & domino incumbit onus pur-
gandi ſumptibus ſuis:aut debet ſer-
uitutem alteri.& regulariter in omni
bus ſeruitutibus refectio ad eum per
tinet, qui ſibi ſeruitutem aſſerit: non
ad eum cui res ſeruit, niſi in ſeruitu-
te oneris ferendi:ut l.& ſi forte. §.e-
tiam.ff.ſi ſer.uend.de quo dic, ut di-
xi.ff.eod.in uer.quæro. de alia q.quo
tidiana.& ſupra in j. lib.in tit.de ſer-
uitute oneris ferendi.* & adde quod 92
ſi in fundo quis habet uſumfructum,
alius proprietatem: & eſt aliqua im-
penſa neceſſaria pro cloaca, uel ob
formulam aquæductus, illa ſpectat
ad uſufructuariũ, & nõ ad proprieta
rium:ut l. ſi pendente. §. ſi quid cloa
sarij. ff. de uſufruct. & ibi uide per

Flor.& quod habetur in l. hactenus.
eo.tit. Item adde, dum dixit Bald.in
c.j. §.ſi quis de manſo. in pe. colum.
tit.de contro. inueſt. quod quis te-
netur mundare de facto riuum ſuum
per ſua prædia currentem, per l. j. C.
de aquæductu.lib. xi. debet intelligi
de riuo publico, & de facto in cura
& opera & expenſis publicis.l.ad re-
parationem.eod.tit.& adde quæ ſu-
pra dixi. Vltimo circa iſtam quæſt.
princip.adde quæ ſuprà dixi in j.lib.
in ix.quæſt.princi. ubi in genere tra-
ctatum eſt, qualiter quis debet uti
ſeruitute, & quæ ſuprà dixi ex vij.
quæſt.princip. *Nono principali- 93
ter quæro, qualiter retineatur ſerui-
tus aquæduct.& in ea quis teneri de-
beat. Dic breuiter, quòd retinetur,
quando ipſe cui debetur, utitur re
pleno eius nomine, non autem mer-
cenarius, aut hoſtis, aut amicus, aut
medicus, qui ad uiſitandum domi-
num uenit, uel colonus uel fructua-
rius. Item qui quaſi debita ſeruitu-
te uſus eſt, & in uſu retinetur: ut eſt
text.in l.j.cum ll. ſequen. uſq; ad fin.
tit.ff. quemadmod.ſeruit.amitt. ubi
gloſſ. & Doct. Item ſi in partes agri
aqua fluxit, etiam ſi non ad ulterio-
ra loca peruenit, tamen omnibus par
tibus fundi debetur,& retinetur: ut
l.ſi in partes.eo.tit. facit l.ij. in prin-
cip.& quod ibi no.ff.de acquir. poſ.
Item ſi in uia publica eſt locus, per
quem duco aquam ad prędiũ meum,
licet regulariter de iure ducere non
poſſim: ut l.j. §.pen.& l.hoc iure. §.
ductus aquæ. ff. de aqua quo.& æſti.
tamen ſi unus mihi conceſſit, ut poſ
ſim aquam ducere per locum publi-
cum, & poſtea me ducere impediat,
ſum tuendus in uſu aquæductus per
utilem actionem contra ipſum, qui
ius mihi aquæ ducendæ conceſſerat:
ut probatur in l. ij. ſecundum unum
intellectum glo.ff.communia prædi.
facit



facit ad hoc l.j. §. ait prætor.de aqua
quo.& æſti.& l.per fundum,ff.de ſer
uitut. ruſticor. prædior.& eo modo
qui mihi conceſsit facere pontem ſu
per uiam publicam, & ædificare mo
lendinum ſuper ſuum, licet iure me-
ro non teneat dicta promiſsio: ta-
men ille qui promiſit, non poterit
petere, ut deponatur pons aut de-
ſtruatur molendinum, ſecundum An
gel.& Docto.in d.l. ij. ff. communia
94 prædio.per illum text.cum gl. *Ex
quo etiam infert ibi Angel. quòd li-
cet ex flumine publico non poſsit
conſtitui ſeruitus aquæductus, ut te-
neat de rigore, tamen de æquitate
prætoris ſic, quando flumen non e-
rat perenne:ut ibi, quod eſt notan-
dum. Item quis retinet ſeruitutem a-
quæ etiam quando ædificia in flumi
ne ſunt diruta, dummodo remaneat
aliqua retentionis ſigna, quæ poſ-
ſunt eſſe. Primum, quando ædificium
uel forma aquæ ducendæ non eſt re-
ducta ad priſtinam formam. Secun-
dum, quando eſſet reducta ad pri-
ſtinam formam, ſed nondum eſſet e-
lapſus annus. Tertium, quando eſſet
elapſus annus, ſed remanſerunt ali-
qua ligna in fundo aquæ, puta pali li
gnei:ut probatur in l. fin. in princip.
& ibi per Barto.Angel.& Doctor.ff.
de uſu. & per not. in l.riparum.ff.de
re. di. quando diruto ponte, ædifi-
cio, uel forma aquæductus in ſignũ
retinendæ quaſi poſſeſsionis forma-
re uel figere fecit palos ligatos in qui
buſdam partibus fluminis, uel aquæ,
quod ſignum eſt ne uideatur locum
reliquiſſe, quia ſolent habentes iura
aquæ uel molendini in flumine per
publicum inſtrumentum proteſta-
ri, quod non obſtante destructione
ipſi intendunt tenere & poſsidere,
uel quaſi locum,& alueum fluminis,
& ius: & per huiuſmodi ſigna faciũt
affigere palos, ut dixi: & ſtantibus

prædictis ſignis, uel aliquo eorum,
nullus alius poterit ædificare in di-
cta aqua, uel ius aquæ auferre, quia
ædificans eum quaſi poſſeſsione pri-
uaret. Ita ſingulariter dixit Angel.&
Ioan.de Imol.in l. fin.per illum text.
cum ibi nota. ff. de uſucap. & adde
quod not.Bart.in l.quominus. in xv.
q. ff. de flumin. quod perpetuo te-
ne menti in practica pro illis, qui ha-
bent molendina, uel alia ædificia in
fluminibus, aut aquis, uel ius a-
quæ ducendæ,& permittunt corru-
ere ædificium molendini uel aquæ-
ductus:ut ſi retinent aliqua ſigna de
prædictis, uel ſimilia, dicantur reti-
nere ius molendini, uel aquæductus,
nec eo turbari poſſunt. Item ſi quis
in aquæductu ſuo impediatur, po-
teſt ſibi propria autoritate ſubueni-
re,& ædificium, uel locum in eo per
alium factum propria autoritate de-
ſtruere: & hoc modo ſuam quaſi poſ
ſeſsionem tueri:ut l.j. §. ſi protectũ.
in fin.ff. ad l. Aquil. §. ſeruitus. §. ſi
ad ianuam.ff.quod ui aut clam. Item
ſi quis diuerteret aquam meam, uel
mihi debitam, uel impedierit, uel de
ſtruxerit aquæductum, qua actione
poſsit conueniri? uide text. cum ibi
nota. in l.ſi ſeruus ſeruum. §. aquæ-
ductum.ff.ad l. Aquil. Item quomo-
do retineatur iſta quaſi poſſeſsio ſer
uitutis aquæductus, uide ea quæ ha-
bentur per gloſſ. & Doctor. in l. ij.
C. de ſeruitutibus & aqua, & circa
hanc materiam uide ſupra in j. lib.in
princip.in xiij.quæſt.princip. pen.&
ulti. colum.& quæ dicam in ſequen.
q.prin.quia per ea, quæ ibi dicentur,
95 declarabitur etiam iſta q. *Decimo
principaliter quæro, quomodo, &
qualiter ſeruitus aquæductus amitta
tur.dic multis modis. Primo amitti
tur tẽpore nõ utendo:ut habetur ple
nè per gl.& Doc.in l.ſeruitutes.ff.de
ſer.& in l.ij.C.de ſerui.& no.quòd ſi
aquam

aquã quę oriebatur in fundo uicini,
plures per eũdem riuũ iure ducere ſo
liti ſunt:ita ut ſuo quiſq; die à capite
duceret per eundem riuũ, eumq; cõ-
munẽ : deinde ut quiſq; inferior erat
ſuo quiſq, proprio riuo: & unus ſta-
tuto tẽpore, quo ſeruitus amittitur,
non duxit, ius aquæ ducendæ amiſit,
nec ꝑ cæteros qui duxerũt ſeruitutẽ
retinuit, nec tale ius cæteris acquiri-
tur: ſed ſi plurium fundo aqua debi-
ta eſſet, per unum eorum omnibus
iis inter quos is fundus cõmunis fuiſ
ſet, retinetur. ut eſt tex. in l. aquam. in
prin. & §. j. ff. quemadmo. ſeruitutes
amitt. quod no. Item ſi ſeruitus de-
betur tibi maiori, & pupillo, licet
uterque non utatur, tamen propter
pupillum tu etiam maior ſeruitu-
tem retines. l. ſi cõmunem. in prin-
cip. ut ibi no. eod. tit. Secundo, a-
mittitur cõfuſione, de qua uide in l.
ſi quis ædes. in prin. §. j. & per Flo. &
l. ſi communi. & l. unus ex ſeruis. ff.
de ſer. ru. præ. & l. tria prædia. eo. tit.
& l. ut pomum. §. j. ff. de ſer. & l. ſi cũ
ſeruitus. ff. quemad. ſer. amitt. & de i-
ſtis duobus modis amittendi ſerui-
tutem, uide quę plene dixi ſupra in 1.
li. in x. & ulti. q. prin. Tertio amit
titur permiſsione, ſi debes mihi ſer-
uitutem aquæductus, & permiſero
tibi ut eum claudas, uel ad alium lo-
cum aquam ducas. argũ. l. ſi domus.
ff. de ſeruitutibus. urbanorum præ-
diorum. & l. ſi ædes meæ. eodem ti-
tulo. & l. ſtillicidij. in principio. ff.
quemad. ſeruit. amitt. & l. cum meus.
ff. ſi ſerui, uend. niſi illa promiſsio fie
ret precario neceſſarie. quia tunc ſer
uitus non amitteretur. l. ſi precario
ff. communia prædiorum. Quarto
amittitur, ſi fons aruerit, ex quo a-
quæductum habeo, & per conſtitu-
tũ tempus ad uenam ſuam non redi-
erit: ut l. unus ex ſociis. §. fi. ff. de ſer.
ru. præ. Sed ſi poſt conſtitutum tẽ-
pus ad amittẽdã ſeruitutẽ ad ſuã ue-
nã redierit, an aquæductus erit amiſ-
ſus? Et dicendũ eſt ipſum amiſſũ, ſed
reſtitui debere: ut eſt text. no. in d. §.
fi. iuncta l. ſeq. quæ incipit, & adiici-
mus. ut ibi per gl. & Doc. Quinto
amittitur ex receſſu fluminis, ut ſi a-
quã ex flumine publico duxerim, &
flumen receſſerit, nõ poteſt ſequi flu
mẽ, quoniã ei loco ſeruitus impoſita
nõ eſt, quatenus is locus tuus ſit. Sed
ſi alluuiõe paulatim acceſſerit fundo
tuo, ſubſeq potes, quoniã totus loc⁹
fluminis ſeruiat ductioni. ſed ſi cœpe
rit totũ fluere mutato alueo, nõ po-
teſt: quoniã medius locus nõ ſeruit,
interrupta eſt ſeruitus: ut eſt tex. in l.
hoc iure. §. ſi aquã. ff. de aqua quo. &
æſti. Circa quòd uide quæ plene dixi
ſupra in vij. q. prin. uer. itẽ quid ſi de
betur ſeruitus aquæductus ex flumi-
ne publico. *Sed nunquid propter 96
inundationem fluminis perdatur ſer
uitus aquæductus? Dic ꝙ non. l. ad-
eo. §. inſula. in fi. uer. aliud ſane eſt. ff.
de acqui. re. do. & inſti. de re. di. §. a-
lia cauſa. *Sed maior eſt dubitatio, 97
nũquid poſſeſsio, uel quaſi, aquę per
maiorem inundationẽ perdatur, ſi-
cut poſſeſsio territorij? Dic quòd nõ.
quia nihil additũ tale facit deſinere,
quia nec deſino poſsidere terrã, ſi ei
cruſta applicetur ex fundo uicini, fa
cit ad hoc l. ſi qs nec cauſam. §. fin. ff.
ſi cert. pet. Et iſtud eſt neceſſarium ſa
tis, maxime propter poſſeſsiões, quæ
ſitæ ſunt iuxta Padum, quæ inun-
dantur infallibiliter intra decenniũ in
undatione nõ leui, nec cito tranſito
ria, ſed uehementi, & cruſtam agro-
rum exportant: ut ff. de acqui. poſ. l.
iij. §. Labeo. & ex hoc ſequitur, quòd
ſi præſcribo aridam terram, quæ eſt
facta lacus, eſt ſtagnum per impetum
aquarum, uel induſtria mea, quòd in
terrupta ſit præſcriptio eatenus qua
tenus primi uſus qualitas eſt perem-
pta.



pta. quia primo erat terra, nũc aqua
mutato elemento. ita not. dicit Bal.
in l. unica. in ul. cha. in pri. C. de con
fe. Sexto amittitur uſus alterius a-
quæ in qua non ſit ſeruitus conceſ-
ſa, ſi non utatur aqua ſibi conceſſa. l.
ſi quis alia. in prin. ff. quemad. ſer. a-
mit. & is qui nocturnam aquam ha-
bet, uſus fuerit diurna, per conſtitu-
tionem temporis ad amittendũ ſer-
uitutem nocturnam, amiſit, qua u-
ſus non eſt, & econtra. Et idem eſt
in eo qui certis horis aquæductum
habens, aliis uſus fuerit: ut l. ſi com-
munem. §. j. ff. quemad. ſeru. amit. &
probatur in l. ſicuti uia. & in l. ſi ſic
98 conſtituta. eo. ti. * Sed poſſet du-
bitari, an per immiſsionem alterius
aquæ de qua nulla ſeruitus debetur,
amittatur ſeruitus aquęductus. Et di
cas, ꝙ non, ex quo utitur aqua debi-
ta, & multo maiori: ut probatur in l.
ſicut uia. in prin. & l. j. §. item queri-
tur. ff. de aqua quo. & æſti. tamen u-
tens ampliori aqua ſimul mixta po-
teſt per dominum prædii ſeruientis
in tota aqua impediri, ex quo aqua
non eſt diuiſa: & poſtquam eſt ſimul
iũcta, eſt inſeparabilis: ut d. §. recte
quæritur. Et eſt ratio, quia in ſepara-
bilibus utile per inutile uitiatur: ut
ibi. & l. ſi ſponſus. §. generaliter. ff.
de do. inter ui. & uxore. & l. Pedius.
ff. de recept. arbit. & nota. per Barto.
in l. j. §. pe. de uerb. ob. & in ca. utile.
de reg. iur. lib. vi. cum ſimil. & adde
omnino quod not. Bald. in l. unica.
in pen. char. in fi. uer. pone, fui con-
feſſus. C. de cõfeſ. Septimo amitti-
tur diuiſione fundi, ſi aquæductus
debetur in fundo uicini, in loco cer
to, & finito, & fundus ſeruientis di-
uiditur per longitudinẽ: quia perin-
de eſt, ac ſi ab initio cõſtituti in ſer-
uitute duo fũdi fuiſſent: ut l. nam ſa
tis. §. j. uer. ſed is. ff. quemad. ſer. a-
mit. Quod procedit, ſi ille, cui ſerui
tus debebatur, alterum fundum, in
quo ſeruitus non remanſit, redemit
ſeu acquiſiuerit: quia per hoc non
tollitur ſeruitus, quæ in alio fundo
eſt conſtituta, licet à princ. fuiſſet u-
nus tantum fundus: & hoc quando
locus, in quo ſeruitus debebatur, di
uiſo fundo, ut aquæductus conſiſte-
re non poſſet: ſecus ſi remaneret ita
anguſtus: quia tunc uterque fundus
liberabitur, uidelicet fundus redem
ptus propter confuſionem: ut dixi
s. in prin. Alius propter anguſtiam
loci. l. ſi tam anguſti. ff. de ſer. & hoc
probatur in d. l. nam ſatis. §. certis.
Sed ſi diuiditur fundus ſeruiens per
latitudinem, tunc non amittitur ſer
uitus non utendo ſeruitute aquædu
ctus diuiſa, niſi tota aqua nõ utatur.
d. l. nam ſatis. §. ſi uero per latitudi-
nem. uel niſi ſpecialiter conuentum
fuerit, ut alter fũdus liberetur: ut d.
§. ſi uero per latitudinem. uer. poſ-
ſunt tamen. Si uero ſeruitus aquędu
ctus debetur in uno fundo, ut per
quamlibet eius partem liceat aquã
ducere, & conuentum ſit locum mu
tare poſſe: tunc ſi diuidetur fundus
ſeruiens per longitudinem, & non
utatur ſeruitute, niſi per unum de il
lis fundis, ſtatuto tempore ſeruitus
amittitur: quia tunc perinde eſt, ac
ſi ab initio ſeruitus duobus fundis
fuerit impoſita: ut eſt caſus cum gl.
in d. l. nam ſatis. §. cæterum. ff. quẽ-
ad. ſer. amit. Et prædicta procedunt,
quando ſeruitus non eſt diuiſa: puta
quia ſi cõſtituta ſit aqua, ut uel ęſtate
tantum utatur, uel uno menſe, uel al
ternis annis, uel menſibus, aut die-
bus, uel horis tantum nocturnis, uel
diurnis: an utendo amittatur ſtatuto
tempore, an uero duplicetur. uide
tex. cum gl. & Doc. in l. ſi ſic. ff. quẽ-
ad. ſeru. amit. & in l. ſi diuturnam. ff.
de aqua quot. & æſtiu. & uide plura,
quæ dixi s. in j. lib. ix. q. prin. uer. itẽ

ſeruitus regulariter amittit. & dixi
s̃.eo.in vij.q.prin.circa prin.uer.itē
cōſtitui poteſt,ut ducatur.Et de ma-
teria quomodo & quãdo amittatur
ſeruitus,uel quaſi poſſeſsio ſeruitu-
tis : unde per Bart.in l.quominus. in
xv.q.ff.de flu. & p Bar.Ang.& Doct.
in l.ſi.ff.de uſuc.& quod not.in l.ſi
quiſpiam.ff.de diuer. & tempo.prę-
ſcrip. Quæritur xj.principaliter,
quomodo procedatur in iudicio cir
ca iſtam materiam aquæductus. dic
ut Roſ.Beneuētanus in libellis ſuis
iuris,ubi poſuit quatuor īterdicta in
hac materia aquæ, in quibus etiam
ponit libellum & poſitiones. Primū
interdictum eſt, quando quis habet
ius aquæ quot. ducendæ ad prædia
ſua,& ab aliquo prohibetur aquam
illam ducere. & dicit Roſ.quod ha-
bet tria impedientia interdictum de
aqua quo.quod interdictum eſt pro
hibitorium,& cauſa retinendæ poſ-
ſeſsionis eſt inuentum,ſed non ſem
per:quia eſt aliquando reſtitutoriū:
puta ſi aliquid ſiat ad impediendum
quaſi poſſeſsionem aquæductus, ut
illud deſtituat uel deſtruere debeat:
ut l.j.in princip. §.Labeo.ff.de aqua
quot. & æſti.& ad hoc, ut competat
hoc interdictum, dicit quod ſeptem
ſunt neceſsaria. Primum eſt,quod
ſit aqua quo.& quotidianam aquam
intellige non quę quotidie fluit,ſed
etiam eam quã quotidie poteſt du-
cere, ſi uellet: ut l.j.§.j.ff.de aqua
quot.& æſti. Secundum,quod illa
aqua ſit uſus hoc anno, non ui, non
clam,nec precario, ſaltem una die,
uel una nocte:ſed ſi ante annū hau-
ſiſti,non habes hoc interdictum,ni-
ſi infra unū annū aqua per ſe fluat:
ut ff.eo.l.j.in prin.& §.quod autem
ſcriptum eſt.& §.quæſitum. Ter-
tium,ꝙ illa aqua ſit perennis. nulla
enim aqua poteſt duci, niſi ſit peren
nis.ff.e.l.j.§.loquitur. Quartū,ꝙ
aquam illam ducas à capite,non ali-
unde. Caput autē aquæ eſt, unde a-
qua naſcitur,ſiue ipſe fons ex fonte,
ſiue flumine, uel lacu habeat princi-
pia foſſarum, quibus aqua ex flumi-
ne uel lacu primum riuum ducat.l.
j.§.hoc interdictū.& §.caput.ff.eo.
Quintum, quod ille qui ducit a-
quam,putet ſe iure ducere:ſi autem
99 putat ſe non iure uti, non habet lo-
cum hoc interdictū. ff.e.l.j.§.ſed &
ſi iure.§.Ariſt. Sextum, ꝙ in illa
aqua ducēda non excedat ampliatio
nis modum, & non ducat per aliam
regionem, quam ſolitus ſit ducere.
l.j.§.illud.cū ſi.ff.eo. Septimū,ꝙ il
la aqua ducendo aliã non immiſcea
tur: alioquin non habebit locū hoc
interdictū: ut ff.e.l.j.§.illud Labeo.
& §.item q̃ritur. *Formam au- 100
tem libelli ponit Roſ.in hoc interdi
cto,hoc modo:Coram uobis domi-
ne A. cōqueror ego M.de Alberto
de Dauētria Teutonico,qui me pro
hibuit ducere aquam per fundum
meū talem, cuius confines ſunt ta-
les,&c.iuxta l.formam.in prin.cum
gl.ff.de cēſi.quam aquam duco ſicut
duxi in hoc anno,non ui,non clam,
non precario.Vnde ne me ꝓhibeat
uel impediat, ago cōtra ipſum Alb.
& ad hoc propono interdictū de a-
qua quo.& ęſti.uel actionē in factū.
& ita bene concipies libellum. d. l.
j.in prin.ff.e. Quidam tamen appo-
nere petūt intereſſe,ita dicentes: Et
quia in xx.intereſt mea non eſſe pro
hibitum,ideo ipſum Albe.condem-
nari peto in meū intereſſe,& ad hoc
propono interdictū prędictū, &c.&
hoc probatur in l.j.§.præterea. ff.e.
Sed dicit Rofred.quod non credit,
ꝙ poſsit peti per interdictum, licet
in illo poſsit condemnare iudex, ſi-
cut in aliis ſuperioribus interdictis
notaui. Nec obſtat ille §. præterea.
quia ibi,propter factum ſuum amiſe
rat



rat ius aquæ ducendæ. Vnde quia in
hoc caſu eſt reſtitutorium,igitur re-
101 ſtituitur mihi illud intereſſe. *Po
ſitiones autē,& capitula ſiue articu-
li actoris ita formari debent:Ego Al
bertus dico quod aqua quæ exit de
tali fonte uel flumine, eſt quoti-
diana, id eſt, quæ poteſt quotidie
fluere. Item quod aqua illa ſum u-
ſus hoc anno,non ui,non clam,non
precario.Itē quod uſus ſum hoc an-
no illa aqua ſatis una die uel una no
cte. Item quod illa aqua ſemper eſt
perennis,& nullo modo deſiccatur.
Itē quod aqua illa oritur ex tali fon-
te,uel ex tali flumine,ita quod ab il-
lo fonte,uel ex tali flumine,aquã du
co.Item quod illã duco iure ſeruitu
tis credens uti iure meo. Item quod
duco aquam illã ita,ſicut primo du-
cebam.Item quod aquam illam per
eundem locum duco, ſicut & duce-
re ſolebam.Item quod illam aquam
tantum,quam ducere ſolitus erã,du
102 co ſine alia. *Poſitiones autē uel
capitula ſiue articuli rei ita econtra
formari poſſunt:Ego M.dico, quod
illa aqua tantum currit in hyeme, & 104
in æſtate deſiccatur.& ſi hoc confite
tur actor,abſoluitur reus: quia tamē
non eſt aqua quotidiana,nec peren-
nis.Itē dico, quod aqua illa uſus eſt
Titius tantū.ſi hoc confitetur actor,
ſuccumbit:quia ſi Titius tantum fuit
uſus,ergo non ipſe M.Item quod a-
qua illa uſus fuiſti ui, uel clam, uel
precario à me.Item quod aquam illã
quã ducis, à tali loco eam ducis. Itē
quod locus ille eſt tãtum remotus à
fonte uel flumine,unde illa aqua ꝓ-
uenit,& habet initiū,quod eam du-
cere non potes. ſi hoc confitetur a-
ctor,ſuccumbit: quia iam non ducit
aquã à capite.Item quod tu ſcis ſiue
credis te cōtra ius & iniuſte aquam
illam ducere.Item ꝙ aquã iſtam du-
cis per illam regionē,qua hoc anno
duxeras.Item ꝙ aquam illam ducen
do aliã aquã immiſces. Hæc omnia
colliguntur & probantur ex iuribus
s̃.in prin.huius interdicti alleg.Cæ-
tera cum materia huius interdicti ui
de per Roſ.in ti.de aqua quot. Se-
cundū interdictum eſt de aqua æſti.
quod cōpetit ei,q̃ habet ius ducendi
aquã ad locum ſuū, & ab aliquo im-
peditur eam ducere, & datur contra
impedimentū. Et dicitur hoc inter-
dictū de aqua æſt.quia ꝓpter aquam
quæ tantū æſtate ducitur, ꝓditū eſt.
Et ideo ſi aliquis duxit aquã in tēpo
re æſtatis, & modo uult ducere, &
impeditur ab aliquo, habet iſtud in-
103 terdictū:ut ff.e.§.deniq; ait.*Et ad
hoc ut iſtud interdictū cōpetat,qua-
tuor ſunt neceſſaria. Primū,ꝙ aqua
illa ſit æſtiua,non quotidiana. nã æ-
ſtiua à quotidiana differt uſu, nō iu-
re:ut l.j.§.quotid.ff.e. Secundum,
ꝙ aquam illã priori æſtate duxerit,
hoc eſt, nō in iſta æſtate,ſed in præ-
cedenti. Alioquin ſi hac æſtate,locū
habet interdictū utile de aqua æſti.
ut ff.eo.l.j.§.quod autem diximus.
104 & §.qui hac æſtate. *Et quãdo di
citur æſtas[a]? dic ut hic per gl.in d.§.
quod autē diximus.quæ dicit, ꝙ æ-
ſtas durat quatuor mēſibus: quia in-
cipit ab æquinoctio ueris, & finit in
æquinoctio autūni:ut d.l.j.§.æſta-
te.alia tēpora durat hyems.Et aduer
te, q̃a aqua æſtiua debet eſſe quoti-
diana. Nã omnis aqua quæ in æſta-
te currere poteſt, eſt quotidiana: q̃a
omnis aqua,q̃ currit in æſtate,currit
etiã in hyeme.ſed non conuertitur.
Multæ enim aquæ, q̃ currūt in hye-
me,nō currūt in æſtate. Tertiū re-
quiritur, ꝙ illã aquã duxeris ſaltem
una die uel nocte, ſicut in ſuperiori
interdicto notaui.cum hæc aqua di-
ſtet à quotidiana,non iure, ſed uſu,
ut dixi. Et omnia prædicta ſunt in
pręcedenti interdicto,ut repetetur.

a Aeſtas. *Aeſtas an & quado incipiatur. l.j. § æſtatem. & ibi gl. de aqua quo. et æſti. Bart. in l. ij. §. æſtas. ff. ne quid in loco public.*

Quartum,quòd duxeris, non ui,
non clam , non precario:ut ff.e.l.j.
§.deinde ait præt. *Sed dubitari 105
poteſt,quare iſtud interdictum fuit
factum , & an ſufficeret primum , &
nũquid ſit aliud : cũ aqua quotidia-
na ab æſtiua diſtet nõ iure , ſed uſu:
ut ff.e.l.j. §.quotidiana. Reſpõdeo,
ideo fuit inuentũ,quia in ſpeciali ca
ſu loquitur , ſcilicet quando aliquis
uult ducere aquam quam in æſtate
duxit.& etiã differunt inter ſe quã-
tum ad factum.ff.e.l.j. §. quod autẽ.
Licet omnia quæ requirũtur in iſto,
requiruntur etiam in alio,ut dictum
eſt. Fuit autem iſtud ideo inuẽtum:
quia utile erat aquam ducere in æ-
ſtate propter hortos ad irrigandum
ea,quæ ibi ſunt. Nec facies uim in
uerbo qđ dixi, ad irrigandum,quaſi
non habet locum interdictum, alias
quia imò locũ habet. Nam ſi alia de
cauſa deducta aqua ſit, nihilo minus
competunt hæc interdicta : ut ff.e.l.
j. §.idem Labeo ſcribit,etiamſi pre-
tor. *Item quæritur an interdictũ 106
de aqua quoti.in eo caſu competat,
quo competit interdictum de aqua
æſti. Videtur quòd ſic , quaſi illud ſit
genus[a], & illud ſit ſpecies[b]. Et Roſ.
non putat eſſe uerum:quia doli clau
ſula non pertinet , niſi de his tantũ,
de quibus ſpecialiter cautum eſt : ut
ff.de uer.ob.l.doli clauſula.& l.ſan-
ctio ll.ff.de pœ.In hoc interdicto ita
concipias libellum: Corã uobis do-
mino A.conqueror ego M.de Alb.
de Dauetria, quòd prohibet uel im-
pedit ducere aquam æſtiu.ad fundũ
meum,ad irrigandũ teneras cucur-
bitas,uel cucumeres , uel olera , uel
aliud,ubi aquam illam duxi in prio-
ri ęſtate. Vnde ne me prohibeat,uel
impediat,ago cõtrà ipſum:& ad hoc
propono interdictũ de aqua æſt.uel
actionẽ in factum. Et quòd ibi bene
concipiatur libellus, probatur in l.j.
§.deinde ait prætor.de aqua quoti.
& æſtiua. Si autem in priori æſtate
non duxeris , ſed in hac æſtate,& im
pediaris , concipias libellum prædi-
cto modo, & iſtud mutes , Qui me
impedit , ſiue prohibet aquam du-
cere, ſicut hac æſtate duxi. Vnde ne
me impediat uel ꝓhibeat,ago cõtrà
ipſum , & propono utile interdictũ
de aqua æſti.uel actionẽ in factum.
Et iſta conceptio libelli ꝓbatur in l.
j. §.ꝗ hac æſtate.ff.eo. *Poſitio 107
nes autem uel capitula in hoc inter-
dicto tu actor ita facere potes: Ego
dico, ꝙ illa aqua, ꝗ eſt in fonte tali,
ſine flumine fluit , uel poteſt fluere.
Item, quòd aqua illa fui uſus priori
eſtate. Item quòd aquam illam du-
xi,non ui, non clam , non precario.
Itẽ quòd duxi ab illo loco , unde o-
ritur aqua. Itẽ quòd duxi credẽs ius
habere. Omnes etenim poſitiones,
& omnia quæ requiruntur in ſupe-
riori interdicto , requiruntur etiam
in iſto. *Poſitiones autem uel ca 108
pitula reꝰ ecõtrà facere poteſt , hoc
modo : Ego dico, ꝙ hæc aqua in æ-
ſtate ſiccatur. Itẽ ꝙ iam ſunt duo an
ni,quòd aquã illam non duxiſti.Itẽ
quòd duxiſti aquam illam clam , ui,
uel precario à me.Item ꝙ duxiſti a-
quam illam credens me ius non ha-
bere. Tertiũ eſt interdictũ de aqua
ex caſtello ducenda, quod compe-
tit,quando quis ducit aquam ad præ
dium ſuum uel domum ex caſtello,
id eſt,receptaculo illo,quod aquam
publicã ſuſcipit quod caſtellum uo-
catur , & impedit aquam illam du-
cere. & eſt proditum interdictũ de
aqua ex caſtello ducẽda, ne quis im
pediatur.ut ff.de aqua quoti. & æſti.
l.j. §. ait prætor. ex quo caſtello , ad
hoc ſut competat iſtud interdictum,
quinque ſunt neceſſaria. Primũ,
quòd ius aquæ ducendæ ſit tibi con
ceſſum ab eo qui cõcedere poterat,
puta

a Genus. *Genus non poſſidetur , nec eſt in dominio alicuius. Bal. in l. ij. in fi. principij. C. communia de leg.*

b Species. *Species cum petitur, qd ſit exprimendum in libello , uide in Spe. de lib. cõc. uer. iuxta. ī v. col. uer. itẽ non ualet. Et ſpecies derogat generi ex tacita uoluntate contrahentiũ. Bar. in l. ſed ſi. ff. pro ſocio.*



puta ab imperatore uel ſenatu.Nulli
enim aquã ducere cõceditur ex ca-
ſtello,id eſt,receptaculo,quod aquã
publi.ſuſcipit,niſi à principe uel ſe-
natu cõcedatur,ut s.e.l.ij. §.hoc in-
terdictũ neceſſario.& ff. de flumi.l.
quo minus. Secundũ, ut uiolentia
tibi inferatur,alias nõ cõpetitꝰ: ut d.
§.ait pretor.ex quo caſtello ſi de no
uo uis ducere aquã ex illo recepta-
culo ſiue caſtello , ꝙ tu caueas no-
mine dam.infe.uicino. ut e. §.in fi.
dicitur. Quartũ,quòd receptacu-
lũ ex quo aqua ducitur,ſit tale,quod
antequam ſuſcipiatur,ſit publicũ. ff.
eo.l.j. §.ad hoc interdictum neceſſa
rio.Et aduerte,& tene menti , quòd
licet prædicta interdicta, ſcilicet de
aqua quo.& æſti.ſint poſteriora, ta-
mẽ iſtud interdictũ reſpicit cauſam
proprietatis: quia ſi eſt tibi conceſ-
ſum ſiue ſignatũ ius à principe uel ſe
natu, habes hoc interdictũ : non ha-
bes tamen , licet uſus fueris tanto
tempore,cuius extet memoria.ff. e.
l.j. §.ultimo.& l.hoc iure. §. ductus
aquæ.intelligitur de ductu aquæ ex
flumine pub. cęterum ſi aliunde de-
ducatur aqua quàm ex flumine pub.
& habet continuam cauſam ſeruitu-
tis: illa longo tẽpore acquiritur. C.
de ſer.l.ij.& ita uult Roſ.in interdi-
cto iſto de aqua ex caſtello ducẽda,
quod bene no.pro limitatione d. §.
ductus aquæ. Quintũ eſt neceſſa-
rium,ut ille,qui uult ducere aquam,
ita ducat,ut uicinis non noceat.ff.e.
l.hoc iure. §. ex flumine. Princeps
enim qui cõcedit alicui , ut ducat a-
quam,uidetur concedere ſine dãno
& iniuria aliorũ.ut l.ij. §.merito. &
§.ſi quis à principe. ff.ne quid in lo.
pu.Nã reſcripta principis & priuile-
gia ſine cuiuſꝗ iniuria concedi ſo-
lent.l.nec uias.C.de eman.& c.quã-
uis.in fi.de reſcript. lib.vi.& c.licet.
de offi.deleg.cum ſimi. Sed cõtrà
prædicta opponitur ſecundũ Roſ.
& uidetur quòd iſtud interdictũ nõ
habet locum.Nam ratio iſtius inter-
dicti eſt,ut aliquis ducat àquam pu-
blicam cum licentia principis,ut di-
ctum eſt. Sed contrarium eſt,ſcili-
cet,quòd etiam ſine licentia princi-
pis poſſum aquam ducere, quia flu-
mina ſunt publica.ut ff. de flumini-
bus.l.j.& ij.& tamẽ nõ poſſum mea
autoritate aquam ducere dummo-
do imperator uel ſenatus non prohi
beat.ut ff.de flumi.l.quominus.Re-
ſpondetur ſecundum Roſ. uerũ eſſe
quod tu poſſes ducere aquam ex flu
mine publico , etiam ſine principe.
ſed aquam publicam,id eſt, uſui pu-
blico deſtinatã ſecundum uſum rei-
publicæ, non potes ducere ſine pri-
uilegio principis:ut d.l. quominus.
Et in hoc caſu procedit quod dicitur
in hoc interdicto de aqua ex caſtel-
lo ducẽda,id eſt,eo receptaculo qđ
aquã publicã ſuſcipit.ff.de aqua quo
ti.& æſti.l.j. §.ait prætor ex quo ca-
ſtello.Vel aliter poteſt dici ſecundũ
Roſ.loquitur forte in hoc caſu hoc
interdictum : Habeo prædium meũ
uel domũ meã iuxta flumen uel ri-
uum:inter prediũ meum & domum
meam eſt uia publica : uolo ducere
aquam ſuprà uiam publ.ad prædium
meum,uel ad domum meam , & ſic
facere caſtellum quoddam, id eſt re
ceptaculum quod ſuſcipiat aquam il
lam publicam: certe hoc nõ poſſum
facere ſine permiſſu uel mandato
principis . & quòd ita ſit intelligen-
dum iſtud interdictum ,probatur in
l.j.ff.de aqua quoti.& æſti. & in l. ſi
in publico. §.ſi non iuſſu.ff.de aqua
plu.ar.Vel ita potes ponere exem-
plum:Habeo domum meam ex unà
parte uiæ publicæ , & aliam domum
ex alia parte.uolo facere pontem in
ter utranque ut capiam aquam flu-
uialem pro ciſterna. & ita facere ca-

ſtellum,id eſt,receptaculũ, quo reci
piam aquã fluuialem,certe nõ poſsũ
ſine licẽtia principis. Nam pontem
ſuper uiam publ.facere nulli conce-
ditur.ff.ne quid in loco publi.l.ij.§.
tractatum.ut eſt tex.in l.fi.ff.ne quid
in flumine pub.& facit l.j.§.qui per
mittitur. ff.de aqua quoti. & æſti. &
idem tenet Bart.in d.§.tractatũ.in l.
quominus.in x.q.ff.de flu.& Spe.in
titu.de cauſa poſ.& proprie.§.nunc
dicendũ.uer.item queritur.& Bald.
in l.lapilli.in ultim.col.de re.diui.&
Dominicus de ſancto Gemi.in ca.j.
de exceſ.prela.lib.vi.qui dicit per d.
§.tractatum.ꝙ ſi aliquis habet duas
domos,& in medio ipſarum eſt flu-
men,non poterit facere pontem ſu
per eo. *Libellus autẽ in hoc in- 109
terdicto ita formari poteſt: Coram
uobis domino M. conqueror ego
Albe.de Dauentria, iniuſte ꝓhibet
me, ſiue impedit aquam ducere ex
caſtello,id eſt,ex illo tali receptacu-
lo qđ continet aquã pub.ex quo lo
co eſt mihi ius, ſiue cõpetit aquam
ducere. Vnde ne me prohibeat, ago
contra ipſum,& ad hoc propono in-
terdictũ de aqua ex caſtello p actio-
nem in factũ.Et ꝙ ita cõcipiatur iſte
libellus,probatur in l.j.§.prætor ex
quo caſtello.ff.de aqua quot.& æſti.

*Poſitiones uel capitula actoris 110
ita formari poſſunt:Ego A.dico, ꝙ
in tali loco eſt receptaculum quod-
dam,in quo colligitur aqua publica.
Item ꝙ locus ille uocatur caſtellũ.
Item ꝙ imperator uel ſenatus con-
ceſsit mihi ducere aquã ex illo lo-
co.Item ꝙ tu prohibes me illam a-
quam ducere. Item ꝙ quãdo uolui
ducere aquam illam,uolo tibi caue-
re non eſſe damni inf. Item ꝙ aquã
illam duco & uolo ducere ſine da-
mno tuo & uicinorũ. *Poſitiones 111
uel capitula ita formare poteſt ecõ-
tra ipſe reus: Ego primo dico quòd

a Specus. Specus quæ dicat, uide Spec. de cauſa poſ. et ꝓpriet. §. iiij. uer. ſed & ſi.

locus ille in quo aqua recipitur, eſt
priuatus. Item quòd tu aquam ducis
ſiue uis ducere ſine priuilegio prin.
uel ſenatus. Item quando uolebas
aquam ducere,petii ut mihi caueres
de dam. infe.& tu cauere recuſaſti.
Item quòd uis aquã ducere cum in-
commodo meo,& uicinorum meo-
rum.Item quòd Titius tantũ tibi in-
fert uiolentiam,& non ego. Quar-
tum eſt interdictum de riuis quod
cõpetit, ꝙ ſi quis habet aliquem ri-
uum per quem ducit aquã, & prohi
betur ab aliquo ne ducat,uel uult re
ficere iſtum riuũ uel purgare, & ab
aliquo prohibetur, & ideo hoc caſu
proditum eſt in hoc interdictum, ut
ff.de riuis.l.j.in pri.& idem eſt etiã
ſi aliquis habeat ſpecus[a] uel ſepta in
flumine,uel habeat incile uel puteũ,
& uult ducere aquã, uel reficere,uel
purgare: ſed ab aliquo prohibetur,
habet locum interdictũ de riuis.ut
d.l.j.in prin. *In quo autem præ- 112
dicta inter ſe differant,dic,Riuus eſt
locus per longitudinem depreſſus,
quo aqua ducitur. Specus eſt locus
ex quo deſpicitur.inde ſpectacula di
cta.& eſt ſpecus locus altus ſupra ter-
ram edificatus,ex quo aqua ducitur,
ut ff.de riuis.l.j.§.ſpecus.cum glo.q̃
declarat quot modis accipiatur ſpe-
cus.Septa ſunt quæ apponũtur aquę
deriuandæ cauſa compellendi ex flu
mine, ſiue ea lapidea ſint, ſiue li-
gnea, ſiue ex qualibet alia materia,
ſiue ad continendam tranſmitten-
dam ue aquam. Incile autẽ eſt locus
depreſſus ad latus fluminis, ex eo di
ctus quòd incidatur.Inciditur enim
uel lapis uel terra, unde primum a-
qua ex flumine agi,id eſt, duci poſ-
ſet.hoc probatur in d.l.j.§.ſepta in-
cile.& ad hoc ut competat hoc in-
terdictum, quinque ſunt neceſſaria.
*Primum quòd riuus ille ſit fa- 113
ctus cauſa aquæ ducendæ.ff.eod.l.j.
§.aquæ.



§.aquæ. Secundum quòd illo ri-
uo ſit hoc anno uſus uel priori æſta-
tẽ.ut ff.eodẽ.l.j.§.hoc interdictum.
Tertium quòd ſit uſus non ui,nõ
clam, non precario.arg.d.§.hoc in-
terdictum. Quartum quòd quis
prohibeat te uolẽtem ducere aquã,
uel reficere, uel purgare riuũ.ff.eo.
l.j.in prin. Quintum quòd eo mo
do ducat, & per eum locum ſicut du
xit hoc anno uel priori æſtate: alio-
quin impune prohibetur.ff.e.l.j.§.
ſi quis terrenum. Verũtamen nouũ
canalem uel fiſtulas ponere poterit
in riuo: licet non habuerit,dũmodo
non incommodetur ager illius per
quem aqua ducitur, ut ff.eo.l.ſerui-
tus.§.ſi quis nouum. Et ſciẽdum
eſt, quòd ſi denuntietur nouũ opus,
ille qui uolebat riuũ reficere,nõ ua-
let nunciatio quominus poſsit refi-
cere,licet per negatoriã poſsit pro-
hiberi,ut ff.e.l.ſeruus.§.ſi quis riuũ
reficienti. Nec facio differentiã u-
trũ ſit riuus in publico an in priua-
to, ſiue ſit riuus aquæ calidæ ſiue fri
gidæ. Nam etiã pro riuo, per quem
aqua in uaporibus balneariis locum
habet, hoc interdictũ utile,ut d.l.ſer
uus.§.utile.aut ideo datur,quia ſen
tentia cõcordat,uerba autẽ deficiũt.
iuxta not.in l.curatores.C.de neg.
114 ge.* Sed illud queritur,ſi uolo refi
cere riuum,& aduerſarius meus in-
tentat cõtra me negatoriam,an ſum
à refectione prohibẽdus. Et uidetur
ꝙ ſic,per d.§.hoc interdictũ.In con
trarium uidetur quòd nõ ſim repel-
lendus.quia nũciatio noui operis in
poſſeſsione contemnetur,ut l.j.§.ſi
quis riuũ reficienti.ff.de riuis.Et fa-
cit l.j.§.in operis. ff.de no.ope.nũ.
& quia intereſt reipu.riuos refici ne
homines ſiti moriantur, ut l.fi.ff.de
riuis. Sed in hoc ſic dic ſecundũ Ro
fre.titulo de riuis.quòd aut ille,qui
uult reficere, eſt in poſſeſsiõe illius

riui.& tũc non poteſt prohiberi per
negatoriam quominus reficiat. aut
non eſt in poſſeſsione: & tunc pro-
hiberi poterit. ar.ff.de aqua quot.&
æſti.l.ſi de uia,itinere.niſi in eodem
caſu quo riuus ille neceſſarius eſſet
propter ſitim: tunc enim non facta
diſtinctione poſſeſsionis crederem
ipſum reficere,etiam ſi negatoria ab
aduerſario intentetur. & ideo quod
dicitur,e.tit.l.ſeruus.§.ſi quis ſuum
riuum. ꝙ poſſum eum prohibere p
negatoriã,intellige uerũ quãdo nõ
publica cauſa uolebat reficere, ſed
ꝓpter ſuum cõmodum, uel propter
115 ſuã ſitim. *Libellus in hoc interdi
cto ita cõcipi põt: Corã uobis do.A.
cõqueror ego B.de M.q̃ me prohi-
bet uel impedit ducere aquã per ri-
uum,ſepta,uel ſpecum de puteo, ſi-
cut priori æſtate, uel hoc anno du-
xi:uel prohibet ſiue impedit me refi
cere. Vnde ne me prohibeat uel im-
pediat,ago contra ipſum,opponens
ad hoc interdictũ de riuis,uel actio-
nẽ in factum eius loco ſurrogatam.
& quòd ita recte concipiatur libel-
lus,probatur ff.de riuis.l.j.in princi.
116 *Sed circa iſtũ libellũ quæritur
quando cõcipio libellum in dictam
aquam per ſepta, uel cuniculum,uel
ſpecũ de puteo, an recte propona-
tur in hoc interdicto de riuis.Dic ꝙ
ſic, cum nomen riui ſit generale,&
omnia prædicta ſub ſe cõpræhẽdat:
ut probatur in d.l.j.ff.de riuis.con-
iuncta rubrica.uel dicit Rof.ꝙ pro-
ponens in libello interdictũ de ſpe-
cu, uel interdictũ de ſepta, quando
uelles agere de puteo, bene poſſes.
uel dic tertio quãdo uelles agere ꝓ
talibus,dicas, ꝓpono utile interdi-
ctum de riuis. Ego tamen credo, ꝙ
prima conceptio libelli ſit magis iu
ri cõſona:ut ꝓbatur ĩ d.l.j.in pri.cõ
iuncta rubrica: ubi probatur ꝙ rubri-
ca illa de riuis eſt generaliter ad ri-
u 4 uos,

uos,ſpecus,ſepta,uel puteum,uel e-
tiam foſſam, ut d.l.j.in prin.uſq; ad
§.deinde ait prætor. Facit ad hoc l.
j.ff.ſi cer.pe.& ꝓbatur in d.l.ſeruus.
§.hoc interdictū.in princ.Nec obſt.
ille §.hoc interdictum.in uer.in bal
neariis uaporibus. ubi dicitur quod
cōpetit utilis actio in factū, & utile
interdictum de riuis. quia in uapori
bus balneariis bene competit utile
interdictū,ut ibi:ſed ī aliis prædictis
competit directe, ut patet ex prædi-
ctis. *Poſitiōes aut capitula actor 117
ita formare poteſt:Ego A. dico ꝙ ri
uus talis,cuius fines ſunt tales,eſt fa
ctus aquæ ducēdæ cauſa. Item quod
per illum riuū duxi aquam hoc an-
no uel priori æſtate. Item quod illā
aquam duxi non ui, non clam, non
precario.Itē quod prohibes me uo-
lentem reficere. Item quod eo mo-
do per loca prædicta aquam ducere
uolo,ſicut duxi hoc anno. Eodem
modo poſitiones & capitula fieri
poſſunt, quando aliquis uult aquam
ducere per ſpecū uel ſepta, uel pu-
teum, uel etiā ad balneum per cuni
culos,ut dixi s.& ff.eod.l.ſeruus.§.
hoc interdictū. *Reus autem ecō 118
tra poteſt facere poſitiones uel capi
tula hoc modo: Ego M.dico,ꝙ ille
riuus eſt minus idoneus ad ſuſcipi-
endam aquā.ſi hoc confitetur actor,
ſuccumbit,& abſoluetur reus: quia
non eſt riuus propter aquam acci-
piendam.Itē quod iam ſunt duo an-
ni, ꝙ per illum riuum deſtiti aquā
ducere.& ſi hoc confitetur actor,ſuc
cumbit:quia nō duxit aquā hoc an-
no uel priori æſtate. Item quod tu
aquam illam duxiſti ui clam uel pre-
cario à me. Itē ꝙ Titius tantum te
prohibuit uolentem ducere aquam
uel reficere,& non ego te prohibui.
Item ꝙ alio loco & alio modo uole
bas aquā ducere quàm conſueueris
aquā ducere:& eſt utile hic ponere.

## De aqua pluuia arcenda.

CAP. V.

1 *Aqua pluuia dicit,q̄ de cœlo cadit,aut hymbre excreſcit, uel colorem mutat.*
2 *Actio de aqua plu.ar.ad hoc ut cōpetat,quæ requirantur.*
3 *Prædio ruſtico an actio de pluuia arcenda competere poſſit.*
4 *Libellus in actione de aqua plu.arcē. quomodo formari debeat.*
5 *Actione de aqua plu.ar.quare ueniat illud quod futurum eſt.*
6 *Actione de aqua plu.ar.dato ꝙ d.ānū, qđ poſt litē conteſtatā cōtingit, ueniat iudicis officio, quare tamen in libello de iudicis officio metio haberi debeat.*
7 *Poſitiones actoris in actione de aqua plu.ar.quomodo formari debeant.*
8 *Poſitiones rei in actione de aqua,&c. quomodo fiant.*

EST etiam utile hic ponere natu
rā aquæ pluuię arcēdæ,maxime
quantū ſpectat ad materiā iudicialē,
in qua materia ꝓdita eſt actio de a-
qua pluuia arcēda.Sepe enī cōtingit
ꝙ ꝓpter opus manu factum in agro
alicuius ꝑdio alterius aqua pluuialis
nocere poteſt. Vnde conſulitur do-
mino iſtius prædii,cui illa aqua plu-
uia noceret per actionē ſpecialem,
uidelicet per actionem aquæ pluuię
arcendę, per quā opus factū tenetur
deſtruere expenſis ſuis, & damnum
poſt licite contingens emendare.&
ſi poſſidet opus ab alio factū, tene-
tur pſtare patientiā ut deſtruatur, ut
ff.de aqua plu.arcē.l.j.§.j.& ij.& l.ſi
tertius.§.pen.& ultim. *Et in pri- 1
mis ſciendum eſt,quod dicitur aqua
pluuia illa, quæ de cœlo cadit, aut
hymbre excreſcit,uel colorem mu-
tat: quia aqua coniungitur aquæ
pluuiali, ſicut cōtingit in multis flu
minibus, ut ff.eo.l.j.§. aquam plu-
uiā. & §.in flumina. Item eſt etiam
notandum, ꝙ dicta rubrica ſic inti-
tulatur ſecundum gl.ſup ea: de aqua
plu.



plu.ar.& de actione aquæ pluuiæ ar.
Et ita multi libri habent: & ſic habe-
bat Rog.ſecundum Roſ.in d.titu.in
rubr. quæ tractat de aqua quæ non
eſt pluuia.C.de ſeruit.& aqua.& ſe-
cundum hoc hæc rubrica tractat de
aqua quæ non eſt pluuia. & de iſta
aqua plu. dicit in l. ſi prius.in j.& ij.
reſponſo.eo.tit. De alia aqua tractat
totus fere ti.tractat etiam de actione
aquæ plu.ar.& ad hoc ut iſta actio cō
petat,octo ſunt neceſſaria ſecūdum
2 Roſ.in hoc ti.in ſuis libellis. *Pri
mū ꝙ quis opus manu faciat. ff.eo-
dem.l.j.§.hęc autē actio. Secūdum
quod in ſuo loco opus id faciat.Cæ
terū ſi opus natura loci ſit,ut ſi fun-
do tuo aqua naturaliter decurrat in
meo ſine opere tuo,non habet locū
hæc actio. Itē ſi in publico loco fiat,
ſimiliter non habet locum.ff. eodē.
l.j.§.hæc autem actio. & l.apud Tre
batium. §. aqua pluuia. Tertium
quod propter illud opus aqua noce
re poſſit, non tamen nocuerit, niſi
poſt litem conteſta. ut ff. eo. l.j.§.j.
& ij.l. & ſi tertius. §. officium. & ff.
de ſta.libe.l.Labeo.ſecus ſi non no-
ceret, ſed lucrum auferat,ut d.l.j.§.
idem aiunt aquam publi. & §.ſicut
licet. Quidam,ut refert ibi gl.ij. di-
cunt, quod aliquando datur, quod
lucrum aufertur.ut d.l.j.§. idem Va
rus.Sed Dy.dicit contrarium, quod
ille text.non facit, cum ibi uideatur
damnum dari nō patiēdo aggerē na
turalem refici, & unde quod dicam
in uer.viij. Quartū quod illa aqua
ſit pluuialis mixta ad hoc ut locum
habeat hæc actio directa.l. apud Tre
batium. §.j.ff.eodem.Si autem alia
aqua damnum dedit, tunc locum ha
bet utilis ſecundum quoſdam:ſed ſe
cundū alios locū habet negatoria,
ut ff.eod.l.ij.§. & ſi prius. & §.pla-
cuit. aut actio in factum datur.ff.de
præſcriptis uerbis.l.quoties. Quin
tū ꝙ aqua poſſit nocere agro, & ſic
prædio ruſtico, non autem ædificio
aut oppido,uel domui,& ſic prædio
urbano:tunc enim habet locū nega-
toria, ut ff.eo.l.j.§. item ſciendū. &
3 §.pen. *Sed quæritur an pro præ-
dio ruſtico tātum hæc actio compe-
tat.Reſpondeo nō,ſecūdū Roſ.Ra-
tio eſt,cum quis aliquid in ſuo facit,
contra eū unam habet actionem:ſed
pro futuro damno ſpecialiſſimā ha-
beo hanc actionem. In prædiis autē
urbanis locum habet negatoria, quę
cōpetit,qđ quis facit in alieno,quod
iure ſeruitutis facere non poteſt. ff.
ſi ſerui.uen.l.ij. Sed hæc ratio nō eſt
clara. Ideo dic ꝙ ratio poteſt eſſe,
qa fauore agriculturæ in primis hæc
actio ſpecialis fuit introducta.l.j.§.
de eo opere. cū duobus §.ſeq. ff.de
aqua plu.ar. Sextum requiritur,ꝙ
cauſa nocendi factū ſit opus. Cæte-
rum ſi cauſa colendi agrū & arandi
& fructus percipiendi factum ſit,nō
habet locum iſta actio,ut d. §.de eo
opere. Septimū,ꝙ opus illud factū
ſit ignorante eo, cuius prædio aqua
nocere poſſet, ſed eo ſciente ceſſat
hæc actio. ff.eo.l.Labeo. §.j.& l.ſed
hoc ita.& l.in concedendo. Octa-
uum ꝙ damnū futurū timeatur, ſed
ubi lucrum auferre poſſum, teneor.
Nā ſi opus facit in uere,& ſic uenæ
putei tui præciſæ ſunt, non teneor
hac actione.ff.eo.l.j.§.hæc autem a-
ctio. §.deniq;.& eſt ſimile. ff.de dā.
infect.l.Proculus.de quo plene dixi
ſupra in præcedēti q.principali.uer.
quarta quæſtio principalis poteſt ex
prædictis decidi. & adde quod dixi
s.in uer.iij. Sed ultra prædicta etiā
requiritur ſex. Primū requiritur
quod opus fiat in priuato, ſecus in
publico.l.apud Trebatium. §.aquæ
pluuiæ.ff.eo. Secundū quod non
ſit factū publica autoritate,puta prin
cipis autoritate, uel ſenatus [a], ut l.

a Senatus. *Senator eſt illuſtris, & eſt de magnis iudicibus. in Spec. de iu.om.iu.uerſi. magni. & hoc ti. hodie utitur populus* Rom. *qui ſemper ſenatorem appellat illuſtrem, quod no. ut ſcias reddere ratione ſtyli Capitolij.*

quod principis. ff. eo. & l.ij. §.Caſ-
ſius autem.eod.tit. Tertium quòd
extet memoria facti operis,alias nõ
reputatur manu factũ, ſed naturale.
& ſic eſſet tolerandum, ut d. §.Caſ-
ſius autem. Quartum quòd ſit fa-
ctum ad excludendam aquam,quam
naturaliter tenebatur recipere ille,q
fecit, uel ſaltẽ tenebatur recipere iu
re ſeruitutis. l. j. §. Neratius ſcribit.
ff.eo.Secus ſi ad excludendam aquã
quam naturaliter uel iure ſeruitutis
recipere non tenebatur,ut l.ij. §.pe.
ubi eſt caſus ſingularis.ff.eo. Quin
tum quòd ille cui nocet & nõ tenea
tur iure ſeruitutis recipere talem a-
quam , quæ deriuetur opere manu
facto: ſecus ſi iure ſeruitutis tenetur
recipere.d.l.ij. §.fi. Sextum quòd
ille contra quem agitur,ſit dominus
illius fundi , ubi opus factum eſt , ſi
ipſe facit, agit ut remoueat ſuis ex-
penſis,ſi alius ſine ſui uolũtate agit,
ut prę̃ſtet patientiã,ut no.gl.in l.j.in
prin.ff.eo.& habetur in l.apud Tre-
batium. §.aquę pluuiæ.& per Cy.in
l.poſt uenditionem.ff.eo. *Libel 4
lus autem in hac actione ita formari
poteſt: Coram uobis ego Lud. Zuf.
cõpareo contra M.qui tale opus fe-
cit in prædio ſuo, ꝑpter quod aqua
pluuia damnum agro meo dare po-
teſt , uel prædio meo nocere : unde
opus illud amoueri,& damnũ quod
poſt litem conteſtatam contigit re-
ſarciri peto. & pro opere deſtruẽdo
propono actionem aquæ plu.arcen
dæ,& pro damno poſtea contingen
te propono officiũ iudicis . Et ut ita
recte concipiatur libellus, probatur
in l.j. §.j. & ij. & §. de eo opere. &
§.in ſumma.& l.ſi tertius. §.officiũ.
ff.de aqua plu.ar. Sed uidetur quòd
recte libellus iſte non ſit conceptus
propter duo. primum eſt, quia non
poteſt uideri in iudicium ueniſſe,
quod poſt litem conteſtatam cõtin-
git. ideo alia interpellatione opus
eſt. ff.de iudi.l.non poteſt uideri.&
l.non quemad.eo.tit.Item de iis re-
bus quæ futuræ ſunt,iudicium inſti
tui non poteſt. ut d.l. non quemad.
quia tractatus futuri tẽporis nõ ſpe-
ctat ad iudicẽ.l.j. in princ.ff.de uſu.
Sed dic ꝙ illa l.nõ poteſt uideri. nõ
obſtat : qa nõ loquitur in re prorſus
alia,ſed in alia ſpecie.ff.de ędili.edi.
l.ædiles. §.item ſciendum.& ibi ple
ne ſcripſi.illa l. non quemadmodũ.
non obſtat : quia lex illa nõ uenit in
iudicium,quæ nullo modo aduenit.
ſed ſi incipit deberi , uenit in iudi-
cium. & ideo quod futurum eſt. ff.
de peculio.l. quæſitum. §.primo. &
ff. de pe.l.j. §. non tantum. *Sed 5
quæritur quare in actione præſenti,
uidelicet aquæ plu. arc. uenit etiam
illud quod futurum eſt. Reſpondeo
propter naturã ipſius actionis, quæ
tantum futura dãna reſpicit,ut s.di-
xi in uer.iij.ſicut actio quę oritur ex
noui oper.nun.etiam ſimiliter reſpi
cit tantũ futura damna.l.j. §.j. ff.de
no.ope.nũ.licet regulariter omnes
aliæ actiones reſpiciant preterita. ut
d.l.non Athenis. §. hoc iudicio. Et
hoc ideo , quia opus iam factũ erat:
ideo ſi futurum damnũ uenit, quòd
poſt lit.conteſt. contingit, nõ eſt mi
rum:imo plus in actione admittitur
actor:quia ſolum futurum damnum
timetur,ut s.dixi. *Item quęritur. 6
poſito quod damnum quod poſt li-
tem conteſta.contingit,ueniat offi-
cio iudicis , ut dictum eſt,quare ha-
betur expreſſa mentio de officio iu
dicis in libello . Nam uidetur quòd
non deberet fieri expreſſa mentio:
quia etiaſi non peteretur in libello,
nihilominus ſi damnum poſt litem
conteſtatam contingeret,officiũ iu
dicis ueniret, ſicut regulariter eſt in
omnibus,& maxime in his ubi offi-
cium iudicis deſeruit actioni. nam
dicit



dicit regulariter , quòd ea quæ poſt
litem conteſtatam contingunt, no-
minatim exprimenda ſunt, quæ an-
tẽ contingunt, pertinent ad officiũ
iudicis , ſicut in hoc, ex fructibus, &
expenſis, & aliis.quaſi dicat,ita ual-
de pertinent.quod ſi non petatur in
libello dummodo de his in iudicio
fiat mentio, nihilominus ueniũt.ff.
de ædi. edic. l.ædiles. §.item ſcien-
dum. itẽ alia ratione uidetur , quòd
non ſit neceſſarium facere expreſ-
ſam mentionem in libello de offi-
cio iudicis,ubicunq; actio proponi-
tur,cui officium iudicis deſeruit,ſuf
ficit ſi ſola actio proponatur : ut in
actione quod metus cauſa. l. metũ.
§. ex hoc edicto. ff.quod me.cauſa.
& l.iiij. ff.depoſi. & uide no.per Do
cto. in §.iij. §. hoc aut iudicium. ff.
de dam.infec. Et multi propter me-
tum iſtarum obiectionum dicunt li
bellum ita ſimpliciter eſſe cõcipien
dũ:Ego B.ago contra M.actione aq.
plu.ar. ut opus factum debeat remo
uere,propter quod aqua plu.prædio
nocere poteſt. & ad hoc propono
actionẽ aquæ pluuiæ ar. nec faciunt
mentionem in libello de officio iu-
dicis,dicunt tamen damnum datum
poſt litem cõteſtatam,dicendo,Do-
mine iudex , tale damnum contigit
poſt litem cõteſtatam, reducite hoc
ad memoriam, ut officio ueſtro de-
beatis eum in æſtimationem illius
damni condemnare. Sed dicit Roſ.
ſuper hac actione ſibi uideri libellũ
tunc de iure bene cõceptũ. In omni
bus enim ubicunque aliquid officio
iudicis proponitur , in libello iudi-
cis officium recte proponitur:& po
nit unum exemplum,in rei uedi.ue-
niũt fructus officio iudicis , & nõ iu
re actionis, quia ſi iure actionis ue-
nirent , eſſet mixta bonæfidei ſicut
petititio hæreditatis.Sed illa rei uẽ-
dicatio eſt ſtricti iuris:& tamen iudi
cis officio ueniunt fructus etiã per-
cipiendi à malæfidei poſſeſſore , &
ſine tit. C.de rei uen. l.certum.& ff.
eo.l.qui reſtituetur.Vnde in rei uen
dicatione putat ſic eſſe dicẽdũ: peto
per rei uen.rem cum fructibus per-
cipiendis, & pro rei uendica. & pro
fructibus propono iudicis officiũ .
& hoc modo non errares ſecundum
7 me. * Poſitiones autem uel capitu-
la poteſt actor ita formare:Ego B.di
co quòd tu feciſti opus manu in prę
dio tuo. Item ꝙ per illud opus aqua
plu.nocere poteſt prędio meo.Item
prædium illud cui nocere poteſt,eſt
ruſticum. Item illud opus feciſti ani
mo nocendi.Itẽ illud opus me igno
rãte feciſti. Item propter illud opus
aqua pluuia damnũ mihi inferre po
8 teſt. * Poſitiones uero & capitula
rei ita formabis:Ego dico ꝙ opus il
lud naturaliter ita ſe habet.Item præ
dium illud eſt urbanum.Item feciſti
mihi pactum, ut liceat mihi ædificiũ
ita habere. Item tanto tempore ſte-
tit ſic illud opus, quòd eius memo-
ria non exiſtat.Item illud ædificium
lucrum tantum tibi affert.Item do-
mus tibi coniuncta eſt illi prædio,in
cuius loco ædificium illud factũ eſt.
Item illud opus feci te ſciente. Po-
tes etiam colligere alias poſitiones
ſeu capitula tam ex parte actoris ꝙ
rei,ut colligi poteſt ex his quatuor-
decim quę dixi eſſe neceſſaria in act.
aquæ plu.ar.uide s. in viij.q.princi-
pali.uerſi.quero nunc de alia q.prin
cipali quotidiana.uſq; ad fi. illius q.
viij.principa.

## De cloacis purgandis.

CAP. VI.

1 *Cloaca quid ſit,quid tubus,& quid fi ſtula,et quid eorũ appellatione ueniat.*
2 *Interdictum de cloacis , &c. quando locum habeat.*
3 *Vltramontanus ſi iuraret ſe de menſe Auguſti Romæ moraturum,non tene-*

retur

*retur morari, ne talis iuramenti occa-*
*ſione uita temporalis amitti poſſet: ſi*
*Romæ moraretur.*
4 *Interdictum de cloacis coram quo iu-*
*dice intentari poſſit.*
5 *Libellus in actione de cloacis quomo-*
*do formandus ſit.*
6 *Interdictum de cloacis locum habet,*
*etiamſi aliquis eo utatur ui, clam, uel*
*precario.*
7 *Poſitiones actoris in actione de cloa-*
*cis, quomodo formari poſſint.*
8 *Poſitiones rei in actione de cloacis, quo*
*modo formari debeant.*

VTILE & conueniens eſt etiā
ſubiicere interdictū de cloacis
purgandis: quia multoties cum quis
reficere cloacam ſuam uel purgare
uult, ab alio impeditur. & ideo in-
troductum eſt interdictum de cloa-
cis purgandis. Item etiam ſi aliquis
uellet de nouo facere cloacam, & ab
alio prohiberetur. item quia ſepe ali
quis mittit in cloacam meam quod
nō debet mittere, uel quod miſſum
eſt in cloacam impedit: ideo prodi-
tum eſt interdictum reſtitutoriū. ff.
de cloacis. l. j. §. j. & §. deinde. & l. ul
ti. & licet iſta ſint duo interdicta, ut
d. l. & ibi per gloſſ. & Barto. & de his
duobus interdictis Io. in arbore a-
ctionū fecit duos titulos. tamē Roſ.
in libellis ſuis fecit unum tantum ti
tulum, uidelicet de cloa. purg. breui
tatis cauſa, qui dicit quod ad hoc ut
competat hoc interdictum, iſta ſunt
neceſſaria. *Primum quid ſit cloa- 1
ca. Eſt autem cloaca locus cōcauus,
per quem colluuies quædam fluit.
ff. de cloa. l. j. §. cloaca. Et cloacæ ap-
pellatione etiam tubus & fiſtula con
tinentur, ut d. l. j. §. cloacæ appella-
tione. & tubus ſecundum glo. ibi eſt
foramen cloacæ unde purgatur col
luuies aquæ. Fiſtula eſt aliud inſtru-
mentū ad idem. & ex hoc infert Bar.
ibi ad quæſtionem ſtatuti dicentis,

a Aedes uicini, &c. *Aedificans non præſumit facere animo nocendi uicino. gl. et Bar. in l. fluminum. §. fi. ff. de dam. infect. Bart. in l. j. §. denique. de aqua plu. arc. Et uide s. per Bart. Cap. de ſer. ur. c. xxxix.*

ſi quis offenderit aliquem in domo
punitur certa pœna. quia offendens
in oſtio domus, dicitur in domo of-
fendiſſe. de quo dic ut ibi per Barto.
& per eundem in l. cætera. §. hoc ſe
natus. el ij. de leg. j. & ibi per Docto.
& Bald. in l. data opera. qui accu. nō
poſ. & adde quæ dixi in j. lib. in ti. de
clauſtro, cloaca, porticu. & in titu. de
oſtio ſiue porta. Secundum, quod
quis prohibeat te uolentem purga-
re uel reficere cloacā, uel ſi quid eſt
immiſſum quo uſus cloacæ impedia
tur, quod remoueri debeat. ff. eo. l.
j. in princ. Tertium, quod ille qui
uult reficere uel purgare cloacam,
caueat de dam. infec. ff. eo. l. j. §. j. Et
ſi quis uelit cloacam priuatam in pu
blicam mittere, uel cloacam facere
quæ haberet exitum in publicā cloa
cam: quia non eſt impediendus, ut
d. l. j. §. idem Labeo. & §. fi. licet no
uam cloacam in loc. pub. facere non
poſſit. & l. fi. eo. tit. & ibi hoc no. Bar
to. *Item habet locum hoc interdi 2
ctum, quando cloaca ex ædibus tuis
in ædes uicini [a] pertinet, ut d. l. in
prin. & appellatione ædium conti-
netur ædificium, hoc eſt ex ædificio
in proximū agrū, ut d. l. j. §. deinde
ait prætor. Item ſi quis habet uſum
cloacæ priuatæ quæ clam uel preca-
rio ſibi non nocet. Item ſi denuncia
tur nouum opus, contemni poteſt.
ff. eo. l. j. §. hoc interdictum. & §. ꝙ
ſi quis mihi. & eſt ratio, quia talis nū
tiatio eſt à lege improbata propter
publicam utilitatem, ut no. Bar. in d.
l. j. §. fi. & eſt caſus in l. de pupillo. §.
ſi quis riuus. ff. de no. oper. nun. qui
aſſignat eandem rationem, ꝙ publi
cæ ſalutis & utilitatis interſit cloa-
cas & riuos purgari. & ideo pulchre
etiam dixit tex. in d. l. j. §. curabit. ff.
de cloacis. quod hoc pertinet ad ſa-
lubritatem ciuitatum & ad tutelam.
& cœlum peſtilens & ruinas minan
tur



tur immundiciæ cloacarum, ſi non
reficiantur. Et ideo Romæ tempore
quo ueri Romani dominabantur,
quia habebāt de iſtis cloacis & aquę
ductibus tam publicis quàm priuatis
magnam curam, ut apparet in d. tit.
de cloacis. & C. de aquęductu. lib. xi.
habebant aerem ſalubrem, & erat ſa
num ibi morari, ut dicit gl. vij. q. j. c.
qualiter. per illū text. & uide ad hoc
Albe. de Ro. in l. ſi quis mihi manda
3 uerit. in prin. ff. man. *nam licet ho
die non ſit ſanum de menſe Auguſti
morari Romæ, intantum ſi quis ul-
tramontanus iuraret ſe moraturum
Romæ in menſe Auguſti, non tene
retur morari. quia occaſione talis iu
ramenti poſſet uita temporalis amit
ti, ſi Romæ moraretur, ut dicit gloſ.
no. in c. uero. extrà de iureiu. Et hoc
forte eſt, quia erant cloacæ ibi. qui-
dam dicunt propter quendam uen-
tum qui ibi regnat. prædicta proce-
dunt in cloaca priuata: quia hoc in-
terdictum de illis tantum loquitur.
publicæ enim cloacæ publicam cu-
ram merentur, ut l. j. §. hoc autē in-
terdictum interpoſitum. ff. de cloa-
cis. & pro publicis cloacis competit
aliud interdictum ne quid ad cloacā
publicam immittatur, uel quid fiat.
ut d. l. j. §. fi. & adde quod poſſum fa
cere cloacam de nouo inter ædes
meas & uicini illo inuito, & contra-
dicente, ſeu nouum opus nuncian-
te, ut d. §. ſi quis mihi purgari. & l. fi.
eo. tit. dūmodo ſi in uia publica uel
in cloaca facere ipſam faciam cōſen
tiente illo cui publicarum uiarū cu-
ra commiſſa eſt, in d. l. fi. & ita tenet
Roſ. in hoc interdicto, in fi. quæ l. fi.
uult quod habeat locum aliud inter
dictum ad exemplum prædictorum,
uidelicet ne facienti cloacam uis fiat
quominus publicam cloacam face-
re liceat. Et ita etiam tenet Specu. in
ti. de cauſa poſ. & proprie. §. j. in ult.
col. uerſi. ſed nunquid. Imo plus di-
co, & hoc bene not. quia hoc interdi
ctum competit, ut in uicini ædes do
minus ueniat, & reſcindat pauimen
ta cloacæ purgandæ gratia: ſi tamen
paratus ſit reſtaurare id quod ex ne-
ceſſitate reficiendæ cloacæ cauſa re
ſcindat, ꝙ cautio damni infecti non
eſt interponenda. ut eſt tex. notabi-
lis cum gl. l. quod ait pretor. §. unde
4 Flauius. ff. de cloacis. *Item dubi-
tari poteſt corā quo iudice iſtud in-
terdictum intētari poſſit. dic coram
quolibet prætore de cloacis poteſt
agi, per l. j. ff. de cloa. ſed gl. & Barto.
ibi dicunt, ꝙ debet peti licentia fa-
ciendi ab eo qui poteſt concedere,
poſtea poterit agere corā quolibet
iudice. & aduerte quia in iſtis inter-
dictis Spec. in ti. de cauſa poſ. & pro
pri. §. priuata. in ult. col. uer. pe. for-
mauit duplicem libellum, ſecūdum
quod interdictum hoc habet duo ca
pita, ut l. j. §. j. ff. eo. ut dixi s. in. prin.
ſed Roſ. in hoc titu. formauit alios
duos libellos ad idem, & primo ſic:
Coram uobis &c. compareo ego B.
& cōqueror de M. qui me prohibet
cloacam meam, quæ eſt in tali loco
inter me & ipſum, reficere, uel pur-
gare. unde ne me prohibeat uel im-
pediat, ago contra ipſum, & ad hoc
propono interdictum de cloacis uel
actionem in factum eius loco ſurro
gatā: & ita concipias libellum, quan
do uis reficere, uel purgare. ſi autem
aliquid immiſit per quod impedia-
5 tur uſus cloacæ, ita dices: *Coram
uobis A. compareo ego B. & cōque
ror de M. qui in cloacam meā, quæ
eſt inter me & ipſum, immittit alia,
per quę uſus meus in illa cloaca im-
peditur. unde quod illa remoueat,
ago contra ipſum: & ad hoc propo-
no interdictum de cloacis uel actio
nem in factū ſurrogatā loco interdi
cti: & ꝙ ita recte concipiatur in hoc
inter

interdicto libellus,probatur in l.j.in
prin.ff.de cloa.ſed uidetur quod nõ
habeant locũ iſta interdicta, ut poſ-
ſit ita concipi libellus: nam aut cõpe
tit mihi ius habendi cloacã,aut non.
in primo caſu, ſi ius mihi competit,
poſſum prohibere illum qui me im-
pedit reficere uel purgare,uel aliqd
mitttere, per negatoriã: uel poſſum
habere confeſſoriam ad uendican-
dam illam ſeruitutem libere.ff.de ui
& ui arm.l.ideq;. §. unde ui.& ideo
fruſtra uidetur quod competat hoc
interdictum. In ſecundo caſu ſi nõ
competit mihi ius,poteſt me per ne
gatoriam prohibere: quaſi nõ ſit mi
hi ius in ſuas ædes,uel in commune
ſolum aliquid eo inuito immittere
uel mutare:cum in re communi me
lior ſit conditio poſsidentis. ff.com
muni di.l.Sabinus. *Item econtra 6
uidetur,quod etiã ſi ius non habeat,
nihilominus poſsit facere cloacam.
nam in hoc interdicto etiam ſi quis
utatur ui,clam, uel precario: tamen
habet locum hoc interdictũ. in aliis
interdictis ſecus eſt, ut l.j. §.hoc in-
terdicto. ff. de cloacis.ut ſ.dixi. ſed
ad hoc reſpondet Roſ.in hoc inter-
dicto, circa fin.quòd in utroq; caſu
poteſt intelligi ſiue haberet ius,ſiue
non. ſi enim habet ius, & competit
ſibi confeſſoria,nõ propter hoc tol-
litur interdictum:imo locum habet,
quia illa confeſſoria prætorium con
tinet,ut l.ij. §.j.ff.ſi ſerui.uen.& hoc
interdictum eſt poſſ.ut patet per l.j.
ff.de cloa.& no.per Spe.in ti.de cau
ſa poſſ. & propric. §. priuata.& hoc
uidemus in uſufructuario.nam licet
uſufructuarius habeat confeſſoriã,
nihilominus habet interdictũ unde
ui. ut ff.de ui & ui ar.l.idemq;. §.un
de ui.ſi autem non habet ius, eſt ſibi
utile & neceſſarium hoc interdictũ.
ſufficit enim ſibi talis qualis poſſeſ-
ſio.Nec dubitet aliquis ex eo, ꝙ præ
tor fecerit mẽtionem in interdicto
de hoc uerbo, pertinet.unde uide-
tur quòd pertinere debeat ſaltem iu
re dominij,ſed ad factũ extendatur,
ſcilicet pertinet, id eſt dirigitur,per
uenit,& extenditur.ff.de cloacis.l.j.
§.quod ait prætor. *Poſitiones au 7
tem & capitula actoris ita formari
poſſunt: Ego B.dico quòd illã cloa-
cam uolebam reficere uel purgare.
Item quòd inter me & te in tali lo-
co eſt cloaca,ut l.prima. §.cloaca.ff.
eod. Item ꝙ tu me prohibuiſti.d.l.j.
in prin.Item ꝙ uolui, & uolo tibi ca
uere nomine dam. infect.& d.l.j. §.
j.& §.ſi quis purgari.Itẽ ꝙ tu immit
tis tale quid,propter quod uſus cloa
cæ meæ impeditur. *Reus uero po 8
teſt ita poſitiones & capitula ecõtra
formare: Ego M. dico ꝙ inter te &
me in tali loco, in quo dicis,Conſti
tuiſti mihi ſeruitutẽ,ut nihil ibi poſ-
ſis prohibere. ſi hoc actor cõfitetur,
abſoluitur reus. Item dico ꝙ quãdo
uolebas reficere uel purgare cloa-
cam, ego petij à te ut caueres mihi
nomine dam. infec. Item ꝙ tu caue
re recuſaſti. Item ꝙ te Titius tantũ
prohibuit. & de his poſitionibus, &
capitulis habetur per Roſ.in hoc in-
terdicto.& per Specu.in tit.de cauſa
poſ.& propr. §.priuata. in ulti.co.in
prin.uer. ſed nũquid licet mihi cloa
cam facere. & in illo §.priuata. po-
nuntur formæ libellorũ, & poſitio-
nes actoris & rei in omnibus inter-
dictis ſpectantib.ad materiã aquædu
ctus, de quibus ſ.dictum eſt.& ideo
ibi omnino uideas.& adde circa iſta
materiam cloacæ, quæ dicam j. de
ſeruitute cloa.

## De ſeruitute aquæ hauſtus.

CAP. VII.

1 *Seruitus aquæ hauſtus qd propriè ſit.*
2 *Seruit⁹ aquæ hauſtus,an ſeruit⁹ dicat.*
3 *Seruitus aquæ hauſtus, an realis & & perſonalis ſit.*

Seruit



4 *Seruitus aquæ hauſtus,an ſit nominata uel innominata.*
5 *Seruitus aquæ hauſtus, an ſit ruſtica uel urbana.*
6 *Seruitus aquæ hauſtus quomodo, & qualiter,& quando conſtitui poſsit.*
7 *Seruitute aquæ hauſtus quomodo quis uti debeat.*
8 *Seruitus aquæ hauſtus quò amittat.*
9 *Seruitute aquæ hauſtus qua actione agatur.*
10 *Statuto ſi prohibeatur mulieres portare perlas, an fictas & contrafactas portare ualeant.*
11 *Interdicta de fonte,&c.& de fonte refic.ad hoc ut cõpetant, quæ requirant.*
12 *Libellus in interdict. de fon.& de fon. refic.quomodo formari debeat.*
13 *Poſitiones interdict. de fon.& de fon. refic.quomodo formentur.*

1 SERVITVS * aquæ hauſtus eſt
ius hauriẽdi aquã de puteo [a] uel
fonte, uel de alia aqua uicini. Et ita
uult Azo in ſumma C.de ſer. §.hau-
ſtus aq. ſed ego addidi, Vel de alia
aqua:ut omnem aquã cõprehendat,
ex qua ius hauriẽdi aquã haberẽ.ar.
2 l.j.in fi.ff.de fonte. *Secũdo loco,
in dubium reuoco,an aquæ hauſtus
ſeruitus dicatur.Et breuiter reſpon-
deo ſeruitutẽ eſſe,ut inſt.de ſer. §.in
ruſticorũ. & l.j. §.j.ibi,ſicut diſcretæ
ſunt ſeruitutes duct⁹ aquę & hauſtus
aquæ. ff.de fonte. l.ſi prius. §.uia pu
blica. ff. de aqua plu. ar.& l.Mela. §.
fi. ff.de ali.& ci.le. & probatur ꝑ tex.
cum gl.in l.j. §.in prædiis. ff. de ſer.
ruſt.præ. quod intellige quando de
betur ius hauriendi aquam neceſſã-
riam agro uel laboratoribus in eo
agro,ut no.gloſ.in d. §.ruſticorum.
& probatur in d. §.fi. & ibi hoc uult
Pau.de Caſt. qui dicit, quòd intelli-
git illum text.quando ſeruitus aquæ
hauſtus acquiritur per habentẽ prę-
dium uicinũ pro utilitate ipſius prę-
dij, & tũc dicitur ſeruitus realis,alias
ſecus, ut no. per gl.& Docto. in l.ut
pomum.ff.de ſeru.& l.pecoris.ff.de
ſerui.ruſt.præd. & per gloſſ. Bart.&
Doct.in d.l.Mela. §.fin.quod decla-
ra,ut pleniſsime dixi ſ.in j.li.in prin
ci.poſt diſtinctionem ſerui.in uerſi.
ſed dubium pulchrum & ſubtile eſt,
quomodo cognoſcatur &c.& in tit.
præcedenti,ij.q.principali. ubi ple-
ne diſputatũ eſt an huiuſmodi ſerui
tutes ſint reales uel perſonales: &
3 q ſit utilitas hoc intelligere. *Ter-
tio dubitari poteſt,qualis ſit iſta ſer-
uitus.& primo an ſit realis & perſo-
nalis. & hoc patet ex his quæ proxi-
4 me dixi. *Quarto an ſit nominata
uel innominata.Et gl.in l.j. §.in præ
diis.de ſer.ruſt.præ.tenet ꝙ iſta ſer-
uitus & aliæ ibi poſitæ ſint innomi-
natæ:& hoc ibi ſequitur Pau. de Ca.
Sed ego aliquãdo dixi ſ.in j.li.in ij.
diuiſione ſeruitutis,uer.ſecũda diui
5 ſio ſeruitutis eſt.dic ut ibi. *Quin
to an iſta ſeruitus ſit ruſtica uel urba
na: collige ex his quæ dicta ſunt in j.
lib.in iiij.diui.ſeruitutis. uerſi.iiij.di
6 uiſio ſeruitutis eſt. *Sexto quæri-
tur quomodo & qualiter & quando
conſtitui poſsit hæc ſeruitus. & dic
quòd poteſt expreſsim concedi ius
hauriendi aquã,& ineſt iter ad fon-
tem uel aquam, & ſi concedatur ius
ad fontem, ineſt & hauſtus aquæ,
ut l. iij. §. qui hauſtum. ff. de ſerui.
ruſti. prædio. & not. gloſſ. fin. in l.
quamuis. C. de fideiuſſ. & Azo in
ſumma C. de ſerui. §. hauſtus aquæ.
Et prædicta intellige, quando tenet
cõceſsio hauſtus aquæ,puta quia eſt
facta in fonte priuato. ſi autem non
teneat, quia facta in flumine publi.
tunc non tenet itineris tacita con-
ceſsio, quæ expreſsim ad flumen pu
blicum fieri potuit, ut d l.iij. §.ulti-
mo.& eſt ratio,quia quando expreſ-
ſum eſt inualidum, nec ualet quod
tacite ineſt. Simile habetur C. ſi
pen.

[a] Aquam de puteo uicini. *Seruitute aquæ hauriendæ de puteo uicini debet quis uti de die nõ de nocte. l. iter. & ibi Bar.communi. prædio. Lud. in ſuis ſing.qui dicit illum tex. eſſe ad hoc ſing.ſi non utatur de die,perdit eã,licet utat de nocte tantum. l.ſi communem. §. ſi is qui.quibus mod.ſer. amit. & uide ſ. per Bar. Ca.de ſer. urb.c.xxxvij.*

pen.app. mors inter.l.ſi is qui. ff.de
dona. inter uir.& ux. l. ſponſus. §.ſi
maritus.& not.per glo.& Doct.in d.
§. fi. & non ſolum ſi concedatur ius
hauriendi aquam ſimpliciter, uenit
iter,ut dixi per d.l.iij. §.fi. ſed etiam
ſi concederetur hauſtus tantum : ut
probatur in d. §.fi. uer.tantum.& l.
j. §.j. ff.ſi uſusfru.pe.& ibi gl.in uer.
aditus. & per l.per ſeruum. §.j.& ibi
gl.ff.de uſu & ha.& l.ſi ita ſcriptũ. §.
regula. ff.de lib.& poſt.Item iſta ſer
uitus aquę hauſtus imponi poteſt ac
cõſueuit,quando aqua eſt perennis,
ſed duci non põt ut putealis: & q̃ ita
eſt ſubmerſa,ut defluere extra mea-
tus ſuos, & uſui eſſe nõ poteſt,ut eſt
tex.in l.j. §.loquitur.ff.de aqua quo
ti.& æſti.Itẽ aquæ hauſtus poteſt per
eundem locũ ut hauriatur, pluribus
cõcedi,ſicut aquæductus, ut eiſdem
uel diuerſis diebus & horis ducatur
uel hauriatur , ſi aqua ſufficiẽs eſt.ut
l.ij. §.j.& fi.ff.de ſer.ruſti.præd. pro
hoc l.Lucio.ff.de aqua quoti.& ęſti.
& adde quæ dixi in ti.præce.in vj.&
vij. q.principali.Item poteſt conce-
di uni ut alter cedat,ut l.cum eſſent.
§.j. in fi.& ibi per gl.& Docto.ff.de
ſer. ruſt.præ.Itẽ nõ poteſt hæc ſerui
tus, aquæ hauſtus imponi in alieno,
niſi uicinũ habeat fundũ ille, cui ſer
uitus cõſtituitur, ut l.ergo.ff.de ſer.
ruſt. præ. nec poteſt ultra concedi q̃
quatenus ad eũ fundum opus ſit,ut
d.l.ergo.in fi.& no.Bar. in l.eadem.
§.Cato.ff.de uerb.obli.in vj.q.Item
uia publica interueniente ſeruitus
hauſtus conſtitui poteſt: & non ſolũ
ſi uia publica interueniat, ſed etiam
ſi flumen publicũ,ſi non ſit impedi-
mento tranſeundi magnitudo flumi
nis, puta quia uado tranſiri poteſt.l.
ſi prius. §.uia publica.cum §.ſeq.ff.
de aqua plu. arc. ſed loco religioſo
uel ſancto quo fas non ſit uti , tunc
non poteſt ſeruitus hauſtus conſti-
tui. uel ſi in medio ſit fundus alie-
nus inter me & te , niſi medius do-
minus iter ad tranſeundum conceſ-
ſerit, ut d.l.ſi prius. §. ſed ſi fundus.
Similiter ſi ex flumine publico hau-
ſtu aquæ uelim uti , & illi flumini a-
ger tuus proximus ſit,iter ad flumẽ
concedi poteſt. alias ad flumen pro
aqua hauriẽda ire non poſſet,ut eſt
caſus nota.in d.l. ſi prius. §.fin.cum
gloſ.de aqua plu.ar.& eſt ratio,quia
realiter non poteſt quis ire per fun-
dum alienum domino nolente. l.di
uus.ff.de ſer.ruſt.præd.Fallit in qui-
buſdã caſibus,ut plene dixi s̃.in titu.
de ſerui.itin.uer.quæro an quis cur-
rit. *Septimo quæritur quomodo 7
quis uti debeat ſeruitute aquæ hau-
ſtus. & in hoc conſidera cui debea-
tur ſeruitus aquæ hauſtus,& qui de-
bet ſeruitutem. Si quæris de eo cui
ſeruitus debetur : dic quòd ipſe de-
bet uti eo modo,quo uti ſolitus eſt,
uel eſt ſibi conceſſum.arg.l.iij.C.de
aquæduct. lib.xi. & debet ita uti, ut
alij non cedat,niſi domino aquæ uo
lente,ut l.cum tenet. §.j.ff.de ſerui.
ruſt.præ.Si uero quæris de ſeruitu-
te debente: dic quod nõ debet alias
facere, propter quod tollatur hau-
ſtus aquæ, puta ex aperto terrenum
facere,& claudere, ut eſt text.in l.ij.
ff.de riuis.& dixi s̃ ti.prox.in viij.q.
prin. uer.ſed circa prædicta dubitari
poteſt.& ea quæ dicũtur in d.q.prin
ci.poſſunt adduci ad declarationem
huius q. & adde quòd ille qui habet
ius hauriendi aquam , nõ debet etiã
de publico in eo iure turbari , quo
uſus eſt tanto tempore,cuius nõ ex-
tat memoria,ut d.l.iij.C.de aquędu.
& ibi per Bar. *Octauo quæritur 8
quomodo & quando amittatur iſta.
dic ſi quis habet hauſtum per tem-
pus quo ſeruitus amittitur,non ierit
ad fontem,nec aquam hauſerit,hau
ſtus iter amiſit.l.Labeo.alias incipit,
ſiue.



ſiue. ſecũdum unam lecturam glo.j.
uidelicet ꝙ ibi dicatur,non ierit. ff.
quemad.ſer.amit.l.j. Item ſi ierit ad
fontem,& aquã non hauſit,ut eſt ibi
tex.ſecundum aliã lec.gl.uidelicet ꝙ
ibi non ſit illa dictio Non. & iſta ſe-
cunda lectura eſt melior,quia perſo-
na propria nõ habet dubitationẽ,ſe-
cundum Flor.ibi.& ſic no. quòd qui
perdit principale[a],perdit acceſſoriũ.
uel qui amiſit antecedẽs, amittit con
ſequens. & uide quæ no.Inno.per d.
l.Labeo.in c.cum ex officij.in gloſſ.
j.uer.eſt not.extrà de præſcrip.quod
ſequitur An.& no.in d.l.Labeo. Nec
ob.l.ſi partem in parte.in prin.eo.tit.
quia ibi loquitur in iure quærẽdo.l.
Labeo.loquitur in iure quęſito per-
dendo.& quanto tẽpore amittantur
ſeruitutes , uide ea quæ dixi in j.lib.
in xix.quæſt.prin. & in tit.præcedẽ-
ti in x.quæſt.princ. Itẽ amittitur iſta
ſeruitus,ſi quis alia aqua uſus fuerit,
de qua in ſeruitute imponẽda nõ eſt
actum.l.ſi quis alia.in princ.& l.ſi cõ
munem.ff.quẽad.ſer.amit.& l.j. §.il-
lud autem.de aqua quotid.& æſtiua.

Sed quid ſi iui per aliã uiã ad hau-
riendũ per x.annos,nõ per conſtitu-
tam, an utrunq; ſit amiſſum, ſcilicet
ius itineris, & ius aquæ hauſtus.glo.
in l.iij. §.qui habet hauſtũ. in uer.ad
hauriendũ.ff.de ſer.ruſt.præd.diſtin-
guit , ſi hauſtus eſt acceſſorius itine-
ri,quod eſſe poteſt,ut ibi,& ſuprà di
xi:& tunc utrunq; amittitur: ſi econ
tra,non ualet:quia iter eſt acceſſoriũ
ad aquæ hauſtum.argu.C.ſi pen.app.
mor. inter.l.ſi is.Si autẽ utrunq; prin
cipaliter tenetur,iter retinetur etiam
per hauſtum , ut d. §.qui habet hau-
ſtum.ibi,ſiue hauriendi aquã.arg.C.
de agri.& cenſi.l.cum ſancimus. §.fi.
lib.xi. Multis etiã aliis modis poteſt
amitti iſta ſeruitꝰ aquę hauſtus,quos
collige ex his quæ dixi s̃.tit.proxi.in
9 d.q.prin. *Nono q̃ritur quã actio- 10
ne agatur.Reſpondeo,ſi quis uult ſe
fundare ex eo ꝙ cõſtituta ſibi ſit ſer
uitus aquæ hauſtus, & agere petito-
rio:tunc cõpetit actio confeſſoria.l.
ij. §.j.ff.ſi ſerui.uend.& ibi plene per
Flo.& Doc.& per Bar. & Doc.in l.&
ſi prius.ff.de no.ope.nun. Si q̃s uult
agere poſſeſſorio , prodita ſunt duo
interdicta. Vnum eſt de fonte,quod
cõpetit quãdo quis habet iũs hauriẽ-
di aquã de fonte, uel puteo,uel piſci
na,uel lacu,uel ab aliquo impeditur.
Aliud eſt interdictum de fonte refi-
ciẽdo, & cõpetit quãdo q̃s uult fon-
tem, uel puteũ,uel piſcinã,uel lacũ,
quorũ aqua utitur, reficęre uel pur-
gare , & ab aliquo impeditur. ff.de
fonte.l.j. §. j. & §.deinde ait. & ita
Ioan. in arbore ſua actionum poſuit
duos circulos,in q̃bus deſcripſit hæc
duo interdicta, ſecundũ Spec.in tit.
de cauſa poſ. & propric. §. priuata.
uerſi.potero plerunq; quis habet. &
Roſ.in ti.de fonte reficiẽdo.in prin.
& aduerte quia iſta interdicta de fon
te reficiẽdo uel purgando,cõpetunt
pro aqua uiua , & ſunt directa : quia
uerba l.& mens cõcurrunt. & ita lo-
quitur totus tit.ff.de fonte.maxime
l.j. §.q interdictũ.de ciſterna.eo.tit.
l j. §.loquitur.ff.de aqua quoti.& ę-
ſti. Sed ſi eſt aqua non uiua,ſicut ci-
ſterna.quæ hymbribus cõcipitur, ut
d. §.hoc interdictum de ciſterna. ſi-
cut in multis locis cõmuniter nõ re-
peritur aqua uiua, ut in Apulia uel
Venetiis. & tũc uidetur ꝙ non cõpe
tat hoc interdictũ.per d. §. Tamẽ ſe
cundum Roſ.in prædictis ti.ille tex.
debet intelligi,quòd nõ cõpetat ali-
quod interdictũ de prędictis directe.
quia uerba edicti de fonte deficiunt.
tamẽ utile interdictum competit:&
ita etiã tenet Bart.in dicto §.hoc in-
terdictum de ciſterna. & illum text.
dicit eleganter Bart.facere ad quæſt.
*Statuto ꝓhibetur ſub pœna mu-

a Principale.
*Principale tra hit ad ſe acceſ ſoriũ, etiã pre cioſiꝰ ipſo prin cipali. l. hæres meus. §.fin. de leg.iij. Et prin cipale habet i dem ius quod eſt de acceſſo rio.in Spec. de litis coteſta. §. nunc dicamus. uer.item nun quid.*

lieres portare perlas, modo quædam mulier portat perlas fictas & cõtrafactas, an puniatur pœna ſtatuti. Et dic quòd non. debent enim naturales & non fictæ eſſe. arg. d. §. hoc interdictum de ciſterna. & ita alias iudicaui in ciuitate Veronæ. Et adde quòd portare perlas uel ueſtes prohibitas non eſt proprie delictum, ſed quædam abuſio ſecũdum Cyn. in cõſilio ſuo, quod incipit, In ſtudio Azardi. & talis abuſio eſt leuis, ideo propter eam quis non eſſet corpore puniẽdus. ut not. Bald. in l. quicquid. in ij. col. C. de ſeruis fugit. & talia ſtatuta ſunt irrationabilia. ideo nõ debent extendi ſecũdum Bal. in l. quod non eſt neceſſe. in fin. ff. de ll. & circa iſtam materiã ſtatutorum prohibentium portare perlas uel certas ueſtes, uel iocalia, uide quæ not. Io. And. in c. ea quæ fiunt à iudice. de reg. iur. in vi. in mercuria. & per Alberi. de Roſ. in l. factum à iudice. ff. de regu. iur. & in ſuo opere ſtatutorum in ij. parte. quæſt. ccvj. & per Ant. de But. in ſuo tractatu & ornatu utili. & habetur per text. & glo. xxj. quæſt. iij. per totum. & ego dixi plene in l. mulieris. in princip. in xj. quæſt. ff. de uerb. ſig. Et adde quòd pro iſto iure hauriendi aquam, uel ducendi, quando quis non permittit me uti, uel amouit ipſum aquæ hauſtum, uel ipſam aquã, poſſum implorare officium iudicis, ut faciat me retinere, coercens aduerſarium & rei competentis formã dans. & hoc quando habebam illum uſum iure ſeruitutis, alias competeret confeſſoria, ut dixi in principio huius quæſtio. l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſeruit. uend. ita dicit Specul. in titu. de offic. iudic. §. ij. uerſicu. item imploratur loco principalis actoris.

11 *Decimo quæritur quot ſint neceſſaria ad hoc, ut illa duo interdicta competere poſſint. & dic ſecundum Roſ. in titulo de interdicto, de fonte reficiendo, quòd ſex ſunt neceſſaria. Primum quòd fons ſit, ſiue puteus, uel lacus, uel piſcina. Secundum quòd in illis ſit aqua uiua. alias non habet locum hoc interdictum directe, ſed utile, ut l. j. §. hoc interdictum. Tertium ſiue prohibeatur haurire aquam, ſiue puteum aperire, ut ibi. Quartum quòd quis uelit purgare fontem, uel lacum, uel puteum, uel piſcinam. ff. eod. l. j. §. deinde. Quintum quòd ille qui fuit uſus, fuerit uſus hoc anno non ui, non clam, non precario. ff. eod. l. j. in principio. & §. deinde. Sextum quòd ita quis utatur uel purget eo modo, ſicuti conſuetus eſt uti, ſiue purgare. ff. eod. l. j. §. hoc interdictum. ſi uero quis uelit purgare fontem uel coercere aquam ne fluat, uel dilabatur, non cõpetit hoc interdictum. ff. eo. l. j. §. j.

12 *Vndecimo quæritur quomodo debeat formari libellus in his interdictis. Dic interdicto de fonte poteſt ſic formari: Corã uobis, &c. compareo ego B. & conqueror de M. qui me prohibet uel impedit uti aqua de fonte, lacu, puteo, uel piſcina tali, cuius tales ſunt fines: qua aqua uſus ſum hoc anno non ui, non clam, non precario. unde ne me impediat uti, ſicut uſus ſum hoc anno, ago contra ipſum: & ad hoc propono interdictum de fonte, uel actionem in factum: & iſta forma libelli probatur in l. j. in princip. ff. eod. In interdicto uero de fonte reficien. poteſt ita libellum concipere: Coram uobis, &c. compareo ego B. contra Titium, qui me prohibet purgare talem fontem, uel reficere piſcinam, lacum, uel puteum, cuius tales ſunt fines. unde ne me prohibeat purgare prædicta, ſicut eſt mihi ius purgandi: uel non impediat uti, ſicut uſus ſum hoc anno, non ui, non clam, nõ precario,



precario, ago contra ipſum, & ad hoc propono interdictum de fonte reficiendo, uel actionem in factum, & probatur iſta libelli conceptio in l. j. §. deinde. ff. de fonte. & de his uide Roſ. in hoc interdicto de fonte reficiendo. & per Specula. in titu. de cauſa poſ. & proprie. §. priuata. uerſicul. porro plerunque quis.

13 *Duodecimo & ultimo quæritur quomodo formentur poſitiones uel capitula. Et primo actor poteſt ita formare: Ego A. dico quòd in tali loco, cuius tales ſunt cõfines, eſt fons, uel puteus, uel lacus, uel piſcina. Itẽ quòd in illis eſt aqua uiua, & hoc dicas, quòd eſt aqua uiua, & competit interdictum directe. ſed ſi non eſt aqua uiua, hoc non dicas, & competit utile interdictum, ut dixi in vij. quæſtio. Item quòd tu prohibes me uti aqua illa non ui, non clam, non precario: econtra autem poterit reus ita dicere: Ego M. dico quòd in tali loco fuit fons, ſed deſijt eſſe, & ſi hoc cõfitetur actor, ſuccumbit. Item quòd in illo eſt aqua collecta de ſudoribus, & ſi hoc actor confitetur, ſuccumbit: quia non competit interdictum, niſi pro aqua uiua, quod intellige de directo. ſed utile bene cõpetit, ut ſæpius dictum eſt. Itẽ quòd tu uſus fuiſti hoc anno aqua illa, ui, clàm, uel precario à me. Item quòd Titius te prohibet uti aqua illa uel purgare fontem aliter quàm uſus fueris. Item uis quærere uenas, ſiue aperire, ut ff. de fonte. l. j. §. fin. & de hoc uide per Roſ. in hoc interdicto de fonte reficiendo. & Specul. in titu. de cauſa poſſeſ. & proprie. uer. porro plerunq; quis habet ius.

## De ſeruitute pecoris ad aquam appulſus. CAP. VIII.

1 *Pecoris ad aquam appulſus quid ſit.*
2 *Ius pecoris appulſus ad aquam an ſeruitus ſit.*
3 *Seruitus appulſus pecoris ad aquam an nominata, uel innominata ſit.*
4 *Seruitute appulſus pecoris ad aquam qualiter quis uti debeat.*
5 *Seruitute appulſus pecoris ad aquam qua actione aliquis uti debeat: & ut competat, quot neceſſaria ſint: & quo modo libellus & depoſitiones formentur.*

1 PECORIS * ad aquam appulſus, eſt habere ius appellendi pecoris agri mei per prædium uicini ad fontem uel puteum, ut l. j. §. in prædiis. ff. de ſeruitutibus ruſticorũ prędiorum. & inſtitu. de ſeruit. §. in ruſticorum. & notat Azo in ſumma C.
2 de ſeruit. §. pecoris. * ſed dubium eſt an iſtud ius pecoris appulſus ad aquã ſit ſeruitus. & uidetur quòd nõ. nam pecora ſunt mobilia. & in pecoribus & in rebus mobilibus non conſiſtit ſeruitus prædialis, ſed eſt quædam facultas, quæ ſapit in dubio realitatem: & ſi aliquis legat mihi ius pecoris appellendi, cedit hoc legatum à morte teſtatoris. ita dicit Bald. in l. unica. §. libertatibus. in penul. quęſt. C. de caducis tollendis. & pro hoc uidetur eſſe text. in l. Mela. §. fina. ff. de ali. & cibar. leg. in contrarium uidetur, quòd imo ſit ſeruitus prædior. ruſtic. per dictam l. j. §. in prædiis. & ibi glo. hoc tenet. & per dictum §. in ruſticorum. cum glo. ſed tu dic: aut pecora ſunt cõſtituta ad agrum ſtercorandum, & debent uiuere in fundo tuo. & tunc eſt ſeruitus realis ſeu prædialis & ruſticalis, ut in iuribus proxime allegatis. & hoc modo debet intelligi rubrica noſtra. alias ſecus. & ita tenet gloſſ. in dicto §. in ruſticorum. & Azo in ſumma. in dicto §. pecoris. qui intelligit hanc eſſe ſeruitutem, quando ex prædio meo non poſſem percipere aliam ſeruitutem, niſi quòd ibi contineantur pecora, uel etiam quando percipio

ex fundo fructus uel ſegetes cultura pecorum, id eſt boum, per quos colitur fundus, quòd habeo neceſſe pecora appellere in fundum uicinum. & prædicta adde quæ dixi in titulo præcedenti in ij. quæſt. *Ter- 3
tio dubitatur an iſta ſeruitus ſit nominata uel innominata. ego alias dixi remittendo me in titulo præcedenti in iij. quæſtione. & idem dicas in ſeptem ſeruitutibus ſequentibus.

*Quarto dubitatur qualiter uti de- 4
bet quis hac ſeruitute. dic quòd non debet appellere maiorem numerum pecorum ad aquam. & ſi maior numerus appelletur, non in omnibus pecoribus, tunc prohibendum eſſe, Marcellus ait. quia pecora ſeparari poſſunt, licet Trebatius dixerit uniuerſum pecus impune prohiberi: quia iunctum pecus ei pecori cui appulſus debetur, totum corrūpet pecoris appulſum. ut in l.j. §. Trebat. & §. ſequenti. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. & eſt ratio, quia in ſeparabihbus utile [a] per inutile non uitiatur, ut ibi. & l. ſi ſponſus, §. generaliter. ff. de donationib. inter uirum & uxorem. cum ſimil. *Quin- 5
to & ultimo dubitari poteſt, qua actione agi debeat pro iſta ſeruitute, & quot ſint neceſſaria ut competat, & quomodo formetur libellus & poſitiones ſiue capitula, & breuiter ſicut dictum eſt in titulo præcedenti. quia ea quæ ibi dicta ſunt, locum habere poſſunt etiam in iſta ſeruitute. & probatur in l. j. §. ſi quis uti. ff. de fonte. & hoc ſentit Roſ. in titulo de interdicto de fonte reficiendo. & ponit tanquam paria, ſeruitutem pecoris ad aquam appulſus, & ſeruitutem hauſtus aquæ, & ſimiliter facit Speculator in titulo de cauſa poſſeſsio. & proprieta. §. priuata. uerſi. porro.

a Vtile.
*Vtile per inutile nō uitiatur. l. j. §. pe. & ibi Bar. in j. op. & Doct. de uer. et l. hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. u. reſponſo. C. de teſta. l. ſi. C. fa[illegible] & i l. certi. §. quoniā. in iuno. Et ibi uide Bal. qui ponit x. caſus in quibus utile p inutile uitiat. ff. ſi cer. pet. & uide in l. ſeruum filij. §. antepe. per Bar. de leg. j. & in l. qui teſta mēto. de leg. ij. & ibi gloſ. & l. ſi ita ſtipulatus. ad ſi. tit.*

## De ſeruitute iuris paſcendi.

### CAPVT IX.

1 *Seruitus iuris paſcēdi quid proprie ſit.*
2 *Pecoris appellatione compræhēduntur oēs quadrupedes, q̄ gregatim ueſcūtur.*
3 *Paſcua quæ dicantur.*
4 *Paſcuum quotuplex ſit.*
5 *Iuris paſcendi ſeruitus an ruſtica uel urbana exiſtat.*
6 *Seruitus iuris paſcendi qualiter acquiratur.*
7 *Fundo uendito uel legato an uideatur uendita paſcua quæ ſunt, uel in alijs prædijs uenditoris debentur.*
8 *Vniuerſitas alicuius uillæ ſi rem non cōmunē emerit, ut ius paſcēdi haberet, & aliquis de dicta uilla ſua pdia uēdiderit, an ueniat in dicta uēditione ius paſcēdi, quod dictus uēditor habebat.*
9 *Vēditione molendini per aliquē facta, quo caſu etiam alterius molēdini poſtea ueniat: etiam ſi in uenditione de eo mentio facta non ſit.*
10 *Teſtes ubi plures quam duo haberi poſſint, duo de uniuerſitate non ſufficerent.*
11 *Monachi ſinguli in cauſa ſuæ uniuerſitatis teſtificari poſſunt.*
12 *Teſtis examinat⁹ in cauſa uniuerſitatis puta paſcui, ſi ſentiat cōmodū, et dicat q non: an falſum dixiſſe intelligat.*
13 *Statutū ſi ſit in ciuitate, ut in talibus pratis homines beſtias ad paſcendū intra terminos deſignatos tenere nequeant, & ſic in certa prati parte paſci poterit, et in certa nō: & quidā accuſatus fuerit, quod in dictis pratis beſtias tenuerit, nec fuerit dictum in accuſatione intra terminos deſignatos, ſed ſimpliciter probatū fuerit, an ex hoc condemnatio ſequi ualeat.*
14 *Statuti forma ſi magnates non poſſint intrare palatiū ante pulſationē capanæ ſub certa pœna, an cōdēnatio ſequi poſſit, niſi introitus explicite pbetur.*
15 *Creditor ſi hypothecaria agat contra ipſum poſſeſſorē, & poſſeſſor confiteatur rem de bonis debitoris fuiſſe, ſed neget fuiſſe obligationis contractæ tempore, quid iuris.*





16 *Tempus aliquod pūctualiter ubicunq; de ſubſtantia fuerit ad uictoriam reportandam illud tēpus liquido & punctualiter probari debet.*
17 *Seruitute iuris paſcēdi quomodo quiſpiam uti debeat.*
18 *Seruitus uel paſcendi ius ſi in fundo alieno conſtituta fuerit, an cum omni pecore cuiuſcūq; generis paſcere poſſit.*
19 *Seruitus ſi de pecudib⁹ ſimpliciter cōſtituta ſit: & reperiatur pecudes nobiles ſicut ſunt Veronēſes, et ignobiles, ſicuti aliæ Italæ: an de omnibus indifferenter ipſa ſeruitus conſtituta intelligatur.*
20 *Paſcuis cum pecoribus morboſis, ſeu peſtiferis nullus uti poteſt.*
21 *Infectionis timor ubicunq; fuerit etiā de ciuitate expulſio fieri poterit.*
22 *Paſcendi iuris ſeruitutem habens in alieno fundo, an ipſam ſeruitutem diuidere debeat.*
23 *Paſcendi ius præter iuſtitiam per tyrannum in prædijs alienis acquiſitum, an in eccleſiam tranſeat.*
24 *Paſcendi ius quāto tēpore præſcribat.*
25 *Iuris paſcendi poſſeſsio uel quaſi ſeruitus quomodo probetur.*
26 *Vniuerſitatis x. uel xx. ſi aliquo nemore tanto tēpore uſi fuerint, quòd nō extet memoria in cōtrariū: an ipſi uniuerſitati ius quæſitum uideatur.*
27 *Actus agentium ultra eorum intētionem operari non debent.*
28 *Paſcendi ius uillæ uel uniuerſitati cōpetēs, an per x. homines uillæ uel uniuerſitatis probari poſſit.*
29 *Obligationibus facti, obligatio ad intereſſe uenit.*
30 *Animal qui in fundo reperit; in quo ſibi iuris paſcendi ſeruitus debetur, an ipſum occidere poſſit, uel retinere, donec danum reficiatur, quod dedit: uel donec, cuius ſit animal illud, cognoſcatur.*
31 *Seruitus iuris paſcēdi quomodo amittatur.*
32 *Iuris paſcendi ſeruitus pro certo pecudum numero ſi uni debeatur, & ipſe ampliori uſus fuerit, an ppter hoc ipſa ſeruitus amittatur.*
33 *Seruitus iuris paſcendi cū certo pecudum genere, ſi uni debeatur, & ipſe cū alio genere ſeruitute uſus fuerit, an propter hoc ipſa ſeruitus amittatur.*
34 *Seruitus iuris paſcendi an perdatur, ſi locus ſeruitutē debens per tyrannū occupatus fuerit, qui illis paſcuis uſus ſit.*
35 *Paſcua ſi aliquod cōmune emerit, & de cōmuni unus uēdiderit fundum ſuū proprium cum omni iure ſibi ſpectante: an per hoc ſeruitutem, uel ſaltem ipſum ius paſcendi amiſiſſe uideatur.*
36 *Iuris paſcendi pro ſeruitute qua actione agi debeat.*
37 *Actio quæ cōpetat illi, in cuius fundo contra ſeruitutem debitam quiſpiam paſcitur.*
38 *Fundi, uel pecorum, uel tēporis paſcēdi ius habens, an alium cogere poſſit.*
39 *Communione ſtare nemo cogitur.*
40 *Prædij ſeruientis dominus an poſſit loca, in quibus alteri ſeruitutem debet, & etiam ius paſcendi, puta paſcua & ligna, ad culturam reducere inuito domino prædij dominantis, cui iuris paſcendi ſeruitus debetur.*
41 *Et econtra, an ille, cui hæc ſeruitus debetur, inuito fundi domino, poſſit paſcua reducere, ita ut meliora efficiantur.*
42 *Prædij ſeruientis dominus ſi reduxerit paſcua ad culturam, puta ad ſegetes, uites, propter quod paſcua impediuntur ei, cui ſeruitus iuris paſcendi debetur, an cogi poſſit ad reducēdum prædia ad paſcua, ſicuti tempore ſeruitutis impoſitæ erant: an uero ad intereſſe agi debeat.*
43 *Obligatio non faciendi, obligatio faciendi dicitur.*

*44 Actiones ſuas remittentibus regreſ-
ſus dandus non eſt.*
*45 Actione in noxali emēdatio damni eſt
in obligatione: & datio damni pro no
xa eſt in ſolutione.*
*46 Paſcere in agro alieno an & quando
liceat.*
*47 Paſcere in paſcuis publicis & priua-
tis, in quibus ipſa ſeruitus impoſita nō
eſt, an & quando liceat.*
*48 Animal in paſcuis dimiſſum an per il
lum poßideatur, qui eum ibi dimiſit.*
*49 Paſtor ſi animalia per inſidioſa loca
ad paſcendum conduxerit, & ea ami-
ſerit, an de culpa teneatur.*
*50 Paſcui in poſſeſsione ſi quiſpiā fuerit:
& eo certo anni tēpore utatur, an per
hoc ſuam poßeßionem retineat.*

SERVITVS* iuris paſcendi eſt 1
ius pecoris paſcēdi in fundo alie-
no agri mei cauſa, ut l.ij. §. in præ-
diis. ff. de ſeruitutib. ruſtic. prædio-
rum. & inſtitu. de ſeruitu. §. in ruſti-
corum. & l. ſi nautarum. §. fi. de præ-
ſcript. uerb. & dixi eſſe ius, quia ſer-
uitutes ſunt iuris: ut inſtitu. de ſerui-
tu. in princip. & l. j. in principio. ff. de
ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.
& l. hæc autem iura. in princip. eo-
dem titulo. & l. ij. §. in prædiis. ff. de
ſeruitutibus ruſticorum prædiorum.
*Pecoris etiam dixi, quia hoc no- 2
men eſt generale, & compræhendit
omnes quadrupedes quæ gregatim
ueſcuntur. l. legatis. §. pecudibus. ff.
de legatis iij. & inſtitu. ad l. Aquil. in
princip. & ff. eod. l. ij. & quia lex XII.
Tabul. loquebatur de paſtu pecoris,
ut d. l. qui ſeruandorū. §. fi. & l. fi. C.
ad l. Aquil. & pro hoc l. Iulianus. §.
glans. ff. de exhiben. & l. ſi pecora pa
ſcenda. C. de pac. dixi paſcendi, quia
hæc ſeruitus locum habet in pecori-
bus paſcendis, uel quæ paſcuntur, ut
probatur in l. pecoris paſcendi. ff. de
ſeruitu. ruſt. præd. & in iuribus ſuprà
proxime allega. Dixi in fundo, quia
res ſua nemini ſeruit. l. iure cōmuni.
ff. de ſerui. ruſt. præd. & l. uti frui. ff. ſi
uſusfru. pe. & probatur in d. l. ſi ſeruā
dorum. §. fin. Vltimo dixi agri mei,
quia ſi haberem fundū pro quo tene
rem pecora paſcenda, non poſſet eſſe
tale ius paſcendi, ſeruitus præſertim
realis ſeu prædialis, ſed eſſet ſeruitus
perſonalis ſeu ius pſonale, ut eſt tex.
cum gloſſ. ordi. in uerb. excep. in l. ſi
quis unas ædes. ff. de uſufruc. & text.
cū glo. & ibi Doc. in l. pecoris. & no.
per glo. & Doc. in l. ut pomum. ff. de
ſeruit. & per tex. gl. Bar. & Doct. in l.
Mela. §. fin. ff. de ali. & cib. leg. Circa
quod uide quæ plene dixi in j. lib. in
prin. poſt diffinitionem ſeruitutis, &
ti. de aquæductu. ij. q. *Viſa diffini- 3
tione huius ſeruitutis iuris paſcendi,
quæro primo quæ dicatur paſcua. Et
dic, paſcua ſiue ſaltus dicuntur loca
ubi beſtiæ paſcuntur. l. ſylua cædua.
§. fi. ff. de uer. ſign. & l. ſi diuortio. §.
plane. ff. ſol. mat. & l. j. per totum tit.
C. de paſcu. pu. uel priua. lib. XI. & ui
de gl. in d. §. plane. ubi dicitur quòd
paſtio dicitur locus, ubi beſtiæ pa-
ſcuntur. allegar. dict. l. ſi quis unas æ-
des. & eſt textus in l. inſtrumenta. in
fi. de fundo inſtruct. & ſimiliter ſyl-
ua paſcua dicitur, quæ paſcuis pecu
dum eſt deſtinata, ut d. l. ſylua cędua.
§. fi. *Quæro ſecūdo quotuplex eſt 4
paſcuū. Dic duplex. Nam quoddam
eſt publicū, & quoddam priuatū, ut
probatur in rubrica, & per totum tit.
C. de paſcu. pu. uel priua. lib. XI. & de
paſcuis publicis dicemus in xij. & ul
tima quæſt. prin. *Quæro tertio, 5
an ſeruitus iuris paſcendi ſit ruſtica
uel urbana. dic inſpiciendū eſſe fun-
dum, propter quē debetur iſtud ius
uerte , quãdo ſolum quæſtio eſt in-
ter dominos prędii dominãtis: quia
unus uult diuidere fundum ſeruien
tis, uel numerum pecorum,uel tem
pus paſculandi, & alter non uult : &
tunc dicendum eſt,ut dixi in princi.
Aut eſt maior qui prouocat ad diui-
ſionem,& alter patitur damnum , ſi
fieret diuiſio:quia melius paſcularẽ
tur in toto fũdo ſimul, quam de per
ſe in aliqua parte:& tunc non poſſet
cogi ad diuiſionem,ex quo dicta ſer
uitus eſt ſimpliciter conſtituta. l. ſi
ſeruitus.in princip.ff.de ſer.ur.præ.
& l.ſi toto generi. §.ſi totus uſq;. ff.
de ſer.urb.præ. & l.uia conſtitui. §.
quæcunque.eod.tit.niſi aliqua iuſta
cauſa diuiſionis ſubeſset,ut ſtatim di
cam de minore prouocante ad diui
uiſionem.Aut alter damnum nõ pa-
teretur:& tunc regulariter poſſet fie
39 ri diuiſio[a]:*quia nemo cogitur ſtare
in communione , ut dictum eſt.ar.l.
imperatores.ff.de ſer.ur.præd. & ui
de Alber.in l.teſtatrix. §.j.ff.ſi ſeru.
uen. aut eſt minor qui prouocat,&
regulariter non pot.l.inter omnes.
C.de præd.mi.l.ſi pupillorũ.in pri.
ff. de rebus eorum. Et idem ſi eſſet
eccleſia uel alius, qui prohibitus eſ-
ſet alienare.d.l. iubemus.C.de ſacr.
ſan.ecc.Sed hoc fallit,quando ſubeſ
ſet aliqua iuſta cauſa,ut quando pe- 40
cora alterius eſſent morboſa : quia
tunc deberet fieri diuiſio , uel mor-
boſa repelli.per l. Iulianus.in princ.
ff.de actio.empt.& dixi ſupra in hac
vj.q. prin. circa prin. Secunda cauſa
eſt, quando alter ſocius eſſet nimis
rixoſus,uel odioſus, aut moleſtus.l.
ſi conueniunt.in fin.& ibi hoc notat
Barto.Bald.& Doct.ff.pro ſo.& idẽ
no.gl.& Doct.in l.ij. §.nec cogitur.
ff.ſol.mat.& Bar.in l.inter pupillos.
ff.de aut.tu. Barto.in l.cum ſatis. C.
de agri.& Flor.in l.cum ſatis. C. de
agri.& cen.libr.xi.& Ange.in l.ij.C.
de fund.dot.& Flor.in l.j. §.ſi plu-
res.ff.de his qui deie.uel effu.Si ue-
ro non eſt quæſtio inter dominos
prædii ſeruientis ſimul:& tunc ſi iſta
quæſtio eſt,quia domini prædii do-
minantis uolunt inter ſe diuidere
fundum ſeruientis, uel numerũ pe-
cudum , uel tempus paſculandi,do-
mini predii ſeruientis uolunt ut fiat
aliqua diuiſio , ſed quod omnes ſi-
mul paſculentur,ſicut ſoliti ſunt pa-
ſculare , uel econtra domini prædii
ſeruientis uolũt. & uidetur quod di
uidere poſsint : quia nemo , ut dixi,
cogitur ſtare in communione.In cõ
trariũ uidetur , quod nihil debet in-
nouari contra morem uetere & an-
tiquum.l.ſi manifeſte.ff.de ſerui.&
aqua. & l.contra conſuetam formã.
l.ſi præſes.eod.tit. & l.an in totũ.C.
de ædi.pri. Tu dic , ſi ſicut maiores,
regulariter poſſunt diuidere. arg.l.
imperatores.ff.de ſer.ru.præ.& hoc
uidetur tenere Alb.de Ro.in d.l.te-
ſtatrix. §.j.ff.ſi ſeru.uen.quod tamẽ
intellige , niſi domini prædii ſeruiẽ
tis pateretur aliquod damnum ex ta
li diuiſione,uel domini prædii do-
minantis:quia tũc poſſunt impedire
diuiſionẽ.Sed ſi ſũt minores,nõ poſ
ſunt ꝓuocare ad diuiſionẽ regulari
ter.Fallit, quãdo ſubeſſet aliqua iu-
40 ſta cauſa,ꝑ ea quæ dicta ſunt. *Alia
eſt quæſtio,quæ cõuenienter ſubiici-
tur:an dominus ꝓdii ſeruientis poſ-
ſit loca,in q̃bus debet alteri ſeruitu-
te,& in q̃bus debet ius paſcedi, puta
paſcua & ligna reducere ad cultura
inuito domino prædii dominantis,
cui debetur ſeruitus iuris paſcendi:
& econtra an ille cui debetur hæc
ſeruitus,poſsit inuito domino fun-
di reducere paſcua,ita ut efficiantur
meliora , & uidetur circa primum
dominum prædii dominantis non
poſſe reducere paſcua ad culturam
inuit

[a] Diuiſio. *Diuiſionem iudex facit: ſi partes diſcordant. Vide Paul. de Caſt. conſ. xcv. Diuiſionis [illegible] lus quo ſer[illegible] tur, uide Bart. & Bal. in l. ad officium. C. cõ di. et in l. j. e. ti.*

inuito illo cui ſeruitus iuris paſcen-
di debetur: quia eſt contra formam
& conſuetudinem ſeruitutis iuris
paſcendi impoſitæ.arg.l.præſes.& l.
ſi manifeſte.C.de ſerui.& aqua.l.ij.
in fin. ff.ad l. Aquil. Item pro hoc l.
ſed & ſi quis.§.ſed nec ſeruitus. cũ
l.ſequen.ff.de uſufruct.ubi habetur,
proprietarium non poſſe inuito u-
ſufructuario fundo ſeruitutem im-
ponere, ex quo deterior fiat condi-
tio uſufructuarii: & idem probatur
in l.locus.§.j.eod. titul.& l.ſi uſuſf.
§.reſcriptio.ff.de aqua pluui.arc.l.
ſi eo lo.in princ. ff.ſi ſer.uen. In con
trariũ uidetur, ex quo fundum me-
liorem facit: per text.l.& ſi forte.§.
fin.ff.ſi ſeru.uen.& l.ſi arborem.§.
per contrarium.ff.de ſer.urb.præd.
Ego in hac quæſt. ita diſtinguerem:
aut dominus prædii ſeruientis uult
reducere uſum paſculandi, puta fa-
ciendo foſſata, ne aquis inundare-
tur, maxime tempore pluuiali, uel la
pides excipiendo, & poteſt etiã in-
uito illo cui ſeruitus debetur, per iu
ra ultimo loco alleg. Aut uult redu-
cere paſcua ad culturam, & mutare
formam fundi: puta dum eſſet ager
ſterilis, & incult⁹, uult reducere ad
prata quæ ſecari poſsint: & tunc ſi
uult, quòd in illis pratis poſsit is, cui
debetur ius paſcendi paſculari face-
re pecora eodẽ modo, & per ea tem
pora quibus ſolitus erat paſculari, &
in hoc nõ patiatur aliquod damnũ:
imò utilitatem recipiat, ex quo me-
liora paſcua efficiuntur: & idem ea-
dem ratione. ſecus ſi damnum pate-
retur, puta, quia erant pecudes ſuæ
nobiles, ſicut ſunt Veronenſes, &
marceſcerent in pratis pinguibus,
tunc non poſſet ad prata reducere.
quia diceretur mutari forma ſerui-
tutis in damnum illius, cui ſeruitus
debetur: quod non eſt conceden-
dum, per iura primo loco alleg. Aut
uult reducere ad culturam, & ibi ſe-
minare blada, & ibi uites plantare:
ex quibus non poſſet ille, cui ſerui-
tus debetur, commoda percipere:
imò per ea impediretur ſuum ius pa
ſcendi: quia dominus prædii ſerui-
entis nollet ut tempore culturæ in
illis pecora paſcerentur: & tunc cla-
rum, quòd non poſſet fieri talis re-
ductio ad culturam in præiudicium
ſeruitutis debitæ: per l. ſi uia.& l.
præſes. C. de ſeruitutibus & aqua.
& l.ij.in fin.ff. ad l. Aquil. cum ſimi.
ſuprà alleg. niſi ſeruitus iuris paſcen
di deberetur tantum eo tempore,
quo fruges collectæ ſunt, & paſcua
remanerent meliora, uel ſaltem nõ
deteriora: quia hoc uidetur quòd li-
citum fuerit domino prædii ſerui-
entis in ſuo facere, quicquid uult,
dummodo non noceat alteri, cui
ſeruitus debetur.argum.l.j.§.de eo
opere.& §.item ait aquam.ff.de a-
qua pluuia arcend. coniuncta l.in re
mandata. C.man. & concluſio bre-
uis eſt in hac quæſtione. Aut domi-
nus prædii ſeruientis rẽducẽdo fun
dum ſuum ad culturam, uel ipſum
meliorando nocet ſeruituti iure pa-
ſcendi impoſitæ: & non poteſt. aut
non nocet, uel prodeſt, & poteſt,
per prædicta. *Sed quid econtra, 41
an ille, cui debetur ſeruitus iſta, poſ
ſit inuito domino fundi ſeruientis
iſta paſcua reducere, ut efficiantur
meliora? & uidetur quòd ſic ad ſi-
militudinem uſufructuarii, qui po-
teſt caſum proprietatis meliorem fa
cere, non deteriorem.l.æquiſsimũ.
§. fructuarius. in princip.ff.de uſuf.

In contrarium uidetur, quòd e-
tiam nullo modo poſsit, etiam me-
liorando, per l.hactenus.§.fin.in fi.
ff.de uſu & habi. Sed tu circa hoc
breuiter conclude: aut ille, cui de-
betur ſeruitus, uult mutare formam
uel ſtatutum rei uel fundi, in quo ſi-
bi debetur



bi debetur ſeruitus, puta aliquid no-
ui addendo uel ampliando uel de-
trahẽdo: & non poteſt, per d.l.§.fi.
cum l.ſe.& ibi gl.tenet, & §.fructua
rius.& ibi gloſ.Flor.& §.hactenus ſi
domus.& d.l.fi.ff.de uſu & habi.aut
non uult mutare rei ſtatutũ uel for-
mam, & tunc ſi non nocet domino
fundi, teneo quòd poſsit, per prædi
cta iura, & maxime per d. §. fructua
42 rius.cum gl. *Sed circa prædicta o-
ritur dubitatio, quid ſi dominus præ
dii ſeruientis reduxit paſcua ad cul-
turã. puta ad ſegetes, uites, propter
quod impediuntur paſcua ei cui ſer
uitus iuris paſcendi debetur: an poſ-
ſit cogi ad reducendũ prædia ad pa-
ſcua, ſicut erant tempore ſeruitutis
ĩpoſitæ, an uero debeat agi ad inter-
eſſe tantum? & uidetur prima facie
eum cogi poſſe ad reducendũ in pri
ſtinum ſtatum loca, in quibus ius pa
ſcendi debetur.arg.l.ij.in fin.ff.ad l.
Aqui.ubi dicitur, quòd ſi aquatio de
riuata eſt in damnũ eius cui ſeruitus
aquæ debetur, poteſt peti, ut in prio
rem ſtatum reducatur.facit l.preſes.
& l.ſi manifeſte. C.de ſer.pro hoc l.
j.in princ.ff. quod ui aut clam.& l.ſi
colonus.& l.ſi tertius. §.officium.&
per totam l.ff.de aqua plu.ar. In con
trarium uidetur, ut ſolum agi poſsit
ad intereſſe.argu.l.loci corpus. §.in
confeſſoria.ff.ſi ſerui. uend. & quia
ſicut in obligatione faciendi ſucce-
dit obligatio ad intereſſe, non po-
teſt regulariter quis præciſe cogi ad
factum.l.ſtipulationes non diuidun
tur.& ibi per Barto.ff.de uerb.obli.
ita in obligationibus non faciendi:
43 *quia obligatio nõ faciendi, dicitur
obligatio faciendi. probatur in l.ij.
§.item ſi in facto. eod.titul.& ideo
uidetur, quòd dominus fundi ſerui-
entis tenebatur nõ reducere paſcua
ad culturam, ut dictum eſt ſ. nec mu
tare formam ſeruitutis conſtitutæ:
tamen quia contrarium facit, ſucce
dere debet obligatio ad intereſſe:
ego in iſta q. de qua conſultus extiti
altius reperẽdo ita diſtinguerẽ tres
caſus: aliquãdo dominus prædii ſer-
uientis, uel alius, uult reducere fun
dum ſeruientem ad culturam.& fe-
cit aliquas præparationes tantũ. ali-
quando incipit etiã reducere, & re-
duxit. Primo caſu, quãdo uult re-
ducere fundum, nõdum tamen ue-
re reduxit: ſed fecit tantum præpara
menta, propter quæ forte turbat il-
lum, cui ſeruitus iuris paſcendi de-
beatur: puta purgãdo loca, deſignan
do foſſam, uel loca uinearũ, uel alia
ſimilia faciẽdo. quo caſu poteſt di-
ci, quòd uult incipere, uel quòd in-
cœpit. p tex.l.j.§.cœpiſſe.ff.de pol-
li.& per gloſ.not.in l.de pupillo.§.
nunciationem.in uerb.inchoet.& l.
prætor.§.ſi quis paratus.in uerſicu.
ſatiſdare.ff.de no.ope. nũ.& ibi per
Docto.& tunc poteſt ſuccurri ei cui
ſeruitus iuris paſcendi in illo fundo
debetur, no.ope.nũ.ut d.l.de pupil-
lo.§.Sextus.uer. impoſititiã.& hoc,
quando ab alio, quàm à domino eſ-
ſet ſeruitus iſta debita pro prędio ur
bano, iuxta ea quæ dixi ſupra in iij.
quæſt.prin. Secus ſi deberetur præ-
dio ius.& d.l.ij.cum gl.& ibi per Do
cto.in l.qui man.eo.ti. poteſt tamen
cõtra dominũ ſibi ſubuenire per a-
ctionẽ confeſſoria, per quam domi
nus prædii ſeruientis tenetur ad pa
tientiam.ar.l.uti frui.§.fi.ſi uſuſfru.
pe.facit l.quoties.la ij. ff.de ſer.& l.
harũ.& l.egi.ff.ſi ſer.uen.& hoc etiã
uult Bar.in l.j.§.ij.ff.de no.ope.nũ.
Et per hanc confeſſoria poteſt etiã
agere ad intereſſe, & ad fructus.l.lo
ci corpus.§.in cõfeſſoria.ff.ſi ſerui.
uẽ. Secũdo caſu quãdo ĩcœpit redu
cere, qđ tamẽ nõ eſt pfecte. qđ quã
do ſit, dicit Bar.in l.j.§.j. in fin.ff.de
no.op.nũ.aut op⁹, de quo quæritur,


eſt

eſt formiter,ut domus,theatrum,&
ſimilia : & tũc non dicitur perfectũ,
ſed futurum, niſi habeat cõſumma-
tionem in formam. aut eſt opus ſim
pliciter,& informiter: & tunc quic-
quid eſt factũ , poteſt dici opus im-
perfectum : ut d. §.j.eo.titu.& idem
& clarius uult Barto.in l.is qui reip.
in fin.ff.ex quib.cau.ma. Et ego dixi
plenius in l.v. §.opere.& l.ædificia.
§.perfeciſſe.ff.de uerb.ſign.& tunc
ſimiliter habent locum omnia reme
dia, de quibus ſupra dixi. & plus di-
co,quod poterit ille,cui ſeruitus de
betur,agere contra reducentem ad
culturam,ad deſtruendum opus,ſeu
partem operis factam , ſi factum eſt
nunciatione noui operis prius fa-
cta : per l.j.in princip.& §.j.cum ibi
not.ff.de no.oper.nũ.in caſu quo lo
cum habeat nunciatio no.ope.ſecu-
dum ea quæ dixi s̃.in primo caſu. Si
autem non eſt factum ſpreta enun-
ciatione,quia nulla facta fuit : dic ut
dicã ſtatim in caſu ſeq. ¶ Tertio ca-
ſu,quando iam dominus prædii ſer-
uientis reduxit in totum ad cultu-
ram magnã partem , ita ut impedia-
tur ius paſcendi : an tunc poterit agi
per illũ cui debetur ſeruitus, ut cul-
tura reducatur ad paſcua? an uero tã
tum ad intereſſe ? Iſta quæſtio for-
matur per gloſſ.& Docto.in l.ij.C.
ad l.Aquil.quæ eſt ualde dubitabi-
lis.in qua ita diſtinguerem, compre
hendendo omnes caſus , qui ueriſi-
militer poſſent contingere : uideli-
cet quòd aut facta denunciatio no.
ope. legitime antequam opus illud
fieret: & tunc ſi eſt factum ſpreta nũ
ciatione, & eſt ſeruitus urbana,totũ
poteſt peti ut deſtruatur. Secus,ſi eſt
ruſtica:ut l.j.in prin.cum l.ij.& l.qui
iniam. cum ibi notat.ff.de no.oper.
nun. Aut non eſt facta aliqua denun
ciatio noui operis , uel de iure fie-
ri non potuit: quia tunc aut ille cui
ſeruitus iuris paſcendi debetur,ſci-
uit opus fieri , & conſenſit expreſſe,
aut non conſenſit expreſſe : ſed eo
ſciente & patiente factum opus eſt,
aut eo ſciente, & contradicente,aut
eo ignorante. Si ille cui debetur ſer
uitus,ſciuit & conſenſit expreſſe o-
pus fieri : & tũc non poteſt agere ad
demolitionẽ operis: *quia remit- 44
tentibus actiones ſuas non eſt dan-
dus regreſſus.l. quæritur. §. ſi ope-
ris.ff.de ædil.edi.& regula,quod ſe-
mel placuit.de reg.iur.in v i.nec po
terit etiã agere ad emendationẽ da-
mni uel intereſſe.ar.l.Sabinus.uerſ.
ſinautem.ff. communi diuid. Si ue-
ro eo ſciente,& patiente,& non ex-
preſſe cõſentiente opus factũ eſt: &
tunc aut non fuit deceptus per ali-
quem errorem uel imperitiam : &
nullo modo poterit agere ad demo
litionem,ut patiatur aduerſarius o-
pus demoliri , ut ad paſcua fundus
deducatur : ut eſt caſus in l. Labeo
ait.cum l.ſequen.& ibi gloſſ. Barto.
& Doctores.ff.de aqua pluu. arc.&
probatur in d.l. Sabinus.uer.& ſi in
communi.& l.qui bona. §.ſi quis iu
xta.ff.de damn. infecto.& hoc tenet
Bartolus in l.quæ dotis. circa finẽ.
ff.ſolu.mat. poterit tamen agere ad
intereſſe & emendationem damni:
ut probatur in dicta l. Sabinus.& d.
§.qui iuxta. & per gl.& Doct.in d.l.
Labeo. Si uero opus eſt factum eo
ſciente & contradicente , & in hoc
eſt maior difficultas , an poſsit cogi
dominus prædii ſeruiẽtis ad reducẽ
dum fundũ in priſtinum ſtatũ, & ſic
ad molitionẽ. Sed dic cõſiderandã
eſſe actionem,quam uult intentare.
Aut enim ille, cui ſeruitus debetur,
ſi non conſenſit , uult uti interdicto
quod ui aut clam, ut poteſt , & l.j.&
ij.in uerb.impetrabis.C.ad l.Aqu.&
quando cõpetat , collige ex his quæ
no.Bart.in l.j.in ultim.col.ff.de no.
ope.



ope.nun.& Roſ.in interdicto, quod
ui aut clam. Aut uult agere actione l.
Aqui.& uidetur quòd poſsit,per l.ij.
in fi.C.ad l. Aqui.In contrarium ui-
detur, quòd actio l. Aqui.datur ſolũ
ad emendationẽ damni.Et ita tenet
ibi in gl.ij. Cy.& probatur in l.j.eo.
titu.& inſtit.ad l.Aqui.in princ.cum
ſim. Cyn. autem in d.l.ij.diſtinguit.
aut eſt opus quod non eſt reducibi-
le ad priſtinum ſtatum : & tunc agi
poteſt l. Aquil.ſolum ad damnũ ſeu
intereſſe:ut d.l.j.& ij.primo reſpon.
C.ad l.Aquil. aut eſt opus reducibi-
le ad priſtinum ſtatum, ut eſt aquæ-
ductus à curſu ſuo ſemotus : & tunc
poteſt agi actione l.Aquil.ut in pri-
ſtinum ſtatum reducatur : & ita lo-
quitur d.l.ij.in fin.quæ ita debet in-
telligi, ut conueniat titulo, ſub quo
ponitur. l. imperatores.ff. de in diẽ
addict.& §.quibus.in prima conſti-
tutione C. & ita actio erit utilis , &
non directa. pro hoc l.ſi ſeruus ſer-
uum. §.aquæductus.ff.ad l.Aquil.&
ita tenet , & ſequitur Bald. Ange. &
Saly. in d.l. ¶ Sed Pau.de Caſt.ibi ali-
ter intellexit dictum tex.Dicit enim
quòd non poteſt agi principaliter
actione l.Aquil. ad deſtruendum o-
pus factum,& ad reducẽdum in pri-
ſtinum ſtatum: ſed debet agi,& in li
bello principaliter peti, ut condẽne
tur ad emendationem damni.& hoc
uenit iure actionis l.Aquil.& ad hoc
eſt aduerſarius obligatus: ut l.j.& ij.
in princip. C.ad l.Aquil.Sed ſi dice-
ret rem ſe uelle in priſtinum ſtatum
reducere,& non condemnari ad re-
fectionem totius damni , debet au-
diri. & ſic debet intelligi ſecundum
eum d. l.ij. in fin. & ſic cum reus
habeat facultatem hoc faciendi uel
reducendi rem in priſtinum ſtatum,
iſtud eſt potius in ſolutione & ob-
ligatione : ſicuti eſt in actione no-
45 xali. * ubi emendatio damni eſt in
obligatione, & datio dãni pro noxa
eſt in ſolutione : ut l.miles. §.decẽ.
ff.de re iudi.& iſto modo dicit ceſ-
ſare ambages , de quibus per gloſſ.
& Cyn. in d.l.ij.C.ad l.Aquil.qui mi
rantur quomodo actio l. Aquil. de-
tur ut res in priſtinum ſtatum dedu-
catur.& dicit quòd cum iſta facultas
reducendi in priſtinum ſtatum de-
tur reo ex diſpoſitione l.uidetur du
rare iſta facultas quouſq; conuenia-
tur iudicati,ſi fuerit cõdemnatus ad
emendationem damni.l.itẽ ueniũt.
§. idem ait.ff.de pe.hære.ſed quan-
do uenit ex forma contractus , non
durat dicta facultas , niſi uſq; ad litẽ
conteſtatam. l. ſi quis ſtipulatus. ff.
de ſolu. Sed contra prædictũ intelle
ctũ Pau.facit d.l.ij.in prin.quæ dicit,
principaliter poteſt peti,ut in priſti-
num ſtatum reducatur , eius iudicis
curam impetrabis.ſed Pau. ibi reſpõ
det per idem quod in ſimili dicitur.
l. ſi pacto quo pœnam.uer.ex ſtipu-
la.agens.C. de pact.Nam uerum eſt
quòd impetrabis per indirectum.nã
ſi nollet euitare condemnationem
damni dati,poterit reſtituere in pri-
ſtinum ſtatum rem,& audire iudicis
officium ibi. non tamen quòd ſi fa-
cta reſtitutione adhuc agens rema-
neret in damno,in illo poſsit etiam
reus condemnari:ut in ſimili habe-
tur in l.ſi cum dies.in fi.ff.de arbi. &
hoc ultimum tenet etiam Sal.in d.l.
ij. & iſta eſt opi.Pau.quòd non poſ-
ſit agi l.Aqui.principaliter ad redu-
cendum rem in priſtinum ſtatũ,etiã
quando opus eſſet deducibile. ali-
quando competit actio de paſtu pe-
coris,aliquando l.Aquiliæ:& aliquã
do actio in factum.& eſt caſus in l. ſi
qui ſeruandarum. §.fi.ff. de præſcri.
uer. Et aliquando competit actio ad
exhibendum. l. Iulianus. §.glans ex
arbore. ff.ad exhiben.de quibus ui-
de per Roſ.in tit.de act.quæ uocan-

tur nomine ſpeciali de paſtu peco-
ris. ubi ponit libellum petitionis &
quæſtionis circa prædicta. & Spe.in
ti.de offi.ar.iud. §.j.uerſi.quarto cir
ca imminentē. & in ti. de cauſa poſ.
& proprie.uerſi. quarto ſum in fun-
do.& in tit.de iniur. *Nono princi 46
paliter an & quando liceat paſculari
in agro alieno. & dic, aut eſt ſerui-
tus impoſita iuris paſcendi conuen-
tione, & poteſt ſecundum ſeruitute
conſtitutam. l. j. §. in prædiis. ff.de
ſer.ruſt.præ.& inſti.de ſerui. §.in ru
ſticorum. aut nō eſt impoſita ſerui-
tus: & tunc aut eſt ſtatutū quod cer-
to tempore quis poſsit in alieno pa
ſculari.& idem, arg.l.uenditor. §. ſi
conſtat.ff.communia prædiorū.& l.
de quibus.coniuncta l.omnes popu
li. ff. de iuſti. & iur.aut nō eſt ſerui-
tus impoſita, nec eſt lex, uel conſue
tudo : & tūc aut loquimur in militi-
bus imperatoris qui ueniunt ad ali-
quas partes:& tunc dicendum eſt,ꝙ
tēpore illo nō debent animalia ſua
dimittere ut paſcantur in pratis pu-
blicis:& ſi magiſter militis nō cura-
uit id obſeruari,in decem libras au-
ri punietur : quæ pœna imponere-
tur etiā deſtruentibus prata priuato
rum.l.j.C.de paſ.pu.lib.xi.& ibi hoc
no.Bart. & idem eſt dicendū in aliis
militibus eadem ratione, licet male
obſeruetur. dicit tamen Bar.in d.l.j.
per illum tex. ꝙ prouinciales debēt
prouidere in quo loco animalia mi
litis ſine dāno prouincialiū paſcan-
tur: & ideo hoc dicit eſſe utile pro
militibus imperatoris deſcendenti-
bus ad partes Tuſcię:ut poſsint pete
re à Tuſcis ſibi aſsignari prata,quib.
poſsint eorū equos paſcere:& intel
lige ſine iniuria ſubditorū, ſecundū
And. de Barulo in l.ij.eo.ti. & ideo
nō debēt prata prouincialium mole
ſtari à militibus principis:ut l. fi.eo.
ti. & dicit Bar. illam l.facere contra
ſtipendiarios Peruſij,ut non poſsint
ſtare cum ſuis equis in pratis pu.uel
priuatis : bene tamen poſſent ipſi &
alij paſculari iuxta uiam.ut c.j. §.fin.
in tit.de pa.te.in uſi.feu.quod decla
ra ut dixi ſ. eo.in v.q.prin.uer.quin
to acquiritur. Aut loquimur in aliis
priuatis,& regulariter quis non po-
teſt paſculari cum animalibus ſuis in
agro alieno.l.Quintus.ff.ad l.Aqui.
facit l.diuus.cum ibi no.ff.de ſer.ru.
præ. niſi iuxta uiam ſine damno : ut
dictū eſt.& de hoc an & quādo ſit li-
citum paſculari in fundo alieno,ha-
betur in d.l.Quintus.& per Albe.in
l.fi.ff.ad l.Aquil. *Decimo & ulti 47
mo poſſet dubitari de paſcuis [a] pu-
blicis & priuatis,in quibus nō ſit ſer
uitus impoſita,de quibus uide in to
to ti. C.de paſ.publ.lib.x.& quæ no.
in c.ij. §.fi.in ti.de pa.te.& quæ dixi
in precedēti q.& ſ.in ij.& iij.q.prin.
& de illo qui dimiſit equum in pa-
ſcuis ſine cuſtode, quē lupus come-
dit, an teneatur domino,uide gloſſ.
Barto. & Docto.in l.ſi negotia.ff.de
nego. geſt. & Spec.in tit. de locato.
§.poſtquā.uer. quid ſi locaui.& per
Ang.& Doc.in d.l.ſi negocia.& Cy.
Bal.& Doct.in l.precū.C.de epiſ.au.
& per Albe.in l.pignus.C.de pigno.
act.& ego dixi in l.quid ſi fugitiuus.
§. apud Labeonem. ff. de ædi.edic.
*Itē an animal dimiſſum in paſcuis 48
poſsideatur per illum qui eū ibi di-
miſit,uide tex.cū gl.in uer.Oberra-
uerit. in l.iij. §. Nerua fili⁹.ff.de ac-
qui.poſſ.& ibi Doc.Itē ſi aliquis ac-
cepit equum in paſcuis: quia dicit ſe
dominū illius equi,an incidat in pœ
nam.l. ſi quis in tātam.C.unde ui.ui
de ibi gloſſ. magnam, uerſi. quinto
quid ſi equum.& Ang.& Doc.ibi, &
Barto.& Docto.in d. §.Nerua filius.
*Item ſi paſtor conduxit animalia 49
ad paſcendum per inſidioſa loca, &
ea amiſerit,tenetur tamen culpa ca-
ſus.l.

a Paſcuis. Paſcuorum cōſuetudo inſpici debet. Bal.in tit. de pa.Conſtan. §.mos Romanorū. in ij.col. uerſ.& no.hoc expreſſum. & no.in l.j. §.denique. el ij.ff.de aqua plu.ar.



ſus.l. qui petitorio. §.qui rem.ff.de
rei uen. & ibi hoc no.Ang.qui dicit
hoc eſſe intelligendum,quando du
xerit ſcienter,uel ſaltem ſcire debue
rit. l. quod te.ff.ſi cert.pet.& de hoc
an & quādo paſtor [a] teneatur de ma
la cuſtodia, & qualiter,uide tex.glo.
& Doc.in l.ſi quis domum.alias l.Iu
lianus. §. imperator.cū §.ſeq.ff.lo.
& quod no.Bar.in l. ſi quis ex argen
tariis. §.prætor.ff.de eden.& l.ſi cre
ditor. & l. quæ fortuitis.C.de pign.
act. Item ſi eſt conuentū inter domi
num & paſtorem de diuidendis fœ-
tibus,qua actione ſit agendum.uide
l.ſi paſcenda.C.de pact. cum ibi no.
50 *Itē ſi quis eſt in poſſeſsione ali-
cuius paſcui , & eo tantū utatur cer-
to tēpore anni , an per hoc retineat
ſuam poſſeſsionem? dicas quod ſic.
l.iij. §. ſaltus.ff. de acqui.poſſ.plura
poſſent de paſcuis & paſtorib. dici,
ſed breuitatis cauſa iſta ſufficiant: ꝗa
nō eſt proprie materia ſeruitutū &c.

## De ſeruitutib. calcis coquendæ, & arenæ fodiendæ. CAP. X.

1 *Seruitutes calcis coquendæ & arenæ fodiendæ an ruſticæ eſſe dicantur.*

2 *Ius calcis coquendæ uel arenæ fodiendæ ultra quam opus fuerit,pro fundo dominantis ſi promittatur,an talis ſeruitus conſtitui poſsit.*

3 *Seruitutes calcis coquendæ , & arenæ fodiendæ an ſint nominatæ uel innominatæ.*

4 *Ius cretæ uel lapidis eximendi ſi quis habeat,an iſtud ſeruitus dicatur.*

5 *Loca, in quibus debetur ſeruitus , uel ius calcis coquendæ , arenæ fodiendæ, uel cretæ, aut lapidis eximendi , quomodo nominentur.*

1 ISTAE * duæ ſeruitutes ſunt ru-
ſticæ,ut ꝓbatur in l.j. §.in prędiis.
& l.ergo.ff.de ſer.ru.præ.& inſti. de
ſer. §. in ruſticorū. quoniam calx &
arena ſunt de neceſſariis ad domun
culam in agro illius,cui ſeruitus de-
betur, faciendam propter fructus re
cipiendos.ita dicit gl.d. §.in ruſtico
rum. in uer.calcis coquēdæ.uel etiā
quando deberentur pro alio fundo
ruſtico, puta ſi cōcederetur mihi ius
in prædio tuo , ut in eo mihi liceat
calcē coquere uel arenā fodere , ut
ex his fiant uaſa uel inſtrumenta,uel
granaria,uel ędificia in meo prędio,
quibus fructus prædij mei reponan
tur & exportētur, uel q̄d ſimile fiat,
quod ad culturā uel fructū agri per-
cipiendū neceſſariū ſit.l.ueluti.ff.de
ſer.ru.præ.& no. per Azo.in ſumma
C. de ſer. §.pecoris. uer.& ſic cōce-
di poteſt. Secus ſi deberetur ſeruit⁹
pro domo & pro fundo:ut quia dice
retur ſeruitus urbana:quoniā ſerui-
tus denominatur à prædio dominā-
tis:ut eſt tex. cū glo.in uer.arena.l.j.
ff.de ſer.ruſt.præ.Et quando dicatur
fundus ruſticus uel urbanus, uel ſer
uitus urbana aut ruſtica, uide q̄ dixi
j.li.in iij. & iiij. diuiſione ſeruitutis.
Sed ſi ius calcis coquendæ debetur
uel arenæ fodiendæ nō ad utilitatē
fundi urbani uel ruſtici, nō eſſet ſer
uitus realis,ſed ius perſonale.ut no.
gl.in d.l.ueluti. in uer. quid ergo.&
probatur in l. Mela. §.fi.& ibi ꝑ glo.
Bar.& Doct. ff.de ali.& ci.le.& not.
in l.domum.ff.de ſer.l.pecorū.ff.de
2 ſer.ru.præ. *Sed hic ſecundo loco
dubitari poteſt,q̄d ſi promittatur ius
calcis coquendæ uel arenæ fodien-
dæ ultra quàm ſit opus pro fundo
dominantis , an talis ſeruitus poſsit
conſtitui?Et dic quod non.l.ergo.in
fi.cum l.ſeq.eo.tit.& eſt ratio : quia
ſeruitūtes reales ſunt ſecūdum indi
gentiam prædij dominātis: ut d.l.er
go. §. fi.& ita no. Bar.in l.eadem.in
§. Cato.in vj.q.ff.de uerb. oblig. &
in l. ſtipulationes non diuiduntur.
in iiij.quæſt.eo.tit.& dixi ſ.in d.iiij.
diuiſione ſeruitutis.uerſi. circa iſtas
ſerui

a Paſtor. Paſtor tenetur de cuſtodia.i Specu. de act. ſeu pe. §. iij. uerſi. itē not.quod ſi. in ſi.

ſeruitutes.ibi , item quarta eſt natu-
ra ſeruitu. *Tertio dubitatur nun- 3
quid iſtæ duæ ſeruitu. ſint nomina-
tæ uel innominatæ.& gl.in l.j. §. in
prædij. in uer.hæc ſunt.in prin.ff.de
ſer.ru.præ.dicit ꝙ ſunt innominatę.
Ego tenui ſ. in lib.j. in ij. diuiſione
ſeruitutis , ꝙ ſunt nominatæ. dic ut
ibi dixi.& ſ.de ſeruitute aquę ducen
dæ.in iij.q.princi. *Quarto quęro, 4
quid ſi aliquis habet ius cretæ uel la
pidis eximēdi,an iſta ſit ſeruitus?dic
ſi debetur ad utilitatem prædij ruſti
ci,erit ruſtica ſeruitus: ſi urbani,erit
urbana.Sed ſi nō debetur ad utilita-
tem fundi, ſed ob aliam cauſam,pu-
ta ut uaſa figula uenalia facere poſ-
ſit:tunc nō erit ſeruitus realis ruſti-
ca uel urbana,ſed quædam cōmodi-
tas [a] ad ſimilitudinem uſusfructus:
ut eſt tex.cū gl.& ibi Doct.in d.l.er-
go.§.fi.& l.ueluti.ff.de ſer.ruſt.pre.
& ꝓbatur per ea quæ dixi ſ.in prin.
& ideo dixi, ad ſimilitudinem uſuſ-
fru.qa nō uſusfructus eſt,ut uſufru-
ctuarius habeat omnes fruct⁹ ſimul:
ut inſti.de uſu & ha.in prin.quod nō
eſt in caſu, in quo nō habet niſi ius
eximendi cretā uel lapidē: ſed ſi ha-
beret ius percipiēdi omnes fructus,
tunc eſſet ſeruitus uſusfru.l.arbori-
bus.in fi.prin.ff.de uſufr.& ita no.in
d.l. ueluti.uerſi.ſed ſi ut uaſa.per gl.
& Doc. *Quinto & ultimo quæro, 5
quomodo uocentur huiuſmodi lo-
ca in quib. debetur ſeruitus, uel ius
calcis coquendæ , arenæ fodiendæ,
uel cretę aut lapidis eximēdi.dic no
minatur cretæfodinæ, lapicidinæ.l.
diuortio. §.ſi uir in fundo.ff.ſo.ma.
& arenacinæ,in qb. arena foditur.l.
ſed hi.ī pri.& ibi gl.ff.de publicanis.

a Commoditas. *Commoditas dicitur reſpectu uſus non reſpectu fructus.l. cū in re. & ibi Bart. de rei uen.*

## De ſeruitute altius tollendi.

CAP. XI.

1 *Seruitus altius tollendi triplex eſſe di gnoſcitur.*
2 *Seruitus altius tollendi quare eſt ruſtica,& aliæ ſunt urbanæ.*
3 *Seruitute altius tollendi exemplū quomodo ponatur.*
4 *Seruitute altius tollendi exemplū quomodo procedat, cum quis regulariter poſſit tollere domum ſuam uſq; ad cœlum,etiā ſi ſeruitus impoſita non eſſet.*
5 *Culturæ fauore non poteſt unus uentū īpedire,ne ad alterius prædiū trāſeat.*

TRIPLEX* eſt ſeruit⁹ altius 1
tollēdi. Vna eſt ſeruitus altius
tollendi & officiēdi luminib.uicini.
Alia eſt ſeruitus altius nō tollēdi: &
iſtæ duæ ſunt urbanæ: de qbus in l.j.
ff.de ſer.ru.præ.& dixi in primo lib.
in duob.tit.Tertia eſt ſeruitus altius
tollēdi,q̄ eſt ruſtica.l.ij.in prin.ff.de
ſer.ruſt. præ.& ibi per gl.& Doct. &
de iſta loqtur rubrica noſtra. *Pro 2
cuius declaratione primo qro, qua-
re iſta eſt ruſtica,& alię ſunt urbanę?
dic quia ſeruitus denominatur à prę
dio prædominātis: ut gl.in l.j.uerſi.
arena.de ſer.ur. præ.& dixi in ti.pce
denti,& ideo quando ſeruitus altius
tollendi uel nō tollēdi debetur prę-
dio urbano,appellatur urbana,& ita
procedūt dictæ duæ rubricę primi li
bri.Quādo uero debetur ruſtico,no
minatur ruſtica , qa pdio ruſtico fit,
puta quia eſt prædiū uel uilla. l.ple-
nū. in princ.de uſu & habi.& ita de-
bet intelligi iſta rubrica, ut uult d.l.
ij.in prin.gl.in fi. *Secūdo quæro, 3
quomodo ponatur exemplū in hac
ſeruitute altius tollendi? dic poteſt
poni domūcula gratia fructuū para-
ta,quā ille cui debebatur hæc ſerui-
tus, uolebat altius tollere,& officę-
re prędio uicini.l.eo iure. §.ſtabula.
ff.in quibus cauſ.pign.tac.contra.&
ita uult gl.in d.l.ij.in prin. *Tertio 4
quæro quomodo hoc exemplū poſ-
ſit procedere,cū qs regulariter poſ-
ſit ædes ſuas uel domū altius tollere
uſq; ad cœlū, etiā ſi nō eſt impoſita
ſeruitus.l.imperatores.& l.cū eo.ff.
de ſer.ur.præ.& l.qui luminib.& ibi
per gl.& Doct. eo.tit.& l.altius.& l.
ſi ædibus. C.de ſer.& aqua. ergo ſer
uitus nō uidetur poſſe locū habere:
quia res ſua,& ius ſuū non poteſt ſi-
bi ſeruire.l.in re cōmuni.& l.ſi quis
ædes. & l.nemo enim. ff.de ſer.urb.
præ.& l.uti frui.in prin.ff.ſi uſusfru.
pe. cū ſi.dicēdum eſt ſecūdū gl.in d.
l.ij. in prin. ꝙ in prædiis urbanis eſt
libertas:quia poteſt quis regulariter
altius tollere . & ita procedunt iura
præallega.Sed in prædiis ruſticis eſt
ſeruitus poſſe eleuari altius : qa ubi
nō eſſet impoſita ſeruitus altius tol-
lendi,& officiendi prędio uicini,nō
poſſet altius tolli propter utilitatem
5 ſegetū.l.fi.in fi.C.de ſer.& aqua.* Et
ratio dubitādi potuit eſſe: quia fauo
re culturæ nō poteſt unus impedire
uentū tranſire ad prædiū alterius.d.
l.fi.in fin.Et ideo uidebatur hoc eſſe
introductū pro pub.utilitate,& non
poſſe alio pacto expreſſe contrahen
tiū aliter diſponi, & nec pactis, uide
licet per illā l.ij.in prin.ſecundū pri
mā lect. quam etiam ibi Pau. de Ca.
tenet in d.l.fi.in fi.Vel ſecūdo poteſt
dici, ꝙ iſta ſeruitus locū habeat,quā
do primus actus fuerat , ut deberet
altius tollere , quia altius ædificare
de neceſsitate eſt ſeruitus:ſed de uo
lūtate eſt quędā libertas.& ita decla
rat gl. in d.l.ij.de quo uide quæ ſ.di
xi in li.j.in tit.de ſer.altius tollendi.
ubi declaraui quomodo poteſt eſſe
utilis hæc ſeruitus.Vel tertio poteſt
dici ſecundum eandem gl.quòd hęc
ſeruitus intelligatur, quādo quis ha
bet poteſtatem altius tollēdi in fun
do uicini ruſtico , quia tunc in alie-
no ius ſeruitutis conſtitui poteſt. &
hanc tanquam uerā ſequitur Flo.in
d.l.ij.tamē prædicti tres intellectus
recte poſſunt procedere ſecundum
quod ſupra declaraui. cætera circa
hac materiā uide in duob.tit.de ſer.
altius tollendi, & altius nō tollendi.
& qđ no.in l.fi. §.fi.C.de ſer.& aqua.



## De ſeruitute cloacæ. CAP. XII.

1 *Ius cloacæ amittendæ quod ſit.*
2 *Seruitus cloacæ fundo ruſtico quando deberi dicatur.*

1 IVS * cloacæ [a] amittēdę eſt in l.ius
cloacæ. ff. de ſer.ſecundum gloſſ.
ibi,per l.ij.in prin.ff.de ſer.ruſt.prę.
quæ uerba intelliguntur de prædio
ruſtico dominātis. gl. optime dicit.
Sed ſi intelligeretur de prædio ſer-
uientis,deberet addi,de fundo urba
no ſeruitutem debentis ruſtico fun
do : ut eadem gl.in d.l.ij.in uer.do-
mū.in ij.lect.& utroq; modo dicitur
ſeruitus ruſtica, ex quo debetur fun
do ruſtico,qa ſeruitus debetur à prę
dio dominātis. l.j. cū gl.in uer. are-
na.ff.de ſer.ur.præ.& dixi in ti.præ-
cedē.in j.q.& ideo ſi ſeruitus cloacę
deberetur fundo urbano, diceretur
urbana. de qua dixi ſ. in j.ti.in ti.de
2 cloacis. *Sed ſi quæritur quādo di-
catur ſeruitus cloacæ deberi fundo
ruſtico.dic ꝙ quādoq; licet per uici
ni domum habere cloacam. d.l.ij.in
princ.ad quā cloacā coloni agri mei
propter neceſsitatē ſui corporis ac-
cedūt, qđ agro meo expedit: ideoq;
dicitur ruſtica ſeruitus:ut dicit gl. in
d.l.ij.in uerſ.cloacā. Et ita poteſt in-
telligi d. l. ij. & d.l. ius cloacæ. Sed
quando deberetur ſeruitus pro pur
gando fundo urbano: tunc dicere-
tur ſeruitus urbana inſpecto fundo
dominantis cui ſeruitus debetur: &
quia iſta materia cloacæ fuit exami-
nata ſ.in j.lib.in tit.de cloacis.& ple
nius ſ.in tit.de aquæductu.in ulti.q.
princ. uerſ.utile & cōuenienter etiā
ſubiicere. uſq; ad finē. & aliqđ ſ. de
ſeruitute uiæ, in xxxvj.& ult.q.ideo
non expedit hic aliter declarare &c.

a Ius cloacę. *Cloacæ meæ uſus, an pot impediri per te, ui de Spe.de cauſa poſſ. §.iij.in fi.& §.iiij.uerſi.ſed nūquid. & cloacæ materiam uide in titu.ff. de cloa. per totum.*

## De ſeruitute prætorij uel protecti. CAP. XIII.

1 *Prætorium uel protectum habere licere*

*cere in fundo, quæ ſeruitus eſſe dicat.*
2 *Prætorium quid proprie dicatur.*
3 *Prætorium, quod alias protectum dicitur, quid ſit.*

EST * etiam ſeruitus ruſtica præ- 1
toriũ uel protectũ habere licere in fundo, ut ibi recipi poſsint coloni agri mei. l. ij. cum gl. in uer. pro
tectũ. ff. de ſer. ruſt. prædiorũ. *Præ 2
torium autem dicitur locus, in quo paterfamilias reſidere ſolet, & merces & ſpecies tanquam in horreis retinere. C. de offi. recto. prouin. l. nulli. & ſumitur hoc ex eo, quia prætorium ſolet dici locus, in quo prætor reddit iura, ut dicit gl. in l. plenius. in prin. ff. de uſu & habi. Si igitur alicui licet in fundo uicini prætorium habere, in quo ſui coloni, ſiue ipſe aut ſua familia poſsint reſidere cauſa ſui fundi ruſtici, dicetur ſeruitus ruſtica.
*Protectũ uero, quod alias pro 3
iectum dicitur, eſt illud quod ita prouehitur, ut nunquam remoueatur, qualia ſunt mœniana. l. malum. §. ſi protectum. ff. de uerb. ſign. & l. quemadmodum. §. ſi protectum. ff. ad l. Aquil. & l. ſi duo. §. item uideamus. & §. Labeo. ff. uti poſside. cum ita non ſit licitum protectum ſuper ſolo alterius facere, uel habere in fundo uicini pro utilitate fundi ruſtici, dicitur ſeruitus ruſtica. de qua loquitur l. ij. de ſer. ruſt. prediorum. Et iſta rubrica declaratur per ea quæ dicta ſunt in titulis proxime allegatis.

a Terram. *Terra quantũ differt a luna & quantus ſit circuitus eius, ponit Plini. na. hiſto. li. j. nõ declaro, quia non eſt materia iuris.*

## De ſeruitute innominata.

CAP. XIIII.

1 *Seruitutes innominatæ quæ dicantur.*
2 *Seruitutes quæ per quatuor elementa uerſantur.*

POST * urbanas ſeruitutes quæ 1
nominatæ dicuntur, domum primo libro figurauimus, ut ex ea cæteræ ſeruitutes urbanæ, quæ nominatæ non reperiuntur, intelligi poſſint. Nunc uero conſequens in hoc libro ſecundo declaratis ruſticis ſeruitutibus nominatis, alium ordinẽ adhibeamus, quò alio modo reperiantur facile & haberi & intelligi
poſsint. *Has autem cum circa præ 2
dia tantũ ruſtica uerſentur, per quatuor in primis elementa, terrã a ſcilicet, aquam, aerem, & ignem, quantum ad rem pertinet, breuiter ordinandas eſſe conſtituimus, ita ut facilius unuſquiſque inquirere ac percipere poterit, quando fundo ruſtico ſeruitus debeatur, quando illis etiã quatuor elementis nullo iure ſeruitutis prohibente libere uti ualeat.

## De ſeruitute terræ. CAP. XV.

1 *Seruitutes terræ quæ ſint, & quibus imponantur.*
2 *Religioſi ſi concedant ut in aliquo loco ſepulturam facere poſsim, & ibi ſepelire cœperim, ſi poſtea cum eis conueniam ne ſepeliam niſi uſq; ad certũ numerum, & quod non poſsim inibi monumentum cum lapidibus, niſi uſq; ad certam menſuram extruere, an talis conuentio ualeat.*
3 *Fundum ſi quis habuerit, per quem ſolebat ire ad caſas fundo iunctas, & ipſum alteri legauerit, an ſi legatarius ſibi fundũ legatũ petat, hæredes excipere poſsint ſeruitutẽ dictis caſis deberi.*
4 *Caſa quid proprie dicatur, & quid capanna.*

QVIA primum apud nos elementum eſt terra, ideo prius de ipſa in genere uideamus, poſtea ſpecialiter de quibuſdam ſeruitutibus terram concernentibus decla-
rabimus. *Primo & in primis ſcien 1
dũ, ſeruitutes huiuſmodi ĩponi poſſe, ut boues, ꝑ quos colitur fundus, in uicino agro paſcatur. & ita Nera. li. ij. mẽbranarũ ſcribit, ut Vlpian. refert in l. iij. in prin. ff. de ſer. ru. præ. de qua dixi s. in ti. de ſer. iuris paſcẽdi. Itẽ ut fructus uicini in uilla cogatur, coactiq; habeatur, & ut pedamẽta ad



ta ad uineã ex uicini prædio ſumantur, & uicino, cuius lapides fundo tuo immineãt, id eſt, ſint iuxta agrũ tuũ ex parte ſuperiori, poſſe te cedere ius eſſe, terram in fundum iacere, ſaxa poſita habere, & in titulũ lapides prouoluantur, ibiq; poſiti habeantur, indeq; exportentur. hæc omnia habẽtur in d. l. iij. in prin. Item poteſt cõſtitui ſeruitus geſtandi, uel in tuo uuas premẽdi, uel area tua ad frumenta, cæteraq; legumina exprimenda utendi, & habenti prædiũ ruſticũ pro eo cõſtituitur. l. Mela. §. fi. cũ gl. & Bar. ff. de ali. & cib. leg. Item ſeruitus ruſtica cõſtitui poteſt, ut ſyluæ ceduæ, & pedamẽta uineis nõ deſint, ſi cauſa fundi ruſtici dominãtis fiat. Itẽ & Mætianus probat ſeruitutem talem cõſtitui poſſe, ut tuguriũ mihi liceret habere in tuo, etiã ſi habebã paſcui ſeruitutẽ, aut pecoris appellẽdi: ut ſi hyems ingruerit, habeã quò me recipiã: ut ſi fuerit cõſtituta ſeruitus propter colẽtes agrũ meũ, quatenus in tugurio agri tui recipiãtur, ut eſt text. cũ gl. in uer. habeat. l. ueluti. uer. item ſyluæ. ff. de ſer. ruſt. præ. Itẽ ſeruitutes prædiorũ tam in ſolo, q̃ in ſuperficie imponi poſsũt. l. iij. ff. de ſer. quod declara, ut ibi, ꝑ gl. & Doc. Itẽ ſeruitutes ruſticorum prædiorũ, etſi corporib. accidũt, incorporales tamen ſunt, & ideo non uſucapiuntur. l. ſeruitutes ꝑdiorũ. in prin. eo. ti. caueri autẽ ut ad certã altitudinẽ monumentũ ædificetur, nõ poteſt: quia id quod humani iuris eſſe deſiit, ſeruitutẽ non recipit. Item nec illa quidem ſeruitus conſiſtere poteſt, ut certus numerus hominũ in uno loco humetur. l. iiij. quæ incipit, caueri. ff. cõmunia. præ. & ideo
2 dicit ibi Pau. de Ca. per illũ tex. * ꝙ
ſi religioſi concedant in aliquo loco, ut poſsim facere ſepulturã, & ibi incœpi ſepelire: ſi poſtea coueni cũ eis, ut non poſsim ſepelire, niſi uſq; ad certũ numerũ, & ꝙ non poſſum ibi extruere monumentum cũ lapidibus, niſi uſq; ad certam menſurã, iſta conuentio nõ ualet, & potero ſepelire quot uolam, & etiam ornare ſepulchrum lapidibus, prout decet. l. j. §. interdictum. ff. de mor. infer. & ibi etiam Pau. hoc uult. C. de relig. & ſump. fune. non obſtante contradictione illorũ religioſorũ. ſed ſi uellem ædificare ultra condecentiam, poſſem prohiberi. arg. l. ſi cui. ff. de
3 ſerui. *Sed in ſpecie nunc quæritur de caſis, ſi quis habet fundũ per quẽ ſolebat ire ad caſas iunctas fundo, & ipſum alteri legat, an ſi legatarius petat fundum ſibi legatũ, poſſint hæredes excipere ſeruitutẽ deberi dictis caſis, ut ſic poſsit iri per illum fundum ad dictas caſas Et uidetur quòd nõ: quia nulla ſeruitus fuit ante mortem teſtatoris, quia res ſua nemini ſeruit. l. in re cõmuni. ff. de ſer. urb. præ. cum ſim. Nec poſt mortem uidetur ſeruitus aliqua deberi, ex quo nõ fuit per teſtatorẽ impoſita, quia res præſumitur libera, ubi ſeruitus impoſita nõ reperitur. l. alius. & l. ſi ædibus. C. de ſer. Tamẽ dicendum eſt contrarium, ex quo teſtator legauit proprietatẽ fundi, per quem ad caſas illas ſolebat uenire: ut l. teſtatrix. in prin. ff. ſi ſer. uen. & probatur in l. ſi fundũ ſub conditione. §. q fundum. ff. de leg. j. & l. fi. in prin. ff. de ſer. urb. præ. & per Bar. in l. j. ff. de ſer. leg. ubi omnino eſt uidẽdum de
4 hac materia. *Quæ autem dicatur caſa, Bal. in c. ij. ſi duo fratres in eadem caſa. in titu. de fra. de no. benefic. inue. dicit, quòd eſt uulgare Italicum, & ſolet dici à cadendo, quando eſt quædam domuncula. ſed nũquid capanna dicatur caſa, ſiue domus? dicit Bal. ibi, recurrẽdũ eſſe ad uulgare: nã illud quod communiter homi

homines dicunt, in uulgari eſt inſpi
ciendum:proprie tamen nō dicitur,
domus,quia nō cōſiſtit ex pariete &
ex tecto. ff.de uſucap.l.cū qui ædes.
quæ dicit eſſe ad ſtatutū.ſed uide gl.
inſti.de re.di. §. j. in uer. utilis.quæ
declarat, quæ dicatur capanna.

## De tugurio. CAP. XVI.

1 *Tugurium in fundo alieno facere an licitum ſit.*
2 *Tugurium quid dicatur remiſsiue.*

TVGVRIVM* an ſit licitum 1
in fundo alieno facere? dic ꝙ
non regulariter. l. quemadmodum.
§. ſi protect. ff.ad legem Aquil.& l.
qui uicem. §. qui ad ianuā.ff. quod
ui aut clam.niſi ſit impoſita ſeruitus.
l. ueluti. de ſeruit. ruſti.prædio.& ſi
fiat non impoſita ſeruitute, poteſt
propria autoritate domini fundi de
ſtrui: ut d. §.ſi protectum.& §. qui
ad ianuam. quod not. Sæpe quando
in locis, ubi ſunt paſcua, contendi-
tur de poſſeſsione uel quaſi, partim
faciunt tuguria aut caſas, ut ſub eis
ſtent pecorarij ſui, uel coloni, uel
fœnū: quia ſi fiat in fundo alterius,
poteſt dominus propria autoritate
& impune deſtruere per dicta iura.
*Et quid ſit tugurium, uide l.tugu- 2
rij.ff.de uerborum ſignification.

a Vicini. *Vicinus poteſt aquam uenientē ex fundo, uel tecto uicini, in curtē uel fundū ſuū retinere et depellere, ne ſibi noceat. Pau. de Ca. in l. quoties. la j. de ſer. & ſ. per Bart. Cæp. de ſer. ur. c. xij. cap. xlvj. & c. lxvij. & ſeq.*

## De cultura terrarum.

### CAP. XVII.

1 *Vicinus loci priuati ſuperioris ſi ita per ſulcos arauerit, atq; per portas, ut ad inferiorem fundum aqua uenerit, an poſsit, an uero aquæ arcendæ iudicio cogi poſsit, ut in alteram partem aret.*
2 *Opus ſi quiſpiā arando faciat, ex quo aqua pluuia uicino nocere poſsit, ſi alter fundus coli non poterit, actione aquæ pluuiæ arcendæ non tenetur.*
3 *Sulcos uel foſſas ſi quiſpiam in uicini inferioris damnum ſeu ex latere facere poſsit, dato quod non poſsit, quomodo ei ſuccurratur.*

DE CVLTVRA terrarū bre-
uiter quædam dicamus. *Vi- 1
cinus loci ſuperioris prati ita arabat
per ſulcos atq; per portas, ut ad infe
riorem fundum aqua ueniret, quæ-
ſitum eſt an poſsit. An uero aquæ ar
cendæ iudicio cogi poteſt, ſic ut in
alteram partem araret, & ne ſulci ui-
cini [a] inferioris agrū ſpectarent. Re
ſpondendum eſt, dominū fundi in-
ferioris nō poſſe facere, quominus
agrum ſuum ſuperiorē uicinus quē-
admodum uellet, araret, ut eſt tex.in
l.uicinus.in prin.ff. de aqua plu.arc.
*Ex quo not.ſecūdum Bar.ibi, quòd 2
ſi arando aliquis opus faciat, ex quo
aqua pluuia nocere poſsit uicino,
ſi aliter fundus coli poterat, non te-
netur actione aquæ plu. arc. Sed ſi
alio opere fundus poterat coli, tene
tur de actione.& ita intelligatur uer
ſicu. ſequens. ſed ſi quos.ſecundum
Barto. & Ioan. de Imo.ibi.Gloſſ.au-
tem habuit alium intellectum, uide-
licet ut lex, uicinus.in prin.intelliga
tur, etiam quādo ſulci erāt nocituri
fundo uicini inferioris, ſi nō animo
nocēdi facti ſunt, ſed cauſa agri co-
lendi: eſt ratio: quia naturaliter fun-
dus inferior debet ſeruitutē ſuperio
ri, ut aquam recipiat.l.j. §.fi.cū l.ſeq.
ff.de aq.plu.ar.& ideo ſi dominus ſu
perior nō poſſet bene colere fundū
ſuū ſine ſulcis aduerſariis, ſibi licitū
eſt eos facere, ut ibi. & l.j. §. de eo
oper.eo.tit.Sed aduerte ꝙ loquitur
quādo uicinus habebat fundū ex la-
tere, & faciebat ſulcos ex tranſuerſo
animo nocendi fundo uicini, & nō
propter neceſsitatē, uel utilitatē cul
turæ uel aliter. & tertio poteſt intel
ligi illa l.uicinus. ſecūdū Pau.de Ca.
quia aut qs facit ſulcos apertos ara-
tro ad ſeminādū, & poteſt facere ſi-
cut uult, ſiue per longū, ſiue per trāſ
uerſum.ita loqtur l. uicinus.in prin.
Aut quis uult facere hos nō cauſa ſe
minandi



minādi, ſed cauſa aquā retinēdi, q di-
cūtur ſulci aquarij:& tūc diſtinguit:
Aut ſine illis nō poterat ager coli, &
idē.Aut ibi poterat, & tunc ſecus: &
ita loqtur uerſi.ſed ſi quos. probatur
in l.j. §.eo opere.eo.tit.quod ſit cau
ſa agri colendi & fructus colligendi
quicunq; illi ſint, ſiue frumentū, ſiue
alij fruct⁹, ſiue opus fiat aratro, ſiue
alio modo: ut eſt tex.cū gl.& in d. §.
3 de eo ope. §.ſe.& §.Labeo. *Sed
quid ſi uult qs facere ſulcos, uel foſ-
ſas, in dānum fundi uicini inferioris,
ſeu ex latere:& caſu ꝙ nō poſsit, quo
modo ei ſuccurretur? dic aut iā fecit,
& aqua incœpit decurrere, & poteſt
ipſum cogere ut repleat ſulcos uel
foſſas.& ſi nō replet, cōdenari debet
ad itereſſe.d.l.uicin⁹.uer.ſed ſi quos.
Vel poteſt iudex iubere ut caueat de
dā.infec.l.hacten⁹. §.fi. eo.ti. Et etiā
manu militari poterit repelli ad de-
moliendū, & ad planādū opus.l.qui
reſtituere. ff. de rei uend. & l.ſtipula
tio. §.fi.ff.de no.ope.nun.& no.glo.
in d.l. uicinus.in uerſi.condemnari.
Aut uicinus fecit opus, & aqua per
foſſas nondum fluxit:& tunc ſimili-
ter poteſt per iudicē cogi ut repleat.
& eſt ratio quia in illa actione aquæ
plu.arc. uenit dānū futurum.l. ſupra
iter. §. officium.& l.hactenus. §. pe.
eo.tit.nec inſpicitur ſi nocuit aqua:
ſed ſi nocere potuit: ut dicit gloſſ.in
d.l.uicinus.in fine.in uerbo nūquam
fuiſſet.& l.j. §.ij.eod.tit.

## De ſeminatione plantarum.

### CAP. XVIII.

1 *Fundo ſuo unicuiq; ſeminare herbas, & arbores plātare, uites putare, &c. licitum eſt.*
2 *Aquæductus ſeruitutem per fundū tuū ad fundū meum ſi mihi debeas, nō poteris in fundo tuo fodere uel aliud facere per quod aqua corrumpatur.*
3 *Fundi ſui in finibus an alicui plantare licitum ſit: & ſi radices in uicini fundum intrauerint, uel frondes aut rami protendatur, an uicinus eas propria autoritate incidere ualeat.*
4 *Glans ex arbore tua ſi in fundū meū ceciderit, an tibi ipſam auferre liceat: & ſi prohibea, quo interdicto tenear.*
5 *Gladis appellatione an omnes fructus contineantur.*
6 *Glandem tuam, quæ in fundo meo cadit, ſi pecus meum comederit, qua actione tenear.*
7 *Hortum uicinus qui certo tēpore pratum irrigare ſolebat, ſi pratū fecerit, aſsiduaq; poſtea irrigatione uicino nocere cœperit, quid iuris.*

POSTQVAM de cultura terrarū
dicere incœpimus: cōſequens eſt
ut de ſeminatione plantarū, putatio
1 ne, & inſertione aliqua dicamus. *Et
primo ſciendū eſt regulariter quem
poſſe in fundo ſuo ſeminare arbo-
res, herbas plantare[a], uites & arbo-
res putare, & alia huiuſmodi facere:
quia in re ſua quilibet moderator eſt
& arbiter.l.in re mandata. C. mand.
& nemo poteſt prohiberi uti ſua re
quocunq; modo uoluerit: imo ſi uo-
luerit, poteſt agere actione iniuriarū
l.actio. §.fi.ff.de iniu.& l.qui pende.
uindemia. niſi probetur ſeruitus im-
poſita.l.altius.& l.ſi ædib⁹. C.de ſer.
not.Bal.in c.ij.in tit.ſi de feu.fue.cō-
trouer.in uſi.feu.& c.cæterum.de iu-
di.& Anton. de But.in c.nimis. extrà
2 de iureiu. *Et ideo ſeqtur ex hoc,
quòd ſi mihi debes ſeruitutē aquæ-
ductus per fundum tuum ad fundum
meū: uel hoc anno duxi aquā per fun
dum ſine uicino, nō potes in illo fun
do tuo fodere, ſerere, ſuccidere, puta
re, ædificare, uel aliud facere ꝑ quod
aqua inquinetur, uitietur, corrumpa
tur, deteriorue fiat: & ſi hoc fiat, te-
neberis interdicto de aqua quotidia.
& æſtiua.ut eſt tex.in l.j. §.Labeo pu
tat. ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

a Plantare. *Seruitus altiꝰ non tollendi nō rumpitur per plātationē arborū: ſecus uero ſi in ſeruitute luminib⁹ officiatur. l. ædificia. et in l. ſi arborem. in prin. cod. titu.*

*Sed circa plātationem arborum 3
quæri pōt, an ſit licitū alicui in ſuo
arbores plantare, & in finibus fundi
ſui: & ſi radices intrent fundū uicini,
uel frōdes aut rami protendūt ſupra
fontem uicini, an uicinus poſsit eas
propria autoritate incidere: & ſi fru-
ctus arboris meæ ceciderint in fundū
uicini, uide de his omnibus quæ ple-
ne dixi ſuprà in j. lib. in tit. de arbori-
bus. & in tit. de ſerui. ne luminib⁹ of-
ficiatur. in iiij. q. *Quibus adde, ſi 4
glans ex arbore tua in fundum meū
cecidit, & extra, licitū eſt tibi tertio
quoq; die auferre illam, & ſi prohi-
beam, teneor interdicto de glāde le-
geda: *& appellatione glādis omnes 5
fructus cōtinentur: ut l. unica. & ibi
glo. Bart. & Doct. ff. de glā. le. & l. Iu-
lianus. §. glans. ff. de exhi. Item ſi nō
patior te tollere glandem, teneor ad
exhibendū, quemadmodū ſi tuā ma-
teriam in agrū meū delatam tibi au-
ferre nō patiar. d. l. Iulianus. §. glās.
*Item ſi immiſſo pecore, depaſco 6
glandē tuam, quæ in fundo meo ca-
dit, ſi dolo malo pecus immiſi, ut glā
dem comederet, teneor ad exhiben-
dum: ut d. §. glās. & etiā actione in fa
ctum agere poteris. l. qui ſeruanda.
§. glans. ff. de præſcri. uerbis. *De 7
irrigatione aliquid dicamus, & ſi ui-
cinus qui hortū ſolebat certo tempo
re irrigare, pratū illic fecerit, cœpitq;
aſsidua irrigatione uicino nocere,
ait iuriſcōſultus, neq; damni infecti,
neq; pluuiæ arcen. cum teneri actio-
ne, niſi locū cōplanauerit, eoq; facto
citius aqua ad uicinum peruenire cœ
pit, ut eſt tex. no. in l. apud Trebatiū.
§. ſi uicinus. ff. de aqua plu. arcen. &
hoc intellige ſecundū glo. ibi, quan-
do in alieno aliqd facere teneretur.
l. ſi quādo. in fi. ff. ſi ſerui. uend. & ibi
hoc etiā uult gl. Sed Pau. de Caſt. in-
telligit illū §. ſi uicinus nō aliter fun
dū poterat colere: alioqui teneretur.
l. j. §. de eo opere. de aqua plu. arcen.
Vel ſecundum Ioan. de Imo. ille §. ſi
uicinus. intelligitur quòd ille qui ha
bet ſeruitutē actiuā poſsit aquam ex
fundo uicini ad ſuum ducere cauſa
irrigandi, ex quo fuit ſimpliciter cō-
ſtituta: trahitur etiam ad pratū quod
fit in eodē fundo. arg. l. ſi ſeruitus. ff.
de ſeruit. urban. præd. niſi locus com
planetur, ex quo aqua citius decur-
rat: ut in fi. illius §. & adde quæ ple-
ne dixi ſupra de ſeruit. aquæductus.

## De ſterquiliatione. CAP. XIX.

1 *Sterquiliatio quid ſit: & breuiter to-
tam eius materiam remiſsiue.*

DE STERQVILIATIONE
* uide textum cum gloſſ. in l. ſi 1
quando. §. fi. & quod ibi not. ſi ſerui.
uendi. & quæ dixi in primo libro, in
titulo de ſterquiliatione.

## De meſſe & uindemia. CAPVT XX.

1 *Meſsem uel uindemiā cuilibet domino
uel colono in fundo ſuo facere licet: ꝓhi
bens autē iniuriarum actione tenetur.*
2 *Statuta ſi dictauerint, ne quis poſsit
uindemiare uel meſsem facere etiā in
ſuo, niſi certo tempore, uel ut colonus
partiarius nō poſsit incidere meſſe, niſi
præſente locatore, uel niſi notificatione
ſibi facta: quibus caſib. ſeruāda eſſent.*
3 *Fundum alienū an cuilibet ingredi li-
ceat, & uuas uel ſpicas colligere.*

DE MESSE* & uindemia col 1
ligenda, quòd licitum cuilibet
domino uel colono meſſem & uin-
demiam in fundo ſuo uel ſibi locato
facere, & pro libito uoluntatis: & ſi
ab aliquo prohibeatur, poteſt agere
actione iniuriarū. l. qui pendentem
uindemiā. ff. de act. emp. & l. iniuria-
rum actio. §. ſi quis prohibeat. ff. de
iniur. niſi ex forma ſtatuti uel cōſue-
tudine ſeruaretur cōtrariū. *Quæ- 2
ro in quibuſdā locis ſunt ſtatuta ne
quis poſsit uindemiare uel meſſem
facere



facere etiā in ſuo, niſi certo tēpore:
& ratio ſtatuentiū forte fuit, ne ante
tēpus domini colligeret proprias, &
poſtea accuſarent ſaltuarios de dam-
no dato: uel niſi forte ī inſtrumēto lo
cationis cōtineatur, ut uel colonus,
uel partiari⁹ nō poſsit meſſē incide-
re, niſi ꝑſente loca. uel ſaltē niſi prius
ſibi facta notificatione: quibus ca-
ſibus cōuentiones uel ſtatuta ſeruan
da eſſent. l. oēs populi. de iuſti. & iu-
3 re. & l. j. ff. depoſ. *Sed nūquid ſit li
citum cuilibet ingredi fundū alienū
& uuas colligere uel ſpicas? dic quòd
de iure licitū eſt comedere, & nō ex-
portare, & conterere ſpicas, ſed non
mittere falcē. de cōſe. di. v. ſtipulas. &
no. gl. j. di. oēs leges. in uer. fas eſt. &
cōmuniter ſunt ſtatuta ꝓuidētia cir-
ca hoc, & de conſuetudine ſeruatur
etiā illud ius diuinū, uerūtamē ſi an-
tequam qs ingrediatur fundū alienū,
prohibeatur a domino, ingredi non
poterit. l. iniuriarum actio. §. fi. ff. de
iniu. & l. diu⁹. ff. de ſer. ru. præ. & pro-
pterea dicitur d. c. omnes leges. ire
per agrū alienū fas eſt: ius non eſt. id
eſt, fas eſt domino nō prohibēte: ius
non eſt ꝓhibente domino: ut ibi no.
& adde quæ dixi ſuprà de ſeruit. iti-
ne. in pe. q. prin. & uide tex. cum glo.
in l. per agrum. C. de ſerui.

## De aucupatione. CAP. XXI.

1 *Aucupari, uel uenari in fundo alieno li
citum eſt, et de cōſuetudine uſurpatur:
ſi tamen dominus uolentē ingredi fun-
dum ſuum cauſa uenandi, uel aucupa-
di prohibeat, non erit ei licitum.*
2 *Venando uel aucupando in fundo alie
no ſi quiſpiam aliquid ceperit, an do-
mino fundi reſtituere teneatur.*
3 *Venator an in fundo retineri poſsit, ut
reddat quod percepit.*
4 *Beſtia fera ſi in laqueū alienum repe-
riatur, an occupantis erit.*
5 *Beſtiam feram ſi unus uulneret, & a-
lius capiat, cuius erit.*
6 *Lupus, uel miluus, uel accipiter, uel ca
nis ſi acceperit auem, uel pecudem, uel
aliud animal unius, & quidā tertius
ſurripuerit de ore lupi, milui, accipi-
tris, uel canis, an priori domino id q̄d
acceperit reſtituere teneatur.*
7 *Accipitrem uel falconē cū ſonaleis ar-
gēteis in pedib⁹ iuctis ſi quiſpiā accepe
rit, an priori domino reſtituere teneat.*
8 *Retia ſeu laqueos tendere, aut quali-
bet alia inſtrumenta ad capiendas ue-
nationes, an licitum ſit.*
9 *Nobiles & milites priuilegiati ſunt,
ut cum canibus & auibus uenentur.*
10 *Venari cum armis an licitum ſit.*
11 *Venatio clericis & monachis an, &
quando licita ſit.*
12 *Foſsas, aprorum urſorúmue capiendo
rum cauſa facere, an licitum ſit.*
13 *Foſsata ſiue foſſæ, quæ ſunt inter uiam
publicam, & fundum priuatum, cu-
ius eſſe debeant.*
14 *Sepes in finibus fundi ſui, an facere li-
citum ſit.*

1 AVCVPARI* autem, uel ue-
nari in fundo alieno licitū eſt,
& de cōſuetudine uſurpatur: ſi tamē
dominus uolente ingredi fundū ſuū
cauſa uenādi, uel aucupādi, ꝓhibeat,
nō erit ei licitū: ut eſt caſus in d. l. in-
iuriarum. §. fi. & d. l. diuus. cū gl. & l.
iij. §. plane. ff. de acquir. re. do. & in-
2 ſtit. de re. di. §. feræ. uer. plane. *Sed
quid ſi unus in alieno uenādo uel au
cupando aliqd cepit: an teneatur re
ſtituere domino fundi? gloſſ. format
iſtā q. in d. l. diuus. & ibi firmat ꝙ
non, per tex. in d. §. feræ. & l. fi. §. ſed
cum. C. de fur. & idē tenet gl. in d. §.
Sed glo. in d. § feræ. inſti. de re. di. §.
plane. tenet cōtrariū: ſed cōmuniter
primæ gl. tenetur. & dicit Ang. in d. l.
diuus. quòd gaudent nobiles & prin
cipes, ꝙ poſsint uenari in fundo alie
no. & eſt ratio, quia ſol⁹ ingreſſus eſt
ꝓhibitus, nō captura. d. § feræ. cum
aliis s. alleg. Aliqui cōcordant dictas

glo.ut glo.d. §.feræ.& ꝓcedat in ca-
ſibus poſt ꝓhibitionē.Sed dicit Flo.
in d.l. diuus.ꝙ iſta concordia nō eſt
tuta:quia priuati ꝓhibitio nō impe-
dit traſlationē dominij.l.ea lege. de
cōdi.ob cauſam.l.ſi ita qs.§.ſi ea le-
ge.ff.de uerb.ob.no. Bar.in l.qui ab-
ſenti.ff.de do.Vnde Flo.in d.l.diuus.
aliter cōcor. uidelicet aut fundus cō
ſiſtebat in uenationeᵃ, uel aucupa-
tione.tunc ſi quis ibi uenetur, uel au
cupetur domino prohibēte,nō facit
captū ſuū.ita intelligatur gl.d.§.fe-
ræ. Aut nō conſiſtebat in uenatione
uel aucupatione: & tūc captum effi-
citur capientis.& ita procedant aliæ
glo.cōtrariæ.pro hoc allegat l. uena
nationes.ff.de uſuca.& l.uſufructua-
rium.ff.de uſufru.& per illa duo iura
apparet,quādo uenatio ſit in fructu,
& debeatur uſufructuario. *Sed in- 3
ſurgit aliud dubiū circa prædicta,an
poſsit uenator adhuc in fundo reti-
neri,ut reddat quod percepit.& glo.
§.feræ. inſtit.de re.di.uidetur ſenti-
re ꝙ ſic.d.l.diuus. dicit ꝙ non,per d.
§.feræ.in l.iij. §.j.ff.de acqui.re.do.
& in aut.ut nulli iudi. §. ſin autē. ſed
aget actione iniuriarū, ſi intrauit eo
prohibēte.l.iniuriarum actio. §.fi.ff.
de iniur.& idē uult glo.l.iij. §.j.ff.de
acquirē.re.do.& iſta opinio eſt uera,
quam tenent Cy.Bar.in l.j. §.omnia.
eod.tit.& Ang.in d.l.diuus. qui dicit
hoc eſſe not.quia iam uidit de facto
in perſona unius nobilis de Odoni-
bus de Peruſio,q pro apris & capreo
lis nemus alienum intrauit domino
prohibēte,& multas uenationes cœ-
pit:omnis enim uenatio pertinet ad
eum, & nulla uioletia per dominum
fieri poteſt : ſed tantūmodo actione
iniuriarū contra eū agi poterit. Ad-
de tamen ꝙ dominus poterit uolen-
ti ingredi fundum manu reſiſtere.l.
queadmo.circa princip.ff.ad l.Aquil.
& not.glo.in l.iij. §.plane. uerſi.iure

a Venatiōe. *Venatio dicitur ars nequiſſima. lxxxvj. di.qui uenatoribus.*

prohiberi.ff.de acquir.re.do. *Sed 4
quid ſi fera beſtia reperiatur in la-
queum alienū ? dic ꝙ erit occupātis.
l.in laqueum.ff.eod.tit. Et ideo ꝙ in
laqueo meo detinetur, non efficitur
meū : niſi illud manu capia: ut ibi.&
ita tenet ibi Bart.in prin. In his tamē
ſeruanda eſt cōſuetudo loci, uel ſta-
tuti,ſi reperitur:aliter tenendum eſt,
quod ſupra dixi:quia diximus quem
poſſe ingredi fundū alienum, maxi-
me cauſa uenādi, & aucupādi: quæ-
ro an hoc poſsit iure ſeruitutis, uel
iure cuiuſdam facultatis a iure cōmu
ni cōceſſæ:poteſt ingredi:& propter
hoc licet quis pluries iuerit per fun-
dum alienū:non tamē cenſetur iuiſ-
ſe iure ſeruitutis , niſi iuerit per xxx.
dies infra annū.& ſemper poteſt ꝓhi
beri,ne uadat: ſed poſtquam iuit per
xxx.dies, cenſetur eſſe in quaſi poſ-
ſeſsione ſeruitutis , in qua eſt defen-
dendus,per tit.ff.de itine.actuq; pri.
quouſq; actum fuerit confeſſoria uel
negatoria:ut l.j.in princip. §.j.ſuprà
eo.ti.& dixi plene ſupra de ſerui.iti.
in ult.q.prin. Sed in his quæ nō ſolet
competere iure facultatis,ſufficit ſe-
mel aliquid fuiſſe geſtū ſciente & pa
tiente domino , ut dicatur fuiſſe in
quaſi poſſeſsione ſeruitutis: ut l.j.§.
hoc interdictum.ff.de aqua quoti.&
æſti.& no.in c.cū eccleſia ſutrina.ex-
trà de cau.poſ.& proprie,& ita uult
Paul. de Caſt.in d.l. diuus, ſupra de
ſer.ruſt.præd. *Quid ſi quis uulne- 5
rat feram beſtiam,& alius capit, cuiꝰ
debet eſſe ? dic capientis:ut inſtit.de
re.di.§.illud.& l.naturalem. §.illud.
ff.de acqui.re.do. *Et quæſtio quo- 6
tidiana,ſi lupus,uel miluus,uel acci-
piter, uel canis accepit auem, uel pe-
cudē,uel aliud animal unius: & qui-
dam tertius accepit ſeu arripuit de
canibꝰ uel de ore lupi, aut milui, &c.
an teneatur reſtituere id, quod re-
cuperauit priori domino. dic quod
ſic;



ſic,ut eſt tex.not.ff.de acquir.rer.do.
7 l.Pompon.in fine. *Sed pone aliam
quæſt.pulchram: quidā accepit acci-
pitrem , uel falconem cum ſonaleis
argenteis in pedibus iunctis , an te-
neatur reſtituere priori domino?Vi-
de cōſilium Bar.quod incipit,omni-
modo cum fuiſſet uenatum.alias di-
citur tractatus de falcone editus per
Bart. quem habeo in conſiliis conſi.
8 cxxj.ubi plene uide. *Nunquid aūt
ſit licitum tendere retia ſeu laqueos,
aut alia quælibet inſtrumenta ad ca-
piendas uenationes ? dic quòd non:
niſi ad urſos,apros,& lupos capien-
dos:ut eſt tex.in c.nemo etiam retia.
in titu.de pace ten.in uſi.feu.qui tex.
uariis modis intelligitur. Nam qui-
dam intelligunt ſolum in poſſeſsio-
nibus imperatoris. argu.l.ij. cum ibi
not.C. de noxa. Sed iſta lectura no-
tabiliter ſeruatur per l. foueas. ff. ad
9 l.Aquil. *Tertio modo alij intelli-
gunt, quòd imperator hoc ſtatuit, &
ſit priuilegium militis, & nobilium,
qui cum canibus & auibus uenātur,
ut tales habeant ſolatium:ut alij in-
feriores ruſtici non poſsint uenari,
niſi ad apros , urſos, &c. ſicuti ſunt
ſtatuta Ferrariæ. nec congruit titu.
contra l.imperatores. ff. de in diem
addic.& ideo Iac.de Alua. dat quar-
tum intellectum : quia multoties ex
talibus uenationibꝰ factis in alieno,
domino prohibente,oriūtur rixæ &
iniuriæ: quia armata manu dominus
uolētes ingredi poteſt prohibere: ut
not.glo.in l.iij. §.plane.ff.de acquir.
rer.do. ex quibus de facili potuiſſet
perueniri ad uiolationē pacis.de qua
loquitur ille tit.de pa.te. ideo impe-
rator prohibet expreſſe , ut nemo
in alienis agris poſsit uenari inuito
domino : niſi ad apros , urſos , &c.
quaſi uelit quòd ſi quis contra faciat
debeat puniri tanquam turbator pa-
10 cis:ut eo.tit. §.ſi quis autem. *Po-

teſt etiam quinto modo intelligi il-
le §.quia in c.præce. induxerat impe
rator prohibitionē armorū : & quia
in uenationibus portantur arma, du
bitabatur , an ſit licitum uenari cum
armis.& dicit quòd non : niſi ad iſta
animalia periculoſa: & quicquid di-
cant de laqueo & reti : tamen intel-
ligas quòd in ꝑdictis uenationibus
ſunt neceſſaria arma.& hoc uidetur
ſentire Iaco. de Ardezoni, de Vero-
na,in ſua elegāti ſumma feudorū, in
tit.de pa.te.& Iaco.de Alua.ſequitur
eum in d.c.nemo retia. tu autē con-
iungas quartum & quintum intelle-
11 ctum,& habebis ueritatem. *Quo-
tuplex autem ſit uenatioᵃ, & an , &
quādo ſit licitaᵇ maxime clericis mo
nachis, uide glo.ordi.lxxxvj. diſtin.
qui uenatoribꝰ donare.& ibi text.&
c.j.extrà ne cleri.uel monac.& c.j.&
ij.extrà de uenatore. ubi bene nota.
& adde quòd in diuinis ſcripturis
penitus non inuenimus ſanctum ali-
quem uenatorem , piſcatores inue-
nimus ſanctos : ut dicit beatus Hie-
rony.in pſal.c.& habetur xxxvj.diſt.
Eſau. & xxxiiij. diſt. quorundam. &
no.Ang.in l.diuus.ff.de ſer.ru. præd.
tamen nō allegat dicta iura.& ratio
ponitur per glo.in d.c.Eſau.quia ue-
natio fit cū clamore, & maiori dele-
ctatione,quam fiat piſcatio, ideo eſt
prohibita : & propter hanc delecta-
tionem , nunquam uenatoribūs fuit
conceſſa immunitas patrimoniorū.
text.eſt in l.uenatoribus.C.de excu.
mu.lib.x.& no.Ang. in d.l.diuus.ul-
tim. de materia uenationis & aucu-
pationis.uide in d.c.qui & uenatio-
nibus.& ibi gloſſ. magiſtra.in dicto
c.Eſau.ne cler.uel mona.d.c.j.& cle.
ne in agro. §.porro.& ibi gl.& Doc.
de ſta.mona.& l.j.C.de uena. ferarū.
lib.xi. & per Ioan. in ſumma in rub.
de uena.& per Hoſt.in ſumma de cau
ſa poſ.& prop. §.j.& aliis locis ſuprà

a Venatio. *Venatio dicitur ars nequiſſima. lxxxvj. di.qui uenatoribus.*

b Licita. *Venatio prohibita eſt tempore quadrageſimæ & diebus ieiuniorum.gl. lxxxvj. diſtin. qui uenatoribus.*

allegatis.* Cõuenit etiã ex prędictis 12
quærere, an ſit licitum foſſas aproiũ
urſorúmue capiendorũ cauſa facere,
uel laqueos ponere. & dic ſi in iti-
neribus ſiunt, in eisq; bos, uel aliud
animal ceciderit, factũmque dete-
rius eſt: uel laquei ponuntur in lo-
co pub. & pecus tuum in eos incide-
rit, potes agere contra facientes fo-
ueas, uel laqueos ponentes l. Aquil.
niſi denunciaſſent prius domino, uel
niſi prædicta fuerint in locis, ubi fie
ri ſolent: ut eſt text. in l. qui foueas.
cum l. ſequen. quæ incipit, quemad-
modum in primo. & ibi Doct. ff. ad
l. Aquil. de foueis. unde q dixi ſuprà
in j. lib de fouea. ubi etiã poſui cuius
ſint foueæ, quæ ſunt inter duos uici-
nos. uide l. ij. §. præterea. & ibi no. ff.
de aqua plu. ar. *Cuius aũt ſint foſſa 13
ta, ſiue foſſæ quæ ſunt inter uiã pub.
& fundum priuatum, uide per Bart.
in ſuo trac. Tyberiadis. in prima par-
te. de alluuione. in iij. & vij. col. &
Bald. in l. riparum. in j. col. in fin. & in
l. lapilli. in ſecunda concluſione. ff.
de rerum diui. & ibi etiam poſuit, qs
ſit uſus foſſarum, & an, & quando
foſſæ debeant menſurari cũ agro uẽ
dito: & an ſit licitum facere foſſas, ex
quibus aqua plu. noceat. l. uicinus.
§. j. uerſi. ſed ſi foſſas. ff. de aqua plu.
arcen. *Et adde quæ dixi ſuprà de ir 14
rigatione, de ſepibus, an ſit licitum
eas facere in finibus fundi ſui. dic
quòd ſic. l. fin. quæ incipit. ſi quis ſe-
pem. & ibi no. ff. fi. regun.

## De montibus. CAP. XXII.

1 *Mons quid ſit, & unde dicatur.*
2 *Lapicidinæ & argentifodinæ, cum in montibus reperiuntur, an in alieno fundo lapides cædere licitum ſit.*
3 *Lapides in fundo ſuo an quis cædere poßint, ita ut lapidũ fragmẽta in fundum alienum perueniant.*
4 *Venas aureas aut argẽteas in meo, an mihi fodere licitum ſit, & fodiẽdo ſub uicini fundo tranſire.*
5 *Lapides ex fundo dotali cæſos an maritus habere debeat, et quid ſi in cædẽdo expẽdit, an expẽſa ſibi reſtitui debeat.*
6 *Sylua cædua et ſylua paſcua q indicet.*
7 *Sylua ſi creditori pignorata ſit, et debitor ex ea nauẽ, uel aliam materiam fecerit, an illa nauis, uel materia pignori erit.*
8 *Creditor an debitorem prohibere poſſit, ne ex ea ſylua nauem faciat.*
9 *Syluæ uſufructuarius an arbores, & pedamenta pro uſu ſuo incidere poßit, ac etiam uendere.*
10 *Emphyteota qui ſyluam, uel nemus in emphyteoſim recipit, an inuito domino ſyluã, & nemus extirpare poßit, et ad prata, uel culturã reducere, ac plantare uites, uel arbores fructiferas.*
11 *Nemus, uel ſyluam ſi quiſpiam uendidit cũ pacto de retrouendendo, an emptor ſyluam extirpare poßit.*
12 *Marit⁹ an poßit extirpare nemus ſibi in dotẽ datũ: & ad culturã reducere.*
13 *Emphyteota maritus, uel feudatari⁹, uel ſimiles, qui ius in re habent, an arbores fructiferas incidere ualeant.*
14 *Emphyteota, uel fructuarius, uel ſimiles ſi incidat arbores fructiferas eo caſu quo nõ poßit, nũqd a iure ſuo cadat.*
15 *Cõceßerim ſi alicui, de nemore meo ligna incidere poßit, & ad ſui libitũ accipe, an poſtea alteri cõcedere poßim.*
16 *Promiſerim ſi alicui, ut de nemore meo quædam ligna incidere poßit, an pro libito ſuo incidere poterit.*
17 *Miles unus ſi in alterius nemore ligna colligere uoluerit, an poßit.*
18 *Nemore in alieno ſi capreoli, uel cerui, uel alia animalia capiantur, domino ignorãte uel cõtradicente, an capientis uel domini nemoris efficiantur, & an propria autoritate ea dominus retinere poßit.*
19 *Nemore ſe uſos ruſtici ſi dixerint tanto tempore, quo in cõtrariũ memoria nõ extat, an iuuat eos ſi dixerint, ſe acquiſiuiſſe ius utẽdi et fruẽdi in illo nemore.*
20 *Nemoris alieni ruſtici uel alij ſi uſum habuerint, puta quia in eo longißimo tẽpore ligna accipere uſi fuerint, quando iſte uſus expiret.*



1 QVAERENDVM* eſt primo
quid ſit mõs. Et dic ꝙ eſt locus
altus. l. ſi ędes. ff. de ſer. urb. præ. quod
intellige de magna altitudine ſecu-
dum Bar. in tractatu ſuo Tyberiadis.
in iiij. col. ver. mons eſt locus. Et di-
citur mons ſecundũ Bar. ibi. & Hug.
& Papi. à mouẽdo per cõtrariũ: quia
nõ mouetur. & nõ intelligas de mo-
bilitate quæ uniuerſę terræ cõgruit.
ſed qa nõ mouetur per culturam, id
eſt non colitur. terra enim, quæ coli-
tur bene mouetur, & durat uſq; ad lo
cũ qui colitur uel coli incipit. Pen-
diciæ ergo montiũ non cultæ, mon-
tis appellatione cõtinentur, niſi cer-
ti loci uſus aliter ſe haberet. ſi tamen
inter montem eſſent aliqua loca cul-
ta, montis appellatione totius conti
netur illa pars: ut ff. de rei uendi. l. in
2 rem. §. quæcunq;. *Quia in mon-
tibus lapicidinæ & argentifodinæ,
& huiuſmodi materiæ eſſe conſueue
runt: quæro an ſit licitum in fundo
alieno lapides cędere? Et dicas, ꝙ nõ,
niſi conſuetudo, uel ſtatutum aliter
diſponeret: vt eſt tex. glo. & Docto.
in l. venditor. §. cõſtat. ff. communia
prediorum. nec poteſt quis lapides
ex fundo alterius exportare, etiam ſi
ſit ciuitas, uel commune, niſi hoc di-
ctet conſuetudo, & prius domino
precium competens ſoluatur, licet
ante precij ſolutionem cędi poſsint:
ut eſt caſus notabilis in d. §. ſi con-
3 ſtat. *An autem quis poſsit in fun-
do ſuo lapides cædere, ita ut fragmẽ
ta lapidum perueniant in fundum
alienum, uide l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi
ſer. uen. & quæ dixi in primo libr. in
4 tit. de ſer. prohi. *Sed quid ſi ſint
uenæ [a] aureæ aut argenteæ, an ſit mi-
hi licitũ fodere in meo, & fodiendo
trãſire ſub fundo uicini? Et uidetur,
ꝙ nõ: per d. §. ſi conſtat. Itẽ quia ſicu
ti quis non põt tranſire in agrũ alie-
num inuito domino, l. per agrũ. C. de
ſer. ruſti. prę. ita nec ſub agro alieno:
quia ſicuti prædia ſupra terrã ſunt li-
bera domino uſq; ad cœlũ. l. altius.
C. de ſer. & l. qui luminibus. ff. de ſer.
urb. præ. ita dicuntur eſſe libera uſq;
ad profundũ. Itẽ pro hoc facit l. j. C.
de ceſſa. libr. x. & l. diuortio. §. ſi uir
in fundo. ff. ſolu. matri. Sed Paul. de
Caſt. qui habuit iſtam q. de facto in
uenis coraieis Burgonienſibus, cõſu
luit cõtrariũ, uidelicet, ꝙ fodiẽtes nõ
poſsint à dominis impediri, per l. cun
cti. C. de metallis. lib. x. coniuncta l. j.
& l. quoſdam. eo. tit. Sed Pilius dicit,
ꝙ propter publicam utilitatem licet
marmora & ſimilia fodere ſub fun-
do alieno, dũmodo dominus nõ ha-
beat danum. Nec obſt. d. §. in fundo.
& d. §. cõſtat. qa illa iura loquuntur
in lapicidinis quæ reperiuntur ſine
læſione ſuperficiei, & ubi fodiuntur
lapides multum utiles, qui in pau-
cis locis reperiuntur: & in argento
uel auro: & ideo propter publicam
utilitatem uidetur concedi ut poſsit
inuenire & fodere etiam ſub alieno:
quia hoc ſit cum magna impenſa &
labore: nec à dominis ſuperioribus
poteſt prohiberi, ſi non recipiunt læ
ſionem: ut per glo. in d. l. quoſdam.
& l. ij. eo. tit. in uerſi. fiſco: quæ dicit
hoc eſſe ſpeciale in metallo, quod
magno paratur labore. & propterea
procedunt etiam in uenis coraieis
& marmoreis, ut ibi. & ita tenet ele-
ganter Pau. de Caſt. in l. diuortio. §.
ſi uir in fundo. ff. ſolu. ma. ubi dicit
ita ſe cõſuluiſſe in ciuitate Burgonię.
& habetur in conſi. clxxvj. cum duo-
bus ſequẽ. & ita tenet Lud. de Ro. in
con. cccclxxvj ſingulari. qd' incipit,
7 4 regula

a Venæ.
*Vena unica dicitur etiam ſi ſit ſub plurib⁹ fundis cõtinuata, & communis eſt omnibus dominis fundorũ. Pau. de Ca. conſi. cxxx. incipien. in cauſa mota.*

regula, quòd rem alienam. per gloſſ.
uoles. in dicta l. quoſdam. & ita ego
tenui in l. inter publica. in principio.
ff. de uerborum ſignific. ubi limitaui
prædicta procedere, dũ unus tertius
non dominus feciſſet iam impenſam
in fodiendo uel reperiẽdo uenas: ſe-
cus ſi uellet etiam incipere fodere,
& uenas reperire: & ille qui haberet
fundum ſupra, uellet etiam incipere
fodere: quia dominus fundi deberet
præferri, per dictam l. altius, & l. qui
luminibus. ex quo ceſſant rationes
ſupra allegatæ, ſcilicet impenſarum
eius, qui uult inuenire uenas: & ceſ-
ſat ratio publicæ utilitatis: quia idẽ
faceret dominus fundi, quæ faceret
extraneus, quod eſt ſingulare & ma-
gnæ utilitatis. & adde quæ dixi in di
cta l. inter publica. in prin. ff. de uerb.
ſigni. & ſupra in præce. lib. tit. de ſer.
aquæduc. in prin. iiij. q. princ. *Po 5
teſt ex prædictis decidi, & de mate-
ria lapicidinarum, an maritus debeat
habere lapides cæſos ex fundo do-
tali. & quid ſi expendit in cædendo,
an expenſa debet ſibi reſtitui? uide
dict. l. diuortio. §. ſi uir in fundo. &
§. ſi fundus. & ibi Doctores. ff. ſolu.
matrimonio. & l. ſi ex lapicidinis. ff.
de iu. dot. & l. fi. in prin. ff. de don. in-
ter uir. & uxor. & quæ dixi in d. l. in-
ter pu. in principio. *In montibus 6
etiam ſyluæ quandoq; reperiuntur:
& ideo quæro primo, quæ dicatur
ſylua cædua, & ſylua paſcua. Dic ſyl-
ua paſcua eſt, ut quidam putant, quæ
in hoc eſt, ut cædatur: Seruius autem
ait, quæ ſuccisa, rurſus ex radicibus aut
ſtipitibus renaſcitur. l. ſylua cædua.
in princip. ff. de uerborum ſignifica.
& l. hoc ſylua cædua. in principio. ff.
de uſufru. Sylua uero paſcua eſt quæ
paſcuis pecudum deſtinata eſt: ut di-
cta l. ſylua cædua. §. fina. & adde ſe-
cundum Hoſtienſem. & Ioan. Andr.
in c. cum dilecti. in glo. j. in nouella.

a Actio pſo. *Adde Spec. de act. & pen. §. ij. uer. & nota quod iudiciũ. & uerſi. ſeq.*

cædua

extra, de dona. quòd foreſta dicitur
latum nemus ſine clauſura & ſine a-
qua. & ita intelligitur tex. ibi. Quan-
do uero eſt prope fluuium, dicitur
ſylua. Sed quando concluditur mu-
ro uel palis, uocatur barcus. *Dein- 7
de quæritur ſecundo, quid ſi credito
ri ſylua pignorata ſit, & debitor ex
ea nauem uel aliam materiam fecerit:
an illa nauis uel materia pignori e-
rit? dicas quòd non: niſi nominatim
cautum fuiſſet, ut pignori ſint quæ-
cunq; ex ſylua facta natáue ſint: ut l.
ſi conuenerint. §. ſi quis cauerit. ff.
de pigno. act. & ibi per gloſſ. & Do-
ctores. hoc tamen limitat ſingulari-
ter Guil. de Cu. quando debitor non
eſſet ſoluendo, uel eſſet extincta a-
ctio perſonalis[a], & tunc in ſubſidiũ
nauis intelligitur eſſe pignori obli-
gata, per l. qui occidit. §. j. ff. ad l. A-
quiliam. qui text. parum facit ſecun-
dum Raphael. Fulgo. in dicto §. ſi
quis cauerit. dic tamẽ magnã eſſe au-
toritatem Guil. cũ nemo cõtradicat,
& magis ipſum mouet imperialis au
toritas, quàm ille tex. & hoc dictum
eſt bene no. *Quæritur tertio, an 8
poſsit creditor prohibere debitorẽ,
ne ex ſylua nauem faciat. Bart. & Do-
ctor. in d. §. ſi quis cauerit. in fine. te-
nent quod creditor debet uti re pigno-
rata, tanquam bonus paterfamiliàs. l.
ea igitur. ff. de pigno. actio. unde di-
ſtinguitur, aut ſylua erat cædua: &
debitor uult cædere ſecundum mo-
dum conſuetũ, & nõ poteſt per credi
torem prohiberi. per l. itẽ ſi fundus.
in fine. ff. de uſufruc. & l. cum taber-
nam. in principio. ff. de uſufru. pign.
aut non erat cædua, & uolebat ul-
tra modum conſuetũ cædere: & tunc
per creditorem poteſt prohiberi, per
dicta iura. dicit tamen Roſ. in dicto
§. ſi quis cauerit. in fin. quòd arbitra-
tur ipſum creditorem per hypothe-
cariam poſſe aduocare poſſeſſorem
ſyluæ.



ſyluæ. & cõſequẽter ne cædat: qa tũc
creditor debet fructũ percipere, non
debitor: ut l. ſi pignus. §. ſi prædio. ff.
de pig. act. & l. ſi cũ ueditor. in princ.
9 ff. de eui. *Quæritur quarto, nũquid
uſufructuarius ſyluæ poſsit incidere
arbores & pedamẽta pro uſu ſuo, &
etiã uẽdere. dic, quædã ſunt arbores
nõ altiores ſylua. & iſtę continentur
ſub nomine ſyluæ: & ideo pedamen-
ta ſuccidi poſſunt, ſicut ipſa ſylua: ut
l. ex ſylua cædua. ff. de uſufru. Quędã
ſunt arbores quæ in altitudine ſyluã
excedunt. & de his fructuarius non
ſumit ramos, ſed pedamẽta ſuccidit.
l. ſed ſi glandes. quæ ſequitur dictam
l. ex ſylua cædua prima materia. licet
aliquæ eſſent grandes arbores ibi. nã
ſylue debet cędi cũ aliis, cũ alię eſset
maturę. Quędã ſunt arbores uetuſtę:
& tũc nõ pedamenta, nec rami ſucci
di poſſunt arboribus etiam euulſis,
uel ui uentorum deiectis ad uſum
ſuum, & uelle: ut eſt text. cum gloſſ.
in d. l. arboribus. in prin. quæ intelli-
git d. text. quando ſylua non erat cæ
dua: quia tunc poteſt ſumere etiam
ex ſylua pro uinea ſua, dummodo
fundum deteriorem non faciat: ut d.
l. ex ſylua cædua. in fin. & in hoc caſu
tantum habebit uſuarius, quantum
uſufructuarius ſecundum gloſſ. ibi.
ſed quando eſt ſylua cædua, tũc plus
habet uſufruct. quàm uſuarius: quia
uſufructuarius, poteſt cędere, & uẽde
re, & locare in ultima neceſsitate ſua:
uſuarius autẽ non poteſt uti, niſi pro
ſe & neceſsitate ſua: ut inſtit. de uſu
& habi. in princi. & §. j. & l. diuus. in
princip. ff. eod. titu. ubi [illegible] etur etiã
quòd uſufructuarius ſylua poteſt cæ
dere & uendere: puta quando eſſet in
remoto: quia ſi non poſſet uendere,
nulla eſſet utilitas ſyluæ, & perinde
eſſet ac ſi non haberet uſumfructum
10 ſyluæ, ut d. l. *Quæritur quinto an
emphyteota, qui recipit in emphyteo-

ſim ſyluam uel nemus, an inuito do-
mino poſsit extirpare ſyluam & ne-
mus, & reducere ad prata uel cultu-
ram, & plantare uites uel arbores fru
ctiferas. Iſtam q. format Nico. de Ma.
& Bal. in l. j. in fin. C. de iure emphyt.
Et uidetur primo, quòd ſic: quia qui
accipit in emphyteoſim, accipit ad
meliorandum: ſed hoc modo melio-
ratur. ſed Nicol. de Ma. dicit contra-
rium: quia melioratio permittitur, dũ
modo non mutet formam. l. ſi cuius.
§. uſufructuarius. ff. de uſufruct. & l.
hactenus. §. Neratius. eod. titu. & ſe-
cundum hoc emphyteota areæ non
poterit ibi domum ſuperædificare:
quia forma areæ mutaretur. l. repe-
ti. §. fin. ff. qui. mo. uſusfruct. amitt.
ſed Bald. in d. l. j. in fin. dicit hoc cre-
dere uerum eſſe: quia tacite ineſt ut
poſsit meliorari: ut auten. ſi quas rui-
nas. C. de ſacroſanct. eccle. & l. ij. C.
de alluuio. & palu. & l. inter utile. §.
fin. ff. de mino. Et ſi tu dicis, non po-
teſt mutari forma. Reſpondetur ſe-
cundum Bald. forma ſuperficialis mu
tari poteſt in melius: quia iſte contra
ctus ad hoc eſt inuentus, ut melio-
raretur. & abſurdum eſſet dicere, ut
qui debet rem æternaliter poſsidere,
non poſsit rem meliorare melio-
ri forma introducta ſub maiori: ta-
men Bald. concludit in dict. l. j. in fin.
quòd mutatio ſyluæ extirpando fie-
ri non poteſt: ſed in ædificando do-
mum fieri poteſt. & eſt ratio: quia do
mus poteſt reduci ad aream demoli-
ta domo, ſed uinea extirpata non e-
rit ſylua, ut prius erat. l. quæſitum. §.
illud fortaſſe. de legat iij. & ita tenet
Baldus. in d. l. j. Sed Flor. in d. l. hacte-
nus. §. Neratius. ff. de uſufruct. refert
omnia prædicta, & tandem conclu-
dit, quòd adhuc eſt perplexus quid
teneat. Ego uero in hac quæſt. ita di-
cerem: Aut loquimur in area, & ſic
cum Bald. ut emphyteota poſſet do-
mum

mum ædificare, niſi aliud de mente
cōtrahentiū appareat: aut loquimur
de ſylua: & tunc ſi de hoc ſpecialiter
eſt conuentum, illi conuentioni ſtan
dum eſt. l. ij. C. de iure emphy. coniun-
cta l. j. §. ſi conuenerit. ff. depoſi. aut
nulla eſt conuentio: & tunc aut eſt
ſtatutum uel conſuetudo in loco, &
illi ſtandum eſt. l. ſemper in ſtipula-
tionibus. de regul. iur. & Paduæ ob-
ſeruatur de facto: quia emphyteotæ
extirpant nemora, & ſyluas. aut nul
la eſt conuentio, ſtatutum, ſeu con
ſuetudo: & tunc aut non eſt utile, ſi
fiat pratum, uel terra aratoria: quia
forte maior eſt utilitas, uel erit, uel
tanta percipi poterit ex nemore, quā
ta ex pratis & terris aratoriis: & tunc
non poſſet emphyteota ſyluam ex-
tirpare: ex quo non eſt melioratio,
immo potius deterioratio, & maxi-
me quia in inſtrumēto inueſtituræ ſo
let apponi clauſula, ad meliorādum,
& non peiorandum. & ita poteſt pro
cedere opinio Bald. aut extirpando
ſyluā fundus efficitur ualde melior,
& tūc aut eſt in cōtractu emphyteoti
co dictū ut pro uictu ſoluere teneatur
tot plauſtra lignorum de illo nemo-
re: & tunc non poſſet reducere ipſum
ad prata uel culturam: quia nō poſſet
ſoluere dictū. & ſic tacite uidetur a-
ctum inter eos, ut nemus nō deſtrua
tur, ut l. debitor. §. ueriſimilem. ff. de
cōtrahen. emp. & l. legata. §. ueriſimi
le. ff. de uſufr. leg. aut nō fuit dictū de
illo nemore: & idem credo, maxime
quādo emphyteota non haberet alia
nemora, ex quib⁹ nō poſſet ſoluere,
per dicta iura eadē ratione: aut pēſio
debet ſolui in pecunia, uel in aliis re
bus, quæ in ſylua nō reperiūtur, & e-
tiāſi eſſet maior utilitas extirpādo ſyl
uā, tenere quōd poſſet, ex quo habet
ad meliorādū. Nec ob. quod mutetur
forma quæ nō ſit reducibilis facilita-
te ad ſuā materiā. l. repeti. §. muta. ff.

qui. mo. uſusfr. amit. & l. hactenus. §.
Neratius. ff. de uſuf. & illa iura loquū
tur in uſufr. q habet iura debilia, quæ
faciliter corrumpuntur, & finiuntur.
l. corruptionem. C. de uſuf. & §. fini
tur. inſt. eo. ti. & ſic minus iuris habet
quam emphyteota. & ideo in uſufru
ctuario dicendū eſt ipſum non poſſe
extirpare, & formā mutare: qa muta-
ta forma, mutatur uſusf. qui propter
hoc perit, ut dictis iuribus. non ſic in
emphyteota, q habet plus iuris uide-
licet utile dominiū & perpetuū. l. iij.
ff. de ſer. coniuncta l. j. §. qui in perpe
tuū. ff. ſi ager. uec. *Quæritur vj. ali 11
quis uendidit nemus uel ſyluā cū pa
cto de retrouēdendo, iuxta l. ij. C. de
pac. inter emp. & l. qui fundū. ff. de cō
trahen. emp. an iſte emptor poſsit ſyl
uā extirpare. Et in hac q. puto eſſe cō
ſiderāda uerba pacti de retrouenden
do. ſi enim diceret quōd teneatur di
cta ſyluam uel nemus retrouendere:
tunc iudicarent ipſum nō poſſe extir
pare: quia nō poſſet ſeruare pactū de
retrouendendo. & ſic illa iura nō lo-
quūtur de ſylua, ſed de fundo ſim-
pliciter. & tūc aut eſt pactum ad cer-
tum tempus breue, puta v. uel vij. uel
viij. annorum, ita quōd eſſet maior
utilitas emptoris habere ligna quām
fructus fundi ad culturam reducēdi,
& maius eſſet dānū uenditoris. & idē
per ea quæ dicta ſunt in præce. q. Aut
eſt pactum in perpetuum, & tunc aut
emphyteota ſciebat uel uerifimiliter
ſcire debebat uēditorē debere retro
uendere, & ut conſequeretur emptor
maiorem utilitatem antequā reuēde
ret, fecit extirpare totā ſyluā: & non
poſſet, & tenetur ad dānū & intereſ
ſe ipſi emptori retro ementi. ar. l. j. §.
j. & quod ibi no. Bart. ff. ſi qs teſ. li. eſ.
iuſ. fu. & l. nomen debitoris. §. j. ff. de
le. iij. cū ibi no. & l. ſi filiæ meæ. & qđ
ibi no. ff. ſo. ma. & quod no. Paul. de
Ca. in l. ſi filio. §. fi. eo. ti. Aut emphy
teota



teota neſciebat, nec uerifimiliter ſcire
potuerat uēditore habere animū de
proximo retro emēdi: & dubiū eſſet
an poſſet ſyluā extirpare: & tūc dice
retur, aut uēditor cōtradicit: quia aſ
ſerit ſe cito retro emere. quia tūc nō
poſſit extirpare eadem ratione. ar. l.
ſi fundū. cū ibi no. C. de rei uēd. Aut
dominus nō cōtradicit uel etiā igno
rat, & tūc diſtingue, ut dixi de emphy
12 teota in præcedente q. *Quæritur
vij. an maritus poſſit extirpare nem⁹
ſibi datū in dote, & reducere ad cul-
turam. Dicas quōd ſic: quia propter
hoc reddit fundum fructuoſiore: qa
ex cultura plus percipit quām ex ne-
more, ut probatur in d. l. diuortio. §.
ſi uir in fundo. coniūcta gl. in uer. fru
ctuoſiorem. ff. ſo. ma. & l. fi. ff. de iure
do. Sed ſi nō efficeretur fundus fru-
ctuoſior, tūc ut dixi in duabus q. præ
13 ced. *Quæritur viij. an maritus em-
phyteota, uel feudatarius, uel ſimiles
qui habent ius in re, an poſsint arbo
res fructiferas incidere. & uidetur q
ſic: quia habent utile dominiū. l. j. ff.
ſi ager uec. & c. j. §. rei autem. in ti. de
inueſti. de re. ali. fa. ſed in re ſua quili
bet eſt moderator & arbiter. l. in re
man. C. man. In cōtrarium facit l. di-
uor. §. ſi uir fund. ff. ſo. ma. & l. ſi uir 15
in fraude. §. conductor. ff. de iure fiſ.
l. forma. §. ſi uites. ff. de ceſi. l. ſi ita. §.
fin. ff. de uſufr. & l. creditor. la j. ff. de
pig. ac. & hanc ult. parte Dyn. Bar. &
Doc. in d. §. ſi fundū. & Bar. in d. §. &
ſi cōductor. & Bal. in aut. qui rem. in
fi. pe. col. C. de ſa. ſan. ec. Angel. in l. ſi
colonus. ff. ar. fur. cæſ. & idem dicas
in patre quo ad bona filij, & in uſu-
fructuario. & per Ang. in l. fi. §. ſi nau
tem legata. in fin. C. de bo. quæ lib. & 16
probatur in d. l. æquiſsimum. §. uſu
fructuarius. & idem etiā dicas & mul
tomagis in uſufructuario. l. fi. ff. de u-
ſu & ha. Sed prædicta omnia limita,
niſi prædicti uelint in loco demor-

tuarum uel inciſarum alias plantare,
ut dicit Ang. in d. l. ſi colonus. per d.
§. conductor. & idem Pau. de Ca. in
d. l. diuortio. §. ſi fundum. & pro hoc
opi. facit l. agri. & l. uet⁹ fuit q. cū dua
bus ſe. ff. de uſuf. & l. ex ſylua cædua.
14 eo. ti. *Sed poteſt dubitari circa pdi
cta, an ſi emphyteota uel fructuari⁹
uel ſimiles īcidūt fructiferas arbores
eo caſu quo non poſſunt, an propter
hoc cadat à iure ſuo. & uidetur quōd
ſic. quia deteriorant rem ſibi conceſ-
ſam a domino. per aut. qui rem. C. de
ſacro. ſanct. ecc. & ita tenet Bart. in d.
l. diuortio. §. ſi fundum. Innoc. dicit
ibi, quōd hoc eſt ſpeciale in fundo
eccleſiæ. Lu. autem de Ro. ibi tenet
opini. Bald. quando emphyteota uel
feudatarius fuit monitus ut deſiſtat
ab inciſione, & non deſiſtit, per tex.
in c. j. §. quicunq; aduocatus. in titul.
de pa. te. in uſi. feu. Et licet ille text.
loquatur in alia materia, tamen eius
ratio multum facit pro opi. Bald. quā
puto ueram, per l. eadem. cum ibi no.
C. loca. per c. quia propter. extrā de
loc. & per nota. in d. autē. qui rem. &
per l. hoc amplius. §. fin. ff. de damn.
infect. & per l. ij. ff. de his qui ſunt ſui
uel alie. iu. & inſtitu. eod. titul. §. fin.
cum ſi. *Quæritur ix. ſi conceſsi[a]
alicui ut poſsit de nemore meo li-
gna incidere, & ad ſui libitum acci-
pere, an poſsim poſtea alteri conce-
dere ligna? Dic quōd ſi ligna nemo-
ris utriq; ſufficiunt, alias non. arg. l.
ij. §. fi. ff. de ſeruitutib. ruſticor præ.
& l. Lucio. ff. de aqua quo. & æſtiua.
pro hoc uide quæ dixi in j. lib. in ij.
quæſtio. princip. uerſi. & quod dixi
quōd dominus poſsit imponere ſer-
uitutem. *Quæritur decimo, eſt
permiſſum alicui, ut poſsit incide-
re de nemore meo quædam ligna,
an poterit pro libito ſuo incide-
re in eodem. Guliel. de Cu. in auten.
qua in prouincia. C. ubi de crimin.

a Cōceſsi. *Cōcedo, id eſt, dono, ſi nō appareat alia cauſa, ex qua cōcedit. l. uxor. §. fi. ubi gl. ī uerb. quod. & Bart. in fi. ff. de le. iij. & plenius per Alex. ī l. cūqdā in fi. iij. col. ff. ſi cer. pe. et in l. ſi pecuniā. ix. col. de cōd. ob. cau. et i l. ſi me putā. §. j. de cōd. ide. & i l. a Titio. de uerb. ob. ubi ēt dicit ſin. poſt Abb. in c. cū uenerabilis. de excep. q. ſi peto à te equū tit. cōmodati, et tu dicis Cōcedo itel ligi ſcilicet in cōmodatū, per c. paſtoralis. de dona. adde gl. ī c. j. de uſuris. in vj. quod uerbū Concedo, eſt generale.*

agi oportet.dicit in fi.pone,tu habe-
bas bona iuxta nemus meū, recipie-
bas ligna de nemore meo iniuſte, ab
ſentaſti te,& dixiſti famulis tuis ut in
cideret ſicut tu,q habebas ius.ipſi fe
cerunt ut fuit eis dictū,& iniuſte:qđ
remediū mihi dabitur?Dico ꝙ agetur
cōtra iſtos tātū,& ſi iſti petēt dilatio
nē ad certificādū dominū,dabitur.&
ſi poſtea nō uenerit,cōdēnabitur.&
ſi nō ſūt ſoluēdo,fiet in reſiduo exe
cutio cōtra dominū.per d.aut.qua in
prouincia. in qua ita poteſt poni ca
ſus,qđ dicit eſſe no. qa quotidie de
facto poteſt euenire. *Quæritur xj. 17
ſi unus miles uult in nemore alterius
colligere ligna,uide Hoſt.in ſum. de
cōſu.§.qualiter. *Queritur xij.ſi in 18
nemore alieno capreoli, cerui,uel a-
lia animalia capiūtur domino igno-
rante uel contradicente, an effician-
tur capientis,uel domini nemoris,&
an propria autoritate dominus poſ-
ſit ea retinere:uide Angel.& Docto.
in l.diuus.ff.de ſerui.ruſti.prædio.&
quod dixi ſupra de uena. & aucupa-
tione. *Quæritur xiij.ſi ruſtici di- 19
cūt ſe fuiſſe uſos nemore tēpore quo
nō extat memoria,an iuuat eos ut di
cātur acqſiuiſſe ius utēdi fruēdi in il
lo nemore.Cy.format hāc q.in l.fi.in
iiij.q.C.de præſcri.lon.tēp.x. uel xx.
an.Et uidetur dicere ꝙ nō:quia uſusf.
perditur lōgiſsimo tēpore. l. corru-
ptionē.C.de uſuf.ergo eo tēpore quo
ꝑderetur,nō acqritur.facit l.Titio cū
morietur.ff.de uſuf.& tamen cautela
eſt ut ruſtici nō dicāt ſe habere uel ac
qſiuiſſe ius utēdi fruēdi:ſed dicāt ſibi
cōſtitutā fuiſſe ſeruitutē p ius,uel ha
bere ius ꝙ poſsint īcidere ligna in di
cto nemore quādocūq;.iuxta l.iij. in
prin.ff.de ſer.ru.præ.Et ad probandū
iſtam conſtitutionem ſeruitutis uel
iuris,allegent & probent ſe uſos fuiſ
ſe dicto iure accipiendi ligna per tan
tum tempus,cuius initij memoria nō
exiſtat.qa tale tēpus habet uim cōſti
tutiōis & ti.ſeu priuilegij.l.hoc iure.
§.ductꝰ aquæ.ff.de aqua quo.& æſti.
& c.ſuper quibuſdam.§.præterea.de
uer.ſign.& c.j.de præſcri.li.vi. immo
plus allegādo titulum, & probando
poſſeſsionem uel quaſi, per x.an. in-
ter præſentes,& xx.inter abſētes,pro
baretur titu.& ſeruitus conſtituta:ut
probatur per gl. no.in l.ſeruitus præ
diorū.& ibi per Doct.ff.de ſer.& per
gl.Bar.& Doc.in l.j.§.demq;.el ij.ff.
de aqua plu.arc. & per ea quæ haben
tur per gl.& Doct. in l. qui in alie.§.
ſed ſi non adierit.ff.de acqui.hære.&
per gl.& Cano.in c.peruenit.extra de
cenſi.& adde quæ dixi ſupra in ti. de
ſerui.aquædu.uer.circa tertiā quādo
nulla eſt cōuentio. *Quæritur xiiij. 20
& ultimo,ſi ruſtici uel alij habent u-
ſum nemoris alieni: puta quia in eo
conſueti ſunt accipere ligna longiſ-
ſimo tempore, quando expiret iſte
uſus.uide Cyn.& Doctor.in d l.fi.in
iiij.q.C.de præſcrip.long.tempo.

## De collibus. CAP. XXIII.

1 *Collis quid ſit,& unde dicatur.*
2 *Mons a colle in quibus diſtinguatur.*

VIDIMVS de mōtibus in ge-
nere:uerū quia colles etiā mō-
tes dicūtur(ſcribitur enim, eſt mōtis
collis)ideo de ipſis etiā collibus dicē
dum eſt.& dicit Bart.in tractatu Ty-
beriadis, in v.col.uerſi.ab altitudine
mōtis dici poteſt. *Proprie autē col 1
lis dicitur a colendo,quaſi mediocres
montes qui coluntur, ut exponit gl.
ſcripturæ diuinæ ſub pſalmo Dauid.
& c.xiij.uerſi.illo, Montes exultaue
runt ut arietes,& colles ſicut agni o-
uium.Sunt enim montes magnæ alti
tudinis,& communiter inculti.Col-
les uero mediocris altitudinis,& cō-
muniter ſunt culti. & intelligo col-
les habentes altitudinem propriam
non continuatam cum montibus ha
bentibus maiorem altitudinem.Si e-





nim continuaretur,tunc ſi eſſent cul
ti,dicerentur pendiciæ montium.Ho
rum cauſa in nonnullis partibus lo-
cus magnæ altitudinis licet cultus,di
citur mons:& locus paruæ altitudi-
nis licet incultus,dicitur collis. *Di
2 ſtinguitur autem mons a colle altitu
dine, uel cultura ex æſtimatione co-
lentium.l.j.ff.de flumi. & propterea
per cœlum figurantur hi qui ſuæ uitæ
ſublimitate ſupra cæteros gradiun-
tur.per montes hi figurantur,qui nō
ſunt altæ uitæ.per colles homines in
telliguntur inferioris uitæ.ut eſt tex.
cum glo.uer.cœlum,montes,& col-
les.C.de ſum.tri.

## De ualle. CAP. XXIIII.

1 *Vallis quid dicatur.*
2 *Aequalitas plani qualis eſſe debeat.*
3 *Plani appellatione quid contineatur.*
4 *Vallis impropriè quid dicatur.*

1 VALLIS *dicitur locus collibꝰ
uel montibus circūdatus,a ual
lo,uallas,quod eſt circūdo:& eſt lo-
lus planus paruæ uel mediocris ma-
gnitudinis:planus uero dicitur a Græ
co quod eſt latū ſeu latitudo,ſecūdū
Hugo. dicitur enim planicies, id eſt
coæqualitas,ſecūdū Papiā.Duo ergo
requirūtur:primū quòd ſit latū,ſecū
dū quòd ſint eius partes æquales, id
eſt æqualiter planæ, ita ꝙ una aliam
non ſuperexcedat. diſtinguitur itaq;
uallis a plano ex circūdatione:poteſt
enim planus eſſe nō circūdatus mon
tibus,nec altitudine alia.Item differt
a latitudine:quia ſi ſit locus paruæ la
titudinis montibus, uel collibus cir
cūdatus, dicitur uallis. Si autē eſt ma
gnæ latitudinis,dicitur planicies.hoc
autē opinione circūcoletiū æſtima-
tur.ar.l.j.ff.de flu. Differt etiā ab æ-
qualitate:quia uallis dicitur etiam ſi
habet cōcauitatē. planus autē æqua
2 litate æquiparatur. *Aequalitas au
tem plani qualis eſſe debeat,dubita-
ri poteſt.puto nō omnimodā æquali
tatē reqri.ſed ſufficit ſi notabiliter in
unā parte nō uergat. facit l.cui dens.
ff.de ædi.edic.Notabiliter autē in u-
nā parte uergere ꝓbabiliter dici po-
teſt,quādo inde aqua multū de terra
aufert,ita quòd uſum & culturā dete
riorē faciat.ar.ff.de aqua plu.ar.l.j.§.
fi.& ff.de ædi.edi.l.j. §.ſciēdū.Foſſæ
autē agrorū, & uiarū ripæ ipſius pla
ni ſunt,& loquor de plano totali, ut
ſi de plano Tyberis loquamur. ſicut
enim foſſæ quæ ſunt in fundo, fundi
ſunt:ita quæ ſunt in totali plano,ſūt
plani.l.prædia.§.ita legatū.ff.de fun.
inſt.& ſic ſtatuta quæ loquūtur in his
quæ in plano Tyberis cōmittūtur,lo
cū haberet etiā in his quæ in dictis fo
3 ueis & ripis cōmitterentur. *Quid
ergo ſi cōmitterentur in eo loco qui
per attractionem aquæ uerſus flumē
uergit, an in plano Tyberis dicetur
cōmiſſum?Videtur quod nō.dicit e-
nim lex pe. ff. de flu. ex quo a plano
uergere incipit.ſed dictio a, ſepara-
tionē denotat,ff.de act.emp.l.nō au
tē.§.fi.ergo ille locus ſic uergēs,eſt
ſeparatus & diſtinctus a plano. Dic
ſi quæratur an talis locus appellatio
ne agri cōtineatur: & dicēdum eſt ꝙ
nō,per rationē prædictā.Si uero quæ
titur an totalis plani Tyberis appel
latione cōtineatur: aduertēdū eſt ſi
quoddā flumē planū uadit,ita ut ab
utraq; parte fluminis planū Tyberis
appelletur:quod in dicto loco fieret,
in plano factū eſſe diceretur. quinim
mo etiā quod in ipſo flumine fieret,
in tali plano ſub totali appellatione
nominato factū eſſe diceretur. cū e-
nim in ipſum flumē aditus & exitus
aliter quam p ipſum flumē nō habea
tur, merito ipſius plani appellatio-
ne continetur, ut in ſimili in multis
caſibus iura dicunt. Sic etiam ager,
cum totos qui ſunt ab utraque par
te, unius plani appellatione conti-
neret;ergo & ipſum flumē. alias flu-

men mediũ diuideret, nec eſſet unus
planus, ſed plures.ar.ff.de uerb.ſig.l.
recte dicim⁹.facit ad hoc, quia quod
fit in aqua putei, in ipſa re factũ uide
tur.l.is qui in puteũ.in princ.ff.quod
ui aut clã.& habetur per Bar.in trac.
ſuo Tyberia.in v.co.uer.ual.dicitur.
Sed ibi etiã Bart. dicit, quid ſi ab alia
parte fluminis eſſent montes uel col
les? dicit quòd tũc ille locus propter
aquæ attractione uerges, plani appel
latione nõ continetur: ſed ibi planus
deſinit, & locus ille ripæ fluminis ce
dit.ut d.l.pe.ff.de flu. etiam ſi ipſum
flumen aliunde habeat aditum.ar. ff.
uti poſ.l.ſi duo. §.ſi ſupra ædes.cũ ſi.
* Et adde prædictis quòd ualles etiã 4
dicuntur illæ quæ non ſunt monti-
bus uel collibus circundatę, ſed ſunt
in locis interioribus uel concauis a-
quoſis, & ut plurimum concauatis.
de quibus dicam intra in elemento
aquæ.in titul.de ualli. aquo.

De aqua. CAP. XXV.

1 *Aquæ ſeruitutis materia.*
2 *Quicquid ſolo ſuperponitur, ipſi cedit: ſecus tamen in aqua.*

AQVA * ſecũdũ nos eſt elemen 1
tũ, ideo poſt terrã de aqua cõſe
quenter pro maiori noſtra perfectio
ne uidendũ eſſe putaui. Sed ut in o-
mnibus ordinem ſeruemus, prius à
mari tãquã digniori exordiũ capia-
mus: poſt reliqua quę in primis ad ſer
uitutẽ aquæ pertinent, ut etiã ordo
requirit, breuiter perquiramus: ſi ta
me prius unũ dixerimus, quod in a-
qua mirabile uidetur.* Nã licet regu- 2
lariter quicquid ſolo ſuperponitur,
cedat ſolo.l.adeo. §.cũ in ſuo. ff. de
acqui.re.do. tamen ſecus eſt in aqua,
quæ eſt ſupra ſolum: quia tunc ſolum
cedit aquę quæ ſupra imponitur.d.l.
adeo. §.inſulą.ibi, cuius & ipſum flu
men. & eſt ſpeciale in flumine & in
mari, & in certis aquis, in quibus lo-
cum habet ius alluuionis, ſecundum
Bar.in tra.de alluuio.in vj col.& Bal.
in l.ſi plures.in viij.col.in fi.C. de ſer
ui.uide etiam Bal.in l.lapilli. in prin.
ff.de re.diui.

De mari. CAP. XXVI.

1 *Mari, quod natura omnibus patet, ſeruitus priuata imponi non poteſt.*
2 *Domum quis uendere poteſt, hoc acto, quòd emptor ibi talem artem exercere non poſſit.*
3 *Mari uel maris in littore an quis ædificare ualeat: & an ædificium ſuum efficiatur, & quando.*
4 *Ciuitates in mari fundatæ ipſorum ædificantium ſunt.*
5 *Mare, uel aliquẽ maris uſum, aut iuriſdictionẽ, an aliquis præſcribere ualeat.*
6 *Mare an aliquis tanto tempore præſcribere poſſit, cuius initij memoria in contrarium non extet.*
7 *Veneti, qui gulphũ maris Adriatici, cuius memoria in contrariũ nõ extat, poſſederunt: ipſum mare quo ad eius iuriſdictionem præſcripſerunt: et ſimiliter Ianuenſes in mari ſuo.*
8 *Maris proprietas aliqua præſcriptione, uel conſuetudine præſcribi non poteſt.*
9 *Mare poſſediſſe, uel quaſi, uel aliquam in eo iuriſdictionem habuiſſe, quomodo quis dicatur.*
10 *Veneti in mari Adriatico an poſſint imponere gabellas, & merces conductas cõtra Venetorũ ſtatuta cõfiſcare.*
11 *Mare, in quo aliquis nõ exercuit iuriſdictionẽ, ut poſſit dicere ipſam præſcripſiſſe, an ſit alicuius dominij ratiõe, uel ſaltẽ quo ad iuriſdictionis ius, ut maleficia quæ ibi committũtur, punire poſſit: & an gentes, quæ ibi ad habitandũ accedunt, poſſint iudicare.*
12 *Iuriſdictio quanta ſit in territorio mari cohærenti, & uſq; ad quod ſpatium.*
13 *Inſula propinqua, uel modico ſpatio diſtare quæ dicatur.*
14 *Miliaria centum per mare, eſt minus duabus dietis.*
15 *Inſula maris ſi eſſet in mari alto à qualibet regione diſtans ultra centum miliaria, quid iuris.*



16 *Inſula Sardiniæ Italia dicitur: licet ab Italia modico freto diſtet.*
17 *Iuriſdictionem in terra habentes, habent etiam in mari uſq; ad centum miliaria tantum: ultra uero ſolum imperatoris iuriſdictio eſt.*
18 *Papa ſi in mari moriatur, in illa ciuitate ſucceſſoris electio fieri debet.*
19 *Imperator ſi mihi ciuitatem aliquam donauerit, omnes eius pertinentias donare uidetur.*
20 *Delictũ ſi eſſet cõmiſſum in mari inter duas ciuitates punctualiter æque diſtantes, in cuius confinio ipſum delictum commiſſum eſſe dicatur.*
21 *Maris in eadẽ particula ſi plures habitent, uel ad ipſos pertineat, & ibi delictum commiſſum fuerit, quis primo cognoſcere debeat.*
22 *Cõtẽtio ſi oriatur de his quæ in mari geſta ſint, uel ad mare ſpectet, qualiter iudicandum, uel faciendum erit.*
23 *Mare quid ſit.*
24 *Maris fines an reperiantur.*
25 *Mare qualiter deſignabitur.*
26 *Territorij alicuius appellatione an etiam mare comprehendatur: & diſtrictus per illam ciuitatem.*
27 *Ciuitates maritimæ an etiam in mari diſtrictus habeant.*
28 *Mari exiſtens, quod per ciuitatem maritimam regitur, puta per Venetos, uel Ianuenſes, an extra diſtrictum eſſe dicatur.*
29 *Mare rubrum an reperiatur.*

1 MARI, * quod natura omnibus
patet, ſeruitus priuata imponi
nõ poteſt.l.uẽditor.in prin.ff.cõ.prę.
quia maris cõmunis eſt uſus omnib⁹
hominibus, ut aeris.l.litera. §.j.ff.ne
qd in lo.pu.& inſti.de re.di. §.j. & l.
iniuriarũ ac. §. ſi qs ꝓhibeat.ff.de in
iu. Sed à principe imponi ſeruitus ma
ri poteſt.ut dicit gl.in d.l.uẽditor.in
prin.per l.ſeruitutes. §.pe. ff.de ſeru.
Sed licet priuatus in mari ſeruitutẽ
cõſtituere nõ poterit, tamẽ ſe & ſuos
hæredes ꝑ ſtipulatiões uel cõtractus
obligare poteſt, ut non niſi in aliqua
parte maris liceat ſibi uel hæredibus
ſuis piſcari, uel aliqd aliud facere: ut
eſt tex.cũ gl.in d.l.uẽditor.in prin.&
idẽ intelligit ibi Pau.de Ca.in quali-
bet alia aqua publica, eadẽ ratione. Et
eodẽ modo poteſt qs ſe obligare ad
nõ impediẽdũ aliũ priuatum in aqua
publica uel lo.pu.aliqd facere, non e-
rit tamen ſeruitus realis uel ꝑdialis, ꝑ
notata in l.ut pomũ.ff.de ſer.& l.pe-
coris.ff.de ſer.ur.præ.& l.Mela. §. fi.
2 de ali.& ci.le.* Et ſimiliter poteſt qs
uẽdere domũ hoc acto, ꝙ emptor nõ
poſſit ibi exercere talẽ artẽ, & ualet
iſta cõuẽtio ſecundum Bar.Ang.Flo.
& Doct.in d.l.uẽditor.in prin.& per
Pau.de Ca.in l.quoties.la j.ff.de ſer-
ui. Et his caſibus non poterit promit
tens uel eius hæredes contrauenire
ſuæ promiſſioni: & ſic cõtra factum
ſuũ propriũ, quatenus intereſt eius,
cui facta eſt promiſſio, licet res pu-
blica pro ſuo intereſſe poſſit cõtra-
uenire. l.iuriſgent. §. ſi paciſcar. & l.
ius publicum. ff. de pact. ſecundum
Doct.in d.l.uenditor.in princip. Sed
ubi non eſt à principe mari ſeruitus
impoſita, nec à priuato aliqua obli-
gatio conſtituta: tunc mare paſſim
omnibus patet. ut dicta l. uenditor.
in princip.eius uſus communis eſt o-
mnibus hominibus, ut aeris.dicta l.
littora.cum ſi. Et ideo ſi quis in ma-
ri prohibeatur nulla lege priuata uel
publica contradicente, uel in mari
retia immittere uel ducere, poteſt a-
gere actione iniuriarum.l.actio. §.ſi
quis prohibeat.ff.de iniur. & l. ij. §.
ſi quis in mari. ff. ne quid in loco
publi. immo plus quis poteſt in ma-
ri piſcari etiam ante ædes meas, uel
prætorium meum, nec ipſum pro-
hibere poſſum, & prohibendo ſi-
milit

militer teneor actio . iniuriarum . ut
eſt text . in d. §. ſi prohibeat.uerſi.ſi
que tamen. *Sed quæritur nunquid 3
in mari,uel littore maris, poſsit quis
ædificare, & an ædificium efficiatur
ſuũ,& quãdo.& dic quod poteſt , &
ædificiũ ſtatim fit ſuũ,cũ pilas iacta-
uit,nec requiritur rei perfectio.l. er-
go. §.ſi.ff.de acquir.re.do.Nã & ille
eſt tuedus, qui in littore ædificat uel
in mari.ff.ne quid in lo.pu.l.ij. §.ad-
uerſus.ubi utitur uerbo præſentis tẽ
poris,ſcilicet ędificat.ergo ſufficit ſi
in præſenti ædificet, & opus ꝓſequa
tur,nõ autẽ eſt opus quod nõ perfe-
cit.& ita uult Bart.in l. quominus.in
v.col.in fin.ff.de flu.ubi etiã declarat
quando quis dicatur opus proſequi.
& propterea dicit Bal.in rub.ff.de re.
di.in iij.col.* quòd ſic faciũt Veneti, 4
qui ſunt fundati in mari.& de iuregẽ
tiũ ciuitates fundatæ in mari,ſunt i-
pſorũ ædificantiũ.l.interim. in prin.
cod.ti. & hac ratione dicit eleganter
Bal. quòd Veneti prætendunt liber-
tatẽ a. quia nõ ædificauerunt in ſolo
alicuius. ſed ſi qs in ſolo iuriſdictiõa
li alicuius ædificat, illius dicitur ſub
ditus.ut no.Spe.in ti.de ædi. do.uer.
quid ſi petitur ciuitas.Et prædicta ue
ra intellige,niſi in mari aliqd fiat,quo
portus ſtatio,itẽue nauigatiũ dete-
rius fiat.l.j. §.ſi in mari.ff. ne quid in
flu.pub. *Sed nũquid poſsit aliquis 5
præſcribere mare, uel aliquem uſum
maris,aut iuriſdictionem? & uidetur
quòd nõ, quia nõ eſt ſcriptũ loco &
tẽpore . quia loca iuriſgentiũ longæ
poſſeſsionis præſcriptione acquiri
nõ poſſunt:ut eſt caſus in l.fi.in prin.
& ibi hoc no.Ange.& Doct.ff.de u-
ſuc. *Sed an poſsit pręſcribere tan 6
to tempore cuius initij memoria nõ
exiſtat? & uidetur ſimiliter quòd nõ,
ex quo mare eſt commune omnibus,
ut dixi.ergo uidetur quòd contra in
fantes & nondum genitos impoſsi-

*a Libertatẽ. Veneti dicũtur de populo Ro. Bar.ĩ l. hoſtes. de captiuis.nec recognoſcũt ſuperiorẽ ex præſcriptiõe. Bar. ibi.et Bal. in l. j.ff.de re.di. & ſunt dñi maris Adriatici et littorũ eius, ſcilicet in genere,nõ ĩ ſpecie:quia littora ſunt ciuitatũ adiacẽtiũ littori. Bal.ĩ l. pe.C.de cõd.in ſer.et uide Bar. in l.quominus. ij.q. de fluminibus.& in l.ſanæ.ff. de iniur. et Salyc. in l. iu . C. de nau. fœno. et p Bar. Cæpo.in l.cum quis uectigal.de uer.ſigni.*

bile ſit præſcribi poſſe: quia non ua-
lenti agere non currit præſcriptio.l.
j.in fi.C.de anna.præſcrip. Item quia
iſtud uidetur contra ius naturale,er-
go præſcribi non poteſt.ar.d.l.fin.in
l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.In con
trariũ uidetur,quod imnio tanto tẽ-
pore poſsit acquiri : quia in mari ita
eſt iuriſdictio, ſicut in terra.ut no.in
c.ubi periculum.de elec.in vi. in uer.
territoriũ ergo præſcribi poteſt. l. ui
ros.C.de diuer.officiis.lib.xii . & ita
nota.Bald.in Rub.de re.di.in ij. col.
Item quia poſſeſsio uel quaſi , cuius
non exiſtat memoria , habet uim ti-
tuli ſeu priuilegij , aut conſtituti. l.
hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua
quoti.& æſti. & c. ſuper quibuſdam.
§.præterea. extra de uerb.ſig. & c.j.
de præſcript. in vi . & hoc uult text.
cum glo.in l.uſum aquæ.ff.de aquæ
ductu.libr.xi.& gloſſ.fin. ſecundum
primũ intellectum. l. diligenter . co.
titu.Sed per titul. & priuilegium poſ
ſet per principem concedi,ut quis e-
tiam priuatus habeat iuriſdictionem
in mari.l.uenditor.in principio.cum
gloſſ.ff.communia prædio.& dixi ſu
prà in princi.ergo poſſeſsio uel qua-
ſi , dicti temporis perditur ſicut pri-
uilegium , uel alius titulus . ſed quia
mare & alia flumina per conſuetu-
dinem poſſunt præſcribi & acquiri,
ut notat gl.in d.l.uſum. ergo potue-
runt etiam per poſſeſsionem tanti tẽ
poris , cuius non exiſtat memoria,
quæ habet uim conſuetudinis , præ-
ſcribi.ut d.c.j. de præſcri.in vi . con-
iuncto c.fin. & ibi not.extra de con-
ſuetu.& ita tenet Bartol.& Angel.&
Doctor.in l. ſane ſi maris.ff.de iniu-
riis.& Bald. in ru. ff. de re.diui. in ij.
column.& Angel.in l. fin. ff. de uſu-
cap.& in conſil . quod incipit , the-
ma ſuper quo conſilium quæritur,
&c. ita etiam tenui ſupra in j.libr. in
v. quæſtione . princip . & ex prædi-
ctis



7 ctis ſequitur,* quod Veneti,qui gul-
phum maris Adriatici, cuius nõ ex-
tat memoria,poſsederunt,ipſum ma
re quo ad eius iuriſdictionem præ-
ſcripſerunt.& ſimiliter Ianuenſes in
mari ſuo.ut no.Doct.in dictis locis.
Sed prædicta intelligo uera,quando
allegatur titulus ſeu priuilegium im
peratoris. uel quod credant ſe , uel
maiores ſuos habuiſſe ius in mari.
ar.eorum quæ not. Bart.in l.Celſus.
ff.de uſuca. Bal.in l.iudicis.C.de rei
uen.Secus ſi confiteretur ſe & maio
res ſuos nunquã habuiſſe aliquẽ ti-
tulum,uel nec aliquod ius,ſed tantũ
præſcripſiſſe per dictũ tempus.nam
tunc non ſufficeret. quia potius cor
ruptela eſſet quàm præſcriptio.ut in
aut.ut nulli iudi. §.j.& ibi gloſſ. col.
ix.& quanto longiori tempore poſ-
ſediſſent,tanto maiori culpa tenerẽ
tur,ut c.fi.x.de cõſu.quia licet præ-
ſumptio eſset iuris,& de iure : tamẽ
admitteretur ꝓbatio,& cõtrariũ per
cõfeſsionẽ partis.ut no.in aut.ſed iã
neceſſe. quæ eſt in corpore unde ſu
mitur.C.de dona. ante nup.& gl.in
l.in contractibus.in princ.C.de non
nu.pecu.ſicut dicit in ſimili Inno.&
Doct.in c.quia pleriſq;.x.de immu.
eccle. & c.cum Bertoldus. extra de
re iudi.& quia eſſent in mala fide.c.
fi.de præſcri.& c. malæfidei poſſeſ-
ſor.de re.iur.in vi.& licet pręſuma-
tur bona fides de xxx.ann.l.fi.C.un-
de ui.& ibi per Bart.in fi. tamen con
tra iſtam præſumptionẽ poteſt pro-
bari mala fides , maxime ex confeſ-
8 ſione partis poſsidentis. *Itẽ præ-
dicta intellige quo ad uſum & iuriſ-
dictionem,non autem quo ad pro-
prietatem:quia illa non poteſt præ-
ſcribi aliqua præſcriptione uel con-
ſuetudine.l.diligenter.in fi.C.de a-
quæductu.libro xi.quia ſunt de iu-
re gentium & publico, & in uſu pu-
blico,ut mare , flumina nauigabilia

nullo tempore acquiruntur,niſi cõ-
ceſsio Cæſaris aut ſenatus interue-
nerit.& hoc tenet gl.in l.fin.ff.de u-
ſuca.quam ſequitur Angel.in l.ſane
ſi maris.ff.de iniuriis.Sed hoc intel
ligo quando quis uellet ſe fundare
in præſcrip.ſimpliciter : ſed ſi uellet
ſe fundare in tit.ſeu priuilegio Cæ-
ſaris,& ad ipſum probandum allega
ret rationem uel quaſi , tanti tempo
ris,cuius non extat memoria : ſuffi-
ceret etiam ad acquirendum domi-
nium.cap.ſuper quibuſdam. §.præ-
terea.de uerbor.ſig.& per cap.iij.de
præſcrip. in vi.per l.hoc iure. §.du-
ctus aquæ.de aqua quot.& æſti.iun-
cta gloſſ.notabili in l.ſeruitutẽ præ-
diorum. cum ibi no.& per Doctor.
ff.de ſerui. & adde omnino quæ di-
xi s.in tit.de ſeruitu.aquædu.in viij.
q.princip.uer.& ex prædictis ſequi-
tur deciſio multarum q.uſq; ad uer.
& q.ex prædictis deciditur. ubi po-
ſui quanto tempore præſcribantur
loca publica , & ius paſcendi in flu-
9 minibus. *Sed dubitari poteſt quo
modo quis dicatur poſſediſſe , uel
quaſi mare,uel aliquam in eo iuriſ-
dictionem. dic ille qui habet impe-
rium in mari, dicitur mare poſside-
re.quod patet per ll.quæ permittit
ſoli principi diſponere de his. ff.de
uerb.obl.l. continuus. §. cum quis.
ff.de contrahen.empt.l.ſed & Cel-
ſus.in prin.& l.quominus.ff.de flu-
mi. & ita eleganter notat Bartol.in
tractatu Tyberia. in titul.de alueo.
uer. publice iuriſgentium. & idem
in effectu tenet Bald.in l.ſi plures.
in iij.col.in princ.C. de con. inſer.
quod tene menti. quia hoc allegaui
contra Brixienſes, quòd lacus gardę
eſſet totus de territorio Veronen-
ſi : quia ſemper Veronenſes & prin-
cipes qui dominati ſunt Veronæ,
exercuerunt imperium & iuriſdi-
ctionem ſuper toto lacu.& ita fuit

iudicatum per excelſum cõſiliũ ro-
gatorum Venetiarũ. & idẽ dico de
gulpho maris, quod cuſtoditur per
Venetos, & ſuper illo exercuerunt
atque exercent iuriſdictionem in di
cto gulpho. & ita etiam obſeruatur.
*Sed nunquid hoc prætextu poſsint 10
Veneti nauigantes per mare Adria-
ticum in gulpho cum mercibus im-
ponere gabellas, & confiſcare mer-
ces conductas contra Venetorũ ſta-
tuta? Bald. format in rub. de re. di. in
ij. col. ad fin. uer. ſed nunquid. & ui-
detur quod non, per l. j. C. no. ue-
cti. impo. non poſ. Item quia ius con
fiſcandi nulli competit, niſi princ. C.
de bo. ua. l. j. lib. x. & cap. j. in tit. quæ
ſunt regalia in uſi. feu. In contrariũ
uidetur, quod ſecundum Bald. totus
mundus hodie hoc iure utitur, & de
rogatum eſt ll. contrarium facit l. co
lonus. §. naue. ff. loca. Item quia iſta
ſpecialis confiſcandi cõſuetudo ſpe
ciali principis permiſsioni compa-
ratur, ut no. in ſimili. in aut. de man.
princi. §. iudicare. col. iiij. Item quia
Veneti in eorum imperio habent re
galia, & iura fiſci, nec ſuperiorẽ ſal-
tem de facto recognoſcunt: ideo in
mari prædicto poſſunt imponere ga
bellas & confiſcare merces & bona
ſicut in ciuitate Venetiarum: quia
tantam iuriſdictionem habet in ma-
ri, quantam in ciuitate Venetiarum.
per ea quæ not. Barto. in tractatu de
inſula. in j. & ij. col. & dicam in q. ſe-
quen. Sed ubi non eſſet iſta conſue-
tudo, uel ubi non haberet imperiũ,
uel ſi haberent, recognoſcerent ipſũ
à ſuperiore, tunc non poſſent impo
nere gabellas, ut in toto titul. C. no.
uecti. impo. non poſ. * Quid autẽ 11
de mari in quo aliquis non exercuit
iuriſdictionẽ tanto tempore, ut poſ-
ſit dicere præſcripſiſſe aliquam iu-
riſdictionem, an licet ſit nullius ra-
tione dominii, an ſaltem quo ad iu-
riſdictionis ius, ſit alicuius, ut male-
ficia quæ ibi committuntur poſsint
punire: & an gentes, quæ ibi ad ha-
bitandum accedunt, poſsint iudica-
re. Iſta quæſtio formatur per Barto.
in eo. tractatu de inſula, in ij. col. qui
dicit, quod pro deciſione huius q.
eſt uidendum, *an ille qui habet iu- 12
riſdictionem in territorio cohæren
ti mari, & uſque ad quod ſpatium. &
uidetur dicere ipſe quod non. quia
mare cõmune eſt omnibus, ut ſæpe
dictum eſt. In contrarium dicit eſſe
ueritatem: quia ſicut præſes prouin
ciæ debet purgare prouinciam ma-
lis hominibus per terram, l. cõgruit.
ff. de offi. prę. ita per aquam. l. j. C. de
claſsibus. tit. x. & ibi Barto. dicit per
illum tex. quod ſicut quis poteſt pu-
nire delinquentem in ſuo territo-
rio, ita delinquentem in mari, quod
ſubiicitur illi ciuitati uel prouinciç,
allegat l. Cæſar. ff. de pub. & ita not.
Bartol. & Ioann. And. & Docto. in c.
ubi periculum. in uerſic. territorio.
de elec. in vi. & uide per Ang. omni
no in l. ſane ſi maris. ff. de iniu. &
Bal. in l. arbor. §. de ueſtibulo. ff. cõ-
muni diui. & Ang. in l. inſulæ Italię.
ff. de iudiciis. qui dicit, quod per il-
lam l. fuit deciſum Piſis de conſilio
Bartol. quod delictum commiſſum
in mari propinquo portui ciuitatis
Piſarum, deberetur ibi puniri: quia
eſt particula maris, quod intellige-
batur ſubiacere ciuitati Piſarũ. imò
plus dicit ibi Angel. ſi illa particula
maris eſſet in remoto mari, ſi tamẽ
nulli loco terreſtri erat ꝓpinquior,
ubi exerceretur imperium, debet Pi
ſis puniri. Et idem dicit de aliis ciui-
tatibus cũ ſimilis caſus accideret. l.
j. C. de claſsi. libr. xi. quam dicit non
eſſe alibi. Circa quod adde quæ di-
cam in ſequen. quæſt. & ex hoc ap-
paret ſecundum Bart. in d. tractatu,
ſi in mari quis habet iuriſdictionẽ,
mult



multo magis habet etiam in inſu-
lis quæ ſunt in dicto mari. Inſulæ [a]
enim illius prouinciæ propinquæ
quæ modico ſpatio diſtant, illius
prouinciæ eſſe dicuntur. d. l. inſulæ
Italiæ. & l. notionem. §. j. ff. de uerb.
ſig. & notat Ang. & Docto. in d. l. in-
13 ſulæ. * Quæ autem dicatur inſu-
la[b] propinqua, uel modico ſpatio di
ſtare, dic ſecundum Bartol. in d. tra-
ctatu, per centum miliaria. uicinus
enim tunc dicitur. l. iiij. §. ſi tam ui-
cinum. ff. de dam. infe. & extrà de re
ſcrip. cap. nonnuili. ubi dicitur quod
in duas dietas non dicitur locus re-
14 motus. *Conſtat autem quod cen
tum miliaria per mare, eſt minus
duabus dietis. & quod uſque ad cen
tum miliaria dicatur locus propin-
quus, probatur in l. quicunque. de e-
piſc. & cler. & hoc ſingulariter tene
menti quod habentes iuriſdictionẽ
in territorio cohærente mari, dicũ-
tur habere iuriſdictionem etiam in
mari, & in inſulis quæ ſunt in mari
uicino uſque ad centum miliaria: &
poſſunt ita capere & punire delin-
quentes in mari uſque ad centũ mi-
liaria, ſicut in terra ĩ ſuo territorio.
Quod not. quia habui de facto pro
Venetis contra Ianuenſes. quia do-
minus Lauredãti cœpit Mauritium
Catonium Ianuenſem, qui capi non
poterat, quia non erat in mari Vene
torum, & petebat xxxiij. milia duca-
torum pro damno ſibi dato. Ego in-
ter alias feci unam poſitionẽ, quod
mare in quo captus fuerat, non erat
ꝓpinquius alicui loco terreſtri ſeu
territorio: quam ipſi modo no. & cõ
feſſus eſt creditor non potuiſſe ca-
pi, ex quo non erat in gulpho Vene
torum. & allegaui Bartol. & Ang. de
quibus ſuprà. quod de modico ue-
15 nerunt ad concordiam. * Sed qd
ſi inſula maris eſſet in mari alto à
qualibet regione diſtans ultra cen-
tum miliaria? Bartol. in d. tractatu. l.
inſula. in ij. col. dicit, quod hoc caſu
non poteſt nobis dici uicina uel ꝓ-
pinqua, per l. pen. §. Paulus reſpon-
dit. ff. de acqui. re. do. & l. inſulam. e.
tit. & per notata in ſimili, inſt. de re.
di. §. inſula. & ideo concludit, ꝙ in-
16 ſula Sardiniç *Italia dicitur, licet ab
Italia modico freto diſtet. Si autem
nec alteri inſulę eſt uicina: tunc non
poſſumus dicere, quod aliquis in ea
habeat iuriſdictionem[c], niſi impe-
rator qui eſt dominus totius mun-
di. l. de precario. ff. ad l. Rho. de ia.
Vnde dicit Bartol. quod talis inſula
occupanti concederetur quo ad do
minium. ſed ſi quo ad iuriſdictionẽ
pro magiſtratu uel rectore ſe geſſe-
rit abſque principis iuſſu, intellige
in illa inſula remota: incideret in l.
Iuliam maieſtatis. l. iij. ff. ad l. Iu. ma.
& hoc ſecundum iura ciuilia. ſed ſe-
cundum iuſgentium gentes quæ di
ctam inſulam occuparent, facerent
ſibi regẽ. l. ex hoc iure gẽtiũ. de iuſt.
& iu. & illos manu regia regeret. l. ij.
circa princip. ff. de ori. iur. & hoc ſer
uandum eſſet inter gentes, quando
nec iure Romano nec alio iure utũ-
17 tur. *& ex prædictis notat Bartolus
uelle habentes iuriſdictionem in
terra, habere etiam in mari uſque ad
centum miliaria tantum: ultra uero
ſit ſolum iuriſdictio imperatoris. ſed
Ang. in d. l. inſulæ Italiæ. de iudiciis.
ut dixi in quæſt. præcedẽ. uult quod
habeant etiam iuriſdictionem in ma
ri & eius inſulis ualde remotis, du-
modo alii loco tereſtri non ſint ma
gis propinqui. Facit ad prædicta gl.
j. in c. quoniam. & quod ibi no. extrà
de deci. Et adde quæ not. Bart. in l. ij.
18 C. de naufr. li. xi. *Vnde ex hoc ſeq-
tur ſi Papa moritur in mari, in illa ci
uitate, debet fieri electio ſucceſſoris
Papæ ſecundum Io. An. in c. ubi pe-
riculũ. de ele. in vi. & Ang. in l. ſane
ſi maris.

a Inſulæ. *Inſulæ maris ſunt ſubditæ ciuitati magis uicinæ. l. inſulæ. & ibi Doct. et Bar. ff. de iudi. ubi etiã Bar. dicit de piratis ſe reducetibus ad inſulas. quia cõueniri poſſunt in ciuitate uicina inſulæ. adde etiam Bart. in trat. Tyber. ij. parte de inſula. in prin.*

b Inſula. *Diſtãs a terra ultra centum miliaria nullius eſt, niſi occupantis. uide Bart. in d. tra. Tyberiadis.*

c Iuriſdictio. *Imperator habet iuriſdictionẽ generalem. Bal. i c. ad hoc. i iiij. co. de pac. iur. fir. & Bal. i l. ij. C. ĩ quib. ca. co. li. xj. ubi dicit ꝙ habet dominiũ generale & uniuerſale ĩ oĩbus rebus, ſed nõ particulare. Vide Bar. i extraua. ad reprimẽ. uerſi. totius urbis. et Alex. cõſ. lx.*

*xvj.ij.parte.et Abb. in c.uenerabilem. de electionib.*

ſi maris.ff. de iniuriis. *Item ſi impe 19
rator donat mihi ciuitatem,uidetur
donare & omnes pertinētias, de q-
bus loquitur Inn.in c.cum ad ſedē.
extrà de reſti.ſpo.& tā in mari quàm
in terra:quia mare ſicut terra diſtin
guitur.ut not.in d.c. ubi periculum.
& l.j.C.de claſsi.lib.xi.& l.de preca
rio.ff.ad l.Rho.de iac.& ita not.Bal.
in l.beneficium.in ij.col.in pri.ff.de
conſti.prin. *Sed quid ſi inter duas 20
ciuitates punctualiter æquè diſtātes
eſſet delictum commiſſum in mari?
dic,tunc dicetur eſſe commiſſum in
confinio,quod eſt cōmune utriuſq;
ciuitatis.l.arbor.in prin.& §.de ue-
ſtibulo.ff.communi diui. Et ideo pa
riter ad utranque ſpectat cognitio
criminis, & contractus,ſicuti quādo
punctualiter in cōfinio plurium ciui
tatum in terra delinquitur uel con-
trahitur.ſecundum Ang.in d.l.ſane
ſi maris. *Sed quid ſi in eadē parti- 21
cula maris plures habitent uel perti-
nent?tunc quilibet poterit recogno
ſcere, & erit locus præuentioni.l.ſi
quis poſtea. ff.de iudi.& præueniſſe
intelligitur quātum ad imperium il
le, qui delinquentem capit in mari.
Nam per perſonalem capturam in-
telligitur iuriſdictio eſſe conuenta.
ſecundū Io.And.in c.j.de ob.in no-
uella:quē ſequitur Ange.in d.l.ſane
ſi maris.in fi. * Sed ſi oritur cōtētio 22
de his quæ geſta ſunt in mari,uel ad
mare ſpectant, qualiter erit iudican
dum uel faciendum?dic quòd maris
conſuetudo ſeruanda eſt,ut eſt text.
no.in aut.de uſu.nauti. §.fi.col.xj.&
hoc no.glo.quod intelligit quando
non repugnat iuris legibus.& ſic di-
cit debere intelligi l.de precario. &
quòd maris conſuetudo ſit ſeruan-
da, tenet Bald.in d.l.obſeruare. §.
antequam.per illum tex.ff.de offic.
proconſul.& hoc inducit in argumē
tum ad curſum brauii Venetorum,
cum fieri debeat per mare,ſicut uſi-
tatum eſt. & alii ſimiliter per mare
cum balliſtis ſolent ludere,alibi con
ſuetum eſt.Et uide apud Muranum
quæ eſt prope ciuitatem Venetiarū,
ubi fiunt pulchra uitrea. Vltimo
pro complemēto à patria maris ſub-
iicio aliquas quæſtiones: quæ licet
non tangant proprie ſeruitutis ma-
teriam:utiles tamen erūt pro ipſius
declaratione. * Et primo quæro 23
quid ſit mare. ſecundum Bart. in tra
ctatu de inſula,in princ.eſt collectio
multarum aquarum ſalſarū. proprie
enim mare ab amaritudine dicitur,
& oportet ut cū mari contineatur.
alias enim licet mare appelletur ma
re, tamen non eſt:ſed potius ſtagnū
uel lacus: & tunc non eſt iuris priua
ti uel publici,ut de flumine dicitur.
*Secundo quæro an reperiatur ſi 24
nes. dic quòd ſic.ut no.in c.ubi peri
culum.de elec.in vi.& not. Bal.in l.
ſi teſtamentū.C.de condi.& demō.
ſub ditione. * Tertio quæro quali- 25
ter deſignabitur mare. dic per terrā
propinquam,cui mare magis adhæ-
ret & ſub qua diſtingui conſueuit ſe
cundum Bal.in d.l.teſtamentū.alle.
in aut.ut omnes obe. iudi. §.primo.
*Quarto quæro an appellatione 26
territorii alicuius ciuitatis cōpræhē
datur etiam mare & diſtrictus per il
lam ciuitatē.& uidetur quòd ſic,ma
xime in fauorabilibus,ut not.in d.c.
ubi periculum. & ibi per dominum
Marcū & Doct.in §.porro. * Quin 27
to quæro an ciuitates maritimæ etiā
in mari habeant diſtrictus.dic quòd
ſic.ut not. Io.Mo.in d.c.ubi pericu-
lum. *Sexto quæro an exiſtens in 28
mari quod regitur per ciuitatem ma
ritimam, puta per Venetos, uel Ia-
nuenſes,dicatur eſſe extra diſtrictū.
dic quòd non,imò poteſt ius reddi,
ſicut Venetiis & Ianuæ.ut per Bald.
in l.j.C.de ſen.ex bre.reci. * Se- 29
ptim



ptimo & ultimo quæro, an mare ru
orū reperiatur.dic quod ſic. Tex.eſt
in l.& ſi non ſit. §.fin.ff.de au.& ar.
leg.Cætera circa materiam maris ui
de quæ ſcribit Bar.in tractatu de in-
ſula.& quæ dicam in tribus ſequen-
tibus titul.

## De littore maris. CAP. XXVII.

1 *Littus maris eſt, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit.*
2 *Littora ſub cuius imperio eſſe dicāt.*
3 *Littore maris quæ fieri licitum ſit.*
4 *Terra quæ eſt in mari, uel arena maris,cuius eſſe dicatur.*
5 *Fundum in alicuius ſi fluminis impetu lignamina uel uegetes, uel aliæ res proiectæ ſint,quid de illis fieri debeat.*

1 LITTVS *maris eſt, quatenus
hybernus fluctus maximus ex-
currit.l.littus.ff.de uerb.ſign.& inſt.
de re.di. §.flumina.ſicut mare natu-
rali iure commune eſt omnium.ita
& littora maris communia ſunt.l.j.
in fin.ff.de re.di.& inſti.eod. titulo.
§.j.& propter hoc nemo littus ma-
ris accedere prohibetur, dummodo
à uillis & monumentis & ædificiis
ſe abſtineat.l.nemo.ff.de re.di.& d.
2 §.primo. * Littora in quibus po-
pulus Rom.habet imperium,popu-
li Ro.eſſe dicuntur.l.littora.in prin.
ff.ne quid in loco public.quod intel
lige quo ad iuriſdictionem uel pro-
tectionem.ſed quo ad uſum,ſunt cō
munia, ut d. §.j.& ibi gloſſa in uer.
per hoc.& gloſſa in d.l. littora. quo
uero ad dominium ſeu ad proprie-
tatem,ſunt in bonis nullius, ut §.lit
torum.inſt.de re.di.& ita etiam uult
Bald.in rubric.ff. eod.tit.in iiij.col.
uerſi. ſed quid ſi ædificiū.ſicuti nul-
lius iuriſdictio eſt Cæſaris.& ſic iſta
tria ſunt diuerſa,proprietas,uſus, &
iuriſdictio, ſeu protectio.ut dicit Bal.
ſecundum Iac.de Ra.in l.quædam.
3 ff.de re.diui. *In littore maris li-
citum eſt caſam ponere, in qua pi-
ſcatores ſe recipiant.l.riparum. §.fi.
ff.de re di.& licitum eſt ædificare in
mari,ut fecerūt Veneti.ut dixit Bal-
dus in rubrica. de re. di.in iiij.colū.
& dixi in titu.præce.in prin & quod
quis in littore maris ædificauerit,
ipſius erit, ſed ſublato ædificio uel
collapſo,iure quaſi poſtliminii, re-
uertitur locus in priſtinam cauſam.
& ſi aliud in eodem loco ædificaue-
rit,eius fiet.l.intantum.in prin.ff.de
re.di.& l.quæ in littore.in princi.ff.
de acqui.re do.ſecus ſi pro parte tan
tum eſſet collapſum, uel ſi fundamē
ta in totum remāſiſſent,uel pro ma-
iori parte. ut ibi ſecundum Bald. &
quia dixi licitum eſſe in littore ædi-
ficare, intellige niſi uſus publicus
impediretur.l. in littore.ff. ne quid
in loco publ.Item intellige quando
ædificando nemo ſentit damnum.l.
ij. §.aduerſus.eodem titu.& intelli-
gitur quis ædificare,quando in litto
re pilas iactauerit. non autem requí
ritur rei perfectio.l.ergo. §.fin.ff.de
acqui.re.do.ut dixi in titu.pręc.uer.
ſed quæritur enim in mari. Item li-
citum eſt in littore maris retia de-
ſiccare, & ex mari ad littus deduce-
re.l.riparum.in princi.ff.de re.di.&
inſti.eod.tit. §.littorum. Item lapil-
li & gemmæ cæteraq; in littore in-
uēta iure naturali ſtatim noſtra ſunt.
4 *Item quid de terra,quę eſt in ma
ri, uel arena maris? dic idem quod
dixi de mari uel littore.ut d. §.litto
rum.in fin.& ideo licitum eſt cuili-
bet accipere gemmam uel arenam
maris, & efficitur occupantis & ex-
portantis. ſecus eſt de lapidibus &
aliis quæ in littore ex cauſa naufra-
gii uel ex uehiculo alicuius cecide-
runt, quia non licet ea capere. imò
qui accipit animo ſibi acquirendi,
magis quàm fur eſt.ut l.j.& ij.ff.de
incen.ru.& nau.de qua materia ui-

 de in

de in l.eum.& aut.nauigia.C.de fur.
&Fede.de Sen. in conſi.cij.quod in
cipit,domine Franciſce. Idem eſſet
quando ex ui fluminis ligna uel ra-
tes uel aliæ res ad littus maris. uel
ad fundum alicuius peruenerint.&
ibi dicit eleganter, *quod ſi in fun- 5
dum alicuius proiecta ſunt lignami-
na uel uegetes, uel aliæ res ex impe
tu fluminis,ſi agro noceant, ſi domi
nus agri uult fas & licite facere, con
ſilium eſt,ut per iudicem fieri faciat
proclamationes in locis uicinis, ut
dominus res illas tollat intra certũ
terminum, alias illæ res pro dereli-
ctis habeantur & occupanti conce-
dantur: maxime ſi illæ res ſunt ui-
les.ex cauſa nanque quis compelli
poteſt agere: ut not.in l.v.C.ut ne-
mo inui.Hic autẽ ſubeſt cauſa, quia
illæ res nocent agris alienis.dicit ta
men quòd ſecurior uia eſſet, ut poſt
aliquod tempus poſt dictam procla
mationem uenderentur dictæ res,
& precium pauperibus erogaretur.
arg. cap.cum tu.extra de uſu.cum ſi.
quæ not.quia ſæpe cõtingit ubi ſunt
flumina rapida & torrentia.

## De portu. CAP. XXVIII.

1 *Portus, ſtatio, & angiportus quid pro*
*prie ſint.*
2 *Portus & flumina publica ſunt, licet*
*ciuitates Italiæ de conſuetudine ea ſi-*
*cut imperium, præſcripſerint.*
3 *Portus omnis in ſolo inſulæ eſt.*
4 *Portus maris hominum ingenio fabri*
*cati an omnium populorũ publici ſint,*
*an uero ædificantium.*
5 *Teſtamentum factum in portu ciuita*
*tis Soldani an dicatur factum in terris*
*Soldani.*
6 *Moles in mari proiectæ cauſa faciẽdi*
*uel muniendi portus, an iaci poſſunt.*

a Portus. *Portus eſt de regalibus principis. Bal. in c. j. in princi. quæ ſint rega.*

PORTVS *eſt [a] locus conclu- 1
ſus,quo importantur merces, at
que inde exportantur. ea quoq; ni-
hilominus ſtatio eſt concluſa atque
munita: inde angiportus.l. portus.
ff.de uſufru.Et dicitur locus conclu
ſus,id eſt,locus ubi lacus morantur
& ſtant ſecundum glo.ibi.Statio ue
ro dicitur à ſtando.& ideo ſtationis
uerbo is locus demonſtratur, ubicũ
que naues tutè ſtare poſſunt.ut l.j.
§. ſtationem.ff.ne quid in flu.pub.
Angiportus dicitur ſtrictus portus.
*Portus & flumina publica ſunt.l.ne 2
mo.in fi.ff.de re.di.& inſti. eod. §.j.
& ideo ius piſcandi cõmune eſt o-
mnibus in portu fluminibusq;.inſti.
de re.di. §.flumina. quo ad iuriſdi-
ctionem, portus ſunt Cæſaris, uel il
lius domini,uel ciuitatis,uel territo
rii,in quibus ſunt. ut c.j.in prin.in ti
tu.quę ſint regalia.in uſi.feu.& ideo
uectigalia ſeu redditus illius portus
prouenientes ex mercibus, ſunt de
regalibus,& dicũtur publica uectiga
lia: ut d.c.j.& l.inter publica. §.fin.
ff.de uerb. ſig.& propterea ſpectant
ad Cæſarem,ut d.ca.j. quod intelli-
go,niſi dominus ciuitatis uel terri-
torii illius loci,in quo eſt portus,ha
bet regalia: quia tunc ad eum ſpe-
ctant illa regalia.& quãdo Papa, uel
Imperator facit aliquem regẽ,quæ-
runtur ſibi omnia regalia quaſi ſpe-
cialiter cõceſſa,ſecundum Bal.in d.
cap.j. circa fin.& uide quæ ſtatim di
cã ĩ.uer. ſed quæro iuxta prædicta.
Hodie uero ciuitates Italiæ ſibi de
conſuetudine præſcripſerunt merũ
imperium. & ita portus & flumina
licet de iure communi ſint princi-
pis.ut d.cap.j.pro quo facit glo.ma-
gna in fin. §.iuſiurandum.in aut.de
defen.ciui.ſecundum Bar.in l.quo-
minus.in ij.col.in fin.ff.de flu.& di-
cam in titu.ſeq. *Et adde ꝙ omnes 3
portus in ſolo ſunt inſulæ.l. Cæſar.
ff.de pu.& ideo dicit ibi Bart.ſi quis
in portu inſulæ ciuitatis Piſanæ de-
phendatur,poteſt puniri in ciuitate,
ſub qua eſt inſula. Circa quod uide
quæ



4 quæ dixi in tit.de mari. *Sed quę-
ro iuxta prædicta, an portus maris
ingenio hominum fabricati ſint pu
blici omniũ populorũ,an uero ædifi
cantium. & uidetur ꝙ ſint publici:
per ea quæ s. dixi.In contrariũ ui de
tur ꝙ ſint ędificantiũ.l.in tantum.in
pri.ff.de re.di.Itẽ uidetur ꝙ ſint cõ-
munes, ſicut aqua eſt cõis.dic ſecũ-
dum Bal.in ru.ff.de re.di.in vj.col.
in pri.ꝙ ædificia ſunt ædificantium,
5 ſed portus ſunt publici. *Et ex his
inſurgit una pulchra dubitatio,an te
ſtamentũ factũ in portu cuiuſdam ci
uitatis Soldani, dicatur factũ in ter-
ris Soldani.Et Bal.ibi dicit, ꝙ tẽpo-
re ſuo hoc fuit reuocatum in dubiũ.
& dicatur ꝙ non, quia portus eſt pu
blicus,& ita Chriſtianorum,ſicut Sa
racenorũ. nã hoc eſt introductũ de
iuregentiũ.Cõſequẽtia autẽ infere-
batur ex prædictis.l.hoc legatum.de
leg.iij.ſed Bald.in l.iuſtitia ante fin.
principii.ff.de iuſti.& iu. dicebat ſe
cõſuluiſſe ſuper teſtamento cuiuſdã
facto in Barbaria duobus teſtibus,i-
pſum ualuiſſe:quia cum nõ appareat
quæ forma teſtãdi ibi ſeruetur,præ-
ſumitur ꝙ ſeruetur ius gen. tanquã
æquiſſimũ.ar.l. omnes populi.in fi.
ff.de iuſt.& iure. Idẽ uult Bar.in l.j.
C.quẽad.teſt.ape.qui ſimiliter dicit,
ꝙ de facto cõſultus fuit ſup quodã
teſtamẽto unius mercatoris de An-
cona, facto in terra Soldani Babylo
nię,& dixit ualere teſtamẽtũ factum
ſecundũ merũ ius gentiũ,quod præ
ſumitur ibi uigere,niſi cõtrariũ pro
betur,cum ſit tale ius gen.apud oẽs,
ſicut cõſuetudo in dubio præſumen
da.nã iſtud ius ge.eſt bonũ & æquũ,
ideo ſeruandũ.& potius ſeruare de-
bem⁹ ius ca.quam ciuile:quia iſtud
inhæret iuri. ſed ſub lege diuina ſũt
omnes populi & nationes, ſed ius
ciuile nõ uiget ubiq; locorũ.facit c.
quod ſup.extra de uoto.& adde quę
no.Bar.& Doc.in l.qui à latronibus.
in pri.ff.de teſt.& Ang. & Doc.in d.
l.ij.C.quẽad.teſt.ape.& Doct.in l.ſi
6 nõ ſpeciali.C.de teſta. *Reperiũtur
etiã moles in mari ꝓiectæ cauſa fa-
ciẽdi uel muniẽdi portũ,quas in ma
ri quis iacere poteſt, maxime ea de
cauſa.ut l.ij. §.aduerſa.ff. ne quid in
lo.pu.& ſi maritus haberet in dotem
ciuitatẽ uel territoriũ iuxta mare,&
iaceret moles in mari pro portu faci
endo uel muniẽdo,uel pro munien
dis muris ciuitatis uel caſtelli dota-
lis,diceretur impẽſa neceſſaria: ut l.
j. §. inter neceſſaria. ff.de impen.&
de iſtis molibus loquitur Virgilius
in primo Aene. dum de Carthagine
loquẽs dicit,Miratur molẽ Aeneas,
magalia quõdam. & ciuitas Neapo-
litana habet iſtam molem in mari,
quæ uulgariter el molo appellatur.
quam Alphonſus rex mirifice inſtau
rauit,intra quam eſt notabilis por-
tus ciuitatis Neapolitanæ.

## De naui. CAP. XXIX.

1 *Seruitus naui imponi nõ poteſt, ut cũ*
*in portu erit, ſemper merces deferre te*
*neatur.*
2 *Seruitus nauigandi, ſi locus perpetuus*
*in tuo fundo ſit, ut ad fundum meum*
*perueniatur, imponi poteſt.*
3 *Seruitus aquæductus cur ex lacu fieri*
*non poſſit.*
4 *Arbores ſi dominus cædere noluerit,*
*& nauta arboribus nauem ligare ue-*
*lit, quid iuris.*
5 *Nauigationis tẽpus eſſe dicitur à Ca-*
*lendis Aprilis uſq; ad Calendas Octob.*

1 SERVITVS *naui imponi
non poteſt:ut cum erit in portu,
ſemper teneatur deferre merces.
quia ſeruitus non poteſt imponi,
quæ de facili extinguitur, & ſic nec
naui ex quo de facili conſumitur &
modicum durat, licet ex nouis ta-
bulis conficiatur.ut not. Angelus in

 d.l.

d.l.foramē. Nec ob.quòd domo im
ponitur ſeruitus, & tamen aliquādo
ruit. quia illud raro contingit, ideo
nō cōſiderandum.l. nam ad ea.ff.de
legi.& ita uult gl.& Ang.in d.l. fora
me.in fi.& ex prædictis ſequitur ſer
uitutē iumentis imponi non poſſe,
nec hominibus,quia de facili mori-
untur,& perpetuā cauſam nō habet.
& ideo lex appellat operā ſeu mini-
ſteriū ſerui,non ſeruitutem. & intel
lige in prædictis ſeruitutem imponi
non poſſe iure propriæ ſeruitutis,
ſed bene poſſunt ualere iure obliga
tionis perſonalis,per no.in l.ut po-
mū.ff.de ſer.& l.pecoris.ff.de ſeru.
ru.præ.& l.Mela.§.fi.de ali.& ci.le.
*Seruitus autem nauigandi,ſi lo- 2
cus qui tuus in tuo fundo eſt,ut per
ueniatur ad fundum meum,imponi
poteſt.l.uia cōſtitui.§.ſi lacus.ff. de
ſer.ru.præ. *Sed quæ eſt ratio,ꝙ 3
ſeruitus aquæductus ex lacu fieri nō
poteſt,ut d.l.foramē.§.omnes.& ta
mē ſeruitus nauigii imponi poteſt,
ut ibi.Reſpōdeo ſecūdum Henricū:
quia quandoq; erit nauigiū,quādo-
que uero nō.aquæductus uero con-
tinue, uel hoc fauore nauigii. Vel
dic & tertio, quòd per nauigiū non
minuitur aqua,ſed per aqueductum
ſic.ita not.gl.in d.§.omnes.& d.l.
uia cōſtitui.§.ſi lacus.in uer.nauigā
di.licitū eſt nauigātibus naues ad ri
pas applicare,funesq; arboribus ibi
natis religare.l.riparum.in pri.ff.de
re.di.& inſt.e.§.riparum.e.ti. *Sed 4
quid ſi dominus uult incidere arbo
res,& nauta uult ligare nauem arbo
ribus?uide gloſſ.in dictis iuribus. &
Bal.in l.lapilli.in pe.col.i fi.ff.de re.
di.& quod dicā in tit.de ripa. Nauis
uſuf.legato,nauigatione uti poteſt.
licet naufragii periculū immineat.
nauis enim paratur ut nauigetur.l.
arboribus.§.nauis.ff.de uſuf.dūmo
do nauigetur tēpore nauigationis,
& nō alio.ff.de rei uen.l.non utiq;.
§.fi.& l.nauis.& C.de offi.rec.pro-
uin.l.ciuitas.*Et dicitur tēpus naui- 5
gationis eſſe à Calēdis Aprilis,uſq;
ad Calēdas Octob.ut l.quoties.in fi.
C.de nauf.li.xi.& not.gl.fi.in l.qui
petitorio.de rei uen.dicit tamē Bar.
in d.l.quoties.in fi.& in hoc ſtandū
eſſe conſuetudini, ſi facit illud, qđ
feciſſet diligens nauicularius,quan-
do illa lex nō ſeruatur in tempore,
quod eſt aptū maxime apud Vene-
tos,qui omni tēpore nauigāt. Red-
ditus nauigiorū ſunt de regalibus,
ſicut plauſtrorū.c.j.quæ ſint regalia.
& ibi no. Bal.hodie ſecus eſt in Ita-
lia,quia ciuitates de cōſuetudine ſi-
bi hoc præſcripſerūt, ut dixi in titu.
præce.uer.hodie ciuitates.& de pri-
uilegiis nauiculariorum,& quando
priuilegio uti liceat, uide l.ſemper.
§.nauigatores.cū glo.ma.ff.de iure
immuni.& Hoſt.in ſumma.in tit.de
peregri.& de materia nauigationis
& nauiculariorū,uide in toto tit.C.
de nauicula. & tit.ſe.de prædiis na-
ui.& in aliis ſe.uidelicet in ti.de na-
uibus nō excu.& de naufr.& de claſ-
ſi.lib.xi.& toto titu.ff.nau.cau.ſta.&
titul.ff.& C.de nau.fœn.& in aut.de
nau.uſu.coll.ix.& ff.ad l.Rho. de ia.
l.j.& ij.& l.ſcapham.ff.de euic. Bald.
in l.j.§.de exercitoribus. ff. nautæ
cau.ſtab.

## De lacu. CAP. XXX.

1 *Lacus eſt,qui perpetuā aquam habet.*
2 *Stagnum eſt, quod temporalem conti-
net aquam ibi ſtagnantem.*
3 *Lacu uel ex ſtagno aquæductus ſerui-
tus concedi non poteſt.*
4 *Seruitus aquæ tollendæ per totum ex
lacu,an imponi poſsit.*
5 *Interdictum de fonte,an lacu etiam lo
cum habet.*
6 *Lacuum ſeu ſtagnorum alluuione ſi u-
ni aliquid detrahatur, & alteri adda
tur,quid iuris.*





7 *Lacus fructus ſi à Peruſij cōmuni eme
rim,commune autem habebat ibi pro-
prias naues ad piſcādum,quarū etiam
uſum uolo,quid iuris.*

1 LACVS * eſt, qui perpetuam ha
bet aquam. l.j.§.lacus. ut in flu.
publ.na.li. & gl.in l. foramen.§.j.in
uer. lacus.ff.de ſer.ur.præ.dicit,La-
cus eſt,qui uiuam habet aquam,non
tamen inde exeuntem. alle.d.§.la-
cus appellatur.ſicut eſt lacus Gardę,
qui habet aquam exeuntē & facien-
tem initiū. & hoc atteſtatur Plinius
dicēs,Lacus eſt Italiæ, natus in agro
Veronenſi initium omne tranſmit-
2 tens. *Stagnum [a] eſt,quod tempo
ralem continet aquam ibi ſtagnan-
tem,quæ quidē plerunq; hyeme agi
tur.d.l.j.§.ſtagnum.& no.gloſ.in d.
l. foramē.§.j.in uer.lacu.& de utro
que habetur per gloſſ. in l.uicinus.
3 §.lacus.ff.de aquæ plu.arcen. *Ex
lacu uel ſtagno ſeruitus aquæductus
concedi non poteſt.d.l.foramen.§.
j. Et ibi ponitur ratio in tex.& gl.ſed
ſeruitus nauigij imponi poteſt. l.uia
conſtitui. §.ſi lacus.ff.de ſer.ru.prę.
& quæ ſit ratio differentiæ, ponitur
in gl.& dixi in ti.præce.uer.ſeruitus
4 autem nauigandi. *Sed an ſerui-
tus aquæ tollendæ per totum ex la-
cu imponi poſsit,uide tex.gl.& Do-
5 cto.in l.ij.ff.cōmunia præ. *Inter-
dictum de fonte habet locum etiam
in lacu. l.j. in prin.ff.de fonte.& di-
cam j.de fontibus.Lacus nec creſcit
nec decreſcit,licet quandoque aqua
creſcat uel decreſcat.l.uicinus.§.la-
cus.ff.de aqua plu.arc. & ideo lacus
& ſtagna licet interdum creſcat, in-
terdū decreſcat,ſuos terminos tamē
retinet. ideo in his ius alluuionis lo
cum non habet. l. lacus & ſtagna.in
prin.de acqui.re.do.& l.Rutilia Pol
6 la.ff.de contrahen.emp. *Sed circa
hoc conclude: Quidā lacus & ſtagna
priuata ſunt,tunc non eſt dubium ꝙ
per alluuionē neq; uni detrahit,ne-
que addit: ſed locus ille qui aqua la-
cus uel ſtagni inundatur, remanet
eius cuius primo fuerat. d.§.lacus.
& d.l.lacus.Quidam ſunt lacus & ſta
gna publica,& hoc duob.modis eſ-
ſe poteſt. quādoq; enim ſunt publi-
ca, id eſt reipub. ut ibi nullus piſcari
poſsit,niſi ille cui reſpub.commiſe-
rit, ut in lacu Peruſino:& tunc idē ſi
priuatus. l.ſed & Celſus.ff.de cōtra-
hen. emp.quandoq; ſunt publici, &
in uſu publico. quia per eū quilibet
tranſit, & in eo piſcatur quilibet ad
placitum: tūc addit & detrahit per al
luuionē ſicut flumina pub.ff.de uer.
ſig. & l.littus.ff.ut in flu.pu.na.li.l.j.
& ita no.Bar.in trac.Tyberia.in iiij.
col.uer.de lacu uero & ſtagno. & ui
de Bar.& Doc.in d.l.lacus.& d.l.Ru
7 tilia Polla. *Sed pone,emi à cōmu
ni Peruſij fructus lacus:cōmune au-
tem habebat ibi proprias naues ad
piſcandum, quarum uſum uolo:cō-
mune negat,quid iuris?dic ꝙ debeo
habere, quia redigor ad inſtar uſu-
fructuarij uel conductoris. ff.loca.l.
ſed ædes. §.illud facit.ff. de uſufr.l.
itē ſi fundi. §.ſi uiuarios.ſecūdū Bal.
in l.fundo.C.de uer.ſig.in lacu Peru
ſino.uide gl.in l.eo.ff.de fun.inſtru.

a Stagnum. *Stagnum publi
cum an poteſt
piſcari impune,
uide Specu. de
cauſa poſ. &
propric.in prin
ci.in viij. col.in
uer. octauū eſt,
ut liceat.*

## De fluminibus. CAP. XXXI.

1 *Flumen quid ſit, & de eius multiplici
differentia.*
2 *Torrens eſt quod hyeme currit.*
3 *Flumen a riuo in quo differat.*
4 *Fluminis publici cuius ſit uſus,ſi pro-
prietas eſſe dicatur.*
5 *Loco publico, ſicut ſunt flumina,&c.
ædificare non licet.*
6 *Fluminum publicorum uſus communis
eſt,ſicut uiarum publicarū & littorū.*
7 *Statutum ſi dixerit, quod gentes loci
teneatur ſequi uſq; ad alueum nouum
fluminis, an ultra alueum deſiccatum
gentes ſequi teneantur.*
8 *Fluminis caput eſt, unde aqua naſcit.*

9 *Flumen ſi in agrum meum lignamina duxerit, an mea efficiatur, remiſſiue.*
10 *Villæ alicuius uel caſtelli dominus ſi locauerit dictam uillam, uel territorium, uel terrena loca, an riuos aquarum, uel pontes, uel alia ſyluestria loca locaſſe uideatur.*
11 *Concedam ſi tibi caſtrum cũ toto territorio, an in ea conceſſione locus ſylueſtris, uel uſus ueniat.*
12 *Caſtro conceſſo munitiones quæ ad caſtri defenſionem exiſtunt, conceſſæ intelliguntur.*
13 *Flumina nunquid ueniant in conceſſione feudorum regalium, ſi forte uſq; ad tale flumen cõcedantur, uel de tali flumine uſq; ad tale.*
14 *Dictio ad, cuius naturæ ſit.*
15 *Flumen ſi nauigabile ſit, prætor concedere nequit aquæductum ex eo fieri.*

a Propriet. *Flumina dicuntur eſſe Imperatoris uniuerſaliter: ſed in dominio particulari ſunt locorũ uicinorũ. Bal. in l. pe. col. iij. C. de cond. inſer.*

FLVMINA* quædã ſunt perẽ- 1
nia, quedam torrentia. Perenne
eſt illud, quod ſemper fluit.* Tor- 2
rens eſt, quod in hyeme currit. ſi tamẽ aliqua æſtate aruit, qui alias per hyeme fluebat, nõ ideo minus perenne. l. j. §. item fluminum. ff. ne qd in flu. pub. facit l. j. §. duo ſunt genera. ff. de aqua quo. & æſti. Fluminum quædã ſunt publica, quędam non publica. Flumen eſt, ut Caſsius diffinit, qđ perenne ſit. d. l. j. §. fluminũ. Sed omnia pene flumina perẽnia ſunt. l. nemo. §. fi. ff. de re. di. Et dicitur perenne, propter ea flumina, quæ ad tẽpus fluũt, ut Rapo, Melocellon, & q̃ ſunt priuata. ut dicit gl. & eſt in §. flumina. inſt. de re. di. qui dicit, flumina omnia publica ſunt. debet intelligi de fluminib. perpetuis, ut eſt Padus & Rhenus ſecundum gl. ibi, priuata uero flumina ſunt, quæ manu extracta ſunt. l. j. §. ſi foſſa. ff. de flu. & no. gl. in d. l. nemo. §. j. & d. §. flumina. quę exemplificat de foſſatis in agris poſitis, quæ creſcũt & decreſcũt. Fluminũ quædã ſunt nauigabilia, quędã nõ. l. j. §. in fluminũ. cũ §. ſe. & l. quo minus. ff. de flum. & l. j. ff. ne quid in
lo. pu. *Flumen a riuo magnitudi- 3
ne diſcernendũ eſt. aut exiſtimatione circũcolentiũ: ut l. j. §. j. ff. de flu. quẽ text. no. ad probandum ꝙ ſit flumen. aut in cuius territorio ſit: quia recurrendum eſt ad æſtimationem ſeu opinionem circumcolentiũ, & propterea debent accipi teſtes fluminis: & etiam eſt faciendũ quãdo dubitatur de aliquo opere, de quo non extat memoria. ut per Mar. Sil. & Rapha. Ful. in l. ſi arbiter. in fin. in
uer. audiſſent. ff. de proba. *Dica- 4
mus primo de flumine publico, & primo cuius ſit proprietas [a] & uſufru. Et dic proprietatẽ eſſe Cæſaris: quia flumina ſunt de regalibus. c. j. q̃ ſint rega. & l. flum. in prin. ff. de dan. infect. & ibi Ang. tenet hoc. Sed hodie ciuitates Lombardiæ cũ ſibi de conſuetudine uel ex priuilegio pacis Conſtantiæ acquiſiuerint merũ imperium & regalia, ut dicit gl. not. in aut. de defen. ciui. §. iuſiurãdum. in gl. magna. in fi. & per Bal. in c. j. in prin. in fi. ij. col. in ti. de pace te. & late per Ang. de Are. in l. illud. la ij. de ap. licet Bal. in c. domino guerra. ante fi. in prin. in tit. hic finitur lex, incipit cõſue. re. aliter dixerit, & q̃ ſunt in Lõbardia, ſunt illius, in cuius territorio fluunt. & ita tenet Bart. in l. quominus. in ij. co. in fi. ff. de flu. qui plus dicit, ꝙ etiã ciuitates totius Italiæ præſcripſerunt ſibi merũ imperiũ, & flumina ſecũdum ciuitates Lõbardiæ. poteſt etiam iuuari titulo de pace Cõſtantiæ, & adde quæ dixi s. de portu. uerſi. hodie uero ciuitates Italiæ. & titulo de nauigio. circa fin. aliæ uero ciuitates extra Italiã quę ſi habẽt regalia, dicuntur habere proprietatẽ fluminũ quæ ſunt in earum territorio, & nõ aliæ. & hoc uult An
ge. in d. l. fluminum. in prin. *Et ex 5
prædi-



ctis ſequitur, ꝙ ſicut in loc. pu. regulariter non licet ædificare. l. j. & ij. ff. ne quid in lo. pu. ita nec licet in flu. pub. ædificare, niſi autoritate publica, puta principis uel ſenatuſcon. l. ij. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loc. pub. & l. ſi in pub. §. fi. & l. quod principis iuſſu. ff. de aqua plu. ar. uel autoritate populi, per cuius territoriũ diſcurrit, ſi ille populus habet regalia, ut populus Bonon. unde in flumine Rheni licite cõcedet poteſtatem ædificandi molendinũ priuato, dũ tamen ſine incõmodo cuiuſcũq; fiat. d. l. fluminum. in prin. & hoc no. Ang. & Doct. Idẽ ſi cõcedatur per l. municipalẽ, id eſt ſtatutũ d. populi. l. ij. in uer. j. ff. ne quid in loc. pu. & l. prohibere. §. plane. ibi no. lex mun. ff. quod ui aut clam. Idem ſi cõcedatur ꝑ adminiſtratores ciuitatis quæ habẽt regalia. d. §. plane. Et uide quę ibi not. Bart. ſed ſi populus aut ciuitas nõ haberet regalia, ſeu merũ imperiũ, nõ poſſet cõcedere ius ædificãdi in flu. pu. ex quo publica flumina ſunt de patrimonio Cæſaris. d. c. j. quæ ſint regalia. ſecũdũ Ang. in d. l. fluminũ. & dixi s. circa prin. & prędicta intellige in flu. pu. nauigabili: ſecus ſi eſt flumen nõ nauigabile. nã flumina pu. ſunt iuris communis, q̃ a de iure cõmuni in flu. pu. ſine cuiuſpiam iniuria abſq; alia impetratione ædificari poteſt, ſi nõ eſt nauigabile, nec ſpecialiter uetetur per principẽ uel ſenatũ, & ſimiles. l. quominus. ff. de flu. & uide quæ no. Bal. in rub. ff. de re. di. in v. col. cũ ſeq. ubi ponit an & quãdo quis poſsit in flu. pu. ædificare. & adde prædictis omnino quę plene dixi s. in ti. de ſer. ur. in q. x. cũ q. ſe. ubi plene examinaui an & quãdo loca puta uiæ & flumina poſsint uendi ſeu alienari: & quando ædificatur in flu. pub. an debeat caueri de dam. infec. uide in d. l. fluminum. in
6 prin. & ibi Doct. *Vſus autẽ fluminũ publicorũ cõmunis eſt, ſicuti uiarum publicarum, & littorũ. ut probatur in l. ij. §. j. ibi. loca enim publica utiq; priuatorũ uſib. deſeruiũt. ff. ne quid in loc. pu. Et iſta cõmunio hoc inducit, ut ius piſcandi [a] omnib. cõmune ſit, ut in fluminibus & portu. §. flumina. inſtit. de re. di. & ibi gl. & Doc. & Bal. in l. lapilli. ij. q. ff. eo. ti. & uide q̃ dixi s. de ſer. aquædu. in viij. q. princ. uer. & ex prædictis ſequitur deciſio multarũ q. circa fin. Item iſta cõmunio inducit, ut locus ſit præoccupationi. l. ij. §. j. ne quid in loc. pu. & per hoc patet deciſio, de duobus plauſtris inuicẽ ſibi obuiãtibus, quia deferendũ eſt ei, quod primo uiã intrauit, quia præoccupauit ſibi uſum & appropriauit. Sed ſi ſimul, erit gratificationi: & ſi uia eſt capax amborũ curruũ, inuicẽ ſibi cedere debẽt: ſecũdum Ang. & Doct. in l. fluminũ. & de dictis plauſtris ſibi obuiantib. uide gl. & Doct. in l. per agrũ. C. de ſer. & gl. in d. l. ij. §. j. §. ne qd in lo. pub. & idem dicas de duab. nauibus inuicẽ obuiãtibus, iam in flumine uel riuo, eadem ratione. Fluuius eſt ipſa aqua fluens, quæ eſt eadẽ, ſicut uinũ, licet de dolio in doliũ ſit mutatũ. ita dicit Bal. in ru. ff. de re. di. in xiij. col. in fi. uer. fluuius autẽ. allegat quod no. in l. ſi uſusfr. ciuitat. ff. qui. mo. uſufru. amit. & quęro quomodo agnoſcatur quãdo alueus ſit mutatus. dic quando deſinit eſſe prima forma, id eſt quando ſic excreuit, ꝙ aqua aliã fluit. l. adeo. §. ꝙ ſi in toto. ff. de acq. re. do. ſed nõ credo ſimpliciter eſſe uerum, ꝙ flumẽ ſit aqua fluens, imo cõſtat ex aqua & alueo. l. pe. & ibi gl. ff. de flu. & facit quod dixi s. de lacu
7 circa prin. *Sed pone ſtatutũ dicit, quòd gentes loci teneatur ſequi uſque ad alueũ nouũ fluminis, & an ultra alueũ deſiccatum teneatur ſequi

gent

a Ius piſcandi. *Flumine publico ut liceat piſcari & nauigari & ſimilia, uide Specula. de cauſa poſ. & propri. §. iii. uerſi. vj. & ſeq. uſq; ad fin. & ne quid in fin. publi.*

gentes: uide Guil.de Cu.in l.de qui
bus.ff.de legib.ubi etiam declarat,ſi
flumen mutauit alueū, an ius quod
primo habebatur ſuper eo remanet.
& de iſta mutatione aluei fluminis,
uide quæ pleniſsime ſcripſi ſ.in tit.
de ſer.xij.q.prin. *Caput fluminis 8
dicitur unde naſcitur aqua. text. eſt
in l.j.§.hæc interdicta.uer.caput.ff.
de aqua quo. & æſti.ut eſt tex.cū gl.
in l. ſeruitus aquæ. ff.de ſer.ru.præ.
& ita uult Bart. in tractatu de inſula.
in vij. col. qui dicit ꝙ caput flumi-
nis eſt, unde flumen origine cepit,
ut ſi ex fonte, ipſe fons ſit caput, &
ibi dicitur eſſe princ.ſeu initiū.in d.
uer.caput.& eodem modo pes,& fi-
nis fluminis dicitur locus,ubi termi
natur, ſcilicet mare, in quod intrat,
uel aliquod flume. ff.de flu.l.fi.ff.de
ſer.ru. præ.& habetur plenius p Bal.
in l.j.in xj.col.uer.& eſt notandū ꝙ
agri. ff.de re.di. flumina publica di-
cutur cōmunia, eo ꝙ omnibus ani-
mantibus permittitur his uti publi-
ce, ſicut communibus, & lauādo, &
bibendo,uel ſimilia faciendo.ut no.
gl. in l.lapilli.ff.de re.di.Itē aqua flu
minum publicorū eſt comunis [a], qa
conceditur occupanti, & animalib.
irrationalibus: ut no.gl.in d.l.lapil-
li. ff. de re.di. & propterea dicit ibi
Bal.ꝙ licitum eſt exportare aquā de
flumine,& exportantis efficitur,ni-
ſi propter hoc efficeretur omnino
deterior nauigatio. l. quominus. ff.
de flu. & ſimiliter ex aqua fit ſal,ſi ex
trahitur de flumine,uel mari,uel arę
na,& efficitur occupantis.quod no.
Nam flumina cenſitorū uice fungū-
tur, ut ex priuato in publicum addi-
cat,& ex publico in priuatum: & ſic,
uni dant & alteri.l.ergo. §.flu. ff.de
acqui.re.do. *Sed nunquid ſi flu- 9
mē ducit lignamina in agrum meū,
an efficiantur mea,uel quid iuris ſit?
uide quæ ſcripſi ſ. de littore maris

a Eſt cōmunis. *Fluminis publici aqua an poteſt impune duci ad fundum uicini, uide Spec. de cauſa poſſ. & propr. §. iiij. uer. aliud quoque. & j.*

in fi. & Bald.in rub.ff.de re.di. in xj.
col.in fi.uerſi.ſed & nunquid trabes
& ligna. & uide Doct. maxime Pau.
de Ca. in l.hoc amplius. §. de his.ff.
de dam.infect. *Si dominus alicu- 10
ius uillæ uel caſtelli, locauit dictam
uillam,uel caſtellum,uel territoriū,
uel terrena,nō uidetur locare flumi
na,uel riuos aquarū,nec pontes,nec
alia loca ſylueſtria ad culturam peni
tus inhabilia: niſi inquantū aqua eſt
expediens ad culturā, & de reſiduo
dictæ aquæ poterit uti dominus pro
collibus & prædijs ſuis. ut eſt caſus
menti tenendus.l.j. C.de manci. &
colo.li.xi.& ibi hoc no.Bar.ſingula-
riter. & idem tenet Ludo. de Ro.in
ſuo ſingula.lxiij.quod icipit.ſed no.
mirabilem caſum. qui plus dicit, * ſi 11
cōcedo tibi caſtrum cū toto territo-
rio,in ea conceſsione non uenit lo-
cus ſylueſtris,nec uſus,p d.l.j. Sed
aduerte ne decipiaris,quia ſi Lu.in-
tellexit uerbū,cōceſsione plenaria,
puta donatione,uel uēditione,ſicut
capitur in l.fi.ff.de dona.forte nō di
ceret uerum, qa eo ipſo ꝙ princeps
donat caſtrum cū territorio,donare
uidetur etiā loca ſylueſtria & flumi-
na,per c.j.cum ibi plene no.per Bal.
in tit.de capita.qui cu.uendidit. & p
ea quæ no.Bal.in c.j.§ ad hoc.in ti.
de pa.iura.fir.& c.j.§.ſi quis de man
ſo. in col.iij.tit.de controuer.inue-
ſti. *ubi dicitur ꝙ conceſſo caſtro, 12
intelliguntur conceſſæ & munitio-
nes,q ſunt ad defenſionem caſtri ibi
poſitæ perpetua patris ſui deſtinatio
ne,quauis non ſint infixæ ut machi-
næ,balliſtæ,& ſimilia.quod not.Sed
ſi intellexit uerbum Concedo, pro
locatione, uel emphyteoſi,ſicut lo-
quitur d.l.diceret uerum, & ita lo-
quitur Barto.ibi,& ita ſaluari poteſt
dictum Lud. quia uerbum Cōcedo,
generale eſt, & accipitur ſecundum
naturam contractus cui adiicitur. ut
not.



not. Archi.in c.j. in uerbo Cōcedat.
de uſuf.lib. vi.facit c.j.de iniu.eo.li.
In diuiſionibus regnorum ueniunt
& cedunt flumina ſecundum Archi.
xiiij. q.j.eccleſias. quē ſequitur Bal.
in c.j. §.ſi quis de manſo.in pen.co-
lum. ad fin.in titu.de controuer.in-
ue. & Albe.de Ro.in rub. C.fini.re-
13 gun. *Item nunquid flumina ue-
niant in conceſsione feudorum re-
galium,ſi forte concedantur uſq; ad
tale flumen, uel de tali flumine,uſq;
ad tale? & Arch.format iſtam q.in d.
c.eccleſia. qui dicit, quod per illam
dictionem de,& uſq;,utrūq; flumen
uenit, & unde incipit, & ubi fluit.
14 *De dictione ad,ſatis poteſt dici,ꝙ
ſit adiunctiua ſecundum eum,ut re-
fert & tenet Bald. in d. §. ſi quis de
manſo.pe.col.& Albe.in d.rub.C.fi.
regun.Si flumen eſt in confinio dua
rum ciuitatum uel territoriorum,in
dubio commune preſumitur eſſe,&
iuriſdictio cuilibet ciuitati compe-
tit, uel in ipſo flumine uſq; ad me-
dium fluminis, quia omnia ſunt in
confinio eorum,qui ab utraq; parte
poſsidet.l.arboribus.ff.comuni di.l.
ij. §. præterea.ff.de aqua plu.arcen.
& l.adeo. §.fi.ff.de acqui.re.do.Vn-
de circa ea quæ cōmittuntur in ipſo
flumine, quilibet habet iuriſdictio-
nem uſque ad medium fluminis. &
ita tenet Barto.in tractatu Tyberia-
dis.in x.col.uer.item uidendum eſt.
& idem no.Bal.in c.ex his.in pe.col.
ad fin.extra de probat.quod intelli-
ge niſi appareret cōtrariū:puta quia
alter dominorum,uel una tantū ci-
uitas totum flumen poſſediſſet,do-
minando ipſum. ut dixi ſ. de mari,
uer.ſed dubitari poteſt.uel niſi eſſet
flumen priuatum unius: quia tunc
idem iudicari deberet, ſicut de fun-
do priuato, ut ſtatim dicetur de flu-
15 mine priuato. *Si flumen eſt naui-
gabile,non poteſt prætor concede-
re ductum aquæ ex eo fieri,quia flu-
mē minus nauigabile efficiat. Ideq;
eſt & ſi propter hoc aliud flumē fiat
nauigabile. l. ſi plures. §.fi.ff.de dā.
infect. & ibi Doct.& l.quominus. &
ibi per gl.& Bar.plene.ff.de flu.Ne-
mo tamē poterit ædificare in flumi-
ne publico etiam non nauigabili,pu
ta faciendo cluſam molendini, im-
mittendo trabes uel cæmenta in ri-
pa uicini eo inuito:quoniam immit
tens habet ſolum uſum,uicinus au-
tem proprietatem & uſum: ergo eo
inuito uſufructuarius ædificare non
poteſt, quantumcunq; cōditionem
proprietarij meliorem faciat.l.uſuf.
nouum riuum.ff.de uſuf.& l.fi.ff.de
uſu & habi.& ita uult Ang.in l.flumi
num. in prin.ff.de dam.infe.& habe
tur per Bart.in d.l.quominus.& ad-
de q dixi ſ.in tit.de ſeruitute aquæ-
duct. in v.q. princip.& in j.lib.iij.q.
prin.& quæ no.Bal.in ru.ff.de re.di.

## De flumine priuato.

### CAP. XXXII.

1 *Flumina priuata quæ dicantur.*
2 *Foſsata an cauari debeant & mundari per colonum,uel dominum.*

1 DIXIMVS* de flumine publi-
co, nunc dicamus de priuato.
Priuata flumina ſunt quæ ad tempus
fluunt,ut Rapo,Meloncellon.l.j. §.
fluminū. ff.de flu.Item illa quæ ſunt
manu facta.l.j. §.ſi foſſa.ff.eodem ti
tulo. & ita no.glo. in l.nemo. §.j.ff.
de rerum diuiſione.ideo etiam dicū
tur flumina priuata, ut foſſata in a-
gris poſita, quæ creſcunt & decre-
ſcunt. in l. prima. §.ij.ff.de flumi.&
d. l. nemo. in fin. & not. gloſſ.in §.
flumina. inſtitu.de re.diui.& dixi ſ.
circa prin. & idem not. Bald.in l.la-
pilli.in ij.concluſione.ff.de re. diui.
qui dicit quod priuatum flumen eſt,
quatenus in ſuo ingreditur, & non
ſemper fluit, ut ſunt gurgites, &
quædam foſſata, quæ continuatio-
nem

nem non habent. Quæ enim cre-
ſcunt, publica ſunt. d.l.nemo. §.j.&
uide Bal.in d.l.lapilli.in ij.col.ad ſi.
Item flumen priuatum dicitur, quã-
do eſſet in dominio unius tantũ, pu
ta quia incipit ex fonte qui in agro
ſuo oritur, & diſcurrit per ſua præ-
dia uſque ad flumen publicum, uel
mare.arg.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſer.
uen. Item poteſt dici flumen priua-
tum, cum proprietas uel iuriſdictio
competit uni tantum domino, uel
ciuitati, tanquam eius: quia reſpectu
aliorum, eſt priuati iuris, illius do-
mini uel ciuitatis, in cuius territo-
rio eſt, uel qui in eo habet iuriſdi-
ctionem, & propterea per alluuio-
nem, hoc eſt per additionem uel de-
tractionem, quæ fit à flumine, nõ ad
ditur uel detrahitur iuriſdictioni, ſi-
cut dictum eſt de lacu.ff. de contra-
hen.empt.l. Rutilia Polla.& ff.de a-
qua plu.arc.l.uicinus. §.lacus.& ff.
de acquiren.re.do.l.lacus.& ita uult
Barto.in tracta. Tyberiadis.in x.co-
lum. uerſi. item uidendum eſt. Cu-
ius autem ſint iſta flumina priuata
& foſſata, uide ſ.in tit.de foſſatis ſi-
ue foſſ. *Et nunquid foſſata de- 2
beant cauari & mundari per colo-
num uel dominum, uide plene per
Barto.in l.pen. ff. de impẽ.in re.do.
fac.& Bar. in conſi.cclxv.quod inci-
pit, cõmune Lucignani locauit. Cęte
ra circa materiã fluuiorũ uide in to
to tit.ff. de flu. cũ duobus tit. ſeq. &
Bar.in l. quominus.ff.de flu.& trac.
Tyberia.& Bal. in ru.ff.de re.di.in l.
lapilli. §.riparũ.co.ti.de ſer.aquędu.

## De inſulis. CAP. XXXIII.

1 *Inſula tribus modis accipi poteſt.*
2 *Inſula aquis circũdata quotuplex ſit.*
3 *Inſula quot modis contingat.*
4 *Inſula quando eſſe dicatur.*
5 *Inſulæ maris, ſicuti Corſica & Sardinia, uel etiam fluminis, cuius ſint.*
6 *Inſula caſualis ſeu accidentalis qualis eſſe dicatur.*
7 *Inſula in medio fluminis nata, cuius eſſe dicatur.*
8 *Inſula portus cuius ſint.*
9 *Inſula uſus reſpectu cuius ſit.*
10 *Inſulæ dominium per comparationem quomodo acquiratur.*
11 *Inſulam quoad iuriſdictionem an quis occupare poſſit.*
12 *Inſulæ poſſeſſio qualiter acquiratur.*
13 *Inſulæ menſuratio qualiter fieri debeat, ut cuius ſit, cognoſcatur, & pro quanta eorum quantitate, qui prope ripam prædia poſſident.*
14 *Inſula quando deſinat eſſe inſula.*

a Incremen tũ. *Adde Bart. ff. de act. empt. & uiſli. de cõtrahẽ. empt. §. ſi poſt emptionem. & in l. Iulia. § ſi Titius.*

QVIA inſulæ in mari & flumi-
nib.ſunt, ideo poſtquam de ma
ri & fluminib.diximus, cõſequenter
etiam de inſulis dicamus. *Et in 1
primis ſciendum eſt, inſulam tribus
modis accipi poſſe: Vno modo pro
domo in mari poſita, quia in ſalo, id
eſt, in ſalſo poſita eſt, ſecundum Iſi-
do. & not.gl.in §.inſula.inſti.de re.
di.& gl.j.in d.l.ſi inſulam.de uerbo.
obli.& Bar.in tract.de inſu.pro qua-
libet domo.ut l.ij. §.ſi quis inſulam.
ff.de acqui.re.do.& l.iij. §.effractu-
ræ.in uer.inſul.de offi.præfe.urb.&
ita accipitur l.ita ſtipulatus.in princ.
ff. de uerb.obli.& de iſtis inſulis hic
tractare non conſtitui: quia iſtæ non
ſunt propriæ inſulæ, ut dicit gl.in d.
§. effracturæ. Tertio modo dicitur
inſula, locus undiq; circundatus a-
qua, ut in §.inſula. & ibi gl.hoc di-
cit.& l.adeo. §.inſula.ff.de acqui.re.
do.& no.Bar.in tractatu de inſula.in
prin.& iſta inſula dicitur incremen-
tũ [a], diſtinctũ ad differentiã alluuio
nis, quæ eſt latens incrementũ, ut
not.Ang.in l.ſi fundi. §.j.ff.de uſuf.
& de iſta tractabimus hic, quia eſt in
ſula proprie.ut not.gl.in d. §.effra-
cturæ. *Secundo ſciendũ eſt, quo 2
tuplex ſit iſta inſula aquis circunda-

ta,



tã. & in primis eſt duplex. Vna quæ
in mari naſcitur, quæ raro accidit.
Altera quæ in flumine nata eſt, quæ
frequenter contingit.l.adeo. §.inſu
la.ff.de acqui.re.do.& inſti.& de re.
di. §.inſula quæ.in prin.quæ decla-
ra ut per Bal. in trac.de inſula.quem
poſui ſuper d.l. adeo. §. inſula.Item
inſula quædã eſt naturalis, quæ ſem
per fuit, ut Corſica, Sardinia, Creta,
quæ dicitur Cãdia, & ſimiles.alia eſt
caſualis & accidentalis, quæ in flumi
ne ſæpe naſcitur, ſed in mari rariſsi-
me, ſecundum Bal.in rubri.de re.di.
in x.col.uerſi.nunc uideamus de al-
3 ueo. *Tertio eſt uidendum quot
modis inſula contingat.& dicas tri-
bus modis. Primo, cum circunda
tur ager, qui non erat alueus. Se-
cundo, cum alueum derelinquit ſic
cum, & incipit circunfluere. Ter-
tio, cum paulatim eminentem locũ
facit ſupra alueum.l.ergo. §. tribus.
ff.de acquiren.re.do.& no.Barto.in
tract. de inſula.in v.col.uer.in flumi
4 ne. *Quarto oportet intelligere,
quando dicatur eſſe inſula. & dic
quando eſt nata. ut d.l.adeo. §.inſu
la. & not. quod dixi, quando eſt na-
ta, ut dicunt illa iura, non quando
eſt naſcitura: quia per hoc apparet
quòd nõ inſpicimus inſulam, quan-
do incipit apparere: ſed tunc, cum
opi. circumcolentium incipit repu-
tari. ar.l.j. §.j.ff.de flu. quæ declara
ut per Bald.in tract.de inſula.v. col.
5 *Quinto inſpiciamus cuius ſit in-
ſula maris, uel fluminis.& primo de
inſula maris dic, naturales inſulæ, ut
Corſica, Sardinia [a], ſunt principis,
non in dominio patrimoniali, ſed
in dominio iuriſdictionali. l. inſulæ
Italiæ. ff.de iud. & no.in l.utilitatis.
§. uniuerſas.de offi.præſi. ſecũdum
Bal.in rub.ff.de re.di.& Bal.in c.j.in
titu. quæ ſint regalia.qui dicit quòd
inſulæ ſunt principis, quæ intellige
quo ad iuriſdictionem: ut dictum
6 eſt. *Caſualis uero ſiue accidenta
lis, quæ in mari naſcitur, quæ raro
accidit, in nullius bonis eſt reſpectu
proprietatis: ſed occupanti conce-
ditur. d.l. adeo. §. inſula. ſed reſpe-
ctu iuriſdictionis, eſt ſub iuriſdictio-
ne illi⁹, quod illud mare diſtinguit,
ut d.l.inſulæ Italiæ. & ibi no.& uide
ad hoc etiam Bald.in d.rub.in x.col.
ad finem. & pro hoc l.Cæſar.& quæ
ibi not.Barto. & Docto.ff.de pub.&
quę dixi ſ.de mari.uer.& ex hoc no.
ac ſingulariter tene menti.cum uer.
7 ſeq. *Inſula uero quæ in flumine
nata, ſi quidem mediam fluminis
partem tenet, communis ſit eorum,
qui ab utraque parte fluminis pro-
pe ripam prædia poſſident, pro mo-
do latitudinis cuiuſq; prædij: quòd
ſi alteri parti proximior ſit, eorum
eſt tantum, qui ab ea parte prope ri-
pam prædia poſſident: ſed ſi ab uno
latere proruperit flumen, & ab alte-
ra parte nouo riuo fluere cœperit,
deinde nouus iſte riuus in uete-
rem ſe conuerterit, ager qui à duo-
bus riuis comprehenſus, in formam
inſulæ redactus eſt, eius eſt ſcilicet,
cuius & fuit.text.in d.l. adeo. §. in-
ſula.& inſtitu.de re. diui. §.inſula.&
not.Barto.in tract.de inſula.in prin-
cip. & uide l. inſula. cum ibi not.ff.
de acqui.re.do.& quæ no. Ang.in l.
fluminũ. in prin.ff.de dam.infect.&
pdicta intellige de inſula nata in flu
mine, quæ ſolo cohæreat: ſed ſi ſu-
pra aquam ſtaret, ut quandoque ac-
cidit, publica eſſet.ff.de acquir.rer.
do.l. pen. §.j.& ita no.Bart.in tract.
de inſula.v.col. uerſi.in flumine. in
fi.illius uer.quæ not.quia ita uidi in
lacunis territorij Paduani, in qui-
bus ſunt certæ inſulæ, quæ non co-
herẽt ſolo, ſed aquę, & mouentur de
loco ad locum per dictas lacunas.
8 *Cuius autẽ ſunt portus inſulę, dic

eius

a Sardinia. *Sardinia eſt inſula ſubiecta eccleſiæ Rom.c. ſi diligenti. & ibi Doct. de præſc. ubi Abb. Sicul. lxiij. di. c. tibi domino. & c. ego Lud. xcvj. di. Cõſtatinus.*

eius inſulæ eſſe uidentur.l.Ceſar.ff.
de pu. & dixi ſ.de portu & mole ma
ris. *Sexto qa diximus cuius ſit in- 9
ſula reſpectu proprietatis & iuriſdi-
ctionis, nūc dicamus cuius ſit reſpe
ctu uſus:& dic ꝙ uſus inſulæ eſt pu-
bli.ff.de acqui.re.do.l.pe.§.j.qđ in-
tellige ſi inſula eſt ita, ꝙ tota poſsit
dici ripa, uel ripæ accedere propter
attractionem aquæ.ff.de flu.l.pe.ſed
ſi inſula eſſet magna,ita quòd in ea
eſſent prędia culta,tunc puto ſolum
ripas eſſe in uſu pub.non prędia,ea-
dem ratione qua cætera prædia. Itē
prædicta uera,niſi eſſent agri limita
ti. ut ff.de flu.l.j.§.ſi inſula.& ita te-
net Bart.in tractatu de inſula.ix.col.
uer.ſit eorū. *Septimo uideamus 10
quomodo acquiratur dominiū inſu
læ per occupationem: dic quādo eo
animo quis ingreditur inſulā,ut to-
tam occupet [a].nō tamen eſt neceſſe
quòd omnes glebas inſulę circūdet.
l.iij.in princ.ff.de acqui.poſſ.& not.
Bart. ꝙ ille dicitur occupare,qui ſic
incipit occupare,ꝙ poteſt obſerua-
re, & poſsidere, aliter dicitur occu-
paſſe. arg.l.in laqueum.ff. de acqui.
re. do.& ſi plures præoccupāt debel
lando, uictor qui ſtetit per tres dies
in poſſeſsione dicitur.arg.l.iij.§.cū
igitur. ff.de ui & ui ar.ille qui nō po
teſt tenere niſi capiat aliquem locū
principaliter, nō dicitur occupaſſe.
ar. d.l.in laqueū. & eſt argumētum,
ꝙ ſi unus teneret eccleſiā,alter cam
panile, quod eſt fortilicium,ille qui
eſt ingreſſus eccleſiam,unde de faci
li poſsit expelli, non dicitur adhuc
adeptus corporalem poſſeſsionem
beneficij:ſi tamen ille eſt ita incaſtel
latus, quòd euadere non poteſt,tūc
cum ipſe non dicatur tenere,ſed te-
neri, ut patet ex not. in l.j. §.pe.de
ui & ui ar.dicam ipſum poſſeſsione
priuatū, & ſic etiam in poſſeſsione
eſſe,& tamen non poſsidet.facit l.ſi

a Occupet. *Occupans rem per uim, an teneatur de periculo rei quæ erat eodē modo peritura penes dominum.gloſ. Barto.& Bal. in l ſi de poſſeſſiōe.C.unde ui.*

*Et occupans per uim etiam ſi cōfirmetur a ſuperiore poteſt conueniri.Bart. in l.iiij.C.unde ui.*

quis antea.ff.de acqui.poſſ.ſecundū
Bald.qui ita ſingulariter not.in rub.
ff. de re.diu.x.colum.quæ perpetuo
tene menti, quia facit ad plura.
*Quo autem ad iuriſdictionē,an 11
poſsit quis inſulam occupare, uidē
Bar.in tract. de inſula.ij.col.& Bald.
xv.colū.& quod dixi in tit. de mari.
uer. ſed quid ſi inſula maris eſſet in
mari alto. *Octauo etiā quæramus 12
qualiter poſſeſsio inſulę acquiratur,
dic ſi naſcatur inſula in medio flumi
nis,eſt communis iure dominij in-
ter eos,qui prope ripam prædia poſ
ſident: ut dixi in v.q.tamen non eſt
communis iure poſſeſsionis: quia
cum ſit ſeparata inſula,à primo fun-
do per poſſeſsionem primi fundi,il
la non uidetur poſsideri, niſi appræ
hendatur, & occupetur. l. adeo. §.
inſula.ibi, quòd ſi alteri propinqor.
ff. de acqui.re.do.& l.iij.in princ.cū
glo.in uerbo qualibet. ff. de acquir.
poſſ.Poteſt ergo,& debet appræhen
di poſſeſsio inſulæ. l.cum hæredes.
ff. de acquir. poſſ.& ita tenet Barto.
in tractatu de inſula, in viij.col.uer.
communis ſit eorum. & l. quomi-
nus. ibi aduerte tamen ad unum.ff.
de flu. ubi omnino uide. Et adde ꝙ
in dubio prædia ex utraq; parte pro
indiuiſo poſsident inſulam,& habet
dominiū certū. l. pro regione.ff. de
acqui.re.do.& no.gloſſ.in §.inſula.
in uerbo,ab utraq; parte.inſti.de re.
di. *Nono eſt neceſſarium etiā in- 13
telligere,qualiter fieri debeat men-
ſuratio inſulæ:ut cognoſcatur cuius
ſit, & pro quanta quantitate eorum,
qui prope ripam prædia poſsident.
Et dic hoc declarari per iuriſconſul-
tum in l.inter eos.ff.de acqui.re.do.
uidelicet ut quatenus eſt latitudo
prædij iuxta ripam, eatenus per dire
ctam lineam extendatur ſupra inſu-
lam. Si ergo finis agri iuxta ripā eſt
largus,licet poſtea prædium in ſe ar
ctetur,



ctetur,uel ecōtra ſolū latitudo,quæ
eſt iuxta ripam,attēditur:& ſecundū
illam debet duci linea recta .l. inter
eos.Sicut enim diuiditur alluuio in-
ter eos, q ab utraq; parte pdia poſsi-
dēt:ita illa pars inſulæ cedit prædijs,
quæ ſunt ab una parte, & debēt diui
di:& ita uult Bar.in trac. de inſula.x.
col.uer ſic.pro modo latitudinis cu-
iuſq;.cū uer.ſeq.Et ex hoc ultimo di
co no. quòd idem iuris eſt de inſula
nata in flumine, quod in alluuione,
quæ prodeſt ad multa.& iſta menſu-
ratio poteſt fieri accepta chordula,
ut no.glo.in d.§.inſula.& l.nō ſolū.
§.ſed ut probari.ff.de no. ope. nun.
Poteſt etiam fieri per peritos in arte,
& ruſticos:ut per glo.no.inſti. de re.
diui. §. præterea per alluuionem.l.j.
de uen.inſpi.& l. ſemel.C. de re mili.
Vbi habetur, ꝙ peritis in arte ſtan-
14 dum eſt. *Decimo & ultimo intel
ligamus, quando inſula deſinit eſſe
inſula.Dic quando aquis deſinit cir-
cundari:ut l.inſula.in fi.ff.de acquir.
re.do.& tenet Bar. in tractatu de in-
ſula. Cætera uide plene per Barto.in
tractatu de inſula. & l. quominus .ff.
de flu.& Bal.in rubrica.ff.de re.diui.
& quæ no.gloſſ.& Docto.in l. adeo.
§.inſula.& l.inter eos.& l inſula. de
acquire.re.do.& l.j.ff. de flumi. & in
ſti.de re.diui.§.inſula.

## De alueo. CAP. XXXIIII.

1 *Alueus proprie eſt fluminis uenter. & alia multa de alueo.*

2 *Alueus quomodo publici iuris eſſe intelligatur.*

3 *Flumen ſi alueum omnino dimittat, quid iuris.*

4 *Fluminis impetus ſi abſtulerit mihi ſimul & ſemel, uel ſucceſsiue totum agrū meum, nō applicando uicino,ſed ſibi ipſi flumini alueum,ſeu lectum fecerit, & poſtea in breue tempus uel longum alio impetu locum mutauerit, an ager meus mihi de æquitate reſtituatur,an uero ipſi uicini lucrari debeant.*

5 *Alueus ſi mutatus fuerit, an nouum flumen dicatur.*

6 *Alueus mutatus uel relictus quando dicatur.*

ALVEVS * proprie eſt uenter 1
fluminis:ut dicit Bart. ſecundū
Hug.in tract. de alueo. in princip.&
ſicut ſtomachus cōtinet uinū, ita al-
ueus ſupra ſe continet aquam: nunc
alueum lectum fluminis uulgariter
appellamus, quia ibi flumen cubat.
ut dicit Bal.in rub.ff.de re.di.xij.col.
in prin.uer.nunc ueniamus ad uiden
dum. in quibuſdam etiam locis cana
le fluminis. Alueus pluribus modis
dicitur.Primo naturalis. id eſt cōtine
tus.ff.de flumi.l.j.§.ripa. & ibi no.ꝙ
naturalis curſus æſtate diſcurrit po-
tius,quam in hyeme.l.j.§. is autē.ff.
ne quid in lo.pu.ſecundū Barto.in d.
trac.de alueo,circa prin.Itē dicitur al
ueus naturalis,id eſt antiqu⁹,ad diffe
rentia noui: & ita pōt accipi.l.adeo.
§.inſula.ff. de acqui.re.do.& §.inſu
la.inſti.de re.di.Itē dicitur alueus no
uus in dictis iuribus ad differentiam
ueteris. Vnde & ſi per multos annos
ſteterit,nou⁹ appellatur,donec alius
nouus ſuperuenerit.l.ex uſu. cū l. ſe.
ff.de tri.& ole.le.& per no. in l. cum
quid.ff.ſi cer.pet. alias dicitur nouus
inſolitus.l.rem non nouā.C. de iud.
Item dicitur alueus prior in compa-
ratione ſequentis.d.l. adeo. §.inſula.
probatur in l.j.§.priorem.ff.de aqua
quot.& ęſti.& ideo ſi flumē ſe celaſ-
ſet,alueus derelictus nō eſſet alueus
prior:& tunc haberet locum d.§.in-
ſula.ut probatur in d.l.j.§. hac æſta-
te.ut no.Bar.in d.trac.ij. colū.uerſic.
prior quidem. Item alueus dicitur
qui non eſt naturalis. & appellatur
inundatio ſecundū Barto. in d. tract.
de alueo,in prin.ij.colū.Item alueus
dici poteſt,qui nō eſt modo,ſed iam
fuit:per l.inſula. in fi.ff. de acquiren.
re.domi.& l.diuortio. in princi.ff.de

 neg.

neg.geſt.& idem Bar.dicit in d. trac.
in ij.col.q ſcribit hoc facere pro no-
tario,& teſtibus dicentibus: talis fi-
lius Titij,cum Titius eſſet mortuus:
quia ſubintelligitur quondam .de
quo per Bal.& Doct. in l.eius qui in
prouincia.in prin.ff.ſi cer.pet. & per
Ant.de But. & Doc. in c. ex parte B.
de fo.compe.Iſte alueus eſt iuris pu-
blici, quandiu flumini ſeruit, quia
eiuſdem iuris eſt, ſicut eſt flumen.l.
adeo.§.inſula.uer.nouꝰ aūt alueus.
præallegato. & inſti.eo. §. inſula. &
hoc tenet Bal.in.d.rub.x.col.in prin.
& Bart.in trac. de alueo.vij. col. ver.
cuius & ipſum flumen.qui dicit hoc
eſſe mirabile. nam regulariter quic-
quid ſuper imponitur, ſolo cedit:
hoc ſolum autem cedit aquæ quæ
ſuper imponitur:& eſt ſpeciale in flu
mine & mari,& cæteris aquis:& idē
uult Bald.in l.ſi plures.in iij. colū.in
fi.C.de condi.inſer. & dixi ſupra. in
tit.de aqua. *Quomodo autem in 22
telligatur alueum eſſe publici iuris?
dic ꝙ omnes gentes iſto iure utun-
tur, & talia loca ſunt publica, & in
dominio eiꝰ, qui ibi habet imperiū,
ſecundum Barto.d.vij.col. uerſi. pu-
blici iuris.Bal.in d.l.ſi plures.iij. col.
in prin. & dixi ſupra de mari. uerſic.
ſed dubitari poteſt, alueus fluminis
an dicatur eſſe communis nō ſolum.
Vbi omnino uide per Cy. in l. quæ-
dam.ff. de re.di. ubi hæc pleniſsime
& eleganter examinat.& aliquid per
Bal.in c.j. circa principium,quæ ſint
rega.& adde opt. text. in l.j. §. non
enim in flumine. q dicit in fi.impoſ-
ſibile eſſe ut alueus fluminis publici,
non ſit publicus.& hoc eſt utile ſci-
re,ut intelligamus an quilibet de al-
ueo fluminis poſsit arenam extrahe-
re,& exportare. *Sed quid ſi flu- 23
men alueum omnino dimittit? Dic
ꝙ alueus deſinit eſſe publici iuris,
etiam ſi dimittat cum impetu, & o-
nibus uidentibus,& eorum efficitur
qui iuxta alueum habent prędia ſua.
l.adeo. §.ſi toto.ff.de acquir.re. do.
inſti.eo.tit. §. inſula. & ita uult Bart.
in rub.de re.di.xij. col. *Sed pone 4
ꝙ impetus fluminis abſtulit mihi ſi-
mul & ſemel uel ſucceſsiue totū a-
grū meū, nō applicādo uicino, ſed
ſibi ipſi flumini fecit alueum ſeu le-
ctum:& poſtea in breue tempus, uel
longum alio impetu locum muta-
uit[a], nunquid ager meus mihi de æ-
quitate reſtituetur, an uero uicini lu
crabuntur? Quidam dicunt ꝙ mihi
debet reſtitui,per d. §.ꝙ ſi toto. alij
dicunt contrarium, ſi in totum perdi
di. Pro prima opi.facit l. Atticilinus.
ff.de ſer.ru.præ. & eſt caſus ſecūdum
unam lec.in l.ſi ager.cum l.ſe.ff. qui.
mod.uſuſfr.amit. nec eſt ſimile de al
luuione,quia ibi eſt iam ius:ſed in al
ueo nihil eſt quæſitum priuatum,
ſed ſolū, ut ita dixerim, militi.Cum
ergo flumen habeat quodammodo
iſtum alueum pro derelicto, æquum
eſt agrum reſtitutum ad ſuum domi
num reuerti,magis quàm ex lucrati-
ua cauſa circuncolentibus applicari:
arg.d.l.adeo. §.j. & hanc opin.tenet
Dy.ſecus ſi paulatim & uicino adij-
ciendo,quia tunc eſt alluuio:& ideo
nihil recupero de rigore, uel æqui-
tate, ꝙ alterius factum eſt: & ita te-
net Bal.in rub.ff.de re.di.xij.col.uer.
ſed pone ꝙ impetus. Vel pōt aliter
diſtingui ſecundū Bart.in trac.de al-
ueo.ij.colum.Aut flumē receſsit cum
impetu, & reſtituitur primo domi-
no.Et ita loquitur d.l.adeo. §. quod
ſi toto.& ibi gl.ij.& ibi ſo.Et eſt ra-
tio, quia magis uidetur eſſe inunda-
tio,quam alueus: ut dixi circa princ.
aut non receſsit cum impetu,& tunc
aut apparet forma primi agri, & do-
mino reſtituitur:ut in ij.ſol.glo.Ra-
tio eſt,quia nō deſinit, ex quo rema
net forma. Aut forma non apparet,
& tunc

a Locū mut. *An aluei mutatio tollat ius, uide Guil. de Cu.in l. de quibus.ff. de legi.*



& tunc aut de rigore loquimur, &
non reſtituitur primo domino, ſecū
dum Azo.in d. §. quòd ſi toto. Quæ
tamen Bartol. intelligit,niſi flumen
fecerit ibi alueum per x. annos inter
præſentes, & xx. inter abſentes. Si-
cut enim quilibet hoc tempore præ-
ſcripſiſſet, ita & flumen cum habeat
titulum de iuregent.l. in bello . §. ſi
quis ſeruum .ff. de capti . Item ſicut
recuperat fundum,ita & partem fun
di.facit l.quę de tota.ff.de rei uendi.
Contra iſtud tamen facit quod not.
Bald.c.j. §. ſi quis de manſo.vj.colū.
uer.ſed nunquid aqua.in tit. de con-
trouer. inueſti.ubi dicit, ꝙ aqua per
ſe fluens nō poteſt inducere præſcri
ptionem uel conſuetudinem, per l.
per fundum.ff.quemad.ſerui.amit.&
dixi ſuprà in tit. de aqua. in fi. & per
eandem rationem æquitatis uidetur
habere ius acquiſitionis aluei dimiſ-
ſi, uel eius qui adderetur per alluuio
nem. & dicit Bart. ꝙ iſta eſt mens d.
§. quòd ſi toto.ſi bene inſpiciatur.
5 * Quid autem ſi alueus eſt muta-
tus,an dicatur nouum flumen? Pone
enim quòd princeps conceſsit mihi,
ut poſsim in tali flumine colligere
pedagium, an potero alueo mutato?
Quidam dicunt ꝙ non: per gloſſ. in
§.inſula.uer.nam etiam.ff. de acqui.
re.do. In contrarium uidetur, quia
idem uidetur eſſe flumen.arg.l.filiæ.
§.fi.de condi.& demō.Si uno impe-
tu receſsit,dicitur nouū flumē:ſecus
ſi paulatim.ff. de aquæ quot. & æſti.
l. hoc iure . §. ſi aquæ.In ponte[a]au-
tem indiſtincte loco mutato alius
erit pons.ff. de eo quod cer. loco.l.
iij. §.item Iulianus. & l.fin.ff.de ſer.
ru. præd. Nam pons dicitur à pono
ponis,& ſtabilitate. Et ideò amoto
ponte à loco ſuo, nō idem pons eſt.
Ita uult notabiliter Bald. in rubri.ff.
de re.di.in ij. colum.in fin.uerſi. ſed
an mutato. Quibus adde quæ not.
Bartol.l.quominus.xvj.quæſti.ff. de
flu.& uide etiam text. & ibi Bartol.
in l. hoc iure. §. ſi aqua. ff. de aqua
6 quoti.& æſti. *Sed dubitari poſſet
circa prędicta ,, quando dicatur al-
ueus mutatus uel relictus . Bartol.
in tracta.de alueo,circa princi. uerſi.
relicto.dicit ꝙ requiritur quòd ſit in
totum & perfecte relictus & muta-
tus,quod conſtare poteſt in hyeme,
ſicut per contrarium alueū eſſe con-
ſtat in æſtate, quādo aqua eſt minor,
quaſi arguendo à minori: quia ſi ſic
in ęſtate de qua minus uidebatur,de
tinetur talis locꝰ flumine occupatꝰ,
ergo multo magis detinetur in hye-
me.ſed hoc argumen.non conclude
ret, in agro Veronenſi circa flumen
Atheſis , qui communiter in hyeme
eſt paruus,ſed in æſtate maximus,nō
propter pluuias , ſed propter lique-
factas niues in montibus , adeo in
eo totum contrarium eſſet inſpicien
dum,uidelicet inundatio aquarū ęſti
uarum. Item intelligitur alueus de-
relictus & mutatus , ſi aliquantulum
aqua fluat per alueum antiquum , ſi
tamen aqua eſt ita modica, ꝙ flumi-
nis nomen perdiderit, quod ex opi-
nione circuncolentium diſcernitur:
l.j. §.j.ff.de flu.ſi enim aqua inde cur
rens, non eſt flumen, ergo ille locus
fluminis, ꝙ alueus ſit relictꝰ ſine ſpe
reuertendi. Nam ſi ideo, quia aqua
ducitur ad molendinum , ceſſat ire
ad alueum,non per hoc efficitur pri-
uatus alueus, cum in poteſtate ſit du
centis eam aquam in alueum remit-
tere:& ſic ſufficit ꝙ poſsit ire per al-
ueum , licet non uadat.l.j. §. quoti-
diana.ff.de aqua quotid.& æſtiua.&
ideo ſi reperitur aliquod flumen,
quod aliquo tempore fluat,& ali-
quo non, ſicut dicit Bartol.ſe uidiſ-
ſe Curſiæ, ubi eſt flumē quoddā cu
ius nomen eſt Turpitudo, qui ſepte
annis fluit,& qui ſeptem occultatur,

a In ponte. *Ponte destructo in quo pedagiū exigi cōſueuit, non pōt exigi conſuetū pedagiū, nec etiam eo refecto alibi ſuperius uel inferius. ſecus ſi in eodem loco. Bald.in l. pen. in ij. col. C. de cōdi. inſer.uer. ite ſeruitus. & Bal. in l. ſi cum. C. de priuilegio fiſci.*

 & ſic

& ſic factum: & ꝙ poſsit eſſe, allego
tex. in l. unus ex ſocijs. §. ſi. cum l. ſe-
quen. ff. de ſerui. ruſti. prędi. Certe
illo tempore quo occultatur, non
dicitur alueus derelictus propter cō
ſuetudinem reuertendi: arg. l. natu-
ralem. §. in his autem. ff. de acquir.
re. do. Tertium requiritur, quod
flumen ueterem alueum reliquerit,
& per alium locum perfecte fluat. l.
adeo. §. quod ſi toto fluere cœperit.
eo. tit. quod uerbum eſt pręteriti ſub
iunctiui, ſignificans rem perfectam.
l. j. §. j. ff. quod quiſq; iur. & l. ſi quis
ſtipulatus ſit Stichū. in princ. de uer.
obli. & hoc ideo cōtingit, quia non
dimittitur alueus, niſi alius aſſuma-
tur. Sed ſi contingat ꝙ flumen occul
tetur, & per alium locum non flue-
ret, etiam alueus derelictus eorum
eſſet, qui prope prædia poſsiderent:
& idē ſi probaretur in iudicio ſolū,
ꝙ alueus eſt diuiſus, licet non pro-
betur ꝙ alio loco fluere cœperit:
nā tūc agens obtineret, quia ſufficit
primū ſi à primo incipias, ſcilicet ab
alueo relicto: ſed ſi inciperes a ſecun
do, ſcilicet ꝙ alio loco cœperit flue
re, tūc reqritur utrunq;, quia pōt eſſe
ꝙ per duo loca fluat, & in quolibet
retineat nomen fluminis: & ita con-
tingit in multis locis Atheſis, qui diſ
currit per territorium Veronenſe:
facit ad predicta l. quemadmo. & ibi
not. ff. de acquire. poſſeſ. & l. potuit.
C. de iure delibe. & Bartol. in tract.
de alueo. ij. colum. ubi idem uoluit.
uer. fluere cœperit. cętera circa iſtam
materiam, uide plene per Bartol. in
d. tracta. de alueo. & Bald. in rubrica
ff. de rer. diui. & text. in d. l. adeo. §.
inſula. & l. ergo. §. tribus. ff. de ac-
quiren. re. domi. & §. inſula. ff. de re.
diui. & l. j. §. ſimili modo. cum §. ſe.
ff. de fluminibus.

De alluuione[a]. CAP. XXXV.

1 *Alluuionis materia, remiſsiue.*

a De alluui. *Adde Spec. de loca. §. nūc aliqua. uerſiculo cxxxj. & uer. ſeq. & Flor. in l. item ſi fundi. §. huic uicin⁹. ff. de uſufr. & Salyc. in l. j. C. de iure emph. Et late per d. Iaſon. May. in xiiij. col. in fin. uer. ſed ut iſta mag⁹ clareat. ff. de leg.*

1 ALLVVIONIS* materia, quę
ampla eſt & ſubtilis, poſt al-
uei materiam, de qua proxime dixi-
mus, ſatis conueniret: quia ex alueo
paulatim relicto procedit. l. alueo.
§. præterea. ff. de acquirend. rer. do.
& inſti. de re. diui. §. pręterea per al-
luuionem. Verum quia ſubtiliter &
abunde declarata eſt, etiam per xxij.
quæſtiones per Bart. in ſuo eleganti
tractatu Tyberiadis. in prima parte,
quæ etiam de alluuione inſcribitur:
ideo ſuperuacuum eſſe putaui hic de
ea ſcribere, cum ſufficere uideatur
Bart. commemoraſſe, ad quem unuſ-
quiſq; recurrere poterit: & ad ea præ
ſcribit etiam Bal. in rub. ff. de re. diui.
viij. col. in princi. uer. nunc de rebus
ſingulorum. & l. nemo. eo. titu. & c.
j. §. ſi quis de manſo. & maxime in
iiij. col. uer. ſeq. in §. ſeq. qui incipit,
rurſus. in tit. de contro. inue. in uſi.
feud. & in dictis duobus §. ponitur
quando incremētum alluuionis in-
cipit in fundo feudali. Adde etiam l.
hoc amplius. §. de his. & quæ ibi no.
per Docto. ff. de dam. infect. uide l.
adeo. §. præterea. & l. ergo. §. allu-
uio. ff. de acqui. re. do. & §. pręterea.
inſti. de re. diui. & totum titulum C.
de alluuio. & Paul. de Caſt. in l. item
ſi fundum. §. ij. ff. de uſufru.

De ripa. CAP. XXXVI.

1 *Ripa eſt, quæ flumen continet natu-
ralem rigorem curſus ſui retinens.*
2 *Flume ſi inter duos montes diſcurrat,
an a culmine ipſorum montium ripæ
eſſe dicantur.*
3 *Ripæ mutari quando dicantur.*
4 *Ripæ cuius eſſe dicantur, ſi uia publi
ca eſſet in medio inter flumen & a-
grum uel domū: ſicut eſt Veronæ apud
pontem nauium, in contrata caudæ
longæ.*
5 *Statutum Paduanum loquens de co-
hærentium præſentatione, an locum
habeat, etiam ſi uia in medio exiſtat.*





6 *Ripa fluminis, unus de populo aliquod
nouum ædificium facere non poteſt,
inuito eo, prædiis cuius adhæret: & ſi
fecerit, ripæ dominus autoritate pro-
pria deſtruere poteſt.*
7 *Ripæ an cum fundo commēſurari de-
beant.*
8 *Foſsæ ſi in agris eſſent inter fundum,
cum ipſe fundus uenditur, an in men-
ſura ueniant.*
9 *Foſsæ, quæ inter fundū ſunt, qualiter
cum fundo menſurari debeat, an ſcili-
cet menſurari debeat ſuperficies, quæ
a latere foueæ exiſtit: an uero cū toto
agro, ſicuti ſi plane foſsæ eſſent.*
10 *Ripa prædij uerſus flumen ſi natura-
liter ſe extendat, quid iuris.*
11 *Banna malorum in flumine commiſ-
ſorum ſi alicui conceſſa fuerint, non ue
nient bana in fluminis ripa commiſſa.*
12 *Ripæ ſi propter aquarum inundatio-
nem eleuatæ eſſent, nunquid etiam de
primi poſsint.*
13 *Ripa qualiter munienda uel reficien-
da ſit.*
14 *Vadi autē materia, quo flumen trāſ-
itur, remiſsiue.*

1 RIPA * eſt quæ flumen conti-
net, naturalem rigorem curſus
ſui tenens, l. j. §. ripa. ea putatur eſſe,
quæ pleniſsimum flumen continet.
l. pe. eo. tit. & dicitur ripa, à rapio ra-
pis, eo quod uel ab una parte rapia-
tur, uel impediat, ne aqua prædia ra-
piat & deuaſtet. ut dicit Bal. in rubri.
ff. de re. diui. in xij. uerſic. de ripa ali-
quid dicamus. Cōfinia ripæ ſunt a lo
co, quo primū a plano uergere īnci-
2 pīt uſq; ad aquā. d. l. pe. in fi. *Sed qd
ſi flumen diſcurrat inter duos mon-
tes? uidetur ꝙ a culmine montis ſint
ripæ, ex quo uergit uſq; ad aquam.
Glo. in d. l. pe. tenet cōtrarium. quia
nō uergit per attractione aquę: & ſic
nō omnes pendiciæ montium dicun
tur ripæ, quando naturaliter uergūt
uſq; ad aquā: & ita tenet etiā Bart. in
trac. Tyberiadis. in iiij. col. ſed ſi per
attractionē aquę uergeret, quatenus
uergeret uſq; ad aquā, eſſet ripa: ſed
ſi nihil uergit per attractionē aquæ,
quia ſaxū eſt uſq; ad aquā, tunc ripæ
erunt uſq; ad locū quo pleniſsimum
flumen excurrit. Ita uult glo. in d. l.
pe. per illum text. & per l. litus. ff. de
3 uerbo. ſigni. *Quando autem di-
cantur ripæ mutari. dic ſi flumen na-
turaliter creuit, ut perpetuum incre
mentū nactū ſit, uel alio flumine ad-
mixto, uel aliqua alia ratione, dicen-
dum eſt proculdubio ripas mutaſſe,
quēadmodo ſi alueo mutato aliā cœ
perit currere: ſed quādo uel pluuiis,
uel hymbribus, uel mari, uel quauis
ratione ad tēpus excreuit, ripas non
mutat. nemo deniq; dixerit Nilū qui
incremēto Aegyptū cooperit, ripas
ſuas mutare uel ampliare: nā cum ad
perpetuam ſui menſuram redierit, ri
pæ aluei eius muniendæ ſunt. in l. j.
§. ripa. ff. de flumi. & adde quæ di-
cam infra. Itē dubitari conuenienter
poteſt, cuius ſint ripæ fluminum. dic
reſpectu proprietatis ſunt illorum,
quorum prædiis adhæret. l. riparum
in prin. ff. de re. di. & §. riparū. inſti.
eo. titu. & ideo arbores ibi natæ eo-
rundē ſunt: ut ibi dicitur. & no. Bart.
4 in l. quominus. vij. q. de flu. *Sed
quid ſi uia publica eſſet in medio[a],
inter flumen & agrum, uel domū, ſi-
cut eſt Veronæ apud potēm nauium
in contrata caudæ logæ? Reſponde
idem, ut ripæ ſint eorundem. ar. l. ma
ritus. ff. de acqui. re. do. & ita uult gl.
in d. §. riparum. in uerſi. adhærent. &
Barto. in d. l. quominus. in vij. quæſt.
5 *quod facit ad ſtatutum Paduanum,
loquēs de præſentatione cohæren-
tium, ut locū habeat etiā ſi uia ſit in
medio. de aqua dic ut dixi ſuprà, de
ſer. uiæ. x. quę. & eadem ratione dicit
Bartol. in trac. Tyberiadis. in iij. col.
Idem eſſet de foſsis, quæ ſunt inter

a In medio. *Ripa cedit fundo. l. riparū. ff. de re. di. Inſtit. eo. tit. §. riparū. ubi glo. dicit uerū, etiā ſi uia eſt media. & Bartol. in in l. quominus. viu. q. ff. de flumi.*

uiam & fundum:illæ enim foſſæ ſunt
eorum quorũ prædiis adhærent: per
d.l.maritus.& gloſ. §. riparum.ad fi.
j.colum. ſed uidetur ꝙ iſta proprie-
tas ſit inutilis, cum riparũ uſus ſit pu
blicus,ut ſtatim dicam.ſicut dicimus
ſi quis perpetuum uſumf.in aliqua re
habeat,proprietas eſt inutilis.l.iij. §.
ne tales.ff.de uſu.ſolue. hic loquitur
de certo uſu,ſcilicet ponendi retia &
ſiccãdi & applicãdi : tamẽ ſi ibi ſunt
arbores fructiferæ,proprietas nõ eſt
inutilis,quia ſunt ſuæ : & ſic fructus
ſimpliciter erunt ſui. ut dicit Cy. &
Bald.ſecundum Iaco.de Are.in d.l.ri
parum.in fi. *Et ex prædictis ſequi 6
tur,ꝙ unus de populo non poteſt in
ripa fluminis aliquod nouum ædifi-
cium facere,inuito eo, cuius prædiis
adhęret:& ſi fecerit,poteſt dominus
ripæ propria autoritate deſtruere.
l.quæ ad. §.j.ff. ad l.Aquil. & ita not.
Bartol.in l. quominus. in vij.q.ff. de
flu.Item ex prędictis etiam ſequitur.
quando uenditur fundus , ueniunt
etiam ripæ & foſſæ ſeu foſſata,etiam
ſi uia ſit in mędio.uo.Barto.in tract.
Tyberiadis.in iij.col.l.riparum.ff.de
re.di. & plenius per eundem Bald. in
rubri.eiuſdem ti.xij.col.ubi omnino
uide. *Sed dubium eſt an ripæ cõ- 7
menſurari debeant cum fundo:puta
ſi uẽdidi fundum[a],& affirmaui eſſe
cẽntum iugerum. & uidetur ꝙ ſic:
quia ripæ & foſſæ ſunt uenditoris,
ut dixi , & cedunt in uenditionem.
ut l.idq;.ff.de pericu. & commo.rei
uen.& l.fundi.in princip.ff. de actio.
empti.& ita tenet Vber. de Bo. Ri-
car.& Cy.in addi.in d.l.riparum. ſed
Bartol.in trac.Tyberiadis.in iij. col.
aliter dicit. & pro prima parte affir-
matiua alleg.l. prædia. §. ita legatus.
cum ibi not .ff. de fund. inſtruc. In
contra.alle.l.littora.ff. de cõtrahen.
emptio. ubi dicitur,ꝙ littora & uiæ
publicæ non menſurantur cum re

uẽdita:& poſtea cõcludit,ꝙ ripæ nõ 8
debeant commenſurari , niſi dictum
ſit ſicut dicimus,in limitibus fundi,
qui coheret uiis publicis.l. id quod.
§.j.ff. de peri. & commo. rei uendi.
& aſsignat rationem, quia ripæ non
ueneunt , ſed magis accedunt rei
uenditæ: quod apparet : quia per ſe
uendi nõ poſſunt, cum riparum uſus
ſit publicus de iuregen. ut d.l. ripa-
rum. Nam proprietas ſola per ſe eſſet
inutilis:ut ſupra dixi:per ſe non cẽſe
tur & alteri ceditur. & hoc uult dice
re tex.in d.l.id quod. § j. & quod di
ctum eſt de ripis, idem dicẽdũ eſt de
foſsis, ut illæ non debeant menſura-
ri ſi ſunt extra fundũ : quia ſimiliter
eſt earum uſus publicus , ſicut uiarũ:
quia quilibet poteſt animalia ſua du
cere ibi ad bibendum de illo foſſato.
*Sed ſi eſſent foſſæ in agris inter 8
fundum tunc quia proprietas earum
& uſus eſt ipſius domini fundi, cum
fundus uenditur, uenit in menſura.
& ita tenet Bald.in d.l.riparum.& in
rubrica eiuſdem titu. in xij. colum.
*Sed dubitari poteſt, qualiter iſtæ 9
foſſæ quæ ſunt inter fundũ, menſure
tur[b] cũ fundo,ſcilicet an mẽſuretur
ſuperficies quæ eſt à latere foueæ,an
menſuretur cum toto agro , ſicut
foſſæ planæ eſſent . Bartol. format
iſtam quæſt.in d.trac.Tyberiadis. in
iiij.colũ.uerſic. ſed dubitatur. & dic
ꝙ ager dicitur ab agendo, ſecũdum
Vgo.& ſic ab actu,quia per eum poſ
ſunt boues & alia animalia duci,quę
etiam important nomen actus: ſi igi
tur fouea eſſet ita ampla, & eius la-
tera ita lata, ut laborentur uel labo-
rari poſſent cum bobus, tunc etiam
eſſent menſurandæ.ſi uero ut accidit
ſæpe,ripæ fouearum ſunt ita, ut per
eas iri & agi non poſsit, tunc foueæ
non menſurantur cum fundo, ſicuti
ſi planæ eſſent : & ita obſeruantur.
Item dico de ripis quæ in fundo eſ-
ſent,

a Fundum. Adde Bar.in l. Iulia. §. ſi Titiꝰ.de ac. emp. Et Bal.in l. ſicut periculũ.in fi.C.de action. emp.per gl.no. in l.qui libertatis. §.fin.ff.de euic.

b Meſuretur. Adde Bar.in l. littora.ff. de cõtrahẽ.emp.per l.prædia. §.ita legatum. et ibi Bart.ff.de fun. inſtru.& Bal. in l.pe.de ĩpen. in rea. do.fa. per Bal. in rubri. C.eod.tit. q.Sed qualiter menſuretur,uide Bar.ĩ tract. Tybe.ij. charta.uer.ſed dubitatur qualiter illæ foueæ.



ſent,ut ſiquidem cum bobus earum
ſuperficies uenit menſuranda : ſecus
ſi eſſent ita erectæ, ut coli non poſ-
ſint:tunc enim nõ menſuraretur ſo-
lum , quod ripa continet, ſicut ſi in
fundo murus eſſet,eadem ratione. &
prædicta uera ſunt, niſi aliter actum
ſit expreſſe uel tacite .l. id quod . §.
j.de pericu. & commo. rei uendi. Et
tacite dicitur actum ut ad menſuram
uendatur aliquod prædium montuo
ſum, ſaxoſum, uel ripoſum . licet e-
nim hoc proprie ager non dicatur,
quia per eum agi non poteſt, tamen
menſuratur : ſic enim actum uide-
tur. De concauitate uero ſulcorum
qui fiunt cauſa culturæ uel aquæ de-
riuandæ cauſa, menſura non eſt ha-
benda. l.j. §. de eo opere.ff. de aqua
pluuia arcen. quia culturæ cauſa fa-
ctum dicitur,ut ibi. Foueæ uero a-
gris ad perpetuam rei utilitatem fie-
ri dicuntur .l. impenſa .ff. de impen.
& quia dixi prædium ripoſum , uel
montuoſum eſſe menſurandũ, intel
ligendũ ſi eſſent ripæ fluminũ quæ à
plano incipiunt uergere uſq; ad ri-
pam per attractionem aquæ: ſed ſi
inter duos montes fluit flumen,pen
dicię montiũ non ſunt ripę, quando
naturaliter uergunt ad aquam.l. pe.
& ibi gloſſ.ff.de flumi. & dixi ſuprà
circa princip.& adde quæ not. Bald.
in rubri.de re. di. *Item etiam du-
10 bitari poteſt extra prædicta, quid ſi
ripa prædii uerſus flumen naturali-
ter ſe extendit,quia forte ibi erat la-
picidina creſcens, de qua dicitur in
l.diuortio. §.ſi uir in fundo.ff.ſolu.
matri.& text.in l.fina. in princip.ff.
de fundo do. & euidenter uidetur 11
apud montem Piſcinum in lapici-
dinis marmoreis, uel forte terræmo-
tu in flumine ubi ripa erepta cor-
ruit,& ipſa iuncta prędio remanens,
fluminis alueum per eum locum ceſ-
ſare fecit . Bartol. in tract. de allu.

viij. colum. uerſi. ſed quæro quid ſi
ripa. dicit totũ locum domino præ-
dij accedere,ſicut per alluuione.om-
nes enim iſtę acceſsiones quæ diuina
natura operante obueniunt nullo fa
cto humano interueniente,eiuſdem
naturæ ſunt.l.item ſi fundi. §.j.ff. de
uſufru. Et hoc uidetur ſentire Azo
in ſumma inſti. de rerum diuiſione.
Siue enim flumen prædio meo ad-
dat,& propter hoc ab eo recedat ſim
pliciter, nihil addendo nobis accre
ſcit.l.maritus.ff. de acquir. re. domi.
Iſtud autem incrementum quando
ripa naturaliter excreſcente contin-
git, poteſt dici alluuio, quia latens
incrementum eſt. Quando uero rui-
na , uel terræmotu accidit , poteſt
dici incrementum aluei recedentis,
quia cum repentinè fiat,non eſt al-
luuio.l.adeo. §.j. de acqui. re. domi.
& §.præterea per alluuionem. inſti.
de rerum diui. Sed cõtra prædicta
poſſet opponi, appendices ſequun-
tur naturam ſui proprij & naturalis
ſubiecti : ergo ſi flumina ſunt pu-
blica, ripæ fluminum quæ ſunt ap-
pendices,ſimiliter debent eſſe publi
cæ, & non ſingularum perſonarum
quarum prædijs adhęrent.l.riparum.
ff.de rerũ diuiſio. Sed dic ꝙ diuerſa
eſt ratio in ripa quam ſit in ipſo flu-
mine : nam ripæ hominum cultura
& cura recipiunt incrementum: flu-
mina in ſeipſis fluunt:& riparum in-
commoda pertinent ad uicinos , ſi
modo ripæ latiores fiant : ergo ſe-
cundum naturam eſt,ut commoda
& incommoda ſequantur eoſdem .l.
ſecundum naturam.ff.de rerum diui.
*Item non intereſt reipu. ꝙ ripæ
ſint publicæ. & ex his ſequitur,ꝙ ſi
conceſſa ſunt mihi banna malorum
in flumine commiſſorum,non ueni-
ent banna commiſſa in ripa flumi-
nis.l.j. §. in flu.ff. de flu. ſecundum
Bald.in rubri.ff. de re. di. colum.vj.
 uerſi.

uerſic.ſed dubitatur. riparũ aũt uſus publicus eſt iuregentiũ, ſicut ipſius fluminis.l. riparũ.ff.de re.diui.inſtit. & §.riparũ.eo.ti. & propterea naues ad eas ligare, & funes ponere, retia ex flumine deducere, & in ripis ſiccare cuilibet licet: & ſic per ipſum flumẽ nauigare,ut in dictis iuribus dicitur.& dixi etiam ſuprà, de litore maris.not.Bald.in l. quominus. in vij.q. ff.de flu. Ex hoc ſequuntur plures concluſiones. Prima eſt, quòd licet proprietas riparum ſit ipſorum quorum prædiis adhærent, tamen non poſſunt facere de ripis quicquid uolunt, ſicut alii domini in re ſua. l. in re mandata .C. man. quia uſus eſt publicus.& ideo deteriorare non poſſunt,arg.l.penul. & fin.ff. de uſu & habita. Secunda concluſio, ꝙ ſi ripa fluminis quæ adhęret prædio tuo ita eſt naturaliter ordinata,quòd aquã ad me pellit, & poſſum ad meũ molendinum aquam ducere ſine aliqua clauſura: tu formas dictæ ripæ uis mutare, ita ut per hoc aqua ad me non ueniat: non potes, ex quo uſus eſt communis. ut not. Bartol.in l. quominus. in ix.q. Tertia concluſio,quòd licet ripæ proprietas ſit eius cuius prædio adhæret, & propterea poſsit in ripa molendinum conſtruere, aut tigna uel trabes immittere, tamen ſi propter hoc uſus publicus nauigantium impediretur, diuertendo aquam uel alio modo, non poſſet. ut not. Bald. in rubri.ff. de re.diui.colum.vj. uerſi. ex his appa. Quarta concluſio eſt,quòd dominus ripæ non poteſt in ea aliquid facere, propter quæ impediatur iter pedeſtre nauigationis, quod eſt iuxta aquam,quo itur cum funibus trahendo nauẽ, quod reſtoria dicitur, uel piarda uulgariter, uel de eo, per quod deſcenditur,uel itur ad aquam ſiue naues,ut eſt text. cum glo. in l.j. §.ſi pedeſtre iter.ff.de flu. Quinta concluſio, quòd habens proprietatem ripæ, non poteſt in ea aliquid conſtituere propter quod uſus piſcationis impediatur:forte ſi ibi erat ſolitum piſcari uel ſiccari retia: arg. eorum quæ habentur in d.l.riparum. & d. §. riparum.cum ſe.cum gloſſ.& ita uult Bald.in rubric.ff.de rer. diui. vj.colum.qui dicit quòd hoc intelligitur eſſe uerum, ſi ibi publice piſcatur, & utile & conſuetum eſt piſcari.Non enim ſi uni ſingulari prodeſt, cenſendum eſt publicum commodum uel incommodum: & ideo aptitudo littoris eſt conſideranda. Aptitudo enim facit aptum, & ab aptitudine ſumit formam denominationis qualitas rerum, aptitudine deficiente forma rei uidetur mutata.l. quid tamen. §.agri.ff.quib. mo. uſuſf.amit. Sexta concluſio,quòd uicini quorum prædiis ripæ adhærent, etiam ſi uia pub. eſt in medio, non poſſunt.ibi ripas claudere, & ibi hortulos facere, ſi incommodatur uſus publicus dictarum riparum. Septima concluſio, quòd uicinus non poteſt concluſam uel reſtim in ripa mea infigere uel appogare.ut not. Bartol. in l. quominus. in vij.& x.quæſt.ff.de flu.& Bald. in l.lapilli.in penul. colum. in fin.ff. de rerum diui. Octaua concluſio, ꝙ ille qui habet in utraq; ripa fluminis publici domum, non poteſt pontem priuati iuris facere.l. fina.ff. de flu.& adde quæ dixi ſuprà, de ſerui. xij.q. Nona concluſio, quòd quis non poteſt ligare nauem ſuam cum catena in ripa alterius, ſi impedimento eſt: licet cum fune ligare poſsit: ut per glo.in §.littorum. inſti.de re. di. ſecundum Bal.in d.l.lapilli.penul. col.in fi. quæ no.qa ſi habes molendinũ,non potes ipſum ligare cũ catena quæ trahatur per uiã pub.ita ut impediatur



pediatur aditus publicus,niſi cõſuetudo loci ſeruaret cõtrariũ.ar.l. an in totum.C.de ędi.pri.cum ſimi. Decima concluſio,quod flumen quod eſt principale, non trahit ad ſe ripam,niſi quo ad uſum neceſſarium fluminis: non autem quo ad uſum extraneum.l.riparum.ff.de rerum diuiſio. & not.Barto.in rubrica.eodem titu.
12 vj.colum.in fine. *Sed ſi ripæ ſint
eleuatæ propter inundatione aquarum,an poſsint etiam deprimi? uide quæ dixi ſuprà de ſer.aquæduc.iiij.q. principali, in fin.& viij.q.principali. uerſi.quæro nunc de alia q. ordinaria.in uer.circa ſecundum.in fi. Quę autem poſsint fieri uel non fieri in ripis per dominos uel alios:uide plene per Bar.in d.l.quominus.& Bal.in d.
13 l.lapilli.pe.col. *Vltimo de materia
interdicti de ripa munienda uel reficienda: uide in l. unica. ff. de ripamunienda.& plene per Roſ.in libellis ſuis in titu.de interdicto,ut liceat ripas publici fluminis reficere uel munire.ubi ponit quòd requirantur ad hoc ut competat illud interdictũ, & libellum & poſitiones: dic ut ibi per eum.& de materia ripæ uide Bar. in d.l.quominus.& in trac.ſuo Tyberia.& Bald.in rubr.ff.de re.diui.in xj. & xij.col.& in d.l.lapilli.pe.col.in d. l.riparum.& uide tex.in l.ſi finita.§.
14 j de dam.infec. *De nado autẽ quo
flumen tranſitur,uide per text.gloſſ. & Docto.in l.fina.§.de ſeruituribus ruſticorum prædiorum. & l.ſi prius. §.licet.ff.de aqua plu.arcen.

## De aggeribus. CAP. XXXVII.

1 *Aggeres ualla fluminum eſſe dicuntur.*
2 *Agro meo in inferiori ſi magna aquarum abundantia fuerit, ex agro ſuperiori proueniens,an aggeres & foueas mihi habere liceat,ut aqua uerſus aliã partem uadat, & ager meus euacuetur.*
3 *Aggeres in fundo ſuo ſi uicinus ex uetuſtate uel pacto habeat,an dominus ſuperior,inferiorem cogere poſsit, ipſos aggeres minuere.*
4 *Aggerem qui in fundo uicini ſuperioris erat,ſi aquæ uis deiecerit,per quod effectũ eſt,ut aqua pluuia alicui noceat, quid iuris.*
5 *Flumẽ publicũ ſi multũ excreuerit,& prædia mea inundauerit,an aggerẽ adhibere ualeam,uel aliam munitionem facere,ut prædium meum tuear.*
6 *Aggeribus in meis ſi ego propter aquarum inundationem coronellas fecerim eleuando ipſas,ne aqua excedens aggeres conſuetos fundũ meum inundaret, an eas etiam pro arbitrio meo propria autoritate impune remouere poſsim.*
7 *Aggeres rumpentes fluminis Nili, qui in Aegypto eſt,qua pœna puniantur,ubi etiã quid de aggeribus Padi apud Ferrariam.*
8 *Aggeres ſi quiſpiam non rumpat, ſed arbores incidat quæ in aggeribus exiſtunt cauſa aggerum conſeruadorum, qua pœna puniatur.*

1 AGGERES *ſunt [a] ualla fluminũ:ut l.j.C.de Nili agg.nõ rũpen. Chomata eſſe dicuntur aggeres & inſtrumẽta quibus aqua diuiditur. Choma enim dicitur diuiſio.nã diuidunt ſcilicet aggeres ſeu chomata loca adinuicem,ut eſt text.cũ gl.in l. ſaccularij.§.in Aegypto.&§.fi.ff.de
2 extraor.cri. *Si in agro meo inferio
ri magna ſit abundantia aquarũ proueniẽs ex agro ſuperiori,an liceat aggeres & foueas habere, ut aqua uerſus aliã partẽ uadat, & ager meus euacuetur.Reſpondeo,licet,ſi aliqua alia cõuẽtio nõ interuenit,ut eſt tex. cum gl.in l.j.§.deniq; ait.ff. de aqua
3 plu.ar. *Sed quid ſi uicinus inferior
habet aggeres in fundo ſuo ex uetuſtate uel pacto, an dominus ſuperior poſsit cogere inferiorẽ aggeres minuere? dic ꝙ non: ſed in agro ſuo

[a] Aggeres. *Adde Bar.in l. ꝓ Beritynã. C. de immu.ne.cõce.li.x. & no.i rubrica. C. de Nili agg. nõ rũpen.*

 poteſt

poteſt minuere.l.j. §.fi.& ibi gloſ.&
Doc.ff.de aqua plu.arc.uide quæ di-
xi ſupra ti.de ſer.aquædu. iiij.q.prin.
in fi. *Quid autē ſi aggerem qui in 4
fundo uicini ſuperioris erat,uis aquę
deiecit, per quod effectū eſt,ut aqua
pluuia mihi noceat?Varus ait ſi natu
ralis ager fuit, poſſe me uicinum co-
gere aquæ pluuiæ ar.actione,ut eum
reponat uel reponi faciat:Idem ſi ma
nu factum ſit, neq; memoria eius ex
taret [a] l. in ſumma. §.item Varus.in
princ.ff. de aqua plu.ar. Vtilis tamen
actio mihi competit aduerſus uici-
num, ſi uelim aggerem reſtitui in a-
gro eius, ſi mihi prodeſt,& ſibi non
nocet: ut d. §.item Varus.in fi.ſed ſi
memoria extat, in fin.tenetur aquæ
pl.ar & ſi agger manu factus ſit, etiā
ſi memoria non extat,cogi poteſt ut
reponat.ut d. §. item Varus. uer.ſed
ſi extet. Si aggeres iuxta flumen in
priuato facti ſunt, in arbitrio aquæ
plu.ar.ueniunt,etiam ſi trans flumen
nocent, ſi memoria eorum extat, &
fieri non debuerunt.l. quæ principa-
lis. §.fi.ff.de aqua plu.arcen. *Sed 5
quid ſi flumen publicum multum ex
creuit,propter quod ſolet mihi dare
damnum,& prędia mea inundare:an
poſsim aggerem adhibere,uel aliam
munitionem facere,ut prędium meū
tuear.Dic quòd ſic.tex.eſt ualde no.
in l. j. §. ſed ſi aliquam. ff. ne quid in
loc.publi.& uide Bartol.in l.quomi-
nus.ix.quæſt.ff.de flumi. & quæ di-
cam in quæſtio.ſequen. *Quæſtio 6
eſt quotidiana, ſi propter inundatio
nem aquarū ego in aggeribus meis
feci coronellas,eleuando ipſas,ne a-
qua excedens aggeres conſuetos, in
undaret fundum meum, quas facere
potui,ut dixi in quæſt. præcedenti:
nunquid eas pro arbitrio meo & pro
pria autoritate poſsim impune remo
uere.ego teneo quòd ſic:ſi autorita-
te mea propria factæ ſunt,nec teneor
pati ut reponantur, niſi ſeruitus eſ-
ſet impoſita,p text.in l. in ſumma. §.
idem ait ſi in agro tuo.& §.apud Ma
nuſam.cum ibi no.ff.de aqua. pluuia
arcen. & idem tenui ſupra de ſeruit.
aquæduct.viij.q.principali,in quæſt.
quæ incipit, quæro nunc de alia quę
ſtione quotidiana. * Circa ſecun- 7
dum in fine quæro, qua pœna puni-
untur rumpentes aggeres fluminis
Nili qui eſt in Aegypto? Reſpōdeo,
pœna ignis ut flammis cōcremetur.
text.eſt in l.unica. C. de Nili agger.
non rumpen.& ibi Bartol. de Sali.e-
numerat alios xij. caſus, in quibus
quis flammarum pœnam patitur.Aut
ſunt aggeres quos quilibet in ſuo
prædio facit,quando certis tempori-
bus aqua Nili egreditur flumen per
prædia, ut aquam in ſuo prædio con
tineat, & tunc rumpens illos agge-
res punitur pœna extraordinaria. ut
eſt tex.cum gloſſ. de utroq; in l.ſac-
cularij. §.in Aegypto.ff. de extraor-
dina. crimin. Aut ſunt aggeres alte-
rius fluminis.& gloſſ.in d. l. j. dicit
idem eſſe de æquitate ſecundum V-
go.ſed Pe.quem ſequitur Cyn.& Sa-
lyc. ibi dicit hoc non eſſe uerū, quia
non eſt alibi tanta cura aquæ, ſicut in
Aegypto,ubi eſt Nilus, quia in Ae-
gypto nunquam pluit.ut dicit gloſſ.
in dicto §.in Aegypto. Item quia in
terpretatione legum pœnæ ſunt mo
liendæ.l. interpretatione. ff. de pœ-
nis. Item pro hoc facit dicta rubri-
ca. C. de Nili agger. non rumpen.
quæ aliquam ſpecialitatem notare
uoluit in aggeribus Nili. Dicit ta-
men Cyn. in dicta l. j. quòd ſi agge-
res Padi apud Ferrariam deſtrueren-
tur, habebit locum pœna ignis præ-
dicta, ex quo ibi eſt magnum peri-
culum, quia propter modicam ag-
gerum motionem poſſet nouus al-
ueus fieri,& terra tam habitata quàm
fertilis occupari, quando flumen
Padi

[a] Memoria eius extaret. Memoriā extare probatur p inſtrumēta. Io. An. in c. j. in fi. de præſcript. in vj. in nouella.



Padi creſcit: cum ſit eadem ratio. Et
ita ſequitur ibi Salice. & ſic uoluit
Cyn. quòd in pœnalibus fiat legis ex
tenſio per identitatem rationis: de
quo dic ut per Docto. in l. ſi uero. §.
de uiro.ff.ſolut.matri. *Sed quid ſi
aliquis non rumpit aggeres, ſed inci-
dit arbores, quæ ſunt in aggeribus
cauſa aggerum conſeruādorum?Dic
quòd pœna extraordinaria coerceri
debet.ut eſt text. cum gl. in dicta l.
ſaccularij. §.fina. Reliqua circa mate
riam uide quæ dixi ſuprà in titul. de
ſeruitu.quemad.viij.q princip. quæ-
ro nunc de alia quæſti.princip.quo-
tidiana.

## De torrente. CAP. XXXVIII.

1 *Torrens eſt, qui in hyeme currit, et per*
*enne non eſt.*
2 *Torrentia cuius exiſtant.*
3 *Instrumenta antiqua ſi reperiantur,*
*in quibus prædiorum poßeßores a late*
*re emerunt prædium, & pro fine foßa*
*tum appoſitum fuerit, nunquid ad il-*
*los pertineat.*
4 *Torrens flumen ſi uicinus auerterit,*
*ne aqua ad eum perueniat, & hoc mo*
*do effectum eſt, ut uicino noceat, an a-*
*quæ pluu. arcend. actio. contra eum*
*agi poßit.*

1 TORRENS *eſt qui in hyeme
currit: & perenne non eſt.l. j.
§.ij.ff.de flu.Et dicitur torrens à tor
reo, quod ſignificat ſiccare atq; are-
facere:Et hoc ideo,quia in eſtate ſic-
catur, flumen torrentis nomen acci-
pit. Vulgariter autem apud nos pro-
gni, torrentia uocantur, quæ in fo-
ro Iulij & territorio Triuiſino maxi
ma ſunt, & non dicitur flumen pu-
blicum, ſed priuatum. quia flumina
quæ in hyeme currunt, & non in ęſta
te, priuata ſunt: ut dicit Roſr.in libel.
ſuis ſuper interdicto ne quis in flum.
publi. quem ſequitur Bar. in trac. Ty
beriadis.in viij.col.uerſ. flumen.qui
dicit, quòd ex quo ſunt priuata per
alluuionem nemini poſſunt tribue-
re:ſi enim curſum mutant, ſemper ſo
lum remanet cuius primo erat, non
poteſt per alluuionem adiicere appo
nendo ita quòd prædium extenda-
tur, ſed ſupponendo poteſt adiice-
re, ſicut ſi pinguedo agri ſuperioris
adiicitur agro inferiori.l.j. §.deniq;.
2 ff.de aqua plu.arc. * Cuius autem
ſunt iſta torrentia?Bartol. dicit in d.
uerſi. flumen. hanc quæſtio. eſſe fa-
cti. poteſt enim probari quòd per a-
licuius prædium aqua diſcurrit, &
foſſam fecit, uel inter prędia plurium
aqua fluxit, tūc ſecundum terminos
antiquos inter prædia diuiſa erunt
talia foſſata. Vel poteſt probari qua-
liter antiquè ſunt poſſeſſa: ſed ut ſæ-
pè accidit, ſi nihil ſufficiens poteſt
probari, tunc putat illorum qui pro-
pe ab utraq; parte prædia poſsident,
cuiuſq;, uſq; ad medium.argum.eius
quod dicitur de inſula & de alueo
dimiſſo.l. adeo. §. inſula.& §. quod
ſi toto.ff. de acquirendo rerum do-
mino. & probatur l. ij. §. præterea.
cum gloſ.ff.de aqua pluuia arcenda.
quæ tamen intelligit, niſi ea foſſata
eſſent in uſu pub.quia tunc diceren-
tur publica.l. ij. §. hoc interdictum.
ff.ne quid in loco publi. & expreſſe
probatur in l.j. §.foſſa.ff.ut in flumi.
3 public. nauigare. *Sed quid ſi re-
periuntur inſtrumenta antiqua, in
quibus poſſeſſores prædiorum à la-
tere emerunt prædium, & pro fine
appoſitum fuit foſſatum, an ad illos
pertineat? Videtur quòd non: i-
pſam rem enim emimus, non eius fi-
nes: & pro hoc facit, quia fundi ni-
hil eſt, niſi quæ inter ſe continet.
l.fundi.in principio. ff. de actionib.
empti. Bartolus in loco præallega-
to, tenet contrarium, ſcilicet quod
fines

fines appoſiti, id eſt, foſſata intelligũ
tur eſſe eorũ, q à latere prædia poſsi-
det. ut ſuprà dictũ eſt. Nec ob. quòd fi
nes nõ emũtur, qa fateor: ſed tamẽ eſt
poſsibile quòd rei uẽditæ accedũt: ſi
cut etiã ſi poneremus pro fine uiam,
quæ quo ad qd, fundo accedit. ff. de
acq. re. do. l. maritus. Nec ob. d. l. fun-
di. in prin. qa regula quòd fundi. nihil
eſt, niſi quod inter ſe cõtinet, patitur
exceptionem p aliquas leges, ut in a-
quæductu q eſt extra prædiũ. ff. de cõ
trahe. emp. l. aquædu. & in liminibus
prędiorũ, & in foſsis. l. ij. §. pterea. ff.
de aqua plu. ar. *Poteſt dubitari, ſi 4
uicinus flumẽ torrẽs auertit, ne aqua
ad eũ perueniat, & hoc modo effectũ
eſt ut uicino noceat, an agi cõtra eũ
aquæ plu. arc. actione poſsit. Et dicẽ
dũ eſt quòd nõ, quia nõ fecit ut tibi
noceat, ſed ne ſibi noceat: tex. eſt no.
in l. in ſumma. §. idẽ Labeo ait ſi uici
nus. ff. de aqua plu. ar. Nã licitũ eſt in
ſuo aggere uel aliã munitione face-
re, ne flumen ſibi dãnum det, & præ
dia ſua deuaſtet. l. j. §. ſunt qui putãt.
uerſi. ſi aliqua. ff. ne quid in flu. publ.
& adde quæ dixi in titu. præced. uer.
ſed ſi flumen. cum uerſi. ſequen.

a Si ualles. *Adde Bart. in trac. Tyberiadis. li. j. charta iiij. uer. uallis uero dicitur.*

## De uallibus aquoſis.
### CAP. XXXIX.

1 *Valles ſi excreuerint, & alienũ occupa uerint prædiũ, illius ſunt ualles, cuius prædium erat: & ſi decreuerint, illius erit prædium, cuius erant ualles.*
2 *Vallibus cuilibet piſcari licet, uel cannellas, aut herbas incidere, uel paſci, ſi publicæ fuerint.*
3 *Vallibus ſi terra cum herba reperiatur, et cãnellæ natæ, quæ de loco ad locum moueantur, tori appellatæ, an ipſi tori publici aut priuati erunt.*
4 *Opus ſi quiſpiam fecerit, ut aquam ex cluderet, ne ad fundũ ſuũ ueniret, quæ ex paludis inundatione in agrum eius fluere ſolebat, ſi ipſa palus aqua plu. amplictur, eaq; repulſa opere facto agro ſui uicini noceat, aquæ plu. arc. actione tollere cogitur.*

SI* ualles[a] excreuerũt, & alienũ oc 1
cupauerũt prædiũ, illius ſunt ual-
les cuius erat prædium: & ſi decreue
rũt, illius erit prædiũ cuius erant ual
les, ut probatur in l. ſi uicinus. §. la-
cus. ſecundũ ſecundam gl. ff. de aqua
plu. ar. & ita Bar. exẽplificat illũ text.
in uallibus Rauenen. Sed ſi ualles eſ-
ſent publici, iudicãdũ eſſet ſicut de
flumine pu. eadem ratione ut habe-
tur in l. lacus. ff. de acqui. re do. & ui-
de quæ dixi de lacu in ti. de flu. uer ſi.
flumina publica. *Et ex prædictis 2
ſequitur, quòd in eis licitum ſit cuili
bet piſcari, uel cannellas aut herbas
incidere, uel paſculari, ſi ſunt publi-
ca, ſecus ſi ſunt priuata. ar. §. locorũ.
inſt. de re. di. cũ ſi. *Sed qd ſi in ualli 3
bus reperitur terra cũ herba & cãnel
lis natis, quæ de loco ad locũ mouen
tur, & tori uulgariter appellãtur: an
erunt publici uel priuati tanquam in
ſula? dic quòd erunt eiuſdem iuris cu
ius eſt aqua, ſi aqua ualliũ erit priua
ta, iſti tori ſimiliter erunt priuati: ſi
publica publici. de quo dic ut dixi ſu
prà de inſulis. v. q. in ſi. & de iſtis to-
ris uide etiam quæ dicam infrà de pi
ſcaria. in ſi. de aliis autem uallibus nõ
aquoſis uide ſupra tit. de uallibus &
planeriis. *De paludibus etiam ali 4
quid dicamus. Si opus quis fecerit ut
aquam excluderet, ne ad fundum ſuũ
ueniret, quæ ex undatione paludis
in agrum eius fluere ſolet, ſi ea palus
aqua plu. ampliatur, eaq; aqua repul-
ſa, eo opere agro ſuo uicini noceat,
aquæ plu. arc. actione opus cogitur
tollere: ut eſt text. in l. j. §. ij. qui inci-
pit, Neratius ſcribit. ff. de aqua. plu.
ar. agri uel loci uſufr. legato ſi fuerit
inundatus, ut ſtagnum iam ſit aut pa
lus, pcul dubio extinguitur. l. quid
tamen. §. j. ff. qui. mo. uſuſf. eũ cõcor.
Cætera circa iſtam materiam uide in
toto ti. C. de allu. & palu.



## De fonte. CAP. XL.

1 *Fonte aquæ ſi quiſpiã uſus fuerit, nec ui, nec clam, nec precario, quominus utatur, uim fieri prætor prohibet.*
2 *Seruitus aquæ hauriendæ ex fonte con ſtitui poteſt.*
3 *Fontis caput ipſe fons dicitur.*
4 *Fons ſi exaruerit, ex quo aquæductum habeo: iſq; poſt cõſtitutũ tempus ad amittendam ſeruitutem ad ſuam uenã redierit, an aquæductum amiſerim.*

1 SI* quis fonte aquæ eius anno uſus
fuerit, nec ui, clam, nec precario,
quominus utatur, uim fieri prætor
prohibet. l. j. in prin. ff. de fon. & in to
ta illa l. declarantur hæc uerba. Item
poteſt aquam purgare, reſtituere, &
coercere, ut utatur eo modo quo eo
anno uſus eſt. d. l. j. §. deinde ait præ
tor. & coercere dicitur aquam conti
nere ſic, ne fluat uel dilabatur. d. l. j. §.
2 coercere. * Seruitus aquæ haurien
dæ ex fonte conſtitui poteſt: ut d. l. j.
§. j. & olim cõſtitui non poterat ſer-
uitus aquæ ducendæ uel hauriẽdę, ni
ſi ex capite uel fonte. Hodie uero ex
quocunq; loco cõſtitui poteſt: ut eſt
tex. cũ glo. in l. ſeruitutes aquæ. ff. de
3 de ſer. ruſt. præ. *Caput autem fon
tis, dicitur ipſe fons. l. j. §. caput. ff. de
aqua quoti. & æſt. & dixi ſuprà de flu
mi. uer. caput fluminis. licet fõs oria
tur in agro tuo: tamen ſi longo tem
pore duxi aquam etiã ex fundo tuo,
non eſt neceſſe ut doceam quo iure
duco: & ita titulum allegare non co-
gor. & ſi ipediar a te uel ab alio aquã
de dicto fõte ducere ad fundũ meũ,
poſſum agere utili actione, exemplo
aliarum ſeruitutum: ut eſt text. no. &
ibi gl. & Doct. in l. ſi quis diuturno.
ff. ſi ſeru. uendi. ſi fundo Seiano con-
finis fuerit, ex quo fonte per fundum
Seianum aquam iure ducebam, meo
facto fundo Seiano, manet ſeruitus.
l. ſi mihi. §. ſi fundo. ff. de ſer. ru. præ.
4 * Si fons [a] exaruerit ex quo ductũ
aquæ habeo, iſq; poſt conſtitutum
tempus ad amittendum ſeruitutem
ad ſuam uenam redierit, an aquædu-
ctum amiſerim? dic quod ſic: ſed reſti
tuitur: ut eſt text. in l. unus ex ſociis.
§. fin. cum l. ſeq. quæ incipit, Attili-
cinus. ff. de ſer. ruſti. præ. & uide quæ
dixi ſuprà de alueo. uerſi. ſed pone
quòd impetus fluminis. & uer. ſed du
bitari. Habens fontẽ in ſuperiori fun
do, neq; uentrem, neq; pannos laua-
bit in riuulo deſcendenti, ſi propter
hoc aqua deturbaretur omnino. l. a
pud Trebatium. in prin. & ibi Ange.
& Docto. ff. de aqua plu. ar. & idem
no. Bart. in l. cum ſuper. C. de re mili.
lib. xi. ut tex. in l. ſolicitatores. in fin.
ff. de extraord. cri. de iſta materia fon
tis habetur per Spec. in titu. de cauſa
poſſeſſ. & proprieta. §. priuata. & per
Rofr. in libellis ſuis tit. de interdict.
de fonte. & uide quæ plene dixi ſu-
prà in titu. de ſeru. aquæduct. in xj. q.
principali, ubi etiam poſui de aqua
quoti. & æſti. & aqua quæ ex caſtello
ducitur, & de aqua plu. arc. & de cloa
cis. & uide quæ plene dixi ſuprà in ti.
aquę hauſtus. vij. q. principali, uſq; ad
finem illius ti.

a Si fons. *Fons ſi deſiccatur currit præſcriptio aquæduct. Bal. in l. j. xxij. oppo. C. qui ad mitti. per l. Atticinus. de ſeru. ruſt. præ. Sed ſi aqua reuertitur in fonte de ſiccitate coualeſcit ſeruitus. gl. & Bar. in l. foramen. circa mediũ. in uerſi. ex quo ſequitur ſeques illatio. ff. de ſer. ur. præd. & l. unus. §. ſi fons. de ſer. ruſ. præ. ubi præſcribitur ſeruituti etiã ſi iuſtum fuit impedimẽtũ nõ utẽdi: ſed datur reſtitutio ex clauſula generali.*

## De riuis. CAP. XLI.

1 *Riuus eſt locus per lõgitudinem depreſſus, quo aqua decurrit.*
2 *Riuos manutenere, & etiam expurgare an quis teneatur.*

1 DE* riuis eſt etiam aliquid dicen
dum. Riuus eſt locus per longi-
tudinem depreſſus quo aqua decur-
rit. l. j. §. j. ff. de riuis fluminum. flu-
men a riuo magnitudine diſcernen-
dum eſt: aut æſtimatione circunco-
lentium. l. j. §. j. de flu. & hoc nomine
riui aqua fluens continetur, ut dicit
ibi glo. ſeruitus naturaliter non ma
nuſa

nufacto opere,lędere poteſt fundum
ſeruientem,quemadmodum ſi imbri
bus creſcat aqua in riuo , ut ex agris
in eum fluat, aut aquæ fons iuxta ri-
uum,aut in eo ipſo inuentus poſtea
fuerit:ut eſt text.in l.ſi mihi. §.ſerui-
tus.ff de ſer.ruſt.prædio.ſi per fundū
ius eſt mihi aquam de riuo ducere,
hæc iura tacite ſequentur,ut reficere
mihi riuum liceat, & adire quàm pro
xime poſsim ad reficiendum cū cum
fabris meis.Item ut ſpatiū relinquat
mihi dominus fundi,quo dextra & ſi
niſtra ad riuum eam: & quo terram,
lignū,lapidem,arenam,calcem iace-
re poſsim:ut eſt tex.elegans in l.refe-
ctionis. §.fina.& ibi per glo.& Doc.
ff.communia prædiorum.& facultas
refectionis cauſa accedendi ad ea lo
ca,quæ non ſeruiant, tributa eſt his,
quibus ſeruitus debetur , niſi in ceſ-
ſione ſeruitutis nominatim conceſ-
ſum ſit , per quam partem accedere
deberet:ut eſt tex.ualde notabilis in
d.l.refectionis.in prin. quod facit ad
multa. & ibi per Doctor . nec iuxta
eum nec ſupra eum, (ſi forte ſub ter-
ra aqua ducatur ) locum religioſum
dominus ſoli facere poteſt, ne ſerui-
tus intereat :ſed & depreſſurum & e-
leuaturum riuum , per quem aquam
iure ducebam poteſtatem haberes:ni
ſi ne id faceres , cautum ſit in dicta l.
refectionis.ſecund. & iij . reſponſo.
* Quis autem teneatur manute-
re riuos & etiam expurgare,uide quę
plene dixi ſupra de ſeruit.aquæduct.
uerſic . ſupereſt alia quæſtio quis te-
neatur. Reliqua quæ ad materiam
riui ſpectant,uide in toto titul.ff. de
riuis.& quæ plene dixi in titu. de ſer
uitut.aquæduct.in xj. quæſt.princip.
uerſic. quartum eſt interdictum de
riuis . ubi poſui quot ſunt neceſſa-
ria , ut iſtud interdictum competat
& libellum , & poſitiones actoris,
& rei.

## De piſcatione.

CAP. XLII.

1 *Piſcari cuilibet in mari licitū eſt,quòd natura omnibus patet.*

2 *Piſcari quilibet in littore poteſt,etiam ante ædes meas & oſtium, & ſi ipſum piſcari prohibeam,actione iniuriarum teneor.*

3 *In fluminibus & portu ius piſcandi omnibus commune eſt.*

4 *Piſcatu aliquem fuiſſe per xx.uel xxx. annos an ſufficiat,ad hoc ut superueni entem prohibere poßit piſcari.*

5 *Ius aquæ ducēdæ ad piſcariam meam uel ciſternam ſi mihi cōcedatur,an ſer uitus realis ſit.*

6 *Piſcium uſumfructū qui in uiuariis exi ſtunt,ſi quiſpiam habeat , illos occidere poteſt , & alios ſubſtituere propter eorum difficilem diſcretionem.*

7 *Fundus ſi uendatur , in quo piſces in piſcinis exiſtūt, illi piſces nō ſunt ædium, neq; fundi,non magis quam pulli , aut cætera animalia,quæ in fundo ſunt.*

8 *Valles aut paludes ſi quiſpiam conduxerit,ut ibi piſcari poßet, et in eis reperiatur certa pars terræ ab alueo eleuata quæ tori appellatur , piſceſq; omnes in hyeme ſub eis ſe reducant,ut in uallibus Paduæ contingit, an licitum conductori ſit,dictos toros aperire, & omnes piſces accipere.*

PISCARI * cuilibet licitū eſt in 1
mari,quòd natura omnibus pa-
tet.l.ueditor.in prin.ff.cōmunia præ
diorū.ſimiliter licet in littore maris.
l.nemo. §.fin. & §.riparū.ff.de re.di.
quia littora communia ſunt omnibus
ſicut aër.l.iniuriarum actio. §.ſi.ff.de
iniur.* Et poteſt piſcari in littore an-
te etiā ædes meas & oſtiū:& ſi ipſum 2
piſcari prohibeā,teneor actio.iniu-
riarum,ut ibi.& l.ij. §.ſi quis in mari.
ff.ne quid in loco pub.niſi conuentū
eſſet ut in loco illo maris piſcari non
poſſes:quia ualet talis conuentio : ut
eſt caſus not.in d.l. uenditor.in prin.
& di



& dixi plene ſuprà de mari circa prī.
& ideo cum primū piſces quis in ma
ri uel in littore ceperit,ſine dubio e-
ius,in cuius poteſtatem perueniunt,
fit acquiſitio , ſicut de feris captis e-
tiā dicitur.l. quod in littore.ff.de ac-
qui.re.do. In mari piſcantibus , lici-
tum eſt caſam in littore ponere , in
qua ſe recipiant.d.l. riparum . * In
3 fluminibus & portu ius piſcandi eſt
commune omnibus:ut §.flumina.in
ſti.de re.diui. quod fallit in pluribus.
Primo quando flumen eſt priua-
tum,aliter non.l.iniuriarum actio. §.
fin.in fi.ff.de iniur. Secundo fallit,
quando ius piſcandi eſt priuatum:pu
ta quia eſt uenditum per principem,
ſicut in lacu Gardę contingit,in quo
ſunt aliquæ piſcariæ priuatæ,quę fue
runt uenditæ per dominos Veronæ.
ar.d. §.fi.cum l.ſeq.quæ incipit. ſiue
ſit maris.& arg.c.j.circa fin.ibi piſca
tionum redditus.in titu. quæ ſint re-
galia.in uſi.feu. Tertio fallit,quan
do eſſet facta conuentio cum uici-
no, ut in domo ſua piſcari non poſ-
ſit:ut d.l.uenditor.in princi. ff. com-
munia præ.quæ l.habet locum etiam
in fluminibus publicis: ut dixi in tit.
de mari,in princip. Quarto fallit,
quando princeps uel ciuitas prohi-
beret,ne quis in flumine piſcari poſ-
ſit:ut eſt in lacu Peruſino. & dixi ſu-
prà de lacu . Quinto fallit, quan-
do eſſet conſuetudo ut piſcaretur ſo
lum pro uſu publi. & non pro priua-
to,uel pro priuato,ſed certo tempo
re tantum : quia conſuetudo uicem
legis ſuſtinet.d.l.uenditor. §. ſi con-
ſtat. Sexto fallit,quando quis præ-
ſcripſiſſet ius piſcandi , quia tunc a-
lius in eo loco piſcari non poſſet : &
iſta præſcriptio procederet ſine du-
bio,ſi fuiſſet in poſſeſsione piſcandi
per tantum tempus, cuius initij me-
moria non exiſtat : quia per tantum
tempus præſcribuntur loca publica.

l.hoc iure. §.ductus aquæ.ff.de aqua
quoti.& æſti.& no. Bal.in l.lapilli.in
4 ij.q.ff.de re.di. *Sed nunquid ſuffi
ciat quem piſcatum fuiſſe per xx.uel
xxx.annos,ad hoc ut superuenientē
prohibere poſsit piſcari?uide glo. or
di.in §.flumina. in uer.omnibus.in-
ſti.de re.di.& quæ ſupra de ſer.aquæ
duct.ix.q.prin.uer.ex prędictis ſequi
tur.Si ager cuius uſuſfructus tuus ſit,
flumine uel mari inundatus ſit,uſuſ-
fructus amittitur , cum etiam pro-
prietas eo caſu amittatur: nec piſcan
di retinere quidem poterimus uſum
fructum:ut eſt text.ualde nota. in l. ſi
ager.ff.quemadmod.ſeruitu.amit. &
per illum text.dicit no.Bal. in d.l.la-
pilli.in princip . quòd ſi ſtarem mil-
le annis ſuper fluctibus maris , nihil
perpetuæ proprietatis acquirerem.
5 * Quid autem ſi conceditur mihi
ius aquæ ducendæ ad piſcariam meā
uel ciſternam , an ſit ſeruitus realis?
Dicas quòd ſic : quia debetur à fun-
do meo . iuxta nota. in l. pecoris.ff.
de ſeruitutib . ruſticor . prædiorum.
& l.ut pomum.ff. de ſeruitu . ut dixi
ſupra in titul.de ſeruitut . aquæduct.
ij.quæſt. princip. uerſi. item quid ſi
6 conceditur mihi. *Si quis habet u-
ſumfru. piſcium qui ſunt in uiuariis,
poteſt piſces occidere , & alios ſub-
ſtituere , propter difficilem eorum
diſcretionem . l . uſufructuarium ue-
nari. §. ſi in uiuariis . ff. de uſufruct.
7 * Si uenditur fundus , in quo ſunt
piſces in piſcinis,illi piſces non ſunt
ædium,neq; fundi non magis quam
pulli aut cætera animalia quæ in fun
do ſunt.l.Iulianus. §.fin. cum tribus
ll.ſequentib.ff.de actionibus empti.
8 * Si quis conduxit ualles aut pa-
ludes , ut ibi poſsit piſcari , & in eis
reperiatur certa pars terræ eleuata
ab alueo, quæ tori uulgariter appel-
lantur , & piſces omnes in hyeme
ſe reducunt ſub eis , ut in uallì-
bus

bus Paduæ contingit. an ſit licitum conductori aperire dictos toros, & omnes piſces accipere. Et dicas quod nō: quia iſto modo ius piſcandi deſtrueretur, niſi alios reponeret. ar. d. l. uſufructuariū. §. ſi in uiuariis. & ar. l. ſi merces. §. cōductor. ff. loca. & hoc uidetur aperte probari in l. uideamus. §. item proſpicere debet. eo. tit. Preterea hoc etiā probatur, quia cōductor tenetur ante omnia ſecundū legē, id eſt, cōuētionē facere: & ſi qd in l. prætermiſſum fuerit, id ex bono & æquo præſtare debet: ut dicit tex. inſt. loc. §. conductor. ſed ex bono & æquo eſt, ut conductor piſcinæ non deſtruat totam piſcinā, quia debet habere fructus piſcandi, & non omnes piſces, ita ut piſcaria conſumatur. facit l. j. & ij. ff. de uſufr. & idem dico ſi locaretur ius piſcandi in flumine uel fonte aut piſcaria: quia nō poſſet omnes piſces tollere, niſi aliter conuētum eſſet. quod no. quia eſt quotidianū.

## De aere. CAP. XLIII.

1 *Aer eiusq; uſus communis eſt, ſicut mare & maris littora.*

2 *Locus ex ſoli odore ſi peſtiletioſus fiat, ſcilicet ex fœtore terræ etiam priuatæ, utputa quia ibi ſulphuraria ſiat, an ſit ciens interdicto ne quid in loco publico teneatur.*

3 *Fabri an in domo ſua ita malleare poſſint, ut ex mallei ſono doctoris uicini mentem diſturbent.*

4 *Aer quando malus eſt, nūquid quis ibi ſtare uel uenire teneatur.*

5 *Fumo corrupto ſi quiſpiam aliquē peremerit, pœna extraordinaria tenetur.*

6 *Vſusfructus odorum uel aromatum an conſtitui poſſit.*

7 *Aream ſi quiſpiam habeat in qua frumentum uentare ſolet, ut a palea excutiatur: an uicinus in ſuo ædificare poſſit, ita ut illi areæ ipſū uētū auferat.*

8 *Gonellæ magni Buffonis facetia, qui cū eſſet banitus ſub pœna capitali ne Ferrariam accedet, emit unum plauſtrum Paduæ, et terram Paduanam in dicto poſuit, quam aſcendit, & poſtea Ferrariam profectus, dicebat ſe eſſe in territorio Paduano.*

9 *Auis uel aliud quodpiam animal, cum eſt in arbore, in aere eſſe dicitur, non autem in terra.*

AER *eiusq; uſus cōmunis eſt, ſicut mare & littora maris. l. iniuriarū actio. §. fi. ff. ne quid in lo. pu. & tanquam commune perpetuo in totum occupari nō poteſt: ut dicit Bal. in l. lapilli. in prin. ff. de re. di. & ſi aliquem uti aere prohibet, actione iniuriarum tenetur: ut d. §. fi. Non poteſt itaq; quis nobis aerem uel ſolem tollere, niſi ædificando. iuxta ea quæ dixi ſupra in lib. j. in tit. ne proſpec. offi. iij. q. ubi poſui de Diogene philoſopho qui ſtabat ad ſolē. nā aer ſupra domum noſtram debet eſſe liber uſque ad cœlum: ut eſt tex. cum gl. in l. j. §. pe. & l. fi. ff. quod ui aut clam. ideo non eſt licitum facere pontem ſupra uiam pu. uel flumen pu. uel fundum priuatum. l. pe. ff. de flu. & not. Roſ. in ti. de interdi. ne quid in loco pub. fia. uerſi. vij. in fin. & Spec. in tit. de cauſa poſ. & proprie. §. in confeſſoria. §. item quæritur habeo domū. & Bal. in l. lapilli. in iij. col. ff. de re. di. 1

*Sed quid ſi ex odore ſoli locus peſtilentioſus fiat, ſcilicet ex fœtore terræ etiam priuatæ: ut quia fiāt ibi ſulphuraria, tenebitur interdicto ne quid in loco pub. ut eſt tex. cum glo. nota. in l. ij. §. idem ait ſi odore. ff. ne quid in loco pub. idem ſi corrumpat aerem apponendo ſtercus, uel aperiendo cloacam. l. j. §. j. ff. de cloa. & l. pe. §. pe. ibi hoc no. gl. quòd ui aut clam. & ideo prætor introduxit duo interdicta de cloacis purgandis ad ſalubritatem ciuitatis. nam cœlum peſtilens & ruinas minantur immundiciæ cloacarum. dicta leg. j. §. j. de cloac. 2



cloa. & l. de pub. §. ſi quis riuos. ff. de no. oper. nuncia. & propterea alias iudicaui in ciuitate Veronæ, quod unus pelliparius non poſſet facere mollititium in domo ſua, ob maximum fœtore qui exhalabat ex eo & nocebat uicinis. idem dic de ſimili-
3 bus artibus fœtentibus. *Nūquid autem fabri poſſint malleare in domo ſua, ita ut ex ſono mallei diſturbet mentē doctoris uicini, uide Bal. & Doct. in l. j. C. de ſtud. libe. ur. Ro. lib. x. & per Cano. maxime per Io. de Imol. in c. ueſtra. extra de loca. & qd ſi eſſet uicinus infirmus, collige ex
4 his quæ no. in dictis iuribus. *Quādo autem eſt malus aer: nunquid teneatur quis ibi ſtare uel uenire, uide gl. & Docto. in c. ſi uero. extra de iniur. & l. de ętate. ff. ad Treb. & quę plene dixi ſ. de ſer. aquædu. circa fi. ubi poſui materiam de cloacis. & adde quod propter bonū aerem & ſic cœli opportunitatem fundus magis æſtimatur: & ſi minoris ipſum uēdiderit, ex hoc ſolo forte poſſet in integrum reſtitui: quia eſt in loco ubi eſt optimus aer, ſicut ex eo, quia fuit maiorum ſuorum. iuxta l. ſi emptionem. ff. de mino. & probatur in l. j. §. ſed ſi rem. uer. & alias uideamus. ibi, uel opportunitatem cœli, uel illic educatus ſit, uel paretes ſepulti. ff. ſi quid in fraud. patro. quod
5 bene no. *Si quis fumo corrupto aliquem peremerit, pœna extraordinaria tenetur. l. ſolicitationes. §. j.
6 ff. de extraor. cri. *Nunquid uſusfructus odorum uel aromatū conſtitui poſſit? dic non proprie. licet ad ſenatuſcōſultum erit deſcendendū, quod de cautio. loquitur. l. ſi tane. ff.
7 de uſufr. ea. re. quæ uſu conſu. *Si 10
quis habet aream [a] in qua ſolet frumentum uentare, ut excutiatur a palea, an poſſit uicinus ædificare in ſuo, ita ut uentum auferat illi areę? caſus eſt in l. fi. §. fi. C. de ſerui. & ibi per Doct. & Ang. in l. imperator. ff.
8 de ſer. urb. præ. * Sed pone q. quæ fuit de facto in perſona Gonellæ, qui magnus buſonus uulgariter appellatur: nam dum eſſet bannitus ſub pœna capitali ne Ferrariam accederet, emit unum plauſtrum Paduæ, & terram Paduanā poſuit in dicto curru, quem ille aſcendit, & poſtea acceſſit in ciuitatē Ferrarię, dicens ſe non eſſe in territorio Ferrariæ, ſed Paduæ, ex quo tangebat territoriū Ferrarien. Sed dicit Angel. in l. qui ſella. ff. de ſer. ru. præ. quòd non fuit bonum cōſilium, per illum text. qui uult quòd quis dicitur ire per fundum alterius, quando ſella uel lectica uehitur. & adde quæ no. Barto. & Docto. ſed pro Gonella facit gloſſa inſti. de iure gen. na. & ciui. in princ. in uer. cœlo. ubi exponit, id eſt aere, ut ſunt aues quæ in arboribus in aēre naſcuntur: ut §. apum. inſti. de re. di. & ſic ille text. cum gloſſ. probat:
9 *quòd qui eſt in arbore, dicitur eſſe in aere, & non in terra: tamen dicendum eſt ipſum eſſe ſub territorio in quo eſt arbor.

## De igne. CAP. XLIIII.

1 *Ignem iuxta parietem communem an facere licitum ſit.*

2 *Domum ſi tibi locauerim, & in locatione conuenerim, ne ignē in domo haberes: attamen tu habuiſti: ſi fortuito caſu incēdium ortū fuerit, an tenearis.*

3 *Locatorem inter & conductorē ſi conuentum fuerit, ne in domo fœnum aut palea poneretur, & conductor poſuerit: deinde ſeruus igne allato ſuccēderit, quid iuris.*

4 *Domum inferiorem habens, an poſſit facere tam grandem fumum, ut ſuperiori noceat.*

5 *Ignis fornacis & furni an uicino nocere debeat.*

6 *Ignem in ſtipulam ad paludē ſi quiſ-*

C *piam*

[a] Aream. *Vicinus nō poteſt ædificare in ſolo ſuo iuxta aream uicini, quæ ſit ad triturādū granū, ne per ædificiū impediatur uſus areæ: quia uentus retineatur. l. fin. §. fi. & ibi Bar. & Bal. C. de ſer. et Pe. de Vbal. in tract. de ſocietat. vj. part. vl. q. quod eſt uerum ſecundū Bal. ibi, ſi area in alio loco fieri nō poſſit. Itē uerū, ſi uentus non poſſit uenire niſi ab ea parte a qua ædificetur. ut ibi per Bart. & Bald. & ſ. p Barth. Cæpo. de ſerui. ur. c. xxvj. & c. xxvij. & c. xxix. & ibi dic uerum, niſi pactū ſit in cōtrarium.*

*piam immiſerit, & alicui damnum*
*dederit, quid iuris.*
7 *Ignis piſcatorũ ſi naues in periculum*
*aliquod duxerit, quid iuris.*
8 *Ignis ſi dolo imittatur in alienas ædes,*
*uel frumenti aceruum, quid iuris.*
9 *Aedium appellatione, omnes ædificij*
*ſpecies continentur.*
10 *Ignis pœna uel alia, an contra incen-*
*diarios locum habeat.*
11 *Incendio quod in domibus uel hoſpi-*
*tijs ſine dolo ſit, an dominus teneatur:*
*ſi domus erat aliena, uel de rebus alie-*
*nis in domo combuſtis.*

a Caminum. *Caminus ĩ muro cõi fieri non põt p ſociũ altero inuito, niſi murus ſit ualde groſſ⁹. Ang. Flo. Paulus de Ca. ĩ l. q̃dã Hyber. et ibi uide Bar. ff. de ſeru. ur. p. & Pe. de Peru. in tra. de ſocie. vj. part. iiij. col. in fi. ſed Flo. in d. l. q̃dã. dicit poſt Bal. ibi, et Bar. q̃ ſi fieret ſolũ tub⁹ caminũ ad portãdũ fumũ, nõ ad ignẽ retinẽdũ, põt fieri: q̃a murus nõ deco queretur, et ceſſaret ratio deteriorationis.*

b Cautio dã. *Cautio de dãno ĩfecto pſtari debet etiã p dãnũ uitĩ, ſecundum Alexan. contra Paul. de Ca. in l. j. ff. qui ſatiſd. cogan.*

VLTIMO loco ſupereſt de
igne quarto elemento aliqua
dicere: & de igne loquamur q̃ apud
nos eſt uerus: quia uariis ex cauſis
ſit, ideo eũ percurramus. Et primo
de igne familiari. *Nunquid ſit lici 1
tum facere ignẽ iuxta parietem co-
munem? dic aut per talem ignẽ tor-
retur, aut damnificatur paries cõmu
nis, & nõ poteſt: ut eſt caſus in l. q̃dã
Hyberus. in pri. ff. de ſer. ru. pręd. Aut
non torretur, uel nõ dãnificatur, &
poteſt. ut ibi à cõtrario ſenſu. & ar. l.
fiſtulã. §. fi. eo. ti. & l. ſi ſeruus ſeruũ.
§. ſi furnũ. ff. ad l. Aqui. & ex hoc no.
plures concluſiones. Prima, q̃ non
licet facere ignẽ iuxta murum com
munem, in quo non ſit caminus, ſi
ex illo igne poſſet inferri damnum
muro: uel quia eſt ſubtilis, uel quia
ſit ignis immoderatus: quod no. pro
pauperculis, quæ ſæpe ignem faciũt
prope murũ, quia non habent cami-
num. Secũda cõcluſio, non licet fa
cere caminũ[a] in muro ſubtili, ſi flam
ma ignis nocere poſſit muro. Ter
tia cõcluſio, ſi eſt factus caminus in
muro cõmuni, & de uoluntate uici-
ni, nõ poteſt in eo fieri ignis talis, q̃
uicino nocet: quod not. cõtra nobi-
les & potẽtes, qui ſolent facere ma-
gnũ ignem, ſi noceret, uel timeretur
ne noceat uicino. l. ſi ſeruus ſeruũ.
§. ſi furnum. ff. ad l. Aqui. Quarta
concluſio, ſi murus eſſet groſſiſſi-
mus, tamen non licet ita magnũ fa-
cere ignẽ, ut timeatur ne flamma a-
ſcendat caminũ, & inferat periculũ
uicino, per d. §. ſi furnũ. quod not.
cõtra faciẽtes nuptias. Quinta cõ
cluſio, ſi quis habet in parte ſuperio
ri domũ, & alter in inferiori, nõ po-
teſt ſuperior facere ignẽ ita magnũ,
ut ſit dubitandũ ne ſolarium ſuper
quo ignis ponitur, accẽdatur, uel of
fendatur. l. ſicuti. §. Ariſtot. & quod
ibi no. ff. ſi ſer. uẽ. quod ſimiliter no.
cõtra facientes nuptias, quibus hoc
euenire contingit, quando coquinã
faciunt in ſolario. Sexta & ultima
concluſio, ſi in prædictis caſibus ti-
metur damnũ, poteſt peti cautio dã
ni infecti[b]: & ſi damnum datum eſt,
quia paries ſit exuſtus, poteſt agi a-
ctione in factũ. d. l. ſi ſeruus ſeruum.
§. ſi furnũ. ff. ad l. Aquil. & prædictis
adde quæ dixi s. in primo libr. tit. de
fornace. & titu. de balneo & ſtupha.
*Quid autem ſi locaui tibi domũ, 2
& coueni in locatione ut ignem in
domo non haberes, & tamẽ tu ignẽ
habuiſti, & fortuito caſu ortũ eſt in-
cẽdium, an tenearis? Dicas quòd ſic:
quia non debuiſti contra conuentio-
nem habere, & culpa præceſſit ca-
ſum, ideo teneris etiã de caſu: ut eſt
caſus no. in l. uideamus. §. j. ff. loca.
Sed ſi eſſet actũ ut ignẽ innocentem
haberes, tũc non teneris de caſu for
tuito: ut s. caſus eſt in d. §. j. * Quid 3
ſi inter locatorem & conductorem
conuenitur, ne in domo fœnum aut
palea poneretur, & cõductor poſuit:
deinde ſeruus igne allato ſuccẽdit?
Dic quod tenetur conductor ex lo-
cato, nec liberabitur dando ſeruum
pro noxa. quia ipſe conductor cau-
ſam præbuit, inferendo aliquid con
tra conuentionem, & ipſum idem,
ſi quilibet extraneus ignem iniece-
rit



rit earatione: ut eſt text. not. in d. l.
uideamus. §. fi. cum l. ſeq. quam per
petuo tene mẽti: quia idem eſſet in
4 aliis ſimilibus caſibus. * Quia ex
iſto igne generatur fumi, poteſt du
bitari, an habens domum inferiorẽ,
poſſit facere tam grandem fumum,
ut ſuperiori noceat. & hic eſt text. in
l. ſicuti. §. Ariſto. & §. fin. ff. ſi ſeru.
uen. de quo dic ut dixi s. in titul. de
fumo. Et quid ſi eſſet fumus qui ma
lum odorem redderet, & uicino no
cẽret, prohiberi poſſet ne talem fu-
mum mitteret. arg. eorum quæ dixi
5 s. in tit. præce. *Secundo principa
liter quæritur, quid de igne forna-
cis & furni. dic ut habetur in l. ſi ſer-
uus ſeruum. §. ſi fornacarius. & §. ſi
furnũ. & ibi gl. & Doc. ff. ad l. Aquil.
6 * Tertio quæritur, quid de igne
in ſtipulam ad paludẽ immiſſo. dic
ſi quis immiſerit huiuſmodi ignem
comburendi cauſa, & uberius eua-
getur, & progreſſus ignis alienã ſe-
getem, uineã, aut nemus, uel domũ
combuſſerit, requirendũ eſt, an im-
peritia eius aut negligentia id acci-
derit: nam ſi die uentoſo, culpæ reus
eſt: nam qui occaſionẽ damni dat,
damnum dediſſe uidetur. in eodem
crimine eſt, & qui non obſeruauit,
ne ignis longius procederet: at ſi o-
mnia quæ oportuit obſeruauit, ſed
ſubita uis uenti longius ignem pro-
duxit, caret culpa. tex. eſt no. in l. qui
accidit. §. j. ff. ad l. Aquil. de quo dic
7 ut ibi per gloſſ. & Doct. * Quarto
quæritur, quid de igne piſcatorum.
dic piſcatores prohibentur ne nocte
lumine oſtenſo fallant nauigantes,
quaſi in portum aliquem delaturi,
eoque modo in periculum naues, &
qui in eis ſunt deducant, ſibiq; ex-
exercendam prædam darent. Et ſi a-
liter faciunt, puniri debent, ac ſi ipſi
raperent ea quæ nauigio perempta
eſſent: ut eſt text. in l. ne piſcatores.
8 ff. de incen. rui. & naufra. *Quin-
to quæritur de igne, qui aliquando
dolo immittitur in ædes alienas, uel
in aceruum frumenti. dic ſi quis æ-
des uel aceruum frumenti iuxta do-
mum poſiti combuſſerit, uinctus,
uerberatus, igni necari iubetur, ſi
doloſe hoc commiſerit. Si uero ca-
ſu, id eſt negligentia, aut damnum
reſarcire iubetur, aut ſi minus ido-
9 neus ſit, leuius caſtigabitur. *Et ap
pellatione ædium omnes ſpecies æ-
dificii cõtinentur: ut eſt textus in l.
qui ædes. ff. de incend. rui. & nauf.
quæ l. locũ habet etiã in eo qui com
buſſit torcularia, ſecundum Bar. qui
dicit ita de facto uidiſſe obſeruari.
Et idem tenet Flor. in l. ſi quis fu-
mo. §. j. in fin. ff. ad l. Aquil. qui di-
xit idẽ eſſe in eo, qui cõbuſſit tero-
10 riam pannorum. * Sed nunquid
iſta pœna ignis, uel alia cõtra incen-
diarios locum habeat de iure Cano
nico, uide tex. gloſ. & Docto. in cap.
magnæ. extra de ſent. excom. & cap.
fin. de ſepul. & c. ſi quis domum. de
iniu. & dam. da. pro declaratione d.
l. qui ædes. uide Bart. in d. l. iij. ff. de
offic. præfec. uigil. & Cyn. Bald. &
Saly. in d. l. data opera. C. qui accuſ.
non poſ. & Ange. de Aret. in ſuo tra
cta. maleficiorum. in gloſ. in uerſic.
11 incendiario. in principio. * Sexto
& ultimo quæritur de incendio[a],
quod ſit in domibus uel hoſpitiis
ſine dolo, an dominus teneatur ſi
domus erat aliena, uel de rebus a-
lienis in domo combuſtis, uel pro
domibus eius combuſtis, & etiam
aliis caſibus: & quia iſta non eſt ma-
teria noſtra ſeruitu. ampla & pro-
funda eſt: contentus ero ſolum me
remittere ad ſcribentes de ea: & i-
deo uide in primis textum & gloſſ.
& Doctor. in l. ſi uendita. ff. de pe-
riculo & commodo rei uenditæ.
& ibi plene per Salycetum & text.

a De incẽd. *Incẽdiũ nõ imputatur habitati q̃ ſit ſolit⁹ eſſe uigil et diliges, q̃a nõ pſumitur eſſe ĩ culpa. Bal. ĩ conſ. q̃dã riſtorus. et Alex. in l. ſi q̃s. §. fi. de edẽdo. Et Bald. in l. j. C. de poſt. dicit q̃ ſi frequenter eſt cõtinges, q̃a nõ ſit habita diliges cuſtodia, & tũc eſt culpa. ſi uero de raro contingentibus, & tunc caſus inſolitus non annumeretur culpæ.*

& Doct.in l.iij. §.j.ff.de off.pręfec. uigi.& text.& Docto.in l.cum duobus. §. damna.ff.pro ſocio.& l.in iudicio.C.loca.& Cyn.& Bald.& Saly. plene,& Docto.in d.l.data opera.& per eundem Saly.late in l.qui fortioris.C.de pig.action.& Flor.in l.ſi quis fumo. §.j.ff.ad leg.Aqui.& pleniſsime per Angel.de Are. in tract. malefi.in d.gl.in uer.incendiario.& plene ac eleganter per ſolennē doctorem do.Pet.de Alas de Padua in diſputatione ſua quæ incipit, exorto incendio in una contrata.& uide etiam tex.in l.ex conducto. §.fi.& l. uideamus. §.fi.ff.loca.& in toto tit. ff.de incen.rui.& nauf.& l.in eum. C.de fur.& per Cyn.in l.ad comparandas.C.manda.& per Alb.de Ro. in l.fiſtulas. §.ſi quis fundum. ff.de contrahen.emp.& per text.& Doct, in c.fi.extra de ſepul.& c.tua nos.de ſen. excōmu.& c.ſi quis domum.de iniuriis & damno dato. & xij. q.ij. cum deuotiſsimam. & xxj.q.ult.c.ſi quis membrorum.& c.peſsimam.& xxiiij. q.iij.c. quiſquis per domum. ubi plene de hac materia.

FINIS TRACTATVS DE SERVITVTIBVS TAM VRBANORVM QVA'M RVSTICORVM PRAEDIORVM.



# BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

*

# TRACTATVS DE VSVCAPIONE PRO EMPTORE, Pro donato, Pro dote, Pro ſuo, Pro ſoluto, Pro legato, Pro derelicto.

*

## DE VSVCAPIONE pro emptore.

SVMMAR.

1 *Dominium ex uſucapione acquiritur.*
2 *Cōtinuatio rub. à remotis nō eſt bona.*
3 *Præſcriptionis appellatione uenit etiā uſucapio.*
4 *Actor proprie tranſigere dicitur, reus autem non.*
5 *Statutum de tranſigente loquens, non comprahendit niſi actorem.*
6 *Vſucapio pro emptore quare dicatur.*
7 *Rubricæ pro emptore, & aliæ ſpeciales quare factæ ſint.*
8 *Vſucapionis appellatione an præſcriptio ueniat, & econtra.*
9 *Præſcriptio quotuplex ſit.*
10 *Præſcriptiōes quo iure inuītæ fuerīt.*
11 *Præſcribēs an in foro cōſcietiæ teneat.*
12 *Præſcribenti an per denunciationem Euangelicam denunciari poſſit.*
13 *Præſcriptiones imperator augere & tollere poteſt.*
14 *Præſcriptiones conſuetudine mutari poſſunt.*
15 *Præſcriptionis materiam cum ignorante mitius agitur, quam cum ignorante ius naturale.*
16 *Præſcriptiones quare temporibus limitatæ ſint.*
17 *Præſcriptiones quare itroductæ ſint.*
18 *Præſcriptio nunquid in odium uel in fauorem introducta fuerit.*
19 *Vſucapio uel præſcriptio an fieri dicatur illius uoluntate, cuius res eſt, quæ præſcribitur.*
20 *Præſcriptio à conſuetudine in quo differat.*

IN GLOS. rubr. ibi, De iure agedi: dic s.de act. & obl.in gl: ibi, nūc deſcedi. Iſta gl. ſetit ꝙ ex uſucap. non acqritur ius agedi: quod eſt falſum.
1 *Quia ex uſucapione acquiritur dominiū.l.traditionibus.s.de pac.& l. iij.ff.de uſucap.& illud dominiū eſt directū: ut not.per gl.& Doc.in aut. niſi tricenale.s.de bo.mater.& in d. l.traditionibus. ex quo dominio oritur ius agedi.l.in rem.in pri.ff.de rei ue.& l.unica.s.de alie.iudi. mu. cauſa fa.& ꝓpter hoc iſta cōtinuatio nō eſt bona, niſi defendēdo gl. dicas ſecundū Saly. ꝙ gl. ſe retulit ad frequentiā facti, quæ ſe habet ut poſsident

dentes conuenti opponant excep.
præſcrip.non poſsidẽtes ex iure pre
ſcrip.quæſito agãt.facit ad hæc l.nã
ad ea.ff.de leg.Et alia ratione iſta cõ
tinuatio non uidetur bona:*quia fit 2
nimiũ à remotis cõtra l.ij.ff.de ſtat.
hom. Ideo gl.ſecũdo continuat ſic:
dictum eſt s.de præſc.libertatis ſpe-
cialiter:nec ſequitur de pręſc.aliarũ
rerũ. *Ex qua gl.nota quòd appella 3
tione præſcr.uenit etiam uſucapio,
ſed improprie,ſicuti ecõtra,appella.
uſucap.uenit pręſcri.x.uel xx.anno-
rum:ut eſt text.inſti.de uſuca.in pri.
in uerbo, uſucapiatur. quod no.pro
ſtatutis loquẽtibus ſpecialiter de u-
ſucap.uel præſc. Vel tertio potes
ſic cõtinuare:uiſum eſt s.de his quæ
ſunt de iure gen.id eſt, manumiſ.l.
manumiſsiones. ff.de inſti.& iur.&
l.ex hoc iure gentiũ.eo.ti.& inſti.de
iure natu.gen.& ci. §.ius autẽ gen-
tium.iũcto tex.inſti.de lib.in princ.
modo ſequebatur uidere de his quę
ſunt de iure ciuili , ut eſt de uſucap.
& præſcr.ut inſti.de uſuca.in princ.
& pro iſta cõtinuatione facit tex.in-
ſti.de uſu & habit.in pri. Vel quar
to poteſt cõtinuare clarius,ſecundũ
Cy.dictũ eſt s.de acqſi. rerũ per mo
dos de iure gentiũ acqſito:ut in iu-
ribus præalleg. uerũ quia etiam per
modos iuris ciuilis res acquirũtur,
ſcilicet per uſuc. & præſc.ideo ſubii
citur iſta rubrica. Vel quinto po-
teſt cõtinuare & latius ſecundũ Sa-
ly.hoc modo.dictũ eſt s.qualiter do
minia acquirũtur tam ex contracti-
bus iuris gentium, quàm iuris ciui-
lis:tã ex contractu emphyteotico, q̃
etiam ex ultimis uoluntatibus : ſed
quia alii modi acquirendi ſupererãt
de iure ciuili,ut uſucap.& præſcrip.
ideo de illis annectit.Et primo de u-
ſucap.pro empto. quia iſta frequen
tius accidit. Secũdo de illa quæ pro
tranſac.propter aliquam ſimilitudi-
nem quam habet cum empt. quod
declaratur in glo.& ibi aliquid dicã.

In ea.glo.ibi, Et tranſigenti actio
quam remittit.ita gloſſ.ſentit clare,
* quòd proprie actor dicitur tranſi- 4
gere,quia eſt ille qui remittit actio-
nem : reus autẽ non dicitur proprie
tranſigere.& de hoc eſt gloſ.in ter-
minis.in l.ij.s.de tranſac.& ratio ui-
detur eſſe : quia tranſigere eſt ab a-
gendo ſe retrahere , id eſt,recolen-
do raro ſe habere,& ſic deſiſtere.un
de reus nõ proprie dicitur tranſige-
re,quia ipſe nõ incœperat agere,uel
uelle agere:ſed largo ſumpto uoca-
bulo,etiam reus dicitur trãſigere:ut
no.in d.l.ij. *Ex quo nota, quòd ſta 5
tutum loquens de tranſigente , non
uidetur compræhendere niſi acto-
rem,per iſtas gloſ.quia uerba ſtatuti
debent intelligi proprie & ſtricte.l.
iij. §.hæc uerba.ff.de neg.geſt.& l.j.
§.his qui nauem.ff.de exerci.& l.cõ
ſtitutionibus.ff.ad muni.cum ſimili
bus.ſed in contrariũ facit,quia trãſ-
actio non poteſt fieri ſine actore &
reo : ut l.tranſactio.s.de tranſac. &
hoc in gloſ.patet. unde cum iſta ſint
correlatiua,ſtatutũ loquens de uno,
extenditur ad aliud etiã in pœnali-
bus.l.j. C.de cupreſsis. libr.xi.& ibi
hoc uult Bartol.& l.fi.& ibi etiã Bar.
ff.de acceptila.& l.fin.& ibi Doc.s.
de indic. uidui. tol. & habetur per
Bart.in l.cum emptor.ff.de reſcind.
uendi.& per Bal.in l.ſi cõuenerit.ff.
de pac.& in aut. ſi quas ruinas.s.de
ſac.eccle.& per Doct.in l.nemo mar
tyres.eo.ti.no.per Bal.& Saly.in ru
bri.s.de reb.cre.& iureiur. Nec ob-
ſtat qđ dicit gl.in l.inuicẽ.ff.de reg.
iur. quia ibi eſt alia ratio diuerſita-
tis inter dantem & accipientem : de
quo plene dixi in tract. meo de æ-
quiparatorũ argumentatione. ſed ſi
ſtatutum loqueretur de tranſa.non
eſſet dubium,quòd compræhende-
ret



ret tam actorẽ quàm reum : ut pro-
6 batur in tit.ff.& C.de tranſac. *Ex-
tra gl.quæro quare dicatur & appel-
latur uſucapio pro emptore.dic ſe-
cundum gl.in l.ſi is qui pro empto-
re. §.fi.ff.de uſuc.quia uſucapio pro
emptore denominatur à titulo cau-
ſato ex parte uſucapionis, & ab eius
facto,quod non eſt in aliis.nam titu
lus pro ſoluto cauſatur principaliter
à facto tradentis : & idem in titulo
pro donato:ut dicit Saly.in l.uendi-
tioni.in præalleg. uerſi.& ibi dicam
7 j.ea. * Secundo quæro quare iſtæ
rubricæ uſque ad titul.j.de uſucap.
transformanda,ſunt factæ ſpeciales.
de iſtis titu.ſpecialibus uidelicet ꝑ
empt.& tranſac. &c.reſpon. quia ſi-
cut regulariter acquiritur dominiũ
quando res ex aliquo titulo à domi
no traditur,ut habetur in l.traditio-
nibus. s.de pact.ita quando tracta-
tur de uſucap. & præſcrip.quia acq-
ritur à non domino,requiritur titu-
lus habilis ad tranſlationem domi-
nii,quia ſine titu.non procedit uſu-
capio:ut inſtit.de uſucap.in princip.
nã iſta regulariter procedunt à pari:
uidelicet ſicut ille qui eſt dominus
tradendo cum titulo transfert do-
miniũ.d.l.traditionibus.ita qui non
eſt dominus,tradendo cum bonafi-
de & titulo trãsfert uſucapiendi cõ-
ditionẽ.l.clauibus.ff.de contrahen.
emp.& quia tituli habiles ad transfe
rendum dominium , & uſucapiendi
conditionem ſunt plures & diuerſi:
ideo de ſingulis titulis factæ fuerũt
ſpeciales rubricæ & tituli ſeu tracta
ctus : & quia titulus emptionis eſt
uulgaris & magis in uſu , ideo inci-
pit ab iſto,& addit de titulo pro trã
ac.quia etiam eſt ſufficiens ad tranſ-
lationem dominii , & etiam ipſius
dominii uſucapionem.de quo titu-
lo trãſac.loquitur ſolum l.penul. j.
cod.aliæ uero leges huius tituli lo-
quuntur de uſucapione tantum : &
ſic iſta rubrica habet duas partes: ſi-
cut de duobus titulis habilibus ad
uſucapiendum,facit mentionem: &
licet in ff.nouo habemus titulum ge
neralem de uſucap. & titulos ſpecia
les : tamen in C.non habemus niſi
ſpeciales. Tertio quæro, quia di-
8 xi ſuper gl.huius rubricæ, * quòd ap
pellatione uſucapionis uenit etiam
præſcriptio,& econtra,largo modo
loquendo , quotuplex ſit iſta uſuca-
pio uel pręſcriptio,& quæ ſit illa.Re
ſpondeo, quòd reperitur uſucapio,
quæ proprie procedit in rebus mo-
bilibus cum titulo & bonafide: ut in
ſti.de uſucap.in princ.& l.j.j.de u-
ſucap. transfor.& ex iſta acquiritur
dominium directum:ut ibi no. *Itẽ
eſt præſcriptio x.uel xx. annorum,
quæ dicitur etiam longi temporis,
& iſta competit in rebus immobili-
bus cũ titulo & bona fide:& illa quæ
eſt x.annorum , datur inter præſen-
tes:& illa quę xx.inter abſentes:ut in
ſti.de uſucap.in prin.& in toto titu-
lo.j.de præſcrip.longi temporis , x.
uel xx.annorum. & ex ea acquiritur
dominium utile:ut not.gloſ.& Do-
cto.in aut.niſi tricennale.s. de bo-
nis matc.& in l.fi.in fin.s.de edi.di.
Adria. tol.& de iſtis tantũ loquitur
titulus generalis. ff.de uſucap.adde
tamen quòd ubi gloſſ.facit mentio-
nem de utili dominio, debet intelli
gi de quaſi dominio, quod acquiri-
tur ante præſcriptionem completã:
ut no.Ang.in l.ſi minor. §.ſi ſeruus.
poſt mediũ.ff.de empt.de quo quaſi
dominio habetur per text. gloſſ. &
Docto.inſti.de actio.in §.ſed iſta.&
in toto tit.ff.de publi. Item eſt præ-
ſcriptio xxx.uel xl.annorum , & iſta
eſt longiſsimi temporis , quæ currit
ſine titulo & bonafide de iure ciuili:
ut in l.ſiquis emptionis titulo. j.de
præſcript. xxx. annorum. & de iſta

 non

non loquitur ille titulus generalis,
nec aliqua lex ſtorum: quia non fuit
inuenta illo iure ſtorum: nec iure
C.antiquo, ſed per leges nouas: ut
j.de præſcrip. xxx.uel xl.annorum:
ut not.gloſſ.in l.qui cadit.ff.ad l.A-
quil.& in l. Iul.ex quibus cau.maio.
& in aut. ut eccleſia Romana. §.j.in
uerbo antiqua.col.ij.& gloſs.magna
inſti.de perpe.& tempora.præſcrip.
in princip. in l. Pomponius. §. cum
quis.in uerbo, uitiis.& do.Ludo.de
Ro.ff.de acqui.poſ.iſta tamen gloſſ.
ſolet allegari in contrarium, ut ibi
per eam.ff.de acq.poſſeſ. & eſt text.
& ibi Bal.in c.uigilanti.extra de præ
ſcrip.& hoc uult Bart.in l.prætor.in
§.qui interdictum.ff.de no.ope.nu.
& in l.in omnibus.ff.de actio.& ob-
li.& Raph.in l.ſi curatoris.s. de iure
delib.& Ludo.de Ro.in d. §.hoc in-
terdictum.& Paul.de Caſt.hic.& ui-
de text.in d.c.uigilanti.qui ita dicit,
Efeſinus enim l.lector ſolum pro-
pter uitandum miſerorũ ſegniciẽ,&
longi temporis errorem, & confu-
ſionem,primus tricenali, uel quadri
genali præſcriptioni uigorem l.im-
poſuit. & licet ibi gl.in uerbo Efeſi-
nus dicat, ſi imperator forſitan fuit
uel iuris peritus, qui hanc l. primus
edidit: tamẽ hoc non eſt uerum,in-
quantum loquitur de iuris perito,&
ſentit quòd fuit tempore ſtorũ. ſed
inquantum dicit quòd fuit impera-
tor: tamẽ dicit per prædicta, ſed fuit
imperator Græcus, ſecundum Ioan.
And. ibi & Doct. & iſta præſcriptio
quę dicitur longiſsimi temporis, nõ
appellatur uſucapio: quia nullũ per
eam dominium acquiritur proprie
loquendo: ſed exceptio tantum: &
procedit non ſolum in actis reali-
bus, ſed etiam perſonalibus perpe-
tuis: perſonales enim quæ ſunt per-
petuæ originaliter, & in progreſſu,
non tollebantur tempore.l.obliga-
tionum fere. §.placet. ff.de action.
& obligationibus. ſed leges nouæ
non perdiderunt originalem. nam
quia ſemper durant in ſubſtantia:
non obſtãte lapſu temporis: ſed per
dunt effectum: quia uſuca.exceptio:
& licet non acquiratur dominium,
tamen acquiritur effectus dominii,
qui cauſatur ex exceptione. & iſto
modo intelligi poteſt gloſſa in l.
traditionibus.ſupra de pact.& gloſ-
ſa finalis in l. inter officium. ff. de
rei uen.& gl.in aut.niſi tricẽnale.s.
de bo.mat.& glo. inſtit. de uſuca.in
prin.in uerb.rerum.quæ loquuntur
de effectu dominii qui acquiritur
ex præſcrip.& quod not.Baldus in l.
prima,ad finem primæ col. ſupra de
uſufructu. & in l.ſi duo patroni. §.j.
ff.de iureiura.ſed per uſucapionem
perdit dominus directũ dominium:
& transfertur de domino in uſuca-
pientem per præſcriptionem longi
temporis: non perditur dominiũ di
rectum,ſed transfertur utile domi-
nium in præſcribente: ut not.in aut.
niſi tricennale.ſecundũ Paul.hic in
fi.de quo uide gl. xvj.q.j.unde dum
dixit Bald.in præludiis feu.in xiiij.
col.quod per pręſcriptionẽ longi &
longiſsimi temporis dominium di-
rectum non uſurpatur, ſed quædam
qualitas dominii in omne proba-
tur, quæ appellatur utile dominiũ:
uerum dixit contra præſcrip. longi
temporis: ſed non logiſsimi: & ideo
ille qui præſcribit dominium rei al-
terius, dicitur prioris domini domi
nium occidere: ſicut ille qui præ-
ſcribit libertatem, dicitur occidere
ſeruitutem: ut notat gloſſ. fin.in l.ſi
ædes. §.fina. ff.de ſeruitu. urbanor.
prędior.& ibi Paul.de Caſtr.dicit ꝙ
illa glo.ſemper allegatur ad hoc.ſed
tu dic, quod eſt alia ſimilis, in l.iij.
§.ex pluribus.ff.de acquiren. poſſe.
in uerbo, occidere.in fi. *Quarto 10
quæro



quæro quo iure fuerũt inuentæ præ
ſcriptiones. dic tã de iure can.quàm
ciuili, ut probatur in iſto tit.cũ ſeq.
coniuncto ti. extra de præſcrip.& in
c.j.de præſcri.lib. vi. & xvj.q.v.qui-
cunque. & xiij.q.ij.in prin.cum ſimi
libus. non autem fuerũt inuentæ de
iure naturali. nam de iure naturali
ideo non fuerunt præſcrip. inductę,
quia de iure naturali iniquum eſt ali
quem locupletari cum aliena iactu-
ra, ut ff.de condi.inde.l. nam hoc na
tura. & extrà de pœnis. c. ſuam. &
ideo inuenta eſt præſcriptio ne do-
minia rerum ſint in incerto: ut l.j.ff.
de uſuca.ut no.gloſſ.j.xvj.q.iij. qui-
cunq;. unde uidetur non bene dixiſ
ſe Bald. in præludiis feu.in vij. col.
uerſi.dixi tertio.ubi dicit quòd prę-
ſcriptiones ſunt de iure gentium, &
propterea cum præſcriptiones fue-
runt inuentæ tantum de iure ciuili
& cano.ut d.c.uigilãti.& dixi in quę
ſtione præcedenti,& non de iure na
turali uel gentium, dicuntur eſſe de
iure poſitiuo, ſeu de materia poſiti-
ua ſecundum Bal.in l. qui fidem. ff.
de tranſact. uel ſunt de iuſtitia poſi-
tiua: ut no.Bald in l.j. §.j.ff. de po-
ſtu.& maxime iſtud eſt uerum reſpe
ctu temporis, ut eſt gloſſ.not.in d.l.
j. §. ſexum. in uerbo, ratus. ſed ex
hoc, quia præſcriptiones ſunt de iu-
re poſitiuo, poteſt inferri ad multa.
11 *Primo quod præſcribens non te
netur etiã in foro conſcientiæ reſti
tuere illud quod præſcripſit etiã ex
cauſa lucratiua: ut no.per Fed.de Se
nis in conſi.ſuo xxj.quod incipit,hæ
res extraneus.& per Io.An.in c.poſ-
ſeſſor.de regu.iur.in vi.& per Inno.
& Docto.in c.uigilanti.& in c.fi.ex-
tra de præſcrip. & Io.An.in c.fin.de
excep. & late per Anto. de But.in c.
quia plerique.in iij.col.ad fin.uerſi.
ex pdictis patet ꝙ in quæſitis. extra
de immun. eccle.& plene per Bald.
in auten. ad hæc.C.de uſu.& in l.qui
fidem. ff. de tranſact. & in c. ſi quis
per xxx.annos.in titu.ſi de feu.fue-
rit controuer.& in c.j.circa fin.in ti-
tu. de contentione inter dominum
& fidelem.in uſi.feud.& per Bald.in
extrauagan. ad reprimen.in gloſſ.in
uerbo, denunciationem.in iij.colũ.
uerſic. ſed quid de obligatione quæ
tollitur præſcri. & per eundem in l.
omnes populi. in iij.q.princi. uerſi.
ecce alia dicit.ff.de iuſti.& iur.& ibi
per Doctor. & per Barto. Ange. &
Imo. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff.de
uſucap.& per Ang.plene in repeti.l.
j.s. de iudi.& uide quod not.Pau.de
Caſt. in l. ſi pœnæ. ff. de condi. in-
de. & habetur per Baldum in l. cum
quis.in x.queſt.in fin.uerſi.poſt hæc
ſciatis. s. de iur. & fac. ig.ubi plene
diſputat, an ius poſitiuum obliget
in foro conſcientiæ. & pleniſsime
habetur per Rapha. Cu. in quadam
ſua diſput. quæ incipit, ſtatuto ciui-
12 tatis Vicentiæ ſuppoſito. *Sed nũ-
quid poſsit præſcribenti denuncia-
ri per denunciationem Euangeli-
cam? uide Bartol. in d.gloſſ.in uer-
bo, denunciationem. & Bald.in d.l.
qui fidem. & Rapha.in d.ſua diſput.
& habetur in locis præalleg. & per
Anto. de But. & Canon. in c.nouit.
13 extra de iudic. * Secundo ex hoc
ſequitur, quòd Papa uel Imperator
in foro ſuo poteſt augere uel mi-
nuere aut funditus tollere præſcri-
ptiones: & Imperator poteſt diſpo-
nere contra ius ciuile poſitiuum,ut
not.Iaco.de Alua. ſecundum Andr.
de Iſer. in c.j.in princip. in ſecunda
colum.in titu.de feud.marchiæ. ubi
omnino uide. & princeps poteſt
etiam funditus tollere ius poſitiuũ.
c. propoſuit. de conceſ. præbend.&
not.gloſſ. in cle. in uerbo, fortis.de
immu. eccle. & idem not. Bald.in l.
ij.in xviij.quæſt.s. de ſeruit.& aqua.

intãtum quòd in his quæ ſunt de iu-
re poſitiuo, in Papa ſufficit uolun-
tas pro cauſa, nec eſt opus eam ex-
primere, ut not. Specu. in titu. de le-
gato. §. nunc breuiter. uerſi. & nota
quòd imo plus. nullum eſt ius poſi-
tiuum, quod conſuetudine mutari
non poſsit, ut l. de quibus. §. fi. ff. de
leg. ut dicit Bald. c. j. §. præterea. el j.
poſt princi. in titu. de prohi. feu. alie.
per Fede. & ex hoc *Tertio ſequi- 14
tur, quod præſcript. poſſunt mutari
conſuetudine uel ſtatuto. *Quar- 15
to etiam ex his ſequitur quòd mi-
tius agitur cum ignorãte materiam
præſcript. quàm iuris naturalis. hoc
facit gloſſ. not. in l. uenia. s. de in ius
uoc. cum ibi notatis, quia mitius agi
tur cum ignorãte ius poſitiuũ quàm
ius naturale, ut dicit gloſſ. not. in c.
cum illorum. in uerbo iuris peritia.
extrà de ſent. excommu. intantum
quòd male intelligere canones qui
ſunt de iure poſitiuo, non eſſet pec-
catum mortale, ut no. Innocen. in c.
per tuas. el ij. circa fin. extrà de ſimo.
& Bald. in l. ab eo. in iij. col. j̃. quo-
modo & quando iudex. dicẽs quòd
errare in ſubtilitatibus rerum, non
eſt peccatũ mortale. facit quod not.
gloſſ. nota. inſti. de obl. quæ ex qua-
ſi contra. in princi. & de iure poſiti-
uo uide aliqua per Abba. Sicu. in c.
quia pleriq;. extrà de immu. eccle. &
per Innocen. in c. niſi cum pridem.
de renun. & per gloſſ. in uerbo, ma-
la ſunt. in c. & ſi Chriſtus. de iureiu-
ran. & per gloſſ. in uerbo, profectis.
in cle. j. de immu. eccle. & per Archi.
xvij. q. iiij. omnes. & per Hoſtien. in
c. clericis. in iij. col. ne cle. uel mo-
na. *Quinto quęro, quare iſtæ præ- 16
ſcri. ſunt limitatæ tempore triennij,
x. uel xx. uel xxx. uel xl. uel etiam c.
annorum, ut habetur in auten. quas
actiones. s̃. de ſac. ſanc. eccle. Reſpõ.
quia ſic placuit ll. & cano. condito-
ribus. & in iſtis quæ ſunt de poſitiua
iuſtitia in limitatione temporis, ut
in uſucap. & præſcript. quare tanto
tempore, & non minori, uel maiori
ſunt inductæ, non poteſt reddi alia
ratio, niſi prædicta, quia ita placuit
conditoribus, ut dixit gloſſ. not. in l.
j. §. ſexum. in uerbo, ratus. ff. de po-
ſtu. idem not. gloſſ. in c. j. in uerbo,
poſsideat. in titu. ſi de inueſti. inter
do. & uaſal. lis oriatur. & gloſ. in cle.
nolẽtes. in uerbo, quadrageſimum.
de hæreticis. quæ dicit quòd hoc eſt
de arbitrariis in quibus non cogi-
mur reddere rationem, iuxta no. in
c. ſi quando. de reſcrip. & idem not.
gloſſ. in c. cum in multis. in uerbo,
quatuor. de reſcri. in vi. & idem no.
Bald in concluſionibus feu. circa fi.
qui dixit quòd de taxatis temporum
nulla ratio reddi poteſt, niſi quòd
ita placuit legislatori, per gloſſ. in d.
c. j. *Sexto quæro, quare pręſcrip. 17
ſunt introductæ, dic non in pœna,
ſed propter libertatem ſubditorum,
ne de iure ſuo ſemper dubitent. ita
eleganter dixit gloſſ. in autent. de
temporibus nõ ſolutæ dotis. §. j. in
uerbo, diligentia. ſecundum Bald. in
c. ſi quis per xxx. annos. in titu. ſi de
feud. fuer. contro. hic eſt text. in-
ſtit. de uſucap. in princip. & in c. ui-
gilanti. de præſcrip. Item etiã ſunt
inuentæ præſcrip. ne pereant pro-
bationes, & propter præſcriptio-
nem, quæ eſt pro præſcribente, ut
dicit Raph. Cu. in ſua diſput. quæ in-
cipit, ſtatuto ciuitatis Vicentiæ. in
præalleg. col. qui ita notabiliter di-
cit, quamuis iura loquentia de præ-
ſcrip. xxx. annorum uideantur in ne-
gligentia ſe fundare, ut dixi in iij.
quæſt. non tamen puto negligen-
tiam ſolam fuiſſe cauſam, ſed etiam
præſumptionem ſolutionis fuiſſe
cauſam in perſonalibus, & in reali-
bus præſumptionem tituli & acqui-
ſitiones,



ſitiones, quorum probationes ex
tempore depereunt, hoc notabili-
ter probatur in auten. hæc conſtitu-
tio innouat. colla. vij. ubi Imperator
reducens præſcriptionem c. anno-
rum ad annos xl. mouetur, quia per
ſpatium tanti temporis pereunt pro
bationes, & ſic non ratione negli-
gentiæ, ſed præſumptionis. hæc ea-
dem fuit cauſa inducendæ uſucapio
nis, ne probationes deficiant, ut ff.
de uſucap. l. j. & lites tollantur. l. fin.
18 ff. pro ſuo. * Septima quæſtio, an
preſcrip. ſit introducta in odium uel
in fauorem. dic quædam eſt mere fa
uorabilis, ut uſucapio triennij, quia
eſt introducta mere in fauorem uſu
capientis, ne dominia rerum ſint in
incerto, ut inſtit. de uſucap. in princ.
Quædam eſt mere odioſa introdu-
cta principaliter in odium negligen
tis, ut eſt præſcriptio xxx. uel xl. an-
norum, ut habetur in l. fin. s̃. de edi.
diui. Adria. tol. & eſt tex. in l. fi. in fi.
j̃. de anna. excep. & in c. nauiganti.
extrà de præſcrip. & eſt text. ad lite-
ram, xvj. q. iij. placuit. in §. poſt. uer
ſic. pręſcriptionum. ubi dicitur, præ-
ſcriptionum aliæ ſunt introductæ
odio non petentis, & fauore poſsi-
dentis, aliæ tantum odio petentis.
Quædam eſt partim fauorabilis in
fauorem uſucapientis, partim odio-
ſa in odium negligentis, ut præſcri-
ptio x. uel xx. annorum, ut l. more
litis. s̃. de rei uendic. & d. §. poſt. &
not. Barto. & Docto. in l. fin. in prin-
cip. ff. de eo per quem factum erit.
& per Pau. de Caſt. in d. l. more li-
tis. de quo dic ut plene dicam in l.
ſicut. in fin. j̃. de præſcript. xxx. an-
19 norum. & in rubri. in iij. q. *Octa
uo quæro, an uſucapio uel præſcri-
ptio dicatur fieri ex uoluntate il-
lius, cuius res eſt, quæ præſcribitur.
dic quòd ſic. & uide gloſſ. not. in l. ſi
ego. in gloſſ. fin. in fin. ff. de negoc.
geſt. & hoc uult etiam Barto. in l. qui
autem. in prin. ff. de his quæ in frau.
credi. qui dicit, quòd ſi patior te præ
ſcribere, uideor in te transferre,
quia præſcriptio eſt quædam alie-
natio. l. alienationis uerbo. in fin. ff.
de uerborum ſignifi. & eſt gloſſ. or-
di. in l. iuris ignorantia. in gloſſ. ma-
gna poſt medium, ibi, ſed in his ui-
deor uelle. ff. de iur. & fac. ign. ſed in
contrarium uidetur eſſe gloſſ. no-
tabilis in l. prima, in uerbo, actio-
nem. ff. de dolo. quæ dicit quòd in
pręſcriptionibus uoluntas eius, con
tra quem præſcribitur, non ineſt,
ex quo poteſt præſcribi etiam con-
tra ignorantem. l. fin. in fi. j̃. de præ-
ſcript. longi tempo. & l. ſicut. j̃. de
præſcrip. xxx. annorum. & ita uult
Bald. ſequendo gloſſ. in d. §. fin. in
præludiis feudorum. in viij. col. uer
ſic. dixi tertio. Sed poteſt dici quòd
ubi præſcribitur contra ſcientem
& negligentem, tunc præſcribitur
ex tacita ſeu præſumpta eius uolun-
tate. & ita procedat prima opi. ſed
ſi præſcribitur contra ignorantem,
ſecus: maxime quando ignoran-
tia fuiſset iuſta, & ita procedat ſe-
20 cunda opi. *Nono quæro, quæ ſit
differentia inter præſcriptionem &
conſuetudinem. dic ut per Specu.
in titu. de præſcript. §. j. uerſi. ſed
quæ eſt differentia. & per Barto. in
l. de quibus. in j. quæſt. principali,
ad fin. ff. de legibus. & in ſuo conſi-
lio quod incipit, capitaneus patri-
monij. & per Cyn. Bartolum & Bal-
dum in l. ij. j̃. quæ ſit longa conſue.
& per Bald. in d. l. de quibus. in ij.
colum. & ibi per Ange. & Docto. &
per Bald. in auten. quas actiones. in
præalle. colum. s̃. de ſacroſanc. ec-
cle. & in l. ſi quis ad declinandam.
in ix. colum. s̃. de epiſ. & cleri. & in
l. j. ad fin. s̃. de ſeruit. & in l. fi. in xv.
opp. s̃. de edict. diui Adria. tollend.
& per

& per gloſſ. & Doct.in c.ſi.extrà de
conſue.& per Innoc.in c.dilecto.de
offi. archi.& in c.cũ eccleſia.de cau-
ſa poſſeſ.& proprieta.& per Io.And.
in c.nõ eſt.de cõſue.in vi. & per Ol
dra.in conſi.ccxliiij.in iiij.col. *De 21
cimo & ultimo quæro quid ſit uſu-
capio & præſcriptio?& de hac mate-
ria uide gl.magnam xvj.q. j.in ſum-
ma.cætera in materia præſcrip. uide
bitis in locis ſuis.

SVMMARIVM.

1 *Rem ſuam non uſucaptam dominus à quocunque uendicare poteſt, maxime quando furtiua eſt.*

2 *Beſtias captas à gentibus armorũ & emptas, an emptor domino reſtituere teneatur.*

3 *Res alienas qui emerit, puta animalia uel res deprædatas in bello uel furto ſubtractas, an in foro conſcientiæ reſtituere teneatur.*

4 *Emens res furtiuas, ſi illas pro eodem precio uendiderit, an ad precium cõueniri poterit, ſicut ad rem conueniri potuiſſet, ſi eam poßideret, precio non reſtituto.*

5 *Furtum cui factum fuit, ſi erat bonæfidei poßeſſor, an contra rei poßeßorem aliquod auxilium habeat.*

6 *Furtum an & quomodo committatur ſi res aliena uendatur.*

7 *Furtiuam rem cuſtodiendam qui receperit, an & quomodo furtũ cõmittat.*

8 *Furti an teneatur, qui ſeruum alienum ſuſceperit, & dominus prohibuerit.*

9 *Res furtiua uſucapi non poteſt.*

10 *Res furtiua longißimo tempore ſcilicet xxx.annorum an præſcribi ualeat.*

11 *Furtum in re immobili nõ cõmittitur.*

12 *Venditio rei alienæ in domini præiudicium an licita ſit.*

13 *Emens uel uendens rem alienam ſcienter furtum cõmittit, ſecus ſi ignorater.*

14 *Fraus contra ementem rem alienam, an & quomodo præſumatur.*

15 *Furtum non fit ex ſola uenditione ſiue traditione.*

16 *Furtum an committatur ſi emptorem uenditor paſſus eſt rem uenditam accipere, uel apud emptorem eſſe reliquerit.*

MANCIPIA. Si res aliena mo
bilis uenditur ſcienter, effici-
tur furtiua, & nõ uſucapitur, & ideo
uendicari poteſt. h. d. Diuiditur in
duas partes, ſicuti cõtinet duo dicta.
Secunda ibi, nec enim uſucapi. In
text. ibi, Diſtracta, expone, id eſt uen
dita, ut j. de diſtract. pigno. per totũ.
In tex. ibi, Vendendi ius non ha-
buit. dic ut quia ſciebat mancipia nõ
eſſe ſua, ſed tua, & ſic uendendo &
tradendo, & per conſequens & con
trectando præter tuam uoluntatem,
commiſerat furtum, & per conſe-
quens non habebat poteſtatem uen
dendi, ut l. ſi in emptione. §. item ſi
emptor. ff. de contrahen. empt. quia
res furtiua eſt effecta uitio furti, ut
in §. furtiua. inſtit. de uſucap. ſecun-
dum Paul. de Ca. qui dicit idem etiã
in rebus immobilibus poſſeßis per
uim ſeu uiolentiam expulſiuam, uel
ablatiuam. *Nota primo quòd do 1
minus poteſt rem ſuam non uſuca-
ptam uendicare à quocunq;, maxi-
me quando eſt furtiua, ut hic. & idẽ
quando non eſſet furtiua: ut l. inci-
uilem. C. de fur. & precio non reſti-
tuto emptori: ut ibi. quod fal. in uno
caſu ſingulari, quãdo emptor etiam
ſciens non eſſe furtiuam uel ui ra-
ptam fuerit proteſtatus, quòd emit
eam nomine eius cuius eſt, & eſt pa
ratus ei reſtituere, precio tamẽ ſibi
reſtituto, ut eleganter not. Hoſt. in
ſumma de pœniten. §. fin. uerſ. quid
ſi. ex quo not. tu cautelam, quando
uis emere aliquam rem amici tui
ſubtractã, ut eam licite poſſis eme-
re pro modico precio cum prædi-
cta ꝓteſtatione. & uide ad hoc quod
not. Bald. in l. j. ff. de negoc. geſt. de
quo



quo etiam dixi in cautelis meis cau
tela xxv. Itẽ fallit quando quis emit
rem captam à latrunculis uel ab ho-
ſtibus: quia tunc poteſt preciũ quod
ſoluit, recuperare à domino, & ſic
non tenetur rem domino reſtitue-
re, niſi reſtituto ſibi precio. caſus eſt
nota. in l. mulier inops. ff. de capti.
2 * Quid autem de beſtiis captis à
gẽtibus armorũ & emptis, an emẽs
teneatur domino reſtituere precio
ſibi non reſtituto? uide l. cum uero.
j. de cap. & l. ſicut. eo. tit. & ibi Bald.
qui dicit quòd ſi aliqua res fuiſſet
redempta ab hoſtibus, oportet te re-
dimere à redimentibus. qđ facit pro
gentibus armorum, qui redimunt
aſinos, qui non poſſent aliter recu-
3 perari niſi redimantur ab eis. *Sed
an ille qui emit res alienas, puta ani
malia uel res deprædatas in bello,
uel furto ſubtractas, teneatur reſti-
tuere in foro conſcientiæ, uide ple-
ne per Pet. de Ancha. in regula, pec-
catum. de reg. iur. in vi. in xxiij, colũ.
uerſi. ſecundo quæro iſtud capitulũ
loquitur. & ibi uide tres ſimiles quæ
4 ſtiones in tribus colum. ſeq. *Sed
quid ſi emens res furtiuas illas uen-
didit pro eodem precio, an poterit
conueniri ad precium, ſicut potuiſ-
ſet ad rem conueniri, ſi eam poſſide
ret non reſtituto precio? ut l, ſi ciui-
lem. C. de furtis. collige ex his quæ
dixit Pau. de Ca. in l. ſi cum ſeruum.
in ij. col. in prin. in iij. q. ff. ſi cer. pe-
ta. qui uult quòd ſi quis habet cau-
ſam oneroſam, & pro quanto emit,
pro tanto uendidit, & fuit in bona-
fide, & res eſt perempta in ſubſi-
dium, non poteſt à domino conue-
niri ad precium, quia tunc ceſſat æ-
quitas dictæ l. ſi cum ſeruum. quia
tunc non uidetur locupletari cum
iactura alterius. l. ciuitatibus. in fine.
de legatis primo. ideo ſtaremus re-
gulæ, quæ eſt, quòd precium nõ ſuc
cedit loco rei in particularibus. l. ſi
rem & precium. ff. de peti. hæredi.
& l. uenditor ex hæreditate. ff. de hæ
redit. uel actio. uendit. & l. Labeo &
Sabinus. §. item ſi dominus. ff. de
uerborum ſignificatio. ſed ſi pluris
uendidiſſet quàm emiſſet, bene te-
neretur ad illud plus, quia in eo plu
ri haberet cauſam lucratiuam, & ſub
eſſet æquitas prædicta. quod forte
non procederet, quando res non ua
luiſſet, niſi precio quo prius empta
fuit, & illud plus precij, quo ſecũdo
uendita fuit res, procedit ex indu-
ſtria uendentis. argu. l. iij. ff. ad l. Fal
cid. ſed ſi uenditor fuiſſet in dolo
uel culpa, quia ſciebat rem non eſſe
ſuam, ſed alterius non uendentis,
uel ſi ignorabat, lis tamen erat ſibi
mota, tunc bene teneretur uendi-
tor ad totius precij reſtitutionem. l.
Iuli. ſcribit ſe hominem. ſecundum
unum intellectum. ff. de rei uendic.
idem ſi non fuit in dolo nec in cul-
pa, quia credebat rem eſſe ſuam, &
lis non erat mota, & res fuit inter-
empta per emptorẽ qui habuit cau-
ſam à uenditore, quia eius factum
reputatur factum uenditoris. nam
tunc dominus poſſet agere contra
uenditorem ad preciũ perceptum,
dummodo dominus cedat actionẽ
legis Aquiliæ uenditori contra em
ptorem, ratione damni, quod habet
uenditor, per quam poterit ab illo
emptore damnum ſuum conſequi,
ita quòd ex bona fide ſua non rema-
nebit in damno, ut d. l. Iul. ſecũdum
alium intellectum. ſed ſi ille emptor
qui occidit, non eſſet ſoluendo, uel
ſi eſſet ſoluendo, occidit eum cum
iuſta cauſa. iuxta l. ſi ſeruum. in prin-
cip. cum ibi not. ff. de uerbo. oblig.
non poſſet agere contra uendito-
rem, & uenditor non eſt locuple-
tior, quod bene no. quia Doct. non
tangunt in caſu quæſtionis noſtræ.

ht

Et quod ſuprà dixi, quòd emptor te-
netur reſtituere rem nō reſtituto ſi
bi precio, limita, niſi illud precium
fuiſſet conuerſum in utilitatem do-
mini, ut eſt caſus in l. emptor.ff.de
rei uendi.& in l.j.j̄.ſi uendito pign.
ag.& no.gl.in l.ij.s̄.quod metus cau
ſa. Secundo limita quando preciū
fuiſſet iam reſtitutum per dominū
emptori, quia tunc amplius repeti
non poſſet, per tex.ſingu.in l.ſeruus
cuiuſdam. ff.de condi. & demon. &
ibi per Doct. Tertio limita, ut per
Bal.in l.ij.ff.de ne.ge. *Poſſet dubi 5
tari circa prædicta, qd ſi is cui furtū
factū fuit, erat bonæfidei poſſeſſor,
an habeat contra poſſeſſorem rei ali
quod auxilium? uide gl.& Doct.in l.
inciuilem. C.de fur.& gl.in l.mani-
feſtiſsimi. §. ſed cum in ſecunda.in
uerbo, furtiuā. quæ incipit, ſed qua
addition. quæ melius dicit. & ibi
per Doct.eo.tit. & uide gloſ.& Do-
cto.in l.& ideo.§.j.ff.de condi.fur-
ti. *Not.ſecūdo ꝙ ſi uenditur res 6
aliena ſcienter, committitur furtū.
quod intellige quando interuenit
traditio, & ſic contradictio, ut dici-
tur in gloſſ.fin.ſed hoc intellige quā
do fit uenditio, quia cōmittitur fur-
tum per uenditorem, ut l.ſi ſeruum.
& l.alienum.& ibi no.C.de furtis.&
l. ſi ſciens.j̄.eo. & l.ij.j̄.pro donato.
cum ſim. Idem in emptore qui ſci-
uit rem eſſe furtiuam, quia commit
tit furtū, & tenetur pœna furti, ut l.
ancillæ.in fi.C.de fur.& l.ſi liberam.
in fi.C. quod cum eo. Idem quando
uterq; ſciuit, ſcilicet uenditor & em
ptor, ꝙ res erat aliena, quia tunc cō
mittitur furtum, & non ualet cōtra-
ctus, ut l.ſi in emptorem. §.itē ſi em
ptor.& ibi no.ff.de contrahen.emp.
& no.Bald.in rubri.s̄.de contrahen,
empt.in v.quæſt.& Barto. & Docto.
& alij in l.cum uir prædium.ff.de u-
ſucap. Idem non ſolum emptor &
uenditor, quando fit uenditio rei
alienæ ſcienter committitur furtū,
ſed etiam committitur plagium: ut
l.ſi quis.j̄.ad legem.Falci.de plag.ut
not.gloſſ.in l.alienum.C. de furtis.
Item ille qui ſuſcipit ſcienter rē fur
tiuam cuſtodiendam, incidit in pœ-
nam furti, ut eſt tex.cum glo.in uer
bo, ſuſceperunt.inſti.de pub.iudi. §.
item lex Iulia peculatus. & eſt text.
in l.eos. C.de furtis.& per illam le-
gem dicit ibi Bald. & Flor.quòd ui-
dit ſemel ſuſpendi quandam mulie-
rem: & idem dicunt in fœneratori-
bus qui ſcienter accipiunt pignori
res furtiuas, ut ff.de condi.& demō.
l.ſi ſeruus cuiuſdam.& idem tenent
Saly. & Rapha. in d.l.eos. in fin.ſe-
cus ſi ſuſcepiſſet, & rem domino re-
ſeruaret, ut l.j. §.j. ff. de furtis. ſe-
cundum Raph.in d.l.eos.pro quo fa
cit quod dixi s̄.in præcedenti nota-
bili in prin. *Et ſic not. ex prædi- 7
ctis, quòd ille qui recepit rem furti-
uam cuſtodiendam, committit fur-
tum. quod intellige etiam ſi delictū
uideatur fuiſſe conſummatum per
furem, quia fur ſemper contrectat
& ſemper furatur tradendo alteri.l.
inficiando. §. infans. ff.de fur.Ideo
recipiendo furem cum re dat opem
furto, quia illo tēpore cū furem re-
cipit, fit furtum: ſecus ſi eſſemus in
alio delicto uere conſummato, quia
tunc dans opem ad euadendum de-
linquentem, non uidetur dare opē
maleficio iam facto. l. in furti. §.
ope.ff. de furtis. & ibi per Bartol. et
ita ſingulariter not. Barto. in l.fur-
tum.ff.de furtis.de quo uide per An
ge.de Aret.in ſuo tract.malefi.in gl.
in uerſ. ueſtem cœleſtinam abſtulit.
in uerſi.quid ſi rem furatam.cum gl.
ſeq. in uerbo, dicto maleficio ſem-
per aſtitit. in uerſicu. et aduerte ad
id quod not. Barto. ubi omnino ui-
de. *Sed ſi aliquis ſuſcepit ſeruum 8
alien



alienum, & dominus uetuit, an te-
neatur furti? dic ſi hoc fecit animo
celandi, & celauit, furtum commit-
tit. ſi non celandi, & non celauit, nō
eſt fur, ut eſt caſus in l. qui uas. §.
qui uoluntate. ff. de furtis. Et in-
quantum dixi quòd emens rem alie
nam ſcienter committit furtum, in-
tellige uerum eſſe, etiam ſi ignoret
cuius res ſit: & idem quando quis ſi-
ne titulo accepit rem alienam, &
ignorat cuius ſit, quia furtum com-
mittit, ſi eam accepit animo lucran-
di, & tenetur furti, ut l.cum quære-
batur.j̄.unde ui.ſecus ſi non habuiſ-
ſet animo lucrandi, ut ff.de furtis.l.
uulgaris. §.ſi quis.& §.idem Iul.ſe-
cundum Ange.in d.l.cum quæreba-
tur. & ideo ſecundum eum ibi ſuf-
ficit, quòd in inquiſitione ponatur
quòd talis ſubtraxit porcum contra
uoluntatem domini porci, nec eſt
neceſſe quòd exprimatur nomē do-
mini. & dicit quòd ita uidit ſemel
practicari Peruſij in inqſitione plu-
9 rium latronum ſeu furum. *No-
ta tertio quòd res furtiua nō poteſt
uſucapi, concordat inſtit.de uſucap.
§.furtiuæ.& l.ſequitur. §.quod au-
tem. ff.de uſucap.quod intellige ue
rum eſſe quando ab initio res erat
furtiua, uel effecta furtiua. Secus ſi
uſucapione inchoata res apud uſu-
capientem efficeretur furtiua, quia
tunc bene procedet uſucapio, nec
interrumpetur, ut eſt gl.not.in l.uni
ca. j̄. de uſucap. transfor. in uerbo,
ſcientia.in fi.quod eſt notatu dignū
ſecundum Ange.ibi.& idem not.gl.
& Ange.in d.l.ſequitur. §.ſi rem pi-
gnori. qui uult quòd uſucapio non
incœpta non interrumpitur, licet in
cidat in uitium furti: & patet hoc: &
hoc intellige eſſe uerum, quando
non interuertitur poſſeſsio ipſi poſ
ſeſſori. & ita debet intelligi dictus
§. ſi rem pignori. ſed ubi foret in-
teruerſio poſſeſsionis, tunc uſuca-
pio interrumperetur propter inter-
uerſionem, non propter furtū, ſecū
dum Ange. in d. §. ſi rem pignori.
qui dicit iſtum eſſe uerum intelle-
ctum illius §. Item hoc quod di-
xi, limita: quia non habet locum in
partu ancillæ furtiuæ: quia ſi uſuca-
pione de eo pendente intelligatur
furtiua, & per hoc efficiatur partus
furtiuus, interrumpitur uſucapio, ſe
cundum Ang.in d.l.unica.j̄.de uſu-
capio.trāsfor. qui dicit idem eſſe in
fructu uaccæ furtiuæ, niſi ille q uſu-
capiebat, denūciauerit domino, aut
denunciare impeditus fuerit, ut l.ſi
ancillā.ff.pro ſuo.quæ nō eſt alibi ſe
cundum Ang. Itē limita quādo res
furtiua redit in poteſtatē domini, &
poſtea bene poterit uſucapi, ut eſt
tex.inſti.de uſuca. §. quod autem.&
10 ibi no. *Sed nūquid res furtiua poſ
ſit præſcribi ſaltem longiſsimo tem
pore, ſcilicet xxx.annorū? dic quòd
ſic: ut eſt tex.in l.j. §.j.j̄.de anna.ex-
cep.& ibi dicam.& idē no.gl.fi.in fi.
in l.ſunt.j̄.de præſcrip.xxx.annorū.
& probatur in l. cū quærebatur.ibi,
xxx.annorum exceſſerant curricula.
j̄.unde ui.& probatur ſecūdum An-
ge.ibi, quòd prædo.& qui prædonis
loco habetur, prǽſcribit per ſpatium
xxx.annorum contra & aduerſus o-
mnem actionē contra eum compe-
tentē ratione prǽdæ, ut habetur etiā
inſti. de uſucap. §. quod autē.haben
tes autē cauſam à prædone uero, uel
quaſi, uſucapiunt longo tempore, ſi
fuerat bonæfidei.& hoc uidetur etiā
de iure antiquo, ut in d. §.quæ autē.
el ij.hodie uero malæfidei poſſeſ-
ſor ullo tempore non præſcribit, ut
in c. poſſeſſor. de reg.iur.in vi.& in
c.fi.extra de præſcrip.& habens cau-
ſam ab eo, nō præſcribit minori tem
pore xxx.annorū, ut in aute. malæfi-
dei.j̄.de præſcr. longi tēporis, & ibi
de hoc

de hoeplene dicam. *In gloſſ.ij. 11
in uerbo,Illicitā.ibi,prout in re im-
mobili loquitur. Not. ex iſta gloſſ.
quòd furtum non committitur in
re immobili:ut in §.quæ autem.in-
ſtit.de uſuca. quia non poteſt cōtra-
ctari. iuxta l.j. ff.de furtis.& inſti.de
obliga.quæ ex deli.naſcun.in princ.
& ſic in re immobili non cadit uſu-
capio : ut habetur per gloſſ. in l.j.in
uerbo,præſcriptionem. s. de ſeruis
fugi.& ibi per Doct.ſed in certa be-
ne poteſt procedere uſucapio,quan
do eſt ſeparata à ſolo:ut l.ſi certa.ff.
de furtis.& not.gloſſ.in d.l.j.in uer-
bo , præſcriptionem. idem uidetur
dicēdum in fructibus: quia licet ſint
pars fundi, quando ſunt in ſolo pen
dentes.ut l.fructus pendentes.ff.de
rei uendi. tamen quando ſunt ſepa-
rati à ſolo, dicuntur res mobiles: ut
ibi nota. & ſic in eis poteſt cadere
furtum.ut uult Ludo.de Ro.in con-
ſil. ſuo cxliij.quod incipit,In Chriſti
nomine amen , inquiſitio.qui dicit
notabiliter quòd inquiſitio non in-
telligatur eſſe facta de furto,quan-
do dicatur quòd quis acceperit per
uim fructus: quia oportet quòd di-
catur ipſum accepiſſe animo lucran
di. iuxta l.j.ff. de furtis. de quo dic
ut ibi per eum:quæ no.pro conten-
dentibus de poſſeſsione,& accipien
tibus per uim fructus:ut non tenean
tur de furto,quando acceperunt ani
mo ſtandi in poſſeſsione non frau-
dulenter,nec animo locandi fructus
alterius. *In eadem gl.ibi. §. item 12
ſi emptor. hoc declara ut per Barto.
& Docto. in l. cum uir prædium. ff.
de uſuca. & per Cy.hic. & per Doct.
in d. §.item ſi emptor. & per gloſ.&
Docto.in l.ſi rem alienam.ff.de con
trahen.empt.& ibi plene dixi in v.&
vj.oppoſi.ſed pro concordia omniū
ſic dicas. Aut quærimus nūquid uen
ditio rei alienæ ſit illicita in præiudi
cium domini : & regulariter dicen-
dum eſt quòd ſic. & ita poteſt intel-
ligi iſte text. & ita loquitur d.l.rem
alienam. & in hoc non eſt differen-
tia,an res ſit mobilis uel immobilis,
quia eſt eadem ratio in utraq;. & ita
poteſt intelligi l.ſi fundū.j.de euict.
Aut quærimus quo ad præiudicium
contrahentium,id eſt,ut contrahen-
tes teneantur ſeruare contractum.
nam procedit diſtinctio d. §.item ſi
emptor. Aut quærimus quo ad uitiū
furti,& quo ad uſucapiendū:& tunc
ſic diſtinguēdum : Aut loquimur de
re immobili , & in illa non cadit ui-
tium furti,ut dixi in prin. huius glo.
Aut loquimur de re mobili , in qua
poteſt cadere furtum, & tunc diſtin
guēdum eſt etiam, ut in d. §.item ſi
emptor. hoc tamen addito ꝙ ſi uen-
ditor ſciuit rem eſſe alienam,& uen
didit, & tradidit, tunc bene furtum
committitur : ut dixi s. in ij. not.in
prin. *In gloſ.fi.ſuper uerbo, Sci- 13
uit.in prin.ibi, à ſciētibus.no.ex iſta
gl. quòd uendens uel emens rē alie
nam ſcienter,committit furtum:ſe-
cus ſi ignoranter, ut s.dictum eſt.&
præſumitur quis fuiſſe ſciens, & in
mala fide,quando contractus fuit ce
lebratus clàm , quia in his quæ ſunt
in genere permiſſorum,ſunt tamen
in ſpecie prohibita,attenditur,an pa
làm uel occulte quis faciat , quia ſi
fit clam , præſumitur dolus.l.fi.ff.de
ritu nuptiar. & l. non exiſtimo.ff.de
admi. tuto.ſecundum Doct. in l.in-
ciuilem.C. de fur.facit glo.in c.con
ſuluit.in uerbo,odit lucem.extra de
offi.deleg.& quod ibi no.per Doct.
& quod uult Bal.in l.ij.in princ. s.de
repu. hære. Adde tamē,licet ille qui
emit rem clam,præſumitur eſſe fur:
tamen nō poterit coueniri propter
hoc actione furti,ſecūdū Pau.in d.l.
inciuilē.C.de fur.quod eſt notabile.
& hoc maxime ueru eſt in pœna cor
porali



porali. & pro hoc facit capitulum,
aperte.extra de præſum. & quod ibi
no.per Doct.qui dicūt ꝙ ubi ex præ
ſumptionibus proceditur, debet iu-
dex temperare ſententiam ſuam : &
maxime nō condemnet, niſi raro &
modico ad pœnam nō pecuniariam
nec corporalem:ut colligitur ex ſen
tentia Salomonis. de qua in d.c.aper
te.ſecundum Inno.qui ita ſingulari-
ter dicit in c. quia uerisimile. extrà
de præſum. & idem no. ibi Anto. de
But. & alii Doc. in d.c. aperte. idem
no.Bal.in l.non eſt uериſimile.ad finē
prin.ff.quod metus cauſa.& in c.j.in
fi.in tit.hic poteſt eſſe tit.quibus mo
dis feu.amit.& in l. eius. §.fi. ante fi.
ff.de teſta. idem tenet Abb. Sic. in c.
auditis.in antepe. col.in fin. extra de
præſcript.ubi omnino uide. & uide
etiā quod no.Inno. in c.poſt electio
nem.in gl.in uerbo,inſtituto.ibi,re-
ſpondeo.extra de conceſ. præben.&
uide Bar.in l.abſentem.circa prin.ff.
de pœnis.& Bal.in aut. ſed nouo iu-
re.in ulti.col.in prin.uerſi.nota octa
uo.ſuprà de ſer.fugi. & uide Paul.de
Caſt.in conſi.clxxix.in penul.col.in
fi.& non omittas. & uide no. in l.fi.
14 ſuprà de proba. *Item præſumitur
fraus contra ementem,quando eſſet
ſolus ſolitus frequētare ſimiles con-
tractus:puta emendo res alienas uel
furtiuas,per l.non omnes. §. à barba
ris.ff. de re mili. & in l. qui ſemiſſes.
ff.de uſuris.& in l. uel uniuerſorum.
ff.de pig.act. & ita tenet Bald. & o-
mnes in l.inciuile.C.de furt. & adde
ꝙ ſi iudici uidebitur , poterit uenire
ad torturam: ſi aūt iudici non uide-
retur perſona torquēda, quia grauis
& honeſta eſt , tunc ex poſſeſsione
rei non præſumeretur furtum .arg.
d. §.à barbaris.& l.de minore. §.tor-
menta.ff. de quæſtionibus. ſecundū
Bal.& Saly.& alios in d.l. inciuilem.
C. de furt.in fin. Item præſumitur
fraus & mala fides : quādo quis emit
à ſe ſuppoſito uenditore ut dicit ele
ganter Bar.in l.j.ſuprà,de repu.hære
di. allegādo ea quæ dixit in ſimili,in
l.cogi.ſuprà, de peti.hære. facit quæ
no.Ange.in d.l.inciuilem. Itē præ
ſumitur quando non interuenit pre-
cium, ſed ſola confeſsio.arg.l.per di
uerſas.ſuprà manda. ſecundū Bal. in
d.l.ij.qui dicit idem præſumi ex mo
dicitate precij: uel quādo eſt partim
donata, uel partim uendita, per d.l.
per diuerſas. dixi plene in trac. meo
de ſimula. contractus. Item præſu
mitur fraus & mala fides ex aliis cau
ſis,de quibus plene per Bal. in d.l.ij.
15 ſuprà de repu. hæredi. *In eadem
glo. fi.ibi,Sed ſi non fecerunt furtū.
iſta gl. ſentit ꝙ ſola uenditione ſine
traditione non fit furtum. pro quo
eſt caſus in l. ſi quis uxori. §. neque
16 uerbo.ff.de fur. *Sed quid ſi empto
rem paſſus eſt uēditor rē uendità ac-
cipere,uel apud emptorē eſſe relique
rit: an tūc cōmittatur furtum?dic ꝙ
nō:ut in gl.in.l.alienum.C.de fur. &
gl.in l.ite ſi res.in prin.ī gl.in uerbo
uſucaptæ.ibi, uel ſi ſciat.ff.de alien.
iudi.mu.cauſa fac.& in contrariū eſt
glo.in l.ſi ſeruum.C.de furt.pro qua
uidetur eſſe caſus in l.ſi cōcubina. §.
res.in fin.ibi , celauit.ff. rerum amo.
ſed teneas primam partem , niſi res
eſſet in præſentia. arg.l. hoc ſi res.ff.
de rei uendi.& tenet glo.in d.l.ſi ſer
uum.idem niſi conſtituerit ſe empto
ris nomine poſsidere:quo caſu tranſ
fertur poſſeſsio : ſi tunc erat apud
uenditorem.l. quod meo. in prin.ff.
de acqui.poſ.& Bar.& alij in l.ab em
ptione.in prin.ff.de pac. cum ſimili-
bus. In ea.gl.in fi.ibi, Propter ſciē
tiam rei alienæ.ratio eſt , quia licet à
prin.fuerit in bona fide, tamen ſi ex
poſtfacto tempore traditionis fuit
ſciens,& ſic in mala fide, non uſuca-
pitur res quæ fuit uendita:qa utroq;

tempore, ſcilicet contractus & traditionis requiritur bona fides in contractu uenditionis. l. iij. ff. pro ſocio. & notat gl. in l. uenditioni. in co. ti.

SVMMARIVM.

1 *Res prohibita alienari per teſtatorem ſi uendatur, uſucapi nō poteſt: & idem eſt quādo alienatio a lege prohibetur.*

2 *Alienationis appellatione an & quando uſucapio ueniat.*

3 *Arte in ſua an quilibet perfectus eſſe poſſit: & præcipue in ſcientia legali, quæ habet principium & finem.*

4 *Papa in iure errare poteſt.*

5 *Eccleſia quæ fidelium congregatio dicitur, nunquid errare poſſit.*

6 *Gratianus autor Decretorum uoluminis, licet fuerit in iure doctiſſimus, in multis tamen errauit.*

7 *Sanctus Auguſtinus doctor in ſacra pagina clariſſimus etiam in multis errauit.*

8 *Libros multos legere, an utile ſit.*

9 *Legalis ſcientia an præter alias habeat principium & finem.*

10 *Scietiā eminentē quis habere dicatur.*

11 *Scientiā meliorē quis habere dicatur.*

12 *Doctores optimi qui dicantur.*

13 *Doctores mediocriter boni & mediocriter mali qui eſſe dicantur.*

14 *Scientiæ ratione in aliquo duo ſpecialia ſeruantur.*

15 *Beneficia duo curata ut aliquis habeat propter ſcientiam diſpenſari poteſt: ubi etiam quomodo Eugenius papa Bononiæ Ioannem de Imola diſpenſauerit contra ſtatuti formam, ut poſſet legere ordinariam de mane.*

16 *Doctorum inopia ſuper lectionibus legendis præter ſtatutorum formas diſpenſatio fieri poteſt.*

17 *Doctores iurantes non recipere forenſes ad collegia ſi receperint, an periuri eſſe dicantur.*

18 *Executio damnati ad mortem propter peritiam uel dignitatē aliquam differri poteſt.*

19 *Dictio, ut, cauſam finalē nō ſignificat.*

20 *Teſtator ſi alicui eccleſiæ pecuniā legauerit, ut ex ea ſibi fundum emat, eccleſia nunquam dictum fundum alienare poterit.*

21 *Teſtamento prohibitionis cauſam expreſſe exprimere, uel etiam tacite in fauorem alterius quam hæredis, uel legatarij, paria ſunt.*

22 *Teſtator quādocunq; mādauerit rem aliquā ſeruari ſiue conſeruari alienationē, quomodocunq; ꝓhibere uidetur.*

23 *Prohibitio etiam per uerba affirmatiua fieri poteſt.*

24 *Teſtator ſi iuſſerit quod ſerui ſeruarentur, uel ꝙ nō uēderetur, quid iuris.*

25 *Venditiōis appellatione an omnis alienatio contineatur.*

26 *Venditionis ſimpliciter prohibitæ appellatione, an alius cōtract⁹ cōtineat.*

27 *Cauſa regulat, ampliat, & reſtringit dictum ſecundum naturam cauſæ.*

28 *Venditionem rei ſi teſtator prohibuerit, utrum illa alienari poterit.*

29 *Alienationis prohibitio, quæ a lege fit, quando cum teſtatoris prohibitione concurrit, quid iuris.*

30 *Legato eccleſiæ facto ſi conditio uel pactum apponatur, ut res illa alienari non poſſit, an tale pactum uel conditio ualeat.*

31 *Neceſſitas non habet legem.*

32 *Res alienari prohibita a teſtatore poſito quod alienari poſſit, an ſi alienetur, dominium in accipientem transferatur, & ad intereſſe agi debeat.*

33 *Baro quidam ſi milites uaſallos habeat, & inſtituat filios ſuos hæredes: & dicat quod ſemper uult illos milites uaſallos hæredum eius fore, & prohibeat quod alienari nō poſſint: ſi poſt ea hæredes alienare noluerint, an ualeant.*

34 *Teſtamentū fecit quidam habens inimicum uicinū, & prohibuit filios ſuos alienare domū ſuā illi uicino propter odium, quod in eum habebat, an filij eius alienare poterūt, dicta prohibitione non obſtante, ſupponēdo quod alias alienare potuiſſent.*

35 *Alienatio in quibus caſibus prohibita ſit, & prohibitio ualeat, an per uiam permutationis alienari poterit.*

36 *Alienari an poſſit, qn̄ duplex ꝓhibitio interueniret. ſcilicet legis & teſtatoris.*

37 *Pupilli res uſucapi non poteſt.*

38 *Res alienari prohibita an uſucapi uel præſcribi ualeat.*

39 *Teſtator ei cui reliquit, legem imponere poteſt.*

40 *Præſcriptio de iure non currit agere non ualenti.*

41 *Filiusfa. ſi aliquas res habeat, in quibus pater uſumfructum non habet, & pro quibus filius abſq; patris conſenſu agere nō pōt: nunquid ipſi filio, dum eſt in patris poteſtate, ꝑſcriptio currat.*

42 *Regula, Quē de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*

43 *Negligentia ubi non fuerit, ibi etiam non debet eſſe pœna.*

44 *Alienauerit ſi pater uel reliquerit alteri bona filiæ, uel quæ per fideicommiſſi ius filiæ debebatur, ipſa filia præſente & non contradicente: nunquid per hoc ipſa filia conſentire uideatur.*

45 *Filius cuius pater bona alienauerit, ſi ſciuerit illā alienationē factā, uel forte præſens fuerit, & nihil dixerit: an debeat ſaltem emptori denunciare ne emat, ad hoc ut ipſum in mala fide cōſtituat, uel habeat cauſam deſiſtendi à contractu, & ſi filius dictam denunciationem non fecerit, ſibi præiudicare habeat.*



SI CONTRA. Res prohibita alienari ex cauſa à teſtatore non pōt
1 uſucapi. h. d. *No. primo ꝙ res prohibita alienari per teſtatorem, ſi uendatur, nō pōt uſucapi. & idē quādo alienatio prohibetur a lege: quia tūc prohibetur etiā uſucapio: ut in glo. quæ quotidie allegatur ad hoc in l. ubi lex. ſecūdum Bar. ibi. ff. de uſuca. & hoc tenet expreſſe Azo in ſumma ti. huius. idē ſi eſſet facta prohibitio in contractu: taliter ꝙ impediretur dominij tranſlatio, ſecundū Bar. ibi, qui dicit ꝙ iſta ſunt menti tenenda: quia quotidiana ſunt ꝓpter ſtatuta & ultimas uolūtates, quæ prohibēt rem alienari. & per hoc uidetur eſſe tex. in l. alienationis uerbo. in prin. ff. de uer. ſig. & ratio huius pōt eſſe, quia uſucapio dicitur etiā alienatio legalis: ut dixit gl. no. in l. uſucap. circa prin. glo. magnæ. infrà de pig. per tex. in d. l. alienatiōes. ſed ſubdit etiā d. gl ꝙ uſucapio nō tollit ius pignoris, per d. l. uſucapio. quod eſt notan-
2 dū. *Et de iſto articulo an & quādo appellatione alienationis ueniat uſucapio, uide per Cy. Bart. & alios in l. fi. ſuprà, in quibus cau. in integ. reſti. nō eſt neceſ. & per Ang. & Ioa. de Imol. plene in d. l. ubi lex. & per Bar. & Doc. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. j. & ego dixi in d. l. alienationis. de quo etiā dicā infrà, ſuper glo. j. & extra glo. in j. q. ubi declarabitur in-
3 tellectus huius quæſtionis. *Nota ſecundo text. ibi, Perfectæ artis. quē poſſe eſſe perfectū in arte ſua, ſed nō in ſcietia noſtra legali, ſecūdū Ang. & Raph. hic: & ideo dicit hic Ang. ꝙ nullus eſt iuriſcōſultus, qui non fuerit reprehēſus in aliquib⁹ ſuis reſpōſis: ſed hoc nō credo bene dictū: nā licet aliquādo repræhēdatur etiā iſte, nō tamē ꝓpter hoc debet dici ꝙ nō fuerint perfectæ ſcientiæ: qa quādoq; bon⁹ dormitat Homer⁹. & hoc propter memoriā & imbecillitatem hoīs: ut l. peregre. in prin. ff. de acq. poſ. qa omniū habere memoriā, & penit⁹ in nullo peccare, poti⁹ diuinitatis q̄ humanitatis eſt. l. ij. §. ſi quid aut. ſuprà de uet. iur. enu. & no. gl. ij. in c. porrecta. extra de confir. uti. uel inutili. & gl. ij. in c. cū adeo. extra de reſcrip. & ideo licet Imperator præ-

ſumatur habere oĩa iura in ſcrinio
pectoris ſui ꝓpter ſapiẽtes q debent
ſecũ eſſe.l.omniũ.ſupra de teſt.& ſit
uerisimile ipſum errare non poſſe in
iure:tamẽ errare põt:ut dicit gl. ma-
gna in l.ij.in fine.ff.de ſupel. leg.&
idẽ dicit gl.in aut.de depoſitionibꝰ.
in §.fi.col.vj.ubi dicit ꝙ Imperator
male allegat.& eſt gl.in c.j.in uerbo
iudicauerit.in ti.ſi de inueſt.inter do
minum & uaſal.lis oriat.in uſi.feud.
*Sic etiã Papa põt errare in iure & 4
obliuiſci:ut ꝓbatur xxiij.diſt.prȩter
ea.& xiij.diſt. Anaſtaſius. & xl.diſ.ſi
Papa.& no.gl.xxiiij.q.j.c. à recta er-
go fide. & no.glo.ij.in c.illud. extrà
de cler.excõ. min.& habetur in c.j.
de cõſti.li.vi. *Sed eccleſia quæ di 5
citur cõgregatio fideliũ nõ põt erra
re:ut eſt tex.cũ glo.no.in d.c.à recta
ergo fide.& uult gl.in c. ꝙ cũ eo. in
uerbo,eccleſiã ſanctã.xxiiij.q.j.& li
cet ita ſoleat allegari & dici,text.ta-
mẽ in d.c.à recta. non dicit ꝙ eccle-
ſia non poſsit errare : ſed ꝙ nunquã
probatur erraſſe.& gl.Io. Theodori
ci in d.c.quodcũq;.bene ſentit ſecũ-
dũ Laur.ꝙ nõ poſsit errare:dũ dicit,
niſi erraret Romana eccleſia : quod
nõ credo poſſe, qa Deus nõ permit-
teret.allegat dictũ c. à recta.& c. pu-
deda.quod no. pro his quæ aguntur
in conciliis generalibus per eccleſiã
Romanã. *Similiter Gratianus au 6
tor uoluminis decretorũ , licet fue-
rit doctiſsimus, in multis tamẽ erra-
uit,& repræhenditur: ut dixi in trac.
meo de agni.librorũ Iuris Põtificij.
colligẽdo multos errores Gratiani.
*Similiter ſanctus Augu. uir fide, 7
ſanctimonia,& doctrina præſtantiſ-
ſimus, in multis etiã errauit, ut ipſe
fatetur:ut habetur per tex.& glo.ix.
diſt.negare nõ poſſum.& xxiij.q.vj.
uides.& xij.q.j. certe. & xxvj.q.iiij.
c.ultimo. Ideo ipſemet multa de di-
ctis ſuis retractauit.& ideo dixit bea

tus Hierony. in epiſtola xl. Vtinã o-
mniũ tẽtatorũ habere uolumina, ut
tarditatẽ ingenij , traditionis dilig:ẽ
tia cõpenſare. *Et nũquid ſit utile 8
habere & legere multos libros,uide
Oldra.late in cõſi.ſuo lxxxiij.& ple
ne per Alb.de Roſ.in l.ij. in fin.§. de
uet.iur.enu.& per Car.Zab. in cle.j.
in princ.in xix.nota. de magiſtris. &
elegãter per Senecã in epiſtola lxxx.
& ideo ad propoſitũ dico, ꝙ qs põt
eſſe perfectus in una ſciẽtia, licet ali
quando erret:& magis põt eſſe per-
fectus in ſciẽtia noſtra iuris ciuilis,
quàm in alia. *Quia ſciẽtia legalis 9
habet principiũ & finẽ, quod nõ eſt
in alia:ut no.gl.in procœ.inſtit. in §.
ij.licet hodie ꝓpter gl. & Doc.mul-
tos q ſcripſerunt, ſcientia noſtra ſit
effecta magis ꝓfunda & ſubtilis : &
poſſet dubitari circa prædicta, quis
dicatur perfectus. uide text.xiij.q.j.
& ibi per Arch. q ponit quot modis
quis dicatur perfectus:ex cuiꝰ dictis
põt cõpræhendi : & ex his quæ dixi
quis dicatur artis & ſcientiæ perfe-
ctus. *Quis aũt dicitur habere ſcie 10
tiã eminentẽ?dic ꝙ eſt ille q ſubtiles
quæſtiones diſcutere, examinare ne
gocia, & diffinire nouit,& in prom
ptu rationes habet: ut elegãter dixit
Inno.in c.cũ in cunctis.extrà de ele.
& idẽ not.Abb.Sic.in c.uenerabilis.
in prin.in ij.no.extrà de præbẽ. *Il- 11
le aũt dicitur habere meliorẽ ſciẽtiã
qui ſcit aliquo modo examinare ne-
gocia,quãuis ad oĩa neſciat reſpõde
re:ut qa in libris ueritatẽ eorũ q ſcire
tenetur,ſcit quærere:& etiã in prom
ptu oĩa non habet:ut no.dicit Inno.
in c.cum in cunctis . & ibi Doctor.
*Qui aũt dicatur optimi Doc.uide 12
per Ang.in l.ubi aũt nõ apparet. §.j.
qui incipit,uſq; adeo.ff.de uerb.ob.
qui dicit, ꝙ ſunt illi qui in ſuperla-
tiuo tenẽt primũ locũ: & ideo dic,ſi
ſtatutũ Bono. uult , ꝙ cauſæ graues
debeant



debeãt cõmitti doctorib.nõ poterit
dari cognitio niſi doctoribꝰ ſolũ te
nentibꝰ gradũ ſupremũ in ſciẽtia &
in doctoratu: & qui dicãtur optimi
ad famã recurritur ad l. cũ de lanio-
nis. §.aſinam.ff.de fun.inſtruct.ſed ſi
uult cõmitti cauſas hominibꝰ,nõ ne
gat Azo quin poſsint cõmitti opti-
mis,ut d.l.ubi aũt nõ apparet. §.j.ſe
13 cundũ Ang.ibi. *Qui uero dicatur
mediocriter boni & mediocriter ma
li,uide per Archi.xiij.q.ij.tẽpus.circa
fi.& per Anto.de But.in c.cũ arte. §.
uero loco.extrà de celeb.miſ.quæ o-
mnia tene menti : quia ſunt pulchra.
14 *No.tertio ex eo tex.ibi,perfectæ
artis,ꝙ iuſta cauſa prohibitionis alie
nationis ſeruorum uidetur eſſe: quia
ſunt pfectæ artis. & adde ꝙ ratione
magnæ ſciẽtiæ ſeruãtur ĩ aliquo duo
ſpecialia,ſcilicet ꝙ habeãt priuilegia
in ſua & aliena patria, & ultra nume
rum:ut eſt caſus ualde no.in l.ſed re-
probari. §.hoc ampliꝰ.& ibi hoc ele
ganter no.Nico.de Neapo.ff.de ex-
cu.tut.& pro hoc eſt etiã gl.no.inſti.
de excu.tu.in §.itẽ Romæ grãmati-
ci.quæ eſt glo.magna circa fi. ibi,uel
15 niſi ſint multũ diſciplinati.*Facit ad
hoc etiã tex.in c.de multa.in fi. extrà
de præbẽ.ubi habetur quòd propter
ſcientiã põt diſpẽſari, ꝙ quis habeat
duo beneficia curata:& ꝓpterea fuit
obſeruatũ in ciuitate Bon.dum eſſet
ibi Papa Eugenius cũ curia, & lege-
ret Do.Ioã.de Imol.de ſero: ꝙ pro-
pter excellentẽ ſcientiã ſuã fuit data
ſibi licẽtia per Eugeniũ Papã,legẽdi
ordinariã de mane:nõ obſtãte ſtatu-
to & cõſuetudine,quòd nullus forẽ
ſis poſsit legere Bononiæ ordinariã
de mane: licet nõ legerit niſi unã le-
ctionẽ : qa deceſsit.& adde omnino
pdictis quod not. Lu.Ro.in l.ſi uero.
16 §.de uiro.in prima fall.ff.ſo.ma.*Eſt
etiam alius caſus,in quo poſſet forẽ-
ſis legere de mane ordinariã Bonon.

quãdo res deueniret ad caſum,quòd
ciuitas careret ciuibꝰ aptis ad illã le-
cturam: quia cũ ſit ſtudiũ famoſum,
peccatũ eſſet,nõ exiſtẽtibus Docto.
aptis ad illã lect.eſſe ſine doctore a-
pto ad ſuſtinendũ ſtudiũ : ut ſingula
riter dicit Ant.de But.in c.ſi uero.in
ij.col.in fi. ex de iureiur.q etiã dicit,
17 *quòd credit Doctores nõ eſſe periu
ros,q iurãt forẽſes nõ recipe ad colle
giũ uel lecturã : ſi res deuenit ad ca-
ſum, quòd ciuitas careat doctoribus
aptis ad collegiũ uel lec.& mouetur
hac ratione:qa ubicũq; iuratur aliqd
pro tũc indifferẽter, ſi poſtea res de-
uenit ad caſum , de quo ſi cogitaſſet
à prĩcipio nõ iuraſſet , qa iuramentũ
eſſet illicitũ: nõ obligat iuramẽtũ.&
ponit exemplũ,ut ſi qs iurauit nõ ne
gotiari, & uenit caſus qualiter uiue-
re nõ poſſet niſi negotietur , põt ꝓ-
pria uolũtate cõtrauenire iuramen-
to, & negociari.alleg.ad hoc Archi.
xxij.q.ij.c.ij.quod inci.animaduertẽ
dum.facit gl.not.in l.tale pactum. §.
fi.ff.de pact.& gl.in cle.j.de reſcri.cũ
18 ſim.* Itẽ adde quòd propter perfectã
ſeu maximã peritiã alicuius artis ſeu
artificij,uel etiã roboris,põt differri
executio alicuius,qui ſit cõdẽnatus,
uel ducatur ad mortẽ.Vnde formo ti
bi quæſtionẽ: ſententia capitalis lata
eſt cõtra quendã artificẽ egregiũ,uel
miræ fortitudinis ſeu roboris,q eſſet
multũ utilis ciuitati: iudex uult man
dare ſentẽtiam executioni, ſic quòd
ab executione ſentẽtiȩ nõ põt appel
lari.l.ab executore.in princ.ff.de ap-
pel. & l. ab executione. ĵ. quorũ ap-
pel.non reci.iſto caſu propter artifi-
cium egregiũ, uel nimiã fortitudinẽ
poterit populus impedire & ſuſpen-
dere executionẽ dictæ ſententiæ. nã
unus de populo poterit ire ad pote-
ſtatem uel iudicẽ, & ſibi dicere . Iſte
eſt homo egregius in arte ſua,uel mi
ræ fortitudinis , de quo cõmunitas

 ualde

ualde indiget uel indigere poſſet, nō
interficiatis eũ: & tūc iudex debet ſu
ſpēdere executione, donec principē
uel dominũ uel alios ſuperiores cō-
ſulat: ut eſt caſus mirabilis in l. ad be
ſtias. ibi, roboris uel artificij. ff. de pœ
nis. & ita etiam tenet Lud. Ro. in ſuo
ſingu. cccccLxvij. quod incipit, tu fo-
renſis habes. & per hunc modum li-
berare feci quendam Ferrariæ, qui
erat miræ fortitudinis, & maximæ
peritiæ in ludo enſis. Et idem eſt
dicendũ in perſona quæ eſſet in ma-
gna dignitate conſtituta, uel in de-
curionibꝰ, uel in his qui ſunt de prin
cipalibus ciuitatis, qui inconſulto
principe dānari non poſſunt: ut eſt
tex. not. in l. qui cæde. ff. ad l. Cornel.
de ſic. & in l. diui fratres. §. fina. ff. de
pœ. & in l. j. ff. de bo. eorum qui ſibi
mortem conſci. cum ſimilibus. quæ
omnia intelligo eſſe uera, niſi forte
tumultus aliter ſedari nō poſſet, niſi
cōdenaretur & cōdemnatus occide-
retur: quia tunc credo quòd nō ob-
ſtante quòd eſſet magnus artifex, uel
miræ fortitudinis, uel in dignitate
conſtitutus, uel decurio, uel de plus
prīcipalib. ciuitatis: poterit tamē in-
cōſulto etiam principe, puniri & in-
terfici. & hoc per tex. in d. l. qui cęde.
in fi. facit ad hoc l. ſi quis filio exhæ-
redato. §. hi autē omnes. in fi. in præ-
ueniendi periculi cauſa. ff. de iniu.
teſt. Itē credo prædicta uera, niſi con
denatus eſſet forte latro manifeſtus:
uel ſeditio prærupta, uel factio crue
ta: quia tunc poſſet fieri executio ad
mortem & poſtea ſcribi ad principē.
per d. §. hi autē omnes. ibi, ubi forte
latro manifeſtꝰ. & quod ille tex. pro-
bet, patet quia loquitur ibi etiā quan
do ad principem debet ſcribi ante-
quā fiat executio, ut ꝓbatur ibi, quo
ad princeps reſcripſerit, & tamen fit
ibi executio antequam principi ſcri-
batur. Et ꝑdicta dixi etiā in iij. caute
la mea. & uide multas alias ad euadē-
dum aliquē à morte, uel differendum
executionē, quas poſui in primis xj.
caute. meis. quæ omnia ſingulariter
tene meti, quia poſſent tibi facere ho
norem & utilitatē, cum tractetur de
uita hominis, &c. Opp. cōtra text.
quòd inepte loquatur de uſucapio-
ne: quia tūc eſt locus uſucapioni uel
præſcriptioni, quando ueditur res a-
liena ab uno tāquam domino. l. claui
bus. ff. de contrahen. emp. ſed hic iſta
ueditio facta à tutoribus tutorio no
mine uidetur facta ab ipſis pupillis,
ſed pupilli erant domini: ergo nō eſt
tractandũ de uſucapione. Sol. ſecun-
dum Paul. de Caſt. hoc uerũ eſt quòd
quādo ueditio à domino, nō tracta-
tur de uſucapione, quādo pōt domi-
niũ trāsferre & trāsfert, quia res ſua
non pōt per ēptorē uſucapi. l. ſeqtur.
§. lana. ff. de uſucap. ſed hic loquitur
quādo dominus nō potuit dominiũ
rei ſuæ in aliũ trāsferre. Vnde merito
dubitat, an ſaltē potuerit trāsferre u-
ſucapiendi cōditionē, & dicas quòd
nō, qa ueditio nō ualuit, ex quo fuit
facta cōtra uolūtatē teſtatoris: & ſic
cōtra ꝓhibitionē legis, quia uolūtas
teſtatoris habetur pro lege. in aut. de
nup. in §. diſponat. & ideo inducitur
mala fide, quæ habet impedire uſuca
pionem, ut dicitur in glo. fi. in fi. in l,
præce. Sed cōtra quod imo ꝓhibitio
teſtatoris nō noceat, probatur ſic. nā
tunc prohibitio habet impedire alie
nationē, quādo concernit utilitatem
alteriꝰ quàm hæredis, ut l. pater filiũ.
§. Iulius Agrippa. & §. pe. ff. de lega.
iij. ſed tu dic quòd illud eſt uerum,
quando hæredes ſunt tales ꝗ poſſent
renūciare fauori ſuo, ut quia ſunt ma
iores xxv. an. quia tunc uendēdo re-
nunciant fauori ſuo. ſecus ſi ſunt ta-
les qui nō poſſunt renunciare fauori
ſuo, ut quia ſunt minores: ut fuit in
caſu noſtro, quia uēdere nō poſſent
ex quo



ex quo uēdendo non poſſent renun-
ciare fauori ſuo. ita not. Barto. in l. fi-
liusfa. §. diui. in prin. circa fi. uerſi. ſe-
cundo modo legitur. cum uer. ſeq. ff.
de leg. j. Sed cōtra iſtud opp. & ui-
detur, quòd prohibitio teſtatoris fa-
cta in fauore hæredis, tantum habeat
impedire alienationē: ut eſt caſus no
tabilis in l. fi. ibi, nā in priore caſu. ſu
prà qui ad liber. perue. non poſſunt.
ſed tu potes forte dicere, quòd ibi il
la prohibitio fuit facta cũ cauſa ex-
preſſa, uidelicet propter familiare mi
niſteriũ, & uſum filiorũ neceſſariũ,
& ideo filij & hæredes non poſſunt
alienare, nec etiā manumittere: & eſt
magis fauorabile. & ita poteſt etiam
intelligi l. noſtra, quia alienatio pro-
hibita fuit: quia teſtator uoluit, ut
ſerui propter perfectæ artis peritiam
ſeruarentur: & ſic in utilitate filiorũ.
& ita intellexit iſtũ tex. gl. in d. §. di-
ui. & licet Bart. eam reprobet, dicen-
do, quòd hic ideo ualet prohibitio,
quia erāt minores prohibiti aliena-
re, qui alienādo nō poterant renun-
ciare fauori ſuo ſed ſi in caſu legis
noſtræ eſſent, uel efficerentur maio-
res, tunc alienatio non impediretur:
quia quādo prohibitio alienationis
fit fauore hæredis, quid iuris eſt, ſiue
prohibitio fiat cum cauſa, ſiue ſine
cauſa. l. Titio centum. in princ. ff. de
condi. & demonſt. Iſta tamen opinio
Bart. nō uidetur uera, & uidetur etiā
contra d. l. fin. Ad l. Titio centum. in
prin. poteſt reſponderi, quòd in pri-
ma parte illius legis prohibitio non
fuit facta ipſi legatario, quando ſibi
tantũ debebat acquiri, quia illud le-
gatũ factum Titio de centum, ut e-
mat fundum, non arctat legatarium,
19 quin poſsit uendere fundũ, *quia di-
ctio ut, non ſignificat cauſam finalē,
ſed impulſiuā. unde ſi do tibi decē, ut
emas unum par caligarũ, licet caligas
nō emeris, nō tamē reddes decem, ut
eſt glo. not. in l. ſi mulier. ſuprà de iu.
dot. quæ gl. ponit etiā alia exempla.
& eſt glo. ſimilis in l. iij. §. quanquā.
ff. de cōdi. ob cauſam. & ibi per Doc.
& per Bar. & alios in l. ij. §. fi. ff. de do
na. & per hoc Bal. in l. fi. ſuprà de pac.
inter emp. & uendi. non uidetur be-
ne dixiſſe, dũ dixit per d. l. Titio cen
tum. in princ. *quòd ſi teſtator legat 20
pecuniam uni eccleſiæ, ut ex ea emat
ſibi fundũ, nūquam poterit eccleſia
dictum fundũ alienare, quia uidetur
prohibita à teſtatore alienatio: quo-
niam ut dixi, ille text. nō ꝓbat quòd
per hoc uideatur ꝓhibita alienatio,
& iſtud teneo, licet aliq in d. l. filiuſ-
famil. §. diui. de leg. j. ſequantur opi-
nionem Bal. & ſi dicatur, Bal. fundat
ſe in d. l. Titio centũ. in fi. prin. reſpō
detur ꝙ quæſtio Bal. couenit prin. l.
tantũ, non aūt fi. prin. qui loquitur in
alio caſu, ut ſtatim dicā. Sed in ſe-
cundo reſponſo illius l. Titio centũ.
in uer. ſed ſi filio. licet teſtator expreſ
ſe nō prohibuerit alienationē, tamē
ex quo teſtator uoluit legatariũ eme
re fundũ, ut ꝓſpiceret aliuno minus
induſtrioſo: habetur ꝑinde ac ſi cau-
ſam alienationis expreſsiſſet, uideli-
cet quia uolebat cōſulere d. fratri le-
gatarij, ſecundũ unā lect. glo. & ſic il
21 le tex. ꝓbat, *quòd paria ſunt expri-
mere cauſam ꝓhibitionis expreſſe in
teſtamento, uel tacite in fauore alte-
rius quàm hęredis uel legatarij. & eſt
etiā gl. in l. quoties ab omnibus. s. de
fideicō. & ibi hoc tenet Cyn. & in l.
ea lege. s. de condi. ob cauſam. & ita
ſentit hic Bal. & apertius in d. l. fin. s.
qui ad liber. perue. non poſ. ubi dicit
per illũ tex. ꝓbari, quòd ꝓhibitio te-
ſtatoris, quæ cauſam prohibitionis
debet habere, ut hic. & d. l. filiusfam.
§. diui. cum ſimilib. ualida eſt, non ſo
lum ſi cauſa exprimitur, ſed etiam ſi
tacite poteſt compræhendi ex inten-
tione ipſius, per tex. in d. l. fi. & idem


uult

uult Bald.in l.cõtra uoluntate. ſuprà
de teſta.manu.unde illa l. Titio cen-
tum. in prin.nõ uidetur probare opi
nionem Bar.uidelicet quòd prohibi
tio facta à teſtatore cũ cauſa expreſſa
uel tacita fauore hæredis, non ualet:
quia nõ loquitur de fauore hæredis,
ut dixi.& idẽ uidetur dicendũ,quòd
ualeat prohibitio teſtatoris,ut res re
licta hęredi uel legatario,non poſsit
alienari etiã in fauorem hæredis uel
legatarij, quando apparet expreſſe,
uel tacite de mente teſtatoris, quòd
habeat affectionem, ut non aliena-
ret:puta quia putabat rem eſſe neceſ
ſariam uel utilem hæredi uel legata-
rio,ut d.l.fi.ſupra qui ad liber.perue.
non poſ.uel quia domus uel poſſeſ-
ſio fuerat maiorum ſuorum, ut l.ſi in
emptione.in princi.ff.de mino.& l.j.
§.ſed ſi rem.ibi,in quam habet patro
nus affectionem uel opportunitate
cœli, uel illic educatus ſit,uel paren
tes ſepulti.ff.ſi quis in fraud. patron.

Idem quando alienatio prohibi-
ta fuiſſet fauore eccleſiæ uel piæ cau
ſæ,puta fauore alimentorum. l. cum
hi. §.ſi uni.ff.de tranſac.idẽ & quan-
do eſt ꝓhibita alienatio fauore per-
ſonæ puta minoris:ut hic ſecundum
Bald. qui ita intellexit iſtum text.in
c.j.in ult.col.in princip.in tit.de alie.
feu. Nec obſt.dum reprobaui Bal.
ſuprà,quia Bald.loquitur in caſu in
quo non apparebat expreſſe uel ta-
cite de prohibitione alienationis: ut
dixi per d.l. Titio fund°. in primo re
ſponſo.ff. de condi.& demon. & ita
uult Cyn. in l. ea lege.in dictio.ſua.
ſupra de condi. ob cauſam. & in d.l.
quoties.ſuprà de fideicom.& Doct.
no.in d. §.diui. Vnde ex his diſtin
gue. Aut conſtat expreſſe uel tacite
quòd teſtator habuit affectionẽ ne
res uenderetur, quam prohibuit alie
nari,& tunc ualet prohibitio,& non
poterit per hæredem contrauenire,

dato quòd etiam in ſuum tantum fa-
uorem prohibuiſſet teſtator, ſiue ſit
maior, ſiue minor hæres. & ita po-
teſt loqui hic & d.l. ſua. cum ſimili-
bus. aut conſtat expreſſe quod teſta-
tor nullam habuit affectionem pro
ſe, ſed in fauorem tantum hæredum
prohibuit alienationem: & tunc di-
ſtingue ſecũdum Bartolum,in dicto
§.diui.aut hæres erat maior xxv.an-
nis,qui poterat ſuo fauori renuncia-
re.l.ſi quis in conſcribendo.ſuprà de
pactis. & tunc poterit alienare.l. pa-
ter filium. §.Iulius Agrippa.ff.de le-
gatis iij. Aut eſt minor qui non po-
teſt renunciare,& tunc non poterit,
alienare, ut hic. uel dicas, aut eſt fa-
cta prohibitio fauore piæ cauſæ uel
minoris, & non poteſt,ut hic: aliàs
ſecus. Aut ſumus in dubio,& tunc di
cendum eſt quòd alienare poterit
per dictum §.Iulius Agrippa.de quo
tamen latius dic, ut per Cynum &
Doctores in dicta l. ea lege. & per
Bartolum & omnes alios ſcriben-
tes in dicto §.diui.& per Doctor. in
dicta l. quoties. ſupra de fideicom-
miſſa. & per Baldum plene in c.j. in
ultima colum.in titu. de aliena.feud.
& uide etiam per Ang.plene in con-
ſilio ſuo clxv.& in coſi. ſequenti.ubi
plene tractat de materia,quando te-
ſtator prohibet alienationem. In
glo.prima, in uerbo, ſeruari.in prin.
ibi,idem ſi uendi prohibuiſſet. Not.
ex iſta gloſſ.coniuncto textu,*quòd 22
quando teſtator mandat rem aliquã
ſeruari ſiue conſeruari, uidetur pro-
hibere ipſam uendere, uel aliquo a-
lio titulo alienare,ut probatur etiam
in l.pater filium. §. penulti. ibi nulla
ex cauſa alienent, ſed conſeruent
ſucceſsioni ſuæ.ff.de legatis iij.& ita
pridie ſuper hoc conſultus,reſpon-
di. Ex quo etiã not.ſecundũ Bal.hic,
*quòd aliquid prohibetur per uerba 23
affirmatiua.nam teneor nõ alienare:





qa teſtator iubet rẽ ſeruari ſub uerbis
affirmatiuis:& ſic poſito aliquo, ex
quo ſequitur ꝓhibitio, perinde eſt,
ac ſi prohibitio facta fuiſſet. unde ſi
probo quòd uoluit cõſeruari,uideor
probare quòd prohibuerit alienari:
24 quia eadẽ natura eſt ęqpollẽtiæ *In
ea.gl.ibi. Cũ uerbo uẽditiõis omnis
alienatio &c.dic quia tex.dicit,quan
do teſtator iuſsit quòd ſeruarentur
ſerui,non poſſunt alienari: ſed quid
ſi teſtator dixit, quòd non uenderen
25 tur?gl.dicit quòd eſt idem:* quia ap-
pellatione uenditionis, continetur
omnis alienatio.allegat tex.in l.ſtatu
liberi à cæteris. §.Quintus.ff.de ſta-
tulibe.& idem uult gl.in l.ij.in §. eã
rem.in uerbo,non poteſt. ff. quæ res
pigno.ob. poſ.per d. §.Quintus.qui
eſt ad hoc notabilior, quam ſit in iu-
re alius,ſecũdũ Bal.hic:quia text.xij.
tabu.emptionis uerbo omnem alie-
natione cõplecti uidetur. Et ſubdit
quòd uerbũ uenditionis per ſeipſum
non habet hoc ſignificare,ut cõpræ-
hendat omnem alienationem:ut l. fi.
C. de prædiis curialium.lib.x.quia a-
liud ſignificat uenditio, quàm alius
contractus: ut dicit Bald. in d.l.fi.&
probatur in l.j.ff.de rerum permu. &
idem uult Iaco.Bu.& Bar.in l.in quo
rum.ff.de pigno. ſed ratione adiun-
cti: puta ratione cauſæ prohibitio-
nis,bene includit alios titulos aliena
tionis.& ita intelligatur gl.noſtra,&
gl.in d.l. ij. §. eam re.cum ſimilibus.

Vel dic ſecũdo,aut prohibitio eſt
extraordinaria & legalis,& non cõ-
præhendit alios contractus:ut d.l.fi.
Aut eſt regularis prohibitio, ſicut eſt
quando teſtator poteſt prohibere &
prohibet:quia uoluntas teſtatoris re
putatur lex communis: ut in aut.de
nup. §.diſponat.& tunc compræhen
dit omnem alienationis ſpeciem, ut
in iſta gl.ſecundũ Bal.hic,qui ſe remit
tit ad no. per eũ in l.uolũtas.ſuprà de
fideicõ. Vel tertio,ad idem:aut no
men uenditionis profertur in mate-
ria ſingulari, & contra ius cõmune,
& non continentur alij contractus:
ut d.l.fi.aut non eſt contra ius cõmu
ne:& tũc cõtinentur,ut hic in glo.ut
dicit elegãter gl.in d.l.fin.C.de præ-
diis curia.lib.x.quam ſequitur Bal. in
d.c.j.circa fi.in tit. de alie.feu. Vel
dic quarto ſecundũ Bal. ibi ante fin.
quòd aut prohibita eſt uenditio ab-
ſolute, & omnis alienatio intelligi-
tur eſſe prohibita,per ea quæ no. hic.
aut eſt data certa forma in alienãdo,
& tunc nomine uenditionis non cõ-
tinẽtur alij contractus:quia non pro
cedunt per eaſdẽ cauſas:ut in pręalle
gata l.fin. Vel dic quinto ſecundũ
Bal.in c.j.in fi. in ti.de cõtr.inter do.
& emp.feu.quòd aut uenditio uel a-
lienatio prohibetur ratione rei, ſicut
eſt feudũ: & tunc omnes contractus
continẽtur:ut d.c.j.in fin.ubi eſt tex.
no.aut prohibetur ratione perſonæ,
& idẽ.& ita intelligi debet iſta gl.re-
lata ad tex. Aut ratione modi & for-
mæ eſt facta prohibitio,& tũc nõ cõ
tinentur alij contractus. & ita loqui
tur d.l.fi. Vel dic ſexto ſecũdũ Bal.
in d.l.fi.aut uerbũ,uenditio,ponitur
cauſa exẽpli, & tunc cõphẽdit omnẽ
alienationẽ.& ita loquitur d. §.Quin
tus.& ratio poteſt aſsignari.quia exẽ
pla non reſtringũt regulam.l.j. §. de
uulgo.ff.de ui & ui ar.& l.dãni infe-
cti ſtipulatio pertinet.in fi.ff. de dam
no infec.& per Cy.in l.j.in ij.q.ſuprà
uti poſsi.aut nõ ponitur cauſa exem
pli,& tunc prohibita uenditione,nõ
uidetur prohibitus alius contractus:
qa proprie aliud eſt uẽdere,aliud eſt
aliũ contractũ celebrare:ut d.l.fi.& l.
j.ff. de rerũ permuta. Vel ſeptimo
dic ſecũdũ gl.in l.quorum.ff.de pig.
aut prohibetur à lege uẽditio,& tũc
intelligitur alius cõtractus prohibi-
tus.l.fin.ſuprà de rebus alie. non alie

nan.& l.prima.§.eam rem.ff.quæ res
pign.oblig.poſ.aut prohibetur à iu-
dice,& tūc ſecus:ut d.l.in quorū. ſed
hoc Bar.nō tenet ibi,dicēs,quòd ni-
miū durū eſſet reſtringere d.l.in quo
rū.ad prohibitionē iudicis:nec prędi
ctæ leges urgent ad illā diſtinctionē
faciendā. Vel octauo ſecundū Iaco.
But.in d.l.in quorū.poteſt dici, quan
doq; prohibetur res ipſa uendi, quia
eius cōmerciū interdicitur: ut eſt res
ſacra & religioſa.l.inter ſtipulātē. §.
ſacrā.ff.de uerb.obl.& inſti. de inuti
li.ſtip.§.ij.& tūc prohibetur alius cō
tractus.& ita loquitur d.§.eā rē.quā
doq; nō prohibetur cōmerciū in ge
nere,ſed prohibetur ueditiō:& tūc
ex propria ſignificatione nō uidetur
prohibitus alius cōtractus.d.l.in quo
rū.Nec ob.d.l.fi. quia illud quod ibi
dicitur,procedit magis ex quadā pręſ
ſumpta uolūtate,quam ex propria ſi
gnificatione.hoc ultimū non appro-
bat Bar.in d.l.in quorum.dicēs quòd
etiā ibi ex præſumpta uolūtate debe
ret intelligi prohibita datio pigno-
ris. Vel nono ſecūdū Bar.in d.l. in
quorū.poteſt ita diſtingui.aut prohi
betur uēdi uel alienari res,& nō po-
teſt pignori obligari,per d.l.fin.quia
per obligationē peruenitur ad uēdi-
cationē pignoris:per totū ti.ff.& C.
de diſtra.pig.& ſicut prohibetur uen
ditio , ita & eius pāmbulū.l. oratio.
ff.de ſponſa. aut prohibetur perſona
emere, res autē nō prohibetur uēdi:
tūc ille nō impeditur accipere pigno
ri:ut d.l.in quorū. ratio,quia licet ac
cipiat pignori, per hoc nō euenit ut
ipſe accipiat ſibi in ſolutū uel in em
ptione,ſed quod alij uendāt pro ſuo
debito : quòd etiā nō eſt prohibitū,
niſi accipiat pro tāta quātitate,quòd
non eſſet uериſimile debitorem uelle
luere.arg.l.qui habebat.ff. de leg.iij.
cū ibi not. Vel decimo poteſt ali-
ter.diſtingui ſecundum Guil.de Cu.
hic, uidelicet , aut uerbū uēditionis
profertur à lege,aut ab homine. Pri-
mo caſu aut lex facit mētionē de uen
ditione permiſsiue,aut prohibitiue:
ſi permiſsiue,& tūc aut lex facit mē-
tionē de uenditione cōſiderato effe
ctu : & tunc appellatione uēditionis
cōtinetur omnis cōtractus per quem
dominiū trāsfertur . & ita poteſt in-
telligi per allegata l.ſtatuliberi à cæ-
teris. §.quæritur.in fi. ff. de ſtatulib.
aut lex facit mētionem de uēditione
uidetur mihi bona. nam ſi tu bene
conſideras,ipſe uult quòd omnes ti-
tuli præter titulum de uſuca. pro em
pto.denominentur à facto tradentis,
& ſignificet appræhenſionẽ uel tra-
ditionem,uel tempus traditionis ſeu
receptionis: ſed iſtud eſt falſum.nam
titulus pro donato, uel pro legato,
hoc non ſignificant. nam res poteſt
eſſe mihi donata, uel legata, & ta-
men nõ tradita, & ſic ſignificant tã-
tum tempus contractus & non tra-
ditionis.l.cum pater ſurdo.ff.de leg.
ij.& l.ſi quis argentũ.infra de donat.
cũ ſimi. Raph.autẽ hic dicit ꝙ ſubti-
lior ratio eſt, quia ex natura uendi-
tionis non eſt, ut emptor fiat domi-
nus,ſed tantũ uenit traditio.l.ex em
pto.in princ.ff.de act.emp.per quam
traditionem ſi uenditor erat domi-
nus,transfertur dominium:alias nõ,
ut d.l.ex empto.& l.clauib9.ff. de cõ
trahen.empt.ſi ergo emptor non pu-
tat uenditorem eſſe dominum, non
eſt bonæ fidei,quia aliter non poteſt
transferri dominium,quod ſecus eſt
in ſtipula.ubi præciſe agitur de obli-
gando,& quamuis ſciam te non eſſe
dominum, nihilominus poſſum eſſe
bonæfidei poſſeſſor.& hanc rationẽ
ſenſit iuriſconſultus in l.ſi is qui pro
emptore. §.fina. ff. de uſucap. ſecun-
dum Rapha.hic.iſta etiam ratio non
uidetur mihi bona, quia dicitur quis
eſſe in mala fide contrahendo ſcien-
ter ſuper aliena re,aliter quàm per uẽ
ditionem,ſicut per alium contractũ.
& hoc modo etiam uidetur reproba
re glo.in d.§.fi.unde ego ſtarem opi
nioni gl.quæ eſt in dicta l.ij.in prin.
ff.de uſucap.pro empt.uidelicet pro-
pter frequentiam cõtractus emptio-
nis & uenditionis ſit ſtatutum, ut in
uenditione reqratur bona fides duo-
bus temporibus, ſcilicet tẽpore con
tractus & tẽpore traditionis, in aliis
uero ſufficiat tempus traditionis tã-
tum,ut l.iij.ff.pro ſolu.neque obſtat
quod dicit hic Salyc.quòd uſucapio
eſt inuenta ne dominia rerum ſint in
incerto,quia illa ratio nõ tollit iſtã,
ne detur materia emendi rem quam
quis ſcit alienam:quia ſi hoc conce-
deretur ut non requireretur bona fi-
des tempore contractus uenditio-
nis, eſſet ualde damnoſum dominis
propter frequentiam cõtractus, quæ
frequentia non eſt in aliis contracti-
bus, ideo in eis hoc non introduxit,
ut duobus tẽporibus requiratur bo-
na fides.& pro hoc allego tex.in ra-
tione ſui in l. iuſto. in princip. dum
dicit, ibi enim propter aſsiduam &
quotidianam comparationem ſeruo
rum ita conſtitui publicè interſuit.
ff.de uſucapio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſsionis appellatione non ſolũ com prædẽditur illa poſſeſsio, quæ iuris eſt, ſed etiam ipſa res immobilis poſſeſſa.*
2 *Statuta ſi dixerint quod poſſeſsionis domini talia facere poſſint, non referatur ſolum ad dominos poſsidentes, ſed etiam ad dominos rei.*
3 *Poſſeſsionis appellatione, an fundus ruſticus & urbanus ueniat, an uero ruſticus tantum.*
4 *Poſſeſſor malæ fidei an rem & omnes fructus reſtituere teneatur.*
5 *Emens rẽ alienam ſciẽter a malæ fidei poſſeſſore, præſcribere non poteſt.*
6 *Titulus excuſat à mala fide, & à fur-*

 *ctibus*

*ctibus percipiendis.*
7 *Vitium perſonale, ut eſt mala fides autoris ſingulari ſucceſsori non nocet.*
8 *Verbum uſucapio eſt genus, & ſic appellatione uſucapionis etiã longum tẽpus compræhenditur.*
9 *Exceptionẽ in forma uſucapionis ſi cõuentus oppoſuerit, & in forma præſcriptionis probauerit, an ſufficiat.*
10 *Res mobilis an per furtũ uel per uim ſurripiatur, nulla differentia eſt.*

SI PARTEM. Malæ fidei poſſeſſor tenetur domino rem cum fructibus reſtituere, bonæ fidei uero emptor rem reſtituit, niſi compleuerit uſucapionẽ, quæ ſibi non procedit in re ui poſſeſſa prius quam ad dominum reuertatur, hoc dicit. Vel ſic, malæ fidei poſſeſſor non præſcribit, ſed bonæ fidei poſſeſſor ſic, licet eius autor fuerit in mala fide, niſi res ſit affecta uitio reali, hoc dicit. In textu ibi, Si partẽ. expone, id eſt, dimidiã. l. nomen filiarum. §. portiones. ff. de uerborũ ſign. idem tamẽ eſſet ſi plus quam dimidiã, uel minus uẽdidiſſet. argu. l. quæ de tota. ff. de rei uendi. & eodem modo expone uerbũ Portio, quod eſt infra. In tex. ibi, Poſſeſsionis. dic, id eſt, rei poſſeſſæ, ex quo dicit infrà cum fructibus: & ſic iſta lex loquitur ꝓpriè de præſcri. ſed ſi uelles intelligere de uera uſucapione, dicas poſſeſsionis, id eſt, rei mobilis poſſeſſæ. & dũ dicit Fructibus, expone, id eſt, peſionib. & uecturis. & ſecũdum primã expoſitionẽ uſucapio in hoc titulo & ſequẽtibus large ponitur, ut etiã longi temporis præſcriptio cõtineatur, ut dicit glo. no. in l. iij. ff. de uſuca. ſed certe iſta lex loqui uoluit de re immobili, & ſic de præſcrip. longi temporis, ut patet hic in tex. dum dixit, uel bona fide. qui indicat hunc tex. loqui de re immobili tantum, quia dicit ꝙ bonæ fidei emptor qui emit à malæ fidei poſſeſſore, poteſt uſucapere, quod nõ poſſet, ſi eſſet res mobilis, q̃a facta eſſet furtiua, ut l. j. ſupra eo. & l. ſcies. infrà eo. ſecundũ Albe. hic, de quo dicitur infrà in primo not. In tex. ibi, Malæ fidei poſſeſſor. dic & ſic erat uitium perſonale, nõ reale, & ſic nõ erat ab eo ui poſſeſſa, ut patet in fi. q in hoc differt à principio huius legis: ut dicit hic glo. j. & ſic non potuiſſet uſucapi, ut in fine dicitur, & tamen poteſt in principio uſucapi, ut patet ibi, compleuerit uſucapionem. In tex. ibi, Recipi poteſt. ſubaudi, ſcilicet per uerũ dominũ directa rei uendicatione: ſed ſi id quod alienauit, tanquã dolo deſierit poſsidere, utili rei uẽdi. reſtituere tenebitur. ar. l. parem. ff. de reg. iur. & l. qui petitorio. & l. qui reſtituere. ff. de rei uẽdi. cum ſimilib. In textu ibi, Perueniat. ſubaudi quando dominus fuerat deiectus: ubi autem alius quam dominus deiectus fuiſſet, ſufficeret reuerti in poteſtatem expulſi: ut eſt text. cum gl. ſing. in l. certe. in §. Iul. ff. de precario. ſecundum Ange. hic: & Bart. in d. §. Iulia. ſecus eſt in furto: ut ibi dicit glo. nota. de quo dicam plene infra in gloſſ. penul. ubi omnino uide.

*Nota primo tex. ibi, Poſſeſſor. 1
quòd appellatione poſſeſsionis compræhenditur non ſolum illa poſſeſſio quæ eſt iuris, de qua in l. j. in principio. & per totum titulum. ff. de acquiren. poſſeſ. & in l. quæſtio eſt fundus. ff. de uerborum ſigni. ſed etiam compræhendit ipſam rem immobilẽ poſſeſſam, ut dixi ſuper text. & probatur in l. cum ſatis. in §. caueant autem poſſeſsionum domini. C. de agrico. & cenſi. libro xi. & in l. locorum. ibi, proprietas poſſeſsionis. C. de omni agro deſerto. eodem libro. & ibi hoc not. Bartol. in fine, qui di-
cit* quod hoc eſt utile pro ſtatutis di 2
centibus quod domini poſſeſsionis




poſsint talia facere: nam hoc non refertur ſolum ad dominos poſsiden-
3 tes, ſed etiã ad dominos rei.* Sed poſſet dubitari, an appellatione poſſeſsionis ueniat fundus ruſticus & urbanus, an uero ruſticus tantum. & uidetur quod in dubio intelligatur de fundo ruſtico, maxime propter communem uſum loquendi: & ſic nõ uerificabitur in domo uel furno. arg. l. librorum. §. quòd tamẽ Caſsius. ff. de le. iij. & l. Labeo. cũ no. p Bar. ff. de ſupel. le. & ita uidi alias Paduæ iudicari. de quo etiã dixi in d. l. quæſtio eſt
4 fundus. *Nota ſecundo ibi, Omnino cum fructibus. quòd malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rẽ, & omnes fructus. concordat l. certum. in prin. & ibi eſt materia. ſupra de rei uẽ-
5 di. *Nota tertio ibi, Si ſciens. quod emens rem alienam ſcienter à malę fidei poſſeſſore, non poteſt præſcribere, & maxime quia in ea cõmittitur furtũ: ut l. j. in h. ſupra eo. & ibi dixi.
6 *Nota quarto ſecũdũ Raph. quòd hic uidetur eſſe caſus pro glo. contra Pe. in l. ſi fundum. ſupra de rei uendi. quòd titulus excuſat à mala fide, & à fructibus percipiendis. & dicit quòd hoc ſibi placet. de quo dic ut plene habetur in d. l. ſi fundum. & in d. l. certũ. quia non eſt materia noſtra: quod intellige de fructibus perceptis ante litem conteſtatam: ſed de perceptis pòſt, tenetur ad omnes: ut d. l. certũ. in fi. & ibi per glo. & Doct. & per gl. in c. ſuper quæſtionũ. in prin. in uerbo exordium. in fi. extra de officio de
7 leg. cum ſimilibus. *Nota quinto, quòd uitium perſonale, ut eſt mala fides autoris, non nocet ſingulari ſucceſſori hoc iure: ut hic & l. j. infra de præſcrip. longi temporis. quod tamẽ hodie corrigitur in aute. malæ fidei. ibi poſita, & ibi plene dicitur: ut habetur hic etiam in gl. fin. ſed uniuerſali ſucceſſori, qui eſt ſucceſſor uitiorum & culpæ, bene nocet etiam iure iſto: ut etiam ex perſona ſua, licet ſit bonæ fidei, non poſsit uſucapere uel præſcriptionem inchoare: ut l. j. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præſcript. quod tamen limita eſſe uerum de iure ciuili, ſecus de iure canonico ſecundum Dyn. qui loquitur de uolente inchoare ex ſua perſona uſucapere uel præſcribere: & dicit quòd nõ nocet ſibi mala fides autoris ſui: ut ipſe no. in c. ij. de reg. iur. in vi. & ita tenet etiam Bart. ſequendo Dyn. in d. l. cum hæres. quod dicit hic Pau. de Caſt. uideri ſibi ſatis nouum, quia plus nocet mala fides de iure canonico, quam de iure ciuili: ut habetur in d. c. ij. & in c. fi. extra de præſcript. & in l. ſequitur. §. ſi uiam. per Barto. & Doct. ff. de uſucap. unde ſi de iure ciuili mala fides autoris nocet hæredi, quantomagis uidetur debere nocere de iure canonico? & non dicit ultra. ſed in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. poſſeſſ. hoc declarat. de quo uide quod pleniſsime dicam in l. nihil. infrà pro hærede. Vitium autem reale bene nocet cuilibet ſucceſſori, quouſq; ſit purgatum: ut hic in fin. & quæ ſint uitia realia, dic ut habetur in l. uitia. infra de acqui. poſ. &
8 ibi dicemus. * Nota ſexto & ultimo: ibi, uſucapionem. & in fin. ibi, uſucapio. coniuncto tex. ibi, cum fructibus. & coniuncta rubri. ſuprà eo. quod uerbum, uſucapio, eſt genus: & ſic appellatione uſucapionis compræhenditur etiam præſcriptio longi temporis, quia hic loquitur de re immobili: ut dixi ſuprà in prin. ſuper text. in uerbo poſſeſsionis: quæ res immobilis non præſcribitur niſi longo tempore ſecundum Pau. hic. & eſt text. & ibi dicam in l. j infra titu. j. & dixi ſuprà in rubric. in princip. in ſecunda continuatione. ſed proprie uſucapio eſt in re mobili, præſcriptio

in immobili:ut l.ij.infrà de præſcrip. longi temporis.ut dicit glo.not.in l. iij.ff.de uſuca. *Ex quo no.quòd li- 9
cet conuentus oppoſuerit exceptionem in forma uſucapionis, & probauerit in forma præſcriptiōis, ſufficit: ſicut econtra dixit Bal. in l.in ſeruorum.in fi.infra in quibus ca. res lōgi temporis præſcri. qui uoluit per illū text. quòd ſi in oppoſitum eſt forma. præſcriptionis, & eſt probatū in forma uſucapionis, ſufficit. & ſic no. pro ſaluando libellum in quo diceretur, dico me uſucepiſſe contra, cum tractaretur de præſcriptione rei immobilis, & econtra dicendo ſe præſcripſiſſe, cum tractaretur de re mobili, in qua ſolū cadit uſucapio: quia uerba libelli etiā impropriantur, ut poſſit ſaluari & ſuſtentari: ut no. Bartol. in l.ſi olei.in fin.ſupra loca. & in l.j.in fin.ſupra de uſufructu. & in l. ſed ſi poſſeſſori. §. item ſi iurauero. ff. de iureiurand. & ibi per Doctores. & per Bartolum. in l. ſi prius.in xij.colum. uerſiculo, ſecundo contra hoc oppo. ff.de no. oper. nuncia. & per Barto.Bald. & Ioan. de Imol.in l.ſcire debemus.ff.de uerborum oblig. & per Cyn.in l.j. in iiij.q. ſupra de iure emphy. & uide omnino per Inno. in c.examinata.in fin.extra de iudi. qui tenet, quòd libellus ſit ſuſtentandus, dummodo ſit quacunq; uia tolerabilis. & ibi per Doct. & adde prædictis quæ dicam in l.unica in iiij. euidentiali. infra de uſucapio.transfor. ubi ponam, an & quando uerbum uſucapio poſsit uerificari in rebus immobilibus, tam in libello & ſententia, quàm etiam in ſtatutis, ubi omnino uide. In gloſſ.ij.in uerbo bona fide. ibi, Hodie contra. aduerte ad iſtam glo. quia ſi tu intelligeres quòd loqueretur de uſucapione rei mobilis, male diceres, quia illa autent. loquitur in præſcriptione longi temporis. unde cum ſit exorbitans, non eſt extendenda. ita dicit Bartol. in L Pomponius. §.cum quis.ff.de acqui. poſ. Præterea iſta gloſ. non habuit iſtum ſenſum, ut intelligeret d.aute. malæ fidei, habere locum in uſucapione per iſtum tex. quia iſte tex. loquitur de præſcriptione proprie loquendo, & improprie loquitur de uſucapione, ut ſupra dixi in ultimo notabili. Item quantum ad propoſitum noſtrum non habet locum in præſcriptione longiſsimi temporis. quod patet: quia etiam ipſimet autori malæ fidei non nocet mala fides, ad præſcribendum longiſsimo tempore: ut l.omnes. & l.ſicut.infrà de præſcript. xxx. annorum. & hoc de iure ciuili: ſecus de iure Canon.ut in c.malæ fidei poſſeſſor.de reg. iur.in vi. & in c. fin.extrà de præſcript.intellige ergo gl.ſane, ut loquatur in præſcriptione longi temporis tantum. de quo dicam late in d. auten.malæ fidei. In glo.pe.in uerbo uiolenter.ibi, Si ui. quæ eſt contrà. dic idem tenet gl.inſti.de uſuca.in §. furtiuæ. & uide omnino gl. in d.l.ſi ui. & quod ibi no. per Doct. In ca.gl.in fin.oppo. de l.non ſolum. §.ſi dominus.ff.de uſucapi. ubi quando quis uiolenter eſt deiectus à poſſeſsione, res à qua fuit deiectus, poteſt uſucapi ſeu præſcribi antequam reuertatur in poteſtatē domini. So. hic loquitur, quando dominus fuit ui expulſus, & ab expulſione fuit appræhenſa poſſeſsio: in cōtrario uero non fuit per expellentem appræhenſa poſſeſsio, & ſic nō uidetur fuiſſe res ui poſſeſſa: quia quamuis dominus ſit ui deiectus, res tamen non eſt ui poſſeſſa: ut l.ſequitur. §.ſi tu me ui.ff.de uſucap. & ibi no.de hoc. & eſt glo.inſtitu. de uſucap. in §.quod autem.el j.in uerbo, poſſeſſarum. Item aduerte quia iſta gloſſ.uidetur uelle relata ad textum,

quòd



quòd ſi res ui poſſeſſa non poteſt uſucapi, niſi reuertatur in poteſtatem domini: ſicut etiam dicitur in re furtiua, ut illa non poſſet uſucapi, niſi ſimiliter reuertatur in poteſtatem domini: ut l.ſequitur. §. quod autem dicit lex. ff. de uſucap. & uidetur eſſe text. de utroq; inſtitut. de uſucap.in §.aliquando. & taliter reuerti in poteſtatem domini, quando ab eo non poteſt euelli: ut d.l.ſequitur. §.tunc in poteſtatem. & no.gloſ.in d. §.aliquando. & uide gloſſ. in l.abductus. ſupra de fur. quæ ponit quando domino ſubtrahitur, quatuor copulatiue requiruntur, ut dicatur reuerſa in poteſtatem domini. de quo dic ut ibi. Sed gloſſ. ſingul. in l.certe. §. Iulia. ff. de precario. uidetur facere differentiam inter rem furtiuam, & ui poſſeſſam: quia res furtiua non poteſt uſucapi, niſi reuertatur in poteſtatem domini: ut dict. l. ſequitur. §. quod autem. ſed res ui poſſeſſa bene poteſt uſucapi, etiam ſi non reuertatur in poteſtatem domini, dummodo reuertatur in poteſtatem expulſi. & ita tenet Bartol. in d. §. Iulia. quod dicit eſſe notandum: quia neſcit hoc alibi. & dicit quòd ita debet intelligi iſta l. in fin. ſed quæ ſit ratio differentiæ inter rem furtiuam & ui poſſeſſam, gloſſ. in d. §. Iulia. non ponit, ſed remittit ſe ad nota. in le.j. §. quòd ui à me.ff. de ui & ui armata. ubi gloſſa dicit, quòd ratio poteſt eſſe, ne homines inuitentur facilius ad furandum, quàm ad inuadendum. ſed Bartol. ibi dicit, quòd iſtud nil eſt dicere, quia eadem eſt ratio, ne homines inuitentur ad rapinam. unde ipſe Bartol. in dicta l. ſequitur. §. ſi dominus. aſsignat aliam rationem. nam cum in diuerſis legibus ſint factæ iſtæ prohibitiones: ut inſtitut. de uſucap. in §. furtiuæ. ex uerbis l. ſic debere intelligi colligebatur: ſed iſtud non eſt reddere rationem differentiæ: uel dicit ipſe, alia ratio poteſt eſſe: quia in furto res tantum afficitur, ideo domino rei dicitur res ſubtrahi: ſed in uiolentia afficitur perſona cui infertur: & ideo ab eo dicitur ui poſſeſſa: & ſic ſi in eius poteſtate reuertatur, ſufficit, & uerificantur uerba l. & hoc probatur ex not.in l. itaque fullo. ff. de furtis. & ibi per Bartol. ſed contra iſtam rationem ego allego textum. in l. fin.ff.pro ſoluto. coniuncta gloſſ. ibi. nam ibi dicitur, quod ſi aliquis obligauit rem creditori, & poſtea ipſe eam ſurripuit, quòd ſi reuertitur in poteſtatem creditoris, poteſt uſucapi res, etiā ſi non reuertatur in poteſtatem ueri domini. Sol. illa l. fin. non loquitur in pignorante rem alienam, ſed ſuam, & dum dicit textus ibi, quod ſi non reuertatur in poteſtatem creditoris, non poteſt uſucapi: dato quòd reuertatur in poteſtatem domini, intellige reſpectu hypothecæ quam habebat creditor in illa re ſibi pignorata: ſed reſpectu proprietatis, bene poteſt uſucapi: quia illo reſpectu non eſt furtiua. Item contra dictam rationem differentiæ uidetur etiam eſſe textus in l. fina. ff. ui bonorum raptorum. ubi etiam dicitur, quòd res ui poſſeſſa debet reuerti in poteſtatem domini. Sol. ſecundum Bartolum, in dicta leg. ſequitur. in §.ſi dominus. & in dicta leg. finali. ibi fuit uiolentia, quæ affecit ipſam rem: quia res mobilis forte fuit ſublata, ideo oportet ut in poteſtatem domini reuertatur: ſed ſi ſolum eſt uiolentia, ita ut res non efficiatur furtiua, tunc ſufficit quòd reuertatur in poteſtatem expulſi: ut d. l.certe. §. Iulia. ff. de precario. & ſic ex hoc nota, quòd non eſt differen-
10 tia, * an res mobilis ſurripiatur per

furtum,

furtū,uel ꝑ uim: quia utroq, caſu requiritur quòd redeat in poteſtatē domini: & ſic poteſt intelligi iſta glo. & omnia iura quæ nō uidentur facere differentiā,in titulo rē furtiuā, & ui poſſeſſam:ſed bene remanet differentia inter rē mobilem furto ſubtractā, & rem immobilē per uim expulſiuam occupatam:ut patet ex prædictis.Saly.autem hic ponit aliā rationem differentiæ: quia res mobilis in qua cadit furtū minori tempore uſucapitur,ſcilicet triennio:ideo ne faciliter præiudicetur domino ignoranti,lex uoluit eā reuerti in poteſtatem ipſius domini: ſed res immobilis in qua cōmittitur uiolentia expulſiua, nō ſic breui tempore præſcribitur,& ſic facilius lex permittit rē reuerti in poteſtatem expulſi, ut poſsit poſtea præſcribi: quia cum res ipſa immobilis ſe exhibeat, dominus uerisſimiliter infra tempus præſcribendi de iſta reuerſione notitiam habere deberet, & præſcriptionem interrumpere, & ſic non poteſt ex tali permiſsione faciliter lædi:& iſta uidetur ſatis ratio colorata:uel dicit ipſe ſub dubio forte,quòd poſſumus dicere,quòd non ſit differentia inter rem furtiuam, & ui poſſeſſam.Nec ob.d.l.certe.§.Iul. ff.de precario. quia ibi loquitur de expulſo bonæ fidei poſſeſſore,ꝙ poſſidebat cogitatione domini, & credebat ſe dominum.l.apud antiquos. circa med.ibi,domini cogitatione.ſupra de furtis.unde ſatis eſt, quòd ibi reuertatur in poteſtatem illius, licet alius ſit uerus dominus:nō autē ſufficeret quòd reuerteretur in poteſtatē alterius expulſi.& ita loquitur d.l.ſequitur.§.ꝓ autē.ff.de uſuc.& hac ratione dicit hic Raph.quod ſemel cogitauit:licet Saly.nō alleget:ſed ipſe Raph.conatur dare aliā rationē differentiæ meliorē.nā pro re furtiua cōpetit domino actio furti,ſubauditur etiā ſi ſit ſurrepta alij quàm domino: ut l.ſi furtiuā ancillam.ff.de furtis.licet in re ui ablata, ſubaudi alij quàm domino,nulla actio domino cōpetit pro illa expulſione: nō dicit plus Rapha.Tu autē declara:quia quādo res ſurripitur per furtum propter rē quæ afficitur uitio reali, tenetur fur ipſi cui ſurripuit,& etiā ipſi domino:unde licet reuertatur in poteſtatē illius cui ſubtracta fuit,per hoc ſatisfit ei, ſed non domino,cui fur etiā tenebatur:ut d.l.ſi furtiuam.ſed quando res ui poſsidetur:cum iſtud uitium uiolētiæ ſit potius perſonale, quàm reale:ut dixi ſuprà ſecundum Bar.nō nocet niſi ipſi expulſo,nō domino:merito ſufficit quòd redeat in poteſtatem expulſi:& ſic ſi bene conſideres, iſta ratio Raph.concludit cū ratione Bar.quam ſupra dixi,& bene. In gl. fi.in fin. dic ut dicemus plene in aur. malæ fidei.allegata in gl.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria durat xxx.uel xl.annis.*
2 *Res bonæfidei emptori uel poſſeſſori ſurrepta,uſucapi non poteſt:niſi in domini poteſtatem reuertatur.*
3 *Furtum eſt contrectatio rei alienæ inuito domino.*
4 *Vendens rem alienam ſcienter,& tradens,furtum committit.Et l.ſciens.ſequenti,nume.j.*

CVM SIT.Qui rē ſuā quā alteri obligauit,alteri uendidit, committit furtum,reſpectu iuris hypothecæ creditoris,& efficitur res furtiua, ut nō poſsit uſucapi aduerſus creditorē hypothecaria agentē. h.d.ſecundū intellectū Bar.Ang.& Pau.de Ca. hic.Vel ſic,qui rem alienā quam alteri obligauit, alteri uendidit, committit furtū:& res efficitur inuſucapibilis,tā reſpectu iuris creditoris,quàm reſpectu dominij ipſius rei.h. d. ſecūdum intellectum gl.hic:quam ſequitur Bar.in l.ſequitur.§.ſi rem.in fi. & iſte intellect⁹ uidetur uerior.ff.de uſuc.ut patet ex rubrica huius ti. quæ loquitur tantū de uſucapione, & nō de præſcriptiōe,qua præſcribitur ius hypothecæ:patet etiā ex fi. dū dicit,
1 uſucapi nō præſcribi. *Et pro intel
ligētia primi intellectus præmitte,ꝙ
hypothecaria durat xxx.uel xl.annis:
ut l.cū notiſsimi.in prin.& ibi no. in
frā de preſcri.xxx.anno.niſi poſſeſſor
habet titulum,& bonam fidem:quia
tunc nō durat niſi lōgo tēpore, quo
præſcribitur cōtra hypothecariā. l.j.
& ij.infrà aduer.cre.quod eſt uerum:
niſi res fuerit effecta furtiua reſpectu
creditoris:ut in hac l.unde ſi rē tuam
mobilem mihi obligaſti, & ſi habeo
hypothecariā,& eam alteri uendidiſti,
cōtra quem poſſum tamen intētare,
cum hypothecaria actio aduocet
poſſeſsionem: ut l. ſi cū uenditor.in
prin.ff.de euic.& ita datur cōtra poſ
ſidente:quia cōmiſiſti furtū eā cōtre
ctando præter uolūtatem meā: quia
non conſenſi quòd uenderetur: ille
emptor nō uſucapit triēnio, ſed nec
præſcribit longo tēpore, quo minus
hypothecariam intentare poſsim. &
iſta eſt intentio huius l.ſecundū Pau.
hic. Sed aduerte quia etiam ſi iſte in
tellectus eſſet uerus,ad iſtam l.tamen
inquantum dicit Paul.quòd dicta res
uendita nō poſſet uſucapi,nō procederet
quātum eſt reſpectu dominij &
iuris debitoris,ſi erat dominus in cu
ius poteſtatē redierat:& ita ſentit hic
2 Bart. *Nota primo quòd hic eſt ca
ſus ſecūdū unū itellectū,quòd res ſur
repta bonæ fidei emptori uel poſſeſ
ſori,non poteſt uſucapi niſi reuerta-
tur in poteſtatē domini, nec ſufficit
reuerti in poteſtatē dicti bonæ fidei
emptoris uel poſſeſſoris. caſus eſt hic
ſecundum Bar.in d.l.ſequitur.§.ſi rē.
in fin.ff.de uſuca.intelligendo quòd
hic debitor obligauit rem alienā: ut
dicit hic glo.& Azo in ſumma huius
ti.nam tūc de neceſsitate debet intel
ligi,quòd ipſe habebat titulū,& bo-
nam fidem, ita quòd potuit obliga-
ri.l. ſi ab eo.ff.de pig.alias nullo mo-
do potuiſſet obligari.l. aliena.in pri.
& l.rem alienam.ff.de pign.act.& ta-
men hic apparet quòd debet reuerti
in poteſtatē domini. & aduerte,quia
nō uidetur hoc bene apparere ex iſto
tex.quia hic nō dicitur, quòd nō ſuf
ficiet reuerti in poteſtatem credito-
ris. Nota ſecundo ibi,quaſi furti-
uam. dic ſecundum primum intelle-
ctū Bar.Ang.& Pau.hic ſcilicet reſpe
ctu iuris creditoris:ſed ſecundū aliū,
dic reſpectu & ipſi⁹ dominij rei.& dū
dicitur in prin.rem, ſubaudi ſuā ſecū
dū primum intellectum,uel alienā ſe
cundū aliū. In gl.j.ibi,Tradita.iſta
gl.ſentit quòd debitor obligauit, &
tradidit creditori rem obligatā:alias
uendendo poſtea alteri: ſi primo nō
3 tradidiſſet,nō cōmiſiſſet furtū:*quia
furtū eſt contrectatio &c.ut l.j.ff. de
furtis.& inſti.de obl.quæ ex deli.naſ.
in prin.quæ contrectatio non uide-
retur interueniſſe: ſed tu dic idē etiā
ſi non tradidit,quia ſufficit quòd ob
ligauerit ſpecialiter, & poſtea cōtra
uoluntatem creditoris alienauerit:ut
eſt caſus in l.in actione.§.fi.ff.de fur.
de quo uide ibi Bar.& in l.ſi is.in pri.
eo.ti. & habetur in l.ſi rem.§.fi.ff.de
præſcrip.uerbis. & ita hic uult etiam
Pau. In ea.gl.in fi. hoc declara, ut
dixi in primo not. In glo.ij.in fin.
ibi,& ſic contrectauit.dic ſcilicet uē
dendo poſtea alteri. nam uendens rē
alienam ſcienter,& tradens, commit
tit furtum: ut l. ſi ſeruū.& l.alienam.
cum ibi no. ſuprà de fur. & infra in l.
ſeq.uel intellige glo. ut uelit dicere,
4 * quòd ille qui obligat rem alienam
creditori ſuo,& illam tradidit ei:cō-
mittit furtū,ſi facit ſine conſenſu do
mini:ut ſentit gl.j.ſupra eo.& proba
tur

tur in l.ſi pignore.in princi.ff. de fur.
In gl.ſi.in uerbo Vſucapi.in prin.
op. de.l.ſi.ff.pro ſoluto. So.ibi redit
primo in poteſtatem creditoris:& in
telligitur inquantum dixi quòd iſta
l.loquitur in pignorante rem ſuam,
quo caſu ſufficit quòd redeat in po-
teſtate creditoris, quātum ad hoc ut
poſsit præſcribi contra ipſum, reſpe
ctu iuris ſuæ hypothecæ : ſed reſpe-
ctu iuris dominij hoc nō requiritur:
quia ſatis eſt quòd redierit in pote
ſtatem domini, ut ſtatim dicetur:ſed
ſi intelligeres d.l.ſi.quòd loqueretur
de re aliena,tūc nō ſufficeret,ſi redi-
ret in poteſtatē creditoris, immo de
bet redire in poteſtatē domini, ut di
xi ſuprà in l.præcedēti, licet gl.hic ui
deatur ſentire cōtrariū & male. In ea.
gl.ibi,ſed nō impeditur uſucapio. in
tellige gl. quātū ad ius dominij ipſiꝰ
debitoris domini , ſed bene impedi-
tur quātū ad ius hypothecæ:ut ſuprà
dixi.Rap.autē hic dicit,aliter uideli-
cet,ꝙ quādo fit furtū ꝑ quod res ipſa
reuertitur in poteſtatem domini , &
tūc nō ſit furtiua : quoniā ſi ante fuit
furtiua,purgaretur uitiū domini,re-
deūdo in poteſtatē domini. & ita lo
quitur d. §.ſi re.aliquādo per furtum
non reuertitur in poteſtatem domi-
ni:& tunc loquitur hic.& dicit quòd
iſtud eſt ſubtile, ſed certe nō uidetur
bene dicere,ut patet ꝑ ꝑdicta:quia li
cet res redierit in poteſtatē domini,
nec res efficiatur furtiua,ut ipſe dicit:
tamē hoc eſt uerū reſpectu dominij
ſui:ſed reſpectu creditoris nō poteſt
purgari uitiū,quin committatur fur
tum,ut hic.& l.fin.ff.pro ſoluto.

SVMMARIVM.

2 *Res furtiua uſucapi non poteſt.*
3 *Vitium furtiuitatis eſt uitium reale.*
4 *Vitia realia quæ ſint, & quæ perſona-*
*lia,& quis eorū effectus ſit,remiſsiue.*
5 *Bona fides emptoris non ſufficit cum ti*
*tulo & poſſeſſione,ut rem emptam u-*
*ſucapere poſsit.*
6 *Furtiuitatis uitiū poſsidenti officit,nō*
*ratione malæ fidei, ſed ratione uitij i-*
*pſius,quod purgatum non eſt.*

SCIENS ſeruū. Vendēs rem alie
nam ſcienter cōmittit furtū,& res
efficitur furtiua:& ideo per emptorē
etiā bonæ fidei uſucapi non poteſt,
niſi purgetur uitiū furti irritati per
reuerſionē in poteſtatē domini.h.d.
*Nota quòd quādo uendēs rē alie 1
nā ſcienter cōmittit furtū , quod in-
tellige uendidit & tradidit:ut l.ij.in-
frà pro donato.ſecūdum Cy. hic. de
quo dic ut dixi in l.j.ſuprà.co. *No. 2
ſecūdo ꝙ res furtiua nō poteſt uſuca
pi,ut in §.furtiuę.inſti.de uſuc.quod
intellige niſi purgatum uitiū,reuer-
tēdo in poteſtate domini:& quādo di
catur reuerti in poteſtatem domini,
dic ut dixi in l.ꝑcedēti.& an & quan
do res furtiua poſsit uſucapi,declara 3
ut plene dixi in d.l.prima. *No.ter-
tio:ibi, Rei uitiū. quod uitiū furtiui
tatis eſt uitiū reale.*Quæ autē ſint ui 4
tia realia, & quæ perſonalia , & quis
ſit eorū effectus.uide per gl.ord.in l.
uitia.& quod ibi dicā,infra,de acqui.
poſ.& per gl.& Doc.in l.Popo. §.cū
quis.ff.de acqui.poſ.& an huiuſmo-
di uitia noceāt ſucceſſoribus uniuer
ſalibus & ſingularibus,uide in dictis
iuribus.& ꝑ gl.in l.his. §.nō deo.& l.
quod ipſis.ff.de reg.iur.de quibus di
cam in d.l.uitia. *No.iiij.ibi,Bona 5
fide. quòd bona fides emptoris non
ſufficit,& cum tit.& poſſeſ.ut poſsit
rē emptā uſucapere,& ſic ꝓpter hoc
nō excuſatur,qn teneatur domino rē
reſtituere,etiā ꝓtio ſibi nō reſtituto.
l.in ciuilibus. ſuprà de fur. qđ decla
ra,ut ibi no.per gl.& Doct. Et circa
cauſam huiꝰ l.dic ut plene dixi in l. j.
ſuprà eo. *Nota quinto & ultimo:ꝙ 6
uitiū furtiuitatis officit poſsidenti,
nō ratiōe malæ fidei , ſed ratione ui-
tij ipſius, quod non eſt purgatum.

Sum



SVMMARIVM.

1 *Titulus tranſactionis quomodo ad uſu*
*capiendum ſufficiens exiſtat.*
2 *Poſsidenti alicui quando ex trāſactio-*
*nis cauſa aliquid dimittitur,aliquis ti*
*tulus poſſeſſori non operatur.*
3 *Titulus aliquis non trāsfertur,quando*
*ex iuramēto aliquid alicui dimittitur.*
4 *Laudum ſeu arbitramentum quædam*
*tranſactio eſſe dicitur.*
5 *Verbis,ſta in poſſeſsione,an titulus de-*
*tur.*
6 *Dominiū nō trāsfertur,nec uſucapiēdi*
*cōditio,ſi quiſpiā de re ſua promittat*
*poſſeſſori controuerſiam non mouere.*
7 *Poſſeſſori rē dimittēdo, quòd non trāſ*
*feratur titulus in poſſeſsiōe habilis ad*
*transferēdum dominiū,uel uſucapiēdi*
*cōditionem , in quibus caſibus fallat.*
8 *Socij duo ſi ſe extra iudiciū diuidant,*
*uel etiam in iudicio,an titulus acquiri*
*poſsit,ita quod uſucapere ualeant.*
9 *Cautela eſt quod ſi fiat diuiſio inter*
*fratres uel ſocios bona communia ha-*
*bentes,per iudicem fiat.*
10 *Renūciat qui in iudicio rei uendicatio*
*ni , uidetur de neceſsitate dominio re-*
*nunciare.*
11 *Argumentum à conſequenti deſtructo*
*bonum eſt.*
12 *Limitata cauſa limitatū parit effectū.*
13 *Dominium eo caſu quo dominus tranſ*
*fert,non dominus transfert uſucapien*
*di conditionem.*
14 *Regula eſt,quod quæcunq; res uſuca-*
*pitur,eadem Publiciana peti poteſt.*

EX CAVSA.Ex cauſa trāſactio
nis poſſeſsionē acquirēs poteſt
uſucapere.tit.pro trāſacto.h.d.Et ſic
facit iſta lex pro ſecunda parte huius
rubricæ ibi,uel trāſactione.& ibi di-
xi.uel ſic, Trāſactio eſt ſufficiēs titu
1 lus uel cauſa ad uſucapiēdū. *No.
quòd titulus trāſactionis eſt ſufficiēs
ad uſucapiendū:quod intellige ſi res
fuit tradita ex cauſa tranſactionis.nā
ſi tradēs erat dominus, incontinenti
in eum trāſtulit dominiū.l. traditio-
nibus.ſuprà de pac. ratio eſt:quia tra
didit rem ut ſuā,quæ ſua erat : & ſic
potuit & uoluit transferre dominiū
in accipientem,ut ibi.& §.per tradi-
tionem.inſti.de re.diui.ſed ſi nō tra-
didiſſet,ſed ex cauſa tranſac.dimiſiſ-
ſet penes aduerſarium,ſecus.Pone ex
emplum,petij rem à te quam detines
tāquam meam, cum forte non eſſet.
uenimus ad iſtam tranſactionē:quia
tu dediſti mihi x.& ego deſtiti à lite:
& dimiſi eam rem eſſe penes te,pro-
mittendo quòd nūquam amplius pe
terem liberans te propter illam rem
quam tu poſsides : certe non uſuca-
pis contra uerum dominū:ut l.ſi pro
fundo . & l. ſiue apud acta.ſuprà de
tranſac.Et eſt ratio:quia ſi ego eſſem
dominus illius rei per illam trāſactio
nem dimittēdo ipſam rem penes te,
non tranſtuliſſem in te dominium:
quia intentionis meæ non fuit ali-
quod ius in te trāsferre:ſed ſolum de
lite diſcedere:& ſic quod potui, uo-
lui. l.multum.ſuprà,ſi quis alteri uel
ſibi.& c. cum ſuper abbatia.extrà de
offic.deleg. Item poteſt aſsignari a-
lia ratio:quia tradens tenetur ad do-
minium transferendum : dimittens
uero non.& ita ſentit iſta gloſ.no.in
d.l.ſi pro fundo.circa fin. quod dicit
etiam tenendum menti perpetuo.fa-
cit quod no.Bald.in l.ſi conſtante.§.
ſi uxor.ff.ſol.ma. Si itaq; in hoc caſu
fuiſſet dominus, nō tranſtuliſſem do
miniū:ergo ſi non fuit dominus, nō
potui transferre uſucapiendi condi-
tionem : quia iſta procedunt à pari:
ut l.clauibus.ff.de contrahen.emp.&
ita tenet hic gl.& iſtam opi, ſequitur
Azo in ſumma huius ti.§.pe.& Bart.
in l.j.ff.de uſucap. pro emp.& ita te-
nent Doctor.moder. ſecundum An-
gelū hic . & ita communiter tenetur
ſecundum Pau. hic.de quo dicam ple
ne in gloſſ. In gloſſ. j. in princip.

pro

pro declaratione gloſ. op.de l.ſi pro
fundo. in fi. & de l. ſiue apud acta.
& de l.ſi ſuꝑ poſſeſsiōe.ſupra de trāſ
la.ubi habetur, ꝙ dominus rei q trāſi
git dimittendo rē ſuā aduerſario, cū
quo trāſigit, in eū nō trāsfertur do-
miniū:ergo ubi nō eſſet dominus,nō
poſſet trāsferre uſucapiēdi cōd.ꝑ re-
gulā l.clauibus.ff.de cōtrah.emp.Gl.
ſoluit duobus modis iſtud cōtrariū.
Primo ſecūdū Mar.Hug.& Pla.quod
cōtrarium loquitur quādo dominus
dimittit rē aduerſario: quo caſu non
ꝓcedit uſucapio : ut dixi ſuprà in no
tabili.hic loqtur quādo tradidit. Po-
ne exēplum,petebas à me rē quā poſ
ſidebā tāquā meā:deuenimus ad trāſ
actionē,qa dediſti mihi x. & ego tra
didi tibi rē.nā ſi fuiſſet mea, trāſtuliſ
ſem in te dominium:& ſi nō eſt mea,
trāsfero uſucapiēdi cōditionē : ut d.
l.clauib⁹. & ita loquitur iſta lex,& di
xi ſuprà in notabili . Secundo ſoluit
gl.ſecundū Io.negādo regulā d.l.cla
uibus.quia ſemꝑ nō eſt uera, per l.ij.
§.ſi à pupillo.ff.de uſucap.pro emp.
quæ gl.uult dicere ſecundū Io.quod
iſta lex procedit etiā in caſu, quo res
nō fuiſſet tradita:ſed dimiſſa ex cau-
ſa trāſac.apud aduerſariū.& reſpon-
det ad d.l.clauibus.quia ſecundū Io.
illa regula quæ dicit quòd in caſu in
quo ille qui eſt dominus, non tranſ-
fert dominium: & tamē nō dominus
trāsfert uſuca.cōditio.ut d.l.ij. §. ſi à
pupillo.Sed iſta opi. Io.communiter
nō tenetur:poteſt tamē aliquibus ca
ſibus ſaluari,ut dicetur infra in uerſ.
& illud quod dixi de tranſac . Doct.
communiter tenent primam opini.
quæ fuit Mar.Pla. & Hugo.* Ex qua 2
tu no. quòd quando alicui poſsiden-
ti dimittitur aliquid ex cauſa tranſ-
act. poſſeſſori non probatur aliquis
titulus,maxime habilis ad uſucapien
dū. ꝓ hoc eſt tex. in d.l.ſi pro fundo.
in fi.& ibi hoc no. Bar.& alij ſcriben
tes.qui tex.eſt ſing.in c.j.in fi.in ti.de
cōtē.inter uaſal.& aliū de benefi. in
uſi.feu.& eſt tex.cū gl. in uerbo,pen
dēte.in l.ſiue apud acta.& ibi Bar. in
fi. s.de trāſa.& no.Bart.in l.j.ff.de u-
ſuc.ꝓ emp.&no.etiā gl.&Bar.i l.eius
rei.ff.de rei uēd.& no.Bar.in l.natura
liter.§.nihil cōē.in iiij.col.uer.ꝓ de-
claratiōe hui⁹ lec.primo quæro.ff.de
acq.poſ.ubi eſt uidēdū:qa declarat d.
l.ſi ꝓ fundo.& l.poſtquā liti.s.de pa.
& ita tenet An.de Bu.ſequendo Bar.
in d.§.nihil cōē. in c.paſtoral. in vij.
col.ad fi.extra de cauſa.poſ.& ꝓprie.
& idē tenet etiā Paul.de Ca.in d.l.ſi-
ue apud act.in fi.primæ col.ꝑ gl.quę
eſt hic.*Idē quæro, dimittitur alicui 3
ex iuramēto:quia tūc etiā nō trāsfer
tur aliquis titulus:ut no.glo.& Saly.
in l.ſed & ſi poſſeſſori.in pri.ff. de iu
reiu.& no.gl.inſti.de act.§.ſi qs po-
ſtulare.in uerbo Dedit. & ibi ꝑ Ang.
de Arc.de quo uide omnino ꝑ Raph.
in l.nā & poſtea.§.ſi.cū l.ſe.& ſeq.ff.
de iureiur. idē quando res dimittitur
ex ſententia:ut in §.fi.inſti. de offic.
iudi.& no.in l.Pōpo.§. ſi iuſſu.ff. de
acqui.poſ.& per gl.Dy.& Bar.in l.ex
ceptio.ff.de excep.rei iudi.& Cy. &
Doct.in l.j.ſupra cōmunia utri.iudi.
Idē tu dicas, quando ex laudo uel ar-
bitramento dimittitur res penes ali-
quem:*quia laudū ſeu arbitramentū 4
dicitur eſſe quædam trāſactio:ut no.
gl.in aut.ut dif.iudi.§. ſi uero conti-
gerit.col.ix.de quo per Cy. & Doct.
in l.ſi quis ex cōſenſu. ſuprà de epiſ.
aud.& per Doct.in l.j. ſuprà de tranſ
ac.cum ſi. *Adde tamen ſingulari- 5
ter quòd per iſta uerba,ſta in poſſeſ-
ſione,datur titulus : ut eleganter di-
cit Bald.in l.ſi uoluntate.per illū tex.
ſuprà de fideicomm.lib.ſed aduerte,
quia Bal.in d.c.j.in fi.in ti. de cōten.
inter uaſal. & alium de benefi.in uſi.
feu.uidetur aliter, uidelicet quòd ille
qui dimittit rem penes aliquē , alie-
nat



nat & trāsfert dominiū,ſi erat domi
nus:ut ff.de rei uen.l.quedā mulier.
& ff.de iur.dot.l.in ſponſalibus. §.j.
pterquam in cōtractu trāſac. ut non
acqratur aliqs titulus:ſed res dimit-
titur alteri parti, & nō trāsfertur do
miniū ſeu uſucapiēdi conditio.ut in
gl.noſtra.& d.l.ſi pro fūdo.s. de trāſ
ac. Sed cōtra Bal.uidetur eſſe gl.ī l.
ſtipulatio iſta.in pri.in uerb. ſucceſ-
ſores.& ibi Ang.ff.de uer.ob.q dicit
6 ꝑ illā gl. * ꝙ ſi aliquis de re ſua apud
aliū cōſtituta promittit cōtrouerſiā
nō mouere poſſeſſori, ꝑ hoc nō trāſ
fertur dominiū, nec uſucapiēdi con
ditio:quod eſt diligenter no.& ſub-
dit quòd de hoc eſt caſus in d.l.ſi ꝓ
fundo.s.de tranſa.licet illa loquatur
in trāſac.& ſic uult quòd non ſit ſpe
ciale in tranſa.Itē aduerte,quia uide
tur ꝙ etiā in trāſa. trāſeat dominiū:
& ſi non erat dominus,trāsfertur u-
ſucapiēdi cōditio. Nec ob.d.l. ſi ꝓ
fundo.in fi.qa ſecundū Rapha.Ful.
in l.nā & poſtea.in §.ſi petitor.ī iiij.
col.ff.de iureiu.pōt illi l.ſi pro fun-
do.in fi.reſponderi duobus modis.
Vno modo, ꝙ ibi nō negatur domi
niū rei relictæ ex cauſa tranſ. trāſire
in poſſeſſorem,ſi erat dominus.Sed
bene dicitur ibi nō teneri relaxantē
de euic.ſi res euincatur.nā ꝑ hoc nō
ſeqtur: ergo ſi fuiſſet dominus,non
trāſiuiſſet dominiū. nā ex donatiōe
trāſit dominiū: & tamē ſi res euinca
tur,donās nō tenetur de euic.l.ij.C.
de euic.&habetur in l.Ariſt.ff.e. tit.
idē ſi ego crederē omne ius qd' ha-
beo,& non plus , ſi eſſem dominus,
tranferrē dominiū:& ſi nudū ius mi
hi cōpetiiſſet, nō teneor de euic.&
ita eſt de directo in d.l.ſi pro fundo.
in fin.facit l.quòd ſi in uēditione.ff.
de hære.uel act.uē. Secūdo modo
pōt reſpōderi ad l.ſi ꝓ fundo.ſi uolu
mus eam intelligere , quòd ibi non
tranſiuiſſet dominium à petitore,ſi
fuiſſet dominus interim: qd' tamen
ibi nō dicitur,incolēdū eſt,ꝙ tranſ-
actionis forma & cōuētio ea fuit, ui
delicet qa dominus nō cōuenit eam
nō petere, datis ſibi cētū : & ſic non
tranſiret dominiū,etiā ſi fuiſſet pe-
titoris : ſed ageretur ut res de qua
trāſigitur , ſit poſſeſſoris:ut in iura-
mēto habetur in d.l.nā & poſtea. §.
ſi petitor.ꝙ hoc caſu nō trāſiret do-
miniū:nec dicit illa l.ſi ꝓ fundo.ī fi.
ſecūdū Raph.ī d. §.ſi petitor.ubi ple
nius ꝑ eū.& licet iſta uerba quātum
ad intellectū d.l.ſi ꝓ fundo. ī fi.ſint
notabilia : tamē quātū ad deciſionē
q.noſtrę nō ſūt omnino uera.nā cō
munis op.eſt in cōtrariū: ut ſcilicet,
quādo qs dimittit rē aliquā apud a-
liū ex cauſa tranſactionis,poſſeſſori
nō acqritur dominiū,nec ꝓbatur a-
liqs ti.ad trāsferēdū ī eū uſucapiēdi
cōdi.ſecūdū primā op.gl.hic,ut s.di
xi.& ita uult etiā hic ipſe Raph.& ra-
tiones deduxi s.in j.no.Pōt etiā aſsi
gnari alia ratio ſecūdū Bal.hic.nā u-
bi eſt trāſactio ab omni obligatione
ſubtracta,licet ibi ſit titul⁹,idest,trāſ
actio:tamē nō eſt ibi obligatio.ſub-
audi tu, ex qua trāsferri debeat do-
minium uel uſucapiēdi cōditio: ſed
eſt qdā patiētia,q nō habetur ꝓ titu.
quo ad aqrēdū dominiū uel uſuc. l.
nunquā nuda.in pri.ff.de acq.re.do.
& facit pro hoc gl.ſecundū eū in l.ſi
ue apud acta.q incipit,pēdere.s.de
7 trāſa. *Et illud qd' dixi de trāſa. ꝙ
dimittēdo rē poſſeſſori,nō trāsfer-
tur titulus in poſſeſſorem habilis ad
trāsferendū dominiū,uel uſucapiē-
di cōdit. fallit in pluribus caſibus,&
primo ſi ex cauſa trāſactionis retine
tur res aliqua de qua nō erat cōtro-
uerſia,ſed cōſtabat eā eſſe petitoris,
& ex cōuētione remanet apud reū:
tunc enim reus uſucapiet, ſi tradens
nō erat dominus.ar.inſt.de re.diui.
§.interdū.ſecundū Raph.hic. Secū

do fallit, etiã ſi de ea re dimiſſa erat
cõtrouerſia, quãdo fuit actũ in traſ-
ac. ut omne ius petitoris ad reũ traſ
eat: qa tunc ſi petitor erat dominus,
trãsfert dominiũ: alias trãsfert uſu-
capiẽdi cõditionẽ. & ita tenet Bar. in
l. eius rei. per illũ text. ff. de rei uẽ. &
Bal. & Raph. hoc idẽ tenẽt. ſed Bar. ĩ
l. j. ff. de uſu. ꝓ em. diſtinguit in hoc:
aut quis accepit pecuniã, & dixit: cõ
cedo eſſe ius quod mihi cõpetit ĩ ta-
li re, de qua lis erat: & hoc caſu habe
bit titulũ pro emptore etiã pro tali
re retẽta: ſicuti quando emo quicqd
iuris habes, ut l. emptor. e. ti. & l. ꝙ ſi
in uẽditione. ff. de hæred. uel act. uẽ.
& ſic poterit habere uſucapiẽdi con
di. Aut nõ dicit concedo, ſed finio:
uel qeto omne ius, & tũc ſec⁹ eſſet:
ut d. l. ſi pro fundo. idẽ ſecundũ Bal.
hic, ſi agitur ne ad iudicẽ eatur. iſta
tamẽ fallẽtia nõ uidetur poſſe ꝓce-
dere: qa res incerta nõ põt poſſide-
ri, nec tradi, nec uſucapi. l. locus. in
fi. ff. de acq. poſ. ſed tu potes ad hoc
reſpõdere diſtinguẽdo, ꝓut diſtin-
guit Bar. ſingulariter in d. l. emptor.
in fi. ff. de uſuc. pro em. Aut uẽditio
uel cõceſſio eſt facta hoc modo: Vẽ
do uel cõcedo qcqd iuris habeo, uel
trado quicqd iuris habeo: & tũc nõ
põt poſſideri: & ideo pſcriptio non
ꝓcedit. l. ſi ĩ poſſeſſione. ff. de uſuc.
& ita loquitur d. l. locus. in fi. Aut uẽ
do uel cõcedo qcqd iuris habeo in
tali fundo: & trado totũ fundum: &
tũc ꝓcedit uſucapio: qa credit ſe to-
tũ emiſſe uel habere ex cõceſſione
ſibi facta. ar. l. ij. §. ſi fundũ. ff. de uſu
ca. pro em. & licet Bart. loquatur de
traditione rei, & bene: qa pſupponit
rẽ fuiſſe apud uẽdentẽ uel cõceden
tẽ: tamẽ idẽ eſſet quãdo fuiſſet apud
reũ poſſeſſorẽ: & cõceſſiſſet omne
ius in tali fundo, p ea q̃ s. dixi. & pro
iſta diſtinctione quã facit Bar. in d. l.
emptor. uide Bal. in l. ſi ſic. §. j. ĩ. fi. ff.
de le. j. & ibi Doct. & qđ no. Pau. de
Ca. in cõſ. cxxv. in v. col. in fi. & uide
eundẽ Pau. in cõſ. ſuo clxxxj. in fi. u-
bi declarat qũo ĩtelligatur illud qđ
dicitur, quod ĩcertæ partis poſſeſsio
uel dominiũ agri nõ põt. Et ex pre
dictis ſis cautus tu apud quẽ res di-
mittitur ex cauſa trãſactionis, ut nõ
ſolũ dicatur in tradi. ꝙ actor promit
tit rẽ apud reũ, & promittit ipſũ nõ
moleſtare, uel etiã rẽ petere: ſed e-
tiam dicat quod cedit & concedit, &
trãsfert & mãdat omne ius quod ha
bet in dicta re, de qua erat cõtrouer
ſia: & ſimiliter oẽs actiões reales &
perſonales, & mixtas, ciuiles & pro-
rias, & expſſas, ſicuti in inſtrumentis
uẽditionũ apponi cõſueuit: & ſi fie-
ri põt, actor tradat rẽ ipſi reo uel in-
ducat ipſũ ĩ poſſeſſionẽ, nõ recedẽ-
do tamẽ ab aliqua poſſeſſione, quã
haberet ipſe reus: ſed potius inherẽ-
do omni meliori modo, &c. & hoc
modo ceſſabũt oĩa dubia. Tertio
fallit quãdo dimittẽs accepit litis ę-
ſtimationem: puta qa ius partis erat
certũ: licet de eo eſſet lis. ar. l. ſi do-
nãte. in pri. ff. de do. inter ui. & uxo.
& l. j. & omnino uide Bar. ff. de uſuc.
pro em. & uide etiã eundẽ, & nõ o-
mittas. in l. litis æſtimatio. eo. tit. ubi
hoc optime declarat. *Sed circa prę 8
dicta poſſet dubitari, qđ ſi ſunt duo
ſocii, & diuidũt extra iudiciũ uel in
iudicio, an acqritur titulus, ita quod
poſſit uſucapere? dic ſi fit extra iudi-
ciũ, tũc ſolũ in dimidia dimidiæ qs
habet titulũ à ſocio: & ideo ſolũ illa
dimidia dimidiæ acqrit titulũ, & ꝓ-
cedit uſucapio: aliã uero dimidiam
dimidiæ dicitur habere iure ſuo, &
non à ſocio: & ideo in ea non quæ-
rit titulũ. & ita uult gl. in l. cum pu-
tarem. ff. fa. her. in l. qui Romæ. §.
duo fratres. ff. de uer. ob. & ſic illam
non uſucapit: idem ſi fiat inter duos
cõmuniter poſſidentes: ſed ſi fit in
iudi



iudicio diuiſio, quia poſſidens egit
iudicio diuiſorio: ſi nõ poſſidens e-
git iudicio diuiſorio cõtra poſſidẽ-
tem, & cõſecut⁹ eſt dimidiã rei: tũc
ĩ tota illa dimidia, quã eſt cõſecut⁹,
habet titulũ adiudicationis, cũ ante
nõ poſſidebat: & ideo totã illã rem
quã cõſecutus eſt, uſucapit. & ita lo-
quitur l. Põp. §. q iuſſu. ff. de acq. po.
& ita not. uult Flor. in d. l. cũ putarẽ.
in fi. *Et ex hoc not. unã cautelã ꝙ
9 tutius eſt, ut fiat diuiſio p iudicẽ in-
ter fratres uel ſocios habẽtes bona
communia: & quod iudex adiudicet
partes: qa tũc ſi reperietur ĩ illa diui
ſione facta in portiõe ſignata, & tra-
dita una, quod eſſet unus fundus a-
lienus: ille cui adiudicatus eſt in par
te ſua, poſſet totum pſcribere ſpatio
x. uel xx. annorũ: quod nõ eſſet, ſi eſ
ſet facta diuiſio extra iudiciũ: & hoc
operatur ſentẽtia iudicis ſicut alibi-
operatur ſingulariter, ĩ l. ait prætor.
§. permittitur. ff. de mino. & habe-
tur p gl. or. inſt. quibus alie. licet uel
nõ. in §. nũc admonẽdi. Itẽ põt etiã
dubitari de alia q. uidelicet quid ſi a-
ctor in petitorio renũtiauit liti, an ſi
cut renunciat rei uẽdic. ita uideatur
etiã renuntiare dominio rei, de qua
agebatur? & Bart. in l. naturaliter. in
§. nihil cõe. in ij. lec. circa pri. uerſic.
pro decla. huius lect. ff. de acq. poſ. te
net quod nõ, p d. l. ſi pro fũdo. in fi.
s. de trãſa. & probat p iſtã rationem.
nã certũ eſt quod p tranſactionẽ qs
renũciat iudicio, & tamẽ p hoc non
trãſit in eum dominiũ fundi penes
eũ relicti. allegat no. in iſta l. noſtra.
pro hoc l. exceptio. ff. de except. rei
iudi. & quod ibi no. Nõ ob. glo. in l.
poſtquã liti. s. de pac. quia dicit ipſe
quod nos debemus ſcire quod ius
duplex eſt, ſcilicet dominiũ. Itẽ rei
uẽdicatio quæ cauſatur à dominio:
unde p renũciationẽ uidetur renun
ciare inſtãtiæ & iuri, hoc eſt actioni
ſeu uẽdicationi: ut per hoc cõtra me
agentem ad rem habeas exceptionẽ
petitiõis, uel doli: ut d. l. poſtquã liti.
& l. non ſolũ. §. ſi liberationis uer-
bo. & quod ibi no. ff. de lib. leg. iuri
autẽ dominii nõ uideor renũciare,
ut dictis iuribus probatur. ſed I. ud.
de Ro. in d. l. naturaliter. §. nihil cõ
mune. in ij. col. ff. dicit quod Bart. in
d. §. ſi liberationis uerbo. ſequendo
Inn. in c. ueniẽs. extra de renũcia. te
net cõtrariũ, uidelicet quod imo ex
dicta renũciatione facta liti tranſeat
dominiũ cõtra reũ: & hoc dicit eſſe
uerius: qa ſibi uidetur impoſſibile,
quod penes ipſum reũ, q acquiſiuit
rei uẽdicationẽ, reſpectu renuncia-
tionis nõ dicatur eſſe acqſitũ domi-
niũ: cũ illa nõ poſſit ſtare ubi domi-
niũ nõ eſt, ut ff. de rei uẽ. l. in rẽ. & l.
unica. C. de alie. iud. mu. cauſa facta.
Secũdo qa renũtiãs iſti petitorio in
tentato, rẽ quã petiit, pro derelicto
uidetur habere. dominiũ ergo illius
naturaliter poſſidẽti qritur. ff. ꝓ de-
relicto. p totũ. & l. ſi qs ui. §. differẽ-
tia. ff. de acq. poſ. Nec ob. ſecũdũ eũ
l. ſiue apud acta. & d. l. ſi pro fũdo. s.
de tranſac. quia longe diuerſa ſunt à
tranſla. dominii renũciatio & tranſ-
actio: cũ renũciãs agat omne ius in
illũ, cui renũciat, trãsferre: ſed non
ita econuerſo in eo, cuius reſpectu
renũtiatũ eſt, in tranſactione: qa ibi
trãſigens agit principaliter ut à lite
diſcedatur, nõ autẽ ut dominium ex
tranſa. qratur. & ideo dixit hic Bald.
quod ſi trãſigeret, expſſe diceret, Re
laxo tibi omne ius quod in d. re ha-
beo. tali caſu induceretur dominii
trãſlatio, cum intendat hoc expſſe &
principaliter agere. & idẽ tenet An-
10 ge. in d. §. nihil cõe. *dicẽs quod qui
renũciat in iudicio rei uẽdicationi,
uidetur de neceſſitate dominio re-
nũciare: qa unũ ſine alio eſſe nõ põt.
nã ſi dominiũ remaneret apud renũ

 cian

elantē,oporteret dicere,apud eū de
bet remanere rei uēdica. & nihil ad
hocalleg.ſed ꝓ hoc poſſes allegare:
11 *qa bonū eſt ar. à cōſequenti deſtru
ĉto:ut no.gl.in l.ij.§.j.in uer. ideo.
ff.ſi cer.pe.nā ſi ꝑdit renūciās rei uē
dicationi, q̄ eſt cōſequēs ipſius do-
minii.l.licet.§.ea obligatio.ff.de ꝓ
cur.ergo uidetur quòd debeat ꝑde-
re dominiū:quod eſt ei⁹ antecedēs:
qa rei uend.cauſatur à dominio.l.in
rē.in pri.ff.de rei uē.& Saly.etiā te-
net cōtra Bart ꝑ d.l.poſtquā liti.ſed
ego teneo opi.Bar.quā ponit ī d.§.
nihil cōe.& quā tenet idē Bar.& Bal
dus ī d.l.ſi ꝓ fūdo.& Bal.in l.j.in iij.
col.ſ.cōia de le.& Ant.de Bu.in ca.
cū dilect⁹.in iiij. col.& in c.paſto.in
vij.col. extrà de cauſa poſ.& propri.
& Paul.de Ca.& Mode. in d.§.nihil
cōe.in ij.lec. & hoc ꝑ rationes Bart.
Nec obſtāt rationes allegatæ ꝑ Lu.ī
d.§.nihil cōe. & primo dū dixit eſſe
impoſsibile quòd nō ſit acquiſitum
dominiū ipſi reo:q acquiſiuit rei uē
dicationē ꝑ ipsā renūciationē: quia
nō eſt uerū quòd ex renūtiatione fa
ĉta ꝑ actorē liti in petitorio, uidea-
tur illa rei uendicatio acquiſita ipſi
reo:qa ꝑ dictā renūciationē uidetur
ſolū renūciatū inſtantiæ & cauſæ &
actioni: uidelicet ut ſi dicat ſe domi
nū ex aliqua cauſa,nō amplius ex il-
la cauſa dicere poſsit ſe dominū:nō
autē uidetur ꝓpter hoc rei uēdica-
tio q̄ſita ipſi reo: qa ad hoc nō tēdit
illa renūciatio.ar.d.l.ſi pro fūdo ī ſi.
Nec ob,ſi dicatur,ſi renūciauit actio
ni,ergo ſibi īutile remanet domin.
& ſic ꝑinde eſt ac ſi ipſū nō haberet:
qa ad hoc pōt reſpōderi ſecundum
Pau de Ca.in d.§.nihil cōe.hoc eſſe
uerū quātū ad effectū agēdi:ſed quā
tum ad effectū excipiēdi uel replicā
di uel iuſtificādi, poſſeſſoriū nō eſt,
ꝑinde ac ſi nō haberet.ar.eorū q ha-
betur in l. Iul.ff.de cōdi.inde.& per
hoc patet quòd non obſtat, dum ſe-

cundo loco dixit Ludo.in d.§.nihil
cōe.quòd ſi trāſfertur rei uēdicatio
in reum,ut dixi,& poſito q̄ trāſiret:
nō tamē ſequeretur, ergo tranſiret,
etiā dominiū. qa unū pōt ſtare ſine
alio: qa ſi cedo tibi rei uēdicationē,
nō ꝑ hoc trāſfero in te dominiū , ni
ſi ſecuta traditione:ut no.in l.plane.
ff.fa.her.& in l.eius.cum l.ſeq. ff.de
rei uē.& no.Bar.in l.ij.e.tit.& in l.fi.
ff.de hære.uel act. uē.& in l.j.ff.pro
emp.facit quod no.ī l.Pōp.§.ſi iuſſ.
ff.de ac q.po. Nec etiā ob.quod di-
xit Bar.ī l.nō ſolū.§.ſi liberationis.
de lib.le.& Lud.in d.§.nihil cōe.ui-
delicet quòd renūtiās pōt habere rē
ꝓ derelicto:qa dato q̄ hoc ita ſit, nō
tamē ſequitur renunciauit liti: ergo
rem habuit ꝓ derelicto : qa pōt eſſe
quòd nō habuit,nec in dubio ꝑſumi
tur habuiſſe ꝓpter ius excipiendi &
replicādi & iuſtificādi poſseſſorium
ſuū:ut ſ.dixi ſecūdū Pau.de Ca. Præ
terea nō uidetur bene dictū,quòd ꝑ
ſimplicem renūciationē, & ſic nuda
uolūtate res habeatur pro derelicta,
qa opus eſt alio facto.l.ſi qs ui. §.dif
ferētia.ff.de acq.po. Itē qa ius reale
eſt fortius q̄ ꝑſonale.l.ab emptione.
ff.de pa.&no.ī ru.ff.ſi certū pet.Nec
eſt uerū quòd renuncias ſimpliciter
liti , uideatur renunciare omne ius
quod habet:qa imò uidetur ſolū re-
nūciare inſtātiæ & actioni intētatę,
ut dixi: & ſic uidetur renūciaſſe do-
minio,nec ipm ī reū trāſtuliſſe.Nec
ob.ar.qđ feci à cōſequēti deſtructo:
qa nō eſt uerū quòd rei uēdica.de-
ſtruatur cū effectu:ut patet ex his q̄
ſ.dixi.Præterea tūc eſt bonū ar.à cō
ſequēti deſtructo, quando oppoſitū
cōſequētis nō pōt ſtare cū antecedē
ti: ut not.Bal.ī l.couēticula.in ar.C.
de epiſ.& cle.ſed in caſu noſtro op-
poſitū conſequētis pōt ſtare cū an-
tecedēti: quia poteſt eſſe q̄ quis nō
habeat rei uēdicationē:tamē qa ob-
ſtaret ſibi excep.trāſactionis, uel do



li : quoniā renūciauit liti & actioni,
& tamē haberet dominiū : ut ſ.dixi:
& ideo cōcludo , quòd ꝑ renūciatio
nem factā ꝑ actorē in iudicio petito
rio nō trāſfertur dominiū in reum
poſsidentē. Sed do.Ant.de Bu.in
tra.ſuo poſſeſſorii & petitorii,quem
poſuit in cle.j.de cauſa poſ.& ꝓprie.
quē ſeqtur Lud.de Ro.in d.§.nihil
cōe.ſaluādo op.Bar.ita diſtinxit: Aut
expſſe eſt facta renūciatio:& tūc di-
ctū Bar.nō ꝓcedat:aut tacite , & tūc
pōderandū factū,ex quo reſultat re-
nūtiatio tacita:qa aut ex eo declara-
tur animus habēdi rē pro derelicto
ex modis inducentibus hanc præſū-
ptionē,q no.ꝑ gl.in l.falſ⁹.in §.ſi ia-
ctū.in uer.plerunq;.ff.de fur.& inſt.
de re diui.§.fi.in uerbo,furtū.& tūc
idē.aut animus habendi rē pro dere
licto nō declaratur, ſed potius cōtra
riū: & tūc ſit uera op.Bar.in d.§.ni-
hil.cōe. & ponit exēplū Lud.ſi poſt
renunciationē factā petitori à iudi-
cio intentata interdictū poſſeſſoriū
retinēdę:quod ꝑſupponit intentan-
tem poſsidere.l.j.§.interdictū autē. 13
ff.uti poſsi. Iſto enim caſu nō indu-
ceretur renunciatio dominii ꝑ renū
ciationem petitorii duplici ratione.
Prima eſt, quia uideor renūciaſſe pe
titoriū tantū , ut ob hāc cauſam poſ-
ſim intentare interdictū retinēdæ:
12 non autē ut renunciē dominio: *qa
limitata cauſa,limitatū parit effectū.
l.in agris.ff.de acq.re.do. cū ſi.& qa
actus agentiū non debet operari ul-
tra intentionē eorū. l non omnes.
in pri.ff.ſi cer.pe.Secūda ratio eſt,&
hanc dicit eſſe efficaciorē : quia iſta
duo ſunt impoſsibilia,ſcilicet quòd
habeam animū retinendi poſſeſsio-
nē, & quòd habeā dominium illius
rei pro derelicto.l.ſi quis ui.§. diffe
rentia.ff.de ac.poſ.ſed ego non cre-
do quòd iſta ultima pars diſtinctio-
nis Lu.fundetur in bonis rationib⁹:

quia ſi rationes ſuæ eſſent ueræ,ſe-
queretur quòd eſſet in poteſtate re-
nunciātis, intentādo poſtea iudiciū
poſſeſſoriū facere, quòd ſua renun-
ciatio non extēderetur ad dominii
renunciationē , etiā ubi alias domi-
nio renūciaſſet:ſed ſi tempore renū
ciationis diceret , renuncio iudicio
petitorio, ſaluo mihi iure intentan-
di poſſeſſoriū: rationes ſuæ optime
concluderet:maxime qa ſi intellige
retur fuiſſe renūciatū dominio,nō
poſſet poſtea intentare poſſeſſoriū
retinēdæ.quia tunc petitoriū abſor-
beret poſſeſſoriū.ca.cū di lectus.ex-
trà de cauſa po.& ꝓprie.quæ omnià
ꝑpetuo tene meti,qa ita perfecte nō
reperies iſtū articulum examinatū.
Et ex ꝑdictis omnibus ꝑ te colligere
poteris unā diſtinctionē optimam,
an & quādo trāſigens uel renuncias
iudicio petitorio uideatur renūciaſ-
ſe dominio, uel illud in reū poſsidē
tem tranſtuliſſe:ſed breuitatis cauſa
eam omitto. Secūdo prin.no.ex gl.
q eſt hic retēta op.prima Mar.unam
13 regulā, *quòd in caſu quo dominus
trāſfert dominiū , in eodē caſu non
dominus transfert uſucapiēdi con-
dit.ꝑ l.claubus.ff.de cōtrahē.emp.
& l. eum qui.in pri.ff.de pub.facit l.
ex emp.in pri.ff.de act.em.q regula
eſt uera affirmatiue , ut eo caſu quo
trāſfertur dominiū, trāſfertur & u-
ſucapiendi condi.ſed non negatiue:
uidelicet q̄ ī omni caſu quo nō trāſ
fertur dominiū,nō trāſferatur uſu-
capiēdi conditio : quia imò quādo-
que nō trāſfertur dominiū: & tamē
trāſfertur uſucapiendi conditio : ut
ſi pupillus uel alius inhabilis uēdat.
nā licet nō trāſfero dominiū,tranſ-
fertur tamē uſucapiendi cōdi. & ita
loqtur tex.in l.ij.§.ſi à pupillo. quia
allegatur hic in fi.gl.& §.ſi à furio-
ſo.ff.de uſuc.pro emp.& quod Bart.
& l.eum qui.in pri.& §.ſi à minore.

 & quod

quod ibi no.gl.& Doc.ff.de Publ.& ita no.dicit Bart.in l. Põp. §.ſi iuſſu. uer.irē opponitur, ꝙ in quibus caſibus.ff.de acq.poſ.& ibi ꝑ Doc. Secundo dicta regula l.clauibus.ꝓcedit ex iuſto ti.uel putatiuo, & ex iuſta cauſa:ſecus ſi ex cauſa iniuſta : ut l. Celſus. ff.de uſu. uel dic quód illa regula procedit, quādo eſt error ex parte tradētis, ſecus ſi ex parte accipientis:quia nūquā eſt cauſa tranſlationis dominii: & ſic habes probare ti.uel iuſtā causā erroris, & īcœpiſſe uſucapere:ut dicit Bar.in d.l. Celſ᷒. in uer.itē opp.ex qua cauſa.pro quo facit l.cū in corpus. & quod ibi not. ff.de acq.re.do.& l.ſi ego.cū gl.& ibi Doct.ff. ſi cert.pet. Tertio dicta regula l.clauibus.nō ꝓcedit, uideli, cetꝙ ita unū de facili nō trāsfertur, ſicut aliud.nā dominiūqd᷑ eſt penes autorē meū,qd᷑ eſt unicū,l.ſi ut certo. §.ſi duob᷒ uehiculū.ff.cõm.eſt illud in indiuiduo,qd᷑ ad me trāsfertur,& eſt difficilius.qa nō pōt in me trāsferri ſine noua tradit.l. traditionib᷒. s.de pac.ſed in Publiciana nō eſt. uel ſic : quia nolo uti dominio quaſi autoris mei : ſed nolo uti iure meo,ſcilicet Publiciana & uſucapione q ex tit.meo & traditiōe mihi facta à nō domino , & ex poſſeſſ.mea cōpetit iure meo:ut no.ff.de reg.iu. l.nemo plus iuris. ita elegāter dixit Bart.in l.cū ius. in uer.ſed opp. qa q eſt dominus,&c.ff.de uſuc.qd᷑ not. qa eſt ſubtile. Quarto dict.reg.l.clauib᷒.procedit quādo ꝑ nos acqrere uolum᷒ dominiū uel uſucapiēdi cō. ſec᷒ ſi ꝑ ſeruos noſtros:qa poſſeſsionē & dominiū ꝑ eos qrimus etiā ignorātes,ſed nō qrim᷒ uſucapiendi cōd.nihil ſciētes:niſi ex cauſa peculiari tātū:ut diſputat gl.in l.j. §.item acqrimus.ff.de ac.poſ.& ibi Doc.& idē uult etiā Ang.ī d.l. j.in §.hæc q. de ſeruis.ſed Io.de Im.Lud.de Ro. ibi tenēt cōtrariū. de quo dic ut ibi ꝑ eos. Quinto dict.reg.l.clauibus. fallit.nā regulariter iſta cōuertūtur: *queçūq; res uſucapitur, Publiciana peti pōt.l.cū q.ī pri.& ibi hoc no.gl. 14
& Doc.ff.de Pub.& tamen aliquādo dominiū à domino nō trāsfertur:& tamē cōtra eū cōpetit Publiciana:ut eſt caſus ī d.l.cū q. §.ſi petēti.ſecundū Pe.& Cy.ī l.j.ad fi. s.cōia utri.iu. q dicūt ꝙ dict.reg. q uult paria eſſe tradere rē à domino,& trāsferre dominiū,& à nō domino trāsferre Publicianā,eſt uera ī Publiciana regulari,nō irregulari.& Publiciana regularis eſt, q cōpetit cōtra quēcūq; ꝑterquā cōtra dominū.Irregularis , q cōpetit contra dominū.ꝓ hoc uide tex.ī l.pe.& fi.cū ibi no.ff.de Pub.& ī l.ſi à Titio.cū ibi no.ff.de rei uē.& ſic uides ꝙ d.l.clauibus.nō habet locū quādo tractatur de publi.irregulari:qa licet domin᷒ nō trāsferat dominiū, tamē trāsfertur uſucapiendi cō.cōtra ipsū dominū. ſed aduerte, qa iſta nō ꝓprie eſt fallētia:qa d. §.ſi petēti.loquitur dū tractatur de Pub. quādo habuit causā ab ipſo domin. ſed l.clauib᷒. habet locū,quando habuit cauſā à nō domino:& iſta ſubdiuerſa.ꝑterea dato ꝙ non occurrit diuerſa,nihilomin᷒ nō eſt mirum:ſi fallit reg.d.l.clauibus.qa d. §.ſi petēti.loqtur negatiue, quo caſu non habet locū d.l.clauib᷒. ut dixi ſecundū Bar.ī ij.fall.q oīa bene no.ad intellectū reg. d.l.clauib᷒.ff.de cōtrah.ēp. qb᷒ adde oīo gl.ī uerbo,id qd᷑ emptoris.q incipit cōtra Martinū,ī l.cōtract᷒. s.de fi.īſt.& ibi uide Cy.ī iiij. & v.q.& qd᷑ ibi no.ꝑ Doc.& qd᷑ no. Io.Im.in l.q fūdū. §.ſeru᷒.in fi.ff.de uſuc.ꝓ em.& ea q plene no.Ang.de Are.inſtit.de act.in §.ſed iſte.in fin.

SVMMARIVM.

1 *Verbum comparauit , quid importet.*
2 *Emēs rē à pupillo eā nō uſucapit: nō tamē ipsā reſtituere tenetur,niſi ei pecunia reſtituat,qua locupletior effect᷒ eſt.*



3 *Titulus ubi pro non tit.habetur,uſucapio non procedit, licet in iure erretur.*
4 *Contractu ex illicito eccleſia tenetur, quatenus locupletior effecta eſt.*
5 *Minor uel eccleſia ſi uēdat in cauſa nō conceſſa , uenditio tenet, ſi conditionē ſuam meliorem facit.*
6 *Pupillus cum aliena iactura locupletari non poteſt.*
7 *Excipiendum eſt contra eum , qui de præda ſollicitus eſt.*
8 *Beneficium alicui datum maxime cōtra ius commune,ad aliquod iniquum compendium trahendum non eſt.*
9 *Res pupil.alienata,qbus in caſibus uſucapi uel præſcri.poſſit.& nu. 17.*
10 *Res pupilli alienata an ſpatio xxx. uel xl.annorū ſpatio præſcribi poſſit.*
11 *Verbū nullū eſt uniuerſale negatiuū.*
12 *Negatio pl᷒ negat,ꝗ aff firm.affirmet.*
13 *Statutum ſi declarauerit , quod inſtrumenta dotalia executioni mandentur nulla obſtante præſcriptione,nō obſtabit præſcriptio etiam annorum xxx.*
14 *Regula quòd ubi nulla præſcr. currit, ibi annorum xxx.curſus non ſufficiat.*
15 *Statutum ſi diſpoſuerit ꝙ ſuper inſtrumentis dotalibus nulla currat præſcriptio,non obſtātibus iſtis uerbis præſcr. annorum c.curret.*
16 *Tēpus præſcriptum ex pacto progarī poſſe,ubicūq; inuentū fuerit, nūquam tempus illud annos centum trāſcēdit.*
18 *Dilationum tempora pupillis et minoribus currūt, attamē reſtitutio datur.*
19 *Beneficia omnia minorum an ipſis furioſis tribuantur.*
10 *Priuilegia pupillorū omnibus,qui ſub aliena adminiſtratiōe ſunt,cōcedūtur.*
21 *Furioſ᷒ ali᷒ eſt,ali᷒ demēs,uel mētecap.*
22 *Furioſus,fatuus,et demēs æquiparāt.*
23 *Præſcr.an ſicut ætatis pupi.tēpore dormit,ita etiam furoris tēpore dormiat.*
24 *Præſcriptiones quæ ex ſtatutis procedunt,an contra minores currant.*
25 *Locupletior quot modis quis dicatur.*
26 *Vendi.an teneatur ſi minor uel eccleſia rē uēdat in caſu à iure nō conceſſo: ſeu nō ſeruata forma iuris uel ſtatutorū:ſed tamē cond.ſuam meliorē facit.*
27 *Alienatio rerum eccleſiæ ſine epiſcopi autoritate facta ipſo iure non tenet.*
28 *Eccleſia contractum fauorabilē abſq; autoritate epiſcopi facere poteſt.*
29 *Pupillus ubicunque ſine tutoris autoritate obligari uelit ad finem ut liberetur,illā obligatio ualet,& tenet.*
30 *Mulier & minor inſtituti,& de reſt. grauati ad finem ut reſti. adire poſſunt.*
31 *Minor ſi ex ſtatuti forma ſine conſanguineorum cōſenſu adire non poſſet,ſecus tamen ubi hæreditas lucroſa eſſet.*
32 *Minor contra ſtatuti formam in quibus caſibus habere poſſit.*
33 *Effectum ad unum inducta contrarium contrahere non debent.*
34 *Statuto ſi caueatur ꝙ mulier ſine ꝓpīquorū cōſēſu cōtractū aut obligationē facere non poſſit,ſi mulier hæreditatē opuletā adiuerit,nunqd aditio ualeat.*

EVM q. Pupill᷒ uēdēs nō cōfert ti.& ideo nō uſucapitur res per eū uēdita.ſed ſi ex ꝑcio pupill᷒ eſt effect᷒ locupletior,debet pretiū reſtituere.h.d.ſecūdum Ang.ſed aduerte,quia in litera nō dicitur ꝙ debeat pretiū reſtituere: ideo pōt aliter ſūmari. Pupil.rem ſuā ſine tutore diſtrahēs,nō trāsfert dominiū uſuc. cōdi.ſed ſi eā uēdicat ꝑ excep. repellitur,niſi reſtituat pretiū quo fact᷒ eſt locupletior.h.d.cōc.huic l.ī pri.l. cū q.q eſt l.iij.s.de aut.præſtā. Diuiditur illa litera in duas partes ſicut duo cōtinet dicta.ſecunda ibi,ſed ſi locupletior.In text.ibi,cōparauerit. expone,id eſt emerit.Et de iſto uerbo quid īportet,uide gl.in l.j.in uer. uidētur.ff.de cōtrah.ēp & Bar.oīo ī l.ſi quid earū.in pri.ff.de leg.iij.Ibi, occaſione iuris.dic quód diſponit, ut uēditio facta à pupillo nō ualeat. Ibi,ad iniquum trahat cōpendium. declara ſcilicet ut pupil. habeat rem & pretium. Ibi,ſubmouebitur . ſubaudi , ubi reſtituat pretiū intantum,

inquantum eſt effectus locupletior.
*No.j.q; emẽs rẽ à pupillo nõ uſuca 2
pit eã,nõ tamẽ tenetur ipsã reſtitue
re,niſi ei reſtituatur pecunia,qua eſt
effect⁹ locupletior:ex quo no.quòd
res pupilli nõ põt uſucapi.concor.l.
bonæfi.uer.nec itereſt. ff.de acq.re.
do.& no.gl.inſt.de uſu.ĩ §.res fiſci.
q̃ incipit,ſcilicet trienio.de quo ple
ne dicã in gl.j.ſed aduerte q̃a in d.l.
eum q.ſ.de aut.pſtan. longi tẽporis
ſpatium nõ defendit: hic uero dicit,
nullum temporis ſpatium defendit.
de quo dic ut dicam j.in gl.j.* Not. 3
ſecũdo ſecundũ Ange.q; ubi titulus
habetur pro nõ ti.nõ procedit uſuca
pio,licet orietur in iure. *No.ter- 4
tio ibi, Sed ſi locupletior.arg.ſecun
dũ Bal.hic: quòd ex illicito cõtractu
tenetur eccleſia, quaten⁹ eſt effecta
locupletior: uel ſaltẽ p exceptionẽ
repellitur.facit etiã l.ſi in emptiõe.
§.itẽ ſi emp.in ij.reſpõſ.ff.de cõtra
hen.emp.& ff.de mino.l.intra utile.
§.uẽdentibus. *No.iiij.ex eodem 5
tex.quòd ſi minor uel eccleſia uẽdit
in cauſa nõ conceſſa, tenet uẽditio,
ſi conditionẽ ſuam facit meliorem.
& ita dixit p iſtũ tex.cum ſi.gl.no.in
l.cum hi.§.eã traſactionem.q̃ inci-
pit,arg.quòd ſi, &c.ff.de traſa.ſecũ-
dum Bart.ibi tenet cõtrariũ,& reſpõ
det ad iſtum tex.q; hic nõ dicitur, q;
ualeat uẽditio:ſed quòd fundus põt
retineri donec reſtituatur pciũm,ex
quo eſt fact⁹ locupletior.de quo ui-
de qđ plene dicã j.ĩ pe.q. *No.qn 6
to q; etiã pupill⁹ nõ põt locupletari
cũ aliena iactura.coc.l.j.§.an in pu-
pillũ.& uide omnino gl.ff.de poſ.&
l.iij.§.ſi pupillus.ff.de neg.geſt.& l.
iij.in pri.ff.commo.quia hoc natura
æquũ eſt neminẽ cum alterius detri
mẽto fieri locupletiorẽ: ut dicit tex.
in l.nam hoc natura. ff.de cõdi.ind.
& c.ſuã.extrà de pœnis.cũ ſi. *No. 7
ſexto excipiendũ eſſe contra eum q
de præda eſt ſolicitus, ut hic in fi.&
l.ſi minoris.in fi.ff.de admi.tu.& hic
in gl.fi.allegatur concor. *No.ſe- 8
ptimo & ultimo,quòd beneficiũ da-
tum alicui,& maxime cõtra ius cõe,
nõ eſt trahendũ ad aliqđ iniquũ cõ
pendiũ:& ſic no.quòd iuris occaſio
nõ debet trahi ad iniquũ cõpendiũ.
facit l.meminerint.j.unde ui.ubi di
citur, q; unde iura naſcitur, nõ de-
bet iniuriarũ occaſio naſci.huic cõc.
tex.in c.qualiter & quãdo.el j.extrà
de acc.ſimiliter etiã l.nõ debet eſſe
captioſa,nec alicui parare laqueum.
xxvij.q.j.de Iudæis.& c.literas.x.de
reſt.ſpo.& no.p Io.de Imo.in l.ſi cũ
dotẽ.§.j.ff.ſo.ma.In gl.j.ſup uerbo,
Defendit.op. & uidetur quòd imò
res empta à pupillo, ſine tutoris au
toritate poſsit uſucapi, per l.ij.§.ſi
à pupillo.ff.de uſuca.pro emp. Glo.
ſol.duobus modis. Prima ſolut.eſt,
quòd hic emens à pupillo ſciebat il-
lum eſſe pupillũ:ideo non uſucapit.
in l.contraria ignorabat: & propter
illã ignorantiã põt uſucapere.ſed i-
ſtã opi.tenebat Pet.de Bellap.ſecũ-
dũ Cy.& Alb.hic.ſed iſta nõ uidetur
bona ſol.quia res pupilli empta etiã
ab ignorãte ipſum eſſe pupillũ,non
poteſt uſucapi: ut in hac l.& l.iij.ſ.
de aut.præſtan.& l.bonæfidei.uerſi.
nec intereſt.ff. de acqui.re.do.& ita
tenet glo.in d.l.iij.in princ.& in fin.
& ita uult etiam Barto.in d.§.ſi à pu
pillo.poſt mediũ.in uer.ſi uero pu-
tauit ipſum adultũ.Secunda ſol.po-
nitur hic in gl.quòd hęc res uendita
erat pupilli: ideo nõ põt uſucapi.ibi
aliena quàm bona fide poſsidebat
pupillus.& iſtam ſol.tenuit Iaco.de
Are.ſecũdũ Cy.& Alb.hic:& ſic ĩ §.
ſi à pupillo. emẽs uſucapiebat cõtra
aliũ,& nõ cõtra pupillũ.& iſtã ſol.te
net etiam gl.j.in d.§. ſi à pupillo.gl.
ſoluit etiã aliter in d.l.eũ q.& in d.
§.ſi à pupillo. & aliter in d.l.bonę-
fidei.



fidei. in uerbo,pupilli.& gl. & aliter
in l.etiã ei.in prin.ff.de min.ſed Sal.
hic ita diſtinguit:Aut emptor ſcit uẽ
dentem ſine tutoris autoritate etiã
pupillum,& tũc non uſucapit,ut hic
in prin. & d.§.ſi à pupillo.in ij.reſp.
Aut putauit eũ puberẽ,& tũc aut res
empta eſt ipſius pupilli uendentis,li
cet pubes putetur, & tũc nõ uſucapi
tur, ſiue ſit mobilis,ſiue immobilis,
quia priuilegiatur pupilli, ne res eo
rum alienentur, & ne præſcribãtur,
ut in toto tit.ff. de rebus eo.& ff.de
uſuca.l.ubi lex. Aut res ab eo empta
eſt aliena, & tũc aut eſt res mobilis,
& uſucapitur, ut d.§. ſi à pupil.in ij.
reſpon. aut eſt immobilis. & dicit
ibi glo.quòd nõ poteſt uſucapi,quia 10
non poteſt alienari ſine decreto, ut
l.lex quæ tutoris.ſ. de admi.tut.& p
conſequens nec præſcribi,ut l.alie-
nationis uerbo. ff.de uerb.ſig.q.d.ti
tulus eſt nullus,quia decretũ nõ in-
teruenit, ſine quo nõ procedit lon- 11
gi temporis præſcriptio.& hoc not.
gl.in d.l. eum qui.ſ. de aut.præſtan.
ſed certe ſecundum Saly. hic, ſi hoc
eſt uerum in re immobili, idem de-
bet eſſe in re mobili, licet aliena,
quãdo ſufficit ſuã putare,ut nõ poſ-
ſit eam alienare ſine tutore, ut d.l.
lex quæ tutoris. ſed ſaluando gl.di- 12
cit,quòd procedit ſecundum ius an-
tiquum,non ſecundum nouum poſt
d.l.lex quæ tutoris & ideo pro iſto-
rum iurium declaratione ſe remittit
ad ea quæ ipſe dixit in l.j.j.ſi aduer.
uſucap.& in l.ij.in ij.& iij. coll. & ad
ea quæ ipſe dicit in l.iii.ſ. in quibus
9 cau.in integ.reſt.non eſt ne. *Sed
pro clariori doctrina dic ſi quęritur,
an res pupilli alienata poſsit uſucapi
uel pſcribi.& diſtingue, aut eſt alie-
nata per perſonam prohibitã aliena
ri,puta per ipſum pupillum, ut in to 13
to tit.ſ. de prædiis mino.& maxime
in l.nõ [illegible] ff.de rebus eo.per to-
tum.& inſti.quib.alie.licet uel non.
in §.j. & talis res non poteſt uſuca-
pi.d.l.bonęfidei.§.quod intereſt. &
no.gl.in §.res fiſci.inſti.de uſuca.&
gl.in c.cũ non liceat.extrà de pręſcr.
nec poteſt pręſcribi ſpatio longi tẽ-
poris x. uel xx. ſed iſte eſt caſus in l.
eũ qui.ſ.de autor.præſtan. & eſt ra-
tio, quia cũ iſta alienatio ſit nulla,ut
in iuribus ſ.allegatis,ſequitur quòd
non tribuit titulum, qui eſt neceſſa-
rius in uſucapione uel longi tẽporis
præſcri.l.diutina.j.de præſcri.long.
temporis.& l.nõ iuſto.ſ. de rei uen.
& no.gl.in l.cũ notiſsimi.in prin.de
pręſcr.xxx.anno.j.& habetur per gl.
& cano.in c.ſi diligenti.extrà de prę
ſcrip. *Sed dubiũ eſt,nunquid poſ-
ſit præſcribi ſpatio xxx. uel xl. anno.
& uidetur quòd non. per iſtum tex.
ibi,dum dicit,nullum temporis ſpa-
tium defendi. nam dum dicit, nullũ
tempus, uidetur includere etiã ſpa-
tium xxx. uel xl.anno. *quia uerbũ
nullũ,eſt uniuerſale negatiuũ,quod
totũ uidetur negare.nam ſi uniuer-
ſale affirmatiuum,puta, omne,in du
bio includit omnia, quia qui omne
dicit,nihil excludit.l.à procuratore.
ſ.mãda. & l.Iul.in prin.ff. de leg.iij.
& xix.diſt.ſi Romanorũ.cũ ſi.ita ui-
detur, quòd uniuerſale negatiuũ de
beat omnia excludere, maxime *qa
plus negat negatio q̃ affirmet affir-
matio,ut l.hoc genus.cũ gl.ff. de cõ
di. & demõ.& no.gl.magna in c.di-
lectus.extrà de cõſue.& no.Albe.de
Ro.in l.qui teſtamẽto.§. mulier.ff.
de teſta. & Ant.de But.in c.præſen-
tiũ.in ij.col.extrà de teſti. Item pro
hoc, quòd non currat præſcri.etiam
xxx.uel xl.annorũ, allego quod ſin-
gulariter no.Bar.in l.cũ ſatis.in prin
ci.C. de agri.& cenſi.li.xi.qui dixit,
* quòd ſi ſtatutũ dictat,quòd inſtru-
mẽta dotalia mãdentur executioni,
nulla obſtãte pręſcr.nõ obſtabit præ

 ſcrip.

ſcri.etiam xl. ann.quia ſtatutū ſimpli
citer loquitur,& ideo ſimpliciter eſt
intelligendū.l.de precio.ff.de Publ.
Nec ob.ſecundū cū d.l.cū ſatis.quia
limitatur per aliā l. quod in ſtatuto
nō eſt. Itē pro hoc adduco quod ele
gāter no. Ang.in l.omnes.in ul.col.
j̄. de præſcri. xxx.uel xl.an.qui dixit
dādo regulā ſecundū aliquos,quæ ſi
bi placet.* quod ubicūq; inuenis ali 14
quem caſum in quo p legē ſpeciali-
ter ſit prouiſum,ꝙ nulla currat præ-
ſcri. ibi nō ſufficit curſus annorū xl.
& pro hoc dicit eſſe caſum in l. cum
notiſsimi.in prin. j̄.de pſcri.xxx.uel
xl.an.& in l.j.j̄. ne rei domi.uel tem
plorū.& in l. præſcriptio tēporis.j̄.
de operibus pub. & in l.fi.C.de fun.
limit.lib.xi. & in l.ſi quis decurio.la
iij.C.de decur.li.x.& in l.iiij.C.de fa
bricenſibus. eo.li.& in l.ordinario-
rum. C.de cohortalib.lib.xii.& in l.
neq;. s̄.de uſufr.& in l.qui falſam.ff.
de fal.& ad hoc alle.gl.quā dicit hoc
tenere deciſiue in d.l.fi.C. de fun.li
mi.ſubdit tamē quod currit præſcri.
c.annorū.& idē tenet Ange.in l.j.j̄.
ne rei do. uel templorū. & idē uult
etiā Ang.in auten.ut de cætero non
fiant cōmutationes. col.v.per illum
text.cū gl.dicens,*quod ſtatutū diſ- 15
ponēs ſuper inſtrumētis dotalibus,
nulla currit præſcr.quod nō obſtan-
tibus iſtis uerbis curret præſcr.c. an
norū.& idē uult Ang.in l.nō ſolum.
in prin. ff.de uſuc.qui dixit,quod ex
cepto homine libero,& quibuſdam
aliis, omnia ſubiecta uſucapiūtur c.
annis, quantūcūq; aliqua cenſura ci
uili uel municipali diſpoſitum ſit,ut
nulla pręſcr. obſtāte res ualeat aduo
cari,per tex.in d. corp.aut.ut de cæ-
tero cōmu.nō fiant.ad fi.cōtra l.fi.s.
de ſac.ſanc.eccl.Et idē uidetur uelle
Flo.in l.an uſusfructus.ff.de uſufr.q
dixit per illū tex.quod licet in certis
caſibus lex dicat,nullo tēpore pſcri-
bi.l.j.j̄. ne rei do. uel templorū.& l.
cū parit.j̄.de præſcri.xxx.ann.tamen
pręſcribi poteſt,& debet ſpatio c.an
norū. Item adduco qđ no.Ang.in l.
nemo poteſt. ff. de le.i.in fi.ij.col.q
dixit notabiliter,* quod ubicūq; in- 16
uenies tēpus pſcriptū, ꝓrogari poſ-
ſe ex pacto,nūquā illud tempus trāſ-
cēdit annos c.ut l.j.cū gl.j̄.de pręſc.
xxx.uel xl.annorū.ubi etiā de hoc di
cā.Itē pro hoc allego tex. s̄. de uſu-
fru.in l. neq; cū his.quæ ibi no.Pau.
de Ca.in fi.qui dicit,ꝙ ille text.dum
loqtur, quod nulla temporis pręſcr.
iuuat, debet intelligi etiā de præſcr.
xxx.an.quia illa uidetur etiam fuiſſe
ſublata. & ſubdit, quod nō ob. gl.in
c.j. §.pterea.in ti.de ca.Corra.in uſi.
feu.quæ uidetur uelle,quod per illa
uerba excludatur ſolumodo præſcr.
x.uel xx.an.quia iſtud nō eſt uerū,ni
ſi natura ſubiectæ materiæ in contra
rium ſuadeat. facit l. ſi ſtipulatus. in
prin.ff.de uſur.& l.ſi uno.in prin.cū
ibi no.ff.loc. cum ſi.& uidetur uelle
Bal. & Iac.de Alua.in d. §.præterea.
& Bart.in l.cum ſatis.in princi.C.de
agri.& cenſi.li.xi.de quo per Barto.
plene in d. §.præterea. qui ponit, ꝙ
quādo illa uerba, nulla præſcriptio-
ne temporis obſtante,debet intelli-
gi,niſi in præſcr.xl.an.per l. omnes.
j̄.de præſcr.xxx.ann. *Ego uero in 17
q.noſtra,an res pupilli per ipſum uē
dita poſsit pſcribi ſpatio ſaltem xxx.
uel xl.uel c.annorū,puto ſic eſſe di-
ſtinguendum, aut ille qui emit rem
pupilli ab ipſo pupillo,ſciebat ipſum
eſſe pupil.puta quia erat ætatis x.an-
norū,ita quod ſciebat ipſum eſſe pu
pil. & nō poſſe uendere,& ſic fuit in
mala fide, & tūc dico,quod nullo tē
pore poſſet pręſcribere, ut probatur
in l.j.in prin.C. ſi quis igno. rē min.
ſine decreto cōparauerit.cū gl.ibi in
uerſi. quoq; ſciens.q uult,quod iſto
caſu duo obſtant præſcriptioni: pri-
ma,



ma, qa res eſt pupillaris:ſecūda,quia
eſt in mala fide, & ideo non poſſet
præſcribere emptor, etiā ſi uiueret
c.an.per c.fi.extrà de pſcri.& c. poſ-
ſeſſor malæfidei.de reg.iur.in vi.cū
no.in d.iuribus. qa etiā uſq; ad mil-
le annos nō poſſet pſcribere, ut no.
gl.ſing.xvj.q.iij.per ſingulas.in uer-
bo,dubitatio.in fi.per d.c.fi.& idem
tenet Ant. de Bu.in c.illud. extrà de
præſcr.Aut emptor non fuit in mala
fide,puta quia putabat pup. etiā adul
tū forte ex aſpectu.l.minor xxv.an-
nis ex aſpectu. ff.de min. uel qa erat
prope xiiij.annum,uel ſi erat pupil-
lus,& hoc ſciebat, putabat tamen ab
ipſo ſe emere poſſe, & ſic nō erat in
mala fide,uel dolo,licet eſſet in er-
rore iuris,qui excuſat à dolo & ma-
la fide,ut l.igitur. §.primo. ff. de li-
be.cauſa.& l.j.in fi.cū gl.ff.de abige.
& per gloſ.in l.ſi plagij.la ij.& quod
no.ibi Ange.j̄.ad l.Fla.de plag.cū ſi.
& tunc tenerē quod licet præſcri.x.
uel xx.anno. non ſufficeret ad præ-
ſcribendā rem pupilli,ut eſt caſus in
l.cū qui. s̄.de autor.præſtan.& in l.j.
in fi. s̄. ſi quis igno. rem min.ſine de
creto cōparauerit. tamen præſcribe
retur ſpatio xxx.uel xl.annorū.per l.
ſicut. ubi eſt caſus.& per l.omnes.j̄.
de præſcri.xxx.anno,& ita intelligi-
tur gl.in l.j.in uerbo, qui ſciens.ibi,
idem ſi ſciebat rē eſſe pupilli,& cre-
debat emere litem. & pro hoc alle-
go glo.in d.c.j. §.præterea. & qđ ibi
no.Bal. & alij in ti.de capi. Corradi.
& quod no.Bart.in d.l.cū ſatis.C.de
agri.& cenſi.lib.xi. & in d.l.ſi qs de-
curio.Itē per hoc l.j. §.j.j̄. de anna.
exce.& l.fi.j̄.unde ui.ubi habetur ꝙ
licet res furtiua nō poſsit uſucapi,ta
men poteſt xxx. annis pſcribi. & ita
tenet Ang.in l.nemo poteſt.in ij.co
lum.ff.de leg.j. de quo dic ut dixi in
l.j.in prin.in j.no.s̄.eo. Itē pro hoc
facit, qa licet res mobilis nō poſsit
uſucapi ſine titulo,ut l.j.j̄. de uſuca.
trāsfor.tamen non poteſt præſcribi
ſpatio xxx. anno. ſicut res immobi-
les præſcribūtur,ut no. Ang. in l.cer
tū. s̄.fami.erc. Nec obſtat tex.in hac
l.quia debet intelligi ſecundū l.eum
qui. s̄.de aut.præſtan. ſcilicet de præ
ſcri.x.uel xx.ann. nō autem de pſcri.
xxx. uel xl.annorū.per d.l. ſicut.& p
d.l.omnes.j̄. de præſcr.xxx.annorū.
ut iura iuribus cōcordentur.l.j.s̄.de
inoff.do.& in c.cū expediet.de elec.
li.vi.& ſic intelligitur quod nō præ-
ſcribitur ſpatio x.uel xx.annorū, ſed
xxx.uel xl.ſic nec obſtāt iura & ratio
nes hic in contrariū adductæ q ten-
dunt ad hoc, ut illa uerba nulla tem
poris præſcriptio tollat,etiam pręſc.
xxx.uel xl.quia licet illa uerba de ſui
natura poſſent compræhendere,ta-
men in caſu noſtro non cōpræhen-
dunt, ut iura iuribus concordentur,
ut dixi,& quia ſubiecta materia hoc
pati uidetur, per ea quæ dixi s̄.ſecū-
dum Pau.de Caſt.in l.neq;.in fi. s̄.de
uſufru. Intelligendo tamen prædi-
cta ut prius deducatur de illa præſcr.
xxx.uel xl.annorū pupillaris ætas,id
eſt tēpus quo fuit pupillus poſt uen
ditionem, uel aliam alienationem,
qa illa præſcriptio dormit interim,
nec currit aliquod tempus pupillo,
ut l.ſicut.j̄. de præſcr.xxx.annorū.&
l.fi.in fi. s̄.in quib.cau.in integ.reſti.
non eſt neceſ.& hoc tenet Bart. in l.
naturaliter.in vj.col.in fi.uerſi.quæ-
ro an iſta uſucapio. ff. de uſuca. ela-
pſo autem tēpore pupillaris ætatis,
currit pręſcr.xxx. uel xl.anno.quia il
la etiam currit ſine titulo, ut in l. cū
notiſsimi.in prin.& ibi hoc no.gl.j̄.
de præſcr.xxx. annor.Et ea quæ dixi
non ſolum habent locū quādo uen-
ditur, uel aliter alienatur res pupilli
ab ipſo pupillo prohibito alienare,
ſed etiam ſi alienetur per aliam per-
ſonam prohibitam, etiam tutorem,
quando

quando alienaret illam rem tanquā
rem pupilli & eius nomine ſeu tuto
rio nomine ſine decreto,& in caſu à
iure non permiſſo.iuxta l.quæ tuto-
rem.ſ. de admi.tuto.& l. magis pu-
to. §.ne paſsim.ff. de rebus eo.& in
toto illo ti.& ſ. de prædiis min. per
totum cum ſim. & quia eſt eadem ra
tio, ex quo alienatio eſt facta pupil-
li nomine per prædicta, ſed ſi aliena
tio fuiſſet facta, ut per tutorem uel
per extraneum de re pupilli tāquam
de re ipſius alienantis, uel alterius
quàm pupilli,& ſic non tutorio no-
mine,ſed proprio, & tūc dicendum
eſt alienationem ualere in præiudi-
cium alienantis, ut l. ſi is.j.de præ-
diis mino. ſed nō in præiudiciū pu-
pilli uel minoris, quia nō currit præ
ſcriptio contra eos etiam centena-
rio,ſi emens ſciebat rem eſſe pupil-
li,& alienari non poſſe, ut probatur
d.l.j.in prin.cum gl.ſ. ſi quis ignor.
rem min.ſine decreto,ut ſ.dixi,quā
do pupillus ipſe uendidit,ſed ſi em-
ptor ignorabat rem eſſe pupilli uel
minoris, tunc durante pupillari uel
minori ætate nō currit præſcriptio,
ſed demum ea finita currit,ut eſt ca-
ſus in d.l.j.in fin.& ita tenet Pau. de
Ca.in l.fi.in iiij.col.ſ. in quibus cau.
in integ.reſti.non eſt neceſ. Et prę
dicta procedunt non ſolum quando
uſucapio uel præſcriptio incœpit cō
tra pupillum,ſed etiam incœpit con
tra maiorem defunctum,quia indi-
ſtincte non currit contra pupillum,
dormit etiam illud tempus pupilla-
ris ætatis.l.ſicut.in fi.j.de præſc.xxx.
uel xl.annorū.ar.d.l.fi.quæ dicit,me
lius eſt ante tempus occurrere.& ita
tenet gl.& Bar.in d.l. etiam ei.ff. de
mino.qui dicit quòd ita gloſſatores
communiter tenuerunt. Item præ
dicta procedunt in uſucapione uel
præſcriptione legali,ſecus in couen
tionali, puta ſi erat tempus præfixū
à contrahentibus,quia ſi illud eſt ue
rum contra maiorem defunctū, cur
rit poſtea contra pupillū,ut l.Aemi-
lius.ff. de mino.& ibi no.& not.etiā
per Bar.in d.l.etiam ei. & currit etiā
iſtud tempus ſine ſpe reſtitutionis,
ut d. l. Aemilius. & ita uult Pau. de
Ca.in d.l.fin.ſ.in quib.cau.in integ.
reſti.non eſt nece.Item ſecus in præ
ſcriptione teſtamentaria, ut no.Bar.
in d.l. etiam ei.& in d.l.fi.puta quan
do tempus erat præfixum à teſtato-
re,& illud currebat ad corroboratio
nem celebrati contractus per defun
ctum, quia tunc currit ſine ſpe reſti.
ut eſt caſus in l.ſi intra.ſ. de non nu.
pecu.ſi bene inſpiciatur,quia text.di
cit ibi,quod currit minori,ut cōpel-
latur ſoluere, ergo ſibi reſtitutio nō
datur,quia tūc non cōpelleretur ſol
uere,licet gl.ij.in fin. in d.l.ſi.teneat
contrarium, quòd detur ibi reſtitu-
tio, quod eſt falſum. nec ex aliqua
parte illius text.hoc intelligitur, be-
ne tamē eſt uerum aliud quod dicit
ibi gl.uidelicet quòd ibi tempus in-
cœperat currere in perſonam mino
ris ipſo iure, ſed quòd currat cū effe
ctu,& nō detur reſtitutio,ut ibi col-
ligitur, hoc nō peruenit ex eo quòd
incœperat currere in perſonam mi-
noris, ut patet ex l.j. cum ibi no. ſ.ſi
aduer.uſuca. ſed ꝓuenit ex eo quòd
illud tempus proponendæ exceptio
nis non nu.pec. currit ad corrobora
tionem contractus celebrati per de-
functū. ſed ſi eſſet tēpus incœptū in
perſonam defuncti maioris,quod ta
men non currit ad corrobo.contra-
ctus celebrati per defunctū,tūc cur-
rit etiā hodie ipſo iure, ſed daretur
reſtitutio in integrū.& ita intelligi-
tur d.l.j.ſ. ſi aduer.uſuca.cū gl. quæ
incipit,ſecundum ueteres. circa fin.
dum opponit de dictis ll. & ita uult
Pau.de Ca.in d.l.fi.in ij.col. Item ſe
cus in præſcrip.iudiciariis,ut in tem
pore



pore triennij, quod datur in prima
inſtantia,quia illud tēpus currit etiā
hodie pupillis & minoribus, & non
datur reſtitutio, niſi in ſubſidium tu
tore uel curatore non exiſtente ſol-
uendo, ut l.properandum. §.fi.ſ.de
iudi. Idem in tempore appellatio-
nis interponendę,quod eſt hodie x.
dierum, ut in aut.hodie.j. de app.&
in c. cū ſit Romana. extrà eo.tit.Vel
proſequendę appel.quod eſt annus,
uel ex cauſa biennij,ut in aut.ei qui.
j.de tempo.app.& habetur in d.c.cū
ſit Romana.& in c.ex ratione.eo.ti.
Iſta enim tempora etiam hodie cur-
runt propter rigorem iuris conſer-
uandum,ſed datur reſtitutio in non
ſubſidiū, quia magis uertitur in hoc
præiudicium pupilli uel minoris,ut
patet ex l.j.ſ.ſi ſępius in integ.reſti.
fue.poſtu.quæ loquitur de tempore
appellādi quod currit,& datur reſti-
tutio, ut l.& ſi ſine. §.pe.& fin.ff.de
min. Et de prædictis præſcri.iudi-
ciariis eſt gl.ordi.in auten.de hære-
di.& fal. in §. pupillus autem. ſuper
uerbo nihil.quæ incipit, quo ad effe
ctum.& Bar.in d.l.etiam ei.ff.de mi-
no.in l.j.& ij.ſ.ſi ſæpius in inte.reſt.
fue.poſtu.& Doc.in d.l.fi. Item ſe-
cus eſt dicendum in tēporibus aſsi-
gnatis per iudicem,uel ſtatutum ad
18 ſingulos actus,* quia currunt tēpo-
re dilationū pupillis & minoribus,
ſed datur reſtit.ut not.in dictis iuri-
bus. Item ſecus eſt in tempore ſta-
tuto ad conficiendum inuentarium,
quia ſimiliter currit etiam pupillo,
ſed datur reſti.ut eſt tex.cum glo.in
d. §. pupillus autem.& ita tenet etiā
Bar.in d.l.etiam ei.& Doct. in d.l.fi.

Item ſecus eſt in caſu auten.ſi mi-
nor.ſ.de tempo.in integ.reſtitu.pe.

Itē ſecus eſt in caſu ſpeciali in quo
pupillo currit præſcriptio quinquen
nalis,qui eſt in l.ſi mater.ſ.ne de ſta.
defun. poſt quinquenniū quæratur.

Item ſecus in alio caſu ſpeciali.de
quo in l. auxilium. de minorib.ff.&
de his duobus uide per Barto.in d.l.
etiam ei.& per Doct.in d.l.fin. In
petenda autem bonorum poſſeſ.nō
currunt tempora pupillo.uel mino-
nori,per d.l.fi.ſ.in quibus cau.in in-
teg.reſti.non eſt neceſſ. & circa præ
dicta uide Docto.in d.l.fin.& Ange.
in autent.de tempore non ſolu. do.
in §.j.col.vij.ubi omnino uide. Et
ea quæ ſ. dicta ſunt de pupillo uel
minore, locum habent etiam in fu-
rioſo.& pro hoc allego gl.not.in ter
minis in l. ij.in uerbo, ad agnatum,
ſ.de cura.fu.q̄ dicit ſingulariter, ſub
dubio tamē forte, quòd idem debet
ſeruari in præſcrip.& aliis beneficiis
quæ dantur minoribus,quia illa dan
tur etiam furioſo,per d.l.fi.ſæpius al
legatam.& eſt gloſſ.ſimilis in l.Mar-
cellus.in gloſſ.magna,in uerſi. quid
autem de furioſo. ff. de fideiuſſ. &
ibi hoc uult Pau.de Ca. in fi.& idem
uult Bal.in l.in ſanctis. in iij.q.ſ.qui
admit.ad bono.poſſ.poſſunt.qui di-
19 cit quòd in d.l.ij.eſt gloſſ.no.* quod
omnia beneficia minorum tribuun-
tur furioſis.& hoc probatur in l. Ful
cinius. in §.adeo.ibi, qa omnis eius
ſtatus.ff. ex quib. cau.in poſſ. eatur.
ubi probatur quòd priuilegia pupil-
lorum extenduntur ad furioſos. &
ita not.Bart.per d. §.adeo.in l.Impe
ratores. ff.de re iudica.quem ſequi-
tur ibi Ioā.de Imo.& idem uult Bar.
in d.l.ij.ſ.de cura.fu.qui dicit per il-
lum text. quòd ll. loquentes de mi-
noribus & de eorum fauore,exten-
duntur ad furioſos & mente captos.
& idem uult Bald.in c.j.poſt mediū,
in titu.de benefi.fra. & qualiter fra-
ter fratri ſuccedat.in uſi.feu. qui di-
cit quòd illud quod dicit gloſſ. ibi
in d. c. j. in pupillo.etiam ad prodi-
gum & furioſum trahi debet, quia
eiſdem priuilegiis utuntur, ut ele-
ganter

gāter no.gl. in d.l.ij. quæ dicit quòd
omnia priuilegia competentia pu-
pillo,competunt prodigo, cui bonis
interdictum eſt, & furioſo. & ſubdit
Bald.quòd alibi non reperitur gloſſ.
ſimilis. in priuilegiis tamen ſecun-
dum eum poteſt induci pro ſimili id
quod not.gloſſ.in d.l. Marcellus.&
in l.interdum.in fin.magnæ gl.ff. de
cond.inde.& idem uult Lud.de Ro.
in l.j.in prin.in vj.col.uer.ex quibus
omnibus uidetur Bart.erraſſe.ff.de
uerb.oblig.& ita no.Ang. de Are.in
l.illud.la ij.de appel. *Item hoc pro 20
batur alia ratione generali,quia pri-
uilegia pupillorū cōceduntur omni
bus , qui ſunt ſub aliena adminiſtra-
tione. ut probatur in l.damni.in fin.
cum tribus ll.ſeq.ff.de priuileg.cre.
ſed furioſus eſt ſub adminiſtratione
curatoris,ut in toto tit.ff. & C.de cu
ra.fu. ergo & in terminis q. noſtræ
quòd ſicut ipſo iure non currit præ-
ſcriptio minoribus,ita non currit fu
rioſis,uel mente captis.tenet expreſ
ſe Bal.in d.l.ij.s̄.de cura.fu.per gloſ.
ſing.ibi,qui dicit idem credere in o-
mnibus qui regūtur per curatorem,
quia minoribus comparantur, ut d.
l. Fulcinius.circa medium. *Et li- 21
cet alius ſit furioſus, & alius demēs,
uel mente captus, quia furioſus ha-
bet furorem patentem, mēte captus
uel demens latentem, ſecūdum Bal.
in d.l.ij.& Angel.in l. ſi cum dotem.
in §. ſi maritus.circa prin.ff.ſol.ma.
& Ang.in l.ex facto.in uer.ſed quod
pater.ff. de uulg. & pupil.& habetur
per Bal.in l. tā demētis. s̄.de epiſ. au
di. *Tamen lex loquens de furio- 22
ſo,habet locum in demente & men-
te capto,ut no.Bald.in l.ſi uenter.in
prin. alias eſt in §.curatorem. ff. de
tuto.& curato.da.ab his. & in uerſi.
omnia iura. quæ habent locum in
mente captis, habet locum etiam in
furioſis.no. Bal.in l.Gallus.in § in-
ſtituens.in ij.col.circa prin.in quar-
to notabili.ff.de lib.& poſthu.& pro
pterea d.Alb.de Roſ.in l.obſeruare.
ad fi.per illum tex. ff.de cura.furio.
tenet q furioſus, fatuus, & demens
æquiparantur , & ideo ea quæ dicta
ſunt de præſcrip.ut non currant pu-
pillo, uel minori,habent locum ne-
dum in furioſo, ſed etiam in mente
capto,& prodigo, quia prodigus æ-
quiparatur pupillo,ut eſt tex.in l.cer
ti condictio. §.quoniam.in fin.& ibi
Doct.ff.ſi cer.petatur.& probatur in
d.l. Fulcinius. §.adeo.in uerſi.ideq;
etiam prodigo. & hæc omnia perpe
tuo tene menti, quia ſunt no.& uti-
lia. Sed aduerte circa prædicta dū
dixi,quòd iura loquentia de præſcri
ptione in perſona pupilli,uel mino
ris locum habent etiam in furioſo,
uel mente capto, uel prodigo, & ſi-
milibus,qui ſunt ſub cura uel admi-
niſtratione alicuius, quia poſſet du-
bitari,an hoc ſit uerum reſpectu pu-
pillaris. * uidelicet an ſicut præſcri 23
ptio dormit tempore pupillaris æta
tis , ut s̄.dixi, ita etiam dormiat tem
pore furoris & dementiæ . de quo
dic ut plene dicam in l. ſicut. in vij.
not.j. de præſcriptio.xxx.uel xl.an-
norum. ubi hoc examinabo plene,
& ibi etiam tangam , an leges lo-
quentes de pupillo in materia uſu-
capionis uel præſcriptionis , locum
habeant in eccleſia, uel pauperibus,
tamen etiam omnia priuilegia, quæ
habent pauperes,habet etiam eccle-
ſia, ut not.Baldus in l. ſancimus. §.
cum autem. circa fin. s̄. ad Trebel.
* Sed circa prædicta poſſet dubi- 24
tari quid in præſcript. quæ proce-
dunt ex ſtatutis,an illę currant con-
tra minores. Bartolus format hanc
quæſt. in lege fin.in fin. s̄. in quibus
cau. re. in integ. non eſt ne. & te-
net quòd ſi tractatur de damno mi-
noris euitando , ſtatutum loquens
de præ



de præſcriptione ſimpliciter debet
reſtringi, ut non comprænendat mi
nores , per d. l. fin. & per rationem
ibi poſitam. facit ad hoc l.ij.cum ibi
not. s̄. de noxa. actio. & quod not.
Barto.in l.omnes populi.in ij.quęſt.
vj. in q. princ.in princi.ff. de iuſti.&
iur. & idem tenet Bartol. in l. etiam
ei.in fin. ff. de minor.& in l.ij.C. de
feud. patri. lib.xi. ſed not.in c.con-
ſtitutus.in fin. extrà de in integ. re-
ſtitu. tenet contrarium . nam dicit
quòd d. l. fin. non habet locum ni-
ſi in præſcriptione legali, non in ſta
tutaria. & idem uult Spec.in titu.de
in integ. reſtitu. §.j.in uerſi.hoc au-
tem not. & Bald. Raph. Ful. & Paul.
de Caſt. in d.l.fi. tenent contra Bar-
to.& Bald.etiam in c.j. in iij. colum.
in fin. cum ſequen.in titu. quo tem-
pore mili.inueſti. pete. in uſi. feud.
ſed opin.Bart.tenet Raph.Fulgo. in
conſi. ſuo cxvj. quod incipit Fran-
ciſcus Sarra.in ij.dubio.Cardi.Zab.
in d. c. conſtitutus. examinat plene
iſtam quæſtionem , & tandem con-
cludit , quòd quæſtio iſta eſt dubia,
& utraque pars poteſt ſuſtineri.Bal-
dus not.in l.omnes populi.ff.de iu-
ſti. & iur.dicit quòd opin. Barto.eſt
magis equa.& idem dicit etiam Pet.
de Ancha. in repeti.c.canonum ſta-
tuta. in xviij. colum. extrà de con-
ſtit.de qua q.pleniſsime dicemus in
d. l. cum notiſsimi . in princip. ubi
Ange.tangit. & habetur per Bald. in
l. ſi mater. s̄. ne de ſta.defun.& per
Alb. de Roſ. & omnes Doct. in d. l.
fin. & per Ioan. And. in addi. Spe-
cu. in d. §.j. in uerſi.hoc autem not.
25 * In gloſſ. ij. in uerbo , locuple-
tior. quærit gloſſ. quot modis quis
dicatur locupletior . & dicit quòd
tribus modis. de quo dic ut in ea.
& plenius per Cyn. in l. non uide-
tur.in j.quæſt.& ibi Doct. s.de in in-
teg.reſti. & per Docto. & in l.in pu-
pillo. ff. de ſolu. & uide quæ dixi s̄.
in iij.not. In glo.fin.in uerbo,ex-
cep. in fine.adde ad iſtam gloſſ.quæ
26 dixi s̄. in v. vj. & vij. nota. *Extra
gloſſ. quæro quid ſi minor , uel ec-
cleſia uendit rem in caſu à iure non
cōceſſo,ſeu non ſeruata forma iuris
uel ſtatutorum , ſed facit conditio-
nem ſuam meliorem, an teneat uen
ditio. & gloſſ. in l. cum hi. §. cauſa
tranſact. ff. de tranſact. tenet quòd
ſic,per iſtum tex.in fin.& per l.ſi fun
dus ſit ſterilis.ff. de rebus eorum. &
inſtitu. de autor.tuto.in princip.ſed
Barto.in d. §. cauſa tranſact. tenet
contrarium. Et reſpondet ad iſtum
text. ut dixi s̄.in iiij.no.& allegat gl.
hoc tenentem in d.l.ſi fundus.& hac
opin.Barto.tenet in effectu.Bal.in l.
fin. §. neceſsitatem.in antepen.col.
in princip. uerſi. ex prædictis dica-
mus.s̄.de bonis quæ liber.ubi dicit,
27 * quòd alienatio rerum eccleſiæ fa-
cta ſine autoritate epiſcopi, ipſo iu-
re non tenet, ſecundum Archi. xix.
quæſt ij.nulla.& addit Bald.nec ſuf-
ficit eccleſiæ utilitas , cum contra
uim & autoritatem canonum ſit.al-
legat l. ſi quis inquilinos. §.fin.ff.de
leg.j. Opin. autem primam quòd
ualeat uenditio, tenet Bal.in l.con-
tra iuris.in princip. s̄.de pact.qui di-
28 cit per illum text.* quòd eccleſia po
teſt facere contractum fauorabilem
abſque ſolennitate . & idem tenet
gloſſ.in eccleſia,in dicta lege,ſi fun-
dus. & idem tenet Baldus ſequen-
do gloſſ. in d. §. cauſa tranſact. in l.
conſtante. ff. de iure do. & in d. §.
cauſa tranſact.& l. quæcunque.in ij.
colum. in princip. s̄. de bonis quæ
lib. & idem tenet Albe.de Ro. in au
ten. hoc ius porrectum. in ulti. co-
lum.in princip.s̄.de ſacr.ſanc. eccle.
& Ioan.Fab. inſtit. de eo cui bo.lib.
cau. addi. & iſtam opin.ſentit gloſſ.
in l.ij.ff.de accep.per quam gloſ.di-
cit ibi

cit ibi not. Ang. * quòd ubicunque 29
pupillus ſine tutoris autoritate uult
obligari ad fin. ut liberetur, illa ob-
ligatio ualet & tenet , quia debe-
mus inſpicere effectum , ad quem
obligatio ordinatur, non autem ru-
dem formam obligation. Et hoc di-
cit eſſe multum no. pro ſtatuto Flo-
rentino prohibente mulierem con-
tra ſe obligare ſine mandualdo , &
minorem ſine conſenſu proximo-
rum. *nam mulier & minor inſti- 30
tuti , & de reſtituendo hæreditatem
grauati , poſſunt adire ad finem , ut
reſtituant & liberentur, nec erit ne
ceſsarius conſenſus mandualdorũ,
nec proximiorum conſanguineo-
rum, & idem uult Ludo. de Rom. in
l. mutum. §. j. ff. de acquir. hæredi.
qui dicit, * quòd ſi minor ex forma 31
ſtatuti non poſſet contrahere ſine
conſenſu conſanguineorum, & uult
adire , intelligitur quando hæredi-
tas eſt damnoſa, ſecus ſi lucroſa, quia
tunc licet conſenſus conſanguineo-
rum non interuenerit, tamen uale-
ret additio. alleg. not. in l. non eo mi
nus. s. de procu. & idem dicit etiam
in contractu, ut l. fi. §. pupillus. ff. de
uerb. oblig. & l. neque. j. de contra-
hen. & comit. ſtip. & ibi Bal. hoc etiã
uult, qui dicit per illum tex. quòd ab
ſentia tutoris, commoda pupilli nõ
impedit , idem dicit in prodigo. l. is
cui bonis. ff. de uerb. obli. Quod di-
cit eſſe menti tenendum, pro ſtatu-
tis loquentibus de contractibus mu
lierum, ut non ualeant ſine præſen-
tia propinquorũ, quia intelliguntur
de contractibus inutilibus & dãno-
ſis, per d. l. cum hi. §. cauſa tranſac. ff.
de tranſact. *Et iſtam opi. ꝙ minor 32
poſsit obligari & contrahere nõ ſer
uata forma ſtatuti, quando facit ſuã
cõditionem meliorem , tenet etiam
Lud. de Ro. in cõſi. ſuo cccxiij. quod
incip. Omnipotentis Dei poſtulato
ſuffragio circa propoſitam conſul-
tationem. & pro iſta opi. poteſt alle
gari ratio, quia illam ſolennitatẽ re-
quirit lex uel ſtatutum in fauorẽ mi
norum uel eccleſiæ, ergo non debet
redundare in eorum damnũ. l. quod
fauore. s. de legi. & probatur aperte
per text. ad hoc menti tenendum in
l. iij. §. duæ cauſæ. in fin. ibi. non de-
bet aduerſus pupillos obſeruari ,
quod pro ipſis excogitatum eſt. ff.
de carbo. edi. facit ad hoc text. no. in
l. ſi quis in graui. §. utrum. uerſi. hic
quoque. ff. ad Sylle. & quod ibi not.
* Item quia inducta ad unum effe 33
ctum , non debent operari contra-
rium. l. legata inutiliter. de leg. j. &
ff. de leg. præſtan. & in c. quod ob
gratiam. de reg. iur. lib. vi. cum ſimi.
ſed dicta ſolennitas ſtatuti fuit indu
cta ne mulieres decipiantur. l. tranſ-
act. & ibi hoc not. Barto. & Docto. s.
de tranſact. & ſimiliter ſolennitas,
quæ requiritur in contractibus rerũ
eccleſiæ, requiritur ne eccleſia con-
trahendo, uel alienando decipiatur,
uel damnum ſentiat, ut probatur in
auten. ſicut alienatio. s. de ſac. ſanct.
eccl. & habetur in auten. hoc ius por
rectum. eo. titu. & x. q. ij. hoc ius por
rectum. & ad iſtum effectum requi-
ritur ſolennitas, ergo non debet in-
telligi ut operetur alium effectũ, ſci
licet ut impediatur contractus quan
do eſt utilis eccleſiæ, uel minori. &
iſtam opin. tenuit no. Dyn. ut refert
Bald. in d. l. ſi fundus. ff. de rebus eo.
ſequendo gloſſ. in d. §. cauſa tranſ-
act. Item pro iſta opi. allego quod
no. Ange. in conſiliis ſuis in ultimo
conſilio, ubi dicit, * quòd ſi ſtatuto 34
cauetur, quòd mulier non poſsit cõ
tractum aut obligationem facere ſi-
ne conſenſu propinquorum , & ip-
ſa mulier adiuit hæreditatem opu-
lentam ſine illa ſolennitate ſtatuti,
ualebit talis aditio , ex quo tendit
ad com



ad commodũ ipſius, per d. l. quod fa-
uore. cum ſimil. ſupra de legi. Item
adduco ad hoc tex. in l. ſi quis mihi
bona. §. ſi ſeruus. ff. de acqui. hæredi.
iuncta l. j. §. fi. cũ l. ſequen. ff. de offi.
procu. Cæſa. nam licet proc. Cæſaris
non poſsit adire hęreditatem pro Cæ
ſare, nec iubere ſeruũ Cæſaris adire,
ut d. l. in fi. tamen ſi facit meliorẽ cõ-
ditionem Cæſaris, quia hæreditas eſt
opulenta ſine uexatione , tunc bene
poteſt ſeruus fiſci iuſſu Cæſaris adi-
re, ut eſt glo. ſingu. §. ſi ſeruus. in l. ſi
quis mihi bona. per quam gloſſ. dixit
ibi Ang. & Pau. de Caſt. quòd pupil-
lus nõ poſsit adire hæreditatem etiã
lucroſam , ſine tutoris autoritate,
quia poſsit habere uexationes credi
torum & legatariorũ, ut l. obligari.
§. pupillus. ff. de auto. tutor. & inſtit.
eod. tit. in §. ſed neq;. cum ſimi. tamẽ
opulentam hæreditatem, quæ eſt ſi-
ne uexatione, bene poteſt adire etiã
ſine tuto. auto. & ſic ſine ſolennitate
iuris. & idem tenet Paul. de Caſt. in l.
potuit. ſuprà de iur. delib. & idẽ tenet
etiam Ange. & Paul. de Caſt. in l. mu-
tum. ff. de acquir. hæredit. & dicit ibi
Paul. quòd iſtum caſum ſemel habuit
de facto Florentiæ. & ita conſuluit.
& pro iſta opi. ego alias conſului in
ciuitate Veronę in caſu cuiuſdam cœ
ci Ferrarien. Et prædicta intellige
uera, quando cõſtaret expreſſe quòd
ille contractus fuiſſet factus in fauo-
rem & utilitatem eccleſiæ uel mino-
ris. ſed ſi eſſemus in dubio, de hoc ta
men dicerẽ contrariũ , quia ubi non
eſt ſeruata formæ integralis congrui
tas, ibi non præſumitur eccleſiæ uel
pupilli utilitas, ſed potius damnoſi-
tas, ut eleganter no. Bal. in l. quacũq;.
in ij. col. in princi. uerſic. ſcias tamen
quòd ubi. ſuprà de bonis quæ liber.
& probatur hoc per ea quæ dixi ſu-
pra de hæreditate lucroſa & opulen
ta. Item prædicta procedunt in pu
pillo maiore infante, ſecus ſi eſſet mi
nor infante, ut ſing. no. Bal. in l. neq;.
in fi. infra de contrahen. & commit.
ſtipu. & nihil allegat, tu potes allega
re l. potui. cum ibi not. ſupra de iur.
delibe. & l. pupillus. ff. de acqui. hær.
cõiuncta l. bonorũ. ſuprà qui admit-
ti ad bo. po. cũ ibi no. quę omnia per
petuo tene menti , quia eſt quæſtio
quotidiana & utilis.

# DE VSVCAP. PRO DONATO.

SVMMARIVM.

1 *Rubrica de uſucapione ꝑ donato, quare pro donato, & nõ pro donate dicatur.*

CONTINVA iſtam rubricã ad
præcedentẽ hoc modo: quia in titu-
lo præcedẽti dictũ fuit de uſucapio-
ne pro emptore, quæ procedit ex ti-
tulo emptionis: uerũ quia reperitur
etiã uſucapio pro donato, quæ cau-
ſatur ex tit. donationis, ideo ſubiici-
tur hæc rubrica de uſucapione pro
donato, quæ rubrica etiã habetur ff.
pro donato. *Quæro circa iſtã ru-
1 bricam quare in ea dicitur, pro dona
to, & non pro donante. Reſpondeo
ut dixi in rubrica præcedẽti in j. q. &
adde etiam quæ dixi ibi in ij. quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Traditione & uſucapione pro donato dominium acquiritur.*
2 *Donauerit ſi dominus rem & tradiderit, ſicut perdit dominium, ita ille qui dominus nõ eſt, ſi bona fide donet, uſucapiendi conditionem transfert.*
3 *Res aliena donari poteſt.*
4 *Loci appellatiõe etiã res mobilis uenit.*
5 *Statutum ſi damnificanti locũ pœnam imponat, an compræhendat illum qui ficus comedit, qui ad ſolem deſiccatur.*
6 *Dictio, in, quid ſignificare habeat.*
7 *Locꝰ ꝓprie pars fundi eſſe dicit. et nu. 8.*
9 *Vſucapionis appellatione an longi tem poris præſcriptio ueniat.*

10 *Cōtractibus ex innominatis cum uſu-
caſ io oriatur quis eius titulus eſſe di-
catur.*

SIVE DOMINVS.
Donatū rite & recte u-
ſucapi pōt titulo pro
donato, ſi aliud cano-
nicū nō obſiſtat. & do
natio pfecta nō reuocatur. hoc dicit
totus iſte ti. ſecundū Ang. Vel ſic,
titulus donationis eſt ſufficiēs ad uſu
capiēdum & præſcribendū, ſicut ad
transferendū dominium, hoc dicit,
quod eſt uerū, niſi donās rem alienā,
ſciat eſſe alienā, quia tūc cōmittit fur
tum, & res efficitur furtiua & inuſu-
capibilis, ut in l. ij. Vel ſic ſecundū
Rapha. titulus donationis iuſtus eſt
ad uſucapionē, ſi bona fides poſsidē-
tis interueniat, & uitiū furtiuitatis
ceſſet. h. d. cū l. ſeq. *No. ex l. j. quod 1
traditione & uſucapione pro dona-
to dominium acqritur: & hoc uult
etiā glo. unica ſuper ea. & idem dicas
etiā in aliis titulis habilibus ad trāsfe
rendū dominium, ut l. traditionib⁹.
ſupra de pac. facit l. clauibus. ff. de cō
trahē. emp. & quod dixi in rub. præce
denti in iij. q. *No. ſecundo, ꝙ ſicut 2
ſi dominus donat rem & tradit, trāſ-
fert dominiū, ita ille qui nō eſt domi
nus, ſi donat bona fide, trāsfert uſuca
piendi cōditionē, ut hic. & d. l. claui-
bus. & ita eſt de mente gl. hic, de quo
dic ut dicā ſuper ea. *No. tertio, ꝙ 3
res aliena poteſt donari, ut probatur
hic: nā ſi nō poſſet donari, nō daret
cauſam præſcribēdi ſecundū Azo. in
ſumma, & per Bar. ff. de don. cau. mor.
l. ſi alienā. & l. qui alienā. & ita tenet
hic Bal. in fi. q dicit hoc eſſe mēti te-
nendū. *No. quarto in uerbo, loca. 4
cōiuncto uerbo, uſucepiſti. ꝙ appel-
latione loci uenit etiā res mobilis, ac
cipiendo uſucapionē proprie, q ſolū
cōperit pro reb⁹ mobilib. ut infra de
uſuca. trāsfor. l. unica. & inſti. de uſu-
cap. in prin. & dixi ſ. in rubri. præced.
ſed proprie loquendo ueniūt immo
bilia tantū, & nō mobilia, ut eſt text.
in l. is q. §. j. ff. de relig. & ſump. fu. &
no. gl. in l. locus. in uerbo, fundi. ff. de
uerb. ſig. *Ex quo pōt inferri, ꝙ ſi 5
ſtatutum imponeret pœnā damnifi-
canti locū alienū, non cōpræhēde-
ret illum qui comederet ficus qui ad
ſolem deſiccaretur, uel qui cōſume-
ret aliquā aliā rem mobilē. imo plus
etiam ſi ſtatutū diceret, ſi quis dānū
dederit in alieno loco, puniatur tali
pœna, non cōpræhenderet comedē
tem uel deſtruentē rem mobilē alie-
nam, etiā ſi illa res eſſet in loco alie-
no, quia dum ſtatutū dicit in loco a-
alieno, debet intelligi ꝙ damnū tan
gat ipſum locū, * quoniā dictio, in, 6
quādo ſignificat in loco, ſemper req
rit tactū loci. l. j. §. in flumine. ff. de
flu. de quo plene dixi in d. l. loc⁹. * Et 7
adde ꝙ ꝑprie locus dicitur pars fun-
di, fundus uero eſt quid integrale: ut
dicit tex. in d. l. locus. *Et quis di- 8
catur locus, uide etiā Lappum in cle.
abbates. de reſcrip. & Oldr. in conſi.
clxxvj. & plene dixi in d. l. locus. Et
ex prædictis no. intelligēdo iſtū tex.
proprie, dum dicit, loca, de rebus im
mobilib. coiuncto uerbo uſucepiſti,
quod eſt lex de præſcrip. longi tēpo.
*Et ſic no. ulterius ꝙ appellatione 9
uſucapionis, uenit etiā præſcriptio lō
gi tēporis. de quo habetur per Albe.
de Roſa. in rub. infra de uſuca. tranſ-
for. & dicā in l. j. eo. ti. in iiij. euidētia
li. & plene dixi in rubrica tituli præ-
cedētis in iij. q. & dixi etiā in l. ſi par-
tem. ſuper text. in uerbo, poſſeſsiōis.
ſupra titu. proxi. In gl. j. in uerbo,
non poteſt. ibi, iure traditionis, ſub-
audi, quia incontinenti ſequuta tra-
ditione rei facta donatio transfertur
dominium, ſi donans erat dominus.
l. traditionibus. ſupra de pactis. & ſic
glo. uidetur uelle, quod ubicunque
tranſſer



tranſſertur dominiū immediate à do
mino, traditio eſt cauſa immediata
transferēdi dominium. Sed tu dic ſe-
cundum Bald. hic, quod imo eſt uolū
tas domini traditioni ſubnixa. l. iij.
§. ſubtilius. ff. de condi. ob cauſam.
Voluntas enim ſola nō ſufficit, quia
dominia à poſſeſsione cœperūt, nō
à nuda uoluntate. l. j. in prin. ff. de ac-
quiren. poſſ. horumq; principiorum
ueſtigia remanſerunt maxime in feu-
dis, quia in poſſeſsione cōſiſtit effe-
ctus feudorū. c. j. in tit. quid ſit inue-
ſti. & c. ſciendū. de conſue. re. feu. In
ead. glo. ibi, poſteriore tantum iure
uſucapionis, & c. ſubaudi quando do
natio fuit facta à nō domino, quo ca
ſu transfertur uſucapiendi conditio.
l. clauibus. ff. de contrahen. emp. ut di
xi in j. & ij. not. Extra glo. quæro
quādo cōſtat ꝙ omnis cōtractus in-
nominatus à tota ſua ſpecie eſt pactū
nudum, niſi ſit traditione uel fomen
to aliquo ueſtitū, utrum ex eo tranſ
feratur dominiū per conſtitutionem
precarij. & Bal. hic putat quod etiam
per fictam traditionē etiam in pactis
nudis transferatur dominiū, ſi quaſi
traditio ſit à domino, & uſucapien-
di cōditio, ſi fiat à nō domino. & idē
facit ſecundū eum, confeſsio preca-
rij quod cōſtitutio eius, ut not. in l.
ab empti. ff. de pact. etiā ſi ſit actum,
quod omnis poſſeſsio ſit penes ro-
gantē: quo caſu non liberatur à per-
ſonali obliga. prout cōcernit factum
traditionis. ut no. in l. Iul. §. ex uen.
de act. empt. de qua materia uide per
Doc. & maxime Ang. in d. l. ab emp
& per Cy. in l. j. in ult. q. ſupra quādo
liceat ab emp. diſce. & per Barto. in l.
Pompon. §. ſi is qui precario. & ibi
etiam Doctor. ff. de acquiren. poſſeſ.
& Bald. in l. ij. in pen. quæſt. ſupra de
uſuca. & per Salycet. in l. in traditio-
10 nibus. in princ. ff. de pactis. *Secun
do quæro cum ex contractibus inno
minatis oriatur uſucapio, ut dixi in
quæſt. præcedenti, quis eſt eius titu-
lus, ut dicit hic Bald. quod in do ut
des, eſt titulus pro ſuo. Ex facio au
tem ut facias, non oritur titulus ad
uſucapiendum, nec in do ut facias,
quo ad extremum faciendi, quia uſu
capiones iuris cauſam deſiderant, &
non merum factum, per ea quæ dicta
ſunt in l. ex cauſa. ſupra tit. j ſubdit ta
men hic circa fi. quod nullus titulus
appellatur in do ut des, nec facio ut
des, niſi quis uellet ita magiſtraliter
loqui, ſed hoc magiſterium nulla le-
ge probatur.

DONANTEM. Hæc lex fuit
ſummata ſimul cum præceden-
ti, tamen poteſt ita ſpecie cōtinuari,
res affecta uitio furti, non poteſt uſu
capi titulo pro donato. h. d. Vel ſic,
uitium cōtractationis impedit rē u-
ſucapi. Quod intellige ſecundum
Bal. hic, quando contractatio habe-
ret in ſe factū regulare, ut hic, & l. j.
ſupra titu. proximo. cum ſimilibus.
cum ſeruus.de leg.j. imò plus,huiuſ
modi donationes, quæ morte con-
firmantur, non requirunt aditio-
nem hæreditatis.l.ſequens quæſt.ff.
de lega.ij.& ibi hoc no. Bart.de quo
etiam dicetur j.cum ergo dominiū
fuerit acquiſitum filio à die mortis
I teſt

teſtatoris, ſequitur quòd ex alia cauſa ſeu ex alia donatione hæredum, non poterit amplius dominium acquirere: quia qui ſemel eſt effectus dominus, non amplius efficitur dominus. l. ſequitur. §. lana. ff. de uſucap. & no. per gloſ. ordi. in l. iij. §. ex pluribus. in gl. ij. magna, quę incipit, nota duas regulas. & p Bart. & alios ibi. ff. de acqui. poſ. hoc tamē intelligo uerũ, quādo filius uoluit acceptare & acceptauit dictam donationem poſt mortē patris tanquā morte cōfirmatā: ſed ſi filius nollet acceptare donationē, tanquam morte cōfirmatam, ſed potius ex ratihabitione facta per hæredem, & ſic acquirere ex noua donatione, quia forte uult potiꝰ habere titulũ ab hæredibꝰ quam à patre: tunc poſſet procedere illud quod dicit hic glo. & Cy. clarius in j. q. quia tunc uidetur eſſe receſſum à quaſi legato, ſeu à donatione cōfirmata per patrē: & ratio quæ me mouet, eſt iſta: qa licet illa donatio morte fuerit cōfirmata, tamē ego intelligo quòd cenſetur cōfirmata, & ualere tanquā legatũ, ſcilicet reuocabiliter: quia ſi filius non uult acceptare illā confirmationē ſeu quaſi legatũ, poteſt repudiare, ſicuti legatũ factũ acquiritur legatario reuocabiliter. tamē quia poteſt illud repudiare: ut habetur in d. l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. ff. de leg. j. nec credo quòd haberet obſtare, etiā ſi ſemel dictā donationē à patre acceptaſſet in uita patris, maxime quando res donata fuit tradita filio, quia tunc erat donatio nulla: ut habetur hic in gloſ. & ſuprà dictum eſt: & ſic cũ nondũ fuerit irreuocabiliter acquiſita res donata p mortem patris, niſi filiꝰ de nouo eā acceptauerit, tanquam ex donatione confirmata, puto quòd ſit in electione ipſius filii eligere, ex quo capite uelit ſibi acquirere dictam rem à patre donatam: an ex illa donatione cōfirmata per mortē, uel ex ratificatione facta p hæredes. facit ad hoc l. recuſare. §. Titius. cum ibi not. per Bar. & alios. ff. ad Tre. & quod no. in d. l. iij. §. ex pluribus. cũ ergo expſſe receditur à dicto quaſi legato, quod poteſt, ut dixi. ſequitur quòd tũc habebit rē tanquā donatam ab hęredibus, per no. in d. §. ex pluribus.* Sed 34 quid ſi filius poſt mortem patris nō aliter expreſſe acceptauit donationem factā ſibi à patre, nec etiā aliter repudiauit, & hæredes habuerunt ratam dictā donationē, credo quòd ſit in electiōe filii acceptare, ex quo capite uelit, per prædicta. Ex prædictis itaq; poteſt cōcludi, ꝙ aut poſt mortem patris filius acceptauit, expreſſe donationē factā à patre, eam laudando, & tunc nihil amplius poſſit in dicta re donata acquirere per ratihabitionem hæredum, ex quo prius erat effectus dominus irreuocabiliter, per no. in d. l. iij. §. ex pluribus. ff. de acqui. poſſ. coniunctis his quæ habentur in d. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. de leg. pri. aut filius expreſſe renũciauit donationi factæ à patre etiam poſt mortem patris, & tunc ſequuta ratihabitione per hæredes patris, & filius acceptauit iſtā ratihabitionem, & tũc ualebit ut ex nunc, tanquam donatio facta ab hæredibus: quia uidetur eſſe receſſum à prima donatione facta per patrē: & ita poteſt etiam intelligi gloſſ. & Cy. hic. aut filius non acceptauit, neque repudiauit donationem factam à patre poſt mortem ipſius patris, & hæredes habuerunt ratam dictā donationem, & tunc ſi filius acceptat illā ratihabitionē, ualebit, ut ex nũc, ex quo habebat rem penes ſe: ut l. abſenti. in princip. ff. de dona. & uidebitur eſſe ſimiliter receſſum à prima donatione morte confirmata. & ita

ita etiam poteſt intelligi gl. & Cyn. hic. aut filius qui nō acceptauit donationem paternam, nec repudiauit, non fuit pręſens ratihabitioni: & tunc ſi poſtea ſciuit, & eam ratam habuit, ualebit donatio tanquam facta ab hæredibus: p d. l. abſenti. ſed ſi ſciuit ſimpliciter, tunc eſt in electione ſua, ex qua donatione uelit conſequi dominium irreuocabiliter per prædicta: ſed ſi ignorauit ratihabitionem hæredum, per illam non poterit ſibi dominiũ acquirere, per d. l. abſenti. in ſecundo reſpōſo. ideo ualebit ut ex tunc tanquam donatio à patre facta: quæ omnia tene menti: quia per Doctor. non tanguntur.

Aut hæredes patris nō habuerunt ratam illam donationē, & tunc ſi res erat ipſius patris, morte cōfirmatur. l. donationes quas. ſ. de dona. inter uirum & uxo. & l. ij. cum ibi no. ſ. de inoffic. donat. Et huiuſmodi donatio morte confirmata non ualet, ut donatio iter uiuos: ſed ualet ut quaſi legatum: ut dicit gloſſ. no. in l. filiæ cuius. in gloſſ. j. in fin. ſ. fami. her. & gloſſ. fi. hic, dum dicit, ſed quaſi pro legato. & idem uult glo. in l. ij. in §. filium. in uerbo pro hærede. ibi, quaſi ex cauſa legati. ff. p hærede. & eſt etiam gl. in aut. ex teſtam. & ibi per omnes Doct. & maxime per Bald. ſ. de col. & ſic dicitur ualere iure quaſi legati, & non ueri legati: quia huiuſmodi donatio inter patrem & filium morte cōfirmata, non ſapit per omnia naturā ultimę uoluntatis. ſed Bal. in l. ut proponis. in ij. opp. ſ. de cond. ob cauſam. qui ſubdit, quòd ratio eſt, quia in pluribus non habet uim legati: & primo non habet, quia quo ad confirmationē huius donationis requiritur traditio: ut l. ij. ſ. ſi quis alteri uel ſibi. & no. per Cy. in l. j. ſ. de dona. ante nup. & per Bart. in l. donationes in concubinam. §. pater. ff. de don. & no. Bal. in aut. ex teſtam. in v. c. in fi. Secũdo quia ad cōfirmationem dictæ donationis factam per mortem patris, non requiritur aditio hæreditatis: quia ſola morte confirmatur. l. ſequens q. de leg. ij. & ibi hoc no. Bart. & etiam gl. no. qui hoc dicit expreſſe in d. l. filiæ cuius. in j. gl. in fi. & nō eſt melior alibi ſecũdũ Ang. ibi, & probatur p gl. in l. poſt legatũ. in §. qui mortis. in uerbo legatario. in fin. ff. de his quibus ut indig. & not. Doct. in d. l. filiæ cuius. & in d. aut. ex teſtam. quæ additio requiritur ad confirmationem legatorum. l. eam quam. cum ibi no. ſ. de fideicomm. & habetur in d. l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. de le. j. etiam ſi eſſent legata ad pias cauſas. qa etiā illa non debentur, niſi ſaltem ab inteſtato adeatur hereditas: ut l. ij. ſ. de fideicō. liber. ubi eſt caſus ſing. ſecũdum Ang. in d. l. filiæ cuius. qui etiā ibi dicit quòd de hoc eſt gloſſ. ſing. in l. qui filio. in §. ſeruus. ff. de hære. inſt. niſi loqtur de legato libertatis, quod æquiparatur legato piæ cauſæ. & idem uult Ang. ſecundum Iac. de Are. in d. §. ſeruus. & Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. nunc uero aliqua. uerſic. ſed pone ꝙ ex teſtamento non eſt adita hæreditas, & aditio incipit: hic omittit autor quæſt. & Bald. in l. eam quam. in ij. col. in uer. ſed hic quęro de duobus. ſ. de fidei. & habetur per Bar. & alios in l. j. ſ. de ſacroſan. eccl. & per Bald. in aut. hoc amplius. in iij. colũ. ad fin. ſ. de fideicomm. & per Alber. de Ro. in rubric. ſ. de codicil. & per Paul. de Caſtr. in l. prima eod. titulo.

Tertio dicta donatio inter patrē & filium morte confirmata, non habet uim legati ſeu relicti quantum ad conſũmationē, ſi eſt ultra ſummā quingentorum aureorum: ut in l. donationes. quæ eſt l. antep. ſ. de do

nati.inter uir.& uxo.& ita tenet Bal.
in autē.ex teſta.in iij.col.in uerſicu.
ſed in hoc caue tibi.ſ. de col. & idē
tenet Ang.in d,l.donationes.& Sal.
in l.illud.circa medium.de collatio.

Quarto nō habet uim legati,quā
tum ad tres actiones,quæ cōpetunt
nomine relictorū: ut l.j.ſ. cōmunia
de lega.& inſti.de leg. §.j. ſecūdum
Bal.in d.autē.ex teſtamēto. in prȩal
legato uerſi. Quinto nec quātum
ad confiſcationē,per damnationem
damnatoris ad mortē uel ſeruitutē.
argu.l.res uxoris.C. de donat. inter
uir.& uxo.& l.iij.§.ſed uirū. & qd
ibi no.ff.de minoribus. Sexto nec
quātum ad hoc,ut hȩc donatio in le
gitimam imputetur:licet alia relicta
in legitimam imputetur:ut l.ſi quan
do.§.& generaliter.ſ.de in offi.te-
ſta.& ibi hoc uult gl.in uerbo,quar-
tam.& glo.in l.filium quem habȩn-
tem.ſ.fami.her.& hoc tenet Ang.in
d.§.& generaliter.& Pau.de Ca.ibi.
qui reprobat Bar.in hoc tenētȩm cō
trarium in l.in quarta.in vij.colū. in
princi.ff.ad l.Falci, Septimo,qa hu
iuſmodi donatio nō dicitur legatū,
quia non relinquitur in teſtamēto:
ut dicit glo.j.in fin.in d.l.filiæ cuius.
nec relinquitur in codicillis, neque
in epiſtola: ut dicit Bald.in l.ij.ſ. de
inoffi.dona. Octauo, quia quādo
cōfirmatur huiuſmodi donatio mor
te trahitur retro ad diē donationis:
ut d.l.antepe.ſ.de dona.inter uir. &
uxo. quod non eſt de natura legati.
35 *qd non trahitur retro ad diem te-
ſtamenti, ſed ad diem mortis tantū.
l.ex uerbis.& in hoc not.Bal.in prin
ci.co.tit.& quod dixi, ꝙ huiuſmodi
donatio trahitur retro ad diem do-
nationis,intellige quo ad fructus &
partus, nō autē quantū ad dominiū,
ut not.glo.& Ang.in d.l.antepenul.
& glo.in l.ij.§.j.ff.pro donato.& ibi
de hoc plene per Bar.& glo.in l.ij.in
uerbo,fami.herci.ſ.de inoffi.dona.
& ibi per Doc.& eſt gl.in l.talis ſcri-
ptura. in uerbo ad uniuerſa. circa fi.
ff.de lega.j.& ibi no.per Doc.& pro
batur hoc in d.l.ij.ſ.de inoffi. dona.
licet glo.in l.ſub cōditione.ff.de ſo-
lu.& in l.ſequens quȩſtio.ff. de leg.
ij.teneant contrariū:ſed reprobatur
per Doct.in dictis iurib⁹.& maxime
per Bart.in d.l.ſub conditione. & in
l.j.§.j.ff.pro donato.& Ange.in d.l.
antepenultima.& Bar.in d.l.ſub con
ditione.in fi.j.col.aſsignat rationē,
quia tempore donationis filius non
poterat eſſe dominus propter pater
nam poteſtatē: ut ſæpe dictū eſt: er-
go nō poteſt fingi retro ipsū fuiſſe
dominū,eo tempore quo erat inha-
bilis:& ſic deficiebat tūc habilitas ex
tremorū,per not.in d.l.ij. & ibi hoc
etiā uult Bal.in iij.col.in fi. Nono
quia legata nō debētur legatarijs, ſi
legans moritur ciuiliter.l. eius qui.
ff.de teſt.ſed ſecus eſt in donat. quæ
morte cōfirmatur:ut l.res uxoris. &
ibi hoc not. Ang.ſ.de dona.inter ui.
& uxo.& ſic huiuſmodi donatio cō-
firmatur morte patris donantis,ſiue
ſit mors naturalis,ſiue ciuilis.dequo
uide per Ioan.An.in c.fi.extrà de do
na.inter ui.& uxo.& per cano.ibi. &
maxime per Iaco.de Zochis,qui de
hoc plene dicit:& propter iſta & alia
ſimilia non dicitur hȩc donatio eſſe
uerum legatū,quia in omnibus non
habet naturā legati ſeu relicti: ſed di
citur habere nō quaſi legati, ſeu dici
tur eſſe quaſi legatū, quia participat
etiam de natura contractus: ut patet
ex prȩdictis. Item huiuſmodi do-
natio morte confirmata , non habet
uim contractus inter uiuos quo ad
quædam.Primo quia ſi haberet uim
cōtractus,ualeret incōtinenti dona
tio,& nō expectaretur ut morte con
firmaretur.l.nō omnis.in prin. cum
ibi no.ff.ſi cer.pe. Secūdo quia ex
tali



tali donatione nō oritur cōditio,l.ſi
quis argētum.j.de dona.quia nō cō
firmatur niſi quatenus īteruenit tra
ditio:ut dixi ſ.in uerſic.& ſic dicitur
ualere.nam ſi eſſet uera donatio in-
ter uiuos , etiā ex ſola promiſsione
ſeu ex ſola donatione oriretur cōdi
tio,d.l.ſi quis argentum. ſine aliqua
traditione rei donatæ uel promiſſæ
ex cauſa donationis:per d.l. ſi qs ar-
gentū.& ita uult in effectu Bal. in d.
aut.ex teſtamēto. in iij.col. uerſi.itē
ex tali donatiōe. ſ.de colla.& ex hoc
apparet ꝙ iſta donatio participat de
natura cōtractus,& de natura legati:
nā inquātū reqritur traditio , magis
ſapit naturā cōtractus, l.traditioni-
bus. cū ibi no.ſ.de pac.quām naturā
legati ſeu relicti,qd acquiritur lega
tario,nulla interueniēte traditione:
quia trāſit dominiū recta uia amore
teſtatoris in legatariū ficte,l.a Titi.
ff.de furt.& uere ab adita hȩredita-
te.l.ſi tibi homo. §.cum ſeruus.ff.de
leg.j.cū ibi not.etiā ſine traditione.
l.Lucius.la prima.& l.legatum.ff.de
leg.ij.& no.Bal.in d.l.ij.ſ. de inoffi.
dona.in iij.colū.imo acquiritur etiā
abſenti & ignoranti.l. cum pater . §.
ſurdo.ff.de lega.ij. cum ſi. & inquan
tum ex huiuſmodi dona. non oritur
cōditio.d.l.ſi quis argentū.ſapit ma
gis naturam relicti quam cōtractus.

Tertio quia non debetur euictio
ex huiuſmodi dona.morte cōfirma-
ta,ut dicit Bal.ſecūdum Cy.in d. au-
tē.ex teſtamēto.ſed in dona.inter ui
uos ſolet fieri regulariter iſta diſtin-
ctio:aut eſt incœptū a pmiſsione,&
debetur euictio: aut eſt icœptū a tra
ditione,& tunc nō debetur: ut l. Ari
ſto.la ij.& ibi plene nota.ff.de dona.
cum ſi.& idē tenet Bal. in d.l.ij. ante
fi.pe.col.ſ.de inoffi. dona. qui dicit
ꝙ illud quod dicitur,ꝙ ubi donatio
incipit a promiſsione,uenit euictio,
debet intelligi de promiſsione obli
gatoria : ut d.l. Ariſto. Quarto qa
huiuſmodi donatio facta per patrē
filio,quæ morte confirmatur,poteſt
per donationē in uita ſua reuocari:
ut l.antepenul.ſ.de dona.inter ui.&
uxo.& no.Cy.in d.l.ij.in pri. & Iac.
But.& Bal.in l.filiȩ cuius.ſ.fam.her.
qui dicūt ꝙ iſta donatio habet uim
relicti , niſi pater reuocauerit eam,
quod nō eſſet,ſi eſſet uere cōtract⁹.
l.ſicut.ſ.de act.& obli.l. incōmoda-
to.§.ſicut.ff.cōmo. Quinto quia
filius mortuo patre, nō poteſt uſuca
pere pro donato:ut l.j.§.j.ff.pro do
nato.quia reputatur quaſi legatū : ut
dicitur hic in glo. Sexto quia iſta
donatio ualet ſolū à tēpore mortis:
ut ex nunc quo ad dominium:ut di-
xi ſ.in uerſi.viij.ꝙ nō eſt de natura
cōtractus puri:ut in §.pure.inſti. de
uerbo.obli. Septimo ꝙ nō ſit pro
prie cōtractus, patet:quia obligatio
inter patrē & filiū nō oritur: ut not.
in l.frater à fratre.ff.de condi.inde-
bi.& no.glo.& Bal.in d.l.filiæ cuius.

Octauo quia ſi pater donat rē alie
nam filio,& eam non reuocat, filius
poſt mortem patris uſucapit uel prȩ
ſcribit titulo pro legato,nō titulo ꝓ
donato. ut habetur hic in gl.de quo
ſtatim dicam plene.Et ex his collige
plures effectus huius donationis fa-
ctæ per patrem filio in poteſtate:plu
res alii poſſent inueniri,ſed ſupra e-
numerati ſunt principales.Conclu-
36 ditur etiam ex prædictis,* quod do-
natio inter patrem & filium morte
confirmata,non dicitur proprie do-
natio inter uiuos,quia nō habet ue-
ram naturam contractus : nec dici-
tur proprie legatum , quia ſimiliter
non habet in omnibus naturam le-
gati ſeu relicti: ideo dicitur eſſe qua
ſi legatum , ſeu ualere iure quaſi le-
gati ſeu relicti:ut dicitur in gloſ.iſta
cum aliis ſ.ad hoc allegatis. Et præ-
dicta procedunt , quando pater do-
nauit

nauit filio in poteſtate ſua rem, quæ
erat ipſius patris. * Sed quid ſi pa- 37
ter filio in poteſtate donauit rē alie-
nā, an poſsit filius uſucapere uel pre
ſcribere, ſi credidit donationē uale-
re? & glo. hic in uerbo, non defende
ret. in uerſi. quid autem ſi pater. dicit
quòd non in uita patris: quia dona-
tio nō ualuit inter patrem & filium.
& eſt caſus in l. j. §. ſi pater. ff. eo. nec
iuris error propter quem filius puta
uit donationem ualere, cum non ua
leret, eſt iuſtus ad uſucapiendum.
* Sed ſi queritur an poſt mortem 38
patris ualeat donatio, & quo iure, &
an res donata poſsit uſucapi uel præ
ſcribi. & glo. hic diſtinguit: Aut hære
des patris non habuerunt ratam illā
donationem, & tunc non ualet iure
donationis: quia titulus pro donato
deeſt: & propterea non poterit ex
iſto titulo pro donato uſucapere uel
prę̨ſcribere: ut d. l. j. §. ſi pater. ff. eo.
& l. ſi pater. eo. tit. à contrario ſenſu.
Sed ſi pater non reuocauit donatio-
nem, ipſa donatio morte patris con
firmatur. l. donationis. quę eſt l. ante
penultima. s. de do. inter ui. & uxor.
& capit uires quaſi legati: ut plene
fuit declaratum s. ideo dicit gloſ. ꝙ
pro legato poteſt uſucapi: ſed ſi herę
des patris donantis habuerint ratam
donationem, tunc etiam idem tenet
donatio: & ex tunc poteſt incipere
uſucapere pro donato, quia haben-
do ratam donationem uidetur inter
uenire noua donatio: & ſic nouiter
titulus donationis, ultra titulum pro
legato. & iſto caſu uidetur ſecundū
Cy. hic receſſum à legato, & proce-
dit uſucapio titu. pro donato, ut ex
nunc, ſcilicet à die ratihabitionis. ui
de plene quæ dixi s. in uerſi. ſecun-
do caſu principali. & quod dixi ſecū
dum Cyn. quòd propter ratihabitio
nem uidetur eſſe receſſum à titulo
quaſi legati, intelligo uerū eſſe quā-
do filius uellet uſucapere titulo pro
donato, & non pro legato: ſecus ſi
uellet uſucapere titulo pro legato,
quia tunc poſſet per l. iij. §. ſi ex plu-
ribus. cum ibi not. per gloſ. & Doct.
ff. de acqui. poſ. & facit ad hoc quod
not. Barto. in l. recuſare. §. Titius. ff.
ad Trebel. *Sed iuxta prædicta re 39
uoco in dubium, an donatio facta ꝑ
patrem filio in poteſtate de re alie-
na morte patris confirmetur, maxi-
me ſi hæredes patris non habuerunt
ratam dictam donationem. & gloſſ.
hic, ut dixi, tenet quòd ſic, per d. l. do
nationis. ſed Iacob. de Raue. quem
hic ſequitur Cyn. tenet quòd non
confirmatur, & dicit quòd non eſt
incōueniens hoc affirmare: imo eſt
fere iuri conſonum, ne iuris fictio
procedat contra naturam: unde ꝙ
ſolet dici, donationem morte con-
firmari, intelligit ipſe uerum eſſe in
proprijs rebus donantis, ſed in alijs
naturalis ratio reſiſtit fictioni iuris,
ut non procedat cum aliena iactura:
& ſic ne iſta fictio inducatur contra
naturalem æquitatem, ad prę̨ſtandū
titulum filio, incip. iudiciū, puta ue-
ri domini. Et hanc opi. confirmat Sa
lyce. hic: tamen quia ſi uſucaperet fi-
lius titulo pro legato, hæc uſucapio
ſtatim poſt mortem patris, uel ſaltē
ab adita hæreditate inciperet: igi-
tur ſi poſtea hæredes donationem
confirmarent, ex tali donatione nō
procederet uſucapio pro donato, qa
probat tali donatione: nam ſicut ex
pluribus cauſis non poteſt dominiū
acquirere, ut habetur in dicta l. iij. §.
ex pluribus. ff. de acquiren. poſſe. ita
nec ex pluribus cauſis quis ſucceſ-
ſiue uſucapere poſſet: quia ex ſecun-
da eſſet fruſtratoria, cum iam ſit effe
ctus dominij ex prima: ſed conſe-
quens eſt falſum, quia pro ratihabi-
tione hæredum uſucapiat pro lega-
to. & iſta opinio. Cyn. tenet hic Pau.
de Caſtro



de Caſtro: ſed Pe. de Bellaper. ut re-
tert hic Cy. in fin. tenet opi. gloſ. no-
ſtrę, qui nō facit differentiam an pa-
ter donauit rem propriam, uel alie-
nam. & iſtam opi. approbat hic Bald.
& Ange. Albe. de Roſ. recitat utran-
que opi. hic, & remittit ſe ad notata
plene per eum in l. ij. s. de inoffi. do
na. & iſtam opi. gloſ. tenet Bar. in l. j. 40
§. j. ff. eo. & ibi etiam Ange. & idem
tenet hic Salyc. qui dicit quòd leges
quæ uolunt, ut hęc donatio facta per
patrem filio, habeat uim quaſi lega-
ti, loquuntur generaliter: ut l. filiæ
cuius. s. fami. hercíſ. & l. donationis.
s. de dona. inter uirum & uxor. con-
iuncta l. in donationibus. s. ad l. Fal-
ci. & ſic tā in re ꝓpria, quàm in alie-
na. l. alienā. s. de leg. Nec obſtat ſecū
dum Saly. ratio Ioan. de Rauanis: qa
præiudiciū quo propter uſucapionē
grauatur dominus ex iſto titulo qua
ſi legati, procedit ex culpa ipſius do-
mini iam petentis, ideo nō conſide-
ratur: ſed potius rigor iuris, qui tali
æquitati derogat, ne dominia rerū
ſint in incerto. l. j. cum ibi nota. ff. de
uſuca. & inſti. eo. ti. in prin. Nec ob-
ſtat ſecūda ratio, quia dicit quòd per
ratihabitionem non impeditur præ-
cedens uſucapio pro legato ſeu qua
ſi legati: nec habet tunc locum uſu-
capio pro donato, quia locum habet
quādo donatio fuit reuocata expreſ
ſe uel tacite per defunctū, ita quod
ceſſet utriuſque quaſi legati: tunc
enim confirmatio hæredis operatur
ut ex tunc pro donato uſucapiat. &
ita loquitur, ff. pro donat. l. ſi pater.
ibi enim propter exhæredationem
intellige tacitā, reuocata ideo mor-
te, non confirmatur. & ſic uult Saly.
quod ſecus eſſet, ſi donatio non fuiſ
ſet reuocata expreſſe uel tacite, quia
ex quo tunc ualeret & procederet
uſucapio ex titulo quaſi legati, non
poſsit ualere & procedere uſucapio
amplius pro donato: quia eſſet fru-
ſtratoria. & hoc cōfirmo: quia quod
ſolum mihi perfecte acquiſitum eſt,
amplius acquiri non poteſt. l. ſequi-
tur. §. lana. ff. de uſucap. & quod ſe-
mel meum effectum eſt, amplius
meum effici non poteſt. inſti. de act.
§. ſic itaque. & c. inter dilectos. in fi-
ne. extrà de fide inſtrumen. *Item
quia quando duæ cauſę concurrunt
idem, inſpicitur quæ celerius ope-
ratur effectum ſuum. l. ſi ita quis ſti-
puletur, ſiue nauis ex Aſia uenerit.
ff. de uerborum obligationib. & l. ſi
quis itaſcripſerit, Titius ex parte.
ibi, cum non proſit ei conditio. & l.
ſi ita ſcriptum fuit, Titius & Titia-
nus. in fi. ibi, plenior eſt enim quàm
prima. ff. de hæredib. inſtituend. fa-
cit quod notat in ſimili Baldus in l.
prima. in penultima col. in uerſicul.
aduerte non ſolum. s. de ſeruis fug.
Ego autē teneo hoc eſſe uerum,
quando filius donatarius poſt mor-
tem patris uellet inniti ex donatio-
ne morte confirmata: ſed ſi uellet
potius uti beneficio donationis fa-
ctæ per hæredes patris, quæ cauſatur
ex eadem ratihabitione, non teneo
quòd ualeret donatio, & uſucaperet
uel prę̨ſcriberet filius titulo pro do-
nato tantum, ut dixi s. in uerſicu. ſe-
cundo caſu principali. poſt unam co
lum. ibi, hoc tamen intelligo uerum
quādo filius noluit acceptare &c. &
s. in uerſiculo, ſed quid ſi pater filio
in poteſtate donauit. ibi, & quod di-
xit &c. ſecūdum Cynum, &c. Quod
ego confirmo per text. in l. prima. s.
de ſer. fugi. ubi probatur quòd licet
in re mobili cadat uſucapio trien-
nii, ut l. prima. infrà de uſucap. tranſ-
for. & non præſcriptio x. uel xx. an-
norum. ut l. in ſeruorū. infra in qui
bus cauſis ceſſat longi tēporis pſcri.
tamē ſi qs nollet uti beneficio uſuca
pionis, ſed prę̨ſcriptionis tantū: tunc

etiam in re mobili curreret præſcri
ptio x.uel xx.annorū:ut eſt caſus no
ta.ſecūdum unā lec in d.l.j. ſecundū
Richar.Mal. quē ſequitur ibi Bar. &
Ang.& idem tenet etiam Ange.in l.
hæres inſtitutus.ff.ad Trebell. & in
l.uſucapio.ff.de pig.de quo per Do-
cto.in d.l.j.s̄.de ſer.fug. & dicam de
hoc uobis plene in d.l.in ſeruorum.

Contra prędicta oppo.nā uidetur
ꝙ res aliena donari nō poteſt: quia
donari non poteſt,niſi quod eius ſit
cui donatur.l.in ędibus.§.fina.ff.de
dona.ſed ſi res donata nō eſt donan
tis,ſed aliena, non pōt donans tranſ
ferre dominiū.l.clauibus.ff.de con-
trahen.emp.coniuncta l. traditio.ff.
de acqui.rerū domi.ergo uidetur ꝙ
nō poſsit donari res aliena.&hoc cō
trariū format hic glo.fi.in fi. quæ ſol
uit hoc modo dicēs,ꝙ res donata ſit
eius cui donatur,ſcilicet quo ad pro
poſitum donantis:ut l.quęcūque.§.
j.ff.de plus.Vel ſecūdo modo poteſt
ſolui,dum dicit in d.l.in ędibus.§.fi.
ꝙ ſit eius.expone, id eſt fieri poteſt,
uel fieri ſperatur traditione & tēpo-
ris continuatione,ſecūdum Dy.quē
ſequitur Cy.hic in ſecūda oppoſi. &
Bal.Vel tertio modo pōt ſolui ſecū-
dum Bal. hic, ꝙ donatio dicitur lar-
go modo cuiuſdam lucri datio. Itē
quia dat occaſionē lucrandi fructus,
licet extēſiones proprie,nō acceſsio
nes dicantur donari:quia ſunt ſecu-
tiuæ rei,nō ſunt ſecutiuę cōtractus:
quia nō cadunt in cōtractum ſecun-
dum formā contractus: & ideo non
augēt in quantitate donationē, ne-
que requirūt inſinuationē. ut elegā
ter not.in d.l.in ædibus.in §.ex re-
bus. per tex.glo.& Doc.de quo con
tra uide etiam glo.& Doct. in d.l. in
ædibus. Sed aduerte, qa licet quā
do pater donat rem proprie filio in
poteſtate morte confirmetur, & tra
hatur retro quo ad fructus: ut nota.
Bar.in l.j.§.ſi pater.ff.pro donato.&
Ange. in l. antepenul.s̄.de do.inter
ui.& uxo.& plene dixi s̄.tamen tenē
do iſtā op.q eſt cōmunis, uidelicet
ꝙ donatio facta per patrem filio in
poteſtate de re aliena, morte confir
metur,ut dixi,uidetur quòd iſta con
firmatio non trahatur retro ad diem
cōfirmationis:etiam quātum ad fru
ctus:quia cum tractatur de uſucapio
ne quę eſt odioſa,nō retro trahatur,
ne quis locupletetur cum aliena ia-
ctura.& hoc ſingulariter tenet Bart.
in d.l.j.§.ſi pater.circa princi.ff. pro
donato.ſed Bal.hic in ij.col. in prin.
referendo Bar.dicit hoc non eſſe ue
rum: quia quo ad fructus bonæ fidei
poſſeſſor loco domini habetur,ut ff.
de uſu.l.qui. ſic poteſt dici ꝙ uſuca-
pio nō eſt odioſa,ſed morte fauora-
bilis: ut inſti.de uſuca. in princi. nec
pręſcriptio longi temporis:quia illa
eſt partim fauorabilis, partim odio-
ſa.l.more litis.s̄.de rei uendi. ut no.
Bar.& alij.in l.fi.ff.de eo per quē fa-
ctum erit:& dixi s̄.de uſuc.pro emp.
ſuper rubri. Vt autē hęc materia ple
nius intelligatur, *An, & quando 41
res donata à patre filio poſsit uſuca-
pi uel pręſcribi,ita diſtingue ſecun-
dum Bar.in d.l.j.§.j. circa fin.ff. pro
leg.& Salyce.hic, q refert de uerbo
ad uerbum dicta Bart. in d.§.j. & de
eo non facit mentionem aliquam.
Aut pater donauit filio emancipato,
& tunc quia ualet etiam in uita pa-
tris,procedit uſucapio titulo pro do
nato: ut probatur in l. j.§. ſi pater.à
contrario ſenſu.ff.pro donato. & in
d.l.pen.ff. pro ſuo. ſecundum unam
lect.Aut pater donauit filio in pote-
ſtate: & tunc aut conceſsio eſt facta
ut filius habeat in peculio ut tūc, qa
pater non habet animum transferē-
di dominium in filium, non eſt do-
natio:ideo non uſucapit:ut dicto §.
ſi pater.& ibi gloſſ. & Bartol. Aut ei





donauit ut proprium haberet, & nō
in peculio: & tunc aut ei donauit
ut bene merito,& ſic ut extraneo,&
tunc ſi merita præceſſerunt, & hoc
conſtat, & ſtatim ualet donatio, ut
no.in l. ſi donationes.s̄. de collat.&
in auten. unde ſi parens.s̄.de inoffi.
teſta.& ideo nō procedit uſucapio.
Aut de meritis non conſtat,uel do-
nauit filio ut filio, quia iſti duo ca-
ſus in idem recidunt. Et tunc aut fi-
lium ex poſtfacto emancipauit, &
hoc caſu quia ex tunc confirmatur
donatio, l. donationes in concubi-
nam. §. pater. ff.de dona.& ex tunc
incipiet uſucapere. Aut eū non emā
cipauit, ſed tamen in poteſtate reti-
nuit,& tunc in uita patris non uſuca
pit,ut in d. l.j. §.j. ff. pro donato. &
uult glo.hic.ratio,quia donatio non
ualuit in uita patris,ut ibi. Aut quæ-
ritur, an poſt mortem patris ualeat
donatio, & poſsit uſucapi,& quo ti-
tulo:& tunc dic, Aut donatio nō fuit
expreſſe uel tacite per patrem reuo-
cata,ita quòd morte confirmetur,&
hoc caſu uſucapitur titulo pro lega-
to. improprie tamen ſecundum Sa-
ly.quia debet dici,quòd uſucapit ti-
tulo pro quaſi legato.& ita no.gl.in
l.ij.§.filium.ff.pro hærede.& dixi ſu
per gloſ.ij.quæ facit mentionem de
iſto quaſi legato: poſſet etiam filius
hoc caſu uſucapere pro donato,ſi hę
redes haberent ratam iſtam donatio
nem,& uellet filius ſolum uti bene-
ficio iſtius ratihabitionis, ut dixi s̄.
in uerſi.ego autē teneo hoc eſſe ue-
rum. Aut donatio fuit reuocata ex-
preſſe uel tacite,puta per exhæreda-
tionem,& tunc filius non poteſt uſu
capere ti.pro legato,nec tit.pro do-
nato, niſi hæredes illam donationē
ratificent, & ex tunc ex noua dona-
tione tantum uſucapere poteſt filius
tit. pro donato. & ita loquitur d.l.ſi
pater.ff. pro donato. & per hoc ha-
bes ueritatem huius materiæ claræ.
Et circa prædictam diſt. uide etiam
Bart.in quodam ſuo conſilio,in nu-
mero meo clxx. quod incipit, ut li-
queat cum pater donat filio &c. ubi
diſtinguit de uerbo ad uerbum,ſicut
diſtinxit in dicta l.j.§.j.ff. pro lega-
42 to. *Sed poteſt circa prædicta du-
bitari de una q.quotidiana,quā for-
mat hic Bal.in fine.Pone quòd pater
diuiſit bona inter ſe & filiū, & filius
fuit ſtipulatus pro ſe & eius hæredi-
bus & poſteris, modo poſito ꝙ non
ualeat talis diuiſio inter patrem & fi
lium in poteſtate, ſicut non ualet ea
intentione, ut perpetuo & irreuoca
biliter ſit penes filium,ut eſt tex.ele
gās in l.pen. §.ſi pater.ff.pro ſuo.&
probatur in l.quoties.s̄.fa.erc.ſecun
dum Bal. hic,in j.col. & probatur in
l. quid ergo. la ij.ff. de leg.j.& in l.ſi
filia. §. ſi pater.ff.fa.erc.an ualeat ſal
tem reſpectu nepotum, qui naſcun-
tur poſt mortem aui, ac ſi nunquam
fuerint in poteſtate aui.& uidetur ꝙ
ſic, quaſi reſoluto impedimento ar.
l.Seia.ff.de dona.cauſa mor.in gloſ.
quæ incipit,uideri dicit.nam contra
ctus iſte uidetur habere duas clauſu
las, unam quæ refertur ad filium, &
aliam quæ refertur ad poſteros,etiā
tam cōtinuatiue quàm de per ſe in-
telligi debet.iuxta not. per gl.prædi
ctam uerſ.& nota quòd duæ.ſed Bal.
hic in fin.tenet contrarium, & reſpō
det ad illam glo. quòd ibi erant duæ
clauſulæ formaliter diſcrepātes, hic
non eſt quædam continuatio eiuſ-
dē tenoris, ſicut cū quis recipit em-
phyteoſim pro ſe & filiis,ut in c.j.an
agnatus uel filius.in uſi.feu.& à pri-
mordio tituli,poſterior formatur e-
uentus,ut l.j.C.de impo. lucra.deſc.
43 lib.x. *In ea.gl.ibi, item quid ſi uir
uxori &c.quæritur in iſta gl.an ſi ma
ritus donat uxori,uel econtra, uxor
donat marito, locum habet uſuca-

pio.& reſpondeo diſtinguendo, aut
donauit rem propriam, & nō habet
locum uſucapio, ut ff. pro dona.l.j.
§.ſi inter. aut alienā, & tūc habet, ut
eo.tit.l.ſi uir. Sed tu diſtingue la-
tius, aut donauit rem propriā, & do-
natio non ualet, quia donans efficе-
retur pauperior, & ille cui donatur,
locupletior, ut in toto ti.ff.de dona.
inter ui.& uxo. & maxime in l.ſi ſpō
ſus. §.cōceſſa.& §.ſi maritus. eo.tit.
& tunc ſicut donatio non ualet, quia
eſt à iure prohibita, ita nec procedit
uſucapio. & ita poteſt intelligi d.l.j.
§.ſi inter uirum.& §.item ſi uir uxo
ri.& hoc uult gloſſ.ibi in uerbo ceſ-
ſare.& hoc procedit etiam ſi poſt do
nationem factam diuortium inter-
ceſſerit, quoniam donatarius nō po
tuit ſibi cauſam poſſeſsionis muta-
re.ar.tex. in d.§.item ſi uir uxori. &
hoc caſu * quando non ualet dona- 44
tio, ſi donatarius putabat eam uale-
re, facit fructus ſuos induſtriales, nō
naturales. l. fructus. ff. de uſur. alias
ſecus.l. quod uxor.ff.de acqui.poſſ.
ſecundum gloſſ. quæ ita notabiliter
dicit in d.l.j. §.ſi inter uirum.in uer-
bo, uſucapio.quam tene menti. Aut
donatio ualuit à princi.puta quia do
nans non eſt effectus pauperior, nec
donatarius locupletior, ut d. §.con-
ceſſa.& §.ſi maritus.& tunc cum res
efficiatur donatarij, ex quo erat do-
nantis, non poteſt procedere uſuca-
pio in re effecta propria. l. ſequitur.
§.lana.ff.de uſucap. Aut donatio
ualuit ex poſt facto, uel quia poſt di
uortium eam ſibi donans conceſſe-
rit, uel quia morte donantis confir-
mata eſt donatio, iuxta l. Papinia-
nus.cum ibi no.ff. de dona.inter ui.
& uxo.& iuxta no.in l.ij.s.de inoffi.
donat. & in hoc caſu, quia ualet ex
nunc quando eſt mortuus donans,
uel quando conceſsit poſt diuortiū.
& idem ut non poſsit uſucapere,
cum res ſit effecta donatarij eadem
ratione, & argum.d.l.j. §.item ſi uir
uxori. uerſicu.alias à contrario ſen-
ſu. quia ibi loquitur quando dona-
uit rem alienam. & ſic concludo ſe-
cundum gloſſ. quòd ſi coniunx do-
nauit rem propriam, non poteſt in
ea procedere uſucapio. Aut con-
iunx donauit rem alienam alteri cō-
iugi.& in hoc ſubdiſtingue, aut do-
nando efficitur donans pauperior,
puta quia eius rei nomine alteri eſ-
ſet obligatus, & tunc non procedit
uſucapio, quia donatio non ualet, &
ſic deficit titulus, ut uult gloſſ.in d.l.
j. §. item ſi uir uxori.in uerbo ceſſa-
re.ff. pro donato. & ita uult hic etiā
Saly. & Ang. in d. §. ſi inter uirum.
qui dixit per illam gloſſ. quòd con-
iunx coniugi etiam rem alienam
donare non poteſt, quando donans
efficeretur pauperior. Aut con-
iunx donans non efficitur paupe-
rior, donando rem alienam, puta
quia eius rei nomine alteri non eſ-
ſet obligatus, & tunc donatio ualet,
ac ſi eſſet facta ab alio quàm coniu-
ge de re aliena.iuxta l.rem alienam.
cum ibi no ff.de contrahen.empt.&
iſte eſt caſus in d.l.ſi uir uxori.ff.pro
donato. ſecundum Angel. in d. §.ſi
inter uirum.& ita etiam ſentit gloſſ.
in d. uerbo ceſſare. ſed iſto caſu ſe-
cundum Sal.hic uſucapio interrum-
pitur, ſi ante uſucapionem comple-
tam fiat diuortium, ut d. §.item ſi
uir. & eſt ratio ſecundum eum, quia
tunc facto diuortio, reuocatur do-
natio, ut l.ſed interim. §.fi.ff.de do-
na. inter uirum & uxo. de quo uide
per Ange.& Docto.in l.diuortio.ff.
de uerborum oblig. ubi declaratur,
*an & quando donatio facta inter ui 45
rum & uxo. reuocetur per diuor. &
ſic in caſu quo reuocatur, uel reuo-
cata eſſe intelligitur donatio, deficit
titulus, & per conſequens uſucapio
ulter



ulterius nō procedit, ut l.fi.j̄.de uſu-
cap.pro hærede. & quia ſicut ſine iu
ſto titulo nō poteſt uſucapio inchoa
ri, ut l.j. j̄. de uſucapio. transfor.ita
nec inchoata poteſt perfici. ar.l. Vra
nius. ff.de fideiuſſo. quomodo autē
poſsit procedere uſucapio, quando
donatur res aliena, ſi donans ſciuit
uel ignorauit rem eſſe alienā, & do-
nationem ualere uel non ualere, &
ſic ſciuit uel errauit.uide gloſ.nota.
quæ hoc declarat in d.l. ſi uir uxori.
ff.pro don. & ibi plene ꝑ Dy.& Bar.
& alios ſcribētes ibi. Sed cōtra præ
dicta op. dū dictum eſt, ꝙ res aliena
donari poteſt & uſucapi. nā imo ui-
detur ꝙ nullo modo poſsit donari,
& ſic iſte titulus pro donato nūquā
habet locum, quia donari nō poteſt
niſi id quod donatur, fiat eius, cui do
natur.l.in ædibus. §.fi.ff.de dona. &
per cōſequens nō poſsit titulus do-
nationis tradere in re aliena dona-
ta.gl.hic finalis in fi. ſoluit dicens, ꝙ
cōtrarium procedit quo ad propoſi-
tum donantis, ut ff.de pub.l.quæcu-
que. §.j.in fi. & ita tenet glo.in d. §.
fi.in ij.ſolu.dicens ꝙ hoc caſu poteſt
procedere uſucapio pro don.uel ſo.
ſecūdum Cy.& Alb.& Bal.hic expo-
nēdo literam d. §.fi. dū dicit ꝙ eius
fiat, id eſt fieri poteſt, ſeu ſperatur ꝙ
fieri poſsit traditione, uel temporis
cōtinuatione.& hūc intellectū ſequi
tur Dy.ſecūdum Cy.hic. & intellige
ꝙ eius fit, ſcilicet actu uel habitu, q̄a
licet donando rem alienam, donata
rius non efficiatur dominus actu, ef
ficitur tamen habitu, quia talis dona
tio tribuit titulum pro donato, ut in
toto hoc titulo, & ff.eo.ſecūdū Paul.
de Ca.qui ita declarat in d.l.in ædi-
bus. §.fi. Vel tertio ſo.ſecūdum Bal.
hic, ꝙ dicitur donatio largo modo
cuiuſdā lucri datio.Item dat occaſio
nem lucrandi fructus, licet acceſsio
nes proprie non dicatur dona, quia
ſunt conſecutiuæ rei, nō cōſecutiuæ
cōtractus, quia nō tradunt in cōtra-
ctu, ſecūdū formā cōtractus, & ideo
nō augent quātitatem donationis,
nec requirunt inſinuationem, ut ele
ganter no.per gl.in d.l.in ædibus. §.
46 ex rebus.de hoc tamen * an donatio
rei alienæ requirat inſinuationē, ui-
de notabiliter per Bal. in l.poſt mor
tem.in ult.col.s.de fideic.ubi decla-
rat, an donatio rei alienæ dicatur ꝓ-
prie donatio. & ſubdit in fi.ſingula-
riter, ꝙ quo ad dominiū, nō eſt pro-
prie donatio, quia illud in donata-
riū nō cōfertur incōtinenti, ſicut ui-
detur eſſe de natura donationis, ut
d.l.in ædibus. §. fi. ſed quo ad titulū
eſt proprie donatio.quod tene mē-
ti, quia poſſet hoc induci ad deciſiō-
47 nem multarū quęſtionū. * Vltimo
circa prędicta poteſt quæri, quare in
re aliena donata cōiugi, ſtatim pro-
cedat uſucapio inter uirum & uxo-
rem, ut s.dictum eſt ſuper gl.fi.circa
uer.pen. ſed non ſic inter patrem &
filium in poteſtate conſtitutū, ut di-
xi plene s. de re donata per patrē fi-
lio in poteſtate, an poſsit uſucapi uel
pręſcribi.& Bar. de Sal.hic in fin.qui
mouet iſtam q. reſpondet dicens, ꝙ
ratio differētiæ eſt, quia inter patrē
& filium in poteſtate indiſtincte eſt
prohibita, licet res ſit aliena, quia cū
à patre proficiſcatur, profectitia cen
ſetur, ut ſi quæreretur filio, quęrere-
tur ipſi patri.l.cū oportet.in princ.s.
de bonis quæ lib.& melius probatur
in l.j.ff.ſi quis à patr.fue.ma.& adde
rationem, quia in profectitiis hodie
nihil eſt innouatū, quia quicquid in
illis acquirit filius, acquirit etiam ho
die patri, ut no.Doct.in l.ſi quis mi-
hi bona. §.iuſſum.ff.de acqui.hære-
di.& Bar.& alij in l.j.s.qui admit.ad
bo.poſſ.& ſic idē reperiretur eſſe do
nas, & donatarius. iuxta no.in l.fra-
ter à fratre.ff.de condi.inde.ſed do-
natio

natio inter uirum & uxorem nõ eſt
prohibita, niſi quando donator effi-
citur pauperior, ut l.j.& ij.& l.ſi ſpõ-
ſus. §. conceſſa.& §.ſi maritus.ff.de
dona. inter uirũ & uxo. ideo poteſt
procedere uſucapio in illis rebus do
natis per coniugem, quãdo donans
non efficeretur pauperior, per d.iu-
ra, ut s̄.declaraui.

# DE VSVCAP.
## PRO DOTE.

DICTVM eſt ſupra in duobus
titulis præcedentibus de uſucapio-
ne, quæ procedit ti.pro emptore, &
tit.pro donato: uerum quia etiam ti.
pro dote ꝓcedit uſucapio, ideo ſub-
iicitur hec rubr.de uſucap.pro dote.
Et circa iſtam rub. adde quæ dixi
s̄.de uſucap.pro empt.in ij.q.

SVMMARIVM.

1 *Titulus pro dote habilis eſt ad uſucapiendum, & quidem iuſtiſſimus.*
2 *Vſucapio pro dote locũ habet, ſoluendo in rebus mobilibus, non autem in immobilibus.*
3 *Vſucapionis appellatione largo modo ſeu improprie, etiã præſcriptio uenit.*
4 *Maritus rei dotalis dominus eſt.*
5 *Maritus rem dotalem poßidet.*
6 *Dare eſt dominium transferre.*
7 *Rem ſuam nemo uſucapere poteſt.*
8 *Res quando in dotem traditur, in dubio actum uidetur, ut ſtatim res mariti accipientis fiat.*
9 *Sponſa ſi ante matrimonium contractum rem alienã in dotem ſponſo tradiderit, et ſic marito futuro, an interim antequam matrimonium ſequatur, illam rem uſucapere poßit, & ſi poßit, quo titulo, an ſcilicet pro dote, uel pro emptore, uel pro ſuo.*
10 *Dos nulla ſine matrimonio eſſe poteſt.*
11 *Vxor ſi constante matrimonio rẽ alienam in dotem tradiderit, uel ante matrimonium, uel poſtea ſecutum eſt, an maritus illam uſucapere poßit, et quo titulo.*
12 *Mulier quando dediſſet omnia ſua bona, puta hæreditatem marito ſuo in dotem, an tũc ſi in bonis mulieris res alienæ eſſet, in illis uſucapio ꝓcedere poßit.*
13 *Mulier ſi constituerit dotẽ marito ſuo de omnibus bonis ſuis, an illorũ bonorũ dominium ſine traditione tranſeat.*
14 *Societate omnium bonorum, omnes ſocietatis res communicantur.*
15 *Bona omnia uel hæreditas quãdo in dotem dantur, uel quando ſuper bonorũ uniuerſitate aliquis contractus fieret, dominium ſine traditione non tranſit.*
16 *Vxor eſt ſocia diuinæ & humanæ domus.*
17 *Leges omnes pro ſocio, ad matrimonij materiam induci poßunt.*
18 *Dominium in omnibus caſibus, in quibus ſine traditione tranſit, non tranſit ipſa poſſeßio.*
19 *Dominium ſine traditione ſi ex dotis contractu non tranſit, an ſaltem per uiam ceßionis tranſeat.*
26 *Permittere aliud eſt, & aliud cedere.*
21 *Mulier an omnia bona in dotem dare poßit, & nunquid in dubio in dotem omnia bona dediſſe præſumatur.*
22 *Maritus an ex rebus ſibi in dotẽ traditis fructus lucret, antequã ꝑ uerba de præſenti matrimoniũ cõtrahatur, licet per uerba de futuro cõtractum fuerit.*

RES MOBILES. Ma
ritus bonæſidei poſſeſ
ſor, rem mobilem ſibi
in dotem datã nullo ui
tio affectam, uſucape-
re poteſt titulo pro dote. hoc dicit.
In tex.ibi, res mobiles, ſubaudi in-
æſtimatas. In tex.ibi, in dotẽ datã.
ſubaudi cõtracto matrimonio, ut l.j.
uerſi. cõſtante autẽ matrimonio. &
l.fi.ff.eo.ti. Et adde qd dicã j̄.i uer.
ſed opponitur contra tex.ubi decla-
ro uerbũ, dare, hic appoſitum in tex.
In tex.ibi, ſi ſine uitio. ſubaudi, qa
tradens



tradens habuit bonam fidem, & iſtæ
ſubauditiones ſunt neceſſariæ pro
declaratione huius legis, qa per eas
ceſſant omnia cõtraria, ut apparebit
ex his q̃ dicũtur in gl.& per ea q̃ di-
1 cã ſuper ea. *Not.primo ꝙ titulus
pro dote eſt habilis ad uſucapiendũ,
& quòd eſt iuſtiſsimus.l.j. in prin.ff.
eo.Et ratio eſt, qa generaliter omnis
titulus qui eſt habilis ad trãslationẽ
dominij, facta traditione, ut eſt titu-
lus dotis.d.l.doce ancillam.s.de rei.
uend. eſt etiã habilis ad uſucapiendi
cõditionẽ, facta traditione a non do
mino cõcurrente bona fide, & remo
to omni uitio, ut probatur in l.claui
bus.ff.de cõtrahen.empt.de quo dic
ut plene dixi in l.pen. s̄.ti.ij.& adde
2 quod dicã j̄.in iij.no. *No.ſecũdo
in prin.dum dicit res mobiles, quòd
uſucapio pro dote locũ habet ſolũ-
modo in rebus mobilibus, non autẽ
in immobilibus, qa in illis habet lo-
cum ſolum pſcriptio, nõ uſucapio, ut
l.in ſeruorũ.j̄.in quib.cau.ceſ.longi
tẽporis præſcr.ſecũdum Cy.hic.Po-
teſt etiã intelligi iſte titulus ut loq-
3 tur de pſcriptione,* quia appellatio
ne uſucapionis, uenit etiã pſcriptio
largo modo, ſeu ĩproprie, ut eſt tex.
cum gl.in uerbo, uſucapiantur.inſti.
de uſucap.in princ.& gl. in l.iij.ff.de
uſuca.ut dixi s̄.ti.ij.ſuper gl.rubri.in
ſecũda cõtinuatione.& in iij.q.extra
gl.ſup rubri. ibi.& uide quod dixi in
l. ſi partẽ.in vj.no.eo.ti.de uſuc.pro
emp.ubi omnino uide. & adde etiã
quæ dicã in d.l. in ſeruorũ.& habe-
tur per gloſ.& Doc.in l.j.s.de ſeruis
4 fugi. *No.tertio ex iſta l.ſecũdum
Bart.hic, ꝙ maritus eſt dominus rei
dotalis, quod patet, quia ſi in eũ non
transferretur dominium à domino
donãte, nõ transferretur uſucapien-
di cõditio, quãdo res traderetur in
dotẽ à nõ domino ſecũdũ regulam
l.clauibus.ff. de cõtrahen.emp.ut di
xi in primo notabili.& ꝙ maritus ſit
dominus rei dotalis, probatur etiam
in l.doce ancillam.s.de rei uendi. &
in l.in rebus.s̄.de iure do.& in dictis
5 iuribus habetur per Docto. *Not.
quarto ſecũdum Bar.ꝙ maritus poſ-
ſidet rem dotalem, quia ſi nõ poſsi-
deret, nõ uſucaperet, ut l.ſine poſſeſ
ſione.ff.de uſuca.& probatur in l.Põ
po.§.ſi in dote.& ibi per gl.& Doc.
ff.de acquir.poſſ.& in l. dotis.s.ſol.
ma.niſi quãtum ad ſatiſdationẽ, ut l.
ſciendum. §.ſi fundus.ff.qui ſatiſda.
cog. & in tantũ dicitur maritus poſ-
ſidere rem dotalem, ꝙ etiã ſol.mat.
nõ poteſt uxor, uel eius hæredes ac-
cipere rem dotalem propria autori-
tate, ſed debet accipere de manu hæ
redum mariti, uel cũ autoritate iudi
cis, ut eſt caſus no. in d.l.dotis.licet
contrariũ his diebus fuerit per unũ
prætorẽ iudicatum, & eius ſententia
fuerit per dominos auditores no-
uos ſententiarũ intromiſſa, & recte.
Opp.cõtra tex.noſtrũ, dũ dicit, in
dotẽ datæ, quãuis alienæ.nã iſta uer
ba uidentur implicare contradictio
nem duob. modis, cõtra l.ubi repu-
gnãtia.ff.de reg.iu.Primo modo ſic.
nam ſi res erãt alienæ, nõ potuerunt
6 dari in dotẽ, *quia dare ſignificat do
miniũ trãsferre.inſt.de act. §.ſic ita-
que.& ille qui nõ eſt dominus, non
poteſt dominiũ trãsferre.l.traditio.
ff.de acqui.re.do.Secũdo modo ui-
detur etiã implicare cõtradictionẽ.
nam ſi res fuerũt datæ in dotẽ, & ſic
dominiũ à principio fuerat transla-
tũ in maritũ, propter uerbũ dare, nõ
7 potuerũt uſucapi: *quia nemo rem
ſuã uſucapere poteſt.l.ſequitur.§.la
na.ff.de uſuc. niſi poſsit res ab eo a-
uocari.l. ſi ui.s.quod metus cauſa.&
l.in bello.§.ſi qs ſeruũ.ff.de capt. &
poſtli.reuer.& no.Bar.in l.ſequitur.
§. fructus.circa fi.ff.de uſuc.ſo.ſecũ
dũ Bal.hic.tex.iſte dũ dicit, dare, de-
bet

bet exponi ſcilicet eum deſtinatio-
ne,& de facto traditæ.aliâs procede
rent prædicta cõtraria ſecũdum re-
pugnãtia, & ideo magis propriè lo-
quutus eſt iuriſcõ. Vlpi.in l.j.in prin.
ff.eo.ti.ibi dum dicit, qui in dotẽ rẽ
accipiat, & infrà ibi,ea mente tradi-
dit. *Adde tamen ꝙ quando tradi- 8
tur res in dotem , in dubio uidetur
actũ, ut ſtatim res fiat mariti accipiẽ
tis, ſi res erat tradẽtis,& ſi aliena eſ-
ſet, ut uſucapi poſsit, ut eſt tex. ual-
de no. in d.l.j.poſt prin.in uerſi.ſi ta
men nõ uideatur.& ita tenet ibi Bar.
in iij.not. qui dicit per illum text.ꝙ
quãdo traditur res,in dubio uidetur
fieri traditio animo trãsferẽdi domi
niũ,ut ibi.& l.dotis fructus. §.fin.cũ
l.ſeq. ff.de iure do. de quo dic ut ibi
per eũ.& per Bald.in l.contractus.in
x.col. ℥.de fide inſtru. & per Bart.&
alios in l.ſub cõditione.ff.de ſolu.&
per Pau.de Ca.in l.omnia.in prin.ff.
ſi cer.pe. *Quæro pro declaratio- 9
ne gl. principaliter de duabus q. Pri
ma eſt, ſi ſponſa ante matrimonium
contractũ tradidit rem alienã in do-
tem ſponſo, & ſic marito futuro,an
interim anteq̃ã ſequatur matrimo-
niũ,poſsit illam rem uſucapere, & ſi
poteſt, quo titulo , an ſcilicet titulo
pro dote, uel ꝓ empto, uel pro ſuo.
& in hoc uidentur etiã iura cõtraria,
nam tex.in l.j.uerſi.ante nuptias au
tem, ff.pro dote.dicit ꝙ nõ pro do-
te, ſed pro ſuo uſucapere poteſt. ſed
in l.ij.eo.ti.dicitur,ſi res æſtimata an
te nuptias tradita ſit, nec pro empto
re , nec pro ſuo ante nuptias uſuca-
pietur. Huius cõtrarij timore gl.hic
diſtinguit:Aut traditur res aliena æ-
ſtimata in dotem , & tũc maritus nõ
uſucapit pro emp. nec pro ſuo.& ita
intelligitur d.l.ij. quæ loquitur ex-
preſſè de re æſtimata in dotem tradi
ta.Aut traditur ineſtimata,& tũc uſu
capitur pro ſuo,& non pro dote,uel
pro emptore.& ita intelligit d.l.j.in
uerſ.ante nuptias. ff. eo.& idẽ tenet
gl.in d.l.ij.in gl.j.in prin. ſecundum
Azo.& Vgo. quæ ſubdit, ꝙ illud qđ
dicitur,quãdo res eſt tradita ineſti-
mata,locũ habet etiã quando res eſt
æſtimata, ideo ut ſciatur an fiat dete
rior uel nõ,per l.ſi inter uirũ.℥.de iu
re do.& idẽ quod hic uult etiã gl.li-
cet nõ ita clare reprobãdo Roge.in
l.ij. §. ſi ſub cõditione.ff.de uſucap.
pro emp. & tenendo iſtam opi.aſsi-
gnatur ratio per gl.d.l.ij. quare quã
do ſimpliciter tradatur res æſtimata
in dotẽ ante nuptias, nõ uſucapitur
aliquo titulo, nec pro empt.nec pro
ſuo eſt,quia in cõtractu empt.& uen
di requiritur bona fides duob.tẽpori-
bus,ſcilicet tẽpore uẽditionis,& tẽ-
pore traditionis,ut l.ij.in prin.& ibi
per gl. ſuper uerbo,cõtrahitur. quæ
incipit,cur.ff. de uſuca.pro emp.ſed
ante euentũ cõditionis, id eſt ante-
quã ſequatur matrimoniũ,nõ eſt ti-
tulus,ergo non poteſt habere bonã
fidẽ, & ſic nõ poteſt ullo titulo uſu-
capere,per l.j.℥.de uſuc.trãsfor.imo
plus dixit Accur.in d.l.ij. ff.pro do-
te. ſequẽdo prædictã ſuam opi.ꝙ ſi
eũ datur res æſtimata in dotem ante
matrimoniũ,etiã ageretur expreſſè,
ut ſtatim fiat uiri,tamẽ cõtractus ſu-
ſpẽditur in euentũ cõditionis,ſcili-
cet ſequuti matrimonij,ut l.plerũq;.
§. ſi ante.ff.de iure do. unde cũ ha-
beat pro eo,ac ſi nõ fuerit ille cõtra
ctus pendente cõditione, nõ poteſt
dici ꝙ habuerit ut bonã fidẽ in eo,
qđ nõ fuit,quod eſt neceſſe,ut ſcili-
cet bonã fidem habeat nõ ſolum tẽ-
pore traditionis,ſed etiã tẽpore cõ-
tractus uenditionis, qualis eſt iſta l.
quoties.℥. de iure do.ut proximè di
xi.& cũ ſit cõditionalis uenditio,nõ
poteſt procedere uſucapio. l.ij. §.ſi
ſub cõditione.ff. pro emp.& iſta fuit
una opi.gloſſæ noſtræ,ut ℥.de decla
raui.



raui. Alia fuit opi. Rogerij,uideli
cet ꝙ nõ ſit facienda differentia,an
res ſit tradita in dotem æſtimata,uel
ineſtimata, quia hoc ſolũ accidentiã
facti denotat, in d.l.j. uerſi.ante nu-
ptias. & in d.l.ij.ſed ſolum in hoc ſit
differẽtia,an res tradatur ut inconti
nenti trãsferatur dominium , & tũc
transfertur uſucapiẽdi cõditio.& ita
loquitur d.l.j.uerſ.ſi ante nuptias. ff.
eo.an ut incõtinenti nõ trãsferatur,
& tũc nõ transfertur uſucapiendi cõ
ditio,ut l.ij.eo.ti.& ita declarat An-
ge.ſequẽdo opi.Roge.in d.l.ij. & di
cit ꝙ ita etiã debet intelligi l.ij. §.ſi
ſub cõditione.ff.pro empt. Sed ut
clarius dicas , aut traditur res in do-
tẽ , ut demũ ſequutis nuptiis fiat ac-
cipientis,ut ſic nõ incontinenti,nec
ante nuptias trãſeat dominiũ in ac-
cipientẽ,& tunc non poſſet interim
aliquo titulo uſucapi. & ita loquitur
d.l.ij.ff.eo. ſiue ſit data æſtimata, ſi-
ue ineſtimata . & licet ibi loquatur
in re æſtimata, tamẽ per hoc nõ ne-
gat, quin idẽ ſit in re ineſtimata, &
ſic denotat accidentiã facti, ut dixi,
& eſt ratio,quia ſi tradens fuiſſet do
minus,noluiſſet incõtinenti uel an-
te nuptias trãsferre dominium,nec
ipſum trãſtuliſſet, quia partes nolue
rũt, ergo nõ trãsferre potuit aliqua
titulo uſucapiendi cõditionem.l.cla
uibus.℥.de cõtrahen.emp.& iſtud te
nent omnes,uel aliter ſecũdum Sal.
hic poteſt intelligi d. l.ij. ꝙ tradidit
rem ſimpliciter æſtimatã, & tamẽ nõ
uſucapit titulo pro emptore,quia em-
ptio habet tacitam conditionẽ, nec
titulo pro ſuo ſpeciali,qui alterius ti
tuli cõcur.nõ requirit.ſunt enim plu
res ſpecies pro ſuo , ut l.j.& ibi not.
ff.pro ſuo. & quia de iſto titulo pro
ſuo, non ſit mentio per aliquam le-
gem uel titulum in Codice, quia nõ
habemus in eo.tit. ſpecialẽ pro ſuo,
ſicut habetur in ff. nouo. Sed de eo
ſit mentio per gl.hic.& per gl.in l.ni
hil.℥.tit.proximo.Et propterea ut ni
hil inteſtatum relinquatur in iſta ma-
teria uſucapionis & præſcriptionis,
poſt ſi.huius l.& ſic poſt materiam ti
tuli pro dote,ſubiiciamus materiam
tituli pro ſuo. Aduerte tamẽ ꝙ iſte
intellectus Sal.ad d.l.ij.non uidetur
uerus,quia quãdo traditur res in do
tem etiã ante nuptias ſponſo ſimpli
citer,in dubio uidetur actũ,ut incon
tinenti trãſeat dominiũ,ut eſt caſus
not.in l.j.uerſi.ſi tamen nõ uidetur.
ff.pro dote.ut ℥.dixi. Aut traditur
res in dotem ante nuptias hoc acto,
ut incontinenti tranſeat dominium
in accipientem,uel ſimpliciter tradi
tur, & nihil expreſſè agitur,ut domi
niũ tranſeat in accipientẽ uel nõ, &
iſtis duobus caſibus ſicut ſi dominus
eſſet tradens,trãsferretur dominiũ,
ita ſi nõ eſt dominus,trãsfert uſuca-
piẽdi conditionem,& ita loquitur l.
j.poſt princ.cõiuncto uerſi.ſi tamen
non uidetur.ff.pro dote.nec in hoc
caſu eſt differentia quo ad uſucapio
nem pro ſuo, an res tradatur æſtima
ta,uel ineſtimata ſecũdũ opi. Roge.
licet gloſſator Accurſius tenuit con
trariũ, ut dixi.Nec obſtat qđ dixit in
d.l.ij.ꝙ quãdo traditur res ante nu-
ptias,cõtractus ſuſpẽditur in euentũ
cõditionis,per l.plerũq;.uerſi.ſi an-
te.ff.de iure do.quia imo,quãdo ꝓ-
cedit cõtractus habilis ad trãsferen-
dũ dominiũ, ſicut eſt cõtractus cõdi
tionalis,ut l.ſub cõditione.ff.de ſol.
& l.j.ff.de don. & in l. dotis fructus.
§.ſi.cum l.ſeq.quę incipit ſed niſi.ff.
de iure do. & ita tenet Dyn.in d.l.ij.
ff.pro dote.& in l.ij. §. ſi ſub condi-
tione. ff. pro emp. & ita tenet hic
Cyn.& Ange.& Barto.in d.l.ij.& ita
tenent cõmuniter Doct.& per Bart.
& Doct. in d.l.ſub conditione.ff. de
ſol. Nec obſtat ſi dicatur,traditio-
ne ſine cauſa nõ transfertur domi-
nium.

niũ.l.nuñquam nuda.ff.de acqui.re.
do.Sed conditione pendente tradi-
tio non habet cauſam uel titulum,er
go non poteſt transferre dominiũ,
quia reſpõdetur uerũ eſſe,ꝙ nõ ha-
bet titulum propriũ & ſpecialem,pu
ta pro emptore,nec pro dote, * quia 10
nulla dos poteſt eſſe ſine matrimo-
nio.l.j. poſt prin. & ante ſi.in uerſic.
certum.& in uerſi.ſi.ff.pro dote.& l.
fin.s̃.de dot.promiſ.Sed bene habet
titulũ pro ſuo, & ita intelligi debet
d.l.j.poſt prin. & maxime in uerſ.an
te nuptias autẽ. ratio eſt, quia effe-
ctus eſt dominus propter ſpem futu
ræ obligationis cõmittẽdæ,& ſic ha
bet interim titulum pro ſuo,ut l.j.&
ij. §. ſi ſub cõditione.ff.pro empt.&
hoc tenet Bart.in d.l. ſi ſub cõditio-
ne.in ulti.col.in uerſ.aduertatis pro
prædicta.ff.de ſolu.& ibi per Docto.
de iſta materia. * Secũda quæſtio 11
prin.eſt, an ſi uxor conſtante matri-
monio rem alienã in dotẽ tradidit,
uel ante matrimoniũ, ſed poſtea ſe-
cutum eſt,an maritus illã poſsit uſu-
capere,& quo tit.& gloſſ.hic diſtin-
guit.Aut res fuit tradita inæſtimata,
& uſucapitur pro dote. Aut æſtima-
ta, & tunc uſucapitur pro emptore,
ut l.j.ff.pro dote. Sed tu latius di-
ſtinguas, quando fuit tradita cõſtan
te matrimonio tantũ.nã aut fuit tra-
dita res inæſtimata, & gloſſ. proce-
dit ſine dubio, quia poteſt uſuc.pro
dote.Aut fuit tradita ęſtimata, & ſub
diſtingue: Aut æſtimatio fuit facta,
ut ſolũ ſciretur deteriorationis uel
meliorationis precium, & tunc idẽ,
quia ex hoc res non deſinit eſſe do-
talis,per tex.cum gloſs.no.in l.ſi in-
ter uirum.s̃. de iure do. & per Dyn.
in l.ij.ff. pro dote.& hoc tenet Bald.
in l. ſi æſtimaris.ff.ſol. mat.ubi uide
per eum & alios.& hoc quando fuit
tradita conſtante matrimonio, ut di
xi. Sed ſi fuit ante, & poſt ſequutũ

eſt matrimonium.& Azo hic in ſum
ma tenet idem ſecundum Bal.quan
do ſequutum eſt matrimoniũ de iu-
re & de facto. Sed Bal.hic dicit ꝙ fa
ctum non exigit, quia ſine copula &
ſine traditione ad domum cõſtat ef-
ficax matrimonium, ut l.nuptias.ff.
de reg.iur.& l.pen.q incipit Seia. §.
uirgini.ff.de donat. inter ui. & uxo.
Circa quod adde quod not gloſſ. &
Bald. in l.cum inter.s̃.de dona.ante
nup.& quod not.pleniſsime per An
ge. de Arc.inſtit. de actio. §.fuerat.
in uerſi.quæro de quæſtione quoti-
diana. Aut res fuit tradita æſtima-
ta ea æſtimatione & mente,ut faciat
emptionẽ, uel in dubio,quod idem
eſt,quia iſta ſunt paria,ut gl.no.in d.
l.ſi inter uirũ. de quo per Cy. in iiij.
& ulti.q.s̃. commod. & per Bald. &
alios in d.l.ſi æſtimaris.quod intel-
lige quando æſtimatio eſt certa,ſe-
cus ſi eſſet incerta,quia tũc in dubio
non faceret emptionem,ut no.Bar-
tol. in l. ſi ut certo. §. nunc uiden-
dum.circa ſi.ff.commo. Idem intel-
lige de æſtimatione quæ fit in re,de
qua tota utilitas pertinere debet ad
recipientem, ſecus ſi ad utrunque,
quia tunc non facit proprie emptio
nem, ut eſt caſus not.in l.cum duo-
bus, in §.damna fatalia. ff. pro ſoci.
ſecundum Bald. qui ita ſingulariter
no.in l.ſi paſcenda pecora.in ſi.s̃.de
pac. de quo etiam uide per Bal.in l.
j.in viij.q.s̃.pro ſocio.Item intellige
quando precium quo res eſt æſtima
ta,eſt re dignum,ut no.per gloſ.no.
in l.j. §.qui ſuperficiem. in uerbo,a-
gendo.in ſi.ff. de ſuperficie. alias nõ
diceretur facere emptionem,ſecun-
dum Bal.qui ita no.in l. ex cõuentio
ne.in j.col.s̃.de pac. Et iſto caſu quã
do æſtimatio facit emptionem, tũc
uſucapitur tit.pro empt. ut l.j.& per
totum titu.ff. pro empt.Et prædicta
procedunt, quando res ſingulares
tradun



traduntur in dotem, in illis poteſt
procedere uſucapio,ſecundũ ea quæ
12 dicta ſunt. *Sed dubiũ eſſe poſſet,
quãdo mulier dediſſet omnia ſua bo
na,puta hæreditate marito ſuo in do
te,an tunc ſi in bonis mulieris eſſent
res etiam alienæ, in illis poſsit pro-
cedere uſucapio. & de hoc uidetur
eſſe text.quòd ſic.in l.j.in princi.ibi,
nihil referre ſingulæ res, an pariter
uniuerſæ in dotẽ darentur.ff.pro do
te.Sed in cõtrariũ uidetur,quia quã-
do res traduntur cũ uniuerſitate, nõ
uidẽtur omnes res ſingulariter tradi
tæ.l.in modicis.ff.de cõtrahẽ.emp.&
l.quidã.ff.de acqui.re.do. cũ ibi not.
Item pro hoc facit,quia ille qui emit
hæreditatẽ,non uidetur ſingulas res
hæreditarias emiſſe: & propterea ſi
una res dictæ hæreditatis uenditæ
euinceretur,non teneretur uenditor
de euicti. ut l.j. ſuprà de euict. & ibi
per Doct. unde idem uidetur in mu-
liere quę dedit omnia bona in dotẽ,
ut non uideatur dediſſe illas res ſin-
gulares, quæ non ſunt ſuæ, & pro-
pterea maritus non poſsit eas uſuca
pere,quia in illis non uidetur habe-
re aliquem titulũ ſingularẽ. dicit hic
Salyc.quod forte poteſt dici, ꝙ uſu-
capere poteſt pro ſuo, ſed non pro
dote. Sed huic ſententiæ repugnat
d.l.j.in princ.ff.pro dote.quæ loqui-
tur de uſucapione pro dote,licet mu
lier dederit omnia bona in dotem.
Propterea aliter reſpondet dicens,
quòd quo ad euictione, & alia pro-
cedunt,puta l.j. ſuprà de euic. & d.l.
in modicis.cum ſimilibus. Sed non
quo ad uſucapionem, quia quo ad il
lam ſingula tunc uidentur tradita,
& ſingula quo ad opinionem traden
tis & recipientis ſunt ſua. & hoc eſt
quod uoluit dicere text. in dicta l.j.
in princip. ibi, nihil intereſt. ff. pro
13 dote.quod tene menti. *Circa præ-
dicta poſſet dubitari, quid ſi mulier

conſtituit dotem marito de omni-
bus bonis ſuis,an dominiũ illorũ bo
norũ ſuorũ tranſeat in uirũ ſine tra-
ditione. ſi enim eſſent res ſingulares
in dotem conſtitutæ, & non fuiſſet
ſequuta traditio, non eſſet dubium,
quia non tranſiret dominium. l. de
diuiſione.in fin.ff. ſoluto matrimo.
nec uſucapiendi conditio.l.traditio-
nibus. ſuprà de pactis. cum ibi not.
in l.qui fundum. §.fina.uerſicu.qua-
re ſicut traditione. ff. pro emptore.
& inſtitu.de rerum diuiſione. §. per
traditionem.& §. uenditæ & tradi-
tæ.cum ſimilibus. Sed ſi eſſent uni
uerſæ res in dotem conſtitutę,ſecus.
argu.l.j. & ij.ff. pro ſocio. ubi dici-
14 tur* quòd in ſocietate omnium bo-
norum omnes res ſocietatis commu
nicantur,licet ſpecialiter traditio nõ
interuenerit.gl.format iſtã quæſt.in
l.pen.in princip.in uerbo,uniuerſæ.
ff.pro dote.quæ primo dicit quòd ui
detur ut tranſeat dominiũ ſine tradi
tione & poſſeſsione,per d.l.ij.ſed nõ
uſucapiendi conditio,niſi demũ poſ
ſeſsione ſecuta.l. ſine poſſeſsione.ff.
de uſucap.poſtea ſubdit in ſi. ſingu-
lariter,ꝙ nõ audet etiã dicere, quòd
dominium trãſeat ſine poſſeſsione,
quãdo generaliter dedit omnia bo-
na in dotẽ, ſed forte pro ſuo locũ ha
bet,ut innuit ibi infra proxi.ſed alio
caſu ibi dicit.iſta uerba ſunt gl.præ-
dictæ,quam dicit ibi Angel.eſſe ſin-
gularem & peregrinam in iure deci-
dentem quod ex nullo titulo ſingu-
lari, habili ad tranſlationem tranſit
dominium ſine poſſeſsione,quantũ-
cunq; diſpoſitio fiat ſuper uniuerſi-
tate bonorum:& pro hoc optime fa
cit l.mulier bona.ff.de iure dotium.
ſolum ergo fallit in ſocietate, ut d.l.
ij.ff.pro ſocio.& intellige ſane quod
dixi ſecundum eum, ut non transfe-
ratur dominium ſine poſſeſsione eo
caſu,quo neq; tranſiret,ſi ſuper una

re ſingulari diſpoſitio eſſet contra-
ctã. Sed aduerte, quia glo.illa erraſ
ſe uidetur, cũ dixit, nõ audeo dicere
ꝙ dominiũ nõ trãſcat ſine poſſeſsiõe
quia imo quandoq; põt quæri domi
niũ ſine poſseſsione alio tradente.l.
liber homo.in fi.ff. de acqr.re. domi.
& ideo gl.debuit dicere ſine traditio
ne, nõ aũt ſine poſſeſsiõe. Itẽ aduer-
te qa illud quod dicit gl. ꝙ quando
quis tradit omnia bona in dote, nõ
trãſit dominiũ: uidetur eſſe cõtra l.ſi
adoptauero.ff.de precario. & cõtra
text.inſti. de acq. per arroga.in prin.
Sed põt ſaluando dici, ꝙ in acquiſi-
tiõe uniuerſali, aut interuenerit per-
ſonæ poſsidentis ſubiectio, & tunc
tranſit poſſeſsio per cõſequẽtiã ſub-
iectionis perſonæ poſsidẽtis: & ideo
non requiritur traditio. & ita poteſt
intelligi quod no. Doc.in auten.in-
greſsi.de ſacroſan.eccle.ſupra.& pro
pter hoc dicit Bart. etiã in d.l.ſi ado-
ptauero.ꝙ ſi aliquis intrat monaſte-
rium, ipſo ingreſſu ſine noua appræ-
henſione acquirit omnium poſſeſsio
nem: ut ibi.& ita etiam not. Cyn. in
autẽ.ſi qua mulier.in ulti.q. ſuprà de
ſacroſan.eccle.& Bal.in auten.niſi ro
gati.ſupra ad Trebel.& eſt glo.xvij.
q.iij.ſi qua mulier. aut non interue-
nerit ſubiectio perſonæ poſsidẽtis,
& tunc nec dominium, nec poſſeſ-
ſio quæritur ſine rei appræhenſione
uel tradi. uera uel ficta.l. traditioni-
bus. ſuprà de pactis. cum ſimilibus.
Nota in gloſ.in d.l.j.ff.pro dote. 15
*uult ꝙ quando dantur omnia bo-
na in dote uel hæreditas, uel quãdo
fieret alius contractus ſuper uniuer-
ſitate bonorum, puta quia uenditur
hæreditas uel aliquid aliud uniuer-
ſale, non tranſit dominium ſine tra-
ditione.& de hoc eſt etiam caſus no-
tabilis in contractu uenditionis.in l.
qui tibi. ſupra de his qui à non do.
ma.& ibi hoc no.Bal.qui allegat etiã
glo.in d.l.j.ff.pro dote.& dicit illam
l.qui tibi.eſſe ualde ſingularem, quæ
decidit iſtam q. ſed tu adde aliam l.
idem dicentem in l. qui tibi. ſuprà de
hæredi.uel act.uendi.& ſubdit Bald.
ꝙ ratio dubitationis eſt, quia uniuer
ſitas iuris uel mixta non recipit pro-
prie traditionẽ. tu hoc declara, quia
licet tanquam uniuerſitas & ius non
poſsit tradi, quia uniuerſitas & ius
eſt quid incorporale: ut inſti. de re-
bus corpo. & incorpo. in prin. & ſic
non recipit proprie traditionem.l.
ſeruus. §. incorporales.ff. de acquir.
re.domi.tamen res ſingulares, quæ in
uniuerſitate continentur, poſſunt
tradi: ut habetur in text.dictarum le-
gum, quæ incipiunt, qui tibi. & iſta
fuit ratio decidendi. & idem ꝙ non
tranſeat dominium dotis, etiam o-
mniũ bonorũ ſine traditione, tenet
etiam hic Ange. qui dicit ꝙ licet gl.
in d.l.j.ff.pro dote. allegetur pro ſin
gulari, tamen habet aliam ſociam in
l.ij.ff.pro ſocio.& idem tenet Barto.
in d.l.j.& ij.co.ti.& ibi Doc.& idem
etiã Bal.in d.l.ſi tibi. in fi.s. de hære.
uendi.& in l.nulla.in princ.s. de iur.
do.ubi tenet, ꝙ ex cõtractu uniuer-
ſali dotis, nec dominiũ nec poſſeſsio
trãſeat ſine traditiõe, per gl. in d.l.j.
pro dote: quã dicit non eſſe alibi. &
idẽ tenet Io.de Imo.in l. de diuiſio-
ne.in ſi.j.col.ff.ſo.ma. Sed iſta regu
la fallit in ſocietate, ut dixi: qa licet
ſit uniuerſalis, tamẽ tranſit dominiũ
ſine traditione, per l.j.& ij.ff. pro ſo-
cio.& ita tenet etiã Bart.in l.& ideo.
in prin.ff.de condi.fur.& Bal.hic cir-
ca fi.& in d.l.nulla. in princi. & in d.
l.qui tibi. ſuprà de his qui à non do.
ma.& in l.j. in viij.q. in fin. ſuprà de
act.& obli.& in d.l.qui tibi.in fi. ſu-
prà de hæredi. uel act. uendi, qui di-
cit ꝙ ratio eſt: quia in d.l.j. & ij. in-
teruenit tacita traditio: quia alias nõ
eſſet plena ſocietas: unde dicit ꝙ ibi
eſt



eſt ſpeciale, propter naturam ſocie-
tatis:& ideo ſecus eſt in alijs contra
ctibus. Sed contra hoc poteſt opp.
ſi iſtud eſt in ſocietate, idem debet
eſſe in dote: quia uidetur eſſe quo-
dãmodo bona ſimilitudo de una ad
aliam, cũ inter uirũ & uxorem uidea
tur eſſe quædam ſocietas, & quidam
promiſcuus uſus.l.j.ff. rerum amo.
16 *quia uxor eſt ſocia diuinæ & hu-
manæ domus.l.aduerſus.j.de crimi.
expil.hæred. & not.glo.quæ allegat
ad hoc iura in d.l.j. & iſta forte fuit
ratio dubitandi in iſta quæſtione.
17 *Item pro hoc põt allegari: quia
omnes ll. pro ſocio, poſſunt induci
ad materiam matrimonij. ut eſt text.
qui hoc probat in c.ij.Præterea & in
hoc no.Anto.de Bu.in fi.j. col. extrà
de ſpon.& ibi per Doc. Itẽ poteſt ad
duci fauor dotiũ.l.j.ff.ſol.mat.& l.in
ambiguis.ff.de reg.iur. Tu potes re-
ſpõdere, aliud eſſe in ſocietate rerũ,
aliud in ſocietate pſonarũ & domus:
quia in ſocietate rerũ nõ põt eſſe ſo
cietas, niſi tranſeat dominiũ, ut dixi:
ſed tamẽ põt eſſe ſocietas perſonarũ
& domus, licet nõ tranſeat dominiũ
dotis in uirũ: qa põt eſſe alia ſocietas
matrimonij, etiã ſine dote.l.ſi.ſuprà
de dotis promiſ. cũ ſi. Nec ob. ꝙ le-
ges loquentes de materia ſocietatis,
poſſunt induci ad materiã: quia põt
dici ꝙ non loquimur in matri. ſed in
dote: & quia non eſt eadem ratio, ut
dixi. Nec obſtat fauor dotium: quia
non ſubeſſet fauor dotium, immo eſ
ſet potius damnum. contra l.quod fa
uore.ſuprà de legi. Item fallit iſta re
gula in donatione propter nuptias:
ideo uidetur tranſire ſaltem utile do
minium ſine traditione: ut in auten.
donationẽ. ſuprà de iur. do. quæ eſt
poſita ſuper lege: ubi adhuc ſecun-
dum Franc.Tigri.& Cy.ibi, quod di
18 cit eſſe notabile. * Adde tamen ꝙ
in omnibus caſibus in quibus trãſit
dominium ſine traditione, non tranſ
it tamen poſſeſsio: quia illa habet
plurimum facti: ut eſt glo. not. in l.
ſi.ſuper uerbo, in re.quæ incipit, uti
lem.l. nunquid poſſeſsio. ſuprà de
ſac.ſan.eccle.& ibi Doct. & eſt glo.
in l.cum duobus.in §. idem reſpon-
dit ſi ſocij.in uerbo, cedit.ff.pro ſo-
cio.& eſt gloſ.in uerbo, commiſſa.ff.
de Publ.& ibi hoc not.Bar.qui dicit
hoc eſſe utile ad multas leges & ſta-
tuta, quæ inducunt rem ipſo iure per
di: ut hoc non porrigatur ad rei poſ-
ſeſsionem.facit l.cũ hæredes.in prin.
ff.de acquire. poſſeſ.& l.deniq;.ff.ex
19 quibus cau.ma.cum ſi. *Poteſt cõ-
uenienter etiam dubitari circa præ-
dicta, ſi ex contractu dotis non tranſ
it dominium ſine traditione, ut dixi
in præcedenti q. An ſaltem tranſeat
per uiam ceſsionis. & Bald. hic in ſi.
tangit iſtam dubitationem.& ita di-
ſtinguit, Aut contractus dotis fit in
re ſingulari, & tunc requiritur tradi-
tio.pro hoc allego text.in l. de diui-
ſione.in fi.& ibi Bar. & alios.ff. ſolu.
mat. Aut contractus dotis eſt in re
uniuerſali, puta quia hæreditas eſt
data in dotem, & non eſt ſequuta tra
ditio: & tunc ſufficit ceſsio ad hoc
ut trãſeat dominium, uel quaſi, in ma
ritum.arg.l.reſtituta. in princi.ff. ad
Treb.Nec obſt.gl. in d.l.j.in uerbo,
uniuerſa.ff. pro dote. & quod ſuprã
20 dixi in præcedenti quæſtione: *quia
ſecũdum eum, aliud eſt promittere,
aliud eſt cedere: ut in quæſtione no-
ſtra: quoniam ceſsio dominij uel quã
ſi, fieri poſſunt ſine traditione poſ-
ſeſsionis: ut l.ſi ſuprà, de hæredi. uel
act.uen.uel uerum dicit hic Bal.in fi-
nalibus uerbis ꝙ incidit actio: domĩ
nium aũt directum uel utile uel ple-
num remanet apud cedentem: ut no.
in l.j.in princi. in gloſ. magna.ff. de
edendo.& adde quod no. per glo.&
Doct. in l.emptor. ſuprà de hæredi.

uel act.uendi.& in l.j.ſuprà de act.&
oblig. *Poſtremo circa prædicta 21
poſſet quæri,an mulier poſsit omnia
bona dare in dotem, & nunquid in
dubio præſumatur omnia bona de-
diſſe in dotem. & hanc q. format hic
Ange.in fi.in una ſua lectu. Sed quia
non pertinet ad materiam uſucapio-
nis uel præſcriptionis, ideo ſufficiat
remiſsio. de iſta q. ponitur per text.
& gloſſ. quæ allegat Ariſtotelem in
Topicis, in l.mulier bona.ff.de iure
do.& plene per Bartol. in ſua diſpu.
quæ inci.quædam mulier habens am
plum patrimonium. per Bartol. &
alios in l.penul.quæ incipit,in his.in
§.uxor.ff.ſol. mat. & per Barto. in l.
quod aute.ff. de iure dot. & per Bal.
in c.j.in fi.in tit.an maritus ſuc. uxo.
in benefi.in uſi. feu.& in l. fin. ſuprà
de ſentetia quæ ſine cet.quanti.pro-
fe.in uerſi. ſed nunquid mulier pro-
mittendo dotem.& in l.nulla.in uer.
quæro quædam puella.ſuprà de iure
dot. & per eundem Bald. in ſuo ele-
ganti conſil. ccxlj. quod incipit, fa-
ctum tale eſt:mulier duxit maritum.
& per Saly.in l. iubemus.in fin. ſuprà
de repu. & per Paul. de Caſt. in l. ſi
mulier diuertit.ff.ſo.ma. & per Ang.
de Aret. inſtit. de act. in §.fuerat. in
uerſic. unum aliud debes notare &c. 22
*Tertia q.principalis eſt, quia ſu-
prà uidimus de dote data ſpoſo per
uerba de futuro, quid de fructibus
interim per ſponſum perceptis,ante-
quàm contrahitur matrimonium per
uerba de præſenti: an maritus ipſos
lucretur ex rebus ſibi in dotem tra-
ditis. Bald. format iſtam q. in uerſic.
quæro utrum ſponſi. & dicit quòd
uidetur ſic,titulo pro ſuo, ſi ſuſtinuit
onera matrimonij. In contrarium ui
detur:quia quatenus concernunt o-
nera ſponſæ, augent quaſi dotem.l.
an in patrem.ff.quod fal.tuto. autor.
& l.dotis fructus.in princi.ff. de iure
do.& hoc eſt uerum ſecundum quoſ
dam de iuris rigore,ſecus de æquita-
te & de conſuetudine approbata:ut
no.per glo.ff.ſolu.matr.l. ſi ante nu-
ptias. ſi puella erat proxima nuptia-
rum,& ſequutum eſt matrimonium.
nam eo non ſequuto, tam de rigore
quàm de æquitate non lucratur fru-
ctus:ut l. quod Seruius .ff. de condi.
ob cauſam.& de hac q. & materia an
uir lucretur fructus dotis mulieris,
uel puellæ minoris xij. annis ante
cōtractum matrimonium,uide text.
glo.Barto.& alios omnes Docto. in
d.l.ſi ante nuptias.& tex.& glo.ord.
& ibi etiam Bald. in l. dotis fructus.
in princ.ff. de iure dot. & Ange. in l.
nec ullam.§. omnibus. alias in prin.
ff.de peti.hæredi.& per Spec. in titu.
de dona.inter uirum & uxorem.& in
§.formatis inſtrumentis.uerſic. quid
ſi minor xij. annis. & ibi per Bald. in
addi.in uerſicu. de æquitate maritus
puellæ.& per Salyce.plene in d.l.do
tis fructus.ubi omnino uide,qui exa-
minat hanc materiam de lucro fru-
ctuum dotis, quando non eſt matri-
monium de præſenti, per plures q.
& ibi aliquid uide per Raph.Fulgo.

# DE VSVCAP. PRO SVO.

SVMMARIVM.

1 *Poſsidere pro ſuo quot modis quis dicatur.*

2 *Tituli uſucapiendi pro ſuo quot ſint.*

3 *Titulus pro ſuo quando cum alio concurrit,an duæ uſucapiones cauſentur, an una.*

4 *Titulo uno quiſpiam, una die, unam rem mobilem uſucapere poteſt: ſicut etiam rem immobilem præſcribere.*

5 *Poſsideat quicunque rem pro ſuo, an titulum pro ſuo habere dicatur: ita ut poſsit uſucapere,uel præſcribere illo titulo mediante.*

Error





6 *Error iuſtiſsimus requiritur in uſucapione pro emptore.*

7 *Articulare qualiter quiſpiam debeat in titulo uero uel putatiuo.*

8 *Verba,uidi talem pro domino poſsidere,quid importent.*

9 *Præſcriptio an probata ſit, ſi quiſpiā rei uendicatione agat & petat, quod tenuit & poſsedit talem rem per x.annos, ſicut quis habet & poſsidet rem ſuam,& reus dicat credo.*

10 *Poſſeſsione qui eſt apparenter, præſumitur eſſe exiſtenter.*

11 *Publicianam ad cauſandum, inter alia requiritur,quod titulū & ipſam rem habeat.*

12 *Priuilegium exemptionis de non ſoluendo decimas, ad probandum, quid allegare ſufficiat.*

13 *Fundum ſi pater tuus emerit & poſſederit x. annis, & poſsediſti tu filius alijs x.annis,deinde a poſſeſsione ceciſti,neq; potes inuenire inſtrumētum uel teſtes, per quos probetur titulus & poſſeſsio x.annorum,quid iuris.*

14 *Poſsidens an in dubio uideatur poſsidere pro ſuo in rebus corporalibus & incorporalibus,& an magis præſumatur poſsidere ex donatione quam ex precario.*

15 *Iuribus incorporalibus ut in ſeruitutibus,in quibus habet locum Publiciana,non requiritur quod quis rem ex titulo habeat.*

16 *Titulus pro ſuo quid prodeſt, quando ab errore iuſto uel iuſtiſsimo cauſatur.*

17 *Titulus pro ſuo ad hoc ut locū habeat, quæ requirantur.*

18 *Error,probabilis quis dicatur remiſſiue.*

QVIA in glo.l. noſtræ 2
ſit mētio de titulo pro
ſuo.& in c.de eo nihil
habetur: uideamus ex
tra glo.hic, ſicuti pol-
liciti ſumus, aliquid de iſto titulo
pro ſuo:quia eſt habilis ad uſucapiē-
dū:nec eſt bene cognitus,nec decla-
1 ratus per Doc. *Ex quo quæro quot
modis dicatur qs poſsidere pro ſuo,
& gl.in rubrica,alias in l.j.ff.pro ſuo.
dicit ꝙ trib⁹ modis. Primo modo
ſtricte, quando deficit alius titulus:
ut in l.j.& iij.eo.ti. ego addo quādo
poſſeſſor eſt nactus poſſeſsionem ex
cauſa putatiua habili ad dominium
acquirendum, ſi eſſet uera,iuxta no.
in l.Celſus.ff.de uſuca.Et pono exe-
plum, ut ſi inueni ceruū alienum in
nemore,credēs ipſum eſſe ſylueſtre:
uel ſi inueni gemmā tuam in littore,
credens nullius eſſe:uel ſi inueni pe-
cuniam tuā,credens eſſe theſaurum:
ut l.ij.ff. pro ſuo.& l. à tutore .ff. de
rei uendi. Secundo modo largius,
quando conuenit cū quolibet alio
tit.& cum eo concurrit:ut l.j.§.j.ff.
pro ſuo.etiam cū ti.pro ſoluto, quia
eſt generalior aliis:ut l. hominē.co.
tit.& l.j.ff.pro ſoluto. Tertio mo
do largiſsime,ut quicūq; pro ſe poſ-
ſidet,unde etiā domin⁹ pro ſuo poſ
ſidet:ut l.ij.ff.pro ſuo. & tūc dicitur
quis poſsidere pro ſuo ad dominiū
creditoris ,& ſimilium, qui non pro
ſuo poſsident.& ita glo. in dicta ru-
brica ſeu l.j.Itē ille qui dicit ſe domi
nū, & facit oīa ut dominus , dicitur
poſsidere pro ſuo.l. Titia. & ibi no.
ff.de ſol. Itē ille qui poſsidet ad ſuū
cōmodū, etiam ſi non prætendat ſe
dominum:ut no.in l.ij.in prin.ff. de
origi.iur. in gl.quæ loquitur in ruſti
co ſecundū Bal.in l.ſi ego. §. partus.
ff.de Publ. ubi etiam ponit breuiter
quot modis dicatur quis poſsidere
pro ſuo:& adde prædictis, quæ dicā
infrà in q.prin. *Secūdo quæro quot
ſunt tituli uſucapiēdi pro ſuo. dic ꝙ
ſunt duo modi:uidelicet quādo de-
ficit alius titulus, ut quādo cōcurrit
cum alio tit.habili ad trāſferēdū do-
miniū, puta cū titulo pro emptore,
ut dixi. Sed in tertio caſu nō eſt ti-

tulus habilis ad uſucapiendum, ut di
cit glo. & Bart. in præallegata rubri.
ſeu l.j.ff.pro ſuo. de quo dicam ple-
nius infrà in iij.q.princi. licet aliqui
gl.uoluerint, ꝙ ubi alter eſt titulus,
puta pro emp. nõ poſsit concurrere
cũ eo titulus pro ſuo: ſed tũc dicitur
pro ſuo, id eſt proprio. quod gl. non
placet in d. rubri. cũ ſpecies ſcilicet
pro emptore, uel ſimilis per genus,
ſcilicet per titulum pro ſuo nõ tol-
latur, nec ecõtra, nec ex pluribus cau
ſis quis prohibeatur. l iij. §. ex pluri-
bus.ff.de acqui.poſ.ita uult glo.in d.
rubr. *Tertio quæro quando titu 3
lus pro ſuo concurrit cũ alio titu. an
cauſentur duæ uſucapiones, an una
tantum: & gl.in d.rubri.in fi.uidetur
uelle, ꝙ duæ uſucapiones poſsint cõ
currere, ſicut uult etiam glo. in d. §.
ex pluribus. in uerbo poſsideo. in
princ.quæ etiã dicit ꝙ uſucapio pro
emptore, poteſt concurrere cum uſu
capione pro hærede: & ſubdit quod
ſi una uſucapio citius finitur quam
alia, tunc alia deſinit: ſicut & ſi rem
tuam uſucapiens tibi ſuccedam, de-
ſino uſucapere.l.ij. §.fin.ff.pro emp.
uel dicit ibi glo. ſuper d.uerbo, poſ-
ſideo.dic ſubtiliter una & eadem eſt
utraq; uſucapio: & ſic præſupponit
ꝙ non ſint duæ uſucapiones, ſed ad-
iungitur prima, ſcilicet pro emp.no-
ua forma, ſcilicet pro hærede. quam
antè nõ habebat ſcilicet uſucapione
retenta prima.arg.l.j, in fi.ff. pro ſuo,
uel ab ipſo initio iungũtur duæ for-
mę, declara, id eſt duę formæ uel titu
li poſsidendi pro empto. & pro ſuo,
ad unum effectũ, ſcilicet dominium
acquirendũ: ſicut ſi aliquis acciperet
cultellum uel enſem, ſimili uel diuer-
ſis tẽporibus ad unũ effectũ, ſcilicet
hominẽ occidedũ. nã hic occiditur:
ſeu extinguitur dominium primum,
ut inſti.de re.diui. §.ſi tamẽ.iſta ſunt
uerba gl.in d. §.ex pluribus.& dũ gl.
dicit in fin. dominium inciditur per
uſucapionem. adde aliã glo.quæ idẽ
no.in l.ſi ædes.in fi.ff.de ſer.urb.præ
dio.quod declara per Pau.de Caſt.in
d. §.ex pluribus.uel adde quòd utile
eſt, ꝙ ſint duæ uſucapiones ſecundũ
primam opi.glo.in d. §.ex plurimis.
de qua ſuprà, quia mihi utile eſt, poſ-
ſe præſcribere, uel præſcriptionem
continuare ex perſona mea & titu.
ſuo, cui ſucceſsi, puta pro emp. quia
ipſe cui ſucceſsi, emit: quoniam ali-
quando contingit ꝙ titulus pro hæ-
rede mihi non prodeſt, ut ſi eſſem hę
res illius nõ ex perſona mea, nec ex
titulo pro hærede, neq; pro ſuo poſ-
ſem præſcribere longo tempore.l.
ij. §.fi.ff.pro emp.& l.nihil. infrà tit.
proxi.unde ſi ipſe defunctus non ha
buiſſet titulum, nec ex ſua perſona,
nec ex mea, ſine titulo longo tẽpore
poſſem uſucapere: utile eſt ergo mi-
hi ꝙ poſsim uſucapere uel præſcribe
re titu.pro ſuo: ut habetur per Bart.
in l. Celſus. de uſuc. & per Paul. de
Caſ.& alios in d.l.iij. §. ex plurimis.
ff.de acqui.poſ. Item adde ſingula
riter ſecundũ ſecundam opi. gloſ.in
d. §.ex plurimis.ibi dũ dicit, uel ſub-
tilius ꝙ iſte titulus ꝓ hærede, quãdo
concurrit cum titulo pro emp. non
poſſunt eſſe duæ uſucapiones, ſed fi-
nito anno qui reſtabat ad uſucapien
dum tit.pro emp.uſucapiones habe-
bunt dominium, nõ ſolum ex primo
tit.pro emp.ex quo poſſedit rem iun
cta poſſeſsione defuncti per trien-
nium: ſed etiam titu.pro hærede, ex
quo non poſſedit niſi per annum ti.
pro hærede: & ſic habetur dominiũ
ex utroq; titulo ſimul & eodem tem
pore. Nec obſtat ꝙ titu. pro hærede
non ſufficit ad acquiſitionem domi-
nij, niſi cũ lapſu lõgi tẽporis, uel trie
nij, ſi erat res mobilis: qa hoc proce-
deret ſi cum ipſo nõ eſſet coiunctus
primus titulus ꝓ emp.uel alius ſimi-
lis:



lis: ſed quia cum illo coniungitur il-
le lapſus legitimi temporis, implet
effectum utriuſq; titu. & facit ut di-
catur ex utroq; tit. habere dominiũ,
ſecundum Pau.de Caſt.in d. §.ex plu
rimis.ſecundũ primã opi.quæ magis
4 placet ſibi. * Ex quo not. ſingula-
riter, ꝙ quis in una die, cum uno titu
lo poteſt uſucapere unam rem mobi
lem, uel præſcribere rem immobilẽ:
puta quãdo titul⁹ quo uult ita breui
tẽpore uſucapere uel præſcribere, cõ
currit cũ alio titulo præcedenti, cũ
quo ueniebat illa uſucapio uel præ-
ſcriptio illa die: quod perpetuo tene
meti: qa uidetur eſſe mirabile: ꝙ ex
uno tit. poſsit res immobilis ſpatio
unius diei uel horæ præſcribi: ſed ſi
loqueremur in ti.pro ſuo, cõcurrẽte
ab ipſo initio cũ alio ti. puta ꝓ emp.
tunc non eſſet dubium ꝙ ex utroq;
titulo ſimul, & eodem tẽpore, & cũ
legitimo ſpatio uſucaperetur, uel
præſcriberetur ſecũdũ ſecunda opi.
glo.in d. §. ex plurimis. & ita poteſt
etiã intelligi gl.in d.rubr. in fi.ff.pro
ſuo.quæ oĩa bene nota: qa nõ repe-
5 ries ita bene declarata alibi.*Quarto
principaliter quæro, an omnis qui
poſsidet rem pro ſuo, dicatur habere
titulum pro ſuo, ita ut poſsit uſuca-
pere uel præſcribere mediante illo
ti.& reſpondeo ꝙ nõ: ſed in duobus
tãtum caſibus principalibus dicitur
poſsidere titulo pro ſuo habili ad
uſucapiendum uel præſcribendum:
ut dixi ſuprà in ij.q.principali: quod
nunquam apertius declaro primo ca
ſu principali, quando quis poſsidet
pro ſuo: & non concurrit aliquis ſpe
cialis titulus habilis ad transferendũ
dominiũ puta pro emp. uel pro do-
nato, uel pro dote, uel ſimili. Sed ta-
men poſſeſſor eſt nactus poſſeſsio-
nem ex cauſa putatiua habili ad tranſ
lationem dominij, quæ ſi eſſet uera,
eſſet legitima, ut dixi ſuprà in j.q.
ubi dedi exempla per l.j.in prin. con
iuncta l.ij.ff. pro ſuo. uel põt etiam
haberi titulus pro ſuo, ubi nõ cõcur
rit cũ alio titulo uero, ſed putatiuo
iuſto errore interueniẽte, puta aliqs
credebat patrẽ ſuũ uel procuratorẽ
ſuum emiſſe unũ fundũ, quẽ tenuit
pro ſuo & tanquã ſuum uigore dicti
tituli putatiui tituli emp. qui uerus
non erat. nam tunc dicitur habere ti
tulum pro ſuo, quo mediante ſine
alio titulo poteſt uſucapere uel præ-
ſcribere: ut eſt caſus in l.iij.quæ inci
pit, contrarium.& in l.ſi ancillam. §.
fi.& in l.fina.ff. pro ſuo. & probatur
in l.iij.& l. fin.ff. pro legato. & in l.
Celſus.ff. de uſucap. & ibi glo.j. al-
legat multas cõcordantias de mul-
tis titulis putatiuis.& ibi plene & ele
ganter habetur per Bart. & alios ſcri
bentes, & maxime Ludo. de Ro. &
ꝙ titulus putatiuus ſufficiat, tenent
Cano.& maxime Abb.Sic.in c.cura.
6 de iure patro. *Et quia dixi quod
iuſtus error debet interuenire in tit.
putatiuo, dic ꝙ in uſucapione pro
emp.requiritur iuſtiſsimus error: ut
no.gl.in d.l.Celſus.& ibi uide plene
per Barto.qui etiam declarat quãdo
dicatur error iuſtus, & iuſtiſsimus, &
iniuſtus. & habetur etiam plene per
Ange.in l.ſuper longi.infrà de præ-
ſcript.longi temporis. & ibi de hoc
plene dicemus. Tertio poteſt eſſe
titulus pro ſuo habilis ad acquiren-
dum dominium per uſucapionem
uel præſcrip. ſine alio titu. perfecto,
puta in uenditione conditionali tra
ditione facta ante euentum condi-
tionis: ut l.ij. §.ſi ſub conditione.ff.
pro emp.& l.j. §.j.uer. ante nuptias.
ff. pro ſuo. intelligendo ſecundum
opi. Roge. quando tradens habuit
animum transferendi dominiũ etiã
ante euentum conditionis, quia tunc
ſi tradens eſt dominus, transfert do-
minium incontinenti: ſi non eſt

dominus,transfert uſucapiendi con
ditionem non ex illo titu. conditio-
nali quo tradidit,puta pro dote, uel
pro emptore, uel ſimili , ſed tantum
pro ſuo:ſicut ibi dicitur in illo uerſi.
ante nuptias. qui ita debet intelligi:
ut not.glo.& Barto.in l.ij.eo.titu.&
dixi plene ſuprà in uerſi.prima quæ-
ſtio principalis eſt. Secundo caſu
principali quis poteſt habere titulũ
pro ſuo habilem ad uſucapiendum
in omnibus caſibus , in quibus quis
poſsidet aliquo uero & iuſto & per-
fecto titulo habili ad transferendum
dominium,uel ad uſucapiendum uel
ad præſcribendum : & tunc dicitur
concurrere cum titulo ſpeciali:ut l.
j.§.j.& l.ij.ff. pro ſuo. ut dixi ſuprà
in j.& ij.q. Et adde q; titulus pro ſuo
qui competit pro partu ancillæ fur-
tiuæ emptę,dicitur titul⁹ proximus:
& tit.pro empt.dicitur titulus remo
tus:ut no. Iac. de Are.& Cy. in addi.
in l.ſi ego. §.partus.ff.de Publi. ſimi
le not.in l.ij.ff.de peti. hæredi. facit
quod not.in l. quicunq;.ff. de dolo.
& idem uult Bald.in d. §.partus.quæ
uerba dicit eſſe no.quibus adde quæ
not. in l. ancillæ.ſuprà de furt. Extra
iſtos duos caſus principales ille qui
poſsidet ti.pro ſuo, non dicitur ha-
bere titulum habilem ad uſucapien-
dum: quia ſi eſſet titulus habilis ad
uſucapiendum , quilibet poſſeſſor
etiam malæ fidei,& ſine titu.qui poſ
ſideret ut dominus, cõuertendo fru-
ctus in ſuam utilitatem, poſsideret
titu. pro ſuo : & ſic uſucaperet uel
præſcriberet,quod eſt falſum : ut di-
cit gloſſ. in dicta rubrica pro ſuo. &
Bartol.& Angel. in l.j.cod. titu. qui
dicunt non . Not.cõtra aduocatos,
qui nituntur probare titulum ſuæ
poſſeſsionis habilem ad trãsferendũ
dominium, uel ad uſucapiẽdum uel
ad præſcribendum,& poſitiones fa-
ciunt & articulautur & capitulant,
quòd talis poſſedit ſpatio x. uel xx.
annorum , uel tali tempore , talem
fundum pro ſe & pro ſuo, & tanquã
ſuum: & teſtis interrogatus aſsignet
rationem , quia uidit eum poſsidere
ut dominus,& fructus recolligere,&
ſimilia.nam propterea non eſt pro-
batus titulus uerus nec putatiuus er
rore iuſto, cui adhæreat hic titulus
pro ſuo,uſucapionem patiens : ſed
eſt probatum, quòd non poſsedit
pro alieno ſeu alterius nomine,ut
conductor uel ſimiles : & ideo dicit
7 Ange.in dicta l.j. * Sis cautus arti-
culare de titulo uero uel putatiuo:
aliàs autem iſta ſimplex poſſeſsio
pro ſuo uſucapionem uel præſcri-
ptionem non pareret. Et pro præ-
dictis adde text.naturalem.in l.filiuſ
fami.in §.diuus.el primo.in uerſicu.
idem princip. ibi, non ut pro do-
minis poſsideant. de lega.j. & quod
ibi not.Ange.qui dicit quòd ille tex.
eſt pulchrior quam ſit in iure , quis
intelligatur pro domino poſsidere:
quotidie enim articulamur in hac
forma, & ex hoc etiã habetur , quid
importet dictum teſtis , qui dicit
quòd uidit talem pro domino poſsi
8 dere. *Significatum enim iſtorum
uerborum eſt habere potentiam per
cipiendi fructus , & etiam alienan-
di ad libitum uoluntatis : probabit
ergo teſtis quòd ipſe percipiebat fru
ctus,& eis fruebatur pro libito uo-
luntatis.& idem tenet Ioan.de Imo.
in d. §. diui. & de iſta materia ha-
betur per text. Bartol. Angel. & a-
lios, in l. Titia .ff. de ſolutionib. &
per Anto. de Butri. in c. cum ad ſe-
dem.in xiiij.colum.uerſic.per prædi-
cta concludunt. extrà de reſtit. ſpol.
& per Dominos de Rota in deciſio.
ſua cccexxv. & facit quod not. Inn.
in c.illud.in fin.extrà de pręſumptio.
& uide etiam omnino Bald. in addi.
Specu. in titu. de poſi. in ix. colum.
uerſi.



9 uerſ.pone in rei uẽdicatione. *ubi di
cit quòd ſi ago rei uẽdicatione,& po
no quòd tenui & poſſedi talem rem
per x.annos, ſicut quis habet & tenet
& poſsidet rem ſuã,reus dicit credo:
quæritur an ſit probata præſcriptio.
& uidetur quòd ſic:quia uidetur con
feſſata poſſeſsio,& titulus ſaltẽ gene
ralis.l.iij. §.genera.ff.de acq. poſſeſ.
contrariũ dico, quia illa uerba etiam
mẽtis qualitate & modũ poſsidendi
ſignificat:adiacẽt enim illa uerba poſ
ſeſsioni,& nõ titulo:& iſte articulus
nõ includit titulũ. nam & ſine titulo
quãdoq; quis ita poſsidet.l. Titia.ff.
de ſolu.& uide etiã omnino Bal. in l.
poſt ſentẽtiã.in ultima col.in prin.in
uerſi.ſed nec illud eſt omittendũ.ſu-
prà de ſententiis & interlocu. om.iu
10 di.qui dicit *quòd qui apparenter eſt
in poſſeſsione , præſumitur etiã exi-
ſtenter:& dicit quòd ita arguũt Doc.
per d.l. Titia. ubi innuit quòd præſu
matur titulo pro ſuo,cũ nõ appareat
de alio:& poſtea ſubdit, tu dic quòd
titulus pro ſuo non oritur ſine admi
niculo iuris concurrente,nec enim ſo
lo animo naſcitur, nemini enim à ſei
pſo titulus pro ſuo oritur:ſed aut ex
alio ti.cõcurrẽte,aut ex l. diſpoſitio
ne.ut ff.pro ſuo.l.ſi ancilla . quod de
clara,ut dixi ſuprà in prin.huius quar
tæ q.princ.uſq; ad uerſic. extra iſtos
duos caſus.Et adde etiã quod no. ele
ganter Ang.de Are.inſti. de act.in §.
ſed iſte.in uerſ.in ea.gl. ibi,alias l.ſi q
11 dem. §.hæc act.&c.* qui dicit per il-
lam gloſ. quòd ad cauſandam Publi-
cianã inter alia requiritur , quòd ha-
beat rem, & titulũ alleget.facit c.ab-
bate ſane.de re iudi.lib.vi. nõ tamen
intelligimus dixit ipſe omnem ti.ſed
titulum habilem ad cauſandũ domi-
nium uel uſucapiendi conditionem:
ut d. §.ſed iſte.ex quo ſequitur ſecun
dũ eũ quòd non ſufficeret, ſi dicere-
tur quòd poſſedit ut ſuã, & tanquam
ſuã:quia talis titulus pro ſuo , etiã ſi
dicto modo teſtes deponerẽt,nõ eſ-
ſet inductus,nec pro dona.uſucapio
nem paraos:& per cõſequens nõ cõ
peteret Publiciana: ſed iſto modo eſ
ſet deductũ & probatũ,quòd nõ poſ
ſideat pro alio uel alterius nomine,
qui titulus,pro ſuo,eſt multiplex, &
maxime generalis:ut eſt tex. cum gl.
ſingu.& ibi hoc no.Bart.in l.j.ff.pro
ſuo.alias gl.eſt in rubri.co.ti.ut ſuprà
dixi . ergo ſi talis tituli allegatio &
probatio nõ parit uſucapiẽdo cond.
ergo nec Publicianã: ut l.eum qui.in
prin.ff.de Public. quod dicit eſſe ſin-
gulariter no.unde ſubdit,quòd tu ad
uocatus ſis bene cautus,ut ſemper in
libello & in capitulis tuis exprimas
unũ titulũ ſpecialem,puta ex empto:
& ſubdes q; uirtute dicti tituli poſſe
dit pro ſuo , & tanquam ſuum talem
fundum , & tunc probando diutinã
poſſeſsionem: & ultrà hoc teſtes ſub
iungunt, quòd per dictũ tempus poſ
ſedit pro ſuo,& tanquã ſuũ,& ut do
minus fructus collegit: & tunc forte
dicto caſu præſumitur titulus allega
tus.ar.notatorũ p gl.& Doc.in l.ſer-
uitutes.la grãde.ff.de ſer. Vel for-
te dicit,& iſtud uerius , quòd ibi lo-
quitur quando tractatur de modico
præiudicio, ut ibi habetur:ſed in ca-
ſu noſtro tractatur de magno præiu-
dicio.& ideo opus erit quòd deduca
tur,& etiã probetur quòd fama erat,
quòd Titius emerat dictum fundũ,
uel quòd ſibi uel patri fuerat legatus,
& quòd uiderũt a dicto tẽpore & cir
ca uirtute talis tit. dictũ fundũ poſsi
dere pro ſuo,& tãquam ſuum, & fru
ctus recolligere , ut faciunt eorũ ibi
alij domini:tunc iſto modo proban-
do ſufficeret ad uſucapionẽ,& per cõ
ſequẽs ad Publicianam.arg.notatorũ
per Barto. in ſimili,in l.j. §.ij.ff. de i-
ti.actuq; priua.in uerſic.uenio ad ſe-
quentem gl.&c . alias ſimpliciter de-

 ducen

ducendo, & probãdo quòd poſſedit
longo tempore pro ſuo, & tanquam
ſuum, & fructus recollegit, nihil pro
batũ eſſet: quod dicit eſſe tenendum
menti perpetuo. & pro iſta opi. quòd
ſit neceſſe quòd fama ſit de titu. facit
quod ſingulariter no. Anto. de Bu. in
c. parochianos. extra de deci. *qui di- 12
xit quòd ad probandum priuilegiũ
exemptionis de non ſoluendo deci-
mas, ſufficit allegare titulum exem-
ptionis ſeu priuilegium: & quòd per
tantum tempus huius initij memoria
in contrarium non exiſtat: nõ fuit ſo
luta decima, & cõcurrẽte fama, quod
illud priuilegium exemptionis olim
cõceſſum fuerit. ar. c. ſuper quibuſdã.
§. præterea. de uerb. ſig. & c. j. de præ
ſcrip. in vi. & l. hoc iure. §. ductus a-
quæ ff. de aqua quotidiana & æſtiua.

Sed ego non puto, ꝙ nõ ſit neceſ
ſarium probare de fama, ſed ſufficit
probare aliquem iuſtum uel iuſtiſsi-
mum errore, ſeu iuſtam aut iuſtiſsi-
mam erroris cauſam: quia tunc ſuffi-
ceret cũ alleg. ti. putatiui & poſſeſsio
nem: ut eleganter uult Bart. in l. Cel-
ſus. in ij. col. in uerſi. pone pater tu⁹.
ff. de uſuca. qui dicit, *Pone quòd pa 13
ter tuus emit fundum & poſſedit x.
annis, & poſtea deceſsit, & poſſediſti
tu filius aliis x. annis, cecidiſti à poſ-
ſeſsione, non potes inuenire inſtru-
mentũ, uel teſtes, per quos probetur
titulus & poſſeſsio x. annorum, non
ſufficit ſine titulo. l. nullo. ſupra de
rei uendica. Item titulum pro hære-
de nõ potes allegare, quia es ſuus hæ
res. l. nihil. infra. ti. j. cõſului dicit Bar.
ut allegaret titulũ, ſubaudi aliũ quàm
pro hærede: ut no. Angel. in d. l. nihil.
& probaret aliquem ex prędictis cau
ſis, de quibus dicitur per eum in d. l.
Celſus. & ſequuta poſſeſsione x. an-
norum ſufficit: ſed in ipſo defuncto,
quia de facto ſuo agitur, non eſſet in
ſta cauſa. l. fi. ff. ꝓ ſuo. & ſi dicatur qua
liter probabis quòd hoc ſcieris uel
credideris ab initio, cũ incœpiſti poſ
ſidere, tandem quia id ex tuo animo
pendet, ſtabitur tuo dicto: ut no. in-
ſtitu. de act. §. aliæ. & cum de hoc eſ-
ſet publica fama, eſt præſumptio, ꝙ
ſcias: alias eſſet ignorantia ſupina. l.
regula. §. ſed facti. ff. de iur. & fac. i-
gnor. & idem tenet Bald. in l. indicia.
in uerſic. quarto quæro. ſupra de rei
uendi. & Doct. in d. l. Celſus. & uide
etiam Abb. Sicu. in c. de quarta. & ma-
xime in iij. col. in fi. de preſcrip. & Io.
And. & alios in c. iura. de iure patro.
& quod not. in l. fin. in prin. ff. de co
per quem factum erit. * Item adde 14
Bal. in l. ij. in ix. q. qui declarat an poſ
ſides in dubio iudicatur pro ſuo poſ
ſidere in rebus corporalibus & incor
poralibus, & an magis præſumatur
poſsidere ex dona. quàm ex preca-
rio. ſupra de ſeruitut. & aqua. ubi ui-
de allegat. l. Lucius. ff. de donation. 15

* Item adde quòd in incorpora-
libus ut in ſeruitutibus quoad Pu-
blicianam, in quibus locum ha-
bet Publiciana. l. ſi ego. §. j. ff. de
Public. non requiritur quòd quis ha-
beat rem ex titulo: quia ad acquiren-
dam uel præſcribendam ſeruitutem,
non requiritur titulus. l. ſi quis diu-
turno. ff. ſi ſeruitus uend. & ſic etiam
in præſcriptione, quia in omni caſu
regulariter quo habet locum præſcri
ptio, habet locum & Publiciana. l. cũ
qui. in princip. ff. de Public. & in hoc
caſu fortaſſe ſufficeret allegare titu-
lum, licet illud non probet etiam per
famam, uel per aliquam iuſtam cau-
ſam erroris ipſius tituli. iuxta no. per
glo. & Doct. in d. l. ſeruitutes. la gran
de. ff. de ſeruit. & probant quòd poſ-
ſedit rem illam pro ſua, & tanquam
ſuam cum tali ſeruitute uel ſine: quia
tractatur hic de modico præiudicio,
ſcilicet de ſeruitute quæ reputatur
modicum præiudicium reſpectu do
minij:



minij: ut no. in d. l. ſeruitutes. & in l.
ſi certis annis. ſupra de pac. & in l. cũ
de in rem uerſo. ff. de uſur. cum ſi. &
iſta omnia bene no. quia ſunt quoti-
16 diana & utilia. *Quinto principa-
liter quæro quid prodeſt iſte titulus
pro ſuo, quando cauſatur ab errore
iuſto uel iuſtiſsimo, iuxta nota. per
Bart. in l. Celſus. ff. de uſuca. dic quòd
prodeſt non ſolum ad uſucapiendũ,
ut dixi in q. præcedentibus, ſed etiam
poteſt prodeſſe ad excludendum il-
la iudicia, quæ non dantur contra ti-
tulo poſsidentem: ut not. gloſſ. ſing.
quæ eſt fin. in l. fin. ff. pro leg. quæ di-
cit eleganter, quòd ille qui poſsi-
det rem aliquo titulo putatiuo iuſto
errore ductus, licet uere titulum il-
lum non habuerit, tamen eſt perin-
de ac ſi illum titulum non haberet: i-
ta quòd non poterit conueniri peti-
tione hæreditatis, quæ regulariter
non datur contra titulo poſsiden-
tem. l. hæreditatis. ſupra de pet. hære-
dit. & l. hæreditatem. infra in quibus
cauſis ceſ. longi temporis præſcript.
ubi de hoc articulo pleniſsime: uide
licet an & quãdo cõtra titulo poſsi-
dentem detur petitio hæreditatis.

Et fortaſsis huiuſmodi titulus pro
ſuo defenderet poſsidentem à præce
pto facto per iudicem ſibi de diſgũ-
brando poſſeſsionem, de quo præce
pto fit mentio per Bar. in l. ſicut. §. ſu
peruacuum. ff. quibus mo. pig. uel hy
po. ſol. nam ex quo habet titulũ pro
ſuo, quia habet uim ueri tituli & poſ
ſeſsionem, non tenetur exire de poſ
ſeſsione. facit l. nec ullam. §. omni-
17 bus. cum ibi no. de peti. hæredi. *Se
xto quæro quot requirantur ad hoc
ut iſte titulus pro ſuo locum habeat.
dic quòd tria deberent concurrere
quæ in aliis ueris & ſpecialibus titu-
lis exiguntur. Primũ eſt poſſeſsionis
traditio uel adeptio in illis caſibus,
in quibus eſt neceſſaria traditio: ut
plene no. in l. Celſus. de uſuca. Secun
dum eſt quòd poſſeſsionis traditio
uel ademptio ſit facta, ex aliqua certa
cauſa habili ad acquirendum uel trãſ
ferendum dominium. l. j. ff. pro ſuo.
ut dixi ſupra in iiij. q. princip. nec cu-
ro utrum illa cauſa ſit uera uel puta-
tiua, dummodo non erretur ſupine:
ut dict. l. Celſus. uel quòd iuſtiſsimus
error in traditione intercedat, ut ibi
no. Tertium eſt quòd poſsidens ha-
beat bonam fidem cauſatam ab erro
18 re probabili. * Et quis dicatur error
probabilis, no. plene per Bartol. & a-
lios in d. l. Celſus. ff. de uſucap. Et
ex prædictis omnibus dictis in iſta
materia pro ſuo, conclude in practi-
ca, quia primo aliquando allegatur
titulus pro ſuo concurrens cum a-
lio titulo uero & legitimo ad uſuca-
piendum, & in hoc non eſt magna
uis, ex quo ſufficit titulus uerus: ni-
ſi ſecundum ea quæ dixi ſupra in iiij.
quæſt. princip. in uerſicu. ſecundo ca
ſu principali. de quo dic ut ibi. Se-
cundo aliquando allegatur titu. ue-
rus, ſed non perfectus, quia eſt condi
tionalis: & tunc ſufficit probare o-
mnia tria, de quibus ſupra, quæ dixi
etiam neceſſaria ad titulum pro ſuo:
& ultra hoc debet probari, quòd in-
tentio tradentis & recipientis fuit,
quia hoc actum extitit quod incon-
tinenti etiam antequam eueniat con
ditio, transferatur dominium: ut l. j.
uerſicu. ante nuptias. maxime in iiij.
quæſt. principali. in primo caſu prin
cipali. in uerſicul. uel tertio poteſt e-
tiam eſſe titulus: & ſupra in uerſicu.
prima quæſt. principalis. ubi declara
ui hoc in materia pro dote. Ter-
tio aliquando allegatur titulus pro
ſuo, ubi non concurrit alius, ſed
ſolum iuris adminiculum: puta quia
quis occupauit rem in littore re-
pertam, quam non putauit alienam,
& tunc non eſt neceſſe probare,
niſi

niſi occupationem illius rei cũ bona
fide:quia putabat eſſe in nullius bo-
nis,&poſſedit ſpatio trium annorũ.
l.unica.infra de uſuc.traſfor.iuxta ea
quæ dixi ſupra in iiij.q. principali,in
uerſi. uel poteſt etiã habere titulum.

Quarto aliquãdo allegatur titulus
nõ uerus,ſed præſumptus ſeu putati
uus:& tunc plura requirũtur.Primũ
poſſeſsionis ademptio uel traditio.
Secundũ quod ſit facta traditio , ſeu
ademptio poſſeſsionis uigore uel oc
caſione alicuius tit.habilis ad transfe
rendũ dominiũ.Tertiũ quòd ductus
fuerit errore iuſto uel iuſtiſsimo &
probabili ad hoc credendũ. Quartũ
quòd poſſederit per tempus legitimũ
ad uſucapiendũ uel præſcribendum.
Quintum ꝙ poſſederit ab initio uſq;
ad tempus legitimũ uigore uel occa
ſiõe dicti tituli putatiui.Sextũ quòd
poſſederit bona fide: ſed iſtud parti-
cipat de tertio.Septimũ quòd probe
tur de dicta bona fide,& de dicto ani
mo ſuo per dictũ ſuũ cum iuramẽto,
per ea quæ habentur in §.aliæ.ſeu in
§.ſed iſte.inſtit. de actio. & maxime
per Ang.de Are. & arg.gl. in l.ij.ſu-
pra de ſer.& aqua.& gl.in l.at qui na
tura.in §.cum me abſente.ff. de neg.
geſt.& glo. in l.j. §.ij.ff.de iti.actuq;
priua.cum ſimi.quod procedit,ut di-
xi, quãdo præceſsit titulus uerus uel
putatiuus iuſto errore,ex quo credi-
tur ſibi, ſi aſſerit de animo ſuo , & ſe
bonã fidem habuiſſe:ſecus ſi nullus ti
tulus uerus uel putatiu⁹ præceſsiſſet:
quia tunc non ſtaretur dicto ſuo, e-
tiã cũ ſacramento ſecundũ Bar.nota
biliter in d.l.j.in §.ij.quem ſequitur
Ang.de Are.in d. §.ſed iſte.inſtitu.de
act.in uerſ.in eadem gl.ibi,cum ſit de
conſcientia. Item hoc procedit quan
do nulla eſſet præſumptio cõtra poſ
ſidentem quòd poſsideret mala fide:
uel aliter, quòd requiratur in hoc tit.
pro ſuo:ſecus ſi eſſet aliqua præſum-
ptio contra eum:quia tunc non ſtare
tur dicto ſuo etiam cum ſacramẽto:
ut eſt gl.ualde ſing. lxxij.diſt.c.pro-
poſuiſti.in uerbo Probatur.& no.An
to.de But.& Doc.in c.cognoſcentes.
extra de cõſt.& Bar.in l.inter omnes.
§.recte. ff. de furtis.& idem uult de
iuratoria cautione Pau. de Caſt.in l.
j.in fin.ff.qui ſatiſda.cog.quod bene
no. Ex prædictis habes quomo-
do potes adiuuare illum, qui nullum
habuit , nec habet titulum uerum in
aliqua,uel ſi haberet ipſum, non po-
teſt probare:quia nõ habet teſtes uel
inſtrumenta de illo titulo, ut alleges
unũ tit.puta pro emptore,& ꝓbabis
ſaltem titulum pro ſuo:qui hoc caſu
eſt ualde neceſſarius & utilis, intelli-
gendo ſecundum ea quæ ſupra dixi,
quod nũquam exeat mentem tuam.

# DE VSVCAP. PRO SOLVTO.

## SVMMARIVM.

1 *Titulus pro ſoluto alijs titulis genera-lior eſt.*

2 *Titulus pro ſoluto quare inuentus fue rit,et in quibus caſibus neceſſarius ſit, & in quibus utilis.*

3 *Vſucapio titulo pro ſoluto,an indifferẽ ter procedat in contractibus nomina-tis,excepta ſtipulatione.*

4 *Titulus pro ſoluto ad hoc ut competat quot requiratur,ita ut eius uigore quis uſucapere poſsit.*

P OSTQVAM uidim⁹
de titulo pro ſuo , qui
nõ reperitur in C.uidẽ
dũ eſſe exiſtimaui de a-
liis titulis: quia etiã in
C.per leges imperiales deſcripti non
reperiũtur, uidelicet de titulo pro ſo
luto,& pro legato,& ꝓ derelicto, q
in libris digeſtorũ reperiuntur, licet
alij quamplures etiam tituli reperian
tur,



tur,de quibus habetur per tex. gl. &
Doc.in l.j. §.fi.cũ vij.ll.ſeq.uſq; ad l.
eũ qui.in prin. ff. de Publ. Videa-
mus itaq; prius de titulo pro ſoluto.
1 *Et in primis ſciendũ eſt,quòd iſte ti
tulus pro ſoluto generalior eſt aliis,
ut dicit gl. in rub.ff.pro ſuo.& in ru-
bri.ff.pro ſoluto.& poteſt eſſe ratio,
licet per alios non allegetur: quia cõ
currere poteſt cũ quolibet alio titu-
lo: ut l.iij.ff.pro ſoluto.& l.hominẽ.
ff.pro ſuo.& no.gl in l.Celſus.& ibi
Doc.ff.de uſucap . & in hoc cõuenit
cũ aliis titulis,qui poſſunt ſimul cõ-
currere:ut no.prędicta gl.j.in d.l.Cel
ſus.Item quia etiam cõpetere poteſt,
ubicunq; ſoluitur res aliena ex cau-
ſa cuiuſcunque debiti alicui tan-
quam debitum, ſiue ſit debitum, ſi-
ue indebitum : ut l.j . & l.iij . ff . pro
ſoluto. & d. l. hominem. ff. pro ſuo.
2 *Secũdo ſciẽdum eſt quare fuit in
uentus iſte titulus pro ſoluto , & in
qbus caſibus ſit neceſſarius, & in qui
bus utilis.dic quòd fuit inuentus pro
pter neceſsitatem & utilitatem.nã in
duob⁹caſib⁹fuit,& eſt neceſſari⁹ iſte
titul⁹ quo ad uſucapiẽdũ. Primus eſt
quando debetur res titulo nomina-
to ſtipulatiõis , & ſoluitur res aliena
pro illo debito,quã putabat eſſe ſol-
uentis: & erat illa quam promiſerat,
uel alia recepta de uoluntate credito
ris:quia tunc uſucapi poteſt titu. pro
ſoluto.& iſte eſt caſus in l.j.ff. pro ſo
luto . & in l . hominem.ff. pro ſuo.&
idem quãdo nõ erat uerũ debitũ,ſed
putatiuum: & pro illo ſoluitur res a-
liena bona fide . & iſte caſus in l . iij.
quæ incipit, ſi exiſtimans.ff.pro ſolu
to. Secundus caſus eſt,quando de-
betur ex aliquo contractu innomina
to:quia tunc etiam uſucapi poteſt res
aliena in ſolutum tradita ex cauſa il-
lius cõtract⁹ innominati titulo ꝓ ſo
luto:ut dicit gloſſ. notabilis in l.j.in
prin.ff pro ſoluto.quam ſequitur ibi
Ang.& ratio huius ſecundi caſus po
teſt eſſe:quia non habet titulum ſpe
cialem cum quo poſsit concurrere,
nec habet aliam materiam præexiſtẽ
tem,ſuper qua poſsit fundari alius ti
tulus , quàm iſte pro ſoluto. Sed ſi
debeatur aliquid uerè uel putatiuè
ex aliis contractibus nominatis , qui
inter titulos uſucapionis nominan-
tur , ut ex cauſa legati uel ſimili , de
quibus habetur,ut dixi in l.j. cũ ſeq.
ff.de Publ. excepto titulo ſtipulatio-
nis : tunc iſte titulus pro ſoluto non
neceſſarius,ſed utilis:quia ſolutũ uſu
capi poteſt illo titulo pro quo ſol-
uit,& etiam titulo pro ſoluto : & ſic
concurrit cum aliis titulis cauſatis ex
contractibus nominatis: excepto cõ
tractu ſtipulationis , ut dixi: & ſic e-
tiam ex diuerſis cauſis res uſucapi po
teſt.l.iij. §.ex plurimis.ff. de acquirẽ.
poſſeſ.ſicut dixi de titulo ꝓ dote.ſu-
pra in uerſi.tertio principaliter quæ-
ro.& ita uult gl.& Ang.in d.l.j.ff.pro
3 legato. *Tertio intelligendum,an
uſucapio titulo pro ſoluto,ꝓcedat in
differenter in contractibus nomina-
tis,excepta ſtipulatione . & dicendũ
eſt quòd non : quia quando ſoluitur
ex cauſa emptionis,requiritur quòd
bona fides interueniat duobus tẽpo
ribus, & tẽpore cõtractus , & tẽpore
quo ſoluitur . Sed quãdo ſoluitur ex
cauſa alteri⁹cõtract⁹,ſufficit ꝙ bona
fides interueniat tãtũ tẽpore ſolutio
nis:ut eſt text.in l.iij.ff.pro ſoluto.&
ibi gl.j.quæ dicit per illum tex.quòd
inter emptionem & cæteros contra-
ctus.quia in cæteris contractibus ſuf
ficit putare deberi ex contractu , qui
non interceſsit, quem tamen crede-
bat interceſsiſſe:ſed in uenditione nõ
ſufficit putare deberi ex uenditione:
niſi & uenditio præceſſerit . & hoc
probat : quia cum debeat interueni-
re bona fides duobus tẽporibus, ſci-
licet tempore contractus uenditio-
nis, &

nis,& tēpore traditionis:hæc nō poſ
ſunt interuenire,niſi cōtractus eſſet
in aliis.non ita dicit in gl.notabili.&
idem uult Azo in ſumma C.de uſuca
pio.pro emp.in uerſi. eiſdem aſsigna
tur.in uſuca.pro ſoluto. & quæ ſit ra
tio huius differentiæ, quia duobus
temporibus requiratur bona fides in
cōtractu uenditionis, & in aliis uno
tēpore tantū,uide per gl.& Bar.& a-
4 lios in l.ij.in prin.ff.pro emp. *Quar
to non etiā omittendū, quot requi-
runtur ad hoc ut cōpetat iſte titulus
pro ſoluto:ita ut eius uigore quis
poſsit uſucapere: & dicas quòd pri-
mo requiritur, ut aliquid ſoluatur ex
cauſa alicuius cōtractus ueri uel pu-
tatiui, ut l.j.& iij.ff. pro ſoluto.& l.
homine.ff.pro ſuo. Secundū quòd
iuſtus error interueniat, uel iuſtiſsi-
mus in contractu uenditionis:ut d.l.
iij.cum ibi no.& in l.Celſus.cum ibi
no.per Bart.& alios.ff.de uſuca. Vel
quòd uerus titulus interueniat, ubi
ſolutio fit ex cauſa emptiōis. Tertiū
quòd in contractu uenditionis inter
ueniat bona fides tēpore cōtractus,
& tēpore traditionis. in aliis uero cō
tractibus ſufficit quòd bona fides in
teruenīat tēpore ſolutiōis: ut d.l.iij.
ff.pro ſoluto. ut dixi ſupra proxime.
uerſi.tertio intelligendū eſt. Quar
tū quòd ſoluta fuerit res aliena: quia
ſi ſoluta fuiſſet res propria ſoluentis,
fuiſſet incontinenti tranſlatū domi-
nium:& ſic non haberet locum uſu-
capio uel præſcrip.l.ſequitur.§.lana.
ff.de uſuc. Quintū requiritur quòd
interueniant alia quę ſunt neceſſaria
ad uſucapionem,ſcilicet quòd res ſit
uſucapibilis, quòd poſſeſsio interue
niat,& continuata per legitimum tē
pus &c.iuxta no.inſtitu.de uſucap.in
prin.& per totum illum titulum, &
pleniſsime per Azo. in ſumma C.de
uſucap.pro empt.Cætera circa iſtam
materiam pro ſoluto,uide in toto ti.
ff.pro ſoluto.& in l.Celſus.ff. de uſu
ca.& quod no.Bart.in l.ſequitur.§.ſi
rem pignori.co.ti.

# DE VSVCAP. PRO LEGATO.

## SVMMARIVM.

1 *Titulus pro legato quando & in quibus caſibus locum habeat.*

2 *Perſonarum pluralitas ambiguitatem inducit.*

3 *Vſucapio locum habet, quādo mihi aliquid legatum fuerit, & illud in codicillis fuerit mihi ademptum.*

4 *Titulus putatiuus ſi ab uno habeatur, & ab altero poſſeſsio,quantūcunq; ille alter ſit hæres illius,a quo titulus putatiuus habetur,non ſufficit ad uſucapiendum.*

5 *Vuſucapere an aliqs poßit quādo habet titulum ab uno,& poſſeßionē ab alio.*

6 *Vſucapio pro legato an procedat,ſi nulla res mihi unquam legata fuerit, ſed tamen iuſto errore ductus,credidi mihi legatam fuiße.*

7 *Titulus pro emptore,pro ſuo,pro ſoluto,& in aliis titulis ſpecialibus, ſi ſufficiat iuſtus aut iuſtiſsimus error, pro titulo habili ad uſucapiendum, an etiā hoc in omnibus aliis titulis,qui ſint habiles ad transferendum dominium, locum habeat.*

8 *Specialia omnia non ſunt ad conſequētiam trahenda.*

9 *Titulus pro legato ad hoc ut locum habeat,quot neceßaria ſint.*

10 *Vſucapere pro legato an poterit ſpurius illud quod eſt ſibi a patre relictū.*

11 *Vſucapere titulo pro legato rem patris an poterit filius ſpurius uel inceſtuoſus errans in facto, puta credens ſe legitimum.*

12 *Legitimitatē an præſcripſerit aliquis, qui per ſpatium xxx.annorum ſe legitimum putabat,cum non eſſet,*

SEQVI



SEQVITVR nunc ut
uideamus de ti.pro le-
1 gato. * Et primo dica-
mus quādo & in quib⁹
caſibus locū habeat ti.
pro legato, cuius uigore res legata
poſsit uſucapi. Et dic quòd locū ha-
bet quādo uere uni legata eſt res alie
na,& ſic à nō domino: quia is legata
rius recte uſucapere poteſt titulo ꝑ
legato.l.j.in princi.& l.iiij.& l.fin.in
princ.ff.pro legato:ſecus ſi legaretur
à domino: quia tunc mortuo teſtato
re incōtinēti trāſferretur dominium
rei legatę in legatarium.l.à Titio.ff.
de fur.uel ab adita hęreditate.l.ſi tibi
homo.§.cū ſeruus.de leg.j. & ſi non
haberet locum uſucapio. l. ſequitur.
§.lana.ff.de uſuca.& ita uult gloſ.in
d l.j.in prin.ff.pro legato. Item ha
bet locus iſte titulus pro legato, quā
do mihi legatum non eſt,& exiſtimo
mihi legatum fuiſſe ductus iuſto er-
rore,puta errando in facto:quia cre-
didi teſtamentum ſolenne: quod nō
erat. nam uſucapiam pro legato:ut l.
fin.ibi,ſed & ſi non recte legatū. & l.
iiij.ff.pro legato.& l. ſi ancillam. §.j.
ff.pro ſuo. & idem ſi in nomine erat
dubitatio, ueluti ſi Titio legatū ſit:
& duo ſunt Titij, & alter eorum de
ſe cogitatum falſo exiſtimauerit, ut
d.l.iiij.in uerſi.ſi.& eſt tex.ſecundum
intellectum gloſſ.j.in d.l.ſi ancillam.
§.fi.& hoc intellige ſecundum Ang.
in d.l.iiij.quando nemo ſibi faciebat
controuerſiam de legato:aliàs ſecus,
ut l.ſi ſeruum. §.ſi inter duos.ff. de le
ga.ij.& eo caſu quo fieret ſibi cōtro-
uerſia per aliū eiuſdem nominis, gra
tificationi locus erit, ſi non appa-
reat de quo teſtator ſenſerit,ut ibi li-
2 tera dicit. *Vnde perſonarum plura-
litas ambiguitatem inducit:ut dict.l.
iiij.& l.duo ſunt Titij.ff. de teſta.tu.
ſic & pluralitas locorum & rerum. l.
ubi autem non apparet.in princ.ff.de
uerbo.obliga.quod eſt not. ad mul-
ta.Nec obſtat prædictis l.j.in ſi cum
duabus ll. ſeq. quæ uidentur dicere
contrariū,dū uolunt, quòd ubi lega
tum non eſt, non procedit uſucapio
pro legato: quia illæ ll. intelligi de-
bent,ubi nullus iuſtus error interue-
nerit: ſecus ſi interueniſſet: ut nota.
gloſſ.in dictis iuribus:circa quod ui-
de quod dicam infrà in uerſicul.item
3 poſſet dubitari. *Item habet locum
uſucapio pro legato,quando mihi a-
liquid legatum eſt: & id in codicillis
fuit mihi ademptum:quod tamen ne
ſcio,ut d.l.iiij.in princip. & l.fi. in fi.
ff.pro legat. & no.Azo in ſumma.in-
fra de uſuc.ꝑ emp.in pe.col.uerſ.quā
doq; tamen. & ſi non ſubſit titulus,
&c.& eſt ratio: quia licet legatarius
habuerit nomen teſtamento: tamen
iuſto errore potuit ignorare ſubſtan
tiam codicillorum.concordat l. non
eſt ferendus.ff.de tranſact. & ibi no.
quod facit ad multa: & propter hoc
dicit Angel. in dict.l. iiij.quod uide-
tur reprobari ſententia Bartoli, di-
4 centis,*quòd ſi titulus putatiuus ha-
betur ab uno, & ab altero habetur
poſſeſsio, quantumcunque ille al-
ter ſit hæres illius à quo habetur ti-
tul. putatiuus,non ſufficit ad uſuca-
piendum: ut ipſe Bartol.no.in l.cum
ſolus. ff.de uſucapio. nam dicit An-
gel.quòd in dicta l.iiij. titulus puta-
tiuus habebatur à teſtatore, poſſeſ-
ſio ab hærede, non cauillando lite-
ram:& tamen procedit uſucapio. &
clarius probatur in dicta leg. ſi ancil
lam.in §.fin.ff.pro ſuo. de quo arti-
5 culo,* uidelicet quando quis habet
titulum ab uno, & poſſeſsionem ab
alio, an poſsit uſucapere, uide ple-
ne per Bartolum, Angelum, & alios
in dicta leg.cum ſolus.& per Paul.de
Caſtro, in l. ſi ex ſtipulatione. in fi-
ne. ff. de acquirenda poſſeſsione.
6 * Item poſſet dubitari, quid ſi
nulla

nulla res fuit mihi unquã legata, ſed
tamẽ iuſto errore ductus credidi mi
hi legatũ fuiſſe: nũquid procedat uſu
capio ti.pro legato? & uidetur quòd
nõ.l.j.in fi.cũ duabus ll.ſeq.eo.tit.&
quia omnes leges ff.pro legato. & l.
ſi ancillã. §.fi.ff.pro ſuo.quæ loquũ-
tur de iſto ti. loquũtur quando uere
legatũ fuerit, ſed alteri & non mihi:
uel fuerat teſtamentũ minus ſolene,
uel legatũ reuocatũ: & ſic habuerat
aliquod primordiũ ueritatis: ſecus er
go uidetur ſi nullo modo legatũ fue
rat.& ita uidetur ſentire Azo in ſum
ma in ti.de uſuc.pro emp.in loco prę
allegato. ubi loquitur quãdo legatũ
fuit relictũ. In contrarium facit, quia
quo ad uſucapiendũ, ſufficit tit.puta
tiuus, etiã ſi nullus interuenerit, dũ-
modo iuſto errore ductus fuerit.l.ho
minem.ff.pro ſuo.& l. quod uulgo.
ff.de uſuca.pro emp.& no.per gl.j.in
l.Celſus.ff.de uſucap.& dixi ſupra in
materia tituli, pro ſuo.& hoc etiam
ſentire uidetur gl.in l.j.in uerbo Le-
gatum.& in l.ij.& iij. ff. pro legato.
quæ intelligit illa uia, quando iuſtus
error non interuenit: ut dixi ſuprà in
uerſi.nec obſtat prędictis.& pro hoc
allego l.fin.ibi, ſed ſi non recte lega
tum.eo.tit.quem text.intellexit Azo
in ſumma de uſuca.pro emp. quando
legatum fuiſſet in teſtamento minus
ſolenni: quia paria ſunt aliquid non
eſſe factũ, uel non legitime factũ, ut
l.iiij.§.condemnatũ.ff.de re iudi. &
l.non putaui. §.nũquam uis.ff.de cõ
tratab. facit l.quoties. cũ materia ff.
qui ſatiſda.cog. Sed gl.j.in prin.in
d.l.iiij.ff.pro legato. uidetur tenere
primam partem, uidelicet quòd non
ſufficiat iuſtus error ad uſucapiendũ.
tit.pro legato. ubi uere nullum lega
tum præceſsit: nec ſecundum eã iſta
ſunt omnia paria, ademptum fuiſſe le
gatum, uel non fuiſſe relictum: & co
natur reſpondere ad l. ſi ita aſcriptũ.
ff.de le.j.ſed Ang.ibi reſpõdet aliter,
uidelicet ꝙ ibi loquitur quo ad do-
minium traſferendum, ſecus quo ad
uſucapiendum: quia tũc omnino nõ
ſunt paria: quia ſufficit error iuſtus.l.
quod uulgo.ff.de uſuca.pro emp.uel
potes ad idẽ aliter reſpondere, quòd
quo ad effectus intrinſecos, puta ad
transferendum incontinenti domi-
nium.& loquitur d.l.ſi ita aſcriptum,
quia paria ſunt, legatum non fuiſſe,
uel fuiſſe legatum ademptum, ut ibi:
ſed quo ad effectus extrinſecos, puta
ad uſucapiendum, non ſunt paria.
Sed ſuſtinendo ſecundam partem
poteſt dici, ꝙ prædicta glo. in l.iiij.
ff.pro legato.non obſtat: quia conce
do ut ipſe dicit, quòd ubi factum fuit
legatum, licet fuerit ademptum, plus
operetur quàm ſi nõ fuiſſet unquam
legatũ, in hoc ſcilicet, qa iſtud quod
ſemel fuerit legatum, præbet facilius
iuſtam cauſam errandi, ex quo igno-
rauit reuocationem, quàm ſi nunquã
fuiſſet factum legatum: nõ tamen ne
gat, quòd ubi etiam nunquam fuiſſet
legatum factum, ſi tamen quis habe-
ret rem ex cauſa legati, tanquam ſibi
legatum, ſi fuiſſet in errore iuſto, nõ
poſſet uſucapere: qa poteſt eſſe quòd
ad hoc credendum fuerit inductus iu
ſto errore: puta quia forte à duobus
fide dignis teſtibus ſibi dictum fue-
rat, quod fuerat ſibi legata.arg.gloſſ.
nota.in l. Titio fundus.cum ibi not.
ff.de condi.& demonſt.& per not.in
l.j.in princip. ff. de eo per quem fa-
ctum erit.coniunctis his quæ haben-
tur per gloſſ. & Bartol. & alios in l.
Celſus.ff.de uſucap. & ideo hoc ca-
ſu procedet uſucapio titul. pro lega-
to: ſicut dictum eſt de titul. pro ſuo,
& pro ſoluto: quia in hac materia u-
ſucapionis pro legato ſufficit iuſta
cauſa erroris: ut dicit text. in dicta l.
iiij. Et iſtam opinio. tenet gloſſ. &
Bartol.in l. Celſus. ff. de uſucap. &
Ange.



Angel.ibi expreſſe per text.ibi, nul-
lumque legatum ſit.dum ſubaudit,
neq; ex aliqua cauſa exiſtimetur do-
natum uel legatum eſſe, ſecundum
ueram opin. & tenet etiam Bald.in
l. nullo.poſt ſecundum notabile.s.
de rei.uend. Vnde uidetur quòd
poſsit concludi, quòd error iuſtus
uel iuſtiſsimus ſuper tit. pro legato,
qui uere nõ erat, uel non legitimus,
uel reuocatus ſufficiat pro titul. pu-
tatiuo habili ad uſucapiẽdum. Imò
plus dixit gloſſ. ſing.in l.fi. in gloſſ.
fi.ff.pro legato: quòd titulus puta-
tiuus habet uim ueri tituli, ita ut poſ
ſidens uigore huiuſmodi tituli puta
tiui, non poſsit conueniri aliquo iu-
dicio, quòd non poſsit competere
contra titul.poſsidentem: ut dixi s.
in v.quæſt.princ.in materia tituli ꝓ
ſuo. quam gloſſ.dicit ibi Ange.eſſe
mirabilem, quæ tenet quòd ſicuti ti
tul. uerus excludit petitionem hæ-
reditatis, ita putatiuus iuſto errore:
ſed tamen non tenet eam, imò dicit
hoc eſſe falſum: ut not.in l.cogi.per
Cy.in ij.quæſt.ſuprà de peti.hæred.
& habetur in l.Iul.in prin.ff.ex qui-
bus cauſis maio. dicit ergo quòd li-
cet petitio hæreditatis ſit perpetua:
ut l.hæreditatis.s.de peti.hæredi.ta
men ubi cõpetit pro re mobili, tol-
litur triennio: & ubi pro immobili,
tollitur longo tempore: & in hoc ex
ceditur à non ſuis terminis, ut l.hæ-
reditatem.j.in quibus cau.ceſ. lon-
gi temporis præſcri.ubi de hoc ple-
niſsime dicam, & declarabo omnia
7 prædicta. *Item incidenter ad pro-
poſitum tamen hic poteſt dubitari,
quia ſæpiſsime facta eſt mentio in
iſtis titu.pro emp.pro ſuo, pro ſolu-
to, & in aliis titul.ſpecialibus, quòd
ſufficit iuſtus aut iuſtiſsimus error
pro titu.habili quo ad uſucapiendũ:
an hoc locum habeat in omnibus a-
liis titul.qui ſunt habiles ad transfe-
rendum dominium: de quibus ha-
betur maxime in l.j.in fin.cum vij.
ll.ſeq. ff.de Publi.Azo in ſumma C.
de uſucap.pro emp.in pen.col.uer-
ſicul.quę autem dicta ſunt.dixit ſin-
gulariter, quòd illa quæ dicta ſunt in
ſpecialibus caſibus, propter iuſtam
ignorantiam, uoluerunt quidam ex
tendere ad omnem titulum, ubicun
que iuſtus error interuenerit, etiã
ſi id nõ reperiatur lege cautum: ſed
hoc non putat eſſe uerum: quia ſu-
perior regula dicit contrarium, ui-
delicet quòd exigatur in uſucapio-
ne titulus: ut l.Celſus.ff.de uſucap.
cui non derogo, niſi in omnibus prę
dictis, uidelicet in uſucap. pro emp.
pro legato, pro ſoluto, pro hærede,
& in aliis qui in lege reperiuntur.
8 *Hæc enim ſpecialia ſunt trahenda
ad conſequẽtiam: ut ff.de regul.iur.
l.quæ propter neceſsitatem. & l.qđ
cõtra.facit l.ius ſingulare.& l.quod
uero contra.ff.de legi.quod perpe-
tuo tene menti pro declaratione to
tius materiæ uſucapionis & præſcri
ptionis. Aduerte, quia gloſſ.j.in d.l.
Celſus.referendo prædictam opin.
Azo.ipſam reprobat.& Bart.ibi in j.
colũ.quod uerius credo per ea quæ
not. ibi per eum, & alios ſcribentes.
9 *Secundo principaliter dicamus
quot ſint neceſſaria, ſeu quæ requi-
rantur ad hoc, ut tit.pro legato lo-
cum habeat. & dic plura eſſe neceſ-
ſaria quæ ad hoc requiruntur. Primũ
eſt, quòd res aliena uere legata mi-
hi fuerit, quo caſu ꝓcedit uſucapio
ex uero titul. pro lega.& iſte eſt ca-
ſus in l.j.in princip.& in l.fi.in prin.
ff. pro lega.uel quòd fuerit legata
alteri, & non mihi: uel legatum fue-
rit reuocatum, interueniente ſem-
per iuſto errore: ut l.iiij.& l.fina.ff.
pro lega.& l.ſi ancillam. §.fin.ff.pro
ſuo.ut s.dixi.& not.quòd dixi, alie-
na res: quia ſi eſſet propria, & lega-

tum fuiſſet mihi à domino, & non reuocatum, non fuiſſet neceſſaria uſucapio, ſecundum gl. in d.l.j.& dixi etiam ſ.ſed ſi uere legata non eſſet illi, qui poſſedit ti. pro legato, uel ſi legatum fuit ſibi reuocatū, ſecundū ea quæ ſ. dixi, tunc poſſet uſucapi, ſiue res eſſet aliena, ſiue teſtatoris: ut eſt tex. in l.iiij. in prin. ff. pro legato. & eſt ratio, quia etiam in hoc caſu ſi res eſſet teſtatoris, non trāſiret dominiū recta uia à morte teſtatoris, uel etiam ab adita hæreditate in legatarium: ex quo ſibi non fuit legatum, uel fuit reuocatū. Secundū requiritur, quādo res aliena legatur, ut legans ſit mortuus: quia non ſufficeret legatario, ſi putaret eū mortuū, & uiueret. ar. l.j. ff. pro hærede. & ita uult gl. & Ang. in l. ea res. ff. pro leg. Tertium requiritur, nō ſolum, ut legans ſit mortuus, ſed ꝙ etiam legatarius exiſtimauerit ipſum mortuum: ut eſt text. in l. ſi is cui. ff. pro legat. Quartum requiritur, ꝙ etiam ſciatur, ꝙ legans ſit mortuus, ſecūdum glo. ibi: licet quando res aliena legatur, non requiratur, ut dominus rei legatæ ſit mortuus: ut eſt tex. in d.l. ea res. & ibi hoc etiā uult Ang. Quintum requiritur, ꝙ ille cui legatur, habeat teſtamēti factionem paſsiuam, id eſt, ꝙ ſit capax ſucceſsionis ſeu legati: ut l. nemo poteſt. ff. pro lega. & l. ſi. in pri. ſic habetur in tex. cui recte legatum relictum eſt, id eſt, cui teſtator legare potuit: ut dicit ibi gl. e. ti. facit l. ſi. ff. pro hærede. quæ autem ſint illæ perſonæ, quibus legari poteſt? dic illæ ſolæ, quibus eſt teſtamēti factio paſsiua: ut eſt tex. in §. legati autē. inſti. de leg. & ibi gl. ord. quæ enumerat perſonas, quæ non habēt teſtamēti factionē paſsiuā. & habetur etiā per aliam glo. ſimilem in l.j. in prin. ff. de iu. fiſci. ſecus ſi ab eo legetur, qui nō eſt capax rei legatæ: qa tunc legatum ualeret, & poſſet procedere uſucapio: ut l. mortuo. §. Labeo. ff. de leg. ij. ſecundū gl. in d.l. nemo poteſt. Sextū requiritur, ꝙ legatarius rei ſibi legatæ cōmercium habeat, ut uult gl. in d.l. nemo poteſt.

*Sed quid ſi eſt aliàs capax legata- 10
rius? ſed uidetur ab illo à quo cadit ſibi relictū, puta eſt filius ſpurius, uel inceſtuoſus, qui relicti à patre ſuo non eſt capax: ut in aut. quibus mo. natu. effi. ſui. §. fi. & in aut. ex cōplexu. ſ. de inceſtis nup. ſed tamē eſt capax, ſi ab alio extraneo ſibi relinquatur: ut eſt gl. no. in d. §. fi. in glo. magna. quod tenet Bar. in l.j. in prin. de iure fiſci. & in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. el j. ad fi. de leg. j. & Ange. in l. ij. ſ. de hæred. inſti. & Io. de Im. in l. qđ donationis. ff. de dona. cauſa mor. & Pau. de Caſt. in l. Gallus. in §. quid ſi is. in iiij. col. in pri. ff. de lib. & poſth. & nunquid poterit uſucapere pro legato rem quā putauit ſibi à patre relictā? gl. in d.l. nemo poteſt. in fin. ff. pro lega. tenet ꝙ non, ſecundum Azo. & bene: qa ſicut pater nō potuiſſet dominiū rei legatæ in filiū transferre, ſi res fuiſſet præſens ratione incapacitatis, ut dixi: ita legādo rem alienā non potuit transferre uſucapiendi conditionē. l. clauibus. ff. de contrah. emp. & dicit Ang. in d.l. nemo poteſt. ꝙ ſi bene conſideres, talis poſſeſſor eſt malefidei. pro hoc facit etiā ſecundū eum l. ſi uir. ff. de dona. & ꝓbatur in materia l.j. ff. de reg. Cato. *Et poſſet circa prædi- 11
cta dubitari de quæſtione pulchra: quid ſi filius ſpurius uel inceſtuoſus errans in facto putat ſe poſſe uſucapere, quia putat ſe legitimum: quia forte exiſtimabat ſe iuſtis nuptiis ꝓcreatū iuſto errore ductus, uel quia putabat ſe legitimatum, cum nō eſſet ſaltem legitime: an tunc poterit uſucapere tit. pro legato, rem patris



ſibi ab eo relictam? & gloſſ. ſingu. in dicta l. nemo poteſt. tenet quòd nō. & pro hoc facit: quia ſi patri interdicta eſt licentia relinquendi huiuſmodi filiis ſpuriis, uel inceſtuoſis, ut dixi. ergo uidetur interdicta uſucapio. l. ubi lex. ff. de uſucap. & iſtam opinio. tenet Iacob. de Aret. per dictam l. & idem tenet Bald. in l. nullo. in ij. quæſt. ſupra de rei uendi. & ibi etiam Salycet. & ſubdit ibi Bald. quòd ſi poſſediſſet rem ſpatio xxx. annorum, credit quòd præſcripſiſſet ius excipiendi, per l. ſi quis emptionis tit. infrà de præſcriptio. xxx. annorum. Item pro iſta facit, quia ſicut ſi pater legaſſet rem ꝓpriā filio ſpurio, non transferretur dominiū, ut in §. fina. in auten. quibus mod. natu. effic. ſui. ita non poteſt transferri uſucapiendi conditio, per d.l. clauibus. & ſic non poteſt plus operari poſſeſsio, quàm uerus titulus cum uoluntate tradentis. ar. l. ſi uir. ff. pro lega. & pro hoc etiam facit quod dictum eſt in quæſt. præcedē.

Sed in cōtrarium, quòd imo poſſit uſucapere uel præſcribere. facit l. qui contrà. ſuprà de inceſt. nup. ubi propter iuſtam ignorantiam huiuſmodi perſonæ pro legitimis habentur. & hæc ſcientia eſt humanior ſecundum Angelum in dicta l. nemo poteſt. pro qua facit ſecundum eum l.j. in fin. ff. pro dote. & dicit ꝙ huic opi. inhærebat Ray. de For. Nec ob. d.l. ubi lex. quia ibi uſucapio prohibetur. & ſubdit quòd iſta ſcientia ſibi placet. & de hoc etiam tetigi in l. uenditione. ſuper gloſſ. ij. ſuprà de uſucap. pro emp. & pro iſta opi. facit l. fin. in ij. reſponſo. ff. pro lega. quæ probat, quòd ubi error iuris procedit ab errore facti, non impeditur uſucapio, & in cauſa lucratiua, ſicut eſt legatum. Ego autem puto primā opi. ueriorem per ea quæ ſuprà dixi. nec ob. l. qui cōtrà. ſuprà de inceſt. nup. cum glo. quia ibi loquitur in errore parentis contrahentis nuptias prohibitas, quo caſū uidetur quòd filius non ſit illegitimus quo ad bona parentis errantis, ut ibi no. & idē tenet Angel. in l. ſi uxor. §. diuus Seuerus. ff. ad l. Iul. de adulter. & habetur per Bartol. & alios in l. Paulus. aliàs incipit, eius qui. ff. de ſtatu ho. & per glo. in c. inhibitio. §. ſi quis. in uerbo, ſi ambo parētes. extra de clande. deſponſa. & ibi per Doctor. ſed ſecus uidetur eſſe quantum ad filiū, qui licet reputet ſe eſſe legitimum, tamen propter hoc non efficitur legitimus, nec habetur pro legitimo, ut dicam in ſequen. quæſt. & ideo error iuris in ſua legitimitate ſibi non prodeſt, ex quo eſt perſona incapax, cui legari nòn potuit à patre, etiam eſſet res aliena, licet putaſſet eſſe ſuam, ut dixi in quæſt. præcedenti. Nec obſtat l.j. in fine. ff. pro dote. quia potius probat contrarium: nec eſt eadem ratio ibi, quæ eſt hic, etiā ſi uidemus ibi ſumere argumētum à contrario ſenſu. Nec obſtat quòd fuerit in errore aliquo, quia ille fuit error iuris. de quo plene dixi in dicta l. uenditioni. ac etiam ille error licet potuerit procedere à facto, tamen non fuit circa titulum, ſed circa ſuam incapacitatem, qui ſibi non
12 prodeſt, ut ſtatim dicam. *Sed pone quòd aliquis putauit per ſpatium triginta annorum ſe legitimū, cum non ſit, nunquid per hoc præſcripſerat legitimitatem? dic quòd nō, imo opus eſt quòd legitimetur à principe, ut ff. de ritu nupt. l. qua in prouincia. in §. diuus. ſecundum Bald. not. in l. nullo. in uer. ſed pone quòd aliquis. ſuprà de rei uendi.

# DE VSVCAP. PRO DERELICTO.

## SVMMARIVM.

1 *Titulus pro derelicto, ſicut titulus pro ſoluto, & alij ad dominium transferẽdum habilis exiſtit.*
2 *Rem ſuã mobilem ſi dominus pro derelicto habuerit, uel ipſam iactauerit, ſeu in uulgus ſparſerit, an continuo occupanti concedatur.*
3 *Pecuniam Papa uel princeps cur in uulgus ſpargat.*
4 *Vſucapio pro derelicto tunc procedit, quãdo quis rem alienã ꝑ derelicto habuit, et unꝰ eã occupauit uel apphẽdit.*
5 *Vſucapere an poſſim rem, quam ex alia cauſa acquirere me putabã, & pro derelicto ipſam habitam occupaui.*
6 *Vſucapi quomodo poſſit titulo pro derelicto res pro derelicto habita, & in quo iſte titulus conſiſtat.*
7 *Stãte ſtatuto ꝙ de quolibet contractu ſoluatur gabella, ſi ego nolẽs ſoluere, uolens tibi donare, habui rem pro derelicto, ut tu eam occupares, an hoc quædam donatio dicatur.*
8 *Donatio rei habitæ pro derelicto, an inſinuari debeat.*
9 *Rem pro derelicto quis habere dicat.*
10 *Res in naufragio ſi quiſpiam in mare proiecerit leuandæ nauis cauſa, an eas pro derelicto habere dicatur.*
11 *Decretum primum qui patitur, rem ꝑ derelicto habere dicitur.*
12 *Fluminis impetus ſi ratem ruperit, & in fundum tuũ lignamina proiecerit, quomodo ſciri poterit, an lignorũ dominus ea pro derelicto habuerit, & quid de illis lignis agendum.*
13 *Flumẽ ſi i alicuius agrũ lignamina & uegetes proiecerit, quæ agris noceãt, an ea lucrifacere poſſit, maxime cũ dictarum rerum domini non cognoſcantur.*
14 *Seruo infirmo ſi quiſpiam alimenta negauerit, ſtatim liber efficitur.*
15 *Seruo ſano ſi aliquis alimenta futura ſeu præſentia negauerit, an per hoc ipſum pro derelicto habere uideatur.*
16 *Fortunæ id quod committitur, et non defenditur, an derelinqui dicatur.*
17 *Rem pro derelicto quis habere poſſit.*
18 *Agrum deſerere aliud eſt, & aliud derelinquere.*
19 *Fũdi dominus deſertor an poſſit pœnitentia duci, & ipſum fundum recuperare & colere.*

POSTREMO *uiden 1
dũ eſt de ti. pro dere-
licto. nam ſicut ti. pro
legato, de quo dictũ
eſt s. ꝓxime, & ti. pro
ſoluto, & alii de qbus in hac lege di-
ctũ eſt, ſunt tituli habiles ad uſucapi-
endũ: ita etiã eſt habilis ti. ꝓ dereli-
cto: ut l. id qđ. cũ ſeq. ff. ꝓ derelicto.
quod declarat ſecũdũ ea quæ dicam
j. in uer. tertio principaliter uidea-
mus. *Circa quẽ titulum primo ſciẽ 2
dum eſt, quod ſi dominꝰ habuit rem
ſuã mobilem pro derelicto, uel ipsã
iactauit, ſeu ſparſit in uulgus, conti-
nuo occupanti cõceditur, & domi-
nium acquiritur per occupationẽ. l.
ſi id qđ. §. id quod. ff. pro derelicto.
& l. qua ratione. §. pe. & fi. ff. de acq.
re. do. & inſt. de re. diuiſ. in §. pe. qui
incipit, hoc amplius. & his duobꝰ ca-
ſibus non habet locũ uſucapio pro
derelicto, ex quo ſtatim res efficitur
occupãtis, cũ erat derelinquẽtis: ut
no. gl. fi. in fi. in l. j. ff. ꝓ derelicto. &
eſt ratio: qa nemo poteſt rem ſuã u-
ſucapere. l. ſeqtur. §. lana. ff. de uſuc.
Sed tamẽ eſt differẽtia quo ad a-
liud inter iſtos duos caſus: quia quã
do quis habet rem ſuã ꝓ derelicto
incõtinenti ꝑdit dominiũ rei ſuę, e-
tiã antequã occupetur ꝑ aliũ: ut l. ij.
in fi. ff. ꝓ derelicto. & eſt ratio: quia
ille ꝗ habet rem pro derelicto, prin-
cipaliter uult carere illa re: licet ſe-
cundario uelit, ut acquirat occupan
ti: ut d. §. pe. *Sed aliud eſt, quan-
do



do quis iactat uel ſpargit rem ſeu pe
cuniam in uulgus: ut forſitã aperia-
tur Papæ uel principi trãſeunti. nam
dicit Accur. in d. §. pe. ꝙ huiuſmodi
res uel pecunia omittũtur ſeu proii-
ciũtur in populũ, ut illuc cõcurren-
te multitudine populi ꝓ ſuſcipiẽda
pecunia poſsint prætores uel cõſu-
les ꝑtrãſire, ut in coronatione Papæ
dixit ſe uidiſſe. allegat dic. l. ſi id qđ.
§. id quod. & in aut. de cõſuli. §. ha-
bitam. ibi, argentũ uero. & ita etiam
ego uidi, quãdo eſt creatus Dux Ve
netiarum, & ducitur per plateas, ut
oſtẽdatur populo, & propter maxi-
mã copiã populi cõcurrẽtẽ iactãtur
pecuniæ in uulgus, ut poſsit facilius
Princeps facere tranſitũ. uidi etiam
ob aliam cauſam iactari pecuniã in
uulgus in Alemania, in ciuitate Pata
uiæ, dum eſſem Orator Venetus a-
pud Imperatorẽ in dieta Ratiſponẽ
ſi contra Turcos inſtituta, cum ma-
gnifico do. Paulo Maureceno patri-
cio Veneto, & domino meo colen-
diſsimo. nam epiſcopus Patauienſis
qui nouã monetam cudi fecerat ꝓ 4
populi lætitia, fecit fieri proclamatã
per ciuitatem de dicta noua moneta
expendenda, & in quolibet quadri-
uio fecit proiicere de illa noua pe-
cunia in uulgus, & hoc caſu iactan-
tur in uulgus pecunie principaliter,
ut alius habeat, licet ſecundario ue-
lit carere: unde antequam appræhẽ-
dantur ſeu occupẽtur per aliquem,
non deſinit eſſe dominus: ſed demũ
poſt appræhenſionem alterius: ut in
§ pe. inſti. de re. diuiſio. Et ratio ra-
tionis eſt, quia principalis intẽtio ia
ctãtis in uulgus, eſt donare, licet in
incertam perſonam: ſed intentio ha
bentis tunc pro derelicto eſt princi
paliter perdere: ut dicit gloſ. in d. l. ſi
id quod. §. j. & ibi etiã hoc uult An-
ge. Sed contra iſtud oppon. quia
non uidetur, quod etiam ille qui ha-
bet rem pro derelicto, perdat domi
nium antequam alii acquiratur, per
l. nec utilem. in fi. ff. ex quibus cauſ.
maio. Sed reſpondetur quod illud
procedit ibi contra domini uolunta
tem: ſed in caſu noſtro ſecundũ do-
mini uolũtatem eius determinatio-
ne facta. l. ſi quis ui. §. differentia.
cum ibi no. ff. de acquiren. poſſeſ. ſe
cundum Ange. in l. j. cum ſeq. ff. pro
derelicto. Vel potes aliter reſponde
re ſecundum Iac. de Areti. quod d. l.
nec utilem. in fi. loquitur quando a-
getur de dando certæ perſonæ: & i-
deo niſi ei quæratur, ceſſat cauſa fi-
nalis actus: & ideo remanet domi-
nus, ut ibi. Sed in caſu noſtro loqui-
mur, quando uolebat relinquere rẽ
in priſtinam naturam: uel dare per-
ſonæ incertæ. arg. d. l. ſi id quod. §. j.
ibi, quãuis incertæ perſonæ uolue-
rit, &c. ff. pro derelicto. Et circa ma-
teriam d. l. nec utilem. in fi. uide Bar.
in l. plane. in prin. ff. de leg. j. & Alb.
de Ro. in l. ſi fuerit. ff. de rebus dub.
& Ion. de Anan. in cap. fi. de Iudæis.
*Secundo principaliter uidẽdum
eſt, quod uſucapio pro derelicto tũc
procedit, quando quis rem alienam
habuit ꝓ derelicto, & unus eam oc-
capauit, uel appræhendit: ut l. id qđ.
ff. pro derelicto. & ſufficit quantum
ad hoc, ſcire rem habitã pro dereli-
cto, licet ignoret à quo: ut eſt caſus
ibi ſecũdum Ang. & bene: imo plus
etiam ſi uere non fuerit res habita
pro derelicto: ſi tamen iuſtiſsimo er
rore ductus fuit ad hoc credendum,
poſſet uſucapere, ſicut dictum eſt in
aliis tit. in l. Celſus. ff. de uſucap. ſe-
cundum gloſſ. no. in l. nemo. ff. pro
derelicto. Nec ob. d. l. nemo. quæ di
cit, nemo poteſt pro derelicto uſuca
pere, qui falſo exiſtimauerit rem ha
bitam eſſe pro derelicto: quia intel-
ligitur niſi iuſtiſsimus error interue
nerit ex parte occupantis, ſecundũ

glo.ibi ut ſ.dixi. *Sed quid ſi pu- 5
tabam me ex alia cauſa acquirere, &
pro derelicto rem habitam occupa-
ui, nunquid eam poſsim uſucapere?
gl.dicit quòd non, in l.ij.in princ.ff.
pro derelicto.arg.l.ij.§.ſi ſub condi
tione.ff.pro emp.& l.ſi id quod præ
allegata. ſed certe text.in d.§.ſi ſub
conditione.facit in oppoſitum.nam
dicit quòd ſufficit ad acquirendum
habere titulum: nec eſt curandum
utrum ſciat ſe habere, necne: & cu-
ratur potius de ueritate quàm de o-
pi.& ideo Iacob.de Aret.in d.l.ij.di-
xit quòd gloſſ.allegat illum §.ſi ſub
conditione. ſecundum intellectum
Io.qui quidem intellectus ibi repro
batur.& ideo Iacob.de Areti.in d.l.
ij.reprobat gloſſ. ibi, & dicit quòd
credit quòd ille qui erraret in hoc,
poſſet nihilo minus effici dominus.
Nec obſtat d.l.id quod.quia tunc o-
portet ſcire rem haberi pro dereli-
cto: cum non ſubſit alia iuſta cauſa
poſsidendi. Item & iuſtiſsimus er-
ror tantum præſtat, quantum ſcien-
tia: ut no.gloſſ.in d.l.nemo.ut ſ.di-
xi. *Tertio principaliter uidea- 6
mus, quomodo res habita pro dere-
licto poſsit uſucapi ti.pro derelicto,
& in quo cōſiſtat iſte tit.& dic quòd
ille qui habet rem pro derelicto, ui-
detur uelle donare perſonæ incer-
tæ, poſtea capienti ſeu occupāti eam:
& hoc genus derelinquendi dona,
ſcilicet donatio, quædā eſt: ut l.quòd
ſeruus. ff.de ſtipulatione ſeruorū.&
ibi Bar.& alii.& ita tenet etiā Ange.
in d.l.ſi id quod.§.j.ff.ꝑ derelicto.

Sed contra hoc opp.imò non po-
teſt eſſe donatio, ex quo ſaltem ho-
die pactum nudum requiritur in do
natione & utriuſque conſenſus, ut l.
ſi quis argentū.j.de donatio.So.ſe-
cundū Bart.in d.l.quod ſeruus.in ſi.
donatio quæ fit in perſonā certam:
requirit utriuſq; conſenſum & præ-
ſentiam, iuxta l.abſenti. cum ibi no.
ff.de dona. ſecus in donatione quæ
fit in perſonam incertā: ut d.l.quod
ſeruus.& l.qua ratiōe.§.fi.& ibi no.
ff.de acq.re.dom. Et ex hoc quòd
habere rem pro derelicto, ſit quædā
donatio, ſequuntur plura quæ ſunt
in hac materia diligenter attenden-
da. Primum eſt, quòd iſta donatio
dicitur titulus habilis ad uſucapien-
dum, quando res aliena habetur pro
derelicto, ut dixi. & ita debet intelli
gi titulus ff. pro derelicto. Secundū
eſt, quòd habere rem pro derelicto,
eſt ſpecies alienationis in incertam
perſonam.inſtitu.de rerum diuiſ.§.
penul.& fin. Tertium eſt modus tra
dendi poſſeſsionem alteri.argum.l.
filiusfam.§.fundum. ff.de contrah.
emp.ſecuta tamen poſtea appræhen
ſione ſeu occupatione.& probatur
in l.j.& ij.ff.pro derelicto.nam eo-
ipſo quòd res eſt habita pro dereli-
cto, occupatio eſt facta licita, quæ
prius erat illicita.& ita etiam uult
Angel.ibi, & bene. Et hæc ſunt no.
ad euitandas multas fraudes quæ fi-
unt quotidie, ſecundum Barto.in d.
l.quod ſeruus.ff.de ſtipulat. ſeruo-
rum.qui dicit,* quòd ſtante ſtatuto 7
quòd de quolibet contractu ſolua-
tur gabella: ego nolens ſoluere, co-
gitaui fraudem. nam uolens dona-
re tibi, habui rem pro derelicto, ut
tu eam occupares: certe hæc eſt quæ
dam donatio: & ideo debet ſolui ga
bella tanquam de contractu dona-
tionis.& allegat gloſſ.quæ hoc tan-
git in l.prima circa princ.ff.ſi ex no-
xali cauſa agatur. & ibi ponit etiam
Barto.& alii Doct. *Sed nunquid 8
talis donatio debeat inſinuari? Lu-
douic.de Ro.in l. Modeſtinus.in ſi.
ff.de dona.tenet quòd ſic: ſed Bald.
in l.ſi inter.C.de ſolu.uidetur tene-
re contrarium, dicens, quòd quan-
do quis habet titulum, non requi-
ritur



ritur inſinuatio: ſicut notat quando
habetur ꝑ derelicto, & efficitur oc-
cupantis.d.l.quod ſeruus. de quo ui
de per Guil.de Cu.in l.j.ff.de rerum
diuiſio.& per Angel.in l.ſi id quod.
§. id quod. ff.pro derelicto. Ego
uero dico: Aut quis uult habere rem
uere pro derelicto, non habens ani-
mum donandi alicui certæ perſone:
& ſic non in fraudem: & tunc locum
habet quod dixit Baldus, ut inſinua-
tio non requiratur. Aut habuit ani-
mum principaliter donandi certæ
perſonæ: & in fraudem legis habuit
rem pro derelicto: puta ne ſoluatur
gabella de dicta donatione: & tunc
debet inſinuari, ſicut ſi uere donaſ-
ſet, per totum titulum ſuprà, plus ua
lere quod agitur. Item etiam hęc ſūt
utilia: quia ubi quis eſſet prohibitus
alienare, non poteſt habere rem pro
derelicto: ut not. Iacob. But.in l.j.
§.j.ff.ſi ex noxa.cauſa agatur.& Bar.
in d.l.quod ſeruus.ff.de ſtipulat.ſer
9 uorum. *Quarto principaliter in-
telligimus pro declaratione huius ti
tu.pro derelicto, quando quis dica-
tur habere rem pro derelicto.& re-
ſpōdeo, pro derelicto habetur, quā-
do dominus ea mente abiecit, ut id
rerum ſuarum eſſe nolit: ideoque
ſtatim dominus eius rei eſſe deſinit,
ut dicit text.inſtit. de rerum diuiſio.
10 §.penult. *Sed quid ſi aliquis le-
uandæ nauis cauſa dubitans de nau-
fragio, proiecit ex naui aliquas res
in mare, nunquid uideatur habere
eas pro derelictis? dic quòd non in
dubio.l.ij. §.fina. & ibi bona gloſſa.
ff.ad l.Rhodiam de iactu.& l.qui le-
uandæ.eodem titu.& l.qua ratione.
§.final.ff.de acquir.re.do.& inſtitu.
de rer.diui.§.fina.& l.falſus.§.ſi ia-
ctum. ff.de furt.& not.per gloſſ. &
Doctores in dictis iuribus. Ex qua-
litate tamen actus poteſt perpendi
de animo proiicientis, ſi habuit pro
derelictis, uel animum recuperan-
di habuit, puta ſi proiecerit in mari
librum apertum, præſumitur ipſum
habere pro derelicto: ut dixit gl.in
d. §.final.& in l.ij. §.fi.& d. §.ſi ia-
ctum.& Barto.ibi, qui dicit quòd ſi
proiecit librum inuolutum in pan-
nis cereis, non præſumitur habuiſ-
ſe animum habendi pro derelicto:
quod dicit eſſe menti tenendum:
nec huiuſmodi res poſſunt titulo ꝑ
derelicto uſucapi.l.ſi quis merces.
ff.pro derelicto. & occupans dicta
bona, quæ ex naufragio perierunt,
tenetur domino reſtituere.aut.naui
gia.j.de furtis.& ibi Doct.& haben-
tur in l.ſi quis nec cauſam.§.final.ff.
11 ſi cert.pe. *Item qui patitur ſecun
dum decretum, dicitur habere rem
pro derelicto. gl.eſt ſing.in l.quam-
uis.ff.de dam. infe. ſecundum Bald.
in l.ſecunda. ff.ſi ex noxa.cauſa aga-
12 tur. *Quid autem ſi impetus flu-
minis rupit ratem, & proiecit ligna-
mina in fundum tuū: quomodo po-
teris ſcire, an dominus lignorum ha
buit ea pro derelicto? Fed.de Se.in
conſil.ſuo cij.quod incipit, domine
Franciſce infraſcripta materia, &c.
format iſtam queſt.& dicit quod lex
q loquitur de materia derelicti, ui-
detur dicere, quādo quis abiecit rē
ſuam. ſed in caſu noſtro nō abiecit,
ſed ruina eā perdidit, ut in d. §.fi.in
ſti.de re.di.unde in caſu noſtro non
uidentur lignamina pro derelictis,
nec procedit uſucapio: ut d.l.ſi quis
merces.ff.pro derelicto.maxime ſe-
cundum Cano.ſecundum quos ſem
per reqritur bona fides.c.fi.de pſcr.
13 *Quid ergo faciat iſte, in cuius a-
grum flumen lignamina, & uegetes
ꝓiecit, cū agris noceant, ut ea poſsit
lucrifacere, cū nō cognoſcatur do-
mini dictarū rerū? & uidetur poſſe
dici ſecundū Fe.in d.coſ.q; fiat ꝓcla
matio in locis uicinis, ut domin⁹ ea
L 4 tollat

tollat infra certum tempus. Aut ex
nunc pro derelictis haberi uideantur,
maxime ſi res illæ ſunt leues. Ex
cauſa namque compelli quis poteſt
agere.l.j.§.ut nemo inuitus. Hic e-
nim cauſa ſubeſt, quia nocerent iſta
lignamina uel rudera agris uicino-
rum. Subdit tamen quòd ſecurior
uia eſſet, quòd poſt aliquod tempus
poſt dictam proclamationem uen-
derentur res, & pretium erogaretur
pauperibus. arg.c. cum tu.de uſuris.
cum ſimil. Et hoc ultimum etiã uult
Bar.in l. falſus. §.qui alienum.ff.de
furtis. qui dicit, quòd quando quis
occupat rem quam putat pro dere-
licto habitam, poteſt eam licite reti-
nere, ut in toto titul.pro derelicto.
& ſi hoc nõ putauit, debet dare pau
peribus pro anima eius, cuius fue-
runt.argu.aut.omnes peregrini. ſu-
prà communia de ſucceſſorib.quod
tene menti: quia eſt quotidianum in
locis ubi ſunt flumina rapida, ſicut
eſt Padus & Atheſis. *Item quan-
do quis denegat alimenta ſeruo in-
firmo, ſtatim efficitur liber.l.prima.
§.ſed ſancimus.infrà de lati. liber.
tollend.& habetur in l.fi.ff.pro de-
relicto . per text & gloſſ.in inſtit.de
liber. §.fin.in gloſſ.ordi. & gloſſ.in
aut.de nuptiis. §. & multo potius.&
ibi Iacob.de Bob.& Angel.in d.l.fi-
nal.& habetur per glo.ordi.lxxxvij.
diſtinct.ſi expoſitus. * Sed quid ſi 15
denegat alimenta futura ſeu præ-
ſentia ſeruo ſano, an per hoc uidea-
tur ipſum habere pro derelicto? gl.
in dicta l.finali.ff. pro derelicto.te-
net quòd non : ſed gloſſ.tenet con-
trarium in dicta l.fin.infrà de infan.
expo.& in d. §.ſed ſancimus.& An-
gelus in d.l.fina.qui ita dicit ſumen
do illam legem: Denegans alimen-
ta præſtare, uidetur rem pro dereli-
cto habere : & ideo conceditur oc-
cupanti, & etiam ipſa res poteſt ſe-

ipſam pro libera gerere : & ideo ſi
ipſe uult liber eſſe, poteſt ſeipſum
in libertate occupare : ut dicta l. qđ
ſeruus.de ſtipul.ſeruo.aliàs erit al-
terius ipſum occupantis. Sed Iacob.
de Aretin.dicit quòd quis poteſt eſ-
ſe ſeruus ſine domino : declaro, ſi
dominus denegat ſibi alimẽta: quia
uidetur incontinenti ipſum habere
pro derelicto : & ſic perdit dominiũ
ſerui. l.prima. ff. pro derelicto. nec
acquiritur alteri ante occupatio-
nem, nec efficitur liber, niſi uelit ſe
occupare gerendo ſe pro libero : &
ideo ſtatim quòd dominus habet
eum pro derelicto, & uult eſſe li-
ber, fit liber titu. pro derelicto.& ſic
intellige in aut.de nuptiis. §.& mul
to potius.& ratio poteſt aſsignari,
quia id quod pro derelicto habe-
tur, in ſuam originẽ & primam cau-
ſam redit : ſed ab initio omnes ho-
mines liberi naſcebantur : ut inſti-
tu.de liberis.in principio.ergo, &c.
14 Sed ſi quis denegat alimenta iam
præſtita ſeruo reſtituere alteri : non
uidetur habere pro derelicto, nec
ei libertatem impartiri : ut dicta l.fi-
nali.ff. pro derelicto. & ita tenet in
hoc ibi Angelus.& de iſta materia
uide per gloſſ.final.& Doctores in
capitulo primo.de infan.& lang.ex
pon. & per Gofred.in ſumma eod.
titul.& per text.& glo.lxxxvij.diſti.
ſi expoſitus.& uide quod notat.Bal.
in l.ſi qua illuſtris.in uerſicu.quæro
quis ſuccedat. infrà ad Orfici. Itẽ 16
adde quòd id quod fortunæ com-
mittitur, & non defenditur, non di-
citur derelinqui.text.eſt, & ibi Bald.
in l. ſeruus. ff. de ſtatu hominum.
* Quinto principaliter eſt etiam 17
ſciendum, quis poſsit habere rem ꝓ
derelicto. Et reſpõdeo regulariter,
ille qui alienare poteſt: ſed qui non
poteſt alienare, non poteſt habere
rem pro derelicto: ut not. Bartolus
in l.



in l.quod ſeruus. ff. de ſtip.ſeruorũ.
& not.Doct.in l.j.ff.ſi ex noxa.cauſa
agatur.& dixi ſ.in vij.q.prin.in fine.
Item bannitus non poteſt habere
rem pro derelicto. ſolet allegari gl.
no.in l.iij.C.de agrico.& cenſi.li.xi.
18 *Sexto & ultimo non eſt præter-
mittendum, aliud eſſe agrũ deſere-
re, & aliud derelinquere. q enim de
relinquit, ipſum ex pœnitentia non
reuocat. l.j.ff. pro derelicto.ſed qui
deſerit intra bienniũ, ei detur, ſi nõ
fuit uocatus per poſsidentem, ut in
l. qui agros. C. de omni agro deſer.
lib.xi.aliàs datur ſibi ſolum tempus
ſemeſtre, ut l.locorũ.eo.tit.ita dixit
Bar.in d.l.qui agros.& ita uult Lud.
de Ro. in quodã ſuo ſingulari quod
incipit, quæro quæ ſit differentia in-
ter deſerere &c. qui dicit ꝙ ille qui
habet rem pro derelicto, qui totale
abiecit à ſe dominium & poſſeſsio-
nem rei ſuæ, quam ſi alius occupat,
non habet locũ pœnitentia. d.l.j. ff.
pro derelicto.& l.quod ſeruus.de ſti

pu. ſeruorũ. & cognoſcitur an quis
habeat rem pro derelicto ex quali-
tate proiiciendi, puta quis proiecit
librum apertum, ut dixi ſ. in iiij. q.
prin. Sed ſi ego proiicerem, quia me
proſequebantur inimici, ut poſſem
leuius currere, ſecus. Deſerere autẽ
proprie dicitur, qui à ſe abiicit dili-
gentiam culturæ rei propriæ, utpu-
ta ſi habeo uineam, & non facio ip-
ſam zapare, dicor deſerere, & ex iſta
deſertione reſultat quòd res publi-
ca illum fundum uel agrum tributa
rium, pro quo debetur tributum, po
teſt trãſferre in dominium alterius
qui dicat ſe uelle colere illum fun-
19 dum. *Sed nunquid poſtea primus
dominus deſertor poſsit duci pœni
tentia, & recuperare fundum & co-
lere ? dicas quòd ſic infra biennium
uel ſemeſtre tempus, ſecundum di-
uerſitatem cauſarum.tex.ſunt ſingu
lares, quos ualde no.Bart.in d.l.qui
agros. & in l. locorum. C. de omni
agro deſer.lib.xi.

FINIS TRACTATVS DE VSVCAPIONE.

# BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

*

# TRACTATVS DE CONTRACTIBVS EMPTIOnum & Locationum cum pacto de retrouendendo ſimulatis,

*

## AD R. D.D. HERMOLAVM Barbarum ſacri Pontificij ciuiliſq; iuris Doctor.

*

OPTIMAM bonorum poſſeſsionem maiores noſtri Veronenſes in fundis liuellariis eſse exiſtimantes, facultates ſuas in eis ſemper collocare conſueuerunt. Hi enim certiſsimos redditus dominis omni tempore nullo cum labore, nulla cũ impenſa reconditos reddunt. Quod quidem etſi omnibus, in primis tamen illis quib. nulla eſt agrorum cura, conuenit atq; conducit. Sed cũ omnes iam intellexerint onus grauiſsimum emphyteoticum eſſe, tum propter bella quæ diu nobis fuere, tum propter grandines & alias tempeſtates, quæ pluribus annis Veronenſes conterruerunt, pauci nunc admodum reperiuntur qui ſe iuri emphyteotico ſubiicere uelint, cum ſæpenumero plus dominis reddant quàm præceperint. Ex quo impræſentiarũ nulli fere noui contractus emphyteotici celebrantur. Inoleuit autem in hac urbe noſtra alius ſimilis cõtrahendi modus, uendendi ſcilicet fundum, ipſumque poſtea ſiue incontinenti ab eodem in perpetuum conducendi, cum pacto de retrouendendo, & ab his ut plurimum, qui neque uendere neque conducere cupiunt, ſed cogente neceſsitate hoc colore pecuniam mutuam [a] quærunt. Vnde cum his contrahentes ſæpiſsime Euangeliorum prædicatores publice deteſtantur, ac etiam nonnulli qui bonæ cõſcientiæ apud omnes exiſtimantur aliquem obligare ſibi hoc pacto perhorreſcunt. Plurimi autem hos contractus inire non dubitant. Qua ex re illud euenit, ut quandoq; ubi abſtinendum non eſt, abſtineat, & ubi non eſt cauendum, inaniter caueat. Et licet apud uiros religioſiſsimos de hoc publice prædicari conſueuerit, nonnunquam tamen minus recte, nonnunquam minus perfecte id

a Pecuniam mutuã. *Vtrũ dare mutuũ petenti ſit de præcepto. Reſp. ſecũdum Sco. in iiij. diſtin. xv. q. habẽs pecuniã ſibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat ſi eã nõ mutuat indigenti, & petẽti, quia facit cõtra præceptum naturæ & Chriſti, & ſic prohibetur uſura. et primo Moyſes in Deuterono. c. xxiii. Non fœnerabe ris fratri tuo ad uſurã pecu-*



fieri ſolet, & ſi quandoque à uiro doctiſsimo recte ac perfectiſsime hoc munus abſolutum fuerit, non tamẽ ab omnibus, & præſertim uiris indoctis intelliguntur, & ſi ab illis intelliguntur, id ex eorum memoria facillime delet obliuio. Quamobrẽ hũc libellum de his contractibus compoſui, ſingulos in eo caſus qui euenire conſueuerunt, diſtinguendo, & coniecturas plurimas, ex quibus contractus fictitius [a], ſimulatus, & uſurarius præſumatur & intelligatur, undique tactis diligentius colligendo, ut omnes percipere poſsint à quibus abſtinendum ſit, & quos abſque ſalutis interitu ualeant celebrare: quem libellum antequam edere uoluerim, tibi inſcribendũ & ad te mittendum eſſe putaui, ut ſapientia & autoritate tua hac in re mihi iudex exiſtas. Es enim ciuitatis noſtræ ſanctiſsimus præſul & antiſtes, & in omni iure doctiſsimus. Nec unquam alteri edendũ eſſe cenſui, niſi prius per te uiſus & correctus aut cõprobatus extiterit.

### SVMMARIVM.

1 *Pacto de retrouendendo pignus cõtractum præſumitur.*
2 *Pactum de retrouendendo in contractu appoſitum de iure ciuili reprobatum non eſt.*
3 *Locatio & uenditio iuſto precio facta de iure ciuili & canonico, reprobata non eſt.*
4 *Ius naturale eſt quod in lege & Euangelio cõtinetur, quo quiſq; iubetur alij facere quod ſibi fieri uult.*
5 *Fraus & dolus cuiquam patrocinari non debent.*
6 *In incertis, non certis, locus eſt coniecturis.*
7 *Contractus an ſit pignoratitius, ſimulatus, ſiue uſurarius, an uero illicitus, magna differentia eſt.*
8 *Cõtrahẽtib. ſe in precio decipere licet.*
9 *Expreſſe uel tacite quomodo in pacto de retrouẽdendo aliquid actũ dicatur.*
10 *Actus præſumptiuus potius quam tacitus per coniecturas inducitur.*
11 *Pacto de retrouendendo quomodo aliquid præſumptiuè actum dicatur.*
12 *Pacto de retrouendendo quando aliquid dicatur factum incontinenti, uel ex interuallo.*
13 *Iure diuino ſeu conſcientiæ foro nullus decipi debet ſeu lædi.*
14 *Contractus ſimulatio teſtibus & inſtrumentis probari poteſt.*
15 *Pactum de retrouendendo ſimulatum præſumitur, quando contrahentes non habuerũt animũ emendi uel uendẽdi.*
16 *Contractũ factũ cum pacto de retrouendendo ubicunque præceſsit cõtractus mutui, ſemper uſurarius pſumit.*
17 *Præſumptionem cõtra iuris à iure introductam ſemper probatio in contrarium admittitur, niſi ius ſtatuat quòd non admittatur.*
18 *Pactum de retrouẽdendo doloſum præſumitur, quandocunq; in ipſa uenditione læſio interuenerit.*
19 *Pactum de retrouendendo cũ ſola paritate uel maioritate precij, maxime iuſti precij dimidiam non cõtingente, non facit præſumere contractũ ſimulatum uel uſurarium, niſi aliæ coniecturæ fuerint.*
20 *Lex uel canon ubicunq; prouidens ſuper certo diſponendo ſecundum aliquã rationem in foro iudiciali obtineat rationabiliter, ſecundum Theologos etiã in foro conſcientiæ obtinere debet.*
21 *Eccleſia in ſuis contractibus fraudem aliquam adhibere non debet.*
22 *Cõtrahẽtib. de iure diuino nõ eſt licitũ ſe decipere etiã citra dimidiã iuſti pcij.*
23 *Foro ciuili uel canonico cur cõtrahentibus ſe decipere licet.*
24 *Cõtrahens unus ſi alium non deceperit, quia quilibet ſciebat & intelligebat ualorem rei uenditæ. Nec nullus eorum erat in contrahẽdi neceſsitate, & nihil*

*niã, nec fruges nec aliã quamlibet rẽ, ſed alieno fratri tuo abſq; uſura id quod indiget, cõmodabis, ut benedicat tibi dominus Deus tuus in opere tuo.*

a Cõtractus fictitius, & cõtractus ſimulaturis præſumitur *ſi uenditor diu poſt cõtractum uenditionis reperitur poſsidere. uide Corneum ij. uol. cõſil. cxxj. inci. duo. Et ad probandum ſimulationem contractus quid requiratur, et an ſpecies ſimulationis debeant exprimi, & quot ſint ſpecies ſimulationis, uide Alex. in uo. cõſi. cxij. in j. et ij. col.*

nihilominus res fuit uendita uel inſolutum data, uel aliter plus uel minus iuſto precio alienata, an in foro conſcientiæ licitum ſit.

25 Reſtitutioni an in foro cõſcientiæ quis teneatur, quando uendens uel alienãs læſus eſt ſagaciſſima perſona.

26 Reſtitutioni quibus in caſibus in foro conſcientiæ quiſpiam teneatur.

27 Emptor ſecũdũ ſanctũ Thomã ſi multum iuuetur ex re quam emit, & ille qui uendidit non damnificatur ultra cõmunem ualorem illius rei, eam utilitatem emptori uendere non debet.

28 Precium iuſtum in foro conſcientiæ quod dicatur.

29 Lex ubi figit pedes ſuos, ultra trãſgredi non licet.

30 Res quod uendatur uel ualeat quantum uendi poteſt, quomodo intelligat.

31 Res ubi quãdoq; diuerſis precijs uendi poteſt, quæ uia tutior eligenda ſit.

32 Pactum de retrouendendo doloſis præſumitur, quando læſio eſſet in locatione, ſeu in fictus quantitate.

33 Penſio iuſta alicuius rei quænam ſit, & quando dicatur.

34 Domus in ciuitate Veronæ communiter in ratione trium pro centenario locantur, & quandoq; uiliori precio, ſi ipſæ domus precioſæ fuerint.

35 Liuelli de affictu, quicquid ualeat aureus, ſiue eius æſtimatio creſcat, ſiue decreſcat, ſemp tãtũ ĩ monetis ſolui debet.

36 Argumentum ab experientia ſumere bonum eſt.

37 Pacto de retrouendendo quãdo in precij quantitate læſio contingit, præſumptio eſt, ipſum fore iniquum.

38 Vſura eſt quicquid ſorti accedit.

39 Contractus uſurarius detegitur, ſi creditor ultra ſortem aliquid recipiat.

40 Pactũ de retrouẽdẽdo uẽditione in ſecũda ſi plus exigat ſeu percipiat q̃ fuerit quod ſoluit ĩ prima, nõ in pecunia, ſed in alia re, iniquũ & doloſũ p̃ſumit.

41 Pacto de retrouẽdendo p̃ſumptio eſt cõtractũ eſſe licitũ, quãdo cõtingit læſio in aliqua expenſa, quæ ad ipſum emptorem, eundẽq; locatorẽ ſpectaret, & tamen ipſe uelit, q̃ illa ad primũ uenditorem, eundẽq; locatorẽ ſpectare debeat.

42 Creditor tenetur ſoluere tabellioni inſtrumentum crediti conficienti.

43 Cõtractus doloſus eſſe præſumit, quãdo res eſt pro parte uẽdita, et pro parte donata, et donationis cauſa nõ ſubeſt.

44 Donatio pura & ſimplex propter liberalitatẽ & munificentiã fieri debet.

45 Benemerita in dubio nõ præſumũtur.

46 Contractus ſimulatus iuramento nõ ualidatur.

47 Pactũ de retrouendendo quibus uerbis in inſtrumento appoſitis iniquum eſſe præſumatur.

48 Contractus iniquus eſſe præſumitur ex pactis uel clauſulis inſolitis in inſtrumento appoſitis.

49 Pactum de retrouendẽdo quòd ſit doloſum, maxima præſumptio eſt, quãdo emptor idemq; locator uoluit contractum uenditionis non poſſe diſſolui, niſi uſq; ad certum tempus.

50 Emptio & uenditio ad certum tempus fieri poteſt.

51 Pactum de retrouendendo doloſum eſſe præſumitur, quando in eo dictũ fuerit, quod emptor teneatur retrouendere uenditori fundum uenditum &c.

52 Pactum de retrouendendo malum eſſe, præſumptio eſt, quãdo quis mihi fundum uẽdidit, & ego ſibi dictum fundũ in p̃petuũ locaui, & ſimpliciter in inſtrumento eſſet appoſitũ pactum de retrouendendo uſq; ad certũ tempus.

53 Pactũ de retrouendendo uſq; ad certũ tempus completum uel in perpetuum de iure ciuili licitum eſt.

54 Damnum nemo facere dicitur, niſi cũ id facit quod ius facere non habet.

55 Præſumitur in dubio quis uelle quod ſibi fauorabilius eſt.

56 Pactum de retrouendendo facere ad tempus completum in foro conſcientiæ tutius eſt quàm in perpetuum.



57 Temporũ taxationib. nulla ratio reddi poteſt, niſi q̃ ita legiſlatori placuerit.

58 Pactum de retrouendendo eſſe malũ, præſumptio eſt, quando ab ipſo initio partes egerũt, q̃ quandocũq; uenditor reſtituet pecuniam perceptam, emptor etiam rem ſuam reſtituere teneatur.

59 Meum uel tuum proprie loquendo dicitur, quod uendicari poteſt.

60 Pactum de retrouendendo ſimulatũ, uel uſurariũ eſſe præſumitur, quando pacta in contractibus appoſita claudicant, utputa q̃a omnia in creditoris & non debitoris fauorem appoſita fuiſſet.

61 Pactum de retrouendendo ſimulatum eſſe præſumitur ex parte uẽditoris propter ipſam rem uenditam.

62 Pactum de retrouendendo malum eſſe præſumitur ex perſona ipſius uenditoris, ſcilicet propter precium.

63 Pactum de retrouendendo fictitium eſſe præſumitur ex paruitate precij ex perſona emptoris.

64 Pactum de retrouendendo præſumitur eſſe ſimulatũ ex parte ipſius emptoris propter rem emptã quã nõ curauit uelle uendere, nec de ea informationem ſuſcipere, & alia quæ ſequuntur.

65 Pactũ de retrouendendo præſumitur eſſe uſurariũ ex perſona emptoris, ſcilicet quòd emere noluerit, quando ipſe propria prædia uenderet, & huiuſmodi contractus faceret.

66 Pactum de retrouendendo fictitiũ eſſe præſumitur, quando contractus uenditionis & locationis cum pacto &c. clam & occulte celebrati ſunt.

67 Beneficium eccleſiaſticum qui occulte confert, præſumitur contra eum.

68 Pactum de retrouendendo uſurarium eſſe præſumitur, quando in loco, ubi cõtractus celebratus eſt, conſueuerunt ſimilia fœnora exerceri.

69 Vſurarius præſumitur, ſi quiſpiam moretur in loco ubi uſuræ exerceri conſueuerunt.

70 Pactum de retrouendendo iniquũ eſſe præſumitur, ſi celebratum fuerit inter emptorem & uenditorem, qui conſueti fuerint ſimiles contractus facere.

71 Conſuetus eſſe quiſpiam dicitur aliq̃d facere, quãdo bis uel ter idẽ fecerit.

72 Qualitas facti ex facientis perſona præſumitur.

73 Pactum de retrouendendo uſurarium eſſe præſumitur, quando contrahens uſuras exercere ſolitus fuerit.

74 Vſurarij cum ſint peſſimum genus hominum, de facili contra ipſos præſumitur.

75 Malitijs hominum indulgendũ nõ eſt.

76 Pactum de retrouendendo illicitum eſſe præſumitur, quando uenditor rei uenditæ in poſſeſſione remanſit.

77 Præſumitur nemo ſuũ iactare uelle.

78 Præſumptio ſimulationis per precariam poſſeſſionem excluditur.

79 Pactum de retrouendendo iniquum eſſe præſumitur, quando uenditio per modicum tempus durauit.

80 Pactum de retrouendendo fraudulentũ eſſe præſumitur, quãdo receditur à cõtractu emptionis ſeu uenditionis per reſtitutionem inſtrumẽtorũ inciſorum.

81 Donentur, aut legentur, aut uendãtur ſi uni inſtrumenta emptionũ alicuius rei, ipſa res uendi, donari, uel legari uidetur.

82 Naturale nihil tam eſt quàm eo genere unumquodq; diſſolui, quo ligatũ eſt.

83 Contractum ſimulatum, fictitium, uel uſurarium eſſe, quæ p̃ſumat remiſſiue.

84 Inſtrumento uenditionis & conditionis cum pacto de retrouendendo, ſi hæc clauſula appoſita eſſet, uidelicet quod ipſæ partes renunciant ſeu renunciauerunt exceptioni ſimulationis & apparentiæ contractus &c. quid iuris.

85 Contractus in dubio an uſurarius cenſeri debeat.

86 Probatio dilucida et legitima quæ ſit, & quæ ſint præſumptiones, indicia, & probabiles coniecturæ.

Conie

87 *Coniectura uere probabiles quæ ſint.*
88 *Proxeneta ſeu mediator an teſtis eſſe poſſit.*
89 *Inſtrumentum qui dicit fuiſſe & eſſe ſimulatum, ſeu fictum, ſimulationis ſeu fictionis cauſam oſtendere debet.*
90 *Exceptio generalis incerta & obſcura non prodeſt niſi declaretur.*
91 *Malo abſtinere non ſufficit, niſi quod bonum eſt, fiat.*
92 *Subueniri quando uni non poteſt, niſi alter lædatur, ſatius eſt neutrum iuuare, quam alterum grauare.*
93 *Homines quicquid agant, ſola intentio iudicat omnes.*
94 *Quinque pro centenario an eſſe debeant, habito reſpectu ad pecunia per emptorem ſolutam, an ad ualorem rei, uel eius fructum.*
95 *Fundum in emendo licet deceptus fuerim, alij locando uel uendendo eundem fundum, decipere non poſſum.*
96 *Locatio ſimplex quando ad certũ tempus facta fuerit, habetur reſpectus in ſictu ad ualorem rei uenditæ & locatæ, & eius fructuum.*
97 *Conſuetudo quandoq; in delictis excuſat.*
98 *Connexorum & dependentium idem eſt iudicium.*
99 *Ceſſio propter modicum precium ſimulata præſumitur.*
100 *Contractum ſimulatum, pignoratitium, ſeu uſurarium, ad præſumẽdum duo potiſſimum requiruntur, ſcilicet pactum de retrouendendo, & precij paruitas.*
101 *Contractus an fœneratitius præſumatur, ſi quiſpiam receperit mutuo pecuniæ quãtitatem, puta centum, & pro illis fecerit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorũ, et per aliud inſtrumentum, poſtea Titius promiſerit ſibi retrouendere, ſolutis ſibi centũ.*
102 *Ratione quo quis magis utit, eo maioris autoritatis eius uerba uidentur.*
103 *Inſtrumento in dubio ſtandum eſt, nec ſimulatus præſumitur.*
104 *Contractus ſimulatus & in fraudem uſurarum celebratus de iure Canonico ex duobus præſumitur.*
105 *Pactum de retrouendendo, precij paruitas, conſuetudo fœnerandi contractum fœneratitium præſumere faciunt.*
106 *Dictio Maxime, quandoq; abundat.*
107 *Interpretari in re dubia in meliorẽ partem ſemper debemus.*
108 *Regula, quod ſicut quæ non proſunt ſingula, multa iuuant, ita econtra quæ non nocent ſingula, multa nocent.*
109 *Contractus ſimulatus ad hoc ut præſumatur, quomodo precij paruitas, ſeu deceptio in precio præſumatur.*
110 *Societatis partes in dubio æquales eſſe debent.*
111 *Læſio ſaltem in tertia parte, & non in ſexta interuenire debet, ad hoc ut reductio ad boni uiri arbitrium petat.*
112 *Læſio de iure canonico tunc eſſe dicitur, quãdo modicum etiam preciũ eſt.*
113 *Quãtitas magna & parua cauſæ & perſonarum reſpectu eſſe dicitur.*
114 *Iudex in pacto de retrouẽdẽdo, & in quocũq; alio cõtractu, q ſint doloſi, iniq, et uſurarũ, qualiter arbitrari debeat.*
115 *Cõtractu quãdo nõ interuenit dolus, fraᵘ, uel ſimulatio, nec aliqua læſio, uel deceptio in precio uenditionis, locationis, uel pacti de retrouendendo, ſed ſunt aliæ præſumptiones uel cõiecturæ doli, fraudis, uel ſimulationis, quid iuris.*
116 *Conſcientia omnipotenti Deo occultari non poteſt.*
117 *Contractibus cum pacto de retrouendendo abſtineat, qui ſine conſcientiæ ſcrupulo uiuere optat.*
118 *Animæ ſalutem in his quæ reſpiciunt, ad euitandos graues cõſcientiæ remorſus, pars ſemper ſecurior tenenda eſt.*
119 *Eccleſia quandoq; propter ſcandalum crimen tolerat.*
120 *Eccleſia quandoq; crimen tolerat propter multitudinem peccantem.*

CIVIS



CIVIS quidam Veronenſis fundũ emit centum aureis, deinde ipſum uenditori locauit nire fuerit, uiginti quinque libris denariorum Veronenſium, fecitq; eidem uenditori pactum de retrouendendo [a]. Ex quo dubitari conſueuit apud Prædicatores religioſos & catholicos uiros, & præſertim in ciuitate Veronæ, ubi ſæpiſsime huiuſcemodi contractus celebrari conſueuerunt, ſi dictus contractus uenditionis & locationis cum pacto de retrouendendo ſit licitus. In qua quidem materia multæ, uariæ ac diuerſæ ſententiæ reperiuntur. Quidam enim dixerunt dictum contractum eſſe illicitum, ſimulatũ & uſurariũ, quia nonnunquam ille qui emit & incontinenti locat cum pacto de retrouendendo non habet, nec habere uidetur animum emendi, ſed ſolum percipiendi fructus ſiue redditus pecuniæ ſuæ centum aureorum, uidelicet xxv. libras ſingulis annis, nec etiam uenditor habuit animum uendendi, ſed potius fundum ſuum pignorandi, ex quo ſimpliciter & abſolute uẽdere noluit, ſed ſolummo-
1 do cum pacto & conditione, quòd ſibi locetur cum certa penſione & cum pacto de retrouendendo. *Ex pacto enim de retrouendẽdo præſumitur pignus contractum, ut dicit Barto. per illum tex. in l. creditor. §. fina. qui incipit, poſt diuiſionem. ff. qui pot. in pign. hab. & tenet Baldus in l. creditoris. ad finem. C. de pigno. Et ideo iſti dicunt, quòd iſte contractus non modo eſt illicitus, quia cenſetur ſimulatus, ſed etiam eſt uſurarius. Nam quando uenditor alienat & remanet in poſſeſſione, etiam ſi conſtituat ſe emptoris nomine poſſidere, eſt præſumptio fraudis [b]. Et quod uenditio fuerit ſimulata, niſi interuenerit traditio corporalis, ut not. Bartol. in l. poſt contractum. in tertia columna. in princip. ff. de donatio. & in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. quibus modis pigno. uel hypothe. ſoluitur. de quo uideatur quod dicam in tertio caſu principali, xxv. præſumptione. ſic licet inſtrumentum ſonet de uenditione, tamen uere contrahentes uoluerunt quod eſſet pignus, ut ibi. & probatur in c. illo uos. extra de pignori. & in c. ad noſtram. extra de emptione & uenditione. & per ea quæ habentur in l. emptione. C. plus ualere quod agitur, quam quod ſimulat. concipi. Et maxime hæc opinio uidetur uera, quia dicit Ioan. And. poſt Hoſtien. in d. c. ad noſtram. in nouella. experientia docuit, quod uſurarij dimiſſis contractibus mutui, inchoauerunt facere huiuſmodi contractus, uidelicet contractum conditionalem cum pacto de retrouendendo rem, & poſtea ne forma contractus ex ui illius pacti indicaret illum uſurarium, cœperunt facere bina inſtrumenta, primum purum emptionis, ſecundum promiſsionis de retrouendendo. Hodie uero decet debitorem pecunia indigentem confidere de uſurario, ſicut ſacriſta faciendo ſibi purum inſtrumentum uenditionis, nec uult in eodẽ inſtrumẽto, uel alio facere pactum de retrouendendo, ne propter hoc præſumatur contractus uſurarius [b]. Sed certe hodie faciũt duo uel tria inſtrumenta, primum uenditionis puræ, ſecundum locationis liuellariæ, quia emptor locat

a De retrouendẽdo. Et *pactũ de retrouendẽdo, an inducat præſumptionẽ uſurarũ contra non ſolutum fœnerari, unde Corn. primo uol cõſi. ccxxiiii. inci. quã qua. & cõſ. ccxlj. & cõſ. cccxlvii. incipi. uiſa. Et pactũ de retrouendendo infra certũ tẽpᵒ caſu quo emptor uelit pro ſcipſo, an & quando procedat ut promittens cõpelli poſſit. unde conſil. ccxliii.*

b Fraudis. *Eſaias propheta cap. xxxii. fraudulenti uaſa peſſima ſut.*

c Vſurarius. *Cõtractus quãdo celebratur in fraude uſurarũ, unde tex. in l. j. cũ gl. C. de his q. ad prici. uoca. l. x. et Bal. in l. illud. in ſi. uerſ. extra gloſ. hic poſita. C. de ſac. ſanc. eccle. ubi allegat d. l. j.*

cat

cat rem emptam uenditori. Tertiũ quandoque. ſcilicet pactum de retrouendendo. Alij dicunt quòd dictus contractus de retrouendendo eſt licitus de iure ciuili & canonico, & etiam in foro conſcientiæ: & ſic de iure diuino, 2 * quia de iure ciuili pa[illegible] de retrouendendo appoſitum in contractu, nõn eſt reprobatum, ut eſt caſus in l. ſecunda. C. de pactis inter emptorem & uenditorem. & ibi not. per Docto. & no. Ange. in l. ad officium. in fine. C. communi diui. nec de iure canonico. ut probatur in d. c. illos uos. de pignori. & c. ad noſtram. de emptio. & uenditio. & dicam in xij. præſumptione. Neque etiam de iure diuino pactum de retrouendendo uidetur eſſe reprobatum. probatur Leuitici xx. q. c. ibi, dum dicitur, ſi attenuatus frater tuus uendiderit poſſeſsiunculam ſuam, & uoluerit, propinquus eius poteſt redimere quod ille uendiderat. Si autem non habuerit proximum, & ipſe precium ad redimendum potuerit inuenire, computabuntur fructus ex eo tempore quo uendidit, & quod reliquum eſt, reddet emptori, ſicque recipiet poſſeſſionem ſuam. Et hoc maxime uerum eſt quando deceptio ſiue læſio non eſt in ipſa uenditione, nec in locatione, neque in pacto de retrouendendo. 3 *Nam de iure ciuili & canonico uenditio & locatio iuſto precio facta non eſt reprobata, & probatur in toto titulo ff. & C. de cõdit. uenditione & locatio. & inſtitu. eodem. & extra eodem de emptione & uenditio. & de locatio. cũ ſimilibus. & pactum de retrouendendo factum dummodo non ſit ſimulatum, & precium iuſtum, non uidetur eſſe reprobatum ab aliquo iure, etiam ſi ſit conuentum cum uenditione & locatione eiuſdem rei præcedente, ut eſt caſus in l. fundum. ff. de contrahen. emptio. imo uidetur eſſe quædam gratia & liberalitas, quia eſt liberatio à iure liuelli, cum tendat dictum pactum ad liberandum uenditorem, eundemq; conductorem à iure liuelli, qui de ſui natura eſt perpetuus, ut eſt caſus notabilis in c. j. § . j. ibi, ex natura perpetui liuelli. in titu. de alien. feud. & ibi not. per Docto. in uſib. feu. Cum ergo dictum pactum non tendat ad necem uenditoris, ſed ad eius gratiam & utilitatem, uidetur quòd ſit permiſſum etiam in foro conſcientiæ, cum illud idem uellet ſibi fieri emptor, idem ipſe locator, ſi eſſet uenditor & conductor. argum. c. j. prima diſtin. ubi text. ſic dicit, 4 *Ius naturale eſt, quod in lege & Euangelio continetur, quo quiſque iubetur alij facere, quod ſibi uult fieri, & prohibetur alij inferre, quod ſibi nollet fieri. unde Chriſtus in Euangelio, Omnia quæcunque uultis ut uobis faciant homines, & uos eadem facite illis. hæc enim eſt Lex & Prophetæ. Et hæc opinio uidetur etiam fundari & inueniri ex communi opinione & obſeruantia ciuitatis Veronæ. Nam quotidie celebrantur Veronæ huiuſcemodi cõtractus, & reputantur liciti. Ergo uidetur quòd non poſſunt dici illiciti & uſurarij, ut probatur in l. quis ſit fugitiuus. § . apud Labeonem. ibi, quia id facit quod ei publice facere licere arbitratur. ff. de ædil. edic. & ibi Bar. dicit per illum tex. ꝙ ſi quis facit aliquẽ actum uel contractum qui exiſtimetur communiter licitus. Contrarium tamen eſt in ueritate, quia ſapit uſurariam prauitatem, ex hoc non dicitur uſurarius. & ibi hoc idem dixi, addendo quòd hoc eſt multum no. pro mercatoribus aliis qui quotidie faciunt

multos



multos contractus uſurarios in ueritate, & communiter tenetur in illo loco quòd non ſit uſura, quòd tales non ſunt uſurarij, & non forte peccant, niſi eſſent in ignorantia ſupina[a], & non curarent, nec ualent informationem habere. argu. l. nec ſupina. ff. de iuris & facti ignoran. & argumen. eorum quæ not. Bartol. in l. bonorum. ff. de bono. poſſeſ. & in l. penul. ff. de adulte. ad quod uideatur quod dicam in v. caſu principali. uerſi. niſi dicamus quòd conſuetudo nec text. in d. c. ad noſtram. extra de emp. & uendi. ubi ponitur pactum de retrouendendo quandocunq; contradicere uidetur: quia ibi non uidetur reprobari contractus ex eo quòd eſſet appoſitum pactum de retrouendẽdo quandocunq;: ſed quia ipſe emptor fuit in dolo, quia uenditor ibi uolebat recipere pecuniam mutuo, & non uendere, ut patet ibi in prin. dum dicit, Cum B. laicus ab M. mutuo recipere uoluiſſet, & emptor ne uideretur uſurarius, & ſic ne poſſet poſtea conueniri tanquam uſurarius, uoluit quòd dictus B. uenderet ſibi domos & oliuas: & ſic cum in ueritate fieret mutuum, uoluit quòd inſtrumentum fieret de uenditione: & ſic propter dolum[b] emptoris eiuſdem locatoris reprobatur ibi contractus, & non propter pactum de retrouendendo: ut probatur in textu ibi, igitur 5 * fraus & dolus[c] cuiquam patrocinari non debent &c. De quo tamen eſt aliter dicendũ, ut dicitur plene in quinto caſu principali. & licet ex pacto de retrouendendo rem, ipſa res intelligitur obligata, ut dixi ſupra, non tamen propter hoc præſumitur contractus ſimulatus, ut ſtatim dicam: nec etiã obſtare uidetur, quod dixi ſecundum Bartol. quòd contractus præſumatur ſimulatus, quando uenditor remanet in poſſeſsione: quia illud non procedit, quando uenditor reſponderet emptori de fructibus. hoc enim facit ceſſare præſumptionem fraudis. argu. l. [illegible] C. de agri. & cenſi. lib. x. ut dicit Bald. in d. l. poſt contractum. in princip. iij. colũ. ff. de dona. & in d. l. ſicut. § . ſuperuacuum. ff. quibus mod. pign. uel hypo. ſol. Item nõ procedit quo ad ipſum uenditorem dicentem contractum fuiſſe ſimulatum: quia non ſufficit ut ex hoc ſolo poſſit uenire contra factũ ſuum, ut de ſeruo pig. da. ma. l. ſi creditoribus, ſed quo ad tertium creditorem dicentem contractum fuiſſe ſimulatum, ut ſi contractus præiudicet, bene procederet, ſecundum Barto. in d. l. poſt contractum. in iij. præſumptione, in fin. in d. § . ſuperuacuum. in fine. & ſequitur Bald. in l. emptionem. in fine, uerſic. qualiter ꝓbetur. C. plus ualere quod agitur. & Franciſcus Zabarella in c. illo uos. in ſecundo notabili. extra de pignoribus. Alij uero aliter dixerunt, prout ex infra dicendis apparebit, quæ breuitatis cauſa hic omittuntur.

EGO Bartholemæus Cæpolla Veronenſis, iuris utriuſq; doctor minimus, & aduocatus conſiſtorialis, ſic nũc dicerem diſtinguendo ſex caſus principales, ſalua tamen meliori deliberatione cuiuſlibet alterius, & maxime theologici, & ſanctæ matris eccleſiæ: cuius opinioni & deciſioni ſemper adhæreo, & nũc me ſubmitto. Quandoq; contractus dictæ locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo poſt contractum uenditionis, * & nihil fuit actũ expreſſe uel tacite ipſius uenditionis tempore, ne ante dictos contrahentes de celebrando dicto contractu locationis & pacti de retrouendendo. Quandoq; fuit

a Supina. *Ignorantia non excuſat eũ qui dabat operam retiſcentiæ. Bar. to. no. in l. cũ g. § . pe. ff. de iniur. Itẽ nec quæ no pot allegari. Alexan. in l. ſi. de decre. ab ordi. fac.*

b Dolum. *Dolus in alienante uel cauſa mutandi indicij probat contra ipſũ, quãdo rem alienauit ſub pacto de re ſibi retro reſtituẽda, uel quando accepit præciũ uel alienã re pro eadẽ ſecundũ Bart. in l. item ſi res. § . idẽq; fieri. ff. de alie. iudi. mu. cauſa fac. Et dolus cõſiſtit in animi qualitate, nõ in precio l. doli. & ibi Bald. C. de reſcin. uendi.*

c Dolus. *Dolus ex coniecturis probatur. glo. in c. ſi. de renũ. in vj. l. quoties. § . qui dolo. ff. de probat. l. dolum. C. de dolo. Pau. de Caſtro. l. ex. & Bar. in l. ſi.*

*C. de probati. ubi dicit uerũ ſi ſint cõtecta re indubitatæ, ita q; animum iudicis reddat certum : uide Spec. de expẽ. §. ſi. uerſic. tu autem,*

a Fraus. *Fraus pſumit ex actuũ celeritate, & ex nimia liberalitate Bald. in l. cã quam. xv. col, de fideicõ. Itẽ præſumitur cõſilet de dãno, & non aliter. Bald. in l. ſi tutor. C. de inter dic. ma. inter tu. & pu. Itẽ præſumitur ex nimis caute. Bal. in l. etiam. ii. colũ. C. de execu. rei iudi. & not. in l. vj. ſ. de codi. inſti. & in l. pe. C. de euic. Item præſumitur ex qualitate perſonæ ut ſi eſt ſolitus fœnerari, ſecundum Bal. item in l. cum allegas. iii. oppo. C. de uſu.*

actum inter contrahentes expreſse uel tacite tempore uenditionis, uel ante de locando dictam rem uenditam eidem uenditori cum pacto de retrouendendo uel tempore dictæ uenditionis fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto contractu uenditionis & locationis & pacti de retrouendendo non interuenit uerè, fictè, uel præſumptiuè fraus, dolus, ſimulatio, uel aliqua læſio ſeu deceptio in uenditione, locatione, uel pacto de retrouendendo, nec in aliquo alio. Quandoq; in dicto contractu interuenit fraus, uel dolus, uel ſimulatio uerè uel fictè uel præſumptiuè, & eſt deceptio ſiue læſio in uenditione, locatione, & in pacto de retrouendendo. Quandoq; in dicto contractu interuenit fraus[a], dolus, uel ſimulatio ex parte utriuſq; contrahentis, uel unius tantũ: ſed nulla interuenit læſio in precio ueditionis, locationis, & pacti de retrouendendo. Quandoq; dubitatur an in dicto contractu dolus, uel fraus, uel ſimulatio interueuerit : & interuenit læſio in locatione & pacto de retrouẽdendo in aliquo aut aliquibus ex ipſis. Quandoq; nõ interuenit dolus, fraus, ſimulatio, nec aliqua læſio in precio uenditionis, ſed in alijs, uel adſunt aliæ præſumptiões doli, fraudis, uel ſimulationis.

PRIMO caſu quãdo contractus locationis & pacti de retrouendendo fuit celebratus ex interuallo poſt contractum uenditionis, & nihil fuit actũ expreſſe uel tacite ipſius uenditionis tempore, nec ante inter dictos cõtrahẽtes de dicto cõtractu locationis & pacti de retrouẽdendo & ſine dubio hoc caſu contractus locationis & pacti de retrouendendo eſt licitus: nec poteſt dici q; ſit ſimulatus uel uſurarius : quia nihil interuenit propter quod iudicari poſsit, quòd dictus cõtractus locationis, & pactum de retrouendendo fuerit illicitus, ſimulatus, uel uſurarius, imo licitus, & q; potius continet meram gratiam & liberalitatem ex parte locatoris propter dictum pactum de retrouendendo. Idem eſt dicendum multo magis, ſi habeo fundũ quem emi, uel aliter acquiſiui à Titio, & poſtea ipſum locaui Sempronio, eiq; feci pactum de retrouendendo. Nam hoc caſu nulli dubium eſt, quòd licitum: quia non reperitur hoc prohibitum in iure ciuili aut canonico aut theologico. potius dici poſſet, q; fiat gratia ipſi conductori per ipſum locatorem per pactum de uendendo, maxime cum non poſsit dici q; fuerit pignus uel contractus ſimulatus, ex quo res locata non fuit ipſius cõductoris, ſed ipſius locantis tantũ: & iuſtum precium locationis & pacti de uendendo interuenit. Si autẽ fuiſſet actum de retrouendendo tempore uenditionis expreſſe uel tacite, uel præſumptiue, quod quando ſit, dicetur in ſequenti caſu principali; tunc quid iuris ſit, die ut ibi dicam. Et in tertio caſu principali in x. præſumptione. Sed ſi interueniſſet præcium iuſtum reſpectu locationis uel pacti de retrouendendo uel ueditionis tantum, uel in omnibus prædictis, quod quando ſit, dicetur in tertio caſu principali in ſecunda, tertia. & quarta præſumptione : & tunc ſi precium fuit iuſtum reſpectu unius contractus tantum: & ſine dubio nõ erit, nec eſſe poterit contractus uſurarius; ſed ſi fuiſſet læſio in tribus prædictis contractibus uel duobus ex eis : & idem etiam eſt dicendum. Ex quo in ueritate percipio fructus uel redditus rei meæ locatæ, nec aliquod pignus uere uel præſumptiue interuenerit: & hoc ſi emptor habuit animum



animum emẽdi, & ueditor uẽdendi, quod ſic dic, ut dicam in prima præ-
9 ſumptionem in principio. * quia in incertis nõ certis locus eſt coniecturæ. l. continuus. §. quod ita. ff. de uerborum oblig. alias ſecus. Ad quæ adde quod dicam in quarto caſu principali. Poterit tamen dici dictus contractus illicitus: quia ſi fuit iniuſtum precium in uenditione & pacto de retrouendendo ultra uel citra dimidiam iuſti precij: tunc in eo quo plus iuſto cõmuni precio res erit empta, locata, uel promiſſa de uendendo, tenebitur lædens ſupplere iuſtum precium, uel reſtituere illud plus quod perceperit de fictu uel uenditione, ſeu retrouendendi, & tenebitur etiã reddere uere fictum futurum & precium ueditionis ſeu retrouenditionis ad iuſtum precium in foro conſcientiæ, uel reſcindere dictum contractum in electione ipſius lædentis etiam de iure ciuili, quando, ut dixi, eſſet deceptio ultra uel citra dimidiã iuſti precij, per l. ij. cum ibi not. C. de reſcin. uendi. Et etiam de iure cano. ut eſt caſus in c. cum dilecti. ibi, quia uero in arbitrio emptoris eſt. & in c. cum cauſam. ibi, aut ſuppleatur. extrà de empti. & uendi. quod quidem procedit etiam ſi eſſet læſio in ſimplici locatione tantum : ſiue fuerit locatio ad tempus, ſiue liuellaria in perpetuum : quia beneficium d. l. ij. C. de reſcin. uendi. non ſolum habet locum in uenditione ſeu emptione, ſed etiam in locatione & conductione ſimpliciter probatur in l. ſi in precio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. j. §. ſi quis in fraudem. ff. ſi quid in frau. pa. & ita tenet glo. fi. in l. ſi olei. C. loca. & glo. in l. in uenditione. §. j. in l. ſi minori. ff. de bo. autor. iudi. poſ. & glo. fin. in l. ſi ea pactione. C. de uſur. & Specu. in titu. de empt. & uend. §. ergo nunc dicendum reſtat. de reſcin. uendi. uerſicu. ſed nunquid prædicta lex. Et ita tenet Cy. in l. legem. in princi. C. loca. & in d. c. quẽadmodum. Bald. in c. cum cauſam. el ij. ad finem. extrà de teſti. & Angel. in l. maioribus. C. communia utriuſq; iudi. & Ant. de But. in c. cum dilecti. de empt. & uend. & ita tenent Doct. in d. l. ij. C. de reſcin. uendi. Item habet locum beneficium d. l. ij. etiam in locatione perpetua liuellaria ſeu emphyteotica : ut probatur in d. c. ad noſtram. extrà de rebus eccle. non alie. arguendo ibi de feudo ad emphyteoſim. Et ita tenet Specu. in tit. de locato. §. nunc aliqua. uerſicu. nonageſimo. & Bald. in d. l. ij. uerſic. eſt dubium. de contractu emptionis. Et Ludo. de Ro. in l. ſi quis cum aliter. in viij. colũ. in prin. ff. de uerbo. obli. Et Ioan. de Imol. in c. cum cauſam. circa finem. extrà de emp. & uend. & do. Barto. Salycee. idem tenet in quodam ſuo conſil. quod incipit. ſuper puncto quo quæritur an eccleſia. qui mouetur in primis per gl. l. excepio. C. loca. in uerſi. fructus. quæ dicit q; idem iudicatur de contractu ſimili locationis, quod de ipſa locatione. & per gl. in ſi. in d. l. ſi olei. quæ uult quòd beneficium d. l. ij. habeat locũ etiam in contractu innominato[a]. & idem ſcilicet quòd habet locum in emphy. ſeu liuello. d. l. ij. tenet Anto. de Bu. in d. c. cum dilecti. de empti. & uendi. Si habeatur reſpectus ad ualorem iuris emphyteotici. Et ſic attendatur deceptio inſpecto ualore communi iuris emphyteotici: de quo dicam in tertia præſumptione. & ita intelligantur prædicti doctores : ſecus ſi haberetur reſpectus, & attenderetur deceptio ad uerum ualorem rei: de quo dicam plene in ſecunda præſumptione. uerſi. uerum quia dictum eſt. Nam tunc non haberet locum beneficium d. l. ij. C. de reſcindẽ. uend.

a Cõtractu innominato. *Contractus innominat⁹ quas actiões pariat, uide in Spe. de acti. ſeu peti. §. ſequitur uidere. uerſi. ſed & ubi. & ff. de præſcri. uer. per totum.*

Et iſto modo poteſt ſaluari Spec. qui contrarium uidetur dixiſſe in titu. de empti. & uendi. §. nunc reſtat. uerſi. quid de conceſsione in emphyteoſim. ubi dixit, quòd d.l.ij. non habet locum in dicto contractu emphyteotico. & iſtud teneo quod dixi ſecundum do. Anto. Sed ſi non eſſet læſio citra uel ultra dimidiam iuſti precij, ſed in minori quantitate, tunc quid iuris ſit? dic ut infra dicam in proxima diſtinctione, & plene in ſecunda p̄ſumptione tertij caſus prin
7 cip. *Et eſt maxima differẽtia an cõtractus ſit pignoratitius, ſimulatus[a], ſiue uſurarius, an illicitus: qa quando eſt uſurarius, pignoratitius, uel ſimulatus, quicquid percipitur de fictu, redditu, uel fructibus, debet in ſorte. id eſt in debito principali computari: ut probatur in c. illo uos, extra de pigno. & in c. ad noſtram. de empti. & uenditio. & in tit. extra de uſu. & maxime in c.j. & ij. & c. conqueſtus. & c. cum contra. extra de pigno. & in l.j. & ij. C. de pig. actio. cum ſi. & not. gloſ. in c. ex literis, in uerbo, ſorte amplius. extra de iureiu. In tantum quod extenuatur debitum ſortis per ſolutionem fictus, uel redditus, uel perceptionem fructuum ipſo iure: ut eſt caſus in l.j. C. de diſtra. pigno. & hoc tenet glo. in dicto c. ex literis. & in uerbo. ſorte & amplius. de iureiur. Sed quando contractus eſt ſolummodo illicitus, & non uſurarius uel pignoratitius aut ſimulatus, tunc illud tantum, quod recipitur ultra iuſtum precium, eſt reſtituendum & contractus reducendus uel reſcindendus: ut d.l.ij. cum ibi not. C. de reſcind. uendi. & not. glo. fin. in uerbo, deceptione. circa principiu. & in c. cum dilecti. de emptione & uendit. & in c. per tuas. in uerbo, intereſt enim. de donatio. extra. Circa hoc autem ſic concludas:

*a Simulatus. Contractus ſimulatus quomodo probetur, uide Pau. de Caſt. conſil. lxxx. & cõſil. cxiij. & cõſil. cccxxvj. & ſe. Bar. in l. pacta nouiſſima. circa medium. C. de pac. Contractus præſumitur uſurarius, & ſimulatus, quã do uẽditio modico tempore durauit. Bart. in cõſi. Pet. Nicol. & Paulus de Caſt. conſil. cccxxv. incip. in cauſa mota & c. uerſic. his præmiſſis &c.*

Aliquando contractus eſt ſimulatus ſiue uſurarius. Aliquãdo eſt tantum modo illicitus, id eſt iure non probatus. nam huiuſmodi ſimulatio eſt à iure improbata in notatis in toto titu. C. plus ualere quod agitur. & in d.c. ad noſtram. & in d.c. illo uos. cum ſimilibus. Item uſura eſt illicita, ſeu reprobata utriuſq; Teſtamenti pagina: ut eſt text. in c. quia in omnibus. & c. ſuper eo. extra de uſuris. & etiam de iure ciuili hodie, quia leges non dedignantur ſacros canones imitari: ut eſt text. in auten. de eccleſi. titu. & ibi glo. colla. ix. & no. gloſſ. in l. cum allegas. & in auten. ad hoc. C. de uſuris. & in l.j. C. de ſumma trini. & ibi per Doct. & hoc caſu quando contractus eſt ſimulatus uel uſurarius, poteſt reſcindi uel annullari cum dictione quam poſui infrà in quarto caſu principali, ad finem. & fructus percepti cõputari debent in ſorte: ut ſuprà dixi. Si uero contractus eſt tantummodo illicitus, & non ſimulatus, uel uſurarius, quod eſt quando contrahentes habuerunt animum uere & ſimpliciter contrahendi, ſed deceptio ſiue læſio interuenerunt in precio: & tunc ſi læſio eſt in dimidia iuſti precij ultra uel citra, contractus poterit reſcindi, uel debebit ſuppleri iuſtum precium de iure ciuili & canonico ſecundum beneficium d.l.ij. & d.c. cum dilecti. & c. cum cauſam. Et multo magis reprobatus eſt iſte contractus in foro conſcientiæ, in quo non eſt licitum contrahentibus ſe decipere etiam in precio, ut dicam plene in ſecunda præſumptione: nec fructus uel redditus per emptorem medio tempore percepti in hoc caſu in ſortem computantur, nec ſunt reſtituendi de iure ciuili uel canonico: quia hoc non memini me legiſſe iure cautum. Immo d.l.ij. uidetur probare contrariũ:

ex quo



ex quo ſolum prouidit, quòd ſit in electione lædentis uel reſcindere cõtractũ, uel ſupplere iuſtum precium, & cum tenuerit ipſo iure uenditio, & ſic emptor perceperit fructus rei ſuæ, eos reſtituere non tenetur. & facit ad hoc quod not. Bald. in c.j. in titu. de feudo dato inuicem leg. commiſ. in uſib. feud. & quod not. Anto. de But. in c. ad noſtram. circa medium. ibi, ſed ueniente tempore. de empti. & uendi. in foro autem animæ & ſic diuino, bene credo quod emptor teneatur reſtituere fructus ſiue redditus, uel in ſortem computari pro eo minori precio, quo res fuerit uendita uel diſtracta. Sed ſi læſio nõ eſt in dimidia iuſti p̄cij, tũc talis cõtractus eſt licitus de iure ciuili uel canonico. per d.l.ij. C. de reſcin. uendi. & per dictum c. cum dilecti. & c. cum cauſam. de emptio. & uenditio. & hoc tantum intelligitur,
8 quod dicitur: *quòd licitum eſt contrahentibus ſe in precio decipere: ut l. in cauſæ. §. penul. ff. de mino. & in l. item ſi in precio. §. quemadmodum. ff. locati. & ſic peti non poterit, quòd reſcindatur dictus contractus, aut quòd ſibi ſuppleatur iuſtum precium, uel quòd fructus reſtituantur, aut computentur in ſortem. Itẽ nec in foro conſcientiæ iſte contractus erit reſcindendus. Credo tamen quòd tenebitur lædens ſupplere iuſtum preciũ, & fructus reſtituere pro eo pluri. uel minori. quo res eſt uendita uel diſtracta: ex quo in foro conſcientiæ, ut dixi, non eſt licitum contrahentibus ſe decipere in precio circa dimidiam iuſti precij. & ut not. Anto. de But. in c. in ciuitate. extrà de uſuris. & in c. quia pleriq;. in fine. antepenul. col. de immu. eccleſiæ. Et dicam plenius in ſecunda præſumptione tertij caſus principalis. uerſic. de iure autẽ diuino, &c.

SECVNDO caſu principali quãdo fuit actum inter contrahentes expreſſe uel tacite uel præſumptiue tempore uenditionis, uel ante, de locando dictam rem uenditam, & de faciendo pactum de retrouendendo, uel tempore dictæ uenditionis, fuit celebratus contractus locationis & pacti de retrouendendo, & in dicto pacto locationis, uenditionis, & pacti de retrouendendo, non interuenit fraus uel ſimulatio, uel aliqua læſio ſeu deceptio in aliquo. Et tunc etiam hoc caſu omnes dicti cõtractus ſunt liciti, etiam in foro conſcientiæ: nec pactum de retrouendendo coniunctum cum uenditione & locatione eiuſdem rei, reddit contractum uſurarium uel illicitum, ſi nulla fraus, dolus, uel ſimulatio, aut læſio, ſiue deceptio interuenerit: ut probatur in l.ij. C. de pactis. inter empti. & uendi. & eſt caſus no. in l. qui fundum. ff. de contrahend. empti. Et ita tenet Albericus de Ro. in d.l.ij. qui dixit, quòd ita de facto obtinuit dictam inueſtituram ſine locatione ualere. & hoc no. & tenet glo. in terminis, in c. conqueſtus. extra de uſuris. in gloſ. magna, circa finem. ibi, non eſt tamen uſura, ut ſi uendo tibi fundum. Nec obſtat textus in d.c. ad noſtram. quia ibi propter pactum de retrouendendo tantum non reprobatur contractus, ſed propter fraudem & dolum emptoris: ut dixi ſupra circa principium: quod tamen intellige ſecundum ea quæ dicam in ſequenti caſu princi-
9 pali. *Quando autem dicatur ſeu intelligatur actum expreſſe, uel tacitè, uel præſumptiuè tempore uenditionis, uel ante de pacto de retrouendendo: dic quòd expreſſe dicitur actum, quando probari poteſt manifeſte, quòd ita dixerit, & expreſſe uoluerit uenditor uel emptor.

 Tacitè

Tacitè quando inter emptorē & uē-
ditorem tactam de dicto pacto de
retrouendendo, & non coram teſti-
bus: quia forte ſi dixit emptor con-
fidens in fide, quòd tibi faciam ex
interuallo pactum de retrouenden-
do, uel dixit, ex nunc promitto tibi
retrouendere, ſed nolo quod de hoc
fiat mentio in inſtrumento locatio-
nis uel uenditionis, ſicut faciebat
Hieronymus de Saluaticis uſurarius:
qui tempore uenditionis ſæpiſsime
nolebat facere pactum expreſſe de
retrouendendo, ne contractus cen-
ſeretur uſurarius, & clam promitte-
bat uenditori, & nolebat quòd uen-
ditor de ipſo confideret: & commu-
niter ſeruabat fidem promiſſam. hoc
autem, ſcilicet tacitam fidem fuiſſe
promiſſam, probare poterit per con
feſsionem uel per teſtes, uel per ſcri-
pturam de manu emptoris, uel quia
emptor ſcripſiſſet hanc promiſsio-
nem ſuper libris ſuis, uel quia etiam
ita eſſet ſolitus facere, ſicut ſolitus
erat dictus Hieronymus, per ea quæ
habentur & not. in l.ij. §. ſi quis pa-
lam. cum §. ſequenti. & in §. tacita.
& in l. cum tacitum. ff. de iure fi-
ſci. & in l. cum tacitum. ff. de pro-
bation. & quæ notantur per Bartol.
in l. ſi gener. ff. de his quibus ut indi.
licet glo. Ioan. Andr. in c. contra cũ.
ante medium, ibi, ſi conſtat tacite
ut per coniecturam. de regulis iuris.
in vi. intellexerit quod tacite cõſta
re dicatur per coiecturas. *Nam per 10
coniecturas[a] inducitur potius actus
præſumptiuus quam tacitus, ut pro-
batur in c. requiſiſti. extra de teſta. &
in c. illo nos. in fine. in uerbo, præſu-
mitur. de pigno. & in c. ad noſtram.
in uerbo, patet. & ibi gloſſ. quæ ex-
ponit, id eſt præſumitur de emptio.
& uenditione. & probatur in aliis iu
ribus præallegat. ad quod facit quod
ſtatim dicam. *Præſumptiue au- 11

*a Coiectur. Coiecturæ ſufficiunt in his q̃ communiter i ſecreto fiũt. Bal. in rubri. C. de prob. & Alex. in l. fi. de quæſt. quòd coniecturæ & præſumptiões ſufficiũt in his quæ communiter ſecretè fiunt.*

*b Retrouen. Pactum de retrouendendo, quomodo probetur, Paul. de Caſt. conſi. ccclxxx. inci. uiſo proceſſu atteſtationib. in v. col. in fin. quod per coiecturas et præſumptiones. & in cõſi. ccc[illegible]. quod incipit, iudex eſt miniſter. et Alex. conſi. cxxj. ij. parte. ubi dicit an per teſtes & an per unicum cum iuramento in ſupplementũ probationis.*

tem diceretur actum, quando incon
tinenti poſt uenditionem facta fuiſ-
ſet locatio cum pacto de retrouen-
dendo: uel quando poſt uenditio-
nem & locationē incontinenti fuiſ-
ſet factum pactum de retrouenden-
do. Ex breuitate enim ſpatij præſu-
mitur dictum aut factum, ut eſt text.
cum gloſſ. fin. in fine. & ibi per Doct.
in l. ſi uentri. §. ſi in bonis. ff. de pri-
ui. cred. & eſt text. cum gloſſ. in uer-
bo, incontinenti. in c. officij. extrà
dē electio. & per Bartol. & Doctor.
in l. poſt contractum. ff. de donatio.
§. j. uerſicu. item pone aliquis. & per
Cyn. in l. ſi quis poſthac. in ij. quæſt.
C. de bo. præſcrip. & per Bald. in l. ij.
C. de ædili. act. & per eundem Bald.
in l. ij. per diuerſas. C. manda. ubi di-
cit, quòd cum fuerit facta promiſ-
ſio de retrouendendo, incontinen-
ti præſumitur conuentum fuiſſe per
prius, per dictam l. ſi uentri. ad quod
adde quod dicitur in prima præſum
ptione circa princip. *Quando au 12
tem dicatur incontinenti uel ex in-
teruallo factum: dic quod hoc eſt re-
linquendum arbitrio iudicantis. ar.
l. j. ff. de iure deliberan. & c. de cauſis.
extrà de offic. delega. & per gloſſ. fin.
in c. non eſt. de regu. Ita tenet Ange.
in dicta l. ſi uentri. §. fin. de priui. cre-
dito. & Ludouic. de Ro. in l. j. §. j. ff.
de uerborum obligation. & quando
eſt factum pactum de retrouenden-
dō eadem die & loco, & coram eiſ-
dem teſtibus præſumitur fuiſſe factũ
incontinenti. arg. a communiter ac-
cidentibus ſecundum Bald. qui ita di
cit not. in l. pe. quæ incipit, in his. §.
mulier. ad fi. ff. ſolu. matri. Item quan
do eſt factum pactum de retrouen-
dendo[b] eodem die, de quo eſt facta
uenditio, præſumatur factũ inconti-
nenti, uel etiam de eo conuentum tē
pore uenditionis uel antè, quia una
dies non eſt longum interuallum, ut





probatur in l. ſi ex duobus. in prin-
cipio. ff. de duob. reis. & ita not. Bar.
in dicta l. j. §. j. ff. de uerb. obligat. Et
ita uidi alias conſultum per plures
Doctor. in materia noſtra ſimulatio-
nis. Facit ad hoc optime quod not.
Bald. in l. ij. in fi. C. de oper. liber. ubi
dicit, quod fit eodē die & loco, præ-
ſumitur eſſe factum eodem cõtextu.
& uide quod not. Innocen. & Doct.
in c. conſiderauimus. extra de elect.
& uide Oldra. conſ. ccliij. Et hoc ma
xime uerum, ſi non eſſet appoſita uel
deſcripta hora contractus in inſtru-
mento, neque in inſtrumento pacti
de retrouendendo, ſicut communi-
ter non apponitur, nec de iure regu-
lariter tabellio apponere tenetur. iu-
xta not. per Cyn. in l. optimam. in v.
quæſt. C. de contrah. & committen.
ſtipu. & per Bald. in l. in præſcriptio-
ne. in ix. col. C. ſi contra ius uel uti-
litatem publi. in l. fin. in iij. col. C. de
edic. diui. Adria. tol. & in l. cum pro-
ponas. C. de inter. matri. & in l. impe
rator. ff. de ſtatu ho. & per Ioã. And.
in additio. Specul. in titu. de inſtru.
edi. §. dicto. uerſic. ſi poſt inductio-
nem. & in addi. quæ incipit, hora
dici. & per gloſſ. not. in l. ſi ex pluri-
bus. §. fina. cum ibi not. ff. de ſolu.
Nam licet inſtrumentum uenditio-
nis præſumatur præceſsiſſe, & in-
ſtrumentum pacti de retrouendendo
ſubſecutum, quia iſte ordo naturæ
eſt: ut not. Bald. in prima conſtit. Co
dic. §. hoc igitur. in ij. colum. in vij.
not. tamen præſumam dictum ſecun
dum inſtrumentum pacti de retroue
dendo fuiſſe eadem hora cõfectum:
quia ita cõmuniter fieri ſolet. arg. l. j.
C. de arbit. cũ ibi no. per gl. & Doct.
& per glo. pen. in l. cum dote. de iure
dot. Itē præſumptiue intelligeretur
actum tempore uēditionis, uel antē
de retrouendendo, quando ſubeſſet
præſumptio, quòd ipſe uenditor ue-

riſimiliter non uoluiſſet, niſi cum il-
lo pacto de retrouendendo, ut dicã
in ſequenti caſu principali in prima
& duodecima præſumptione.

TERTIO caſu principali quan
do in dicto cõtractu fraus uel
dolus uel ſimulatio uere, uel ficte,
uel tacite, uel pſumptiue interuenit,
quod quando fit, ſtatim dicetur, &
eſt deceptio, ſiue læſio in uenditio-
ne, locatione, & pacto de retrouen-
dendo, & tunc ſine dubio tales con
tractus ſunt non modo illiciti, ſed e-
tiam ſimulati & uſurarij, tũ propter
dolum & fraudem, & ſimulationem,
tum etiam propter ipſam deceptio-
nem ſeu læſione, ut probatur expreſ
ſe per text. in c. ad noſtram. ibi, com
re uera. & ibi, quandoque à ſepten-
nio. & ibi, quia igitur dolus & fraus.
extra de emptio. & uendit. & in c. il-
lo nos. ibi, non eſſe pure uenditas,
ſed pignori obligatas. & ibi, pro
xxij. lib. obligatur. coniuncto ibi,
xxvj. lib. & ibi, quod ultra ſummam
receptam bo. ſol. deberent perſolui.
extra de pigno. & idem dicendum
eſt etiam de iure diuino[a], & ſic in fo
13 ro conſcientiæ. *de quo iure ſeu fo-
ro nullus debet decipi ſeu lædi: ut
probatur in c. j. & dicam in ſecunda
præſump. & dicitur fraus, uel do
lus, uel ſimulatio uere interueniſſe,
quando actum fuiſſet inter partes,
quod licet inſtrumētum loqueretur
de uenditione, nihilominus intelli-
geretur eſſe pignus. Sed emptor uo-
luit, quādo mutuauit pecuniã, quod
recipiens mutuo pigneraret ſibi fun
dum uel domum, & quod fieret in-
ſtrumentum qualiter uendebat ſibi,
ad hoc ut emptor poſsit lucrari fru-
ctus, & ne per canonem cõtra uſura-
rios edictum poſſet in poſterũ con-
ueniri: ut hæc probãtur in d. c. ad no-
ſtram. ibi, cum B. laicus ab M. mutuũ
accipere uoluiſſet, nec per canonem

*a Iure diuin. Ius diuinũ dicitur ius naturale. glo. inſt. de oblig. quæ ex deli. na. in principio. & Alex. in l. Iul. de condit. & demoſt.*

contra uſurarios edictum poſſet in poſterum cõcauri, domos, id eſt olivas recipit ad eo tit. emptionis, cum re uera contractus uſurarius ageretur. & ibi, quia igitur fraus & dolus. extra de empt. & uendit. & iſta probari poterunt non ſolum per confeſſionem partium, ſed etiam per alia inſtrumenta & per teſtes:* & quod 14
per inſtrumenta & per teſtes probari poſsit ſimulatio contractus, ſenſit glo. in aut. de fide inſtru. §. ſi uero aliquid. col. vj. & tenet Cyn. in l. optimam. in iij. oppo. C. de contrahen. & commit. ſtipula. & Barto. & Doctor. in l. generaliter. C. de non nume. pecu. & Ioan. de Imo. in d. c. ad noſtrã. de emp. & uendi. Item dicitur fraus, dolus, uel ſimulatio interueniſſe ficte, quando lex uel ſtatutum ita fingeret, utputa ſi quis diceret, ſi quis fecerit talem contractum, fingatur uſurarius uel ſimulatus. facit ad hoc gloſſ. in l. unica. §. accedat. in uerbo præſumatur. C. de rei uxo. actio. & quod not. per gloſſ. & Doctor. in l. non eſt ueriſimile. ff. quod metus cauſa. & in c. is qui fidem. extra de ſpon. Item dicitur fraus uel dolus uel ſimulatio interueniſſe tacitè, quando tacitè actum eſt inter contrahentes, quòd licet inſtrumentũ fieret de uenditione, tamen in ueritate eſſet pignus uel econtrario: licet partes uellent quòd eſſet pignus, nihilominus diceretur in inſtrumento quod eſſet uenditio, quod quando fit, dixi ſuprà in ſecundo caſu proxime præcedenti. Item dicitur fraus, dolus, uel ſimulatio interueniſſe in contractu præſumptiuè, quando nõ conſtat ꝙ ſit actum expreſſe uere uel ficte uel tacite inter partes, quòd contractus uenditionis celebretur, cum in ueritate eſſet pignus. Sed præſumi ex pluribus præſumptionibus, &c. Sequitur prima præſumptio.

ET PRIMA* præſumptio eſt, 15
quando lex præſumit quòd contrahentes nõ habuerũt animũ emendi uel uendendi, quod eſt quãdo tempore uenditionis, uel ante fuit dictum uel tractatum quòd non eſſet uenditio, ſed pignus. Nam tunc uenditio ſtatim ſecuta præſumitur ſimulata. Idẽ ſi uenditio fiat ex interuallo, ſed uendens prius dixerat & proteſtatus fuerat, quòd non intendebat, quòd eſſet uẽditio, & ſi contingeret ipſum in futurum uendere, intẽdebat quòd eſſet pignus. ita ſingul. dicit Bartol. ſecundum Iaco. de But. in l. pacta nouiſsima. C. de pactis. & ibi per Bald. & Docto. & not. Bart. Bald. Ange. & Doctor. in l. item quia. §. item Iulia. ff. de pac. & Bartol. & Ioan. de Imol. in l. Titia. §. idem reſpondet. el j. ff. de uerborum oblig. & Ange. in l. j. in iij. col. in fi. uer. in glo. ibi, ex his quæ præceſſerunt. ff. de iudi. & Bald. in l. multum. in ij. col. C. ſi quis alteri uel ſibi. & ad hoc uide glo. in l. interpoſitas. in uerbo, qualitas. C. de tranſaction. Si autem prædicta proteſtatio non præceſsit, & contractus appareat celebratus in formam uenditionis, licet inter partes tractatus de celebrando aliter ſiue in alia forma: per hoc non probaretur contractus ſimulatus uel fraudulentus, quando, ut dixi, contractus uenditionis celebratus fuit ex interuallo poſt dictum tractatum. pro hoc l. cum in plures. §. locator horrei. ff. loca. ſecundum Ang. qui ita not. in l. ſi quis cum aliter. ff. de uerborum oblig. Et ſubdit quòd ſi uerba contractus eſſent ita ambigua, quòd poſſent trahi ad multos ſenſus, interpretanda ſunt ſecundum tractatum quantuncunq; præcedentem. allegat ad hoc Innoc. in c. innotuit. extra de arbit. quod eſt ualde notandum. & ita tenet Ludouic. de Roma. in dicta l. ſi quis cum aliter. in



ter. in xiiij. col. in fi. qui allegat gl. ordinariã in l. j. in gl. j. ad fi. ff. de iud. & glo. in l. eleganter. in princip. in uerbo, puto. ff. de condi. indeb. & l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta. Item præſumitur quòd contrahentes non habuerunt animum uere uendendi & emendi, quando debitor petebat mutuum, & creditor dixit, nolo mutuare, ſed emere uolo cum pacto de retrouendendo ad certum tempus, ſecundum Hoſtien. & Anton. de But. in c. ad noſtram. de emptio. & uendit. Et de hoc eſt caſus ſecundum intellectum Odof. in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. ut refert & tenet ibi Bald. in principio. qui dicit ꝙ hoc eſt notatu dignum. Et idem uoluit Guil. de monte Laudu. in cle. ex grandi. de uſur. & eum ſequitur ibi, iij. quæſt. §. cæterum. do. Franciſ. Zabar. Et idem tenet Ludo. Pontanus in ſuo ſingulari, quod incipit, quæro an pacta de retrouen-
16 dendo.* ubi dicit, quòd ubicunq; cõtractum factum cum pacto de retrouendendo præceſsit tractatus mutui, ſemper præſumitur uſurarius. Et ideo debet nullus declarari, & fructus reſtitui. allegat dictum ſingulare Odofre. relatum per Baldum in dicta l. emptione. & dicit quòd ita etiã conſuluit. Et idem tenet etiam Ioan. de Imola in dicto c. ad noſtram. qui ſubdit quòd hoc ideo præſumitur, quia originalis cauſa fuit mutui petiti. Idem quando probaretur, quòd debitor quærebat pecuniam accipere mutuo ſuper tali poſſeſsione, & poſtea reperitur ipſum feciſſe uenditionem de illa poſſeſsione quã quærebat. Nam tunc præſumitur color quæſitus de contractu ad contractum, ſicut & alibi de perſona ad perſonam, ut ff. ad Velleian. l. mulier. §. cum eſſet. Ita dixit domi. Paul. de Caſt. in conſi. cccxxviij. in principio.

& alleg. not. per Hoſtien. in c. ad noſtram. Item non præſumitur animus uendendi & emendi, quando fuit actum inter partes à principio, quòd dictus emptor cogeretur uel obligatus eſſet ad locandum ipſam rem ueditam ipſi uenditori cum pacto de retrouendendo, & quòd aliter dictus uenditor non eſſet uenditurus: uel quia in inſtrumento uenditionis dicitur, cum pacto de retrouendendo, ſiue quòd ipſe uenditor non eſſet uenditurus. hæc tamen uerba nunquam tu apponas in inſtrumento uenditionis, quia declararent inſtrumentum eſſe ſimulatum: unde ſi uigore dicti pacti etiam incontinenti poſt ipſam uenditionem uel eadem hora uel die fuerit facta dicta locatio dicto uenditori de dicta re per ipſum uendita, cum pacto de retrouendendo in eodem inſtrumento locationis contento, uel etiam in alio inſtrumento fuiſſet appoſitum pactum de retrouendendo: præſumeretur quòd uenditor non habuiſſet animum uendẽdi. facit ad hoc quod dixi in præcedenti caſu princip. circa finem. hæc tamen præſumptio tolleretur, ſi conſtare poſſet expreſſe de contrario, uidelicet quòd uenditor habuit animum uendendi, & emptor emendi, maxime per confeſsionem partis, quia præſumptio non cadit ſuper certo, ſed ſuper incerto tantum: ut per gloſſ. in l. unica. §. accedat. in uerbo, præſumatur. C. de rei uxor. actio. & in l. ſiue poſsidetis. C. de probat. & ſic in incertis non certis locus eſt coiecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de uerborum obligat. & in l. pedicularis. §. argenteis. ff. de auro & argen. lega. & in l. ille. §. cum in uerbis. ff. de legatis iij. cum ſimil. Et quia dicta præſumptio non eſt iuris, & de iure, ſed iuris tantum, ut not. dominus Laurentius de Rodul-

 phis

phis in ſuo tractatu de uſur. quem
ſcripſit ſuper c. conſuluit. extra de
uſur. in lx. quæſtio. & licet c. ſet præ-
ſumptio iuris & de iure, ita quod
non poſſet admitti probatio in con-
trarium, per c. is qui fidem. cum ibi
nota. de ſponſalibus. & per nota. in
autenti. ſed iam neceſſe. C. de dona.
ante nupt. & in corpore unde ſumi-
tur. & ut uidetur ſentire Ioan. Cald.
de Bononia in quadam ſua diſputa-
tione ſeu quæſtione, quæ incipit,
Vſurarius. quod tamen non teneo:
17 *quia contra præſumptionem iuris à
iure introductam ſemper admittitur
probatio in contrario, niſi ius ſta-
tuat quod non admittatur, ut eſt
gloſſ. notab. liij. diſtinctio. c. frater-
nitatem. in glo. fina. Et eſt gloſſ. l. di-
ſtinctio. ferrum. in glo. fin. ad finem.
& not. per Doctores in c. is qui fi-
dem. Sed in hoc non reperitur, quòd
ius ſtatuat contrarium, quòd nihilo-
minus contra dictam præſumptio-
nem iuris, de iure admitteretur præ-
ſumptio in contrarium per confeſ-
ſionem partis: ut not. gloſſ. in auten.
de quali. do. §. illud quoque. colum.
vij. & eſt gloſſ. in l. in contractibus.
in principio. in uerbo, nullo modo.
C. de non nume. pecu. Et not. Angel.
& dominus Paulus de Caſt. in l. inter
ſtipulantem. §. ſi Stichum. in princi.
col. ff. de uerborum obligatio. & no.
per Doctores in dicta auten. ſed iam
neceſſe. & in dicto c. is qui fidem. &
ita ſentit glo. in c. ad noſtram. in uer
bo, patet. de emptione & uenditio.
& ibi Anton. de But. qui dicit, quod
ſi conſtat quòd ſit uenditio, & ſic
uenditor habuerit animum uenden-
di, tenebit talis contractus, & em-
ptor lucrabitur fructus. & hoc tenet
Ioan. de Imo. ſequendo domi. Anto.
in dicto c. ad noſtram. in uerſi. in ea-
dem gloſſ. in fine. & iſtud eſt ueriſsi-
mum, quod bene notan practica, ut

*a Leſio i ue. Venditio ſi conti net læſionē uen ditoris, eſt in po teſtate empto ris, ſupplere iu ſtum preciū uel rem reſtituere. l. ij. C. de reſci. uen. ij. reſpon. & ibi Doct o. quod uerū eſt, ſi emptor dolo careat, nā ſi ſit in dolo, cogitur præciſe reſtitue re. l. pe. cū glo. in uer. poſſeſſio nem. C. ſi uen. pig. ag. quod eſt uerum etiā pro modica læſio ne etiā infra di midia iuſti pre cij. l. dolus. C. de reſcind. uen di. & Petr. de Sun. in d. l. ij. xxij. col.*

caute procures quòd ſaltem uenditor
profiteatur, quòd habuerit animum
uendēdi, maxime reſpōdendo oppo
ſitionibus emptoris, ſi hoc uerū eſt:
quia per talem confeſsionem uel aliā
ſufficientē probationem apparebit.
Et iudicabitur quod dictus contra-
ctus fuerit omnino ſimulatus, neque
pignoratitius neq; uſurarius, ſed ue-
rus, quod ſingul. not. & tene menti,
ut ſcias defendere emptorem. Et ea-
dem ratione poteſt dici contra, quan
do inſtrumentum loquitur de uera
uenditione & in ueritate fuit ſimula
ta. Nam cautela eſt pro uenditore ut
procuret pbare, ſi poteſt, q ipſe non
habuerit animum uendendi, nec em-
ptor emendi. Nā ſi probabitur uel
confiteantur partes quòd neuter ha-
buerit animum uere contrahendi, ui
delicet emptor emendi nec uenditor
uendendi, tunc indiſtincte dici po-
teſt, quòd iſte contractus ſit ſimula-
tus uel uſurarius, non ſolum in foro
conſcientiæ, ſed etiam in foro cano-
nico & iudiciali, quia conſtare dici-
tur expreſſe de ſimulatione ſaltem re
ipſa. facit ad hoc l. j. & per totum. C.
plus ualere quod agi. ut dicam ple-
nius in quarto caſu principali, ubi
eſt uidendum. Sed ſi probatio uel cō
feſsio fieret ſolummodo, quod unus
tantum contrahentium habuerit ani
mum uere uendendi, ſed emptor
habuit animum reemendi uel econ-
tra, tunc quid iuris ſit? dic ut di-
cam in dicto quarto caſu principali,
ubi hoc prolixius examinatur.

SECVNDA *præſumptio eſt, quan
do interuenit læſio in uenditio-
ne[a], prima quia res uendita ualebat
centum, & fuit uendita plus uel mi-
nus prope dimidia iuſti precij. quod
quando ſit, dic ut habetur per gloſſ.
& Doctores in l. ij. C. de reſcinden.
uendit. & in c. cum cauſam. extra de
emptio & uendi. & in c. cum cauſam.
el ij.



el ij. extrà de teſt. & licet ex ſola par-
uitate precij non præſumatur dolus
ſufficiens ad reſcindendū contractū,
ut eſt caſus in l. dolus. & in l. ad reſcin
dendum. C. de reſcind. uend. & ſic nō
præſumitur contractus ſimulatus: ut
no. Ang. in l. interpoſitas. in fin. C. de
tranſact. tamen hoc coniunctū cum
aliis inducit præſumptionē doli, ut
eſt glo. no. in d. l. dolus. in uerbo pre-
cij. quæ allegat l. cum hi. §. modus. ff.
de tranſac. ubi hoc optime probatur.
ſi enim eſſet læſio in paruitate precij
non contingente dimidiam iuſti pre
cij, tunc de iure ciuili eſſet licitum,
nec ulla mala præſumptio inducere-
tur per hoc contra ipſum emptorem,
nec deberet ſuppleri ad iuſtum pre-
cium: quia licitum eſt contrahenti-
bus ſe in precio decipere: ut l. in cau
ſæ. §. penul. ff. de minori. ubi tex. ſic
dicit, in precio emptionis & uēditio
nis naturaliter licere contrahentibus
ſe circumſcribere. & eſt text. nota. in
l. item ſi in precio. §. quemadmo-
dum. ff. locati. ubi ſic dicitur ad lite-
ram: Quemadmodum in emendo, &
uendendo naturaliter cōceſſum eſt,
quod plus ſit, minoris emere: & quod
minoris ſit, pluris uendere, & inui-
cem ſeſe circumſcribere: idem & in lo
cationibus & cōductionibus quoq;
iuris eſt. Idem eſſet licitum de iure
Canonico: ut not. gl. fi. in uerbo, de-
ceptione. in c. cū dilecti. extrà de em-
ptio. & uendi. & gloſſ. final. in c. cum
cauſam. el ij. extrà de teſtib. & gloſſ.
in uer. inuenerunt. in c. per tuas. extrà
de dona. & gloſſ. in c. in ciuitate. ex-
trà de uſuris. Et ibi hoc tenet domi.
Anton. de But. & habetur per Bald.
in dicta le. in cauſæ. §. penultimo. ff.
de minori. & per Albe. de Roſa. in l.
ij. C. de reſcindenda uenditione. &
ſic in foro ciuili uel canonico, non
poteſt dici ex paruitate precij tan-
tum, quæ non contingat dimidiam

iuſti precij, quod ſit aliqua præſum-
ptio doli, fraudis, uel ſimulationis:
nec etiam poteſt agi cum effectu ad
reſcindendum contractum, uel ad
ſupplendum iuſtum precium, etiam
ſi emens ſcienter emerit rem pro mi-
nori precio, & uenditor non putet
eam eſſe maioris precij: ut eſt gloſſ.
notabil. in dicta leg. item ſi in pre-
cio. §. quemadmodum. in gloſſ. fin.
ff. locati. ac etiam ſi concurrat cum
19 dicto pacto de retrouēdendo: *quia
pactum de retrouendendo cum ſo-
la paruitate uel maioritate precij, ma
xime non contingente dimidiam iu
ſti precij, non facit præſumere con-
tractum eſſe ſimulatum uel uſurariū,
niſi aliæ ſint cōiecturæ: quia non re
peritur textus qui hoc dicat, ſcilicet
quòd ex ſola paruitate precij in uno
tantum contractu interueniēte cum
pacto de retrouendendo præſuma-
tur contractus ſimulatus uel uſura-
rius: nec etiam hoc dicit c. ad noſtrā.
de emptio. & uendit. quia ibi fuit a-
ctum, quòd poſt certum tempus poſ
ſit retro emere, & non antè: ex quo
inducitur una alia mala præſumptio
contra ipſum primum emptorem, ut
dicam infrà in proxima præſumptio
ne, quæ non ſubeſt quando eſt pa-
ctum, quòd quandocunque poſsit
retroemere, uel uſq; ad certum tem-
pus: ut probatur in l. ij. C. de pactis
inter emptor. & uendi. ibi, precium
quandocunque uel intra certa tem-
pora obtuliſſent. Nec obſtat gloſſa.
in c. conqueſtus. extrà de uſuris.
quia ibi uerbum, precio, abundat,
ut dicam in quinto caſu principali:
ubi uideas. Niſi dolus dediſſet cau-
ſam contractui quia dolus inductus
fuiſſet: nam contractus uenditionis
cum ſit bonæ fidei, ut inſtitutio. de
action. §. actionum. & nota. in c.
cum uenerabilis. extrà de exceptio.
ex quo dolus dediſſet ſibi cauſam.

ipſo

ipſo iure contractus non teneret:ut
eſt text. in l. eleganter. in principio.
ff. de dolo. & argumen. xij. quæſtio.
ij. quiſquis epiſcopus. in fine. & ex-
trà de rerum permutatio. c. cum uni-
uerſorum. & not. gloſſ. fina. in prin-
cipio. in c. cum dilecti. de emptione
& uenditione. uel niſi dolus incide-
ret in contractum, quia uenditurus
erat, ſed per dolum emptoris fuit in-
ductus ad minus uendendum. Nam
tunc licet contractus teneret, non
poſſet reſcindi: tamen poſſet agi ad
ſupplementum reſidui iuſti precij, ut
eſt caſus in l. Iulianus. §. ſi uenditor.
& §. per cōtrarium. ff. de actio. emp.
& not. gloſſ. fin. in d. §. quemadmo-
dum. ff. loca. & gl. in uerbo, licere. in
fi. in dicta l. in cauſæ. §. pen. ff. de mi-
nor. & gloſſ. fina. in uerbo deceptio-
ne. in dicto c. cum dilecti. de emptio.
& uenditione. & gloſſ. in l. contra-
ctus. C. ex quibus maior. uel niſi ta-
xatum uel limitatum eſſet precium
à lege uel ſtatuto, quo caſu non lice
ret de iure ciuili uel canonico ali-
quid ultra accipere, quia lex uel ſtatu
tum ſeruari debet, quamuis etiam eſ-
ſet lex dura, ut l. proſpexit. ff. qui &
à quibus. cum ſimilib. nec etiam lice
ret in foro conſcientiæ,* quia ubi-
cunque lex uel canon prouidet ſu-
per certo diſponendo ſecundum ali-
quam rationem, obtinet in foro iu-
diciali rationabiliter, obtinet in fo-
ro conſcientiæ ſecundum beatum Tho
mam, ut refert & tenet Floria. in l. ex
parte hæres. §. ſeruo liberta. ff. famil.
herciſcun. & notat Bald. in autenti.
ingreſsi. in ix. colum. C. de ſacroſan-
ctis eccleſijs. & Ioan. de Anan. in c. j.
circa finem. extrà de teſtamen. ac e-
tiam faciens contra conſcientiam[a]
præcepti uel prohibitionis, peccat
mortaliter, ut eſt gloſſ. xxviij. quæſt.
in c. omnes. §. ex his. in gloſſ. j. uel
niſi uenditor uel emptor læſus eſſet

*a Cōtra cōſ.* *Cōſcientiā qui lædit, ædificat ad gehennā, ut de in Specu. de aduo. §. utriuſq;. uer. itē caueat ne falſā. c. per tuas. de ſimo. et c. per li teras. de reſtit. ſpo. xxviij. q. j. §. ex his.*

*Cōſcientiā lædens ſaluari nō pot. de reſti. ſpol. c. literas. de præſcri. c. ſi. de ſimo.*

*Conſcientia non pot iudicari. Bal. in trac. ſciſma. ult. col. uer. ideo credēdum eſt.*

minor uel eccleſia: quia tunc etiam
re ipſa ſine aliquo dolo principali
uel incidenti alterius contrahentis,
eſſet læſus indiſtincte, poſſet reſti-
tui etiam pro leui damno, & non
pro modico: ut l. Scio. ff. de in inte-
grum reſtitution. & ita not. in gloſſ.
in uerbo, licere in dicta l. in cauſę. §.
penult. ff. de minor. uel etiam niſi em
ptor decipiens eſſet clericus uel præ
latus, ſiue eccleſia, licet deceptus nō
eſſet minor, quia eccleſia minime
debet parere laqueum. xxvij. quæſt.
j. de Iudæis. & ita notat Antonius de
Butr. in c. continebatur. in j. colum.
extrà de his quæ fiunt a prælatis ſine
conſenſu capituli. & in c. in ciuitate.
extrà de uſuris. qui alleg. ad hoc glo.
in uerbo, plus. x. quæſt. ij. hoc ius por
rectum. & in c. tuam. extrà de pœnis.
& not. Bald. in autent. ad hoc. in pen.
col. circa principium. uerſic. inſuper
quæritur. de uſuris. & uide Archidia.
xvj. quæſt. j. ſi cupis eſſe. & ita etiam
tenet beatus Bernardin. in ſuo libel-
lo de contractibus & uſuris in xxxj.
articu. ij. c. qui dicit, Si in uenditione
plus offertur quàm res ualeat, eccle-
ſia recipere non debet, ſed tantum
iuſtum precium. & allegat prædicta
20 gloſſ. in c. hoc ius porrectum. & Ar-
chidia. ibi, & Bald. in dicta l. in cau-
ſæ. §. penulti. de minor.* & quia ec- 21
cleſia in ſuis contractibus non debet
fraudem aliquam adhibere, ut in c.
per tuas. extrà de donation. & pro
hoc allego text. in c. j. §. j. in titu. de
alie. feu. in uſib. feu. ubi pulchre text.
ſic dicit, Eccleſia cultrix iuſtitiæ &
auctrix non patitur aliquid contra
iuſtitiā in ſe ferre uel mouere: priua-
tus uero obuiat ſæpe iuſtitiæ. quod
bene nota. clerici & prælati, qui ſæ-
piſsime contrarium faciunt ſub prę-
textu, quod ſemper melior conditio
eccleſiæ fieri debeat.* De iure autem 22
diuino, & ſic in foro conſcientiæ,
credo



credo quòd non ſit licitum contra-
hentibus ſe decipere etiam citra di-
midiam iuſti precij, & etiam in caſu,
ubi non daretur reſtitutio, contra-
hentes eſſent laici, per id quod habe-
tur in l. & in Euangelio, quo quiſq;
iubetur alijs facere, quod ſibi uult fie
ri, & prohibetur alij inferre quod ſi-
bi nollet fieri: ut eſt text. j. diſtinctio.
c. humanum genus. & dixi ſupra cir-
ca principium. Sed certum eſt quòd
unuſquiſque uellet quod ſibi uende
retur iuſto, æquo, & communi pre-
cio, & nullus uellet in precio decipi
citra dimidiam iuſti precij, quia ne-
mo præſumitur iactare ſuum. l. cum
de indebito. in principio. ff. de pro-
batio. cum ſimilib. Ergo unuſquiſq;
debet uelle uendere iuſto & commu
ni precio, & neminem decipere &
maxime cum mendacijs & periurijs,
ut dicit beatus Auguſtinus. & habe-
tur lxxx. diſtinct. c. quoniam & Caſ-
ſiodo. & habetur eadem diſtinctio.
c. quid eſt aliud. ubi ſcribitur in hæc
uerba: Negociatores ergo illi abo-
minabiles exiſtimātur, qui iuſtitiam
Dei minime cōſiderantes, per immo
deratum pæcuniæ ambitum polluunt
mentes ſuas, periurijs ornando ma-
gis quàm precio, tales deiecit Domi-
nus de templo dicens, Nolite facere
domum patris mei domum negocia
tionis. Et ad hoc uide gl. notabile in
l. ſemper in cōuentionibus. ff. de re-
gulis iuris. quæ dicit, quòd licet lex
dicat, quòd ſit licitum contrahenti-
bus ſe decipere, non tamen conue-
nit bono uiro: ſed in foro conſcien-
tiæ quilibet debet eſſe bonus uir: er-
go, &c. Et ita tenet Bald. per illam
gloſſ. quam dicit eſſe ſingularem in
c. cum cauſam. el ij. in fine. extra de
teſtibus. & ita tenet Anton. de Butr.
licet nihil alleget in c. in ciuitate.
uerſiculo, nemo ad gloſſ. extrà de
uſuris. de quo uide etiam per eundem
in c. quia plerique. in fine. antepenul.
colum. uerſicul. quintus caſus. extrà
de immu. eccleſ. & ibi Doctor. & di-
xi ſupra in fine primi caſus princip.
23 *Sed quæ poteſt eſſe ratio, quod
in foro ciuili uel canonico licitum
eſt contrahentibus ſe decipere in
precio, & ſic licitum eſt carius uen-
dere uel uilius emere uſque ad di-
midiam iuſti precij excluſiue, & non
ſic in foro conſcientiæ? Reſpondeo
ſecundum beatum Thomam ſecun-
da ſecundæ quæſtio. lxxvij. articulo
primo, uerſicu. ad primum ergo di-
cendum, quòd lex humana populo
datur, in quo ſunt multi a uirtute
deficientes: non autem datur ſolis
uirtuoſis. Et ideo lex humana non
poteſt prohibere quicquid eſt con-
tra uirtutem, ſed ei ſufficit ut prohi-
beat ea quæ deſtruunt humanum cō
uictum. alia uero habeat, quaſi lici-
ta, non quia ea approbet, ſed quia
non punit. Sic ergo habet quaſi lici-
tum, pœnam non inducens, ſi abſq;
fraude uenditor rem ſuam ſuperuen-
dat, aut emptor illius emat, niſi ſit
nimius exceſſus: quia tunc lex hu-
mana cogit ad reſtituendum, puta ſi
aliquis ſit deceptus ultra uel citra di-
midiam iuſti precij. Sed lex diuina
quæ non ſolum datur populo, ſed o-
mnibus uirtuoſis, nihil impunitum
relinquit, quod ſit uirtuti contrariū.
Vnde ſecundum diuinam legem il-
licitum reputatur, ſi in emptione &
uenditione non ſit æqualis iuſtitia
obſeruata. & tenetur ille qui plus
habet, recompenſare ei qui damni-
ficatus eſt, ſi ſit notabile damnum,
quod ideo dico, quia iuſtum pre-
cium quandoque non eſt punctua-
liter determinatum: ſed magis in
quadam exiſtimatione conſiſtit, ita
quòd modica additio uel diminu-
tio non uidetur tollere æqualitatem
iuſtitiæ. & hoc uidetur ſequi, & te-
net

net beatus Bernardinus in dicto li-
bello de contractibus & uſuris, in
ſermone xxxv. articulo j.c. ij. & ad
hoc ultimum adde quæ dicam infra
in uer. uerum quia dictum eſt. ibi, &
ſi non poſſet præciſe dici. *Sed du 24
bium eſt circa prædicta, quid ſi iſta
duo concurrant? Primum, ſcilicet
quòd unus contrahens non decipit
alium: quia quilibet ſciebat & intel-
ligebat ualorē rei uenditæ. Secundū
quòd nullus eorum erat in neceſsita-
te contrahendi propter aliquam ma-
gnam egeſtatem, ſeu quancunque
aliam magnam neceſsitatem, & ni-
hilominus res fuit uendita, uel inſo-
lutum data, uel aliter alienata plus
uel minus iuſto precio, an hoc ſit li-
citum in foro conſcientiæ? uidetur
quòd non, per dictum c. humanum
genus. j. diſtinctio. ſed ut mihi rela-
tum eſt, beatus Bernardinus dicebat
quòd ſic. Ego probo ex coniunctio-
ne duarum regularum. Primo ſcili-
cet, per regulam l. nemo uidetur. ff.
de regulis iuris. in penult. charta. ubi
ſic dicit text. Nemo uidetur frauda-
re eos, qui ſciunt & conſentiunt. ad
hoc l. cum donationis. C. de tranſ-
actioni. ubi dicitur, quòd dolus non
infertur. & c. ſcienti. de regulis iuris.
in vi. ubi dicitur, Scienti & conſen-
tienti non fit iniuria, neque dolus. &
probatur in l. j. in fine. ff. de action.
empt. & l. j. intelligatur. & l. quia. §.
penultimo, & finali. ff. de ædil. edic.
& in l. domum. ff. de contrahenda
emptione. & hoc tenet gloſſ. in l. uen
ditor. C. de reſcindenda uenditio-
ne. quæ dicit, quòd ubi eſt conſen-
ſus cum conſcientia, ibi ceſſat do-
lus. & uide quod dicam in vij. præ-
ſumptione. Secundo per aliam re-
gulam l. donari uidetur. ff. de regu-
lis iuris. & ff. de donationib. ubi di-
citur, Donari uidetur, quod nullo iu
re cogente conceditur. & hoc uide-
tur tenere Antonius de But. in c. quia
plerique. in fine. ubi eſt caſus extrà
de immu. eccle. ubi dicit, *quod quis 25
non tenetur ad reſtitutionem etiam
in foro conſcientiæ, quando uendēs
uel alienans læſus eſt ſagaciſsima
perſona, ita quòd uериſimile ſit quod
in plus non appreciauerit rem, & re-
ſiduum uoluerit habere pro dereli-
cto. Aliqui addunt & tertium, ſcili-
cet quòd ille qui dicitur læſus in pre-
cio, non fuerit ductus leuitate men-
tis aperta ſiue præſumpta ad ſic con
trahendum. Exemplum pone in iu-
uenibus, qui leuitate ſæpiſsime du-
cūtur. xxxiij. diſtinctione quorun-
dam. ibi, merito inutilis dicitur, qui
iuuenilibus deſideriis occupatur. &
facit l. fina. §. filij autem. ibi, iuueni-
les. C. de bonis quæ liberis. nam li-
cet talis non ignoret uerum ualo-
rem rei ſuæ, nec ſit in neceſsitate cō-
ſtitutus, tamen ſi eſt in foro conſcien
tiæ, non eſt tutum, quòd daret uel
acciperet rem pro pluri uel minori
precio, quam communiter ualeret,
quia leuitas illa ſapit quandam igno
rantiam, & etiam quandam neceſsi-
tatem inducit ita faciendi, ut proba-
tur in dicto c. quorundam. & in di-
cto §. filij autem. Sed uidi tractatum
ſiue libellum ſancti Bernardini Se-
nenſis de contractibus & uſuris, in
ſermone xxxiij. articulo ij. in tertia
particula. c. vij. qui uidetur idem in
effectu, licet breuioribus uerbis, di-
cere, ſcilicet* quòd in foro conſcien 26
tiæ quis tenetur ad reſtitutionem, e-
tiam ſi in contrahedo ſit minor de-
ceptus in dimidia iuſti precij, ſi pro-
cedit læſio in uno uel pluribus iſto-
rum iiij. uerbi gratia: Si procedit ex
ignorantia aut mentis leuitate aper-
ta ſiue præſumpta, aut ex quacunque
alia magna neceſsitate, ex quibus
compræhendi poteſt, quòd talis
contractus non procedit ex mera,
grata



grata & gratuita uoluntate, & ideo
talis læſio quæ conſiſtit in minus e-
mendo, aut plus uendendo, non ſo-
lum contra iuſtitiam eſt, ſed etiam
charitatem & contra naturalem ho-
minis pietatem, licet ex utriuſque
partis uoluntate & conſenſu uel tra-
ctatu procedere uideatur. Et quāuis
beatus Bernardinus quatuor prædi-
cta eſſe dixerit, ex quibus mera & li-
bera uolūtas non præſumitur, ſcili-
cet ignorātia, leuitas, egeſtas, neceſ
ſitas: tamen ego ſupra tres dixi, ege
ſtatem ſub neceſsitate tanquam ſpe-
ciem ſub genere coniungens: ego
etiā addo & quartum, ſcilicet quòd
contrahens non inducatur ad con-
trahendum, ſcilicet pluri uel mino-
ri, propter nimiam affectionem uel
commoditatem. Exemplum: unus
habet affectionem in aliqua re par-
ticulari, ut in auibus, uel libris, uel
ſimilibus, ut ſæpe cōtingit: uel quia
res fuit maiorum ſuorum: ut l. ſi in
emptione. ff. de minor. l. libertus qui
ſoluēdo non erat. ff. de bonis liber-
torum. & l. j. §. ſed ſi rem. ff. ne quid
in fraudem patron. uel alia de cauſa,
ut infrà dicam in xvj. præſumptione.
Exemplum: commoditate unus uult
facere uiridarium uel ampliare do-
mum. Vel unus habet unam poſſeſ-
ſionem, & in medio uel in finibus
uicinus habet aliquos campos uel
domunculam, qui ſibi non ſunt ne-
ceſſarij, ſed commodi propter ui-
cinitatem. Sæpe enim confines etiam
ſupra iuſtam exiſtimationem inter-
eſt noſtra acquirere, ut eſt textus in
l. ſi cui fundus. ff. de legatis ij. Nam
his caſibus licet de iure ciuili uel ca-
nonico eſſet licitum plus uēdere uel
aliter alienare propter affectionem
uel commoditatem ementis ſiue ac-
cipientis, tamen in foro conſcientiæ
credo quòd nō ſit licitum, quia non
diligo proximum ſicut debeo, ut
probatur in dicta j. diſtinct. in princ.
& quia illa affectio uel commoditas
nō permittit illum qui eam habet in
uera libertate conſiſtere, ſed potius
inducit quandam neceſsitatem. Mul-
ti enim propter affectionem & con-
cordiam magis impelluntur ad emē-
dum pro pluri, quaſi alia neceſsitate
aſtricti eſſent, ſubeſt & alia ratio.
nam ſi intereſt mea propter commo
ditatem, uicinus non debet mihi uen
dere illam commoditatem uel opor-
tunitatem quæ eſt mea, non ſua: ſi-
cut dicitur in uſurario mutuāte, quæ
debet recipere aliquid ultra ſortem
pro re mutuata, quæ eſt effectu il-
lius cui mutuata eſt, & ſi aliquid ſol-
ueret ultra, eſſet uſura: quia ſoluere-
tur de re ſua, quod eſſe non debet.
quod nota contra multos. & in hac
ſententia fuit beatus Bernardinus in
dicto ſuo opere de contractibus &
uſuris, in ſermone xxxvj. articulo j.
& c. ij. ad finem. qui allegat ad hoc
Sco. in iiij. xv. diſtinctio. quæſt. ij. &
allegat etiam beatum Thomam in ſe
27 cunda ſecundæ, quæſt. ij. artic. j. *ubi
dicit, quòd ſi emptor multum iuua-
tur ex re quam emit, & ille qui uen-
dit, non damnificatur ultra commu-
nem ualorem illius rei, non debet
uēdere eam utilitatem emptori: quia
non eſt ſua, ſed emptoris, licet poſ-
ſit ei uendere damnum, quòd uen-
ditor patitur uendendo illam rem
ultra cōmunem æſtimationem. Sub-
dit tamen, quòd ille qui multum iu-
uatur ex re quam emit, poteſt ſpon-
te & ſua mera liberalitate aliquid ul
tra comune precium ſupererogare,
quod ad honeſtatem pertinet, quam
ſpontaneā & merā liberalitate in du
bio ſubeſſe non præſumo, ſi aliquid
de prædictis quatuor concurrit. ad
quod adde quod dicam in ſequenti
præſumptione, quòd eſt bene no-
tandum, quia multi in ciuitate Ve-
ronæ

ronæ contrarium faciunt, & maxime quando quis uult emere fundum ſibi commodum propter uicinitatem, dominus uult triplum aut quadruplum plus eo quod ualet etiã. & quando emphyteotæ uel liuellarij uolũt à dominis emphyteotę acquirere iura directa, & ſic ſe liberare ab onere liuellario: quia ubi cõmuniter ſoluũtur quatuor duc. pro liu. domini uolũt vij. aliquãdo viij. aliquãdo x. aliquãdo ultrà. Et male in foro cõſcietiæ in quo tenetur uẽdẽtes ad reſtitutionẽ illius pluris, in quo damnificati non ſunt. 28 *Verum quia dictũ eſt, quòd non eſt licitum contrahentibus in foro conſcientiæ ſe decipere, etiam in precio: & ſic quando res uendi uel alienari debet uero & iuſto precio: dubitatur apud multos quod dicatur uerũ & iuſtum precium in foro conſcietiæ. Ad hoc dic: Aut preciũ eſt taxatum à lege uel ſtatuto, illud eſt uerũ & iuſtũ precium, nec licet ultrà aliquid accipere, etiã modicũ: quia lex etſi dura ſit, ſeruanda eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quib⁹. & dixi ſupra in uerbo, uel niſi taxatũ. * & eſt ratio: quia ubi lex figit pedes ſuos, nõ licet ultra tranſgredi, ut no. gloſ. pen. in l. ſi fuerit. ff. pro ſocio. & probatur in c. fleat peccator. extra de re. iur. cũ ſi. Et ad hoc uide quod ſcripſit dominus Pet. de Ancha. in repe. c. canonũ ſtatuta. in cxxij. col. fi. extra de cõſtitu. ubi dixit quod ad hoc ut cõpetat beneficiũ l. ij. C. de reſcinden. uendi. ſufficit quòd læſio ſit ultra dimidiã iuſti precij. etiã in uno nũmo tantũ: quia d. l. ij. ſic figet pedes ſuos, per gl. in l. ſi nõ fuerit. ff. pro ſocio. Et idẽ tenet Bal. in d. l. ij. xij. q. & idẽ no. gl. & ibi per Doct. in c. cũ cauſam. extra de emp. & uẽ. Aut peciũ nõ eſt limitatum aut taxatũ, & in hoc pẽdent leges & prophetæ: quia res ſæpenumero diuerſis precijs uẽdũtur,

*a Vẽdi põt. Quantũ uendi põt in loco, in quo eſt res, licet alibi plus uẽderetur uel min⁹ l. ſi. C. de admi tu. & tenet Ludo. Põ. in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Treb. pone exẽplũ de libro in loco ſtudij ſecũdũ Bar. in l. ex equo. de le. j. itẽ tãtum res ualet quãtum eſt æſtimata in æſtimo cõmunis. l. hi qui. & ibi Bar. C. de præ. nauic. lib. xj. in j. q. Bald. cõtra l. ij. pen. col. C. de reſcin. uend.*

præſertim in diuerſis locis, ut l. ideo. ff. de eo quod cer. lo. Et tũc ſubdiſtingue. Aut loquimur de rebus mobilibus aut immobilibus. Si loquimur de rebus mobilibus, tunc dic quòd res tantum ualet, quantum communiter uendi poteſt: ut l. ſi ſeruus furtiuus. in prin. ff. de cõdi. furti. & ibi gl. in uerbo inuenerit. hoc no. & allegat ad hoc cõcordantes. quod intellige ſcienti & intelligenti conditionem rei, ut eſt tex. cum gloſ. not. l. mortis cauſa capimus. §. fin. ff. de dona. cau. mor. ubi per Docto. & ſtatim dicam.

* Item intellige quantũ communiter uendi poteſt^a. non exiſtenti in egeſtate, nec in aliqua neceſſitate, nec in aliqua leuitate, nec in aliqua nimia affectione uel commoditate: ut patet ex his quæ dicta ſunt ſuprà. 30 Item intellige quantum communiter uẽditur & uendi poteſt tempore contractus, ſecundum Hoſti. Ray. & beatum Bernar. & ita tenet Bart. in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. & no. per Doct. in l. ij. C. de reſcin. uen. niſi ille qui uẽdit impræſentiarum, non eſt uenditurus, ut puta pelles tẽpore æſtiuo, ſed eas ſeruaturus uſq; ad hyemẽ, rogatus uel inſtigatus per aliũ ut ei uẽdat. Nam tũc poteſt augere preciũ ſuper id, quod communiter in præſenti ualet, intãtum quòd ſe ſeruet indẽnem, propter quod aliqui dixerũt, ꝙ qui merces ſuas paratas habet, ut portet ad nundinas, uериſimiliter ſperat lucrũ ex mercium illarum uenditione. & inducitur in loco ubi nunc ſunt ad uendendum modo prædicto, ſcilicet inſtigatus precib⁹ uidetur quòd talis uenditor ſe poſſit indemnem conſeruare, augendo precium ſecundum beatum Bernardinum in libro de contractibus & uſuris, xxxiiij. articulo, in c. iij. qui ſubdit quod talis caſus non eſt prædicabilis, quia peric



periculoſus, & quòd in eo eſt habenda ratio periculorum & laboris, & expenſarum, quas uenditor ſubiſſet transferendo merces illas, quas hic uendendo non ſubit, ideo modo poteſt eas tantum uendere, quantum uenderentur in loco nundinarum: & ita etiam tenent Doctor. in c. nauiganti. extra de uſuris. & maxime dominus Iacob. Cald. in vij. quæſt. Et quod dixi, quòd res tantum, uidelicet, quantum communiter uendi poteſt tempore contractus, non intelligitur de die contractus tantum, ſed quantum communiter uendi poterit illa die, & antè & pòſt, ut eſt caſus not. in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. & ibi hoc not. Bartol. & Docto. in l. ij. ad fin. C. de reſcindenda uenditione. Et per eundem Bartol. in l. ſi ſeruus. in principio. ff. de cond. fur. & per Angel. in l. in lege Falcid. hoc eſt obſeruandum. § j. ff. ad l. Falcidiam. Item quod dixi quòd res tantum ualet, quantum communiter uendi poteſt, intellige quantum uẽdi poteſt, ſcilicet cum onere ſuo. & ſine: quia minus communiter uenditur ſine onere quàm cum onere. Exemplum, ſi poteſt uendi ſine cautione & fideiuſſione nõ præſtita, uel ſi uendi poteſt præſenti pecunia uel ad terminum, uel ſi uenditor aut emptor eſt legalis aut locuples, uel implicitus debitis, ita quòd non reperiſſet emptorem, niſi certæ quantitatis. argu. tex. not. in l. iij. §. mulier. ff. de in diẽ addic. & not. Barto. ſingulariter in l. j. §. ſi hæres. ff. ad Trebellian. ubi omnino uide not. Angel. in l. Falcidia hoc eſt obſeruandum. ff. ad l. Falcid. Facit l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum aut Pamphilum. & ibi notat dominus Paulus de Caſt. ff. de uerborum obligation. quod not. Bartolus in l. in lege Falcidia non habetur quantitas. & in l. j. l. quærebatur. ad l. Falc. Ad quod adde quod dicam in ſeque. præſumptione, uer. & prędicta de re procedunt. Item quod dixi quòd res tantum ualet, quantum communiter uendi poteſt: intellige quantum communiter uenditur ſimilis res, & uendi ſolet in foro publico, ut eſt text. in l. ſeptem. & ibi Bartol. C. de eroga. mili. lib. xii. & probatur in c. j. ibi, quem in mercato. extra de emptione & uenditione. & habetur per Barto. & Docto. in dicta l. precia rerum. ff. ad l. Falcidiam. & in dicta l. ſi ſeruus. ff. de condi. furt. & per Anto. de But. in c. cum cauſam. in uer. ad ſecundum demum probandum. extra de emptione & uenditione. Et ſi in foro huiuſmodi res uendi non conſueuit, inſpicitur quantum uendi poteſt in eo loco uel ea regione. Et ſi in foro, uel in illo loco diuerſis precijs uenderetur, tunc media uia eſt eligenda, ut ſtatim dicam in caſu ſequenti. Item res tantum ualet, quantum eſt æſtimata in æſtimo communis, ut probatur in l. hi qui. & ibi hoc not. Barto. C. de prædi. naui. lib. xi. Item res tantum ualet, quantum eſt æſtimata per duos peritos æſtimatores. ut notat Bartol. & ibi Doctor. in l. ij. C. de reſcindenda uenditione. Si uero loquimur de rebus immobilibus, dic quòd non poteſt dari certa doctrina, quando ſit uerum & iuſtum precium: niſi hoc modo, ſi uendo fundum pro centum, debet conſiderari ſi tantum ualet, uerè habito reſpectu ad eius qualitatem & conditionem & fructuum perceptionem, ut l. ſi quis. C. de reſcindenda uenditione. & in l. ſi fundum per commiſſum. in principio. & ibi gloſſ. j. ff. de legatis j. & in l. penul. ff. de rebus cor. & not. gloſſ. Bartol. & Doctor. in l. ij. C. de reſcindenda uenditione. & not. gloſſ. & Doctor. in c. cum cauſam. el ij. extrà de teſti. & ſi communiter

niter uenduntur pro tanto in loca pertinentia uel contracta ſcienti & intelligenti qualitatem & conditionem rei uenditæ, eſt textus cum gloſſa nota. in dicta l. mortis cauſa capimus. §. finali. & ibi per Doctores. ff. de donation. cauſa mortis. & habetur in l. ſi ſeruus. ff. de condi. furti. & in l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. & per Bartol. in l. non intelligitur. §. diui fratres. ff. de iure fiſci. & probatur in l. ſi quis uxori. §. ſi ſtatuliber. & ibi hoc notat Bartol. & Angel. ff. de furt. & ibi per Bartolũ & Docto. in l. ſ. §. ſi hæres. ff. ad Trebel. & per eundem Angelum in l. in lege Falcidia hoc obſeruandum. §. j. ff. ad legẽ Falcidiam. ubi omnino eſt uidẽdum. Et iſtud eſſet commune, uerum, & iuſtum precium. debent etiam conſiderari ea quæ dicta ſunt ſuprà de rebus mobilibus, & ſic non poſsit præciſe dici quantum communiter poſſent uendi: quia forte aliquando huiuſmodi res uendũtur communiter centum, aliquando centum & quinq;, aliquãdo octuaginta quinq;: tunc in his non eſſet illicitum quocunque de illis preciis concurrentibus uenderetur proprie. Sed tutius eſſet, quod eligatur medium preciũ in caſu propoſito de centum, & in ſimilibus. *Et ſic media uia tan- 31
quam tutior eſſet eligẽda. Et ad hoc uide textum qui optime facit in l. fundum. cum l. ſequenti. quæ incipit, ita ut omnes. in principio. ff. mandati, coniuncto c. illud. extrà. de clericis excommunic. min. adde tamen circa prædicta, quod plene notat beatus Bernardinus in dicto libello de contractibus & uſu, in trigeſimo tertio ſermone, articulo ſecundo, in ſecunda particula capituli vij. in fine. & plenius per eundem in eodem libro. trigeſimo quinto ſermone, articulo primo. & c. ij. & pleniſſime in extractis dicti tractatus beati Bernardini in titulo uſura. tertio, ubi ponuntur duodecim regulæ iuſti precij, ubi uideri poterit. Aliqui tamen dicunt, quod in hoc caſu quãdo res uenditur minori precio quàm ualeat, & ab ipſo principio uenditionis eſt actum quod teneatur emptor locare dictam rem uenditam cum pacto de retrouendendo pro iuſto precio, quod non ſit prohibitum uel illicitum rem emere etiam prope dimidiam iuſti precij de iure ciuili, uel canonico, nec etiam in foro conſcientiæ, ex quo illud quod plus ualet res uendita, remanet apud uenditorem pro ſuo iure utilis dominij, cum ſaltem aliter ipſe non fuiſſet. Vnde non uidetur eſſe deceptus in aliquo uenditor, ex quo penes ipſum remanet omne id quod plus ualet res uendita iure ſuo, ſcilicet utilis dominij, illud ius poteſt uendere, ut l. fina. C. de iure emphyteot. Ad quod addam quod dicam in quinto caſu principali, uerſic. iij. caſu. ibi, credo tamen quòd maior præſumptio. Sed certe iſti in hoc non bene dicunt, nec ſequitur quòd plus illud quod ualet res uẽdita, remanet apud uenditorem, eundemq; conductorẽ pro ſuis melioramentis, & ſic pro iure ſuo. ergo non læſus. quia illud plus non poteſt libere uendere, ſicut potuiſſet, ſi non eſſet uenditum, ſed cum ſuo onere liuellario uendere tenetur, quod ſibi difficilius erit & magis damnoſum. pro hoc l. iij. §. melior. ff. de in diem addic. & dixi ſuprà. Item quia tenetur prius domino denunciare, & eo emere nolente, ſibi tenetur laudemium, quod theloneum ſiue quinquageſima appellatur, ſoluere, ut l. finali. C. de iure emphyteo. Item quia ſi alienaret



naret domino irrequiſito, caderet ab omni iure ſuo, ut dicit dicta l. finali. Item quia propter canonem debito tempore non ſolum caderet à iure ſuo, cum propter culpam ſuam perderet etiam illa melioramenta, ut habetur in dicta l. finali. & in l. ij. C. de iure emphyteot. & in capit. potuit. extra de locato. quæ non perderet, ſi non eſſent in dicta uenditione. Item amitteret etiam illud ius redimendi, quando eſſet conceſſum & appoſitum in inſtrumento locationis liuellariæ: quia tunc cenſeretur eſſe ius emphyteoticum ſeu pars iuris emphyteotici, in l. ſtercoris. §. ſi tibi. ff. de action. empt. & in l. qui fundum uendidit. ff. de contrahenda emptio. facit etiam lex. fundi partem. eodem titulo. Vnde cum liuellarius nõ ſoluens canonem tempore debito, uel alienans irrequiſito domino, cadere debet à iure ſuo emphyteotico: ut l. ij. & l. finali. in fine. C. de iure emphyteoti. cadet etiam ab iſto iure redimendi, quod eſt pars iuris emphyteotici, ut dixi. Secus ſi ipſum ius redimendi eſſet conceſſum & aſcriptum in ipſo inſtrumento uẽditionis, ſeparato ipſo ab inſtrumento locationis liuellariæ, uel poſt inſtrumentum iuris emphyteotici, uel quandocunque in alio inſtrumento & de per ſe. quia tunc non poſſet dici pars iuris emphyteotici, ſed quoddam aliud ius perſonale ſeparatum à iure emphyteotico. Et ideo licet propter culpam commiſſam in non ſoluendo canonem, uel alienando, caderet à iure emphyteotico, ut dicta l. ij. & fin. non tamen caderet à iure reemendi, per dicta iura, quod eſt bene notandum: quia ſæpe in facto euenit, & Doctores hoc non tangunt. Et prædicta procedunt, etiam ſi in inſtrumento uenditionis contineat donatio de eo quod plus ualeret ipſa res uendita, ſecundum ea quæ dicam in ſeptima præſumptione.

32 TERTIA *præſumptio eſt, quando eſſet læſio in locatione ſeu in quantitate fictus. & hoc poteſt eſſe quatuor modis, in perſona conductoris, & alio modo in perſona locatoris. Primo modo ex perſona conductoris, quãdo excedit ſummam iuſti precij habito reſpectu ad quantitatem pecuniæ [a] ſolutæ pro re uendita, eademq; locata. Et habito reſpectu ad fructus qui recipiuntur ſeu percipi poſſunt ex dicta re locata, & ad poſſeſsionem quæ exolui debet ex re liuella. exemplum: Emi à Titio fundum centum aureis, & ſibi locaui eũdem fundum pro xxxiij. libris in anno. certe iſta eſt læſio reſpectu pecuniæ meæ ſolutæ, quia ſoluuntur communiter in ciuitate Veronæ uigintiquinque libræ denariorum pro re empta centum ducatis. & eſt læſio reſpectu fructuum percipiendorum ex dicto fundo ualente centum aureos ultra uigintiquinque libras denariorum, uel circa earum æſtimationem deductis expenſis, ac etiam eſt læſio reſpectu liuelli: quia licet fictus meræ locationis ſit iuſtus, & communiter Veronæ reputetur iuſtus, quando ſoluuntur de liuello emphyteoſi, & non de locatiõe ſimplici, debet ſolui pro minori quantitate, uidelicet in ratione quinque pro centenario, quia illud eſt iuſtum precium fictus liuelli ſiue emphyteoſis. Nam quantum ad ſoluendum fictum de liuello, oportet nos ex redditibus metiri emphyteoſim, & examinari penſionem ſubtiliter, & ex precio collato redditus poſsibilis in uiginti annis computari, & in redditibus ex hoc communitatis agi emphyteoſim, ut eſt text. in auten. de non alienan. §. quia uero leon

[a] Ad quãtitatem pecuniæ. Res ualet quantum communiter uendi uel locari pot. l. ſi ſeruus. la ũ. in pri. et ibi gl. in uer. inuenit. Item quantum uẽdi uel locari pot pactis appoſitis, nõ aut ſimpliciter. Bald. in c. decedenti. v. col. uerſic. de pac. ff. qui feuda. poſ. l. ſi uẽditor. §. fi. de ſeruo expo. no. in c. cũ Io. de fid. inſtr. prædicta uera et in actione, ut tantũ ualeat quãtũ uendi poteſt modis prædictis, Bal. in l. per diuerſas. q. q. C. mã.

ro leonis.in fine.& in autent.perpetua. C. de ſacroſanctis eccleſ. Et ſic penſio iuſta quæ recipitur ex re liuellata, eſt illa quæ collata in uigintiannis ultra uiginti annos, continet æſtimationem rei liuellatæ. ut not. gloſſ. in dicta auten. perpetua. in uerbo iuxta. & in dicto §. quia uero leonis, in fine. in uerbo, faciendam. & ſic ex hoc patet quòd precium fictus, quod ex ſimplici locatione annuatim ſoluitur, per reſpectum ad ipſos fructus, uidetur eſſe quædam tacita uenditio fructuum: ſed penſio ſiue fructus, qui ſoluitur ex contractu emphyteotico ſiue liuellario non datur principaliter per reſpectum ad fructus, ſed in recognitionem domini tantum, ut notat Bartolus in l.j. & ij. oppo.C. de iure emphyteotico.& Anton. de Butr.in c.potuit.extra de loca.& eſt ratio inter fictum rei locatæ ſimpliciter, & fictum rei liuellatæ: quia liuellarius tenetur manumittere rem liuellatam ſuis expenſis, maxime cum detur & dicatur in inſtrumento liuellario ad meliorandum & non peiorandum, ut habetur in l.j.& fin.C.de iure emphyteotico. & etiam ſi res liuellata culpa liuellarij, uel etiam ſine culpa, ſed caſu fortuito deterioraretur, nihilominus liuellarius ſiue emphyteota ſemper tenetur ad penſionem, niſi tota res pereat, ut dicta l.j. & ibi not.C.de iure emphyteotico. Et habetur in §.adeo. Inſtitu.locati. intantum quòd liuellarius uerus, qui non potuit percipere fructus aut redditus rei liuellatæ penſionem ſoluere tenetur in recompenſatione eius, quod minus ſoluit, quàm ſimplex conductor, ut habetur in dicta l.j.C. de iure emphyteotico. & in c. propter ſterilitatem. extra de loca. & ita de conſuetudine generali Veronæ obſeruatur, quod non eſt in ſimplici colono uel conductore, qui non tenetur ſuis ſumptibus rem locatam manu tenere: ut habetur in l. colonus.in principio.ff. loca. & in l. hactenus. ff. de uſufruct. nec etiam tenetur ad ſoluendum fictum, ſi non percepit fructus ex re locata, ut l.item quæritur. §. exercitu.& l. ex conducto. §. ſi uis tempeſtatis.& §. ſed & ſi labes.& in l. ſi merces. §. uis maior. ff. loca. & in l. ſi uno. eodem titulo. Et habetur in dicto c. propter ſterilitatem.& ad hoc uide text. cum gloſſ. nota. in autenti. de non alienan. §. quia uero leonis. in uerbo, diximus.quæ incipit, accipe uerbum, id eſt, concedimus. collat.ij.& text.cum gloſſ.in uerbo, propter fortuitos caſus. §. dudum. eodem titulo. & ſic cum liuellarius grauaretur in aliquo, immo in pluribus, magis quàm ſimplex conductor, debet in alio releuari. & ſic quòd liuellarius ſoluat tãtum fictũ in ratione quinq; pro centenario.argu.l.cum qui.cum ibi notat.ff.de iureiurã.ubi habetur, quòd qui in uno grauatur, in alio debet releuari, & econtra, & facit regula c. qui ſentit onus. & c. rationi congruit.de regulis iuris.in vi. cum ſimilibus. Alio modo contingeret læſio in locatione ſeu quantitate fictus, uidelicet quando excedit ſummam iuſti precij, habito reſpectu tantummodo ad quantitatem pecuniæ ſolutæ pro re uendita, eademq; locata, de qua ſuprà poſitum eſt exemplum circa principium huius tertiæ præſumptionis. Tertio modo contingeret læſio, habito reſpectu ſolum ad fructus uel redditus qui percipi poſſent ex re locata. exemplum poni poteſt ſicut dictum eſt ſupra in primo modo læſionis. Poteſt etiam poni aliud exemplum, in quo communiter decipiuntur. Aut ipſi decipiunt in ciuitate Veronæ ementes,



ementes, ac demum incontinenti locantes eandem rem, uidelicet quando res uendita eademq; locata erat domus. Nam licet ego emerim domum pro centum, & ſic iuſto precio, & locauerim iure liuelli eidem uenditori eandem domum pro uigintiquinque libris denariorum, ſic quòd communi precio, habito reſpectu ad dictos centum ducatos, quia dictæ uigintiquinque libræ licet ſint commune precium Veronæ rei quæ eſt ualoris centum ducatis: quod tamen iniuſtum, ut ſtatim uidetur, tamen certum eſt quòd non eſt iuſtum habito reſpectu ad penſiones ſiue redditus, qui percipi poſſent ex dicta domo liuellata: quia dictum precium uigintiquinque librarum eſſet etiam iniuſtum reſpectu locationis ſimplicis. Nam illa domus ſi tertiæ perſonæ deberet locari ad tempus, non poſſet locari niſi uſque ad uigintiquinque libras, uel circa. & ſic in ratione trium pro centenario uel circa. Soluendo ergo hoc caſu uigintiquinque libras in anno, eſſet ſine dubio læſio reſpectu redditus uel penſionis, qui percipi poſſent ex dicta domo, ut dixi. Quarto modo poteſt contingere læſio habito reſpectu ſolummodo ad penſionem, quæ ſolui deberet ex re liuellata, ut proximo caſu præcedenti, quando ſoluitur uigintiquinque libræ de liuello pro domo uendita centum, pro quo precio alij non locaſſent, ſed pro maiori: quia ille fictus uigintiquinque librarum non ſolum eſt iniuſtus reſpectu ſimplicis locationis, ut dixi, ſed etiam liuellariæ: quia ſi illa domus daretur in emphyteoſim tertiæ perſonæ, non poſſet dari ultra uigintiquinque libras.

Quinto modo poteſt contingere læſio ex parte locantis, quàdo emiſſet rem locatam pro minori precio quàm ualeret. exemplum, emit unus fundum pro centum, qui ualebat centum & quinquaginta, & in continenti uenditori locauit in perpetuũ eundem fundum uigintiquinque libris denariorum in anno, cum pacto de retrouendendo: nam emptor uidetur eſſe deceptus: quia ſi uere emiſſet ex quo ille fundus potuiſſet alieri locari uigintiquinque libris cum dimidia, in ratione uigintiquinque libr. pro centum ducatis eſt læſus in duodecim cum dimidia. Et propter hoc eſt præſumptio, quòd non ſit uerus contractus emptionis, ex quo locauit minori precio non ductus ne-
33 ceſsitate. ad hoc adde quod dicam in ſequenti præſumptione. *Concludit tantum circa prædicta, quæ & quando dicatur, & ſit iuſta penſio. Aut uenditio eſt facta iuſto precio aut iniuſto. Primo caſu fundus uenditus, qui locatur uenditori, aut alliuellatur, aut ſibi in emphyteoſim concedit. Si locatur, penſio iuſta eſt, habito reſpectu ad fructus & redditus, qui percipiuntur ex ea. ſed ſi liuellatur, tunc aut fructus reddit fructus communes, ſed multo plus aut minus, quàm communiter aliæ poſſeſsiones reddunt. ſi reddit fructus communes, & tunc penſio iuſta eſt, habito reſpectu ad ualorem rei, quæ eſt ſecundum pecuniam ſolutam per emptorem ratione quinq; pro centenario. Sed ſi fundus uenditus, reddit multo plus uel minus de fructibus uel redditibus quàm aliæ poſſeſsiones. Exemplum de plari in molendino, quod eſt in flumine publico, utputa Atheſi, quod cõmuniter ualet centum ducatos, uel modicum ultra, & reddit de ficto ſimplicis locationis omni anno quadraginta uel quinquaginta minalia frumenti, & ſic ultrà duodecim pro centenario. Exemplum de minori in

domibus uel palatiis, quæ communiter multum ualent, pro modica penſione locantur habito reſpectu ad ualorem eorum. ut eſt textus in l. fina. §. ſin autem legata. ibi, ueluti domus in prouincus precioſæ. C. de bonis quæ liber. & ibi Baldus, qui dicit per illum textum, quòd domus precioſæ ſunt quodammodo ſteriles, quia non correſpondent redditibus precio domorum. *Nam in 34
ciuitate Veronæ communiter in ratione trium pro centenario domus locantur: & quandoque precio uiliori, ſi ſint domus precioſæ. his duobus caſibus uidetur, quod iuſta penſio ſit habito reſpectu ad fructus uel redditus, quando eſſet locatio ſimplex: ſed ſi eſſet liuellatio, tunc in molendino credo quòd non habeatur reſpectus ad redditus, qui ſunt in magna quantitate, ſed in ratione quinque pro centenario, habito reſpectu ad ualorem rei, ut habetur in dicto §. quia uero leonis. in autenti. de non alienan. columna iij. Et licet molendinum uideatur minus ualere reſpectu quantitatis fictus, tamen illud eſt propter periculum quod eſt in eo, ne pereat uel deterioretur, & propter magnam impenſam quæ fit in eo manumittendo. Vnde deducendo omnes expenſas & æſtimationes periculi, non dicetur in ueritate dominus percipere tantum de fictu. Cum ergo liuellatur dictum molendinum uni, & in eo tranſeat omne periculum, & omnis impenſa ad eum ſpectet, ſicut & dominus emit modico precio propter dictum periculum & impenſam futuram, ita debet etiam modico precio liuellari, ex quo, ut dixi, in liuellarium tranſit omne periculum & impenſa, ut l. j. cum ibi nota. C. de iure emphyteotico. & dixi ſupra. ſed in domo credo quòd iſta ſit iuſta penſio, quæ eſſet iuſta, ſi alteri non uenditori liuellaretur. Quæ autem ſit illa: dic quòd eſt illa, qua communiter tales domos liuellari ſolitæ ſunt in eodem loco, ut dixi in præcedenti præſumptione, uer. uerum quod dictum eſt. de quo dic ut ibi. Secundo caſu quando iniuſto precio uenditus ſit fundus, qui nunc locatur, & eodem modo diſtingue: Aut fundus uenditus reddit fructus communes, aut non, ſi reddit fructus communes, & tunc in foro ciuili uel canonico iuſta penſio locationis, ſi in plus eſt habito reſpectu ad fructus, & iuſta penſio liuelli eſt in ratione quinque pro centenario, habito reſpectu ad ualorem rei, & non ad pecuniam per emptorem ſolutam, ſed in foro conſcientiæ, credo quòd debeat haberi reſpectus ad pecuniam ſolutam, ut dicam in quinto caſu principali. Si autem res non reddit fructus communes in ſimplici locatione, debet haberi reſpectus ad fructus in liuello. dic ut dixi, quando fundus eſt uenditus iuſto precio. & prædicta clare procedunt, quãdo penſio conſiſtit in pecunia. Si autem conſiſteret in aliis rebus, ut uino, oleo, frumento & ſimilibus: & tunc debet inſpici quantum communiter ualet, & ualere æſtimatur illud, quod ſoluitur pro penſione: & in hoc debet etiam conſiderari, ſi conductor tenetur portare uel conducere illum fictum ad domum locatoris, uel nõ, iuxta nota. per Bartolum & Doctores in l. item illa. ff. de conſtitu. pecunia. & per Baldum in l. acceptam. in xij. uſq; ad ſextamdecimam quæſtionem. C. de uſuris. & per Angelum in autenti. exactio inſtante do. §. illud uero. columna ſeptima. nam ſi de iure non teneretur conductor liuellarius conducere fictum ſuis

ſumpt



ſumptibus ad domum domini locatoris, & eſſet conuentum expreſſe, quo liuellarius teneretur in æſtimatione iuſti precij fictus, hæc expenſa deberet addi, & per hoc tanto plus fictus æſtimari. Idem in expenſis portarum & in gabellis, & in aliis ſimilibus, quod nota: quia aliqui in hoc non aduerunt. Aliqui tamen dicunt, quòd in prædictis caſibus licitum eſt hodie plus recipere de fictu ſeu liuello in monetis ſeu libris denariorum, quàm alij: quia in ſuperioribus aureis ualebat Veronæ aliquando tres libras cum dimidia, aliquando quatuor: nunc uero ualet quatuor cum dimidia. Quando ualebat tres libras cum dimidia, cum ſit licitum recipere tantum quinque pro centenario de fictu liuelli, ut ſupra dixi, iuſta penſio erat in decem & ſeptem libris cum dimidia tantum, quæ tunc erant quinque ducati. Quando ualebat quatuor libras, iuſta penſio erat in uiginti libris, quę erant quinque aurei. Nunc uero cum ducatus ualeat quatuor libras cũ dimidia, iuſta penſio eſt in uiginti libris cum dimidia,
35 quæ ſunt hodie quinq; aurei. *Vnde in effectu quicquid ualeat aureus, ſiue eius æſtimatio creſcat, ſiue decreſcat, ſemper debet ſolui tantum in monetis de fictu liuelli, quòd ualeat quinque ducatos de liuello in ratione centum ducatorum: & ſic quinque pro centenario. & iſtud eſt ueriſſimum. & ita teneo. & ideo contractus liuellarij ſiue emphyteotici celebrati Veronæ tempore quo ducatus ualebat quatuor libras, ex quibus ſoluebantur uigintiſex libræ pro centum ducatis, ſicut communiter nunc ſoluuntur Veronæ, ſunt illiciti: quia illæ uigintiquinque libræ erant ſex ducati & unum quartum, & ita erant ratione ſexti & unius quarti pro centenario, quod eſt bene notandum per Veroneſes. ad quod uideatur omnino, quod etiam dicam in quinto caſu principali, & præcipue in uerbo, & ideo Veroneſes ſeruare uidentur. Item aliqui dicunt, quòd indiſtincte licitum eſt emptori locare ſiue liuellare rem emptam ipſi uenditori uel alteri pro maiori fictu uel penſione, quando eſt pactum de retrouendendo, quàm ſi non eſſet. nam hoc caſu non uidetur plenarie & cum effectu trãſlatum eſſe dominium in emptorem, ex quo uenditor poſt certum tempus uel quandocunque poteſt redimere. cum enim ſit in poteſtate uenditoris poſſe, quando redimere uult rem uenditam, & ſe liberare à præſtatione fictus, ſiue liuelli, uidetur in hoc fieri deterior conditio emptoris, eiuſdemq; locatoris, quia dicta res uidetur ualere minus ipſi emptori, & præſertim ſi uendere uellet emptor, idemq; locator ius ſuum, quod habet in ipſa re empta, & per eum locata: non enim ita faciliter reperiret emptorem, ſicut reperiret ſi non eſſet pactum de retrouendendo, & ſi reperiret minori precio ipſum, quando
36 uendere oporteret,* ut experientia docuit, à qua bonum eſt ſumere argumentũ, ut probatur in clemẽ. diſpendioſam. in principio, de iudic. & in c. quam ſit. in princip. de electio. libro vi. & xliij. diſtinctione, multis. j. ibi, niſi hic actione tuarum experimentis approbarem. & in auten. de quæſtore. circa principium. ibi, utiliſſimo ex ipſo rerum experimento. collatione vj. cum ſimilibus. Sed certe iſti non bene ſentiunt. Nam licet res empta cum pacto de retrouendendo non ita faciliter reperierit emptorem, ſicuti ſi eſſet empta ſine ullo pacto: non tamẽ propterea

hoc debet minori precio emi. Si uero, communi & iuſto precio[a]. Nec etiam debet illud conſiderari, unde, licet quòd eodẽ precio poſſet quandoque uendi. quia non emit cauſa uendendi, & ſuis ſibi eſt quòd emat rem pro iuſto precio, & quòd habeat fructus ſeu redditus, aut fictus iuſtos. hoc probatur per argumentum ab abſurdo. Pone enim quòd quis emit fundum, & uenditori locauit cum pacto de retrouendendo precio iniuſto in dammum uenditoris, eiuſdemq; conductoris, & emptor nunquam uendidit, neque animum uendendi habuit iura ſua, quæ habet in dicto fundo empto & locato, uel uenditor ipſum redimit poſt certum tempus ab ipſo primo emptore, nónne eſſet iniquum & iniuſtum eum emiſſe precio minori, quàm ualeret, uel quòd recepiſſet fructus ultra iuſtum, commune, & uerum precium? certe ſic. quia locupletaretur cum iactura alterius. l. nam hoc natura. de cõdictione indebiti. ff. hoc etiam ſuadet l. ſeruus. ff. de ſer. expor. ibi, beneficio affici hominem, intereſt hominis. & ibi notat gloſſ. quòd quilibet debet eſſe intentus, ut alij proſit. & non allegat ad hoc iura. facit ad hoc l. ut uim. cum ibi nota. ff. de iuſtitia & iure. Item hoc iubet lex charitatis dicens, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. ut habetur Matthæi uigeſimo ſecundo, & ad Philipp. & facit extrà decima diſtinctione, humanum genus. quæ dilectio non ſolum eſt ſeruanda in corde, & proferenda in ore, ſed etiam eſt exhibenda opere, iuxta illud Ioa. tertio. Non diligamus uerbo neque lingua, ſed opere & ueritate. Vnde concludendo dici poteſt, quòd contra rationem naturalem, & contra legem ciuilem & charitatem eſſet, rem minori precio emere quàm eſſet commune & iuſtum precium, & locare iniuſto fictu in damnum conductoris, ſub hoc prætextu, quòd non ita faciliter illud ius rei uenditę & locatæ poſſet uendi, & quandoq; non niſi minori precio uendi poſſet propter dictũ pactũ de retrouendendo, ut patet ex prædictis.

a Iuſto prec. *Pretium iuſtũ & uerũ dicit, quod communi æſtimatione pbat iuſtũ.* Bal. *in l. ij.* C. *de reſcind. uen. ulti. col. uer. ſed hic occurrit dubium. Item quod in ſubhaſtatione offert.* Bald. *ibi ad fi. Item quod habiturus erat poſſeſſor.* Bal. *ibi, in fi. p l. in fundo. de rei uen. Itẽ uerũ inſpecto tẽpore cõtractus. l. ſi uoluntate. & ibi* Bal. C. *de reſcin. uen.*

37 QVARTA * præſumptio eſt, quando contingit læſio in pacto de retrouendendo in quantitate precij, & hoc poteſt eſſe duobus modis. Vno modo in perſona uenditoris, alio in perſona primi emptoris, eiuſdemq; locatoris. De primo pone exemplum, emi fundum à te pro centum, eumq; tibi locaui iuſto precio, & feci tibi pactum quòd quandocunque poſsis redimere pro precio centum & uiginti, & ſic pro pluri quàm ego emerim: quia ſi emi fundum pro centum, & poſtea ſibi eundem locaui iure liuelli, cum pacto de retrouendendo, omne quod plus ualet ipſe fundus tempore dictæ locationis, & etiam poſt melioramentum eius, ſpectat ipſi liuellario. iuxta l. fina. cum ibi not. C. de iure emphyteo. Et dixi ſuprà ſecunda præſumptione ad finem. Si ergo uolo quòd ipſe conductor quando uult retroẽmere, teneatur mihi dare aliquid ultra dictos centum ducatos, quibus emi dictum fundum, uolo illud ultra ſortem meam, & illud plus eſt illicitum, ut probatur in c. illo uos. ibi, & quòd ultra ſummam receptam lx. ſolidi deberentur. extrà de pigno. & ita tenet Innocen. in c. in ciuitate. in fine. extrà de uſur. Et idem uoluit dominus Guil. de Monte Laudu. in cleme. ex grandi. de uſuris. quem ſequitur ibi Cardinal. §. cæterum. in iij. quæſt. Et alleg. ad hoc Hoſtien. & Doc. in c. ad noſtram. extrà de empt. & uendi. Imo poteſt forte dici uſura, quia quicquid accedit ſorti,



ſorti, eſt uſura, ut eſt text. cum gloſſ. in uerbo, non poſsit. in fin. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi certum petatur. & probatur in l. ſi tibi decem milia. in principio. ff. de pactis. & hoc tenet beatus Ambroſius, ut habetur decimaquarta quæſtione ter-
38 tia, plerique. * ubi dicitur, quodcunq; accedit ſorti, uſura eſt. Hoc idem probatur ex conſilio Agatenſi. & habetur eadem quæſtio. iij. uſura. ubi dicitur, Vſura eſt, ubi amplius requiritur, quàm quod datur. uerbi gratia, ſi ſolidos decem dederis, & amplius quæſieris: uel dederis frumenti modiũ unum, & ſuper aliquid exegeris. Et regula illa, quicquid accedit ſorti, eſt uſura, procedit non ſolum in mutuo, ſed etiam ubi aliquid excogitatur in fraudem uſurarum, ut eſt gloſſ. notab. in c. conqueſtus. in gloſſ. magna. ibi, & dicitur, quicquid ſorti accedit. extrà de uſuris.
39 * Et ideo dixit Hoſti. in ſumma de uſuris. §. fina. uerſic. ij. quòd contractus uſurarius detegitur, ſi creditor recipit aliquid ultra ſortem. ad quod uide quod dicitur in ſequenti præſumptione. De ſecundo modo læſionis in pacto de retrouendendo contingens in perſona primi emptoris, eiuſdemque locatoris, poteſt poni exemplum: Emi à te fundum pro centum, qui ualebat centum & quinquaginta, uel ultra, & feci tibi pactum de retrouendendo in continenti uel ex interuallo pro centum tantum: certe ego ſum læſus in eo quòd ultra centum ualet fundus, & propter hoc inducitur præſumptio contra emptorem, qui fecit dictum pactum de retrouendendo eodem precio, ex quo fundus ualebat multo plus. Non enim eſt uerìſimile, quòd ſi noluiſſet quòd eſſet uerus cõtractus emptionis, quòd ſibi feciſſet dictum pactum de retrouendendo pro dicto precio, ex quo non eram in neceſsitate uendendi, & alij non uendidiſſem illo precio, ſed tantum pluri & iuſto precio. ad quod adde quod dixi in præcedenti preſumptione in quinto modo læſionis. & hanc præſumptionem bene nota.

41 QVINTA * præſumptio eſt, quæ colligi poteſt ex his quæ ſtatim dicam, quãdo ſcilicet plus exigitur ſiue percipitur ex uenditione ſecunda, quàm ſit illud quod ſoluit in prima, non in pecunia, & in alia re. Exemplum, ſi emi fundum à Titio centum aureis, & ſibi eum incontinenti liuellaui cum pacto de permutando, hoc modo, uidelicet quandocunque uel uſque ad certum tempus dabit mihi Titius unum liuellarium bonum tam pro contracambio reſpectu fundi, quàm etiam reſpectu perſonæ liuellariæ, quòd ſim ſibi obligatus facere retrouenditionem dicti fundi. Nam ſi dictus fundus in primo uenditus non fuiſſet ſufficiens, uel Titius uendens non eſſet idoneus uel ſufficiens liuellarius, uel ſi ipſe Titius uenditor, idemque conductor, & fundus uenditus eſſet ſufficiens, & idoneus, & uellem quod in permutatione pro contracambio teneatur mihi dare aſſignare fundum unum, & liuellarium meliorem: tunc eſſet illicitum, & uſura. ut probatur ex his quæ dixi in præcedenti præſumptione. & probatur expreſſe ex uerbis beati Hieronymi ſuper Ezechielem. lib. vi habetur iiij. quæſt. iij. putant. ubi ſic textus dicit, Putant quidam uſuras tantum eſſe in pecunia, quod prouidens diuina ſcriptura omnibus aufert ſemper abundantiam, ut plus non recipias quàm dediſti. Et probatur eadem quæſtione, ſi fœneraueris. & capit. plerique. cum ſe-

quenti. Facit ad hoc etiam optime gl.
in l. rogaſti. §. ſi tibi. in uer. non poſ-
ſe. ff. ſi cer. petatur. & gl. ij. in fin. in l.
ſi tibi decem milia. ff. de pac. & ſi in
pacto de retrouendēdo eſſet actum,
& uenditor idemq; conductor tenen
tur dare unum contracambium æ-
que bonum, licitum eſſet: quia licet
difficilius reperiatur contracambium
quam pecunia, tamen ſi in contra-
cambio nihil plus uel melius inter-
ueniat, uel reſpectu fundi, uel reſpe-
ctu liuellarij, non eſſet illicitum per
prædicta.

41 SEXTA* præſumptio eſt, quan
do in pacto de retrouendendo
contingit læſio in aliqua expenſa,
quæ ſpectaret ad ipſum emptorem
eundemque locatorem, & ipſe uult
quòd illa expenſa ſpectet ad ipſum
primum uenditorem, eundemq; con
ductorem. Exemplum, quia in inſtru
mento pacti de retrouendendo a-
ctum & dictum eſt, quòd quando-
cunq; conductor retroemere uolue-
rit, teneatur ſoluere omnes expenſas
chartarum & inſtrumentorum, ut cō
muniter apponere conſueuerunt no
tarij Veronæ, & male. nam de iure
communi & etiam de conſuetudine
Veronæ uerſatur, quod emptor te-
neatur ſoluere inſtrumetum emptio
nis: quia iſtud inſtrumentum ad pro
bationem iurium ſuorum ſtare debet
penes ipſum emptorem. ut in c. j. ex-
tra de probatio. Et ita ut ſupra dixi,
communis conſuetudo & obſeruan
tia eſt, quod emptor rei exoluat ex-
penſas chartarum ſiue inſtrumento-
rum, ſi uult eas uel ea habere. Et ex
quo tractatur de eius commodo, e-
tiam debet ſentire incommodum, per
regulam capituli, qui ſentit. de regu.
iur. lib. vi. & l. ſecundum naturam. ff.
eo. ti. & habetur in l. eum qui. in prin
ci. ff. de iureiu. nec ferendum ut quis
lucrum uelit amplecti, & onus peni-
tus ſubire recuſet, ut in l. uttica. §.
pro ſecundo. de cadu. tol. & ita tenet
Alber. de Ro. in l. diſſolutæ. C. de cō-
di. ex lege, uidelicet,* quod creditor 42
tenetur ſoluere tabellioni conficien
ti inſtrumentum crediti. allega. l. cos.
§. interdicta. cum glo. ibi C. de uſu-
ris. qui dicit, quod ita uidit commu-
niter obſeruari. Et idem tenet in d. l.
cos. in fine. qui ſubdit, quod contra-
rium faciunt uſurarij Bergomenſes:
cum ergo emptor idemq; locator ue
lit quod conductor ſoluat omnes ex
penſas chartarum uel inſtrumento-
rum, apparet quòd non uult ſoluere
pro inſtrumēto emptionis ſuæ, quod
ad ipſum ſpectaret: & ſic eſt præſum-
ptio contra eum, ex quo uult aliquid
ultra ſortem. & non uidetur etiam
habuiſſe animum emendi, ſed potius
quòd res uendita fuerit in effectu ſi-
bi pignorata: quod eſt notadū, quia
multi in hoc errant, ut hic probatur
per ea quæ dixi in præcedenti præ-
ſumptione. Et idem eſt dicēdum, quā
do locator uellet, quòd conductor
quandocunque retroemere uellet,
teneretur ſoluere omnes expēſas per
ipſum emptorem, eundemq; locato-
rem pro gabella emptionis, uel pro
proxenetis in caſu, quòd dicta expen
ſa ſpectaret in totum uel in parte i-
pſi emptori. iuxta nota. in l. debet. ff.
de ædil. edict. & per Baldum. & Sa-
lyc. in rubric. C. de rebus cred. & per
Baldum. in l. ſi prædium. C. de ædi-
li. action. & ego plene ſcripſi in d. l.
debet. quæ tamen lex uidetur facere
in contrarium, dum uult, quòd em-
ptor teneatur emptori reſtituere il-
lud quod ſoluerat emptor pro gabel
la, & proxenetis. & ibi ideo eſt: quia
contractus reſoluitur ex culpa uen-
ditoris, quoniam res uēdita erat mor
boſa uel uitioſa: hic uero ex uolunta-
te utriuſque ad preces & uoluntatem
uenditoris reſoluitur

Sep



43 SEPTIMA* præſumptio eſt,
quando res pro parte uendita, &
pro parte donata. & non ſubeſt iuſta
cauſa donationis. argumento l. per
diuerſas. cum ibi nota. per gloſſ. &
Doctor. C. mandati. & text. cum ibi
nota. in l. ab Anaſtaſio. eodem titu. &
ita tenet Bald. in l. ij. C. de repudian-
da hæreditate. & in l. final. ibi, tertio
poteſt impugnari. C. ne ſic. potent.
Et in conſil. ſuo quod incipit. ad pro
bandum & oſtendendum. in ij. arti-
culo. & Spec. in titul. de ceſsione a-
ctionis. § j. uerſic. præſumitur ſimu-
latus. Ad quod optime facit l. uir u-
xori. & ibi nota. ff. de iure dot. quia
non eſt ueriſimile, quòd fuerit ani-
mus donandi, ubi eſt pactum, & u-
bi eſt de redimendo appoſitum. ar.
l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolu. etiam ſi ſit
dictum quòd donetur ob benemeri-
ta. ut infra ſtatim dicam, quod eſt be
ne notandum contra uſurarios & il-
licitos contractus celebrantes, qui
ne uideantur decipere uenditores in
precio, faciunt quod in inſtrumen-
to dicitur, & ſi quid plus ualeret di-
cta res uendita. quantumcunq; ſit il-
lud plus, illud donat dictus uendi-
tor. iuxta ea quæ habentur per Do-
ctor. in l. ſi quis cum aliter. ff. de uer-
borum obligatione. Et in l. ij. C. de
reſcindenda. uenditi. & in l. ſi quis
donationis. ff. de contrahenda em-
ptione. & per Bartolum & Docto-
res in l. ſi tibi. in principio. ff. de pa-
ctis. & per Antonium de Butrio, &
Doctores, in c. cum cauſam. extra
de emptione. & uenditione. Nam ta-
lis cautela donationis inducit præ-
ſumptionem fraudis: quia donatio
dicitur iactatio, & dilapidatio. l. fi-
liusfamil. in principio. ff. de donatio.
& habetur in l. contra iuris. §. ſi fi-
lius. ff. de pact. Sed nemo præſumi-
tur iactare uel dilapidare ſuum. l. cum
de indebito. ff. de probatio. cum ſi.
cum non ſubſit iuſta & legitima cau
ſa donandi in uenditore, ſed potius
neceſsitas, ex quo magis indiget
quam emptor: quia communiter quis
uendit poſſeſsiones ſuas propter ne
ceſsitatem cauſa habendi pecuniam,
cui potius eſſet facienda donatio,
quam quòd ipſe emptori donaret.
44 *Nam donatio pura & ſimplex fit
propter liberalitatem & munificen-
tiam, ut dicit textus in l. j. in ſecun-
do reſponſo. ff. de dona. Sed in ne-
ceſsitatibus nemo liberalis exiſtit,
nec exiſtere præſumitur, ut l. rem le-
gatam. in fine. ff. de adimen. legat. &
id donari uidetur, quod nullo iure
cogente conceditur: ut l. donari ui-
detur. ff. de regulis iuris. & ff. de do-
nat. præſumitur ergo dicta donatio
facta à uenditore, ſi non probetur
per emptorem iuſta & legitima cau-
ſa, cum in dubio non præſumatur,
ut dicta leg. cum de indebito. in prin
cipio. quod potius facta fuerit ob ne
ceſsitatem, quam ob meram liberali-
tatem, quòd emptor aliter non emiſ-
ſet, niſi cum dicta donatione [a], &
quod non donaſſet, niſi illam par-
tem donatarius emiſſet, ut nota. glo.
in l. ab Anaſtaſio. in uerbo colora-
tam. C. mandati. & ſic donatio in
fraudem facta eſſe præſumitur, ne
uideatur eſſe deceptus in precio. ad
quod bene aduertant notarij, ne ſint
faciles & prompti ad ſcribendum
dictam clauſulam donationis ple-
niſsimam in inſtrumentis uenditio-
num. Sed illam ſimplicem, uideli-
cet, ſi quid plus ualet, &c. & indi-
ſtincte poſſunt apponere: quia illa
clauſula refertur ad modicum, ut
habetur in l. ſi quis cum aliter. ff. de
uerborum obligatione. & in l. ij. de
reſcin. uend. & in l. ſi quis donatio-
nis. de contrahen. emptio. & prædi-
cta procedunt etiam ſi in dicta do-
natione quæ refertur ad magnam

quan

[a] Donatiõe. *Donatio i fraudem an et quãdo præſumitur, uide Bart. plene in l. poſt contractu. & in l. omnes. §. Lucius. de his quæ in frau. cre. & in l. ſi. de præto. ſti. Bal. in aut. ſed iã neceſſe. C. de do. an nu. & in addi ſpe. de don. uer. pe.*

quantitatem, ſit dictum pro bonis meritis & ſeruitiis, uel pro benemeritis, quę ipſe donans recepit ab ipſo donatario: * quia in dubio beneme-
45 rita non præſumuntur. l. ſi forte. & l. caſtrenſe. ff. de caſtrenſ. pecu. & not. gloſſ. in l. ſi donatione. ibi per Doctor. C. de colla. & per Doctor. in d. l. per diuerſas. C. manda. niſi illa benemerita uel ſeruitia fuerint expreſſa uel nominatim in ſpecie: quia tunc pręſumuntur ſecundum Baldum. qui ita not. in l. illud. quæſtio. iiij. in fin. C. de ſacr. ſanct. eccleſi. allegat l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. & idem ſentit ipſe Bald. in l. ſi donatione. uerſic. ſed quid ſi pater. & in auten. unde ſi parens. circa principium. C. de inoffici. teſtament. Vel niſi eſſet facta mentio meritorum cum iuramento: nam tunc etiam hæredes iurantis cogerentur ſtare tali iuramento, ut in autenti. quod obtinet. cum ibi notatis. C. de probat. ſecundum Bald. qui ita nota. in d. l. ſi donatione. uerſicu. ſed quid ſi pater. Ex quo tu ſumas cautelam, uidelicet quod donans ſpecificet illa benemerita, & ſeruitia iuret illa eſſe uera: quia tūc ſtabitur illi confeſsioni, quod iuramentum nunquam apponi facias, niſi uera tibi eſſe affirmentur, ne ſis autor periurij in perditionem animæ tuæ, & contrahentium. hoc tamen iuramentum parum proficeret, ubi aliæ coniecturæ uel præſumptiones concurrerent, quę redderent contractum ſimulatum, ut eſt gloſſ. not. in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. quam ſequuntur ibi Doctor. & Franciſc. Zaba. in c. ad noſtram. in ij. quæſt. extra de emptio. & uendit.
46 * ubi dicit, quod per illam gloſſam, quòd contractus ſimulatus non ualidatur iuramento. Reſponſionem aſsigno. nam cum deficiat aſſenſus in contractu ſimulato, iuramentum ad illud non extenditur. per id quod habetur in l. fina. C. de non nu. pec. quod tamen intellige, niſi expreſſe
45 fuerit iuratum, omnia & ſingula in inſtrumento contenta uera eſſe: quia tunc allegando ſimulationem, ueniret contra iuramentum. ſecus quando ſimpliciter iuraſſet non contrauenire, ſecundum Ioan. de Imol. qui ita not. in d. c. ad noſtram. ad fin. de emptio. & uenditi. Item intellige, niſi iuramentum interueniſſet ex interuallo: quia tunc ualidaretur dictus contractus. argument. l. ij. cum ibi nota. C. quod me. cauſa. Et facit quod nota. Bartol. in l. nemo poteſt. de legat. j. in princip. iij. colunt. uerſi. quæro an renunciatio exceptionis. in fi. ubi dicit, quòd licet renunciatio exceptionis, ſimulationis non ualeat, quando fit incontinenti: ſecus ſi fiat ex interuallo poſt inſtrumentum, quod dicitur ſimulatum, per dictam l. ij. C. quod metus cauſa. cæterum ſi ſolum interueniret hæc præſumptio, quòd res parte eſſet uendita, & pro parte donata, etiam cum pacto de retrouendendo, non ſufficeret ad præſumendum contractum ſimulatum uel uſurarium, ita quod poſſet reſcindi in foro ciuili uel canonico, in quo ſtandum eſt ſcripturis. l. cum precibus. C. de probatio. niſi alia indicia concurrunt. ſed in foro conſcientię & pœnitentiali ſtandum eſſet ueritati, ſecundum Baldū, qui ita conſuluit in conſil. ſuo lxij. in ordine, modo incipit, Quidam Petaritius Licij. ubi uide. & nota. quia habui de facto.

47 OCTAVA * præſumptio etiam colligi poteſt ex quibuſdam
46 uerbis, quæ ſolent apponi in pacto de retrouedendo, dum dicitur quòd quandocunque dictus conductor dabit aut ſoluet ficto is rerum uenditarum, teneatur dictus locator facere

inſt



inſtrumentum uenditionis. quæ uerba important, quòd per ceſſationem ſoluendi fictum per biennium uel triennium, non cadit emphyteota ſeu liuellarius a iure ſuo. ut habetur in l. ij. C. de iure emphyt. & in c. potuit. extrà de locato. Nam quando apponitur pactum in contractu contra eius naturam. & ſic contractus eſt inſolitus: eſt præſumptio ſimulationis & fraudis, ut l. ſi quis ſub conditione. quæ eſt lex ſpecialiſsima. & ibi gloſ. & Doct. ff. de condi. inſtitut. & nota. Bald. in c. j. uer. quæro de quibuſdam pactis. in tit. de feudo dato inuicem. l. commiſſorię. in uſi. feu. & hoc etiam probatur in c. illo uos. extra de pigno. ubi pactum de computandis reddititibus in ſortem, repugnans naturæ emptio. proportionabile naturæ pignus facit præſumere eſſe alium contractum, quam uerba contractus ſonent, & ſic eſſe ſimulatum, ut ibi no. Anton. de But. in iiij. nota. & Doctores ibi ſcribentes. Ex quo dicendum eſt, quòd ubicunq; apponunt, pacta contra naturam emptionis uel uenditionis, ſiue alterius ſimilis contractus. aut locationis. uel conductionis in damnum uenditoris eiuſdemq; conductoris, præſumitur contractus ſimulatus. l. qui teſtamentum. & l. cum tacitum. cum ibi nota. ff. de proba. ad quod adde quod dicam in ſequenti pręſumptione. Auget etiam hanc præſumptionem illud uerbum, Venditarum, dum dicitur, fictus rerum uenditarum & non rerum locatarum. Nam liuellarius non dicitur uendere proprietate, ſed utile dominium. & dicitur utilitas fructuum locari in perpetuum, ex qua locatione quæritur ius utile etiam in ſuperficie, & fructibus, ut habetur in l. j. ff. ſi ager uectig. uel emphyteoticus petatur. & in dicto c. potuit. de locato. Hæc tamen præſumptio ſola parum operaretur, præſertim illa quæ uenditur ex uerbo Venditatum: quia illud uerbum potius apponitur in inſtrumentis culpa tabellionis, quam ex mala mente contrahentium. qui ſæpiſsime ut idiotæ ignorant ſenſum & intellectum uerborum, iuxta nota. in l. quod ſi nepotes. ff. de teſtamentar. tutela. & habetur per textum notabilem in capitulo primo, circa principium. Sed propter ſimplices nominis ſignificationis ignaros in titul. de noua forma fidelitatis. in uſibus feudorum. Sed cum aliis præſumptionibus coniuncta factis operaretur: quia ſicut dicitur, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. ut probatur in l. inſtrumenta. ibi hoc nota. gloſſ. C. de probationibus. ita econtra, & quæ non nocent ſingula, multa iuuant. ut ibi eadem ratione.

48 NONA * præſumptio colligitur ex pactis uel clauſulis inſolitis in inſtrumento appoſitis, ut no. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtitut. & ibi hoc nota. gloſſ. Bald. Angel. & Doctor. & idem not. Bald. in uerſic. quæro de quibuſdam pactis. ad fin. in titul. de feudo dato inuicem. l. commiſſ. & habetur in c. illo uos. extra de pigno. & in c. ad noſtram. extra de emptio. & uenditio. & facit quod dixi in præcedenti præſumptione, quod bene nota contra multos, qui conantur apponere in inſtrumentis multa pacta extranea, & inſolita ad illaqueandum debitorem: quod non eſt in dubio faciendum: quia ſæpenumero talia pacta uel clauſulæ huiuſmodi indicant potius fraudis ſuſpicionem, quam contractus ualidationem contra mentem contrahentium. Ex quo infero, quod ſi locatur domus uendita ipſi uenditori pro fictu uini uel olei, aut alterius fructus, qui non per-

cipi

cipiuntur ex ea, cum tales fictus præ
ſtari non ſoleant ex domibus, & ta-
le pactum ſit inſolitum, contra talem
locante erit præſumendum. & idem
eſt dicendum in ſimilibus, quod no-
ta. item ex hoc infero, quod ſi in in-
ſtrumento eſſent iſta uerba, uendidit
& tradidit uere, & non in fraudem
uſurarum, ut uidi ſæpiſsime in in-
ſtrumentis: quod ex iſtis uerbis in-
ſtrumentum [a] magis præſumeretur
ſuſpectum ſecundum Baldum, qui
ita nota. in l. emptione. uerſicu. quod
ſi in inſtrumento. C. plus ualere quod
agitur. per glo. in d. l. ſi quis ſub con-
ditione. ff. de conditio. inſtitu. quem
ſequitur Ioan. de Imol. in d. c. ad no-
ſtram. circa finem, cui adde quod di-
cam in fine omnium præſumptio-
num. uerſic. ſed circa prædictas præ-
ſumptiones.

*a Inſtrumēt. Inſtrumētū de cuius ſimulatione cōſtet, nō prodeſt. l. quauis. et ibi Bal. C. ſi quis alteri uel ſibi. Inſtrumentum ſimulatū nō dicitur inſtrumentum, et ideo non uenit appellatione inſtrumentorum in ſtatuto. Bal. in l. ſi. §. in cōputatione. ulti. col. C. de iure deliberandi.*

DECIMA* præſumptio hic
49 potiſsima eſt in pacto de re-
trouendendo, quando dictus em-
ptor idemq; locator noluit contra-
ctum uenditionis poſſe diſſolui, ni-
ſi uſque ad certum tempus: & ſic ni-
ſi certo tempore lapſo, puta, ſex
annorum: ſed tantum poſt ſex an-
nos quandocunque. & ſic reſolutio
contractus non pendebat a facultate
primi uenditoris ab ipſo principio,
ſed ſolum poſt certum tempus: quia
hoc caſu apparet, quod primus em-
ptor idemq; locator noluit eſſe pro
illo tempore in lucro percipiendo-
rum fructuum ſeu fictuum, & ita eſſe
certus de hoc. Dubitauit enim forte,
quod uenditor idemque conductor
niſi illud pactum interueniſſet, re-
troemiſſet dictam rem uenditā poſt
modicum tempus, poſtquam res
ſuas peregiſſet cum pecunia per em-
ptorem ſoluta: & ſic ipſe uenditor
rem ſuam ageret cum modico uel
nullo damno: quia parum de fictu
ſolueret, & ipſe emptor modicum
lucraretur de ſua pecunia: ex quo er-
go uoluit eſſe ſecurus pro certo tem-
pore in percipiendo fictu, uidetur
dubitaſſe quod emptor habuit po-
tius animum pignorandi quam uen-
dendi, & quod hoc non obſtante
uoluerit fictum certum & ſecurum
pro aliquo tempore, & ſic ex hoc in
ſurgit præſumptio ſimulationis &
fraudis: & hoc probatur in c. ad no-
ſtra. ibi, promiſit: ut quādocunq; a ſe
ptennio uſq; ad nouennium daret. ex
tra de empt. & uendi. & in c. illo uos.
ibi, & ſi à tempore contractus uſque
ad duos annos. extra de pignori. & i-
ta uidi conſultum per multos ſacro-
rum canonum interpretes. & ita te-
net Hoſti. & Ioan. Andr. in c. ad no-
ſtram. ſuper uerbo, ad nouennium.
in nouella. & beatus Bernardinus in
ſuo tractatu de contractibus & uſu-
ris. in xxxix. ſermone, art. ij. c. j. & al-
legat ad hoc ſolummodo Hoſti. &
Ioan. An. in d. c. ad noſtram. Sed Bald.
in c. j. uerſi. quæro de quibuſdam pa-
ctis. in titu. de feudo dato in uicem le
gis commiſſ. in uſi. feud. in hoc refe-
rendo aliorum opiniones approbat
illam, ſcilicet, quod ex hoc pacto de
retrouendendo non cenſeatur con-
tractus fœneratitius, quia nulla lex
uel decretum hoc dicit.* & quia em- 50
ptio & uēditio poteſt fieri ad certum
tēpus, ut l. ij. C. de pactis inter empto
rem & uenditorem. niſi emptor eſ-
ſet ſolitus fœnerari, & in fraudem u-
ſurarum inſtrumenta ſimulata con-
ficere, ut habetur in regula, ſemel ma
lus. de regu. iur. in vi. & hoc dictum
Baldi procederet ſine dubio, quan-
do rem meam locarem uni in perpe-
tuum cum pacto de emendo poſt cer
tum tempus, & non ante. quo caſu
non modo iſte contractus non cen-
ſeretur uſurarius ibi, immo nulla u-
ſuræ præſumptio ex hoc inſurgeret.
ſed ſi emiſſem puta fundum a Ti-
tio, &



tio, & ſibi non locaſſem, ſed tempo-
re uenditionis feci ſibi pactū, quod
lapſo certo tempore tantum, & non
ante poſsit retroemere. quo caſu lo-
quitur text. in d. c. ad noſtram. & in
d. c. illo uos. uel ſi emiſſem ab uno
fundum, & ipſum eidem incontinen
ti locaſſem, uel feciſſem pactum de
locando cum pacto de retrouenden
do poſt certum tempus, ſiue lapſo
certo tempore tantum. Et his duo-
bus proxime caſibus negari non po-
teſt, quin inſurgat mala præſumptio
contra dictum emptorem propter di
ctum pactum de retrouēdendo poſt
certum tempus, & non ante. proba-
tur in d. c. ad noſtram. & c. illo uos.
in quibus non fit mentio de illo pa-
cto ſine cauſa, ut probaui in princi-
pio huius præſumptionis. Et ita in-
telligo prædictos Doctores, qui in
hoc conſuluerunt, & bene, ut ſu-
pra dixi. Sed tamen iſta præſumptio
ſola ſine alijs non ſufficeret ad pro-
bandum contractum uſurarium, ſed
coniuncta cum alijs præſumptioni-
bus ſic. Et ita intelligo dictum Bal-
dum. in d. c. j. in titul. de feudo dato
in uicem leg. commiſſ. & probatur
expreſſe in d. c. illo uos. ubi erat di-
ctum pactum, & tamen quando con
cluditur, dicendum contractum eſſe
uſurarium, non ſe fundat Papa ex di
cto pacto tantum, ſed etiam ex tri-
bus alijs coniecturis ſeu præſumptio
nibus. Prima, quia fuit actum quod
fructus percepti deberent in ſoluen-
da pecunia numerari. Secunda, quia
ultra ſummam receptam ſexaginta
ſolidi debebant perſolui. Tertia, quia
primus ille emptor uſuras conſue-
uerat exercere. & probatur in d. c.
ad noſtram. de emptio. & uenditio.
ubi etiam fuit appoſitum dictum pa
ctum de retrouendendo poſt cer-
tum tempus, & non ante. Et tamen
Papa ibi dum cōcludit illum contra
ctum eſſe uſurarium, non ſe fundat
in dicto pacto tantum: ſed etiam in
enormitate precij quod iuxta dimi-
diam iuſti precij contingebat. Ex
quibus præſumit emptionem fuiſſe
in dolo uel fraude: quia ibi partes in
ueritate fecerunt mutuum. Sed uo-
luit mutans quod fieret inſtrumen-
tum de uenditione.

51 VNDECIMA* præſum-
ptio eſt ſimilis præcedenti,
quando in pacto de retrouendendo
fuit dictum econtra, uidelicet quod
emptor teneatur retrouendere uen-
ditori fundum uenditum uſque ad
certum tempus, puta decem uel o-
cto annos. & poſt octo uel decem an
nos ſit in libertate ipſius primi em-
ptoris, quod uenditor ſit & rema-
neat liuellarius perpetuus, uel quod
poſsit cogi ad retrouendendum di-
ctum fundum uenditum, quando fuiſ
ſet locatus, uel quando non fuiſſet
locatus, quod poſt dictum termi-
num ſit in libertate dicti emptoris
uel retinere rem emptam pro ſua li-
bera, uel retrouendere primo uendi-
tori, ut probatur per ea quæ dicta
ſunt in præcedenti præſumptione,
& in d. c. illo uos. ibi, ut ſi a tempo-
re contractus. extra de pignorib. &
hoc in effectu tenet Hoſtien. in ſum-
ma de uſuris. §. final. uerſicul. ij. ubi
dicit, quod eſt præſumptio mala con
tra creditorem, quando uult quod
ſit in eius poteſtate, an uelit reſcin-
di. Adde tamen prædictis, quod ſi eſ-
ſet pactum appoſitum, quod poſt cer
tum tempus uel conditionem lice-
ret uenditori redigere rem per ipſum
uenditam, ſi ipſe uellet quod tale
pactum ualeret, ut eſt textus nota.
in l. ſi uir uxori. ff. de præſcriptis
uerbis, & nota. etiam Baldus ad
leg. final. C. de iure fiſci. libr. x. Et ui-
de quod nota. Bald. in c. j. in titul. de
feudis dandis mini. uaſall. in uſibus
feudo.

feudo. Circa quod dic, ut dixi in præcedenti præſumptione. quia eſt par eademq; ratio.

DVODECIMA * præſumptio ſecundũ aliquos quãdo quis uẽderet fundũ mihi, & ego dictum fun- 52 dum ſibi locarẽ in perpetuum, & ſimpliciter eſſet appoſitũ pactũ de retrouendendo uſq; ad certum tempus tãtum, puta ſeptem uel decem annos. nam iſti dicunt quòd per pactum de retrouendendo uſq; ad certum tẽpus tantum, uidetur quòd uẽditor ideq; conductor non habuerit animum uẽdendi, ex quo ſperat uſq; ad illud tẽpus retroemere. & eadem ratione uidetur, quòd ego emptor uere uoluerim emere poſtquam feci ſibi dictum pactum, & dictus uenditor non erat aliter uenditurus, niſi cum dicto pacto. & quia ex hoc quod paciſcitur uſq; ad certum tempus, apparet quòd interim uoluerit lucrari fructus, ſecũdum Anto. de Bu. in d. c. ad noſtram. ibi, quid in dubio. extrà de empt. & uendi. qui hoc ultimum notando uidetur iſtud ſentire. & iſti qui ſunt in hac opinione, dicunt quòd melius & tutius eſſet apponere pactum de retrouendendo in perpetuum. Et pro hac opinione facit quod dicã in xxv. præſumptione. Alij dicunt econtra, uidelicet quòd maior eſt præſumptio, quando appoſitum eſt pactum de retrouendendo in perpetuũ. quia uidetur maior præſumptio ex parte uenditoris, quòd uere noluerit uendere, ex quo uoluit ſemper eſſe in libertate redimendi. & ſic eſt ex parte emptoris: quia non uidetur habuiſſe uere animum emere, ex quo conceſſit uenditori quòd poſsit quandocunque redimere. quid dicendum?

* Hæc quæſtio deciſa eſt de iure 53 ciuili: quia non eſt differentia an fiat pactum de retrouendendo uſque ad certum tempus, completum uel in perpetuum. & in utroque caſu eſt licitum, nec ex eo inſurgit aliqua mala præſumptio. ut eſt caſus expreſſus, & in terminis ſæpe allegata l. ij. C. de pactis inter emptorem & uenditorem. ibi, precium quandocunque uel intra tempora obtuliſſe. ubi hoc nota. Bald. in fin. qui dicit, quòd ex pacto de retrouendendo eodem precio etiam lucrante emptore fructus medij temporis etiam ante moram, contractus non præſumitur ſimulatus. & idem de iure canonico, ut probatur in dict. c. ad noſtram. de empt. & uendi. & in d. c. illo uos. de pigno. nam ibi tale pactum ſimpliciter non reprobatur. ad quod uide quod dixi in x. præſumptione, & in ſecundo caſu principali. Et illud idem ego credo in foro conſcientiæ, quod eſt de iure ciuili uel canonico. dictum eſt, ut ſuprà dixi in principio huius tractatus, in uerſi. alij dicunt, quòd dictus contractus. & etiam dixi in ſecundo caſu principali: quia hoc ſolum pactum de retrouendendo ad tempus, uel in perpetuum non inducit aliquam malam præſumptionem, maxime præſumentem contractum eſſe uſurarium uel ſimulatum, ut dixi dicto ſecundo caſu principali. Nam ſi lex ciuilis & canonica hoc permittit, non eſt damnum illicitum, ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, unde iura naſcuntur. l. meminerint. C. unde ui. & c. qualiter & quando. el prima. extrà de accuſatio. & facit lex ſecunda. C. de indicta uiduitate tollenda. & quia quod fit l. permittente, pœnam non meretur. leg. Gracchus. C. de adulteriis. facit, * nemo dicitur damnum facere, niſi cum id facit, quod ius facere non habet. ut l. nemo damnum. quæ eſt in penultima chart. Digeſtis de regulis iuris. ſed ſi adeſſent uel concurrerent aliquæ de prædictis præ-



ſumptionibus, & maxime illa, uidelicet quando conſtat, quòd uenditor non erat aliter uenditurus, niſi cum dicto pacto de retrouendendo ad tẽpus completum, uel in perpetuum: quo caſu eſt præſumptio ſimulationis, ut dixi in prima præſumptione. & tunc procedit dicta proteſtatio, quæ ſit maior præſumptio ſimulationis ſeu fraudis, an facere pactum de retrouẽdendo ad tempus completum, an ad in perpetuum. Circa quod ego ſic diſtinguo: Aut quęrimus quo ad præſumendum contra primum uenditorem, & tunc teneo quòd ſit maior præſumptio ſimulationis, facere pactum de retrouendendo in perpetuum, quàm ad tempus completum: quia uidetur quòd hoc caſu nullo modo uoluerit perfecte uendere, ſed potius pignorare. ex quo uoluit eſſe ꝑpetuo in libertate redimẽdi. Si enim eſſet pactum appoſitum de retrouendendo uſque ad certum tempus, completum uidetur ſaltẽ poſt illud tempus quo habuerit animum in totum alienandi & abdicandi rem à ſe, in caſu quo rem uenditã infra dictum tempus retroemere non poſſet. aut quærimus quo ad præſumendũ contra ipſum emptorem, qui fecit pactum de retrouendendo: & tunc aut uenditor uoluit nominãdo pactum de retrouendendo in perpetuum: quia non erat aliter uenditurus, & tunc nulla uidetur eſſe præſumptio contra emptorem: quia eſt credendum, quòd non libenter faceret dictum pactum, & quòd potius uoluiſſet, quòd dictum pactũ eſſet ad tempus completum, cum iſtud ſit em-
55 ptori fauorabilius, ne res ipſa empta ſtet ſemper in ſuſpenſo. * quia in dubio quis præſumitur uelle qđ eſt ſibi fauorabilius: ut probatur in l. tertia. ſi miles. ff. de teſta. mil. Nam ſine dubio melius eſt, & utilius, & fauorabilius emptori, quòd ipſe faciat uenditori pactum de retrouendendo ad tempus completum, quàm in perpetuum. quia ſi facit ad tempus completum, poſsibile erit quòd infra dictum tempus non redimet, & ſic res uendita remanebit pleno iure apud emptorem, quando nõ fuiſſet liuellata, uel remanebit uenditori, quãdo fuit ſibi liuellata, perpetuus liuellarius: quod erit propter hoc ſine dubio utilius emptori. item erit utilius alia de cauſa: quia ſi uellet uendere ius quod habet in dicta re per ipſum empta, melius & citius uẽderetur, quando eſſet appoſitum in perpetuum: imò multi & quamplurimi in ciuitate Veronæ cauent ſe ab huiuſmodi emptionibus & poſſeſsionum & liuellariorum, quando liuellarii habẽt pactum de retrouendẽdo in perpetuum, ut notiſsimum eſt in ciuitate Veronæ. Et dixi ſ. in iij. præſumptione, uer. alii tamen dicunt. Et ideo hoc caſu ex parte emptoris qui facit pactum de retrouendendo in perpetuum, non præſumitur fraus, imò potius per eum fit gratia uenditori: quia melius eſſet emptori hoc non facere, aut uenditor nolebat indiſtincte pactum ſibi fieri de retrouendendo in perpetuum. Sed rogauit emptorẽ ut faceret ſibi pactum de retrouendendo in perpetuum, quod ſaltem uolebat ad certũ tempus completũ. Et tunc ſi fiat pactum ad in perpetuũ, idem quod in caſu præcedenti, ſcilicet quòd non præſumatur fraus uel ſimulatio ex parte emptoris, imò gratia & liberalitas. nec etiam hoc caſu præſumitur fraus uel ſimulatio ex parte uenditoris, ex quo poſuit in libertate emptoris, quòd faceret ſibi pactum in perpetuum uel ad tempus. & ſic intendebat in effectu uẽdere, & quod

uenditio non ſtaret in ſuſpenſo ſaltem poſt illud certum tempus. quod eſt no. Ad qđ uide quod dicā in iiij. & v. caſu principali. Aut uēditor nō petiit niſi pactū de retrouēdendo tēpus uel alternatiue, uidelicet in perpetuum, uel ad tēpus, non finiendo magis de uno quàm de alio, & tunc aut emptor uolēs ampliare, & facere gratiā uenditori etiā non petēti, quia forte erat amicus ſuus, & intelligebat quòd libētius uellet habere pactū in perpetuum de retrouendēdo[a]: & tunc dicendum eſt, ut ſtatim dixi, quòd nulla mala præſumptio ex parte utriuſq;, ſcilicet emptoris & uēditoris, eſt cōiecturāda. aut emptor facit pactū de retrouendendo in perpetuum ipſi uēditori non petenti, neq; hoc cōſideranti, neq; propter aliquam amicitiam, & quia ita emptor uoluit, qa forte dixit quòd omnino uolebat, quòd haberet pactum de retrouendendo in perpetuum, & non ad tēpus completū, ꝙ tamen eueniet raro. & tamē hoc caſu cum hoc pactū ad in perpetuū iudicetur potius emptori damnoſum quàm illud quod eſt ad tēpus, ut ſ. dixi. & ſi fecerit hoc emptor ſponte, & nō ad gratiā uēditoris, iudicarem male eſſe præſumendum contra emptorē. Et ex hoc præſumi poſſet, ꝙ nō habuit animū liberū, ꝙ eſſet emptio, ſed potius pignus, & ſic ſimulatio. qa ſi uoluiſſet emere, potius uoluiſſet facere pactū de retrouēdendo ad tēpus quàm ad in perpetuū, cū ſibi hoc eſſet utilius. *Ex his concludo ad q. prædictā, quòd melius & tutius eſt quo ad forū cōſcientiæ in dubio facere pactū de retrouēdēdo ad tempus cōpletū quàm ad in perpetuū. Et modo relatū eſt, quòd ſanctus Bernardinus ſuper hoc conſulens reſpōdit, ꝙ tutius eſſet ꝙ non fieret pactū de retrouendendo, niſi uſq; ad vij. annos. quod ego audiēs & intelligens quātæ autoritatis ipſe fuerit in his quæ ſunt de foro cōſciētiæ, maxime in tota Italia, quam ſuis ſacris prædicationibus illuminauit, & in multis reduxit. Cogita quia ratio potuit mouere eum ad taxandū dictū tempus vij. annorū in pacto de retrouendēdo. & licet taxatio tēporis ſit arbitraria, ita ꝙ non poſsit in ea reddi uera & præciſa ratio, ut eſt gloſſ. in uer. quadrageſimū. in clemen. nolentes. de hæreti. & gloſſ. in uerbo, quatuor. in c. ij. de reſcrip. li. vi. & gl. in l. j. § pueritiam. in uer. raptum. ff. de poſt. & gl. in cap. j. in uerbo, poſsideat. q̄ incipit, iſtud eſt mirabile. in tit. ſi de inueſt. inter dominū & uaſal. lis oria. in uſi. feu. Et no. Bald. in cōcluſionibus feudorum, ad fi. *ubi dicit, ꝙ de taxationibus temporum nulla ratio reddi poteſt, niſi ꝙ ita placuit legiſlatori. Facit quod no. Io. And. in c. ſeq. extrà de reſcrip. in nouella. Et facit quod habetur in c. non debet. de cōſangu. & affi. Tamen conſideraui, quòd ratio potuit eſſe, quæ mouit eum ad taxandū ad vij. annos, & non ultra decem. quia decem anni dicuntur longum tempus. ut probatur in rubro & nigro. C. de præſc. longi temporis, x. & xx. annorū. Cū ergo etiā uēditor uellet poſt longū tēpus, poſſet retro emere rem uēditam, uidetur eſſe maior præſumptio, quòd non habuerit animum uere uendendi, quòd Quando tempus eſt breue. nam ſi eſt breue, id eſt, non longum tempus, apparet quòd ſaltem poſt illud tēpus, ſi non reemerit, quòd remanebit perfectè ipſi emptori, per ea quæ ſtatim ſ. dicta ſunt. Secunda ratio poteſt eſſe: quia quando uult uenditor pactum de retrouendendo, uſq; ad x. annos uel ultrà, eſt præſumptio, quòd non habet animū retroemendi

56 (margin, beside "Ex his concludo")

57 (margin, beside "ubi dicit")

a Pactū de. Pactū de retrouendēdo factū à ruſtico, quem iuris ignorātia excuſat, non eſt uſurariū. Rapha. Ful. et Pe. de Sun. in l. cū allegas. C. de uſuris.



di quando poterit. quia communiter eſt uerisimile quòd uſque ad x. annos poſsit habere poteſtatem & facultatem retroemendi. & qui non poſſet retroemere uſq; ad x. annos, non eſt uerisimile quòd poſsit etiā poſt. Nam qui non poteſt c. aureos inuenire uſque ad x. annos, raro continget quòd etiā poſt inuenire poſſit, ex quo eſt longum tempus. Eſt ergo præſumptio, quando uenditor uult pactum de retrouendendo uſque uel ultra x. annos, non quòd nō poſsit infra illos x. annos inuenire uel recuperare pecuniam: ſed quia uult de illa pecunia agere facta ſua, & quòd uult retinere pecuniam emptoris, donec ſibi placuit. & hoc maxime uerum eſt, quando uenditor nō fuiſſet ductus neceſsitate ad uendēdum, ſed pro uoluntate: quia forte uolebat facere mercantiam de dicta pecunia. Tertia ratio poteſt aſsignari etiam ad hoc, quare magis dixit de ſeptem annis, quam de pluribus uel paucioribus. Nam communiter in ſeptem annis contingit ſaltem una ubertas ſeu fertilitas, & aliquando in quinque, ut communiter dicitur: cum ergo uenditor poſsit in vij. annis habere unam fertilitatem: ſequitur quòd poterit uerisimiliter infra illud tempus retroemere. & eadem ratione poteſt dici, quòd ſatis ſit emptori infra illud tempus, quādo locauit rem emptam ipſi uenditori, & uel ſatis ſit ipſi uenditori qui conduxit rem per ipſum uenditam. quia in dictis vij. annis habebit ſaltem unam fertilitatem fundi uenditi. & ſic non poterit dicere omnes redditus eſſe fertiles, ex quo, ut dixi, ſaltem in vij. annis cōtingit communiter una fertilitas. quia ſic non poterit eſſe grauatus in redditibus non fertilibus, & ſterilitas compenſatur cum fertilitate, ut in ſimili dicitur in l. & ſi uno. in prin. & ibi not. ff. loca. & in c. propter ſterilitatem. extrà de locato. Tu cogita ſi alia melior ratio de hoc adduci poteſt.

58 TERTIA *decima præſumptio eſt, quando ab ipſo initio partes egerunt, quòd quandocunq; uenditor reſtituet pecuniam perceptam, emptor teneatur reſtituere rem ſuam. Nam plus appropinquat ſimulationi pactum de reſtituendo rem & pretium, quàm pactum quod retrouendatur, cum hoc ſecundū præſupponat aliam uenditionem præceſsiſſe, ſed primum non. nam non potes mihi retrouendere, ſi primo à me non emiſti: ſed reſtituere rem bene potes, ſecundum domin. Paul. de Caſtr. in conſil. ſuo [illegible] .quod incipit, In Chriſti nomine, amen. In cauſa mota per dom. Dorotheā. in iiij. col. ubi nihil allegat. Tu autem potes ad hoc allegare. nam cum dicta promiſsio de reſtituendo rem ſuam & pretium, ſit contra naturam contractus emptionis & uenditionis, primo ſequitur quòd inducere uidetur præſumptionem ſimulationis. per gloſ. in l. ſi quid ſub conditione. cum ibi notat. ff. de condi. inſti. & per ea quæ dixi in viij. præſumptione. Et quòd ſit præter & contra naturam cōtractus, patet: quia ſi uera fuiſſet prima uenditio, dominiū rei uēditæ fuiſſet in emptorē tranſlatum, ſi uenditor erat dominus: ut in l. clauibus. ff. de contrahen. emp. & in l. emptionem. in prin. & ibi no. ff. de ac. emp. & interuenit traditio, ut l. traditionibus. C. de pact. uel aliud loco traditionis, ut cōſtitutum, ut l. quod meo. in prin. ff. de acquir. poſ. & l. ab emptione. in princi. ff. de pact. uel aliquid eorum de quibus per gloſſ. in l. iij. in princip. in uerb. animo. ff. de acquir. poſ. & ſi ſecundus eſſet uerus contractus retrouenditio

ditionis, primus emptor nõ dicitur rem ipſius uenditoris ſibi reſtituere: ſed diceretur uel teneretur tradere uel dare, ut d.l. emptorẽ. nam dominium ipſius tranſlatum fuit in primum uenditorem, ut d.l. emptorem. in princ. unde eam amplius reſtituere non tenetur: ſed poteſt illam uel aliam ſoluere, ſi retroemerit rem per ipſum uenditam, ut habetur in præallegatis iuribus. Item poteſt dici, quòd dicta promiſsio de reſtituendo rem ſuam & pretium, eſt inſolita: quia ubi partes uolunt quòd fiat retrouenditio, non ſolent apponi illa uerba, ſed uerba tantum pacti de retrouendendo, quæ ſunt ſecundum naturam contractus. Et ideo propter hoc cauſatur præſumptio ſuſpitionis, ut probatur per ea quæ dixi ſupra in nona præſumptione. Illa tamen uerba, quòd emptor teneatur reſtituere rem ſuam, poſſent intelligi, quòd aut uerbũ, Suã, referatur ad perſonam emptoris, quod in dubio eſt credendum, ex quo iſta eſt promiſsio ſua, & cenſetur per ipſum prolata, licet in tertia perſona ſint ſcripta, argumento eorum quæ not. Bartol. in l. ex facto. in princip. ff. ad Trebe. in l. cum teſtamento. ff. de auro & argent. legato. & in l. ſi quis Titio. ff. de uſufru. accre. facit cap. primum, in uerbo, non ſua. extra de ſponſal. Et quod notat Cyn. in l. quamuis. in fin. C. de fideicom. & ſecundum hoc nõ repugnat naturæ dictorum contractuum emptionis & uenditionis. Aut dictum uerbum Sua, refertur ad perſonam dicti uenditoris, eiuſdemque ſecundi emptoris. & tunc bene repugnare uidetur naturæ emptionis & uenditionis per prædicta, niſi exponamus Suam, id eſt, ſibi debitam per uigorem ipſius pacti, ut exponit gloſſ. in l. j. in uerbo, ſuum conſequatur. ff. quod cum eo. Et in l. cũ duobus. §. idem reſpondit ſocius qui ceſſantis. in uerbo, ſuum conſequi. ff. pro ſocio. ubi gloſſ. exponit, id eſt, ſibi debitum. Et alibi gloſſ. exponit, Pecunia mea, id eſt, mihi debita, ut eſt gloſ. in l. ſi & me & Titium. ff. ſi cer. pet. Et gloſ. j. in l. ſi pecuniam. C. de neg. geſt. & facit gloſſ. in l. ſicuti. §. diſtant. in uerbo, meum. ff. ſi ſeruitus uendicetur. 59

* proprie tamen loquendo dicitur meum uel ſuum, quod uendicari poteſt, ut l. ſolum. §. meum. ff. de rei uendic. Et notat gloſſ. in d. l. j. ff. quod cum eo. item poteſt etiam exponi uerbum Suam, etiam ſi proprie intelligatur, ſubaudiendo quondam, ut ſubaudit alibi gloſſ. exponendo text. in l. uti frui. in fine principii. ff. ſi uſusfructus petatur. in uerbo Vſufructuarius. & ibi gloſſ. dicit, quondam. & de hoc eſt caſus in gloſſa in uerbo, dominus. in l. cotem fer. §. eam rem. ff. de publica. & uide quod ibi notat Alberi. de Roſa. & uide gloſſ. in l. ei qui in prouinciam. in uerbo, defuncti. ff. ſi cert. pet. & uide quod ibi notat Bartolus, qui dicit, quod ſi in inſtrumento uel petitione dicitur filius Titii, qui eſt mortuus, ſuſtentatur: quia ſubauditur, quondam. & ita tenet Spe. in titul. de inſtr. edit. §. inſtrumentum. uerſ. quid ſi ita continetur. ubi alleg. alia iura. & Anton. de Bu. in cap. ex parte B. in fin. penu. col. extra de foro compe. & Bartol. in tractatu de alluuionibus, ſuper uerbo, alueus. & notat. per aliquos in capitulo, Ray. extra de teſtamentis. hæc ſunt notanda pro intelligentia dictorum uerborum & ſimilium.

60 QVARTA* decima præſumptio ad detegendũ contractum ſimulatum, uel uſurarium eſt, quando pacta apposita in contractibus claudicat: quia omnia facta fuiſſent apposita in fauorem creditoris, & nullum eſſet in fauorem debitoris. Nam ſi uerus fuiſſet contractus, non eſt ueriſimile quòd omnia pacta fuiſſent apposita in fauorem creditoris, quia non præſumitur debitor uelle iactare ſuum. l. cum de indebito. in principio. ff. de probatio. Et iſta fuit doctrina Hoſtienſ. in ſumma de uſuris. §. finali. uerſic. ij. quæ eſt optima. & eam tenet dominus Gul. de monte Lauduno in cle. ex grandi. de uſuris. ubi dicit, quòd fraus præſumitur, quando pacta apposita claudicant. quia forte omnia ſunt apposita in fauorem creditoris. & nihil aut parũ in fauorem debitoris. & ita eum ſequitur ibi Frãciſcũs Zaba. in §. cæterum. in tertia quæſtione. Et idem notat & tenet Bald. in conſilio ſuo in hac materia ſingulari, quod incipit, ad probandum & oſtendendum contractum eſſe fictitium & ſimulatum in ordine meo, ccxxvij. in nono argumento. Ad quod adde quod dixi in undecima præſumptione. Et pro hoc facit l. ſi de meis. in principio. cum ibi notat. per gl. & Doct. ff. de arbitri. ubi dicitur & notatur, quòd contractus non debet claudicare.

61 QVINTA* decima præſumptio ſimulationis percipi poteſt ex parte uenditoris propter rem uenditam. nam uenditor dicit emptori, Ego indigeo c. aureis, ſi eos mihi des, uendam tibi unum de fundis meis quem ipſe uolueris, cum pacto de retrouendendo. nam hoc caſu eſt præſumptio quòd uenditor non habuit animũ uẽdendi, & ſic quòd uendere nõ uoluerit, ſed potius pignotare: quia ſi uere ac libere uendere uellet, pro ſua neceſsitate uel uoluntate non daret electionem emptori, ut acciperet in emptione quam rem uel quem fundũ uellet de fundis ſuis. imò eſt præſumptio quòd uendere deteriorem, & minus damnoſam, & minus caram, ſicut communiter contingit & probatur in l. lex quæ tutores. C. de adminiſtr. tutor. & in l. magis puto. §. ne paſsim. ff. de rebus eorum. quia nemo preſumitur iactare ſuum. d. l. cum de indebito. de probatio. in prin. Et idem eſt dicendum, quando uẽditor: quia ſi haberet multos fundos, uenderet meliorem, puta domum maiorum ſuorum, in qua forte educatus eſt, & habitat, ad quam præſumitur habere affectionem [a], & quod ueriſimiliter eam non eſſet uenditurus, ex quo habet alia bona quæ uendi poſsunt. ut probatur in l. ſi in emptione. ff. de mino. & in l. prima. §. ſed ſi rem. ibi, quam habet patronus affectionem uel opportunitatis uel cœli, uel illic educatus ſit & parentes ſepulti. ff. ſi quid in fraudem patroni. & in l. libertus qui ſoluendo non erat. ibi, ueluti ſi prædia. ff. de bon. liber. & in l. lex quæ tutores. ibi, nec uero domum uendere. C. de adminiſtratione tutorum. uel ſi uenderet domum apothecæ ſuæ, ſine qua commode uiuere non poſſet, ad quam præſumitur habere affectionem propter commoditatem ſuę artis, probatur in d. §. ſed ſi rem. ibi, affectionem uel opportunitatis. & ſic non præſumitur quòd eam uẽderet ſi haberet aliquid aliud quod cum minori damno & incommodo uendere poſſet. Et idem eſt dicendum in aliis ſimilibus.

62 SEXTA* decima præſumptio inſurgit etiam ex perſona uenditoris propter pretium, quando ſcilicet emptor uoluit ſoluere pretium iuſtum, ut puta centum: & uenditor dixit, nolo recipere niſi quinquaginta uel ſexaginta: quia eis tantum egeo: nam tunc eſt præſump

*a Affectio. Affectio cauſa in re quæ fuerit anteceſſorũ ſuorũ. l. ſi in emptione. & ibi gl. in uerbo, maiorũ. ff. de min. l. cũ ſeruus. ff. mãda. & Cy. in l. quoties. C. de fid. & Pau. de Ca. cõſ. xvj. & probatur Regum iiij. cap. xxj. ubi Naboth noluit uẽdere uineã, quia fuerat patrũ ſuorũ. & Alex. in l. ij. in fi. C. de leg.*

ſumptio quòd noluerit uẽdere, ſed
pignorare, ſecundum dominũ Paul.
de Caſtro. præceptorem meum, in
conſilio ſuo cccxxviij. quod incipit,
In Chriſti nomine amen. Viſa petitione
prædicta. in ſecunda col. circa principium.
Et idem ſi dum uenditor peteret octuaginta de ſuo fundo
uendendo cum pacto de retrouendendo,
emptor dixiſſet, ſi tu uis mihi uendere
fundum ſine pacto de retrouendendo, dabo tibi centum,
& uenditor noluit, imò potius uoluit uendere
cum pacto de retrouendendo pro octuaginta, quàm libere
pro centũ. nam tunc eſſet præſumptio, quòd non habuiſſet
animum uendendi, ſed potius pignorandi ſecundum eundem
Paulum in eodem conſilio. Et poteſt eſſe ratio,
licet ipſe non alleget: quia in dubio
quis præſumitur uelle uendere rem ſuam iuſto pretio,
& potius quod minoris ſit, pluris uendere: ut l. item
ſi in pretio. §. quemadmodum. ff. loca. & in l. in cauſæ.
§. penultimo. ff. de mino. & ideo quando quis ſpõte
id quod pluris eſt, minoris uendit, & minus uult quàm
ſibi offeratur, eſt mala præſumptio: quia tunc
uideretur uelle iactare ſuum ac perdere: ut l. ſi
filiusfamilias. in principio. ff. de dona. quod non eſt
præſumendum. ut in d. l. cum de indebito. in principio.
ff. de probationi. cum ſimilibus. Ad quod optime facit,
quod dicam in ſequenti præſumptione. Hic tamen conſulendum
eſt utrique, uidelicet quòd res uendatur iuſto pretio
pro parte, ſaltem pro indiuiſo, quæ tamen ualeat dictum
uerum, & iuſtum pretium. & hoc modo tolleretur omnis
ſuſpitio paruitatis pretii.

DECIMA* ſeptima preſumptio 63
etiam oritur ex paruitate pretii, ex perſona emptoris,
uidelicet quando eſt incongruitas penſionis,
& eius modicitas fundi locati ipſi uenditori: nam hoc
inducit præſumptionem uſurarum uel ſimulationis.
Non enim eſt ueriſimile aliquẽ uelle iactare ſuum,
ut d. l. cum de indebito. in principio. & maxime in
fœneratorem cupidum & auarum, ut xlvij. diſt. c. quoniam.
& cap. ſicut hi. & xiiij. quæſtione quarta. capitu. quid dicam.
Vnde cum de fundo locato longe maior penſio & fictus
haberi potuiſſet, quàm præſtaretur per ipſum uenditorem:
ſequitur quod fundus ipſe, ſi reuera fuiſſet ipſius emptoris,
ipſum non locaſſet dicto fictu: ſed quia reuera erat pignoratus,
& ille fictus reuera erat uſura, quam emptor habere debebat,
non curauit de maiori fictu, quàm eſſet uſura ſibi debita,
habito reſpectu ad pecuniam per ipſum emptorem ſolutam,
ſecundum Bald. qui ita ſigular. notat in dicto conſilio,
quod incipit, ad probandum & oſtendendum contractum eſſe
fictitium. in xj. artic. Ad quod facit quod dictum eſt
in præcedenti præſumptione. Et prædictis adde quæ dixi
in tertia præſumptione, uerſic. quinto modo. Eadem etiam
præſumptio eſſet, quando quis emiſſet fundum minori
pretio quàm ualeret, puta centum, cum centum ualeret
& quinquaginta: & facit uenditori emptor pactum de
retrouendendo pro eodem pretio centum. Nam ſi alii
uendere uoluiſſet, non uendidiſſet pro centum & quinquaginta:
ergo præſumptio eſt, quòd uere nõ emerit, per prædicta:
& maxime hoc uerum eſt, quando iure liuelli non locaſſet
ipſum uenditori: ſed ſi liuellaſſet, tunc eſſet minor
ſuſpitio uel præſumptio in pacto de retrouen-

den



dendo: ex quo per liuellationem illud quod plus ualet,
fundus uenditus efficitur melioramentum liuellarii:
iuxta not. in l. fi. C. de iure emphy. ſed ſuſpicio remanet
ipſa in liuellatione, quæ fit minori pretio quàm alteri
fieret, ut ſuprà dictum eſt, ad quod adde quod dixi in
quarta præſumptione, uer. de ſecundo modo læſionis.

64 DECIMA* octaua præſumptio
etiam cõſiderari & percipi poteſt ex parte ipſius emptoris,
propter rem emptam, quam non curauit uelle uidere,
nec de ea informationem ſuſcipere. dummodo uẽditor eam
conduceret iure liuelli cum pacto de retrouendendo,
ſicuti fit per multos emptores in ciuitate Veronæ.
Si enim emptor haberet animum emendi, uellet prius uĩdere
rem, quam eſſet empturus, uel de ea informationem habere,
ſi ualet iuſtum pretium quod ſoluit. quia nemo præſumitur
iactare ſuum. dicta l. cum de indebito. cum ſimilib.
Ex hoc ergo quòd non uidit rem uẽditam, nec de ea
informationem curauit, præſumptio eſt quòd non habuerit
animum emendi, ſed ſolum habuerit animum fictum de ſua
pecunia percipiendi, ſecundum quantitatem ipſius pecuniæ
ſuæ ſolutæ: & non ſecundũ conditionem rei uẽditæ,
& fructuum exinde percipiendorum, quod eſſe non debet,
ut dixi ſuprà in tertia præſumptione.

65 DECIMA* nona præſumptio
colligitur etiam ex perſona emptoris, ſcilicet quòd emere
noluerit, quando ipſe propria prædia uenderet, & huiuſmodi
contractus faceret: quia nõ eſt ueriſimile, quòd intendat
aliena emere, qui propria non inutiliora uendit, cum hec
ſint contraria. & nemo præſumitur uelle incontinenti
contraria agere. l. nam & ea. ff. de condit. & demonſt.
cum ſim.

66 VIGESIMA* præſumptio
eſt, quæ plurimum fraudis & ſimulationis inducit, quando
dicti contractus uenditionis & locationis cum pacto de
retrouendendo celebrati ſunt clàm, & occulte, & non palàm:
ut eſt tex. in cle. ex grandi. uer. cæterum uerbo occulte.
de uſuris. & ibi per Doct. & probatur in l. fi. ff. de ritu
nup. & in l. non exiſtimo. ff. de admi. tut. & l. ab Anaſtaſio.
ibi, hoc non occulte. & ibi, ſi quis autem occulte. C. mandati.
& ibi per Doctores. & in l. data. ibi, ſi quidem clandeſtinis
& domeſticis fraudibus. C. de dona. & per text. in cap. ut
noſtrum. §. porro. & ibi gloſ. in uerbo, occulte. extrà,
ut eccleſiaſtica beneficia. & no. per Bart. in l. poſt contractum.
uer. quartus caſus. Et ibi per Docto. ff. de do. & per Cyn.
& Bald. in l. ſecunda. C. de repu. hære. & per Specula. in titulo
de ceſsione actio. §. primo. uerſicu. tertium ſi facta ſit ceſsio.
& per Salyce. in l. ſi quis poſt hac. in princip. v. colum. C. de
bonis præſcrip. Ad quod uide quod notat dominus Paul. de Caſtr.
l. prima. C. de fur. Et pro hac præſumptione facit illud uulgare,
& teſtimonium ueritatis, Qui male agit, odit lucem. ut eſt text.
cum gloſſ. in cap. conſuluit. extrà de offi. delega. & xviij. q.
ſecunda, periculoſum. & text. cum glo. in uerbo, occulte. in
l. donatio. C. de dona. & ſuſpitio eſt contra inſtrumẽtum,
ſi occulte eſt rogatum, ſecundum Innocen. in ca. j. extrà de
67 fide inſtrument. *Vnde præſumitur contra illum qui occulte
cõfert beneficium. extrà, ut eccleſiaſtica beneficia. cap. ut
noſtrum. & facit totus titu. extrà de clandeſti. deſponſat.
& id quod dicitur, deus opera tenebrarum. ut capit. cum ex inium-

 cto.

ćto.in princi.extrà de hære. Sed qui
palàm facit, licet non bene faciat,
in dubio cum quilibet præſumatur
bonus, ut cap.j.extrà de excrutinio.
& cap.ſi. extrà de præſum. cum ſim.
cum potius præſumitur error quàm
dolus, uel fraus, ut probatur in di.l.
ſi.ff.de ritu.nup. Et prædićta ſunt ue
ra, niſi probaretur, quòd ex aliqua a-
lia cauſa quàm ſimulationis prædi-
ćti contraćtus clàm, non palàm ce-
lebrati ſunt: quia in incertis non cer
tis locus eſt coniećturæ. l. conti-
nuus. §. cum ita.de uerb. ob.prædi-
ćtis adde, quòd ſi inſtrumentum diu
ſteterit occultum, præſumitur eſſe
ſimulatum. Ita dicit Baldus nota-
biliter in l.fraus. ff.de legibus. Alle-
gat ad hoc Iacobum de Aret.ita hoc
tenentem in l.filiæ.ff.ſolut.matrim.
quod not.

VIGESIMA*prima præſum- 68
ptio eſt, quando in loco ubi a-
gitur, & in quo celebratus eſt con-
traćtus de quo quæritur, conſueuit
fraus & ſimulatio in ſimilibus con-
traćtibus adhiberi.nam in dubio prę
ſumitur id eſſe aćtum, quod in illo
loco fieri conſuetum eſt, per text.in
l.quòd ſi nolit. §.qui aſsidua.& per
id quod ibi plene notaui. ff.de ædi.
edic.& per l.ſi prius. §.j. ff.de aqua
plu.ar.& per l.generaliter.ad fin.C.
de fideiuſ.cum ſi. Et quòd hoc ſit ue
rum, tenet expreſſe Guile. de mon-
te Lauduno, in clem.ex grandi. poſt
medium.de uſuris.* ubi dicit, quòd
ſi quis moratur in loco ubi conſue-
runt exerceri uſuræ, præſumitur u-
ſurarius. alle.xcviij. diſtinćt. Afros.
& ibi eſt gloſſ. quæ etiam dicit per
illum text.quòd etiam ratione pro-
nunciæ præſumitur contra aliquem,
alle.xxiij. diſtin. quando. & dićtum
§.qui aſsidua.& uide quod ibi dixi:
& quod etiam dićtum eſt in libello
meo de imperatore militũ eligẽdo.

a Proxene. Proxeneta illiciti contraćtus priuatur hono re et dignitate. xu.q.u.non licet.ſi eſt laicus, debet excommunicari. & ſi eſt clericus, debet deponi. j.q.j.ſi quis epiſcopus. in ſi.ui le Lud. Pota. in ſing. uerſ. proxeneta illicitorum.

ubi de natione ſcribitur. Et hoc etiã
tenet Hoſti.in ſum. de contr.empt.
§.j.uer.illud autem non.ibi, conſue
tudo etiam uſurarii, & terræ, in hoc
maxime attendenda eſt, ſcilicet quã
do multi uſurarii ſunt in terra, & ſic
omnes contrahere conſueuerunt.

VIGESIMA*ſecunda preſum 70
ptio eſt, ſi emptor, uel etiã uen
ditor eſſet conſuetus ſimiles con-
traćtus facere. Nam præſumitur con
tra aliquem ex eo quòd ita facere
conſueuit, ut l.non omnes. §.à bar-
baris.ff.de re mili.& l.qui ſemiſſes.
§.j. ff.de uſu.& l.uel uniuerſorum.
ff.de pigno. aćtio.& ff.ad Macedo.
l.itē.alias incipit, Iulianus. §. quod
dicitur. cum ſi.& not.glo.& ibi Do.
in l.cum allegas.C.de uſuris.& in l.
Iulianus. §.idem Papi.ff.de aćtion.
emp.facit cap.ſemel malus.extrà de
reg.iur.in vi.& ualet arg.à cõmuni-
ter ſolitis uel contingentibus, & ſic
ab his, quæ fieri communiter cõſue-
uerũt: ut no.gl.in l.j.C.de arbi.& ibi
per Doćt. & glo.in uerbo, probabi-
lius.ca.cum Mart.extrà de celebra. 71
miſſarum. *Et quis dicitur cõſue-
tus aliquid facere, quando feciſſet
bis uel ter: ut habetur p.gl.& Doc.in
l.iij.in n.C.de epiſ.audi.& eſt glo.in
aut.de teſtib. §. quia uero multi. in
uerbo, ſæpe.col.vij. Et ideo quidam
religioſi dicunt, & dant conſilium,
quòd quis non faciat iſtos contra-
ćtus, niſi bis aut ter: qa ſi quis plures
69 faceret, īduceretur mala ſuſpitio ſeu
prȩſumptio cõtra eũ, quod profećto
tutius eſt: ſed tutiſsimũ eſſet nullos
unquã facere, ut in fine huius operis
dicetur.& potiſsime hæc præſũptio
procedit, quãdo iſti contraćtus fuiſ-
ſent celebrati per proxenetã tantũ,
& nõ per ipſos cõtrahẽtes. Nam u-
ſurarii nunquam ipſi ſuos cõtraćtus
per ſe celebrãt, ſed per mediatores
ſiue proxenetas a ſuos ſecundũ Gui.
de



de monte Laudun.in cle.ex grandi.
circa medium.de uſuris.& ibi hoc di
cit etiam Fran.Zaba. §.cæterum.iij.
q. ſequẽdo do. Guil.ut dicam etiam
in ſequenti præſumptione. & idem
eſſet quando partes ipſæ per ſe con-
traxiſsent mediante aliquo proxene
ta, qui ſit ſolitus contrahentes indu-
cere ad celebrandos ſimiles contra-
ćtus ſuſpećtos, & uſurarios per predi
ćta. Nam ſæpiſsime huiuſmodi con-
traćtus illiciti cõtrahuntur ex culpa
proxenetarum, qui omnia uelamen
ta excogitant, & partes inducunt ad
illicitos contraćtus celebrandos. Et
ideo tu mercator uel contraćturus
caueas à dićtis proxenetis tanquam
à ueneno peſtifero: quia ob modicũ
lucrũ quod conſequi ſperant ex cõ-
traćtu, per partes celebrãdo, quærũt
ſemper unius contrahentiũ, & quã-
doq; utriuſq; animam perdere & al-
terius bona conſumere. & idẽ quan
do notarius, qui confecit inſtrumen
tum, eſſet ſolitus ſcribere inſtrumen
ta de contraćtibus uſurariis uel ſimu
latis, uel aliter ſuſpećtis, & fraudulo
ſis, eadem ratione. & pro hoc glo.in
prin.in l.iubemus.C.de prob.& pro
omnibus prædićtis adducitur ratio.
72 *nam qualitas facti ex perſona faci-
entis præſumitur. ut xj.q.iij abſit.&
xxiij. q.iiij.ea uindićta.& ita no.glo.
not.v.q. v. nos omnes.in uerbo, fla-
gello. & ad idem allego no. xxxviij.
diſt. ſi quis grammaticam. quæ dicit
preſumi eo ipſo bonum, quòd ab ali
quo bono fuit factum. Ita dicamus
ecõtra præſumi malum, ſi eſt ab ali-
quo malo factũ.& propterea cauen-
dum eſt ab huiuſmodi proxenetis &
tabellionibus. adde tamen ad hanc
præſumptionem quod in ſequenti
dicetur.

73 VIGESIMA * tertia præſum-
ptio & potiſsima eſt, quando eſ
ſet uſurarius, & cõſuetus uſuras ex-
ercere, non tãtum dićtos cõtraćtus:
quæ præſumptio ſeu coniećtura cũ
aliis prædićtis uel aliis earum con-
iunćta facit præſumi faciliter cõtra-
ćtum illicitum, uel ſimulatũ, aut uſu-
rarium: ut probatur in c.illo uos. in
fin.& ibi hoc nota.gloſſ.& Doćt.ex-
trà de pignorib. nota. gloſſ. magna
ante fin. in c. conqueſtus. extrà de
uſuris.ubi dicit, quòd ſi in uenditio
ne interuenit modicum precium,
præſumitur eſſe contraćtus in frau-
dem uſurariũ, & præcipue ſi emptor
conſueuit exercere uſuras. alle.c.ad
noſtram.de emptio. & uendi. & di-
ćtum c. illo uos.& ideo propter hoc
dicit Hoſtien.in ſumma, de pign. §.
quando.uer.ideo dico.quòd ex quo
apparet ꝙ creditor uſurarius erat,
de facili interpretatur cõtra ipſum.
alleg.l. Iulianus. §.ibi debet.ſed de-
buit allegare §. idem Papinianus.
ff.de aćt.emp.& ff. ad Mace. l.ſed Iu
lianus. §.quod dicit.in l.nummis.ff.
de lega. iij.& l.nemo.quæ eſt lex iij.
C. de epiſcop. audien.& ſic faciliter
præſumitur contra uſurarios, preſer
tim cum occulte, fraudulenter ſolẽt
inire contraćtus uel celebrare: ut eſt
tex.in clemen.ex grãdi.de uſu.& ibi
not.per Doćt.unde dicit Hoſtien.in
c. ad noſtram. de emptio. & uendi.
74 * quod cum ſit peſsimum genus ho-
minum, de facili præſumitur contra
ipſos, maxime, cum debitores egẽt,
& creditores abundant: & ideo de
facili debitor facit, qcquid uult cre-
ditor: quia talis præſumptio eſt fauo
rabilis animabus ipſorum uſurario-
rum. Et propterea in dubio eſt ſequẽ
da. de ſponſa. c. iuuenis.& de præ-
ſumpti.c.illud. & de homicidio.c.ad
audientiam.& C.de reſcinden.uen-
di. l.ratus.& C.de uſuris.l.cum alle-
gatis. cum ſimili. & ita etiam nota.
Paul. de Leaza. ſolennis Decreto-
rum doćtor, in quadam ſua diſputa-

 tione

tione quæ incipit, contra inſtrumentum debiti opponitur quod eſt uſurarium. in v. colum. in uerſi. de quarto patet. Ad hoc etiã uideatur quod plene ſcribitur per Angel. de Peru. in diſput. ſua, quæ incipit, Aſtenſis miles. in xxx. colum. cum ſequent. & quod dictum eſt in præcedenti præſumptione. Et ideo uſurarij cauti, quo ad bona temporalia extorquenda, ſed incauti quo ad ſpiritualia: & ſic quo ad animam quam ſuis cautelis quotidie illaqueare quærunt. d. clementi. ex grandi. ante finem. de uſuris. ut euenit. Iſtas duas ultimas præſumptiones, quæ ſunt potentiſsimæ, faciunt quòd ille qui indiget pecunia, & uult ſibi in ueritate pignorare fundum ipſum, quòd uendat alteri qui nõ ſit uſurarius, nec conſuetus facere huiuſmodi contractus, & ab eodẽ conduci cum pacto de retrouendendo: & uſurarius poſtea emit ab illo emptore omne ius ſuum: & ſic cum dicti contractus uenditionis & locationis cum pacto de retrouendendo non habuerint principium, nec fuerint in iudicio celebrati per dictum uſurarium, uel ſolitum facere ſimiles contractus, uidentur ceſſare dictæ duæ rationes & ultimæ præſumptiones, & hoc uidetur uelle Guiliel. de monte Lauduno in dicta clemen. ex grandi. circa mediũ. de uſuris. ubi dicit, quòd uſurarij nunquam ipſi ſuos contractus per ſe celebrant, ſed per mediatores ſeu proxenetas ſuos, ita quòd pignora per tres uel quatuor manus faciant pertranſire, antequam ad fœneratorem ueniant propter fraudem: & ibi eum ſequitur Franciſc. Zabarel. in §. cæterum. in iij. quæſt. Ad quod adde quod dixi in præcedenti præſumptione: ſed ſi poſſet conſtare ſiue docere de iſta fraude, hoc ſibi non prodeſſet, imo ſine dubio & multo magis præſumeretur contractus ſimulatus & uſurarius, quàm ſi fuiſſent à principio celebrati per ipſum uſurarium uel ſolitum huiuſmodi contractus exercere, ut probatur in l. ab Anaſtaſio. circa medium. ibi, uel forſitan alias per ſuppoſitam perſonam. C. mandati. & ibi per Docto. & l. & qui ſub imagine. in princip. C. de diſtract. pign. Adde quod dixi in præcedenti præſumptione. * nam maliciis hominum non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei uendi. & quia fraus & dolus cuique patrocinari non debet, ut eſt text. in d. c. ad noſtram. de emptio. & uendi. cum ſimi. & ſic cum habuerit malum principium, non eſt licitum alicui ſcienti emere: quia emptor eſſet in eadem damnatus. argu. c. tua nos. extrà de uſuris. & l. j. in fine. ff. de fluminibus. hæc tamen præſumptio, quòd ſit ſolitus fœnerari, uel præcedens, ſcilicet quòd ſit conſuetus ſimiles contractus ſuſpectos facere, coniuncta etiam cum pacto de retrouendendo, non facit præſumere contractum uſurarium: ubi aliæ malæ præſumptiones non concurrunt: quia uſurarij ſæpe celebrant contractus ueros, & non uſurarios, ſecundum Bald. qui ita nota. in l. emptione. in fin. principij. C. plus ualere quod agitur. per not. per Iaco. de Aret. & Cyn. ibi. & per nota. in c. ad noſtram. de emptio. & uenditio. & in c. illo uos. de pigno. & idem notat ipſe Baldus in l. interpoſitas. in prima colum. ante fin. C. de tranſactio. ubi dicit, quòd ad reſcindendum contractum tanquam uſurarium, non ſufficit probare quòd contrahens erat uſufructuarius, niſi etiam probatur ſpecifice de illo contractu: & idem tenet Ange. in l. ſicuti. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſol. Vnde uerius loquendo, etſi non ſæpe, aliquando tamen uſurarij celebrant, & celebrare poſſunt ueros contractus non ſimulatos, nec uſurarios. Facit ad hoc text. Ioannis Chryſoſtomi qui habetur de pœnitentiis, diſtinct. iij. c. quid ergo. ibi, eſt & alia ratio. ubi dicitur, non poteſt malus in omnibus eſſe malus, ſed habet aliqua bona. Facit ad hoc quod not. Cyn. Bald. & Doctor. in lege. j. C. de probatio. & uide omnino quod no. Ange. in diſputatione, Aſtenſis miles. in xxx. colum. cum ſequẽti. Et quod dicam in quarto caſu principali.



76 VIGESIMA* quarta præſumptio colligitur ex eo, quòd uenditor remanſit in poſſeſsione rei uenditæ: ut probari uidetur per text. cum gloſſ. fin. in uerbo, obiicere. in fin. & l. ſicuti. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pignus uel hypo. ſol. & per l. ſi is qui bonis. ff. de acquirend. hæred. & l. iij. ſi quis. C. de natura. libe. & per notata maxime per Cyn. in l. ij. C. de repu. hæred. & ita tenet Specu. titu. de nat. lib. §. j. uerſic. item pone aliquis. & Dyn. idem tenet in l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraud. credi. quem ſequitur Barto. in d. §. ſuperuacuum. ante finem. & in d. l. poſt contractum. uerſic. iij. præſumitur. ff. de dona. Et dixi ſuprà in princip. huius operis. Et ita tenuit Guido de Suza, qui dicit, quòd non præſumitur uenditum, quod in patrimonio effectualiter reperitur, per dicta iura, ut refert Bald. in conſilio, de quo infrà dicetur, quòd tempus remanendi in poſſeſsione ad hoc, ut faciat præſumi, relinquendum eſt in arbitrio iudicis: qui arbitrabitur ex qualitate perſonarum, ex fama loci, & ex aliis probationibus ueriſimilibus, ſecundum Bartolum in d. l. poſt contractum. & in §. ſuperuacuum. Et prædicta præſumptio procedit etiam ſi uenditor conſtituit ſe emptoris nomine poſſidere. iuxta not. per Bartol. & Docto. in l. quod meo. in princi. ff. de acqui. poſſ. & in l. ab emptione. ff. de pact. & per Anto. de But. & Docto. in c. conueniſſent. extra de reſtit. ſpoli. ſi ſemper uenditor fuit in poſſeſsione: quia per hoc non efficitur præſumptio fraudis, niſi interuenerit uera & corporalis traditio. l. iij. C. de ſuff. ibi, ſequitur traditio corporalis. Rationem ego aſsigno, quia non uidetur ueriſimile quòd emptor uelit dimittere rem per ipſum emptam uenditori, & pre-
77 cium, * ex quo nemo præſumitur uelle iactare ſuum. l. cum de indebito. de proba. uel niſi uenditor reſponderet emptori de fructibus: quia forte conduxiſſet uenditor ab emptore rem uenditam: hoc enim faceret ceſſare præſumptionẽ fraudis. argu. l. litibus. C. de agri. & cenſi. lib. xi. & dixi ſuprà in principio huius operis. uel niſi uenditor alij reſeruauerit uſumfructũ, ut l. quiſquis. C. de dona. ſecundum Barto. qui ita not. & in dictis iuribus, ſcilicet contractum ſimulatum quantum eſſe debeat. in l. poſt contractum. & in §. ſuperuacuum. & quod dixi, quòd ex poſſeſsione rei uenditæ in qua uenditor remanet, etiam ſi conſtituit ſe emptoris nomine poſsidere, præſumitur ſimulatio, debet intelligi quando apparet cauſa propter quam ſic fecit: ut l. mulier. in princip. ff. rerum amotarum. & in l. ſi maritus. §. fin. ubi eſt expreſſum. ff. qui & à quibus. & caſus expreſſius in c. fin. de renun. in vi. Sicut enim non poſſunt dici facta in fraudem creditorum qui non ſunt. lege prima. C. de iure fiſci. lib. x. Et

x. Et ſicut non poteſt dici donatio facta metu mortis quæ non ſit. ff. de dona. cau. mor. l. j. cum ſimi. Ita non poteſt dici contractus ſimulatus uel ad apparentiam factus, niſi ſubſit cauſa fictionis, propter quam fictionem conſtat eſſe factam, ſecundum Bart. qui ita notanter dicit in conſilio ſuo quod incipit, Petrus Nicolæ. ubi ſubdit, quod licet uenditor uel donator poſt uenditionem uel donationem remaneat in poſſeſsione, non facit tamen præſumi contractum eſſe fictitium & ſimulatum, & ad apparentiam factum: quia ex ſola poſſeſsione non apparet cauſa ſimulationis, quæ debet ante ſuſtinere: ut probatur in inribus proxime deductis: & ita loquitur d. l. ſicuti. §. ſuperuacuum. ff. quib. mod. pign. uel hypo. ſolu. ibi enim ſuberat cauſa: quia ad excludendum creditorem erat ſimulata uenditio: & hoc allegat ipſe creditor, ſicut dicitur in donatione, quod non præſumitur ficta uel ſimulata, niſi appareat cauſa propter quam ſit ficta uel ſimulata: ut not. etiam Bartol. in d. l. poſt contractum. ff. de dona. & Bald. in l. illud. in vij. quæſt. C. de ſacr. ſanc. eccle. uidetur aliter docere circa prædicta: dixit enim quod ex eo quod uenditor uel donas remanſit in poſſeſsione, non uidetur probari ſimulatio: quia uſque ad triginta annos poteſt emptor uel donatarius agere actione perſonali ad rem ſibi tradendam: ut in l. j. C. de annali excepti. & l. ſecunda. C. de conſtitut. pecu. cum ſim. ergo non præſumitur ex poſſeſsione ſimulatio. unde ipſe ſic diſtinguit in d. l. illud. Aut eſt inſtrumentum promiſsionis, & non præſumitur ex poſſeſsione ſimulatio: ut d. l. ij. C. de conſti. pecun. aut eſt inſtrumentum traditionis, & tūc aut ſunt aliquæ coniecturæ uel cauſæ ſimulationis uel fraudis, ut ex poſſeſsione iuncta cum aliis præſumitur ſimulatio: ut d. §. ſuperuacuū. Et in hoc uidetur conuenire cum Barto. in d. conſi. Petrus Nicolæ. & eſt ratio differentiæ ſecundum Bal. in d. l. illud. inter inſtrumentum promiſsionis & traditionis: quia poſſeſsio non repugnat promiſsioni, ſed promiſsio repugnat ueræ poſſeſsioni tradentis, nec cum ea concurrit. Vnde cum non conſonet effectus cum ſua cauſa, præſumitur ſimulatio cauſæ ſeu tituli, niſi tradens precario accepiſſet. * Nam per poſſeſsionem precariam excluditur præſumptio ſimulationis. ut habetur in l. quod modo. in princip. de acquir. poſſ. & in l. ab emptione. ff. de pact. Sed non excluditur præſumptum ſimulationis & fraudis ſimul iunctæ: ut d. §. ſuperuacuum. & hoc in effectu ſequitur domi. Pau. de Caſt. in conſi. ſuo cccxxvj. quod incipit, in Chriſti nomine amen: præſumptionis his. de quibus ſupra. qui reſpondet ad dictam l. j. C. de ſuffra. quam Bartol. allegat: quia loquitur quando perſonæ eſſent ſuſpectæ uel prohibitæ: ut ff. de proba. l. qui teſtamentum. & l. cum quis. §. Titia. de lega. iij. ſecus ſi nulla ſubeſſet cauſa, propter quam contrahentes impedirentur inuicem contrahere.

VIGESIMA * quinta præſumptio reſultat ex tempore, quo uēditio durauit, quia per modicum tempus durauit. Vnde cum uenditiones ſoleant fieri, ut res perpetuo ſint penes emptorem & pignorationes, quouſque debitum ſoluatur, ut l. ſi rem. §. omnis. de pigno. acti. Credendum eſt quod ex modico interuallo noluerit uendere, ſed pignorare. Et iſtud optime probatur in ſimili, per l. plerique. de ritu. nupt. ubi ſi mulier quæ receſsit à marito, non multo tempore interpoſito reuerſa eſt, cenſetur idem matrimonium, nec cenſetur diuertiſſe animo diuertendi & matrimonium diſſoluendi. ad hoc l. quicquid calore. in fin. ff. de regu. iur. & xxxiij. quæſt. ij. §. diuortium. Probatur etiam in l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſſ. ubi quando fuit actum à principio quod emptio modico tempore habeat durare, præſumitur emptio ſimulata. Et ita dicit Bartolus per illum text. in conſilio quod incipit, Petrus Nicolæ. ubi ponit de triplici ſpecie ſimulationis, & iſtam ponit pro una: facit etiam ad hoc lex ſi uentri. §. in bonis. & quod ibi not. per gloſſ. & Docto. de priuilegiis credi. Et ita conſulendo tenuit domi. Pau. de Caſt. in conſilio ſuo cccxxv. quod incipit, in Chriſti nomine amen. In cauſa mota per dominam Dorotheam. uerſi. his præmiſsis. Et aduerte, quod iſtius ſimulationis natura hæc eſt, ut debeat hoc expreſſe per pactum agi: ut dicit text. in d. c. ſi ab ignoto. & not. Barto. in d. ſuo conſi. Et iſta dicetur uera ſimulatio: ſed quando hoc expreſſe non eſſet actum per pactum, ſed tamen receſſum eſt à uenditione infra modicum tempus: tunc eſt præſumpta ſimulatio non uera, quæ ſola non eſſet ſufficiens ad præſumendum cum effectu contractum eſſe ſimulatum. per d. §. ſi ab ignoto. ibi, ab initio enim hoc agi debet. ſed iuncta cum aliis præſumptionibus ſic, per prædicta iura quæ ita meo iudicio debent intelligi. Et circa prædicta adde quæ dixi in duodecima præſumptione.

80 VIGESIMA * ſexta præſumptio compræhenditur ex modo recedendi à dicto contractu emptionis ſeu uenditionis, quando ſcilicet receditur per reſtitutionem inſtrumentorum inciſorum, & ſic per modum receſſus à dicto contractu, non per modum nouæ uenditionis, quod fieret à principio, ſi cōtrahentes habuiſſent animum faciendi uerum contractū. facit lex, cum hi. §. modus. de tranſact. ſecundum domi. Paul. de Caſtr. in d. conſilio cccxxv. uerſi. tertio reſultat præſumptio. hoc poteſt ſic confirmari: quia iſtud eſt ſolitum. regulariter enim fit retrouenditio, & non ſola reſtitutio inſtrumentorum, maxime inciſorum. ergo præſumendum eſt illicitum. per gloſſ. notabilem in l. ſi quidem ſub conditione. cum ibi notatis per Bartol. & Docto. ff. de conditio. inſtitu. & per ea quæ dixi ſ. in nona præſumptione. In contrarium tamen uidetur facere l. Labeo. cum l. ſequenti. quæ incipit, poſtquam pignus. cum ibi not. per gloſſ. ff. de pact. & l. chirographum. ff. de proba. & l. iiij. & v. in princ. ff. de lib. leg. & l. mortis cauſa capimus. §. Seia. ff. de dona. cauſa mor. & l. conſtet. C. quæ res pignori obligar. poſſunt. & l. creditorem. C. de remiſſ. pig. & l. pecuniæ. C. de ſolu. cum ſim. in quibus habetur, quod ſi reſtituitur uel legatur debitori inſtrumentum debiti uel pignoris, maxime cancellatum, uidetur eſſe facta liberatio, uel pignus remiſſum. Sed ad hæc iura poteſt reſponderi, quod loquantur in liberatione uel remiſsione debiti aut pignoris, quæ conſueuit nonnunquam fieri per reditionem uel legatum inſtrumentorum: ut ibi habetur. nos loquimur in nouo contractu emptionis & uenditionis, qui non conſueuit fieri niſi per nouum contractum ſeu inſtrumentum contracti, & non per ſimplicem reſtitutionem inſtrumentorum inciſorū: item in contrarium uidetur etiam facere l. j. C. de dona. & l. ſeruum filij. §.

lij. §. eum qui chirographum. ff. de
leg. j. & gloſſ. in l. iij. in uerbo ani-
mo. ibi, quintus per traditionem
inſtrumenti [a], ff. de acquir. poſſeſſ.
& glo. in §. interdum. in uerbo, nu-
da uoluntas. inſtitut. de re. diuiſi. in
quibus dicitur, * quòd ſi donantur, 81
uenduntur, aut legantur uni inſtru-
menta emptionum alicuius rei, ipſa
res uendi, donari uel legari uidetur.
Sic eodem modo ſi reſtituentur in-
ſtrumenta emptionum, ſoluto prius
precio per primum uenditorem, ui-
detur eſſe facta retrouenditio. Nec
uidetur quod debeat præſumi ali-
qua ſimulatio: poteſt ad hoc dici
quod in dictis iuribus non poteſt
cadere ſimulatio uel pignus: quia
loquitur in prima donatione, uen-
ditione, & legato: nos uero loqui-
mur quando primo præceſsit uen-
ditio, poſtea redduntur inſtrumen-
ta per quæ receditur a prima uendi
tione, quod non eſt ſolitum fieri:
ideo prima uenditio præſumitur ſi-
mulata, & uere fuiſſe pignus. ut ceſ-
ſet hæc ſuſpicionis præſumptio, re-
quiritur quod fiat noua retrouen-
ditio. Pro hoc optime facit l. nihil
tam naturale. cum ibi not. ff. de re-
gu. iur. * ubi dicitur, quod nihil tam 82
naturale eſt, quàm eo genere unum
quodque diſſolui, quo ligatum eſt.
Ad idem c. j. extra de regu. iur. in an
tiquis, ubi ſic dicit text. beati Ioan.
Chryſoſt. Omnis res per qualcunq;
cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui-
tur. Pro hoc etiam l. per hæc quibuſ-
cunque modis. ff. de regu. iur. ubi di
citur, per hæc quibuſcunque modis
obligamur, iiſdem in contrarium
actis liberamur. Ad hoc etiam gloſſ.
xxiiij. quæſt. iij. cum perimus, in uer
bo, inimicus. & eſt etiam de hoc tex.
in l. prout quiſque. ff. de ſolu. & eſt
caſus in l. j. C. quando liceat ab em-
ptio. recedere. & ibi hoc uidetur ſen

*a Traditionem inſtrumenti. Traditio inſtrumenti habet uī traditionis rei. gl. Bart. & Alex. in l. ab emptione. de pact. & per Bal. in l. j. ad ſi. C. de dona. & ibi text. & per Alexā. in l. iij. de acquir. poſſeſ.*

*b Fraudis. Fraus probatur per coniecturas. c. j. et ij. de renūc. li. vj.*

*c Fraus. Fraus allegata debet probari per allegantē. uide Spec. de app. §. iiij. uer. ſed ſecūdū præmiſſa. & de dona. uer. itē pone aliquis.*

tire Cyn. in vj. & ulti. quæſt. * Mul-
tæ aliæ preſumptiones fraudis [b] uel
ſimulationis reperiuntur, quæ fa-
ciunt præſumere contractum ficti-
tium, ſimulatum, uel uſurarium. de
quibus per Specu. in titu. de ceſsio-
ne actionis. §. j. uerſicu. ſi uero du-
bitatur, utrum ſit uera uel ſimulata.
& per Cyn. Barto. Bald. & Docto. in
l. ij. C. de repu. hæreditate. & per Bar
to. in d. ſuo cōſilio, quod incipit, Pe-
trus Nicolæ. & per Cyn. Bal. & Do-
cto. l. in emptione. C. plus ualere
quod agitur, quàm quod ſimulate
concipitur. & per eundem Bal. in l.
fraus [c]. ff. de legi. & in l. iij. ſi ſub ſpe
cie. & ibi per Docto. C. de poſtu. &
aliquid per Bald. & Docto. in l. per
diuerſas. & in l. ab Anaſtaſio. C. man
dati. & per Baldum in l. multum.
C. ſi quis alteri uel ſibi. & l. cum al-
legas. C. de uſuris. & per Doctor. in
l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. &
per dom. Benedictum de Plumbi.
in l. iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manu-
miſsis. titulo generali. Et uide tex.
not. in l. cum uir uxori. cum ibi no.
ff. de iure dotium. & uide quod no.
Bald. in l. non dubium. in iij. op-
poſitione. C. de legi. ubi ponit quot
modis fiat fraus legi, ex quibus præ-
ſumuntur multæ præſumptiones ſi-
mulationis & fraudis. Et idem eti-
am ponit domi. Petr. de Anchar. in
repeti. c. canonum ſtatuta. extra de
conſtitutionibus. in xcviij. colum.
uerſicu. iuxta prædicta congrue &c.
& in ſuo conſilio xxj. quod incipit,
in Chriſti nomine amen, ad corro-
borationem prædictorum. Et uide
etiam per Bald. in l. Deo nobis. in
vj. not. C. de epiſco. & cleri. & ple-
ne per eundem in additionibus,
quas fecit ad Specu. in titu. de do-
nat. per Tancret. de Cor. in ſuo ope
re in xj. rubri. quæſtione xiiij. Et ui-
de per dom. Bartho. de Sali. in l. ij.
C. ne



C. ne lice. poten. l. & ſi quis poſthac.
in princip. in quinto colum. C. de bo
nis præſcript. & per Alber. de Rom.
in l. filiæ meæ. ff. ſolu. matrimo. &
per Ange. de Aret. inſtitu. quibus ex
cauſis manumitti nō licet. §. in frau
dem. in prima columna. & per Do-
cto. Cano. in c. illo uos. extra de pi-
gno. & in c. ad noſtram. de empt. &
uendi. & in c. ex literis. extra de iu-
reiuran. & in c. conqueſtus. & in c.
cum diœceſi. extra de uſuris. & per
Hoſtien. in ſum. extra de uſuris. §.
fin. in princip. in titu. de pigno. §.
quibus pactis. & in titu. de contra-
hen. empti. §. fin. uerſicu. de contra-
ctu ad contractum. & plene per do-
mi. Guil. de monte Lauduno, in cle.
ex grandi. Et ibi etiam per Card. Za
ba. in §. cæterum. in tertia quæſtio-
ne. & ibi per Docto. de uſuris: & per
beatum Bernardinum in tractatu de
contractibus & uſuris. in ſermone
xxxix. articulo ſecundo. c. primo. Et
per Ioannem de Capiſtrano in ſuo
libello ſiue tractatu de uſuris, ubi
tractat de uſura palliata ſub nomi-
ne uenditionis: ſed illę conueniunt
materiæ noſtræ: quæ eſt ſolummo-
do quando emitur uel acquiritur
res ab uno, & eodem locatur cum
pacto de retrouendendo: & ideo
eas hic omiſi: & ſi quis uidere uel-
let, recurrat ad dicta loca, & ad no-
tata ibi per Docto. quæ omnia ſunt
bene notanda: quia non ita alibi col
84 lecta ſimul reperies. * Sed circa
prædictas præſumptiones poteſt in
practica dubitari: quid ſi in inſtru-
mento uenditionis & conductio-
nis cum pacto de retrouendendo eſ
ſet appoſita hæc clauſula, uidelicet
quòd ipſæ partes renunciant ſeu re-
nunciauerunt exceptioni ſimula-
tionis, & apparentiæ contractus, &
non uc autorum, ſcilicet quòd non
poſsit excipere quòd ſic non ſit a-
ctum? Dic quod hæc uerba releuant,
quia declarant intentionem con-
trahentium, quòd non intendunt i-
ſtum contractum eſſe fictitium, uel
ad apparentiam factum. Sed ſi ap-
parent legitimæ cauſæ probatio-
nes & indicia, tunc quia ratione ſub
ſtantiæ contractus probaretur ſimu
lata: eadem hæc renunciatio ſimu-
lata præſumeretur: argum. ff. de no-
ua. l. doli. §. diuerſum. ſecundum
Bartolum, qui ita notat in ſepe alle-
gato conſilio, quod incipit, Petrus
Nicolæ. in fin. Et idem ipſe notat in
l. nemo poteſt. uerſicu. quæro, an re
nunciatio exceptionis. ff. de lega. j.
Et idem no. & tenet Card. Zaba. &
Ioan. de Imo. in c. ad noſtram. de em
ptione & uenditione. Et idem di-
xit etiam Bartolus de illa quæ re-
nunciauit exceptioni doli in factum
actioni, & ſine cauſa, in conſilio
cviij. quod incipit, quidam Petru-
cius, ut dicit, fecit teſtamentum. &
idem ipſe tenet in l. fina. §. idem
quæſiuit. ff. de condictio. indebiti.
& notatur per eundem Bartolum &
Docto. in dicta lege, doli. §. diuer-
ſum. de nouat. & prædicta proce-
dunt, quando dicta renunciatio eſt
facta in eodem inſtrumento quod
dicitur ſimulatum, uel in alio in-
ſtrumento incontinenti poſt, niſi
partes iuraſſent uera eſſe omnia
contenta in dicto contractu & in-
ſtrumento, ſecundum Baldum in l.
fina. C. de non nume. pecun. & dixi
s. in ſeptima præſumptione ante fi-
nem. Secus autem ſi poſt ex inter-
uallo talis renunciatio fieret: quia
tunc etiam ſine prædicto iuramen-
to tolleretur præſumptio ſimula-
tionis: ut l. ij. cum ibi nota. C. quod
metus cauſa. ſecundum Barto. qui
ita notat. in d. l. nemo poteſt. Et
per

per Zaba. & Ioan. de Imo. in d.c. ad
noſtram. & dixi in dicta ſeptima præ
ſumptione ante finem. Ex quibus ui
detur concludendum, quòd cum in
dubio contractus non præſumatur
ſimulatus, ſed uerus, ut l. ſi maritus.
in fin. ff. qui & à quibus. & in c. fin.
de renuncia. in ſexto. & notat Bar-
tol. in dicto conſilio, Petrus Nico-
læ. Facit lex, merito. ff. pro ſocio. &
idem notat Bald. in c. j. §. ſi inſtru-
mentum. in tit. de notis feudorum.
& idem tenet in l. rogaſti. §. ſi tibi.
ad finem. ff. ſi certum peta.* ubi di-
cit, quòd in dubio contractus non
debet iudicari uſurarius. argum. l. ſi
ea pactione. C. de uſuris. ubi dicitur
quòd contractus in dubio non in-
telligitur excedere legitimum mo-
dum uſurarum. & argum. l. amplio-
rem. §. fin. C. de appella. & extrà de
uſuris. c. nauiganti. & habetur per
Archid. xiiij. q. iij. ſi quis. Et idem
tenet Bald. in c. j. in fin. in titu. de feu
dis datis minimis ualua. in uſibus
feudorum. maxime quando de con
tractu apparet cōfectum inſtrumen-
tum, quia pro inſtrumento præſu-
mitur. ut in autent de fide inſtru-
mentorum. §. ſi moriantur. colum.
vij. & eſt text. cum gloſſ. & ibi nota-
tur in l. cum precibus. C. de probat.
Vnde qui allegat inſtrumentum ſi-
mulatum, illud probare debet, ut in
dictis iuribus. & probatur in l. patro
nus. ff. de probat. & licet ſit aliqua
præſumptio de prædictis. in contra-
rium tamen indiſtincte præſumitur
uerus contractus, & non ſimulatus,
quando interueniſſet dicta renun-
ciatio, quæ declarat intentione con
trahentium: intelligendo eo modo
quo dictum eſt ſupra: quia quis po-
teſt etiamſi eſt uſurarius, celebrare
ueros contractus, ut dixi ſuprà in
xxiiij. præſumptione. Nec obſtat
hic, quod dixi ſuprà, in nona præ-
ſumptione. in fine, quòd ſi in inſtru-
mento ſunt iſta uerba, uendidit &
tradidit uere, & non in fraudem uſu
rarum, quòd ex iſtis uerbis inſtru-
mentum magis præſumitur ſuſpe-
ctum. ſecundum Bald. in l. emptio-
ne. C. plus ualere quod agitur:
quia illa uerba non ſunt ſolita poni
in inſtrumentis, ut dixi in nona præ-
ſumptione. Sed prædicta renuncia-
tio bene ſolet & conſueuit apponi,
maxime hoc tempore, & propter di-
ctam renunciationem transfertur
85 totum onus probandi in illum, qui
uult dicere quod contractus ſit ficti-
tius uel ſimulatus, qui poterit pro-
bari per contrariam confeſsionem
alterius partis, cum eſſet ſtandum tan
quam ultimæ in ipſius confitentis
præiudicium, ut probatur in l. de æ-
tate. §. j. ibi, fides enim contra ſe ha-
bebitur. ff. de inter. acti. Facit opti-
me glo. in l. in contractibus. in prin-
cipi. in uerbo, nullo modo. C. de no
numera. pecunia. & l. Publia. §. fina.
ff. depoſiti. Circa quod uide quod di
xi ſuprà in prima præſumptione. Itē
poterit probari per dilucidas ſiue le
gitimas probationes, ſiue præſum
ptiones & indicia, & per probabiles
conjecturas, ut probatur in d. l. ſed ſi
maritus. in fin. ff. qui & à quibus. &
in c. fina. de renun. in vi. & in c. illo
uos. in uerbo, præſumitur. & ibi per
Innocen. & Doctor. extrà de pigno.
& not. per Guil. de monte Laudu-
no in clemen. ex grandi. de uſuris.
& per Franciſ. Zabarel. in §. cæte-
rum. in ij. & iij. q. & per Bald. in l. iu-
C. plus ualere quod agitur. & in l.
eos. C. de uſuris. & patet per ea quæ
dicta ſunt in omnibus præceden-
bus præſumptionibus. & quæ dicam
in quarto & quinto princi.
86 *Quæ autem ſit dilucida & legitima pro-
batio, & quæ ſint præſumptiones,
indicia, & probabiles coniecturæ cir
ca hoc



ca hoc dic, quòd dilucida probatio
dicitur illa, quæ fit per coniecturas.
l. ii ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. j.
ſecundum Oldra. & Benedictum de
Plum. in d. l. ſed ſi maritus. Legitima
probatio dicitur illa, quæ fit per te-
ſtes & inſtru. ut eſt tex. cū glo. no. in
uerbo Legitimus. in l. cū de indebi-
to. in princip. ff. de proba. & eſt glo.
in l. proprietatis. C. de probat. Item
dicitur legitima probatio ea, quæ fit
ex confeſsione partis, ut eſt gloſſ. in
c. ad abolendam. in glo. iij. in uerbo,
depræhenſi. extrà de hæreticis. quæ
ſint præſumptiones & indicia circa
hoc, uide omnino Guil. de Monte
Laudu. in d. clemen. ex grandi. circa
medium. & ibi Franci. Zaba. in §. cæ
terum. in iij. q. & uide pleniſsime in
omnibus prædictis præſumptioni-
87 bus. *Quæ autem ſint probabiles
coniecturæ, uide no. in c. fin. de renu.
in vi. & tex. in c. cum inhibitio. in fi.
principij. extrà de clande. deſpon. &
not. in l. licet Imperator. ff. de lega. j.
& in l. cum proponeretur. ff. de lega.
ij. Item poterit probari per libros &
codices rationum ipſius ementis uel
uendentis, ſi eſt uſurarius, & libros
ac ſuos codices rationum, & recogi-
tur. ut eſt caſus in d. clem. ex grandi.
§. cæterum. de uſuris. de quo dic, ut
ibi per Doc. Item poterit probari, ſi
iudex procederet contra aliquem
tanquam uſurarium, uel ſimulatum
contractum faciendum, recipiendo
in teſtes proxenetas, & mediatores
& alios, cum quibus dicitur crimen
commiſſum. argument. c. quoniam.
extrà de teſtibus. & etiam præcipiat
ſub pœna, quòd quicunque ali-
quid ſciat ſuper hoc, ueniat & reue-
let in publico. argu. extrà de iureiur.
c. ad noſtram. ſecundum do. Guido.
88 in d. clemen. ex grand.* licet alias ſit
dubium, nunquid proxenetę, ſeu me
diatores poſsint eſſe teſtes, de quo
per gloſſ. in autent. de teſtibus. §. pe-
nult. in uerbo, prohibere. col. vij. &
per gloſſ. quæ uidetur contraria in
autent. de fide inſtrumen. §. in his.
colla. vj & per gloſſ. & Doc. in c. di-
latorum. extra de teſtibus cogendis.
& per gloſſ. penul. & ibi per Doc. in
c. Romana. de teſtibus. in vi. & per
glo. Ioan. Teutonici. in c. ſi quis epi-
ſcopus. in uerbo, mediator. j. q. j. &
per Doc. in iuribus præallegatis. Et
per Bart. in l. deferre. ff. de iure fi. per
Bal. in l. omnibus. C. de teſti. & * per
Ange. in l. debet. ff. de ædil. edict. &
per Ant. de But. in c. nō ſine. in pe. &
ulti. col. extrà de arbi. in c. ex literis.
in ij. not. in fi. pe. col. extra de trāſac.
& per do. Bom. de ſancto Gemini. in
c. j. de teſti. in vi. Item probari etiā po
terit per argumēta, puta per familia,
ut eſt caſus. & ibi glo. & per Inn. c. cū
in diœceſi. extra de uſur. ſecūdū eun
dem Guil. in dicta cle. ex grandi. de
89 uſur. * Et aduerte in practica, quia
ille qui uult dicere inſtrumentū fuiſ-
ſe, & eſſe ſimulatū, debet oſtendere
cauſam ſimulationis ſeu fictionis, ut
no. Bar. in d. conſil. Petrus Nicolæ. &
Bar. in l. poſt contrac. in prin. ff. rerū
amotarum. & dicta l. ſed ſi maritus.
in fin. l. qui & à quibus. & c. fina. de
renun. in vi. & idē uult Bald. in l. il-
lud. in vij. q. ibi, uel cauſæ ſimula. C.
de ſacr. ſanct. eccle. & dixi ſuprà in
xxiij. præſump. Item agens debet de
ducere & exprimere ſpeciem ipſius
ſimulationis certam & claram, ut no.
Barto. in dicto conſilio, Petrus Ni-
colæ. & idem no. Bal. in l. ab Anaſta-
ſio. C. mandati. & do. Pau. de Caſt. in
l. iuriſgentium. §. dolo malo. ff. de
pactis. Et ſi agens uel excipiens de ſi-
mulatione contractus, non expreſ-
ſerit cauſam & ſpeciem ſimulationis
ſeu fictionis, cum ſint multæ. de qui-
bus per Barto. in dicto conſilio. de-
bet ſuccumbere. ut not. in dictis iu-

ribus .& no. etiam per Pet. de Ancha. in ſuo conſilio xxj. quod incipit, in nomine Chriſti amen. Ad corroborationem prædictorum. quod intellige. ſi opponatur ab alia parte, quæ petat declarari cauſam & ſpeciem ſimulationis. & non aliter: ſecundum Bald. & do. Bartho. de Saly. in dicta l. ab Anaſtaſio. in ultima col. C. mandati. credo tamen quòd reo [a] ſufficeret opponere, quòd libellus eſt dubius, uarius, incertus, & generalis, ſicut communiter oppo. ſolet. Et tutius eſt, quòd opponatur in ſpecie de incertitudine cauſæ, & ſpecie ſimulationis, & quòd petatur & declaretur cauſa, & ſpecies ſimulationis, St tamen opponeretur ſolummodo generaliter exceptio contra libellum, actor deberet replicare, quòd dicta exceptio eſt dubia, generalis, incerta, & obſcura: & ſic non admittenda. per l. j. §. Labeo. ff. de fluminibus. & c. cum officij. in fine. extra de præſcriptio. & in clemen. fin. de appella. & l. ex duobus. §. ergo ſi quis. uer. ſi poteſt. ff. de iureiuran. & Bald. ca dem l. §. ſi quis iurauerit. & habetur per do. Anto. de Butrio, in c. ex parte decani. in ij. col. & ibi per Doc. extrà de præſcript.
90 *quia exceptio generalis incerta, & obſcura non prodeſt, niſi declaretur. ut no. Bar. in l. j. C. de codi. ob cau. & no. Bar. Ang. & doct. in l. Titia textores. in princi. de leg. j. quam exceptionem ſi eſt facti, tenetur reus declarare: ſecus ſi eſſet iuris ſimpliciter, ſecundum Bal. in l. fin. circa princ. C. de fideicõmiſſis. Et ideo tutius eſt, quòd actor petat in ſua replicatione, quòd reus declaret in qua parte libellus ſuus eſt generalis, incertus, & obſcurus. Idem poterit petere iudex ex ſuo officio, ut no. Bal. in l. age cum Geminiano. in princi. per illum text. C. de tranſactio. quæ omnia bene nota, & tene menti in practica, ut ſcias in hac materia libellare, ſeu petere, & recipere, & articulare, ſeu capitula facere.

a Reo ſuffi. *Reus fauorabilior eſt quam actor. l. fauorabiliores. de reg. iur. et Spec. de actio. §. ſequitur. in prin. & §. utriuſq. in j. col. uerſic, ſit etiã cautus. et de fer. §. j. in ii. col. uerſi. ſed pone. de quo plenius per Alex. in l. de die. qui ſatiſd. cog. reorũ eſt fugere, & cauſam extenuare. uide Spec. de adu. §. utriuſq. uer. ſit etiã. & §. ſequitur. circa princ. & de fer. §. j. uer. ſed quid ſi iudex.*

QVARTO uerò caſu principali, quando in contractu uenditionis, locationis, cum pacto de retrouendendo interuenit fraus, dolus, uel ſimulatio ex parte utriuſque contrahentis, uel unius tantum: ſed nulla læſio in precio uenditionis, locationis, & pacti de retrouendendo: & tunc dic, ſi ex parte utriuſque interuenit dolus, fraus, uel ſimulatio, quia forte uenditor nõ habebat animum uendendi, neque emptor emendi uere: quòd petere poteſt, uel per confeſſionem eorum, uel per præſumptiones, de quibus dixi in precedenti caſu principali, & maxime per ea quę dicta ſunt in prima pręſump. & tunc non eſt dubium quòd contractus erit ſimulatus uel uſurarius, & poterit reſcindi de iure ciuili. ut l. emptione. & per totum titulum. C. plus ualere quod agitur, & habetur per Barto. & docto. in l. poſt contractum. ff. de dona. & per Barto. conſilio quod incipit, Petrus Nicolę. & per Doctores in l. diuerſas. C. mandati. Item poterit reſcindi de iure canonico, per dictum c. illo uos. extrà de pigno. & per c. ad noſtram. extrà de emptione & uendit. cum ibi not. per gloſſ. & Doctores. & etiam multo magis reſcindi poterit, & debebit in foro conſcientiæ, ex quo poteſt reſcindi de iure ciuili & canonico. Nam ubicunque lex, uel canon prouidens ſuper certo diſponendo ſecundum aliquam rationem, obtinet in foro iudiciali, rationabiliter obtinet in foro cõſcientiæ, ſecundũ beatum Thomam, ut refert & tenet Florianus, in l. ex parte hæres. §. ſeruo libertatis. ff. familiæ herciſcun. Si uerò probari non poſſet, uel præſumi ex uiolenta præſumptione, quòd dolus, uel



lus, uel fraus, uel ſimulatio interuenerit ex parte contrahentium, & tamen interuenit, & tunc licet nõ poſſet agi in foro ciuili uel canonico: quia deficit probatio, & non ius. l. duo ſunt Titij. de teſtament. tut. tamen in foro conſcientiæ, in quo deus [a] reſpicit & interrogat cor, & non manum, ut dicit beatus Auguſtinus in nouellis. & habetur per tex. xiij. quæſtio. v. ſi quid inueniſti. & eſt textus in clement. exiui. in antepenul. col. §. quamuis. de uerbo. ſignifica. ubi dicit, Qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi adminiſtrantium reſpicit ſimpliciter, non ad manum. & not. gloſſ. in l. iij. in princip. ff. de donatio. inter uirum & uxorem. ubi dicit, quòd ad cor reſpicit deus. ſine dubio dictus contractus eſſet illicitus, ſimulatus, & uſurarius. Nam hoc caſu non eſt dubium, quòd ambo contrahentes faciunt contra conſcientiam, ex quo in mente gerunt unum, & faciunt aliud: ergo eſt illicitũ & prohibitum, cum ad ueritatem uitæ pertineat, ut id quod exterius agitur, interiorem mentis diſpoſitionem & habitum repræſentet: ut dicit textus in dicta clementina, exiui. §. cupientes igitur, &c. Qui enim contra conſcientiam facit, ædificat ad gehennam, id eſt, ad ignem infernalem: ut eſt textus in c. literas. extrà de reſtitut. ſpoliatorum. & gloſſ. in c. ad aures. in uerbo conſcientia. extrà de ætate & qualitate. Sed ſi fraus, dolus, uel ſimulatio interuenit ex parte unius contrahentiũ tantùm, & tunc ſubdiſtingue: Aut interuenit ex parte uenditoris, aut ex parte emptoris. Si ex parte uenditoris tantùm interuenit dolus, fraus, uel ſimulatio, quia forte non habet in ueritate animum uendendi, quod quando ſit, colligi poteſt ex his quæ dixi in dictis præſumptionibus, & maximè in prima, & xvj. Et tunc aut emptor ſciebat manifeſte intentionem uenditoris, & ſic quòd ſimulate agebat, & quòd non habebat animum uere uendendi, uel per confeſſionem eius, uel per alias legitimas præſumptiones: & tunc idem, ſcilicet quòd contractus non iudicabitur illicitus, ſimulatus, uel uſurarius in foro contentioſo, ciuili, uel canonico: ex quo extrema, ſcilicet mala, intentio emptoris & uenditoris ſimul non concurrunt: ſed in foro conſcientię bene tenebitur emptor, etiam ſi habuerit animum emendi, & uoluerit potius emere, quam ſimulate agere: quia non ſatis eſt tibi bene uelle, niſi etiam bene facias: ut dicit beatus Ambroſius in libro de offi. & habetur in c. non ſatis. in principio. clxxxvj. diſtinct. Et eſt etiam ad hoc argu. in l. in illa ſtipulatione. ff. de uerbo. obligat.
91 *ubi dicitur, non ſufficit abſtinere a malo, niſi fiat quod bonum eſt. & ibi Barto. & idem ego puto, quando uenditor aliter non eſſet uenditurus, & peteret de gratis, quòd aliquis uellet emere. exemplum pone: Seius erat obligatus Titio ad dandum ſibi centum, & forte ſub pœna, uel aliquo intereſſe, & uult ſibi ſatisfacere, ne in pœnam, uel intereſſe incurrat. nec habet modum faciendi, niſi uendat unum fundum, uel det ipſi Titio inſolutum. Seius uult facere uenditionem mihi de dicto fundo, & eum à me conducere cum pacto de retrouendendo: & ego ſcio, uel Titius ſcit, quòd Seius non habet animum uendendi, & ſcio quòd aliter mihi non eſſet uenditurus, uel Titio in ſolutum daturus: quia forte Seius ita dixerat & proteſtatus fuerat, ut dixi ſupra in prima pręſumptione, & ſcio etiam, quòd faciam ſibi magnam

a Deus. *Deus cognitor eſt occultorũ. xxxii. q. ij. erubeſcãt. c. nouit. de iud. clem. exiui. §. quãuis. de uer. ſig. c. à nobis. ij. de ſentẽ. exco. deus offenditur ex fauore uſuris præſtito. cle. j. in princip. de uſuris.*

commoditatem uel utilitatem de
præſenti: quia liberabitur a dicto
debito de centum, & a pœna uel in-
tereſſe. Dico quòd talis contractus
eſſet illicitus, ſimulatus & uſurarius
in foro conſcientiæ. * Nam quan- 92
do non poteſt aliter ſubuenire, niſi
alter lædatur, commodius eſt neu-
trum iuuari, quàm grauari alterum.
ut dicit idem beatus Ambroſius in
libro de offic. & habetur xiiij. quæ-
ſtione quinta, denique. in principio.
Sic eodem modo & multo magis ſi
non poſſum ſubuenire uicino, qui
dicit ſe uelle uendere cum in ueritа-
te nolit, ſed potius pignorare, niſi
noceam mihi ipſi, qui facio contra
conſcientiam, ex quo ſcio illum non
habere animum uendendi, hoc face-
re non debeo. ut ibi. quod not. quia
multi in hoc errant. Aut emptor
neſciebat animum & intentionem
uenditoris, quia credebat quòd ha-
beret animum uendendi uere. & tūc
aut eſt in lata culpa, ſi ignorat quod
omnes ſciunt, ut in l. lata. & l. latæ.
ff. de uerborum ſignificatio. & idem
quia paria ſunt aliquid ſcire, uel ſci-
re debere. ut ibi. & l. quòd te. in fine.
ff. ſi certum petatur. & probatur per
uerba Auguſtini, quæ habentur
xxviij. q. prima. omnis. §. ex his,
ubi ſic dicitur, Omne quod aliter
fit, quàm probatur, peccatum eſt:
nō tamē omne quod fit cū fide, bo-
num eſt. ignorantia quæ ex culpa
nocet. Aut eſt in leui culpa uel leuiſ-
ſima, quod quando ſit habetur inſti.
quibus modis re contrahitur obli-
gatio. §. penultimo, in gloſſ. quæ in-
cipit, hic non aliud eſt dolum. &
tunc contractus eſt licitus, & non
tenetur emptor in aliquo uendito-
ri in foro conſcientiæ, quia ad hoc
ut quis teneatur in foro conſcien-
tiæ, maximè ad damni reſtitutionē,
opus eſt, quòd ſit in dolo uel lata
culpa: nec ſufficit quòd ſit in leui
uel leuiſsima: ſed ſolum tunc eſt ſibi
iniungenda pœnitentia de negli-
gentia, non de damno. argumen. lv.
quæſtione ſecunda. inebriauerunt.
& ita ſingulariter notat Innocentius
in c. ſicut dignum. circa finem. extrà
de ho. Aut emptor fuit in nulla cul-
pa, & tunc ſine dubio non tenetur
in foro ciuili uel canonico, neque
in foro conſcientiæ. & etiam nulla
pœnitentia ſibi eſſet iniungenda
per prædicta. quod eſt bene notan-
dum. Et ita intelligo quod notat
beatus Bernardinus in tractatu de
contractibus & uſuris, in ſermone
xxxix. articulo ſecundo. cap. primo.
ubi dicit, quòd ſi emptor agri inten-
tione ſimplici illum emat, & pre-
cio iuſto paratus ſemper retinere
illum, ſi uenditor noluerit ipſum re-
dimere, non eſt ibi uſura: quia nul-
la ibi interuenit ratio mutui, ſed ſo-
la emptio pura & ſimpliciter. qui
ſubdit quòd in iudicio animæ, &
ſic in foro conſcientiæ ſtandum eſt
in his conſcientiæ confitentis ſe pu-
ram & ſimplicem intentionem ha-
buiſſe. In iudicio enim animæ cuili-
bet eſt credendum. ut eſt textus in
cap. ſignificaſti. circa medium. & ibi
gloſſ. in uerbo, credendum. extrà de
homi. & notatur per gloſſam in cap.
tua qualiter tibi conſtiterit. extrà de
ſponſa. & not. gloſſ. in clementina
unica. in uerbo, non ualens. in fine,
de homic. Et eſt ratio, non eſt ueri-
ſimile quòd ſit immemor ſuæ ſalu-
tis, in quæſtione ſeptima. ſancimus.
Sed ego arbitror, quòd poterit
ipſe emptor, ſi uoluerit, agere con-
tra uenditorem ad reſcindendum
contractum tanquam ſimulatum. ar-
gumen. noſtrorum in l. & eleganter.
in principio. ff. de dolo. & in l. Iulia.
§. ſi quis colludente. ff. de action.
emptionis. & per id quod not. Bald.
l. prima.



l. prima. uerſicu. ſed hic quæro. C.
plus ualere quod agitur. & hoc ca-
ſu ſine dubio indiſtinctè tenebitur
uenditor in foro conſcientiæ. Sed ſi
ex parte illius qui dicitur emptor,
interuenit fraus, dolus, uel ſimula-
tio, quia non habuit animum uere
emendi, & intendebat in mente
quod eſſet pignus: quòd quando ſit,
patet ex his quæ dixi in præceden-
ti caſu principali in omnibus præ-
ſumptionibus. Sed ſi uenditor ha-
buit animum uendendi, & tunc in
foro contentioſo, ſecundum Ho-
ſtienſem & Ioannem Andr. in capit.
conſuluit. extra de uſuris. poteſt dici
talis contractus quaſi uſurarius. &
ſecundum dominum Laurentium de
Rodulphis de Florentia. in ſuo tra-
ctatu, de uſuris. ſuper cap. conſuluit.
de uſuris. quæſtione iiij. poteſt dici
uere ſimulatus & uſurarius. Sed ſe-
cundum me debet diſtingui, quia ex
parte uenditoris non poteſt dici con
contractus uſurarius, nec quaſi uſu-
rarius, ita quòd contra eum ad hoc
agi poſsit, ſiue uenditor ſciuerit, ſiue
ignorauerit malam intentionem em-
ptoris, ex quo ipſe uenditor habuit
animum uere & non ſimulate con-
trahendi: ſed ex parte emptoris bene
poteſt dici contractus ſimulatus, ita
quòd uenditor contra eum agere
poteſt ad reſcindendum cōtractum,
ſi uoluerit, adeo quòd eſt in electio-
ne ipſius uenditoris, an ualeat, uel
non ualeat dictus contractus, per no
tata in dicta l. eleganter. in princi-
pio. ff. de dolo. & in dicta l. Iulianus.
§. ſi quis colludente. ff. de action.
emption. Et ita intelligo quod no-
tat Baldus in dicta l. prima. uerſiculo
ſed hic quæro. C. plus ualere quod
agitur. quia licet talis contractus nō
ſit totus ſimulatus, reſpectu utriuſq;
partis, tamen ex parte emptoris tan-
tum poterit dici ſimulatus: ut pro-
batur in l. iuriſgentium. §. dolo ma-
lo. in fine. & ibi hoc notat dominus
Paulus de Caſtro. ff. de pactis. & hoc
intelligo uerum, ſi uenditor igno-
rauit malam intentionem emptoris,
& ſic non fuit in aliquo dolo uel cul
pa, ſecus ſi fuiſſet, quia tunc propter
dolum, uel etiam culpam ſuam, non
poſſet agere contra emptorem. Et
ita intelligo quod notat beatus Ber-
nardinus in dicto ſuo tractatu de cō
tractibus & uſuris, ſecundo articulo.
capi. primo. ubi dicit, ſecundum Ar-
chidiaconum, quòd licet emptor
non habuerit animum emendi, tamē
ab eccleſia ex hoc condemnari non
poſſet. In foro autem conſcientiæ,
quantum ad emptorem, indiſtinctè
talis contractus iudicandus eſt ſimu-
latus & uſurarius, ex quo ipſe ma-
lam intentionem habuit. ut habetur
per gloſſam in dicto c. conſuluit. ex-
trà de uſuris. & patet ex prædictis.
quantum autem ad uēditorem, idem
ſi ſciuit, uel ſcire debuit malam in-
tentionem emptoris, alias ſecus, ut
ex prædictis colligitur, etiam ſi nul-
la læſio interuenerit, ut dixi. quia nō
ſufficit benefacere, niſi id ex bono
fonte, hoc eſt, bona uoluntate pro-
ficiſcatur. ut dicit beatus Ambroſius
in libro de offic. & habetur lxxxvj.
diſtinct. non ſatis. in principio.* &
93 quia quicquid agant homines, inten
tio iudicat omnes. ut dicto c. conſu-
luit. & ibi glo. finalis, & Doctores,
de uſuris. & quia diuina iudicia talia
foris audiunt, qualia ex intimis pro-
feruntur, ſecundum beatum Grego-
rium in uigeſimoquinto libro mora
lium. & habetur uigeſima ſecunda
quæſtione quinta. humanæ. in princi-
pio. Et quod dictum eſt in emptione
& uenditione, idem eſt dicendum in
donatione inſolutū, & in alijs ſimili

 bus con

bus contractibus. Vt autem hæc materia clarius intelligatur, compræhendo omnes caſus, qui ex prædictis percipi poſſunt: & ex his quæ dixi primo caſu principali, & in prima præſumptione, & ſimul colligi debent. Sic breuiter concludas. Aut uterque contrahentium habuit animum uere, & non ſimulate contrahendi, quia emptor habuit animum uere emendi, & uenditor uendendi. aut neuter habuit animum uere contrahendi, quia ille qui dicitur uenditor, non habuit animum uendendi, nec ille qui dicitur emptor, habuit animū emendi. aut unus tantū habuit animum uere, & non ſimulate contrahendi. Primo caſu, quando uterque habuit animum uere contrahendi, uidelicet emptor emendi, & uenditor uendendi: quòd quando ſit, conſtare poteſt maxime per confeſsionem partium, ut dixi in prima præſumptione. tunc indiſtincte dicas, quòd ille contractus non poteſt dici ſimulatus, uel pignoratitius, ſiue uſurarius, etiam ſi eſſet læſio enormis in contractu uenditionis, & conductionis, & in pacto de retrouendendo. Et etiam ſi emptor eſſet ſolitus fœnerari, uel ſimiles contractus facere, ex quo ipſi uſurarij poſſunt celebrare ueros contractus, & quandoque ipſos uere, & non ſimulate celebrant. ut dicit Baldus in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. Et dixi ſuprà in decima quarta præſumptione. quia in incertis, non certis &c. l. continuus. §. cum ita. de uerborum obligatio. cum ſimilibus. Et dixi ſupra in primo caſu princip. difficile tamen erit probare in foro contentioſo, quòd uterque habuit animum uere contrahendi, quando interuenit læſio in contractu: uel emptor eſt ſolitus fœnerari, uel ſimiles contractus facere. Sed in foro conſcientiæ, facilis erit probatio, quia ſtabitur conſcientiæ confitentis ſe puram & ſimplicem intentionem habuiſſe, ut ſuprà dixi. & quando leſio interuenit, licet non poſsit dici contractus ſimulatus, fictitius, aut uſurarius, poterit tamen dici illicitus, inter quæ eſt differentia ſecundum ea quæ dixi in primo caſu princip. Secundo caſu quando neuter habuit animum uere contrahendi, uidelicet emendi & uendendi, quòd patere poteſt uel per confeſsionem eorum, uel per alias coniecturas, de quibus in omnibus præcedentibus præſumptionibus, & maxime in prima præſumptione, in princ. & tunc ſine dubio cōtractus iudicādus eſt ſimulatus & uſurarius, tam in foro contentioſo, quàm in foro conſcientiæ, etiam ſi non interueniſſet aliqua læſio iuſti precij, nec emptor eſſet ſolitus fœnerari, uel ſimiles contractus facere. quia in incertis, non certis, locus eſt coniecturæ: ut dixi. Tertio caſu principali, quando unus tantum contrahentium habuit animum uere contrahendi, & tunc aut ille ſolum qui dicitur uenditor, nō habuit animum uendendi, ſed emptor ſolum habuit animum emendi. Et tunc ſubdiſtingue. Aut emptor neſciebat manifeſte intentionem illius, qui dicebatur uelle uendere, quòd in ueritate non habebat animum uendendi: aut ignorabat, quia credebat, quòd haberet animum uendendi: ſi emptor ſciebat, in foro contentioſo non poterit dici contractus ſimulatus, uel uſurarius, ex quo extrema, ſcilicet mala intentio emptoris, & uenditoris, ſimul non concurrunt. Sed in foro conſcientiæ bene tenebitur emptor: ſi uerò ipſe ignorabat malam



malam intentionem uenditoris, & tunc aut ipſe fuit in lata culpa, & idem: aut fuit in leui, uel leuiſsima, & tunc ſecus: tamen pro culpa pœnitentia eſſet iniungenda emptori. Aut fuit nulla culpa, & tunc in nullo tenetur: ſed ipſe emptor poterit, ſi noluerit, agere contra uenditorem ad reſcindendum cōtractum, tanquam ſimulatū. & hoc caſu ſine dubio & indiſtincte tenebitur uenditor in foro conſcientiæ per prædicta. Sed ſi ex parte illius, qui dicitur emptor, interuenerit dolus, fraus, uel ſimulatio, quia non habuit animum emendi, & intendebat in mente ſua, quòd eſſet pignus. Sed uenditor habuit animum uendendi, & tunc in foro contentioſo debet diſtingui. quia ex parte uenditoris non poteſt dici contractus uſurarius, nec quaſi uſurarius, ita quòd contra eum de hoc agi poſsit, ſiue uenditor ſciuerit, ſiue ignorauerit malam intentionem emptoris: ex quo ipſe uenditor habuit animum uere, & non ſimulate contrahendi. ſed ex parte emptoris bene poteſt dici contractus ſimulatus, ita quòd uenditor contra eum agere poteſt ad reſcindendum contractum, ſi uoluerit, adeo quod eſt in electione ipſius uenditoris, an ualeat, uel non ualeat dictus cōtractus, per not. in d. l. & eleganter. in principio. ff. de dolo. Nam licet talis contractus non ſit totus ſimulatus, reſpectu utriuſque, tamen ex parte emptoris tantum, poterit dici ſimulatus. ut dicta l. iuriſgentium. §. dolo malo. cum ibi not. ff. de pactis. Et hoc intellige uerum, ſi uenditor ignorauit malam intentionem emptoris, & ſic non fuit in aliquo dolo, uel culpa. Secus ſi ſciuiſſet, quia tunc propter dolum, uel culpam ſuam, non poſſet agere contra emptorem. In foro autē conſcientiæ, quantum ad emptorem, indiſtincte talis contractus iudicandus eſt ſimulatus & uſurarius, ex quo ipſe malam intentionem habuit. Quantum autem ad uenditorem, idem ſi ſciuit, uel ſcire debuit malam intentionem emptoris, alias ſecus, etiam ſi nulla læſio interuenerit. Ex his colligi poteſt, qualiter in hac materia ſit formandus libellus, & qualiter ſit articulandum, ſiue capitulandum, tam ex parte emptoris, quàm uenditoris. & quid agendum ſit in foro cōſcientiæ, quę omnia bene nota. quia quotidie hæc poſſent contingere. & alibi non ita clare diſtincta reperies. Ad quæ adde omnino, quæ dixi in tertio caſu principa. in ſecunda præſumptione.

QVINTO uero caſu principali quando dubitatur, an in dictis cōtractib. interuenerit dolus, fraus, uel ſimulatio, & in damnum uenditoris interuenit læſio in uenditione, conductione, & in pacto de retrouendendo, uel in aliquo, uel aliquibus ex ipſis. Et in hoc ſic puto eſſet dicendum. Aut interuenit læſio in omnibus prædictis tribus contractibus, ſcilicet in uenditione, conductione, & pacto de retrouendendo. aut læſio non interuenit in omnibus prædictis ſimul, ſed in duobus tantum, aut interuenit læſio in uno tantum de prædictis. Primo caſu, quādo interuenit læſio in omnibus tribus prædictis contractibus: quod quando ſit, dixi plene in ij. iij. & iiij. præſumptione, & tunc ſine dubio præſumam dolum, uel fraudem, uel ſimulationem ſaltem re ipſa, propter quod redditur contractus illicitus, & præſumitur ſimulatus, & etiam uſurarius, ex quo illa concurrunt cū pacto de retrouendendo: ut probatur per ea quæ dixi in antè dictis præſumptionibus. & per ea quæ habentur

bentur in c.ad noſtram. extra de em-
pti.& uendi. & c. illo uos.de pigno.
& c. conqueſtus. extra de uſuris. &
in l. emptione. C. plus ualere quod
agitur. licet Cyn. ſecundum Iacobũ
de Aretio, ibi tenuerit contrarium.
de quo etiam latius dicam in uerſicu.
tertio caſ i.quando interuenit lęſio.
& in ſexto & ultimo caſu principali,
circa principium. Secundo caſu,
quando non interuenit læſio in o-
mnibus tribus prædictis, ſed in duo-
bus tantum, uidelicet in uenditione,
& conductione tantum, uel in uen-
ditione, & pacto de retrouendendo,
uel in locatione & pacto de retro-
uendendo, & tunc aut interuenit
læſio in conductione uel pacto de
retrouendendo, habito reſpectu ad
ualorem rei uenditæ, & eius fru-
ctuũ uel redditũum. Aut habito re-
ſpectu ad naturã liuelli[a], aut habito
reſpectu ad pecuniam ſolutam. Si in-
teruenit læſio habito reſpectu ad ua
lorem rei uenditæ, & eius fructuum,
uel redditũum, & tunc idem crede-
rem quod in caſu præcedenti, ſci-
licet quòd dolus, uel fraus, uel ſimu-
latio præſumatur interueniſſe: &
ꝙ contractus ſit illicitus, & præſu-
matur ſimulatus, & uſurarius. Exem
plum pone, emi à te fundum pro cen
tum, qui ualebat centum & quin-
quaginta, locaui tibi eundem fun-
dum pro ficto quinquaginta libra-
rum, qui fictus eſt ultra iuſtum
precium, etiam habito reſpectu ad
ualorem rei uenditæ. Aliud exem-
plum, quando eſt læſio in uenditio-
ne, & in pacto de retrouendendo.
Emi fundum à te pro centum, qui
ualebat centum & quinquaginta,
& feci tibi pactum de retrouenden-
do pro centum & ſexaginta, & hoc
eſt ſine dubio. Si uerò in damnum
uenditoris interuenit in uenditione

*[a] Liuelli. Liuell⁹, de quo loquitur glo. in aut. ingreſſi. C. de ſac. ſan. eccl. & in l. ſi finita. §. ſi. de uectigalibus. de damno infect. & Alexã. in conſi. xciiij. iiij. parte. & d. §. ſi de uectigalib⁹. v. charta.*

& in conductione læſio, habito re-
ſpectu ad naturam liuelli, licet non
habito reſpectu ad rem uenditam,
uel eius fructus, uel ad pecuniam per
emptorem ſolutam: & idem dicen-
dum quod in præcedenti, ſcilicet
quòd præſumatur contractus uſu-
rarius & ſimulatus: exemplum, emi
fundum à te pro centum, qui ualet
centum quinquaginta, in hac uen-
ditione eſt læſus uenditor in quin-
quaginta. Deinde locaui tibi in per-
petuum eundem fundum pro iuſto
precio, habito reſpectu ad naturam
liuelli, & ſic ultra quinque pro cen-
tenario, quæ quinq; pro centenario
ſunt iuſtũ precium liuelli: ut ſupra in 94
ſecunda præſumptione. * Sed du-
bium eſt, an iſta quinque pro cente-
nario debeant eſſe, habito reſpectu
ad pecuniam ſolutam per emptorẽ,
an ad ualorem rei, uel eius fructuum.
exemplum in prædicto, quando fun-
dus uenditus pro centũ, ualebat cen-
tum & quinquaginta, habendo re-
ſpectum ad pecuniam ſolutam, erũt
quinque tantum. ſed habendo re-
ſpectum ad ualorem fundi uenditi,
erunt ſeptem cum dimidio. Credo
quòd de iure ciuili, uel canonico
debeat haberi reſpectus ad ualo-
rem fundi uenditi: ſed in foro con-
ſcientiæ, credo quòd debeat habe-
ri reſpectus ad pecuniam per empto-
rem ſolutam, ut ſtatim dicam in ſi-
mili caſu ſequenti. & dixi ſupra in
tertia præſumptione. Sed ſi læſio in-
teruenit in damnum uẽditoris, eiuſ-
demq; conductoris in uenditione,
uel in locatione, uel in pacto de re-
trouendendo, habito reſpectu ad
ipſam rem uẽditã uel eius fructus, &
redditus, ſed habito reſpectu ad pe-
cuniam ſolutam ſecus. Exemplum
de locatione, emi à Titio fundum
pro centum, qui ualebat centum
& quinqua



& quinquaginta, & eundem ſibi lo-
caui pro ficto ſeptem cum dimidio.
Nam iſte fictus eſt iuſtus, habito re-
ſpectu ad rem emptam, & eius ua-
lorem, ac etiam eius redditus, quia il
le fundus communiter locaretur pro
illis ſeptem cum dimidio. Sed poteſt
dici iniuſtus fictus, habito reſpectu
ad centum ducatos, quos ſolui pro
emptione dicti fundi, quia ſolum-
modo pro centum ducatis ſoluun-
tur quinque aurei de liuello, ut in-
frà dicetur. Et dixi ſuprà in tertia præ
ſumptione. Aliud exemplum eſt de
læſione in pacto de retrouendendo.
Emi à Titio fundum pro centum, qui
ualet centum & quinquaginta duca-
tos, & feci ſibi pactum de retrouen-
dendo pro centum & quinquagin-
ta duca. nam illi centum & quinqua-
ginta duca. ſunt iuſtum precium quo
ad ualorem fundi, ſed non quo ad
pecuniam per me ſolutam in emen-
do dictum fundum, quæ fuit ſolum
uſque ad ſummam centum duca. Et
iſtis caſibus uidetur, quod dicta pen-
ſio ſit iuſta & licita, & ſic dictum pa
ctum de retrouendendo ſit iuſtum
& licitum: quod ſic probatur. Nam
ſi ego emi à Titio fundum pro cen-
tum, qui ualet centum quinquagin-
ta, incontinenti efficitur meus, in-
teruenıẽte traditione actuali, uel cõ-
ſtituto, ſi uendens erat dominus. ut
l. traditionibus. C. de pact. & l. quod
meo. in principio. cum ibi nota. ff.
de acquirend. poſſeſſ. & per id quod
nota. in l. ab emptione. ff. de pact. Si
ego locarem eundem fundum alte-
ri quàm Titio, certe iuſta penſio eſ-
ſet iudicanda, habito reſpectu ad ua
lorem ipſius fundi, & eius fructuum,
& non habito reſpectu ad precium,
pro quo ego emi, quia illud non eſt
attendendum. ut habetur in l. ij. C. de
reſcind. uendit. & in l. ſi quos. eodem
titul. & in l. hæreditatum. ff. ad l. Fal.

cum ſi. Et pro hoc facit quod dixi
ſupra in ſecundo caſu principal. in
tertia præſumptione. quæ & eodem
modo ſi eundem fundum uellem al-
teri uendere quàm Titio, poſſem li-
cite uendere pro c. & quinquagin-
ta, & ſic pro eo precio quo ualet i-
pſe fundus, licet ego ipſum emerim
à Titio pro minori & iniuſto pre-
cio. ut habetur in dicta leg. ij. C. de
reſcind. uendi. & licet fundum quod
uiliſsimo precio emerim, non tamen
per hoc teneor alteri pro eodem pre
cio uendere, uel habito reſpectu ad
illud precium locare. Et pro hoc ui-
de quod dixi ſuprà in xvij. præſum-
ptione. ſicut econtra, ſi emerem fun-
dum pro centum & quinquaginta
duca. qui ualeret niſi centum, & uel-
lem eum alteri uendere uel locare,
non deberem habere reſpectum ad
precium quod ſolui, ſed ad ueram
95 æſtimationem ipſius fundi. * & ſic
licet fuerim deceptus in emendo fun
dum, tamen alij locando uel uenden
do eundem fundum, decipere non
poſſum, nec debeo. argument. gloſſ.
nota. & quod ibi etiam nota. per do.
Paul. de Caſtro. in l. ſi te bonis. C.
de iure deliberand. & l. ſi filia. in prin
cipio. ff. famili. herciſc. & facit ad prę
dicta optimus textus. in l. hæc uen-
ditio. §. final. ff. de contrahen. em-
ptio. & l. Iulia. §. ſi inter emptorem.
ff. de actio. emption. & l. ſi pater. §.
pen. ſi fundum. ff. de pactis dota-
libus. Sic & eodem modo uidetur
dicendum, quando res empta loca-
tur uenditori, & ſibi fit pactum de
retrouendendo, quia licet iſti tres
contractus, uenditio, locatio, & pa-
ctum de retrouendendo concurrant
in una tantum perſona, & uno & eo
dem tempore, tamen ſunt diuerſi,
ut de ſe patet. Et prædicta proce-
dunt quando dicti tres contractus
de per ſe celebrantur, licet uno &



eodem

eodem tempore ſucceſsiue : ſecus forte, ſi in uno & eodē contractu, uēditio, locatio, & pactum de retrouendendo celebrarentur, ut quia dictum ſit, quòd talis uenditio cū pacto de locando, & cum pacto de retrouendendo, nam omnia ſunt unius contractus, ſcilicet uenditionis, cum duobus pactis, ut dixi ſuprà, in ij. præſumptione, in fi. & ideo tunc etiam, ſi eſſet pactum de retrouendendo pro eodem precio, pro quo emit, & eſſet pactum de conducendo pro fictu, habito reſpectu ad pecuniam ſolutam ualeret : nec diceretur eſſe aliqua deceptio. quia cenſeretur, quòd illud quo plus ualet eſſet melioramentum ipſius uenditionis. Iuxta nota. in l. fi. C. de iure emphyteot. Item prædicta procedunt ubi aliter de conſuetudine loci non conſtaret, ſecus ſi conſuetudo loci uel patriæ in contrarium eſſet, ſicut eſt in ciuitate Veronæ, uidelicet quòd res uendita pro minori precio quàm ualeat, locari ſiue liuellari conſueuit eidem uenditori pro fictu, habito reſpectu ad pecuniam ſolutam per emptor. & non habito reſpectu ad ualorem rei uenditæ uel eius fructum. Nam hoc caſu propter conſuetudinem loci illud reputabitur iuſtum precium fictus, quod eſt habito reſpectu ad pecuniam per emptorem ſolutam : & iniuſtum reputabitur, ſi excedit ſummam precij habito reſpectu ad pecuniam per emptorem ſolutam : & hoc debet attendi, licet ſit iuſtum habito reſpectu ad ualorem rei uenditæ uel eius fructuum : argument. l. ſemper in ſtipulati. cum ibi nota. ff. de regulis iuris. Ad quod uide quod ſtatim dicam in uerſicul. niſi dicamus. Item prædicta intelligas uera ſine dubio, quando in uenditione non fuit læſio prope dimidiā iuſti precij, quia nec de iure ciuili, nec de iure canonico quibus licitum eſt contrahentibus ſe decipere in precio, ut dixi ſupra in ſecunda præſumptio. reputabitur contractus illicitus nec uſurarius. ut probatur in c. ad noſtram. ibi, quæ uix dimidiam iuſti precij cōtingebat. extra de emptio. & uenditi. in d. ſecunda præſumption. Sed ſi eſſet læſio in uenditione citra dimidiam iuſti precij, tunc de iure ciuili & canonico, poſſet uenditor agere contra emptorem : uel quòd emptor reſcindat contractum, uel quod ſuppleat iuſtum precium, in electione emptoris qui decepit [a]. ut eſt caſus in dicta leg. ſecunda. C. de reſcinden. uendit. & in c. cum cauſa. extra de emptio. & uendit. & tunc ſi emptor eliget ſupplere iuſtum precium, in nullo remanebit læſio ſaltem pro futuro: ſed ſi eliget reſcindere contractum uenditionis, in conſequentiam reſcindetur etiam contractus locationis & pacti de retrouendendo. & ſic etiam hoc caſu non remanebit læſus in locatione pro tempore futuro, nec etiam pro præterito, cum locatio fuerit iuſta reſpectu ualoris rei ut dixi. & ſic concludendo talis contractus non reputabitur uſurarius in foro ciuili uel canonico. cum una tantum læſio ſcilicet in uenditione interuenerit : ut dicam ſtatim in tertio caſu huius diſtinctionis. *Item 9
prædicta ſunt uera, quando fuit ſimplex locatio ad certum tempus, quo caſu habetur reſpectus in fictu ad ualorem rei uenditæ & locatæ & eius fructum. ut habetur in §. quia uero leonis. in autentica, de non alienandis. columna ſecunda. & dixi in tertia præſumptione. Sed ſi fuiſſet locatio perpetua. & liuellaria, tunc deberet haberi reſpectus ad naturam liuelli, quæ eſt quòd non habeatur reſpectus ad ualorem rei uen-

ditæ

[a] Decepit. Deceptio ipſa dicitur ultra dimidiā iuſti precij: in l. ſtipulatio hoc modo. v. col. de uerb. obligat.



ditæ, uel eius fructuū, ſed ad rationē quinq; pro centenario ualoris dictæ rei uenditæ, & locatæ. ut habetur in d. §. quia uero leonis. & dixi ſuprà in tertia præſumptione. & ideo Veronenſes erraſſe uidentur, qui emerunt fundum pro centum, & ſic pro iuſto precio, & eundem locauerunt iure liuelli ipſi uenditori, pro uigintiquinque libris dena. Sic præſuppo nimus ducatum fuiſſe ualoris quatuor librarum, quia dictæ uigintiquinque libræ non erant iuſtum precium liuelli, quia tunc erant in ratione ſex, & unius quarti, pro centenario, ſed debuiſſent tunc locare pro uiginti libris tantum, & ſic in ratione quinque pro centenario. ut dixi ſupra in tertia præſumptione. in fin. & eadem ratione nunc omnes errare uidentur, qui fundum cen- 97
tum aureis emptum, pro quinque & uiginti libris denariorum locant iure liuelli, cum aureus nunc ſit ualoris quatuor librarum cum dimidia, nam uidetur eſſe iuſta penſio : quia eſt in ratione quinque ducatorum, & duarum librarum cum dimidia. Conſtituunt enim hodie, uigintiduæ libræ cum dimidia quinque aureos. Ex quo concluditur, quòd hodie iuſta penſio liuelli eſſe deberet pro fundo centum aureorum, in xxij. libris cum dimidia tantum, & eadem ſimilis computatio eſt facienda alibi, ſecundum diuerſitatem ualoris monetarum, niſi dicamus, quòd conſuetudo patriæ hoc excuſet. argument. l. ſemper in ſtipulationibus. cum ibi nota. ff. de regulis iuris. præſertim cum illa iuſtificatio penſionis pro liuello, ſcilicet quinque pro centenario, ſit introducta de iure ciui. ut habetur in dict. §. quia uero leonis. in autenti. de non alienandis. & in auten. perpetua. C. de ſacro ſanct. eccleſi. quæ eſt canonizata, decima quæſtione ſecunda, perpetua. & ſic uidetur quòd per conſuetudinem, uel ſtatutum unius loci, quod eſt ius commune in illo loco, ut l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & inſtitutio. de iure naturali, gen. & ciuili. §. primo, coniuncto §. ex non ſcripto. eodem titul. & coniuncta l. de quibus. ff. de legib. cum ibi nota. cum ſi. poſſit mutari, uel minui, uel emendari id quod de iure communi eſt introductum. ut probatur in l. ius ciuile. ff. de iuſtit. & iure. & habetur per Doctores in dictis iuribus. & §. ſed naturalia. inſtitu. de iure naturali, gentiū, & ciuili. Facit quod habetur per Cynum, & Doctores, in l. ſancimus. C. de nupti. & in autenti. nouiſsima. C. de inofficio. teſtamēt. ubi habetur an legitima poſsit per ſtatutum tolli, uel minui. *Item ad hoc facit, quia conſuetudo excuſat quandoque in delictis. ut probatur iiij. diſtinct. denique. Et ibi hoc nota. gloſſ. in uerbo, conſuetudinem. Item pro hoc quod nota. Baldus in l. per diuerſas. in ij. columna. C. mandati. qui dicit quòd conſuetudo poteſt contractum approbare, & improbare. argumen. ff. ſi cert. pet. l. certi condictio. §. ſi nummos. Item pro hoc textus in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ibi, quia id facit quod ei publice facere licere arbitratur. ff. de ædil. edic. & quod nota. ibi per Bartol.

Qui dixit per illum textum, quòd ſi quis facit aliquem actum qui communiter exiſtimatur licitus: contrarium tamen eſt in ueritate, quia ſapit uſurariam prauitatem, quòd ex hoc non dicitur uſurarius, ut dixi ſupra in principio huius tractatus. Item pro hoc quod nota. Ioan. de Imol. in clement. j. electionib. ibi, & nota. ubi dicit, quòd tolerantur geſta uirtute communis opinionis, licet poſtea declaretur, opinionem communem

non

non fuiſſe iuridicam: quod eſt ſingulare. Facit quòd habetur in l. j. C. de teſtibus. & in l. Barbarius. ff. de officio prætor. Item quod dictum eſt ſupra, quòd iuſtum precium fictus, uel pacti de retrouendendo, eſt in foro ciuili uel canonico, habito reſpectu ad ualorem rei uenditę, eiuſdémque locatæ, & non ad precium ſolutum, procedit etiam in foro conſcientiæ, quando res empta ab uno locaretur alteri, uel alteri fieret pactum de retrouendendo, per prædicta. ſed ſi res uendita locaretur eidem uenditori, uel eidem fieret pactum de retrouendendo eâdem rem incontinenti, uel actum eſſet ante de locando uel reuendendo, & uenditor fuit læſus in uenditione, credo quòd iuſta penſio, uel iuſtum precium pacti de retrouendendo ſit habito reſpectu ad pecuniam ſolutam, & non ad ualorem rei uenditæ uel eius fructum. Sed eſt ratio, quia licet contractus uenditionis ſit alius à contractu conductionis, & pacti de retrouendendo, & ſic quantum ad eorum ſubſtantiam, ſint ſeparati & diuiſi, tamen quantum ad mentem uenditoris, eiuſdemq; conductoris ſunt connexi & dependentes: quia uenditor non fuiſſet aliter uenditurus fundum, niſi emptor eundem fundum ſibi locaſſet cum pacto de retrouendendo: & ſic tacite ualuit, quòd quicquid ualeat fundus uenditus ultra precium ſolutum, ſit melioramentum & de iure ipſius uenditoris, eiuſdemque conductoris. Item quia ſi contractus primus principalis uenditionis fuit iniuſtus & illicitus in foro conſcientię, quãdo fundus fuit uenditus minori precio, cum in eo non ſit licitum contrahentibus ſe decipere etiam in precio, ut dixi ſuprà in ſecunda præſumptione: ergo omnis penſio, uel ſolutio quæ fuerit ratione illius pluris, in quo fuit deceptus uenditor, eſſet iniuſta uel illicita ratione dependentiæ [a] & con-
nexitatis, * quia dependentium & 98
connexorum idem eſt iudicium, & eadem eſt natura. ut probatur in l. cum actum. in principio. ibi, plane ſi quid connexum fuerit. ff. de negoti. geſto. & ibi nota in c. quando. ibi, ita coniuncta eſt & connexa. extrà de iudici. Et optime probatur in l. tutorem qui tutelam. ibi, connexam ratione. ff. de admini. tutorum. Item quia cum in principali fuerit læſio, ergo uidetur eſſe etiam in omni eo quod ſequitur ex illo, ſecundum naturam illius principalis. ut probatur in l. cum principales. ff. de reg. iuris. Vnde ſi fuit læſio in uenditione & locatione, uel pactum de retrouendendo fiat reſpectu quantitatis precij ſoluti pro re emenda, erit læſio in acceſſorio ſecundum naturam principalis, à quo dependet. ergo ſicut principale, ſcilicet precium uenditionis eſt illicitum, ita & etiam illud quod ſequitur ex eo ſecũdum naturam illius principalis, ſcilicet penſio præd. uel precium in pacto de retrouendendo. quòd bene nota. quia Docto. non tangunt.

a Depẽdẽtię. Dependẽs quid intelligatur, et quid connexũ, uide Alex. conſil. cxcvj. in ij. parte.

SEXTO caſu principali, quando interuenit læſio in uno tantum, uidelicet aut in uenditione, aut in locatione, aut in pacto de retrouendendo. Et tunc ſubdiſtingue ut dixi in caſu præcedenti. Aut illa læſio non eſt prope dimidiam iuſti precij, ſed minus. Aut eſt prope dimidiam iuſti precij, aut eſt ultra uel citra dimidiam, ſed non eſt prope dimidiam iuſti precij. & tunc talis contractus in foro ciuili, uel canonico non reputatur illicitus nec uſurarius, quia licitum eſt contrahentibus ſe decipere in precio. ut dixi ſuprà in ij. præſumptione. Si uero eſt læſio prope



dimidiam iuſti precij, & tunc dic idem, quod dicetur in ſequenti caſu, quantum ad præſumendum contractum ſimulatum, uel uſurarium, & quando dicatur eſſe prope dimidiam iuſti precij, dicetur infra. Sed ſi læſio eſſet ultra uel citra dimidiam iuſti precij in perſona uenditoris, eiuſdemque conductoris, & tunc dictus contractus, in quo eſt læſio, eſt illicitus, quantum ad hoc ut poſſit peti contractum reſcindi, uel ſuppleri iuſtum precium. ut d. l. ij. C. de reſcind. uendi. & d. c. cum cauſa. extra de emptio. & uendit. Sed quantum ad hoc ut cõtractus dicatur ſimulatus, pignoratitius, ſiue uſurarius, & ſic quòd fructus percepti computentur in ſortem, in foro ciuili, uel canonico, uel conſcientię: ſubdiſtingue. aut hoc unum tantum interuenit, ſcilicet læſio in uenditione ſolum, & non fuit appoſitum pactum de retrouendendo, nec eſt emptor ſolitus fœnerari nec eſt aliqua alia mala præſumptio. Aut interuenerunt duo, ſcilicet lęſio unica in precio, uidelicet in uno tantum contractu, & pactum de retrouendendo. Aut interuenerunt tria, ſcilicet læſio, pactum de retrouendendo, & quòd emptor ſit ſolitus fœnerari. Aut interuenerunt plura quam illa tria, quia inerant aliquæ aliæ præſumptiones, de quibus plene dixi ſuprà in iij. caſu principali. Si interuenit illud unum tantum, ſcilicet læſio in uenditione, uel in alio contractu tantum, & uidetur quòd præ-
99 ſumatur ſimulatio, quia ex paruitate precij præſumitur fraus. * Nam & ceſsio propter modicum precium, præſumitur ſimulata, ut not. in l. per diuerſas. C. mand. & parua quantitas precij, eſt argumentum doli. ut l. cum hi. §. modus. ff. de tranſact. & nota. per gloſ. in c. ad noſtram. in uerbo dimidiam. extrà de emptio. & uendit. Tu tamen teneas indiſtincte, quòd contractus iſte nõ poteſt aliquo modo præſumi uel dici ſimulatus, uel uſurarius ex paruitate precij, in uno contractu tantum, quantumcunque eſſet ultra uel citra dimidia iuſti precij. ut probatur in l. interpoſitas. C. de tranſa. ubi probari uidetur, quòd ad dolum arguendum non ſufficit probare qualitatem cauſæ principalis, forſan quia erat magna, & pecunia modica data eſt: & propterea dicit ibi Ange. quòd non uidetur ſufficere reprobare exiguitatem precij, ad concludendum neceſſario contractum ſimulatum. & pro hoc allego text. cum gloſſ. in uerbo, precij. in l. dolus. C. de reſcin. uendi. & ita tenet etiam Cyn. ſecundum Iacob. de Are. in l. emptione. in iij. quæſt. C. plus ualere quod agitur. & iſtud eſt ueriſſimum, & ſine aliquo dubio prædict. & apparebit etiam ex his quæ ſtatim dicentur, iſto tamen caſu, ſi uenditor & conductor eſſet læſus citra uel ultra dimidiam iuſti precij, competeret ſibi beneficium dict. l. ij. C. de reſcind. uendi. & c. cum cauſa. extrà de emptio. & uend. iuxta ibi nota. ſi uero interuenerunt duo tantum, ſcilicet læſio unica in precio, & pactum de retrouendendo: & tunc quid præſumendum. Certe in hoc adhuc ſub
100 iudice lis eſt. * Vnde in hoc diligenter eſt aduertendum, quia una clauis huius operis conſiſtit in hac dubitatione quotidiana. & Doctores ſunt uarij. Reperio enim quamplurimos legum & canonum uertices tenere, quòd ad præſumendum contractum ſimulatum, ſiue pignoratitium, & uſurarium ſufficiunt iſta duo tantum, ſcilicet pactum de retrouendendo, & enormitas ſiue paruitas precij. & dicunt, quòd de hoc eſt caſus in c. ad noſtram. extrà de emptio. & uendit. ibi, quòd patet ex eo, ubi ille textus
hæc

hæc duo tantum ſufficere uelle uidetur. Item allegatur de hoc gloſſ. ordin. Bernardin. c. conqueſtus. extra de uſuris. quæ ſic intellexit dictum c. ad noſtram. Dicit enim illa gloſſ. ſic, quod ſi uenditio eſt facta minus iuſto precio, & factum pactum de retrouendendo, quòd præſumitur pignus, præcipue ſi emptor uſurarius eſt: quia dictio præcipue, includit. Item ſi emptor non eſt uſurarius, ſicut dicitur in dictione maxime: ut eſt gloſſ. ordinar. in l. illud. ad fin. ff. ad l. Aquil. & gloſſ. in c. ad abolendam. extra de filiis preſbyterorum. de quo uerbo, maxime, uel præcipue, dicetur infra. itē hoc etiā uidetur tenere Inn. in c. ad noſtrā. de emptio. & uendi. Item hoc uidetur etiam tenere Archi. xiiij. quæſtione. iij. plerique. Item uidetur etiam tenere Ioan. And. in d. c. ad noſtram. Item etiam hoc tenet Anton. de Butr. qui dicit, quòd ſola paruitas precij, & ſolum pactum de retrouendendo, non faciat præſumi contractum ſimulatum, tamen ſimul iuncta, bene faciunt præſumere contractum ſimulatum, maxime ſi emptor conſueuit exercere uſuras. ut dicit gloſſ. in d. c. conqueſtus. extra de uſuris. item iſtam opinio. uidelicet quòd iſta duo pactum de retrouendendo, & paruitas precij faciāt præſumere contractum ſimulatum, tenet etiam Alber. de Ro. in l. emptio. C. plus ualere quod agitur. qui dicit quòd ſi recte inſpiciatur, hoc clare. c. ad noſtram. de emptio. & uenditi. nam dicitur ibi, quòd ex eo ſolum quòd res erat longe maioris precij, & pactum de retrouendendo præſumitur contractus pignoratitius. & dicit etiam ibi, quod ita de facto obtinuit coram magis peritis. & quod ita nota. in d. c. ad noſtram. & c. illo uos. de pignor. per Bernardi. Innocen. Hoſt. & Goffred. in ſumma de pignor. in fin. & Spec. tangit de uſuris. uerſi. ſi autem. quia ex indicijs, & coniecturis, fit probatio. Item iſtam opinio. tenet etiam Ioan. de Imol. in d. c. noſtram. & ſubdit, quòd iſta eſt communis opinio. Poſtremo hanc partem tenuit reuerendus in Chriſto pater dominus Ioan. de Caſtell. epiſcopus Vicentinus in lectura, in præallegato c. ad noſtram. & totum collegium Mediolanenſe & Papienſe idem tenuere uiſa opinione prædicta domini epiſcopi Vicentini. & ita etiam reperio conſultum per dominum Signorinum de Homedeis de Mediolano. quod conſilium incipit, In dei nomine amen. Certo tempore Ioannes de Homedeis egens pecunia. cui conſilio ſubſcripſerunt dominus Benedictus de Plumb. dom. Raphael Fulgo. dom. Thadeus de Vico Mercato. dom. Proſdocimus de Comitibus. dom. Ioan. Franciſc. de Capitibus Liſte. do. Henricus de Alauio. do. Alexand. & dom. Benedictus de Doctoribus. Reperi etiam bis conſuluiſſe dom. Anton. de Roſellis. Et licet prædictorum autoritas ſit maxima, tamen ego comperio multos alios Doctores, etiam maximæ autoritatis tenere contrarium, uidelicet quòd iſta duo tantum ſimul iuncta, ſcilicet paruitas precij, & pactum de retrouendendo non faciant præſumere contractum ſimulatum. Et iſta fuit opinio Iacob. de Aret. quem ſequitur Cynus in l. emptione. in iiij. quæſtione. C. plus ualere quod agitur. qui dicunt in effectu quòd contraria opinio non probatur in c. ad noſtram. de empti. & uendi. nec in c. illo uos. de pigno. quia ibi erant alia adminicula, ſeu præſumptiones, nam in c. illo uos. erat pactum, quòd fructus percepti in ſortem computentur, & quòd ultra ſummam receptam, lx. ſoluentur. & erat in poteſtate emptoris, quando deberet res recuperari. & in c. ad noſtram. debebat aliquid reddi ſupra datum, per quod uidebatur uſura, & quòd fructus debeant in ſortem computari, quòd eſt contra naturam emptionis: ſed iſta duo non probantur in d. c. ad noſtram. nec ei non conueniunt. ut nota. etiam Ioan. Andr. in c. illo uos. & iſtam opinion. tenet Baldus. in dicta l. emptio. C. plus ualere quod agitur. & in c. primo. in titu. de feud. dato in uicem legis commiſſ. & in uſi. feud. Et cum iſta opinione Cyni uidetur tranſire Ioann. Andr. in c. illo uos. ſuperius allegat. Et hanc opinio. ſequitur etiam dom. Petr. de Anch. in d. c. ad noſtram. & eam tenet Cardin. Florenti. in d. c. & in d. c. illo uos. qui dicit ſe hoc conſuluiſſe in quæſtione facti huiuſmodi. * Quidam recepit à Titio certam quātitatem pecuniæ mutuo, puta centum, & pro illis centum, fecit uenditionem Titio de prædio ualoris ducentorum. Deinde per aliud inſtrumentum promiſit Titius retrouendere, ſolutis ſibi centum, dicit ſe conſuluiſſe, quòd ex hoc poterat præſumi contractum fœneratitium, ex quo non fuerat appoſitum pactum, de fructibus in ſortem computandis, quo caſu procederet c. illo uos. de pignor. Et hanc ſententiam tenet egregius Doctor, & in materia uſurarum ſummus interpres, dominus Laurentius de Rodulphis de Florentia, in ſuo elegāti, & copioſo tractatu de uſuris, in quæſtione lx. ubi refert, quòd egregius Doctor, & magnus practicus dominus Laurentius de Pynu. dicebat in d. c. illo uos. in practica ſeruari, quòd 102
illa tria requirantur: ſcilicet pactum de retrouendendo, & paruitas precij, & quòd emptor ſit ſolitus fœnerari, uel ſimiles illicitos contractus facere. In hac etiam opinione uidetur fuiſſe dominus Paulus de Caſtro in ſuo conſil. cccxxxvj. quod incipit, in Chriſti nomine amen. In cauſa mota per dominam Dorotheam. in ij. colum. ubi dicit, nec appareant hic illæ coniecturæ, quæ faciunt præſumere contractum pignoratitium, ſcilicet quòd res multo plus ualebat, & quòd fuit appoſitum pactum de retrouendendo, & quòd emens erat uſurarius, ſecundum ea quæ notantur, & habentur in d. c. illo uos. & in dict. c. ad noſtram. Et idem dominus Paulus, in eodem conſilio in v. colum. in principio ſubiungit, Communiter autem Doctores dicunt, quod ſufficiūt tres præſumptiones ad probandum contractum ſimulatum, uel fictitium: & aliqui dicunt ſufficere duas. de quo nota. in l. emptione. C. plus ualere quod agitur. & ſic do. Paul. in effectu uult, quòd licet aliqui uelint, quòd duæ præſumptiones tantum ſufficiant, communiter tamen dicetur, quòd tres prædictæ requirātur, uel illæ ſufficiant. & ſecundum iſtam opinio. uidi etiam conſultum per multos præclariſſimos Doctor. canoniſtas. & iſtam opinio. ſemper tenui & allegando, & conſulendo pro ueriori, & nunc etiam teneo, & ſi caſus occurreret, ita conſulendū, & iudicandum eſſe cenſeo: quicquid dicatur per Doctor. ſuprà pro j. parte deductos. Quia hæc opinio, quam teneo non modo autoritatibus plurimis, & quàm maximis adiuuatur, ſed etiā pluribus probabilibus, & potioribus rationibus comprobatur: argumen. textus xx. diſtinct. §. decretalibus. ubi ita ſcribitur, * Quo enim quiſq; magis ratione utitur, eo maioris autoritatis, eius uerba eſſe uidentur

per text.nona diſtin.c.ego ſol.in fin. ibi, uel probabiles rationes. & per id quod ibi nota.in gloſſ. ſecunda. & licet multæ rationes in medio adduci poſſunt pro ſecunda opinione, quam teneo: tamen ne uidear tractatus modum excedere, nonnullas tantum ex pluribus referam. Et primo, quando iſta duo tantum interuenerunt, ſcilicet paruitas precij, & pactum de retrouendendo, quòd contractus non præſumatur pignoratitius, ſimulatus, uel uſurarius, probatur ſic ex forma contractus, non apparet quòd ſit ſimulatus uel uſurarius: ergo hoc dicere non debemus.argum.c.illo uos.cum gloſſ.in uerbo, ex forma. de pignor. & argum.c.in ciuitate.cum gloſſ.in uerbo, ex forma. extra de uſuris.

103 * Secundo quia in dubio ſtandum eſt inſtrumēto, nec præſumitur in dubio ſimulatus uel uſurarius.ut l.cum precibus.C.de probatio.Et dixi ſuprà poſt præſumptiones, in uerſi. ſed contra prædictas præſumptiones. ibi, ex quibus uidetur. Tertio quia hoc non reperitur iure cautum, uidelicet quòd paruitas precij ſolum in uno contractu, coniuncta cum pacto de retrouēdēdo, faciat præſumere contractum ſimulatum, ſeu in fraudem uſurarum celebratum, niſi interuenerint aliæ præſumptiones uel coniecturæ: ut quia emptor ſit ſolitus fœnerari uel alios contractus huiuſmodi ſuſpectos uel illicitos facere.ut probatur in c.illo uos. & in c.ad noſtram. ſæpiſsime allegatis. & dixi ſuprà in ij. præſumptione. circa principi. Vel quia fuit actum de fructibus in ſortem computandis. ut dicitur in d.c.illo uos. uel aliæ ſimiles, de quibus plene uidimus ſuprà in ſecundo caſu principal. cum ergo non reperiatur iure cautum, ut dixi, quòd ſola paruitas precij, & pactum de retrouendendo ſufficiant, ergo dici non debet. ut probatur in l.præuaricationis. §.fina. ff.de prænaricat. & xxxj. quæſtione ultima.c.fin.in principio. & xxiij.di.præterea. ibi, nunquam niſi nos fallat opinio, legimus. & xxx. quæſtione quarta.c.quid autem.ibi, nulla autoritate reperitur prohibitum: & in c.ſecundo, ibi.cum nunquam inueniatur cautum in iure. extra ne ſede uacante Facit ad hoc gloſſ.in uerbo, legitimas.in auten.de reſtitu.& ea quæ parit in xj.menſe.§.fin. in fin. gloſſ. colum.iiij.cum ſi. * Quarto hoc e- 104 tiam probatur. Nam de iure canonico duo tantum iura reperiuntur, ex quibus uidetur probari, an & quando præſumatur contractus ſimulatus, & in fraudem uſurarum celebratus: uidelicet c.illo uos. de pi. & c.ad noſtram.de emptio.& uendi. in quibus ſe fundant Docto.omnes, qui tenent contrariam opin. Sed illa capitula requirunt alias præſumptiones, quàm prædictas duas, ut ſtatim dicam in intellectu dictorum capitulorum.ergo &c. Quinto hoc confirmatur autoritate Accu.in l.dolus. C.de reſcind.uendi.quæ dicit, quòd ſola paruitas precij, non ſufficit ad præſumendum dolum, & ſic fraudem, uel ſimulationem, per dicta l.dolus. ſed coniuncta cum alijs, ſic. ut l.cum ſi. §.modus.ff.de tranſactio. & ſic loquitur in plurali numero, dum dicit cum alij. & ſic ſaltem aliæ duæ præſumptiones requiruntur: argument. l.ubi numerus.ff.de teſtibus.& l.fin. ff.ad Treb.& c.pluralis elocutio. de regulis iuris.in vi. Facit ad hoc lex in ſtrumenta.cum gloſſ. fin. C.de probatio. * Ex quo uidetur conclu- 105 dendum, quòd ſaltim tres præſumptiones requirantur ad hoc ut præſumatur dolus, uel ſimulatio: ut paruitas precij, & duæ aliæ, ſcilicet pactum de retrouēdendo, & una alia, puta quòd ſit ſolitus fœnerari uel aliqua alia: ut dixi ſ.in tertio argumēto. Sexto dico, quòd pro hac opinione eſt caſus in d.ca.ad noſtra.licet allegetur per multos in contrarium inducendo ipſum aliter quàm induxerit Cyn.ſecundum Iac.de Areti.in d.l.emptione. C.plus ualere. quod agitur. Nam ibi dicitur quod Mar. reſpond.à B.laico.titu.emptionis domos & oliuas, cum reuera cō tractus ageretur, quod patet ex eo quòd creditor, ſcilicet Mar.debitori, ſcilicet B.pomiſit ut quandocunque in ſeptennio uſque ad nouennium daret lx. unc.aureorum, quæ uix dimidiam iuſti pretii contingebant, domos eius reſtitueret & oliuas.nam ibi uult text. dum dicit, qd' patet ex eo quòd ex illis uerbis præſumitur contractus ſimulatus, & in fraudem uſurarum celebratus. Sed ex illis uerbis tres præſumptiones oriūtur ad minus, & non duę tantū, ut ſtatim oſtendam. ergo ibi eſt caſus ad literam pro illa opi. Quod autem ibi tres præſumptiones orian tur patet. Nam una eſt paruitas pretii, dum dicit, quod uix dimidiā pretii contingebat: de qua plene dixi ſuprà in ſecunda præſumptione cum quatuor ſequentibus. Alia eſt præſumptio pactum de retrouēdendo, ut patet ibi dum dicit, promiſit ut quandocunque uſq; ad nouennium daret lx.unc.aureorum, domos eius reſtitueret & oliuas: & de hac dixi plene ſuprà in xij. præſumptione. Tertia præſumptio eſt & potiſsima uidelicet, quòd Mar. non teneatur reſtituere domos & oliuas uſque ad ſeptennium ipſi uenditori, qui ibi appellatur debitor, quia in ueritate eſt debitor: ex quo contractus eſt pignoratitius, ſimulatus & uſurarius: & ſic in effectu quòd uenditor non poſsit retroëmere uſque ad ſeptennium, ſed poſt ſic, ut dixi etiam ſuprà in ſecunda præſumptione poſt principium, nam ex illo pacto inſurgit una mala præſumptio ſimulationis & contractus uſurarii: ut plene ſcripſi ſuprà in x.præſumptione, ubi eſt uidendum. Poſſet etiam dici ꝙ quarta præſumptio etiam oriatur ex dictis uerbis, dum dicit, domos eius reſtitueret & oliuas, propter uerbū eius, & uerbum reſtitueret. Sed de hac dicendū eſt ut dixi ſuprà in xiij. præſumptione, ubi omnino uideas ne hoc bis idem repetatur. Cum itaque in d.capitulo, ad noſtram. Inno. Papa tertius dicat quòd contractus præſumitur ſimulatus & uſurarius ex his quæ dicuntur ibi. & ibi ſaltem ponuntur tres præſumptiones uehementes, & etiam quarta quæ habet aliquid ſuſpitionis; dicēdum eſt & concludendum, quòd ibi non probatur, ꝙ duæ tantū præſumptiones ſufficiant, ſcilicet pactum de retrouendendo, & paruitas pretii: imò ſaltem tres requiruntur ſicut ibi interuenerūt: & ex his apparet uerus intellectus ad dictum cap.ad noſtram. quem puto eſſe uerißimum: & ex hoc modo recte intelligendum. nihil facit pro opin.cōtraria: imò probat manifeſte opinio quam ſuprà tenui: ex his etiam infero unam concluſionē notabilem & uerißimam, quod ad præſumendum cōtractum pignoratitium uel ſimulatum ſeu uſurarium, duæ præſumptiones tantum non ſufficiunt: ſed tres ſaltem requiruntur. Item ex hoc etiam infero, ꝙ illa præſumptio, quòd emptor ſit ſolitus fœnerari, licet ſit uehemens coniuncta etiam cum pacto de retrouendendo, tamen non facit præſumere contractum ſimulatum: ut dixi etiam in xxiiij.præſumptione ad finem. Nec prædictis con

tradicit capi. illo nos. de pignor. ibi, ex duobus tamen, &c. ubi Papa Inn. tertius uidetur uelle quod ex duobus tantum præſumatur contractus ſimulatus, quia ibi etiam interuenit pactum de retrouendendo, de quo non dubitabatur poſtea: propterea dicit quod ex duobus non tantum quæ in pacto fuerunt expreſſa, ſcilicet quod fructus computentur in ſortem, & quod ultra ſummam receptam, lx. ſolidi debebant perſolui, contra emptorem præſumitur uehementer, quaſi dicat illæ ſunt duæ præſumptiones, quæ an ſolæ ſufficerent, hoc ibi non dicitur, ſed coniunctæ cum pacto, ſi emptio diſpliceret emptori, bene ſufficiunt, præſertim cum emptor uſuras conſueuerit exercere: & hoc uult litera ibi, dum dicit, Quæ in pacto fuerunt expreſſa. quæ litera præſupponit, quod prædictum pactum quod eſt ſuſpectum, ut dixi ſuprà in x. & xj. præſumptione, interuenit, cum dictis aliis duabus præſumptionibus: & ſic quod dictæ duæ præſumptiones cum dicto pacto ſuſpecto, quod eſt tertia mala præſumptio, bene ſufficiunt ad præſumendum contractum ſimulatum. Ex quibus apparet quod non probatur ex dicto cap. illo nos. quod duæ tantum præſumptiones ſufficiunt, ſed tres ſaltem requirantur. & ex hoc habes etiam intellectum dicti capi. illo nos. nec eſt gloſſ. in cap. conqueſtus. extrà de uſuris. quæ allegatur pro opinione contraria, tollit opi. quam teneo. Nã dicit ibi gloſſ. magna. ibi, non tamẽ eſt uſura, quod non eſt uſura, ſi uendo tibi fundum iuſto pretio ea lege ut quandocunque tibi ſoluerem pretium, quod fundus ad me reuertatur. ut C. de pact. inter emptorem & uenditorem. l. ſecunda. & in caſu iſto iſte lucratur fructus, alias ſi eſt

a Maxime. *Maxime includit utrumque caſum ſed ponit maioritatẽ rationis in altero: & idẽ ius ſtatuit. gl. in l. illud. ff. ad l. Aq. et ibi Flo. & h. diſt. illud in Spe. de diſpu. et alle. §. poſt hæc uer. & not. itẽ includit idẽ rat. in caſu cõtrario, & quandoque ponitur pro modo. Pñ. Car. i cle. j. de renunt. Maxime ſemper abũdat. l. ſi dolo. de reſcin. uẽdi.*

modicum pretium præſumitur contractus eſſe in fraudem uſurarum, ut extrà de emptio. & uend. c. ad noſtra. & præcipue ſi emptor conſueuit exercere uſuras: ut extrà de pig. d. cap. illo uos. Iſta ſunt uerba gloſſ. in d. ca. coqueſtus. quæ poſſunt intelligi dum dicit, Præcipue ſi emptor conſueuit exercere uſuras: quod illud uerbum Præcipue, abũdet. * ſicut dicitur de uerbo Maxime a, quod quandoque abundat. ut eſt gloſſ. in l. fina. in uerbo, maxime. C. de teſta. manumiſsione. & habetur per Bart. in aut. ad reprimendum. uerſicu. maxime. & per Flo. in l. illud. ad fin. ff. ad l. Aquil. Nam ſi non conſueuit fœnerari uel illicitos contractus facere, non facile præſumitur fraus uel ſimulatio & maxime ſi eſt perſona quæ ignorauit ius, ſicut ſunt ſimplices homines ruſtici, uel mulieres uel ſimiles in quibus non præſumitur fraudis conſilium. argu. glo. not. in l. cum allegas. circa princip. gloſ. ibi, & maxime ius ignorantibus. & ibi hoc not. Bald. in iiij. col. in princip. C. de uſuris. quod not. in practica, ut deducas & probes emptorem eſſe ruſticum, uel ſimplicem hominem uel ſimilem, ut tollatur in eo ſuſpitio fraudis. alio modo poteſt reſponderi ad gloſſ. prædictam. c. conqueſtus. de uſur. etiam intelligendo uerbum præcipue, quod ſo. non abundet: ut dicit gloſſ. in d. l. illud. ff. ad l. Aquil. uidelicet quod intelligatur ca. ad noſtram. & c. illo nos. allegatur per eam, uidelicet quando aliæ præſumptiones concurrunt cum paruitate pretii & pacto de retrouendendo, ut ſtatim dixi ſuprà in intellectu dictorum capitulorum: quia gloſſ. ſemper debet intelligi ſecundum l. quam allegat, uel ſecũdum iura quæ allegat. ut notat Bartolus, in l. non ſolũ. §. liberationis. circa medium ff. de



ff. de liber. leg. & Raph. Ful. in l. patronus. ff. de probatio. & do. Signorolus in conſilio ſuo quod incipit, Chriſti ſaluatoris nomine inuocato. circa medium. præſertim cum aliter intelligendo glo. diceret contra text. quem allegat, ſicut diceret in caſu noſtro ſi intelligeretur prout iacet, & non ſecundũ iura quæ allegat, ut patet ex prædictis. Tertio modo reſponderi poſſet ad d. gloſſ. in ca. conqueſtus. etiam intelligendo eam prout iacet, & ut intelligunt Doct. qui eam allegant pro opin. cõtraria, uidelicet quod illa gloſſ. cum reuerentia ita intellecta, non diceret uerum: quia non probaretur aliquo iure, imò iura quę ipſa allegat, probant contrarium, ut ſuprà declaraui. Ex his itaque apparet, quod ſecunda opinio, de qua ſuprà, quam teneo, uidelicet quod iſta duo tantum ſcilicet paruitas pretii, & pactum de retrouendendo, non ſufficiunt ad faciendum præſumere contractum ſimulatum & uſurarium, eſt ueriſsima in iuribus & rationibus comprobata, & adiuuatur etiam autoritatibus, & eam ſequendam tam in conſulendo, quàm in iudicando ſemper eſſe puto: & præſertim cũ do. Lauren. de Pinu. magnus practicus, dicat iſtam opinionẽ ſeruari in practica, ut refert excellens doct. dominus Lau. de Rodulphis de Floren. in ſuo tractatu de uſu. in lx. q. & ſuprà dixi: ac etiam cum dom. Paul. de Caſtr. in conſilio ſuo ccxxviij. dicat quod communiter Doct. hoc tenere, & maxime cũ in re dubia debebamus in meliorem partem interpretari. ut eſt tex. in capitulo, eſtote miſericordes. & ibi notat. extrà de reg. iur. & notat gloſſ. in uerſicul. uerũ ſimiliter. in capitul. nauiganti. extrà de uſuris. Facit l. merito. ff. pro ſocio. cum ſimilib. Et prædicta procedunt

quando duæ tantum præſumptiones interuenerunt, ſcilicet paruitas pretii, & pactum de retrouendendo, & quod emptor ſit ſolitus fœnerari: tunc nunquid præſumatur contractus pignoratitius ſimulatus & uſurarius. & uidetur quod ſic, per ca. ad noſtram. extra de empt. & uend. & per ca. illo uos. de pigno. Contrarium tenet Cyn. ſecundum Iacob. de Aret. in l. emptione. in iiij. quæſt. C. plus ualere quod agitur. qui dicũt quod illa capitula hoc non probant, quia ibi erat alia adminicula ſeu aliæ præſumptiones: Nam dictum c. illo uos. loquitur quando erat in poteſtate emptoris recedendi a contractu. hic autem loquimur econtra, quando eſt in poteſtate uenditoris ad tempus uel in perpetuum recedendi a contractu, per pactum de retrouendendo ſibi ab emptore factũ. Item ibi emptor habebat computare fructus rei emptę in pretio, id eſt, in ſorte ſoluta: quod eſt contra naturam emptionis. & ideo ibi dicitur quod fuit pignus. Item in ca. ad noſtrã. debebat aliquid reddi ultra pretium datum, per quod uidebatur uſura: & quod fructus debebat in ſortem computari, quod eſt contra naturam uenditionis, ut dictum eſt. Vnde alia adminicula ſeu præſumptiones erant ad uiam præſumptionis & ſimulationis facienda, ſecundum Iacob. de Aretin. & Cyn. ibi ſcilicet in l. emptione. Sed dicta duo non probantur in d. ca. ad noſtram. ut dixi ſupra ſecundum Ioan. Andr. in d. cap. illo uos. & bene. Et dicta opinio Cyn. uidetur poſſe hoc modo probari, præſupponendo quod paruitas pretii non contingat dimidiã iuſti pretii, arguendo ſic, Ex paruitate pretii nõ uidetur quod oriatur nec oriri poſsit aliqua mala præſumptio, quia de iure ciuili & canonico

licitum eſt contrahentibus ſe deci-
pere in pretio:ut eſt tex.in l.in cau-
ſæ. §.pen.de min.& l.item ſi in pre-
tio. §. quemadmodum.ff.lo. & cap.
cum cauſa.extra de empt.& uend.ut
dixi in ſecunda præſumptione.Si li-
citum eſt de iure ciuili & canonico
decipere in pretio non tangendo di
midiam iuſti pretii , ergo uidetur ꝙ
non poſsit oriri aliqua mala præſum
ptio: quod fit lege permittẽte pœnā
non meretur.ut l.Gracchus.C.de a-
dul.nec lex debet præbere cauſam
delinquendi.ut l.ſecunda. in fin.C.
de edic.di.Adri.tol.ne inde iniuria-
rum naſcatur occaſio unde naſcun-
tur.ut l.meminerit. C.unde ui.& ca.
qualiter & quando.el primo. extrà
de accuſ.Eodem modo ex pacto de
retrouendendo non uidetur quòd
debeat inſurgere aliqua mala præ-
ſumptio , ex quo illud pactum non
eſt improbatum à iure , imò appro-
batum:ut eſt text.in l.ſecunda. C.de
pact.inter empt.& uen.Et dixi ſuprà
in princip. huius tractatus. Vnde li-
cet ſit una mala pſumptio, ꝙ ſcilicet
quis ſit ſolitus fœnerari , ut dixi ſu-
prà *in xxij.& xxiij.* præſumptione.ta
men nõ uidetur quòd ſufficiat con-
iuncta cum pacto de retrouenden-
do & paruitate ptii , ex quo illa duo
non ſunt prohibita nec à iure repro
bata:ut dixi. quia illa tantum quod
ſit ſolitus fœnerari , eſt improbata
à iure,& illa ſola non ſufficit,ut dixi
in d.xxiij. præſumptione in fine.tu
tamen in hac quæſt. teneas ſine du-
bio contrarium , uidelicet quòd illa
tria , pactum de retrouendendo , &
paruitas pretii , & quòd emptor ſit
ſolitus fœnerari,uel ſimiles contra-
ctus ſimulationis celebrare,ſufficiũt
de iure ad præſumendum contractũ
pignoratitium,ſimulatum & uſura-
rium.& dicas quòd hoc aperte pro-
batur in d.c.ad noſtram. de emp.&
uend.ubi ex text.apparet, quòd tres
præſumptiones ſufficiunt:idem etiã
probatur in d.cap.illo uos.extrà de
pigno. ſecundum ea quæ dixi ſuprà
pro intellectu dictorũ capitulorum:
& ita tenent communiter Legiſtæ
& Canoniſtæ:ut patet ex his quæ di-
ſunt ſuprà,in quæſt.an illa duo tan-
tum ſufficiant,uidelicet pactum de
retrouendendo , & paruitas pretii:
& de hoc non eſt dubitandum,quia
ita etiam uidi ſeruari in practica &
bene.Nec obſt.huic ſententiæ quod
notat Cyn.ſecundum Iaco.de Aret.
in l. emptione.C. plus ualere quod
agitur:dum dicit quod iſtud nõ pro
batur in ca. ad noſtram.quia ibi non
dicitur quòd aliæ præſumptiones
interuenerint ultra eas,de quibus ſu
prà dixi in intellectu illius cap.ut ſu
prà dictum eſt. Nec etiã ob.dum di-
cit Cyn.quòd in cap.illo uos.ibi e-
tiam interuenerunt aliæ præſum-
ptiones,qa ibi Papa ſe fundat in tri-
bus tantum præſumptionibus,ut di-
xi ſuprà in intellectu d.cap.illo uos.
Nec procedit.argu. quod ſuprà fi-
ctum eſt, dum dixi,quòd licitum eſt
contrahentibus ſe decipere de iure
ciuili & canonico,& pactu de retro-
uendendo non reprobatum , imò
probatum à iure : ergo illa duo à iu-
re permiſſa ſimul iucta cum una ma
la præſumptione , uidelicet quòd ſit
ſolitus fœnerari, non debent nocere:
quia reſponderi poteſt quantum
ad paruitatem pretii,quòd illud pro
cedit quantum ad hoc ut non poſsit
reſcindi contractus,per l.ij.C.de re-
ſcin.uen.Sed quantũ ad hoc ut præ-
ſumatur dolus, dico quòd ex paruita-
tate pretii quæ non contingat dimi-
diam iuſti pretii, dolus bene præſu-
matur regulariter , ubi concurrunt
aliæ præſumptiones.ut l.cum hi.§.
cum modus.ff.de tranſact.& eſt tex.
gloſſ.in l.dolus.C.de reſcin.uen.li-
cet



cet ſine aliis præſumptionibus non
præſumatur:ut eſt text.cum gloſſ.in
eadem l.dolus. Item quantum ad pa
ctũ de retrouẽdendo , eo.modo re-
ſpondetur: qa licet illud regulariter
ſit à iure permiſ.ut l. ſecunda. C.de
pact.inter empto.& uend.cum ſi.ta-
men illud procedit , quando nulla
alia mala præſumptio concurrerit.
Sed ubi aliæ malæ præſumptiones
interueniunt,& tunc etiam pactum
de retrouendendo , quod de ſe eſt
licitum,inducit malam præſumptio
nem:ut probatur in d.c.ad noſtram.
de emption.& uendi. Et dixi plene
ſuprà in xij. præſumptione.& ꝓ hoc
allego gloſſ.in dicta l.dolus. C. de
108 reſcin.uen.*quia & ſicut quæ non
proſunt ſingula, multa iuuant:ita e-
contra & quando non nocent ſingu
la,multa nocet.ut dixi in xj.præſum-
ptione in fi. Pro hoc l.inſtrumenta.
cum gloſſ.fin.& quod ibi not.C.de
proba.& quod not.gloſſ.& Doct.in
cap.cum cauſam. extra de probat. &
gl.fi.in fi.in c.præterea. extra de re-
ſti. Facit & quod not.Barto.in l.j.§.
idem Cornelio.ff.de quæſti. & Bal.
in l.ſi quis ex argentarius. §.ij.uerſi.
iiij.no.ff.de eden.& quod not. Nic.
de Neap.in l.ij.ff.de excu.tu.¶Ex præ
dictis ego infero plures concluſio-
nes.¶Prima eſt,quòd illæ duæ tantũ
pſũptiones , ſcilicet paruitas pretii,
& pactum de retrouendendo nõ ſuf
ficiunt ad præſumendum contractũ
ſimulatum: & hoc eſt cõtra multos.
¶Secunda concluſio, ſcilicet quod
iſta tria, ſcilicet pactum de retrouen
dendo,paruitas pretii , & quod em-
ptor ſit ſolitus fœnerari,faciunt præ
ſumere contractum ſimulatum , pi-
gnoratitium & uſurarium : & hoc
eſt contra Iacob.de Aret.& Cyn. &
eam tenet expreſſe gloſſ.in cap.con
queſtus.extra de uſur.& eam tenent
communiter Docto.Legiſtæ & Ca-
noniſtæ. ¶Textia concluſio,quòd
ex his tribus, ſcilicet pactum de re-
trouendendo, & quod uſque ad cer
tum tempus non poſsit retroeme-
re,& ex paruitate pretii præſumitur
contractus ſimulatus, pignoratitius
& uſurarius. & iſte eſt proprie caſus
in cap.ad noſtram. de empt. & uen.
ſecundum intellectum quem ego
tenui ſuprà.¶Quarta concluſio eſt,
quòd ex iſtis tribus præſumitur con
tractus ſimulatus,pignoratitius& u-
ſurarius,ſcilicet ex pacto de retrouẽ
dendo,ex pacto quòd fructus perce
pti in ſortem computentur,& ex ter
tio pacto quòd ultra ſummam rece-
ptam aliquid debeat per uolentem
retroemere perſolui. Iuxta ea quæ
plene dixi ſuprà in iiij.præſumptio-
ne.& ille eſt proprie caſus in d.cap.
illo uos.ibi,ex duobus tamen.de pi-
gno.intelligendo quòd ibi etiã in-
teruenerat pactum de retrouenden
do:ut patet ibi in litera, & ſuprà di-
xi,& ſtatim etiã dicetur.¶Quinta
concluſio,quòd ex duabus tantum
præſumptionibus nunquam præſu-
mi debet contractus ſimulatus,quia
hoc non reperitur iure cautum , &
dictum.c.illo uos.ibi,ex duobus ta-
men.non contradicit huic conclu-
ſioni,quia dicit ex duobus,tamen q̃
in pacto fuerunt expreſſa:& ſic in pa
cto de retrouẽdendo.Vnde ibi præ
ſupponit in uerbo,in pacto.quòd e-
tiam interuenit pactum de retrouẽ-
dendo:& ſic ibi erant tres ſaltẽ præ-
ſumptiones. & eo modo non ob.c.
ad noſtram.ibi,quòd patet ex eo, qa
in illis uerbis cõprehenduntur tres
præſumptiones , ſcilicet pactum de
retrouendendo , paruitas pretii , &
quod uſque ad certum tempus non
poſsit retroemere. & iſta eſt ueriſ-
ſima & optima concluſio , ut patet
ex prædictis , & ex hac concluſione.
¶Sexta cõcluſio,quod iſta duo ta-

a Arbitrio. *Arbitrio iudicis loc⁹ eſt in inchoationib⁹ faciẽdis, ubi certus modus a iure nõ exprimitur. i Spe. de inſtru. edi. § iiij. uer. quærit aute. Itẽ ubi tempus nõ eſt determinatũ a iure. ut eo. § uer. illud. Item circa delationẽ iuramẽti quãdoq; i Spec. de iuramẽti dela. uerſ. ſi autẽ ſit ciuilis. Itẽ ubicũq; deficit determinatio iuris. i Sp. de libelli cõce. § v. uer. iij.*

b Contract. *Contractus ſimulatus quomodo pbetur, uide Paul. de Ca. cõſ. lxxx. et conſil. cxiij. & cccxxvj. & ſe. Bar. i l. pacta. nouiſsima. circa medium. C. de pact.*

tum, ſcilicet quod fructus percepti debeat in ſortem cõputari, & quod ultra ſummam percepta aliquid debeat perſolui ſine pacto de retrouẽdendo, non ſufficiunt ad iudicandũ, quod contractus ſit ſimulatus ſiue pignoratitiꝰ & uſurarius. & hoc probatur in d. cap. illo uos. Septima concluſio eſt, quod duo, ſcilicet pactum de retrouendendo, & quod qs ſit ſolitus fœnerari, non ſufficiunt ad præſumendum contractum ſimulatum. ut etiam dixi ſupra, in xxiij. præſumptione. ad finem. Octaua concluſio etiam ex prædictis ſequitur, quæ eſt uerißima, ſcilicet quod paruitas pretii, & quod quis ſit ſolitus fœnerari ſine pacto de retrouendendo, non ſufficiunt ad præſumendum contractum ſimulatum ſiue pignoratitium. Nona concluſio eſt, quod exceptis caſibus de quibus ſupra in ij. iij. iiij. concluſione, non reperio quod ſit a iure determinatum ex quot præſumptionibus iudicari debeat contractus ſimulatus ſiue pignoratitius & uſurarius. & ex iſta ſequitur alia. Decima concluſio & ultima, quod extra caſus prædictos, cum non ſit determinatum à iure expreſſe quot præſumptiones ſufficiant, quod eſt arbitrarium: ex quibus & quot præſumptionibus iudicari debeat contractus ſimulatus, & aliquando ex tribus tantum, & aliquando ex pluribus iudicari debebit contractus ſimulatus, inſpecta conditione perſonarum, & qualitate facti & cauſæ & qualitate præſumptionum: quia una eſt maior altera, & magis præponderat, ut patet ex his quæ dixi pleniſsime in xxvj. præſumptionibus, & hec concluſio probatur à natura, quando aliquid iudicandum non eſt expreſſe determinatum à iure, & tunc ſtatur arbitrio iudicis[a] ſiue iudicantis, qui inſpectis prædictis iudicare debet: ut eſt caſus in d. cap. de cauſis. in fi. & ibi no. extrà de offic. deleg. & in l. j. § j. ff. de iure deliber. & in l. j. § expilatores. ff. de effractoribus & expilatoribus cum ſi.

109 VERVM* quia in iſto libello noſtro ſepiſsime habita eſt mentio de paruitate pretii, ſeu de deceptione in pretio aut in uenditione, aut in locatione, aut in pacto de retrouẽdẽdo: neceſſariũ eſt ut declaremus quomodo & qualiter intelligatur eſſe iſta paruitas pretii ſeu deceptio in pretio, ad hoc ut præſumatur contractus ſimulatus[b]. Et certe eſt mirandum quod Doct non examinauerunt, præſertim cum iſtud ſit unum principale fundamentum in materia ſimulationis: ac etiam nõ ſit ſine magna dubitatione: & quotidie hoc in facto eueniat. Sed ego q hanc materiam pro uiribus explicare in hoc tractatu conſtitui, etiam hunc articulum plenius attingendum eſſe putaui. & in primis uidetur dicendum, quod iſta paruitas pretii ſeu deceptio in pretio, debeat eſſe in dimidia iuſti pretii. per l. ſecundam. C. de reſcin. uen. & per cap. cum dilecti. & cap. cum cauſa. extra de emp. & uen. quia infra dimidiam iuſti pretii licitum eſt tam de iure ciuili quàm canonico contrahentibus ſe decipere: ut plene dixi ſupra in ſecunda præſumptione. & in quæſtione præcedenti: & iſta uidetur eſſe una opin. quæ probari uidetur in capit. ad noſtram. ibi, quæ uix dimidiam iuſti pretii contingebat. de emptione & uendi. Intelligendo uix, id eſt, nullo modo: ut ibi notat. per Doct. & maxime per Ioann. de Imo. alia opinio poteſt colligi ex dicto capitu. ad noſtram. uidelicet quod illa paruitas



paruitas pretii ſeu deceptio in pretio ſufficiat, quæ eſt prope dimidiam iuſti pretii: quia dicitur ibi, uix dimidiam iuſti pretii contingebat, hoc eſt quòd paruitas pretii non eſt dimidia iuſti pretii: quia uix continet illam, id eſt, in illa non eſt deceptio, ſed uix illam continet dimidiã iuſti pretii: quia quod uix fit, tamẽ fit. ut habetur ĩ l. uix certis ex cauſis. ff. de iudi. & in capitul. ſecundo de cogna. ſpirituali. libr. vi. & per gloſ. xij. quæſtione ſecunda, hoc huius placiti. & habetur in capitu. ſi Chriſtus. in princi. extrà de iureiu. Et ſecundum iſtam opinio. pone exemplum. Res ualebat centũ, fuit uendita pro xxv. hic non fuit deceptio in dimidia iuſti pretii, ſed uix dimidiam iuſti pretii contingit: & iſte intellectus uidetur eſſe uerior quantum ad text. dicti cap. ad noſtram. Tertio opin. poteſt colligi ex his quæ habentur in l. ſi ſocietatem. § arbitrorum. coniuncta l. unde ſi Neruæ. cum l. ſequenti. ff. pro ſoc. cum his quæ ibi notantur per Bartolũ & Doctor. & per Doctor. in c. quintauallis. extrà de iureiur. in quibus habetur quod ad hoc ut poſsit peti reductio ad arbitrium boni uiri, requiritur, quòd ſit enormis læſio ſecundum Bart. in d. § arbitrorum. quando eſt exceſſus in vj. parte. per text. in dicto §. arbitrorum. coniuncta l. unde ſi Ner-

110 uæ. & l. ſeq.* nam cum in dubio partes ſocietatis debeant eſſe æquales, ut l. ſi nõ fuerint. ff. pro ſocio. & arbitrator uni ſocio adiudicauerit unã partem, alii duas de tota, uel uni trientem, alii ſemiſſem, facta computatione reperitur ſecundum Bartol. exceſſus, niſi in vj. parte totiꝰ. & uult ibi tex. quòd poſsit peti reductio ad arbitrium boni uiri. & ſecundum iſtam opin. Bartol. uidetur, quòd tũc dicatur eſſe enormitas uel paruitas pretii, aut lęſio ſeu deceptio in pretio, quando eſt læſio in vj. parte totius. Quarta opin. etiam colligi poteſt ex d. l. unde ſi Neruę. cum l. ſeq. ff. pro ſocio. ſecundum opin. d. Frã. de Albergo. de Are. & in l. ſi quis arbitratu. ff. de uer. ob. & Ioã. de Imol. ibi & in repe. capit. quintauallis. extrà de iureiurand. & omnium mo-

111 dernorum,* qui tenent quod quantum ad petendam reductionem ad arbitriũ boni uiri, requiritur quod ſit lęſio ſaltem in tertia parte, & non ſufficit in vj. ut dicit Bartolus, quod hoc probatur in dicta l. unde ſi Neruæ. cum l. ſequenti. quæ incipit, quid enim. nam fatendum eſt, quòd in dubio partes ſocietatis debent eſſe æquales: per dictã l. ſi non fuerit. ff. pro ſoc. Sed facta computatione in dicta l. quid enim. non reperitur exceſſus in vj. ut dicit Bartolus. ſed in tertia: an ibi arbitrator adiudicauit uni ſocio duo milia, alteri mille. Ille ſocius cui mille tantum fuerunt adiudicata, debebat habere dimidiam: & ſic mille & quingentos qui ſunt dimidia trium milium: cum ergo adiudicauerit arbitrator uni ſocio mille tantum, cum deberet adiudicare mille & quingentos, patet quod ipſe fuit læſus in tertia ſibi debita. quia quingenti, ſunt tertia de mille & quingentis: in hoc Bartolus errauit in faciendo computationem, quia Bartolus habuit reſpectum ad totam ſummam ſociorum, ſcilicet ad ſummam trium milium, cuius reſpectu quingenti ſunt ſexta pars. ſed in hoc errauit ut dixi: quia læſio non eſt niſi reſpectu partis ſocii læſi, non autem reſpectu partis, quæ alteri ſocio debebatur: unde quantum ad materiam arbitramenti tenendum eſſe uidetur, quòd ad hoc ut poſsit peti reductio ad arbitriũ boni uiri,

requiratur quod ſaltem ſit læſio in
tertia parte eius, quod læſo debeba
tur. Et ex his æquiparando iſtam læ-
ſionem ſeu deceptionem in pretio
illi quæ inducit præſumptionem ſi-
mulationis, dicendum eſſet, quod
ad hoc ut poſsit præſumi contractus
ſimulatus, pig. & uſurarius, requi-
ratur quod læſio ſeu enormitas, uel
deceptio in pretio ſit ſaltem in ter-
tia parte iuſti pretii. *Et pro illa 112
opinio. facit, quia gloſſa in capitulo,
conqueſtus. extra de uſuris. dicit tūc
eſſe læſionem, quando modicum eſt
pretium: & modicum dicitur etiam,
quando eſt tertia: ut in l. nominatio
num. C. de decu. libro x. ¶ Quinta
opin. etiam colligi poteſt ex gloſſa
d. c. conqueſtus. quæ dicit, quod tūc
dicitur eſſe læſio, quando pretium
eſt modicum, ſed modica pars dici-
tur eſſe aliquando quarta: ut proba-
tur in l. ſi quis in ſuo. C. de inoffi. te-
ſta. ergo uidetur poſſe dici, quod ſuf
ficiat, quod ſit læſio in quarta parte
tantum. ¶ Sexta & ultima opi. colli-
gitur ex his, quæ habentur per gloſſ.
nota. Inſti. de contrahen. emp. in §.
pretium. in uer. diffinierit. quæ inci-
pit, inique. quæ ſingulariter uult, ꝙ
quando dicatur pretium iuſtum uel
iniuſtum, ſtatur arbitrio iudicis, qui
iudex arbitrabitur ſecundum quali-
tatem cauſæ, perſonarum, & rei de-
bitæ, & condemnationis uel abſolu
tionis, quia in paupere, parua quan-
titas dicitur magna: ut l. illicita. §.
ne tenuis. cum glo. ff. de offic. præſi.
facit quod not. glo. in aut. præterea.
C. unde uir. & uxo. & quod not. Bar.
in l. ſi conſtante. in princip. ff. ſolut.
matr. & hoc uidetur tenere in mate-
ria arbitramenti Bald. in l. cum an-
tea. in quarta col. uerſi. item eſt con
ſiderandū. C. de arbi. *ubi dicit ꝙ 113
magna & parua quantitas dicitur re-
ſpectu perſonarum & cauſæ. allegat
notata in aut. quod locum. C. de col
la. & ita tenet etiam expreſſe domi.
Angel. de Aret. in l. j. §. ſi quis ante.
ff. a qui. appel. non licet. & do. Bart.
de Saly. in l. fin. C. de contrah. empt.
& idem ibi Cy. in ij. q. ſecundum Ia
cob. de Are. & Petrum: & ſecundum
iſtam opi. iudi ſeper iudicare in ma-
teria reductionis ad arbitrium boni
uiri. Et credo quiſta op. ſit loquenda
ſine dubio in caſu noſtro. Et pri-
ma ratio ſit, quia non reperitur ex-
preſſe a iure limitata quantitas, quā
do dicatur læſio in pretio ad hoc ut
præſumatur contractus ſimulatus:
ergo ſtandum eſt arbitrio iudi-
cis. per capitu. de cauſis. in fine. ex-
tra de officio delegati. & per l. pri-
mam. §. primo. ff. de iure delib. cum
ſi. & licet c. ad noſtram. de emptio.
& uenditione. dicat quod uix dimi-
diam iuſti pretii contingebat, non
tamen negat idem eſſe quando fuiſ
ſet pretium in minori quantitate. Se
cunda ratio eſt, quia glo. or. in c. con
queſtus. extra de uſur. loquitur de
pretio modico, & modicū pretium
dicitur, quādo res ualet multo plus:
ut dicit glo. fina. in l. per diuerſas. C.
manda. Sed illæ glo. non declarant
quando & quomodo intelligatur il
lud multo plus, uel illud modicum
pretium, cum ideo intelligendū eſt,
quod ſit arbitrio iudicis, per prædi-
cta. Tertia ratio eſt, nam læſio dici-
tur eſſe ubi eſt modicum pretium,
& modicum pretium intelligitur a-
liquando tertia, aliquando quarta
pars, aliquando dimidia: ut patet
ex his quæ dicta ſunt ſupra: ergo
ſequitur quod erit arbitrium in ca-
ſu noſtro: & hoc tenuit Oldradus,
ſcilicet quod lex loquens de modi-
co, intelligatur in dubio arbitrio iu-
dicis. facit ad hoc lex hactenus. ff. de
uſufr. & quod habetur in capitul. de
appel. extra de app. *Sed dubitari 114
poſſet



poſſet qualiter iudex in hoc debeat
arbitrari, puto quod debet inſpice-
re qualitatem perſonarū, rei, cauſæ,
& contractus: ut dixi ſupra ſecūdum
Bald. in d. l. cum antea. C. de arbit. &
quādo ſit faciēda magna differentia
inter contractum primæ uenditio-
nis, & contractum locationis, & ulti
mum contractum pacti de retrouen
dendo. Nā in pacto de retrouenden
do, ſi eſt læſio etiam in minima par-
te, uidelicet quod emptor uelit, ut
uenditor quando retroemit, ſoluat
aliquid pluſquam habuerit uenden-
do ab ipſo primo emptore. Credo
quod intelligatur eſſe læſio ſufficiēs
ad inducendam unā præſumptionē
ſimulationis. ut patet ex his quæ dixi
in iiij. v. & vj. præſumptione. Et pro
hoc allego tex. in c. illo uos. extra de
pign. ubi dicitur quod ſub nomine
uenditionis quædam terræ fuerunt
pignori obligatæ pro xxiij. libris, &
fuit actum quod ultra ſummam rece
ptam, lx. ſolidi deberent perſolui: &
quod propter hoc præſumitur con-
tra emptorem: & tamen illi lx. ſolidi
ſunt tres libræ, & tres libræ reſpectu
xxiij. librarum ſunt circa octauā par-
tem. Vnde ille text. probat, ꝙ quan-
do in pacto de retrouendendo eſt le
ſio, etiam in octaua parte, illa ſufficit
ad inducendam unam malam præ-
ſumptionem ſimulationis. Eodē mo
do puto eſſe dicendum, quando eſt
læſio in locatione ſeu fictu, quia ſi de
iure & conſuetudine ſolui debeat,
ſoluuntur quinq; pro centenario, &
fundus locetur ſex pro centenario
& in ratione centenarij, quod tunc
dicetur eſſe læſio ſufficiens ad præ-
ſumendā ſimulationem, quando eſt
coniuncta cum aliis præſumptioni-
bus, ſecundum ea quæ d. ſunt ſ. Sed
quando eſſet læſio in j. uenditione,
puto quod maior requiratur quam
in locatione uel pacto de retrouen-
dendo, & maxime quando eadem
res liberaretur eidē uenditori, quia
tunc non damnificatur in tantū uen
ditor, quando rem uenditam condu
cit, ex quo ipſa utifruitur pro precio
iuſto locationis: non tamen dico ꝙ
propter hoc indiſtincte poſsit eſſe
læſio in uenditione, ſed quod ma-
ior læſio requiratur ad inducendam
malam præſumptionem ſimulatio-
nis. Et ad hoc uide quæ dixi ſ. in ij.
præſumpt. ad fin. Et pro clariori
intelligentia ex prædictis elicio ſex
concluſiones ¶ Prima concluſio eſt
generalis, quod arbitrariū eſt, id eſt
arbitrio iudicis ſeu boni uiri, quan-
do dicatur læſio ſeu deceptio in pre
cio, ita quod ex ea inſurgat una præ-
ſumptio ſimulationis cōtractus. ¶ Se
cunda concluſio eſt, quod in pacto
de retrouendendo, iudex debet ar-
bitrari eſſe læſionem ſeu deceptio-
nem in precio reſpectu ſimulatio-
nis contractus præſumendæ, quādo
eſt deceptio ſeu læſio in viij. parte &
etiam in minori. ¶ Tertia conclu-
ſio, quod quando promiſſa eſt pen-
ſio ultra id quod de iure communi
& ex conſuetudine debetur, iudex
arbitrari poſsit quod intelligatur eſ
ſe læſio ſeu deceptio in precio ad
præſumendum contractum ſimula-
tum. ¶ Quarta concluſio eſt, quod
in j. uenditione dicatur eſſe preciū
iniuſtum, & ſic læſio in precio, quan
tum ad inducendam præſumptionē
ſimulationis arbitrio iudicis ſeu bo
ni uiri, non in minima quantitate,
ſed in tertia, uel dimidia, uel prope
dimidiam, & maxime quando uen-
ditor immediate conduxit rem per
ipſum uenditā, & hoc inſpecta quali
tate perſonarum, rei, contractus, &
cauſæ, inſpecta conſuetudine loci.
¶ Quinta cōcluſio, quod ubi eſt læ
ſio etiam in uenditione in dimidia
iuſti precij, iudex debet indiſtincte

arbitrari, quòd illa ſit ſufficiens læ-
ſio ſeu deceptio in precio, etiam re-
ſpectu ſimulationis contractus. Et i-
ſte eſt caſus in c. ad noſtram. de em-
ptione & uenditione. ibi, quæ uix di
midiam iuſti precij contingebant.
Secundum unum intellectum, intel
ligendo ibi uix, & non ſeu nullo mo
do, prout aliqui intelligunt: & iſtud
nullam habet dubitationem. Se-
xta & ultima concluſio eſt, quòd nõ
ſolum ubi eſt læſio in dimidia iuſti
precij, ſed etiã quando eſt prope di-
midiam iuſti precij, etiam in uendi-
tione debet iudex arbitrari eſſe læ-
ſionem ſeu deceptionem in precio,
quantum ad inducendam unam præ
ſumptionem ſimulationis, ut eſt ca-
ſus in d. c. ad noſtram. in uerbo, uix.
intelligendo quòd illud uerbũ uix,
non ſtet negatiue, ut dixi ſ. quãtum
ad intellectum dicti c. Et hæc omnia
ſunt bene notanda tam in theorica,
quàm in practica. & maxime quia do
ctores hoc non declarant, nec etiam
tangunt, & utilia ſunt. Et per hoc ſit
expeditus iſte ſextus caſus principa-
lis: ſequitur ultimus principalis ca-
ſus.

VLTIMO* caſu prĩcipali quo 115
niam in cõtractu non interue
nit dolus, fraus, uel ſimulatio, nec
aliqua læſio uel deceptio in precio
uenditionis, locationis, uel pacto de
retrouendendo. Sed adſunt aliæ prę
ſumptiones uel coiecturæ doli, frau
dis, uel ſimulationis, de quibus ple-
ne dixi ſ. in iiij. caſu princi. Et in hoc
eſt dicendum: aut loquimur in foro
contentioſo, aut in foro conſcien-
tiæ. Si loquimur in foro contentio-
ſo, & tunc cum non reperiatur iure
cautum quæ & quot pręſumptiones
ſufficiat, erit arbitrarium & arbitrio
iudicis relinquẽdum, ut dixi ſ. in ix.
& x. concluſione in præcedenti caſu
princip. Si uero loquimur in foro
conſcientiæ, & tunc credo quòd ſit
relinquendum hoc etiam arbitrio iu
dicantis ſeu confeſſoris: quia in am-
biguis abſolutum non debet eſſe iu
dicium. Sed conſcientiæ iudicantis
etiam committendum: ut dicit bea-
tus Gre. Andreæ Tarentino epiſco-
po. & habetur xxxiij. diſt. habuiſſe.
& habetur in l. j. §. j. ff. de iure delib.
& in c. cauſis. extra de offi. deleg. in
c. non eſt. in gloſſ. fin. extra de regu.
qui iudex uel confeſſor debet ani-
maduertere in primis, ſi poteſt com
præhendere, quòd contrahentes ha
buerunt animũ emendi & uenden-
di uel non. Si compræhendet uel
exiſtimabit per circunſtantias quòd
habuerint animum uere emendi &
uendendi, iudicet contractum fuiſ-
ſe uerum, & non ſimulatum uel uſu
rarium: relinquendo tamen ſemper
id eorum contrahentium conſcien-
tiæ. ut dicit gloſſ. pe. in c. nauigan-
ti. extra de uſuris. Facit capi. mulie-
ri. de iureiur. quæ poſtea iudicabi-
tur per eum, qui ſecretorum eſt co-
gnitor.* Nam conſcientia [a] omni- 116
potenti Deo non poteſt occultari,
ut dicit text. in c. in ciuitate. in fi. eo.
ti. de uſur. quia ipſe eſt ſcrutator cor
dium & cognitor ſecretorum: ut in
c. tua nos. in fi. extra de ſym. & xxiij.
diſt. erubeſcant. & ij. q. v. conſuluiſti.
Et no. gloſſ. in l. ij. ff. de interro. act.
Et abſconditorum eſt cognitor, ut
dicit tex. in cle. exiui. §. quamuis. in
ulti: char. de uerb. ſign. Et eſt text. ij.
q. j. Deus omnipotens: & quia ipſum
non latet peccantis qualitas, neque
peccantis affectus. xxiij. q. iij. Deus
qui. no. gloſ. fi. in d. c. in ciuitate. Sed
ſi compręhendet uel exiſtimabit per
circunſtantias, quòd non habuerit
animum uendendi, uel etiam unus
ex his non habuerit animum, & tunc
iudicet contractum ſimulatũ, & uſu-
rariũ, ſecũdum ea quæ dixi ſ. in iiij.
caſu

a Conſcientia. *Conſcientiam qui lædit ædificat ad gehenna. in Spec. de aduoc. §. utriuſq;. uerſic. item caueat. c. per tuas. de ſymo. & c. per literas de reſti. ſpoli. xxviij. q. j. §. ex his.*



caſu prin. & hoc maxime uerum eſt,
quãdo emptor eſſet conſuetus fœ-
nerari, uel ſimiles contractus facere.
per ea quæ dixi in pen. & ulti. præ-
ſumptione. Et nullus ſaltem in foro
cõſcientiæ, uel pœnitentiali dicat ſe
habuiſſe animum emendi uel uen-
dendi, cũ non habuerit, uel non ha-
buiſſet contractum ſimulatũ, uel uſu
rarium celebrandi, cũ in ueritate ha
buerit: quia licet per hæc euitet iudi
cium & poteſtatem in hoc ſeculo iu
dicis uel confeſſoris, qui corda ho-
minũ ignorat: tamen in futurũ non
euitabit domini iudiciũ, qui eſt ſcru
tator cordiũ, & ſecretorũ cognitor:
[a] & quem non latet peccantis quali
tas neq; peccatis affectus, ut dictum
117 eſt ſ. *Sed profecto quicũq; ſalu-
tẽ animę ſuæ [b] deſiderat, & ſine ſcru
pulo conſcientiæ uiuere quærit, ab-
ſtineat penitus ab huiuſmodi cõtra-
ctibus. Negari enim nõ poteſt, quin
in huiuſmodi contractibus ſit ali-
quod dubium ſaltem in foro conſci
entiæ, an emptor cõtraxerit in frau-
dem uſurarum, & an contractus ſint
illiciti, ut patet per ea quæ dicta ſunt
in iſto tractatu, & hoc propter peri-
culum animæ: ut probatur in d. c. in
ciuitate. extra de uſuris. Bonarum
quippe mentium eſt, etiam ibi cul-
pas ſuas cognoſcere, ubi culpa [c] nõ
eſt: ut eſt text. v. di. ad eius. ad fi. quia
plerunq; ubi culpa non eſt, eam eſſe
timere ſolent cõſcientiæ timoratæ,
quæ in uia Dei quodcũq; deuiũ ex-
paueſcunt. ut dicit text. in cle. exiui.
§. j. de uer. ſi. & eſt tex. in c. conſiliũ.
de obſeruatione ieiuniorum. Facit
ad hoc text. in l. cum proponas. ibi,
non autem omnis ſcrupulus aufera
tur. & quod ibi no. Cy. C. de interdi.
ma. inte. pupillum & tutorem. Nam
quandoq; aliqui dicunt ſe dubitare
ubi non eſt dubitandum: & econtra:
ideo tutior uia eſt eligenda: ut in c.
illud. circa medium. extrà de clerico
excommunicato miniſtrante. & ita
dicit gl. not. in d. c. in ciuitate. in uer-
bo, niſi dubium. & gl. in d. c. nauigan
ti. in uer. ueriſimiliter dubitatur. eo.
tit. & ad hoc accedat quòd dicit tex.
in d. cle. exiui. §. nos itaq;. in v. col.
118 *ubi dicitur, quòd in his quę animæ
ſalutem reſpiciunt, ad euitandos gra
ues remorſus, pars ſecurior eſt tenẽ
da, præſertim cum non ſolum quod
malum eſſe dignoſcitur, ſed etiã o-
mne quod ſpeciẽ aliquã habet, ſit à
uiris perfectis ſpecialiter euitãdũ. ut
dicit tex. in d. cle. exiui. §. cumq; an-
nui redditus. & ab aliis pręſertim cõ
tractibus eſt abſtinendum, in quib.
adſunt dictæ præſumptiones uel aliæ
quæ ex eis. & ad hoc uide Inno. in c.
in ciuitate. in fi. ibi per Doct. de uſu.
Nam hoc tutius eſt ergo ſequendũ,
ut dixi: & maxime cum huiuſmodi
contractus inuenti & inchoati fue-
runt ab uſurariis, qui dimiſsis acti-
bus mutui, ne uideantur uſurarij, in-
uenerunt hunc modum uelaminis &
uſuræ palliatę. Quia primo faciũt cõ
tractum puræ emptionis. Secundo
faciunt contractum locationis eiuſ-
dem rei. Tertio faciunt pactum de
retrouendendo, ſecundum Hoſt. &
Ioã. And. in d. c. ad noſtram. extrà de
emptio. & uend. ut dixi ſ. in prin. hu-
ius tractatus. nec iuuari quis uelit ci-
uitatis uel loci conſuetudine, quia
non tam ſpectandum eſt quod Ve-
ronæ uel alibi factũ eſt, quàm quod
fieri debebat. argu. l. licet. in fi. ff. de
offi. præſi. & in c. cum cauſam. extrà
de elect. Verum quia multi & infini
ti pene contractus huiuſmodi cele-
brati ſunt in ciuit. Veronæ, ac etiam
quotidie celebrantur, qui ſine ſcan-
dalo ut ſimulati & fœneratitij nimi-
me reſcindi poſſent, credo quòd
bonum eſſet legem uel ſtatutum fie
ri, quòd omnes huiuſmodi contra-
ctus

a Cognitor. *Deus cognitor eſt occultorum. xxxii. quæſt. ij. erubeſcat. c. no uit. de iudi. cle. exiui. §. quamuis. de uerb. ſig. c. a nobis. ij. de ſen. excom.*

b Salute animæ ſuæ. *Anima ſi detrimentum patiatur, homini nihil prodeſt, etiã ſi totũ mundum lucretur. in Spec. de poſi. §. v. uerſi. obligatus. Ad do tex. in c. Mattheus. de Sym.*

c Culpa. *Culpa maior eſt in faciẽdo, quam in omittendo. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de uer. obl. & no. in l. ſi mora. ff. ſolu. mat. Bald. in l. pignus. x. colũ. de pig. act.*

ctus celebrati non improbentur, dũ modo non eſſent manifeſte in fraudem uſurarum celebrati. & quod omnes iam celebrati reducerentur ad iuſtum precium, quódque de cætero nullus poſsit huiuſmodi contractus celebrari: ſicut in ſimili ſtatutũ fuit de decimis, in cõcilio Lateranẽſi, tempore Alexandri Papæ tertij, anno domini milleſimo clxxix. ut habetur per Ioan. And. & Doctor. in c. cum apoſtolica. extra de his quæ fiunt à prælat. ſine concenſu c. & per eundem Ioan. And. in c. ſtatuto de decimis. lib. vi. in nouella. *Tolerat enim eccleſia quandoq; etiam crimen propter ſcãdalum, ut iiij. di. deniq;. & j. q. vij. quoties. & viij. q. j. ordinationis. & xxiij. q. iij. ipſa pietas & c. non poteſt. *Similiter tolerat ratione multitudinis, ut quinquageſima diſtinctione. ut conſtitueretur, & habetur in iuribus ſuperius allegatis.

FINIS.

# BARTHOLEMAEI CAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

*

# REPETITIO L. SI FVGITIVI. CVM AVTENT. Sed nouo iure. C. de Seruis fugitiuis.

*

Vbi abunde tractatur de pœna furum & latronum, maxime in Autent. Sed nouo iure.

*

SVMMARIVM.

1 *Serui ſi in actu tranſeundi ad hoſtes depræhendantur, pœna pedis, aut metalli puniuntur.*
2 *Pes quomodo capiatur.*
3 *Barbari dicuntur hoſtes populi Romani.*
4 *Puniri quis debet in eo, in quo deliqt.*
5 *Pedis in amputatione quomodo & quibus in caſibus quiſpiam puniatur.*
6 *Membri amputatio eſt totius corporis debilitatio.*
7 *Membrum quando debilitatum dicat.*
8 *Verbum dederit, quomodo capiatur.*
9 *Affectus non punitur, ſi non ſequatur effectus.*
10 *Qualitas delictorum à pœnæ qualitate iudicatur.*
11 *Regula eſt, quòd mitius punitur motus ad actum, quàm actus conſummatus.*
12 *Statutorum in pœnis l. his qui cum telo. locum non habet.*
13 *Sententia humanior ſequenda eſt.*
14 *Barbarici qui propriè ſint.*

Ser



15 *Seruus fugitiuus cur in pedis amputatione puniri debeat.*
16 *Pœna in metallum, & operis metalli, & miniſterij metallorũ, quæ dicatur.*
17 *Pœna ſimilis pedis amputationi quæ dicatur.*
18 *Dictio alius, quid importet.*
19 *Dictio cæteri, an ſimilitudinẽ implicet.*
20 *Dictio eadem an per omnia idem includat.*
21 *Dictio alter quid ſignificet.*
22 *Pœnæ plures alternatiuè quando ponuntur, cuius electio ſit.*
23 *Maritus ſi de rebus ſibi in dotem datis electionem ſibi ſeruauit, ſi non eliget, in uxorem electio transfertur.*
24 *Pœna ſtatuti quãdo irrogari debeat, iudex aliam imponere non poteſt, ſi ipſum ſeruare iurauerit.*
25 *Electio non poteſt cadere, niſi inter plura.*
26 *Statuti pœnam de membri amputatione, quibus in caſibus iudex diſpenſare poterit.*
27 *Statutum diſponens, quòd occidens occidatur, quomodo intelligatur.*
28 *Dolus & non dolus æque puniri non debent.*
29 *Pœna corporali uel capitali dolus ſemper ſubintelligitur.*
30 *Statutum pœnam corporalem imponens, quomodo à doctis aſſeſſoribus intelligi debeat.*
31 *Statutum de pœna pecuniaria diſponens, quam ſi non ſoluerit infra menſem decapitet, quomodo intelligatur.*
32 *Homicidium laſciuia committens, ſiue ludẽs ad ſaxa, ſeu ad niuem, mitius puniri debet.*
33 *Pœna atrox ubi per ſtatutum imponitur, ſaltem lata culpa ſubintelligitur.*
34 *Pœna ſi per ſtatutum limitata fuerit, iudex arbitrium non habet.*
35 *Pœna quando eſt unica, incerta tamẽ, & indeterminata à lege uel ſtatuto, an iudicis electio ſit.*
36 *Pœna quando in iudicis arbitrio exiſtit, quid ſequi debeat.*
37 *Iudex in arbitrarijs rigorem ſequi non debet.*
38 *Iudex in arbitrarijs in mitiorem partem inclinari debet.*
39 *Iudex uſq; ad pœnæ ordinariæ quantitatem arbitrari poteſt: quando loco ordinariæ pœnæ, ad iudicantis arbitrium pœna relinquitur.*
40 *Poteſtas ſi arbitrium habeat puniendi fures in plus & minus quàm ſtatutum dixerit, debet intelligi in plus, & ſic quòd eadem ſpecies pluris ſit.*
41 *Statutum ſi dixerit, quòd aliquis puniatur pœna pedis uel alia, intelligitur de ſimili.*
42 *Statutum ſi dixerit, quòd aliquis debeat puniri plus & minus arbitrio poteſtatis, de quanta quantitate intelligitur.*
43 *Statutum Veronenſe dicens, quòd puniatur arbitrio poteſtatis, boni iudicis arbitrio intelligitur.*
44 *Statutũ ſi dictauerit, quòd ſi quis dederit alicui alapam, condemnetur in quinquaginta libris denariorũ, et plus & minus arbitrio poteſtatis: ultra centũ libras poteſtas arbitrari non debet.*
45 *Compromiſſum quando factum eſt cũ prorogandi poteſtate, menſura temporis prolongati non poteſt eſſe maior, quàm menſura temporis principalis.*
46 *Statutum quando iudici arbitrium dat, non ſpecificando aliquam pœnam, uſq; ad quam pœnam tranſire poſſit.*
47 *Dictio uel, inter diuerſa ponitur.*
48 *Pœnæ arbitrariæ uſq; ad mortem propter facinoris exceſſum incluſiue extenduntur.*
49 *Statutum ſi dixerit, quòd pœna ſit in arbitrio iudicis, et uſque ad pœnã mortis, quomodo tale ſtatutum intelligat.*
50 *Pœna in arbitrarijs quæ & qualis imponi poſſit.*
51 *Leges tranſgredi licet propter criminis enormitatem.*
52 *Pœna qualis imponi ualeat, ſi iudex arbitr*

*bitrium habeat non ſimpliciter, ſed generaliter in inquirendo, procedẽdo, torquendo, puniendo, banniendo, & condemnando, &c.*

53 *Pœna qualis imponi debeat, quando non eſt certa, & determinata per ius commune, uel ſtatutum, ſed per conſuetudinem.*

54 *Pœna quæ imponi debeat, quando nullo modo eſt certa, uel à lege determinata.*

55 *Legis caſus ubi fuerit, ibi nulla dubitatio eſt.*

56 *Pœna quando arbitraria eſt, quid agendum, remiſsiue.*

57 *Pœnæ duæ uel plures alternatiuæ, quãdo à lege uel ſtatuto imponuntur, cuius ſit electio pœnæ: iudicis ſcilicet, an rei.*

58 *Electio eſt dare debentis in alternatiuis.*

59 *Pœna alternatiua quando corporalis eſt, an iudicis electio ſit.*

60 *Iudex non poteſt dare electionem reo eligendi ſibi mortem, quam uult.*

61 *Fideiubere, nec etiã obligare ſe poteſt quis pro alio ad corporalem pœnam.*

62 *Pœna duplex alternatiua, ſi à lege uel ſtatuto imponatur, ipſius iudicis electio eſt.*

63 *Pœna corporalis quantumcunq; minima eſt, maior regulariter quantũcunque pecuniaria pœna.*

64 *Pœnis in alternatiuis, quando una pœna corporalis eſt, alia pecuniaria, cuius electio ſit.*

65 *Statuti forma ſi imponatur pœna portantibus bladum, uel farinã, uel quid aliud extra diſtrictum, & inuenti ſint aliqui portantes, & capti, antequam diſtrictum exierint, an ſtatuti pœna puniri debeant.*

66 *Statutorũ in pœnis regulariter, quid inſpiciatur.*

67 *Delicto non caret, qui delinquere inchoauit.*

68 *Coniecturæ portantium bladum extra territorium, quæ ſint.*

69 *Bladum extra territorium portantes ſi depræhenſi fuerint, an pœnitere potuerunt.*

70 *Bladum extra territorium ſi nõdum aliqui portare cœperunt, & ſic in itinere reperti non fuerunt, ſed tantum fecerunt aptare ſalmas ad portandum frumentum, an puniri debeant.*

71 *Bladum portantes ſi in itinere reperti non fuerint, ſed præparauerũt frumentum in domo ipſum occultando, uel in aliquo alio loco occulto locando, ut poſtea portare poſsint, an punientur.*

72 *Bladum portãtes ſi ſolum uiſi fuerint, ſed non capti, an in ſtatuti pœnam incidant, ac ſi capti fuiſſent.*

73 *Verbum inuentus, non uerificatur in ſolo aſpectu, ſed appræhenſionem requirit.*

74 *Statutum ſi dixerit, ſi quis fuerit inuentus cum armis, ſi captus non ſit, an inuentus dicatur.*

75 *Statuto ſi caueatur, quòd quicunque inuentus fuerit cum cultello, ſoluat x. ſi quiſpiam tantum uiſus fuerit, an ſoluere debeat.*

76 *Statutum ſi dixerit, quòd dominæ cũ perlis inuentæ ſoluant x. ſi per officialem uiſæ fuerint, ſed non appræhenſæ, an teneantur.*

77 *Inuentarium dicitur, quia reperta & inuenta in bonis popilli ibi deſcribunt.*

78 *Tutor licet de omnibus rebus pupilli inuentarium facere teneatur, de quibus in bonis ſuis non reperitur, non tenetur in inuentario ponere antequam exigat.*

79 *Statutum ſi puniat inuentum cũ armis, uel ludentem ad ludum azardi, an ludentem conuictum punire poterit.*

80 *Statutũ ſi dictauerit, quòd ſi quis inuentus fuerit committere homicidiũ, capite puniatur, an inuentus dicatur qui commiſit, licet in flagranti crimine repertus non ſit.*

81 *Statutum ſi dictauerit, quòd ſi quis inuentus fuerit arma portare, puniatur*



*tur in tantum, quomodo tale ſtatutum intelligatur.*

82 *Ire per ciuitatem de nocte, uel per domos alienas, licitum non eſt.*

83 *Accuſatus ſi quiſpiam fuerit, quod extraxit bladum, uel aliquid aliud prohibitũ extra diſtrictum, uel quòd portauit arma, uel quod iuit de nocte, an accuſatus, ſi probatum eſt per teſtes, puniri debeat.*

84 *Statutum ſi diſpoſuerit, quod ſi quis fuerit inuentus ludere ad taxillos, uel tenere ludum taxillorum, puniatur in x. & medietas ſit accuſatoris: ſi aliquis accuſatus fuerit, quod luſerat ad taxillos, uel ludum taxillorum tenuerat, & accuſator hoc per teſtes probauerit, nunquid dimidiam habere debeat.*

85 *Statutum ſi dixerit, quòd quis fuerit deprehenſus portare bladum extra diſtrictum, uel cum armis, tali pœna puniatur, ſi probatum fuerit, quod aliquis bladum extra diſtrictum portauerit, uel etiam portauerit arma, non tamen cum blado, uel cum armis captus fuerit, an pœna ſtatuti puniri debeat.*

86 *Membrũ quid dicatur, & quid membri appellatione ueniat.*

SI FVGITIVI. quia in iſta l. & autent. ſed nouo iure. quæ ſequitur, ponitur materia, quib. pœnis puniri poſſunt fures & latrones, & eſt utilis & quotidiana, & non perfecte examinata per Docto. ideo decreui hãc l. cum dicta auten. declarare plenius & clarius quàm per Doct. hic, uel alibi ſcriptum reperiatur. Et hoc d. in ſumma iſta l. ſi fugitiui. * Si ſerui in actu tranſeundi ad hoſtes depræhendantur, pœna pedis, aut metalli puniuntur. hoc dicit ſecundum Bartol. uel ſic, ſecundum Bald. Serui ad barbaros in actu fugæ deprehenſi, grauiter pro motu iudicis puniuntur, mutilatione ſcilicet pedis, aut pœna metalli, aut alia ſimili arbitrio iudicis h.d. In text. ibi cum tranſeunt. dic, id eſt, dum ſunt in itinere.

2 * In tex. ibi, pede. dic quòd hic accipitur pes pro extrema parte corporis, ut dicitur in rubr. C. de pedaneis iudi. Alibi accipitur pes pro menſura, & talis pes debet eſſe xvj. digitorum, ſecundum Iſidorum etymologiarum, de menſuris agrorũ: & not. gl. xvij. q. iiij. ſicut. & Alb. de Roſa. in l. ij. circa princ. ſ. de his qui ad eccle. confugi. & Bald. in l. j. ff. ſi quis caut. & do. Barto. de Sali. in l. j. antepe. q. C. de interdic. & Flo. in l. uiæ latitudo. ff. de ſeruit. ruſti. præd. & per Barto. in l. in itinere. ubi dixi. ff. de uer-

3 bo. ſignifi. * Nota primo, quòd ſeruus fugiens ad hoſtes populi Romani, quos hic appellat barbaros: debet puniri pœna pedis, uel metalli, aut

4 alia ſimili. * Nota ſecundo, quòd quis debet in eo puniri, in quo deliquit: & hoc no. in glo. in uerbo, amputatio. & eſt tex. in c. an ſit. extra de appell. & ibi gloſſ. fin. in fin. allegat ad hoc etiam in c. paſtoralis. extra de iure patro. & c. literas. extrà de temporibus ordinandorum. & ideo dicit hic Baldus, in princip. quòd in eo inſtrumento corporis punitur quis, cum quo principaliter deliquit. unde ſi curſor eſt dignus mutilatione membri, amputatur ſibi pes. ſi teſtis, lingua. ſi ſcriptor, manus. per hanc l. licet hodie excepta manu, nullum membrũ debeat mutilari, ut in auten. ſed nouo iure. ĩ. eo. Niſi aliter ſe haberet cõſuetudo. iuxta no. in l. Capitolium. §. famo-

ſos

ſos. ff. de pœnis. de quo j. dicetur.
*No.tertio hic unũ caſum,in quo 5
quis punitur amputatione pedis.
Item adde alium , ſi quis alium per-
cuſſerit, ita quod pedẽ amittat.Exo-
di.cxxj.uerſi. ſi rixati fuerint.Itẽ qui
falſum teſtimonium dixerit contra
aliquem in cauſa,ex qua debeat pe-
dem amittere.Deuteronomij. cxix.
uer.cum quis diligentiſsime. *No. 6
quarto tex. ibi, pede amputato debi
litentur. ſecundum Bal. hic in fin.ꝙ
amputatio mẽbri, eſt debilitatio ho
minis ſcilicet totius corporis:ſed de
bilitatio unius membri,eſt impedi-
mẽtum principale officij ipſius mẽ-
bri,unde oculus non dicitur debili-
tatus,licet ſit aliqualiter deturpatus:
allegat ad hoc.ff. de ædil. edic.l.idẽ
Offilius.in prin. * Quando autem 7
dicatur membrum debilitatum, ui-
de Ang. in l.nõ ſolum.ff.de rei ued.
& in l.publicorum.ad fi.ff.de publi-
cis iudi. Opponitur contra iſtam
l. de l. ſi quid aliquid. §. transfugæ.
ff.de pœnis.ubi dicitur quod trãsfu-
gientes ad hoſtes, aut uiui exuratur,
aut furca ſuſpendantur.Sol.ibi trãſ-
fuga fuit depræhenſus delicto con-
ſummato, hic uero dum eſſet in iti-
nere:non ita ſoluit gloſ.hic: & ibi.&
hoc probat tex. hic, dum dicit, cum
trãſeunt:& ita tenẽt hic Doc.ſed Pe-
trus de Bella Pertica , ut refert hic
Cyn.aliter intellexit:nam ipſe dicit,
quòd hic & in contrario delictũ fuit
conſummatũ. Et ideo ipſe intelligit
iſtum tex.ſic,ſcilicet ſerui tranſeun-
tes ad barbaros depræhendantur,ſci
licet poſtea. ſed tunc uidetur obſta-
re,quia ſecundum hoc mitius puni-
tur ſeruus,quia in pede,ut hic,quàm
liber, quia ille in capite:ut d. §.trãſ-
fugæ:quod eſt contra l.Pedius.ff.de
incendio,ruina,nau.Ipſe reſpondit,
quòd uerum eſt , quod plus punitur
liber,quàm ſeruus: cæteris qualitati
bus delicti præcedentibus pariter:
ſed hic non eſt paritas delicti , quia
ſeruis non reuelamus conſilia no-
ſtra , ſed liberis: ideo acrius puniun
tur. ut d. §.transfugæ.& cum iſta o-
pin.tranſit hic Cyn.Hec opinio non
eſt uera nec tenetur communiter,
nam eſt contra iſtum text. ibi, de-
prehendantur.& ibi,tranſeuntes cõ.
præſupponit enim , quòd capiantur
eo tempore , quo tranſeunt : & ſic
dum ſunt in itinere. Et pro hoc fa
cit opin.gloſſ. in l. arboribus. §. fin.
in uerbo,uſusfructus.ff.de uſufruct.
ubi dicit, lupus exit ſyluam,non ta-
men exiuit. Opponitur ſecundo
contra iſtam ſol. de leg.ij. §. is qui.
ff.de re mili. ubi dicitur quòd is qui
uolens trãsfugere, apprehenſus eſt,
punitur capite . & ſic præſupponit
quòd fuit apprehenſus in fuga:dum
dicit , uolens transfugere. pro hoc
gloſſ.nota.in d.l.arboribus. §.fin.in
uerbo , uſusfructus . ff. de uſufruct.
So. ibi exponitur , uolens transfu-
gere,id eſt,uoluntarie transfugit.ſic
ponitur in l.fin. ff.de re. diui.ita di-
cit gloſſ.in d. §. is qui.& pro iſta ſo-
lu. facit gloſſ.in d.l.fi. quæ exponit,
uoluerit,id eſt,uoluntarie tranſcen-
derit. ad idem text. cum gloſſ. in l.
quod ſi ab initio.ff.ſi cert.pet.& tex.
cum gloſ.in uerbo, ſi uoluerit.in l.j. 8
ff.de lega.ij. * Item pro hoc etiam
text. in l j. §.j. ff. de adimen. leg. &
ibi Bartolus, qui dicit.not. iſta uer-
ba, non dederit: quia intelliguntur,
id eſt,dare non debuerit.facit etiam
ad hoc quod not.Bartol. in l.ſi uxo-
ri. §.cum ita.ff.de auro & argento le
ga.& in l.ſed Iulian. §.quod dicitur.
ff.ad Maced.Iſta ſolutio uidetur di-
uinare & uiolare iſtum tex.ideo di-
cunt quidam,ut refert hic Cy. quod
ille §.concordat cum iſta l.quia hic
eſt pœna capitalis , ſcilicet abſciſio
membri. ut not.in lege prima. C.de
offi



officio eius qui uicem alterius gerit.
Sed hæc ſolutio eſt cõtra l.ij. in prin
cipio.ff. de pœnis. & l. edicto. §.rei
9 capitalis.ff. de bonor.poſſeſ. & l. li-
cet capitalis.ff. de uerb.ſigni. * unde
ut intellexit gloſſa hæc eſt uerior,ſci
licet, ut non ſic puniatur affectus, ſi
effectus non eſt conſummatus , ſicut
ſi eſſet cõſummatus. & in hoc cõcor
dat Iacobus de Rauenna,& Iacobus
Aret. & eſt etiam humanior iuxta ea
quæ habentur in l. ſi quis non dicam
rapere.C. de epiſco.& cleric. & in l.
ſagittarios . ff. de pœnis. Oppon.
tertio contra prædicta. Nam deli-
ctum fugæ eſt atrociſsimum, ut pa-
10 tet ex genere pœnæ:* quia delicto-
rum qualitas,iudicatur a pœnæ qua-
litate.ut ff.de publi.iudi.l.ij.& nota.
in l.tranſigere.C.de tranſact.ubi per
Cyn. in decima quæſtione. ſed in a-
trociſsimis , motus ad delictum pu-
nitur,ac ſi delictum eſſet conſumma-
tum. ut ſupra de epiſco. & cleric.l.ſi
quis non dicam rapere. & in l.is qui
cum telo.C.ad legem Corneliam.de
11 ſic.ſol.ſecundum Baldum.* hic poni
tur regula, quòd mitius punitur mo-
tus ad actum, quàm actus conſumma
tus : ſed leges contrariæ loquuntur
in caſibus ſpecialibus, ſcilicet quan-
do quis attentet pudicitiam,uel ho-
micidium procedẽdo ad actum, ſuo
finali intentu annexum.uel dic econ
tra,quòd in legibus contrarijs poni-
tur regula , quæ fallit in lege noſtra:
quia lex ultrà procedit,diſtinguen-
do pœnas inchoati,uel conſummati
delicti.uel dic & tertio,quòd in pœ-
na ſanguinis , ſemper iudex debet
eſſe mitior,ut hic. Secus in alijs pœ-
nis . ſubdit tamen hic Baldus nota.
12 *quòd in pœnis ſtatutorum non ha-
bet locum l.is qui cum telo. quia ſta
tuta diſponunt de actu ſecundũ effe
ctum,ut nota. in Specul.de accuſ. §.
primo.& hæc eſt generalis conſuetu
do,quæ non indiget probatione: ſic
ſuprà de iudicijs. l. rem non nouam.
Oppono quarto,& uidetur quod
imò transfuga,etiam delicti non con
ſummati,poſsit puniri pœna mortis:
ut eſt textus in l.in eiuſdem. §.finali.
ff. ad legem Corneliam de ſicarijs.
ubi dicitur , transfugas ubicunque
inuenti fuerint, quaſi hoſtes interfi-
cere licet , & oportet. & ſic dum di-
cit,ubicunque inuenti fuerint, uide-
tur intelligere ſiue in itinere, ſiue cõ
ſummato itinere, inueniantur,quòd
æqualiter puniantur. ſolut. gloſſ. in
dicto §. transfugæ . intelligit illum
textum, quod facto flagitio,ut tol-
13 lat contrarium huius l. & bene.* &
iſta ſententia eſt humanior, pro qua
facit l.aut facta. §.euentus.ff. de pœ-
nis . & quod no. in d. l. ſi quis nõ di
cam rapere.C. de epiſ.& cler.& in d.
l.ſi is qui cũ telo. C.ad l.Cor. de ſic-
14 carijs. *Quæro primo,quia hic dici
tur,ad barbaros tranſeuntes: qui di-
cantur barbari,ſeu barbarici:& gloſ.
reſpondet, quòd ſunt hoſtes populi
Romani . allegat l. ij.C.de commer-
cijs & mercatoribus. & eſt textus in
l. penultima & finali. C. de captiuis
& poſtlimi.reuer.& not. gloſſ. in di-
cta l.fina.in uerbo, barbaris. & item
no.Azo in ſumma.C. de commercijs
& mercatorib. ſed Feſtus Pompeius
dicit barbaricum,appellatur clamor,
exercitatio:uidelicet eo genere bar-
bari utuntur. Alibi accipitur barba-
ræ nationis : id eſt , ignotæ . ut eſt
textus in l.nulli iudici. §. quod ſi te-
ſtator. &ibi gl.in uerbo ,barbaræ.ſu
pra de epiſcopis & clericis. ſed idem
Feſtus Pompeius dicit,Barbari dice-
bantur antiquitus omnes gentes,
15 exceptis Grȩcis,& Latinis. *Quȩ-
ro ſecundo, quare hic dicitur,quòd
fugitiuus ſeruus debeat puniri in
amputatione pedis: & gloſſa hic ſu-
per uerbo , amputatio . reſpondet,

quia in eo, in quo deliquit, debet qs
puniri. de quo dic, ut dixi ſuprà, in
ſecundo notabili. Quibus adde,
quòd in eo loco quis debet puniri,
in quo deliquit: ut eſt textus in l. ca-
pitalium. §. famoſos. ff.. de pœnis.
& eſt textus in l. tertia. in principio.
ff. de re militari. & in l. ſi cui. §. idem
Imperator. ff. de accuſationibus. &
in autentic. ut iudices ſine quo. ſuf-
fragio. §. ſi quis autem. & ibi gloſſa
penultima, collatione ſecunda. & in
autentic. ut o nnes obediant iudici
prouinciarum. §. hæc igitur. colla-
tione quinta. *Quæro tertio, quæ 16
dicatur pœna in metallum, & ope-
ris metalli, & miniſterij metallorum.
gloſſa hic in uerbo, metallo. ſe remit
tit. ff. de pœnis. l. aut damnum. §. in-
ter eos. & §. ſi quis. & §. miniſte-
rium. & uide optimam gloſſam in-
ſtitut. quibus modis ius patriæ po-
teſtatis ſoluitur. in §. pœnæ ſeruus. 17
in uerbo, in metallum. *Quæro
quarto, de qua pœna intelligatur
iſte textus, dum dicit, aut alia quali-
bet pœna afficiantur. & gloſſa ſic re-
ſpondet, quòd intelligitur ſcilicet
ſimili, uel extraordinaria. *Ex qua 18
gloſſa not. quòd dictio alius, alia, a-
liud, importat ſimilitudinem. & ad
hoc dictio, ſimilium, implicatiua. &
ad hoc ſemper allegatur iſta gloſſa.
idem not. gloſſ. in l. quidam relega-
tus. in uerbo, amicis. ff. de rebus du-
bijs. facit quod nota. Cynus in l. id
quod pauperibus. in quinta oppo-
ſitione. ſuprà de epiſcopis & cleri-
cis. Aliquàdo tamen dictio, alius,
non implicat, ut habetur in diuina
ſcriptura, in qua dicitur, Crucifixus
eſt Chriſtus, & alij duo nequam. ut
not. gloſſa in l. non ſolum. §. quæ
non. in uerbo, creditores. ff. de pro-
curato. quæ allegat ad hoc iura. &
ibi hoc notant Bartolus, Baldus, &
Doctores. Et eſt etiam textus cum
gloſſa in autenti. qui ſemel. quæ in
appella. ſic loquitur. C. quomodo &
quando iudex. & tex. cum glo. in uer
bo, ad ſimilem. in l. illud. ſuprà de ſa-
croſanct. eccle. & gloſſa in l. ita pu-
dor. & ibi Bartolus, infrà de adulter.
& gloſſa in l. ſi prius. ff. de noui ope.
nuncia. & facit gloſſa in l. cum ex fi-
lio. §. filio. ff. de uulgari. & pupilla-
ri. & eſt textus in c. ij. querelam. ibi,
nulla alia rationabili cauſa. & ibi
gloſſa, extrà de procurato. & not. Ni
colaus de Neapoli, ſecundum An-
dream de Piſis. in l. ſed reprobari. in
principio. ff. de excuſatio. tutorum.
Et de hoc, an dictio alius, alia, a-
liud, ſit implicatiua ſimiliū, uel non,
uide in locis præallegatis, & maxi-
me in dicto §. ſequitur. & per textū,
gloſſam, & Doctores, in ca. Rodul-
phus. extrà de reſcriptis. & in c. ſedes 19
apoſtolica. eodem titu. *Sed quid
de uerbo cæteri, an implicet ſimilitu
dinem? uide textum, gloſſam, & Bal-
dum in dicta l. non ſolum. §. quæri-
tur. ff. de procurato. & uide textum
quinquageſima ſexta diſtinctione. 20
Cenomanenſem. *Item quid de di-
ctione eadem, an implicet, ſeu inclu-
dat idem per omnia? dic quòd non.
ut eſt textus cum gloſſa, in l. quarta.
ſiue pro fratre. & ibi per Doctores. 21
C. de negotijs geſtis. *Item quid
de dictione alter, dicitur, uel alterius 22
cuiuſcunque contractus. *Quæro
quinto, quia hic ponuntur tres pœnæ
alternatiuæ, cuius ſit electio. & uide-
tur quòd ſit eius, qui debet puniri,
quia in alternatiuis, electio eſt da-
re debentis. l. plerunque. in fine. ff. de
iure dot. In contrarium ſentit hic
gloſſa finalis, dum dicit, aut extra
ordinem. nam intelligetur prima, ar-
bitrio iudicis. ut eſt textus in l. ho-
die. ff. de pœnis. & not. gloſſ. tertia
in l. prima. infrà qui admitti ad bo-
norum poſſeſsionem poſſunt. Item
quia



quia ſi eſſet in poteſtate rei, iam pœ-
na deduceretur ad nihilum: & ſic fru
ſtra lex pœnam impoſuiſſet. Cynus
hic tenet, quòd ſit electio iudicis. ar-
gumen. l. primæ. ff. de effract. ſecun-
dum Iacobū de Rauenna, & Petrum.
Bartolus uero a in l. quicunque.
& in §. expilatores. ff. de effractori-
bus. ſic diſtinguit. Quandoq; uer-
ba imponentia pœnam, diriguntur
ad iudicem, quandoque diriguntur
ad reum, quandoque ſunt dubia: pri-
mo caſu, quando diriguntur ad iu-
dicem, quia dicunt, puniantur, con-
demnentur, & ſimilia. & tunc eſt ele
ctio iudicis. ita loquitur hic, dum di
cit, afficiantur: facit ad hoc l. finalis.
ff. de iniurijs. & inſtitut. de iniurijs.
§. in ſumma. Secundo caſu, quan-
do uerba diriguntur ad reum, tunc
electio eſt rei: caſus eſt in l. quicunq;.
in principio. in c. ibi reddat. & hæc
diſtinctio, an uerba referantur ad iu-
dicem, uel reum, probatur per gloſ-
ſam in l. Lucio. ff. de legatis ſecūdo.
quæ ſimilem diſtinctionem facit in
legat. Tertio caſu, quando uer-
ba ſunt dubia, ut puta, dicit ſtatu-
tum, ſit pœna pedis, uel metalli. &
ſic non loquitur iudici, nec reo: tunc
in pœnis corporalibus ſit electio iu-
dicis. l. prima. §. expilatores. ff. de
effractoribus. In pecuniarijs uerò, ſit
electio rei, ut dicta l. plerunque. in
fine. ff. de iure dot. Sed Baldus in
dicta l. quicunque. tenet in omnibus
contra Bartolū. nam dicit ipſe, quòd
non eſt. Dicitur in fine, uerba legis,
uel ſtatuti dirigantur ad iudicem,
ſiue ad partem, & ad dictam gloſ-
ſam. in l. Lucio. ff. de legat. ſecundo.
reſpondet, quòd illa loquitur in cre-
ditore fauorabili, hic in odioſo. Ex
quo infert Baldus in dicta l. quicun-
que. quòd licet ſtatutum dicat, iudex
extrahi faciat oculum, uel amputari
linguam, interpretabitur, prout ele-
gerit reus, id eſt miſerabilem ele-
ctionem ſibi eſſe conceſſam: nam illa
eſt mitior pœna, quæ ipſi eligenti
uidetur minor: ut intelligatur legiſ-
lator aliquid miſericorditer inter
aſperrimas pœnas miſcuiſſe. Item
dicit Baldus, quòd diſtinctio Bar-
toli, inter pœnam pecuniariam, &
corporalem, non placet ſibi: cum in
pœnis corporalibus, mitius ſit agen
dum: præſertim ſi perſona non ſit
uilis, per l. ſi de interpretatione. ff.
de pœnis. & ideo dicit, quòd putat
rei eſſe electionem, quia pœna eſt
alternatiua legis, uel ſtatuti, quia
utraq; eſt certa, & purgat delictum.
Et in practica de hoc ante ſen-
tētiam interrogabitur per iudicem,
& ſi non eliget, tunc eliget iudex ex
poteſtate ſibi data, per legem ho-
die. ff. de pœnis. & ſententia ferre-
tur non alternatiua, cum trahere de-
bet ſecum executionem. ut l. qui ul-
timo. ff. de pœnis. quod non face-
ret ſententia alternatiua. ſimile not.
in l. prima. §. exactio. C. de rei uxo-
riæ actione. per gloſſam. in uerbo,
23 reſtituendis. *ubi dicitur, quòd ſi de
rebus æſtimatis datis in dotem, ma-
ritus ſeruauit ſibi electionem, ma-
ritus eleget: quod ſi non facit, tranſ-
fertur electio in uxorem. ut l. prima.
ff. de ſolution. coniuncta l. plerunq;.
§. fina. ff. de iure dot. Item dicit
Baldus, quòd non eſt bona diſtin-
ctio, quam faciunt aliqui ſic, ut eſt
Andreas de Piſis. qui dicunt, quòd
aut per condemnationem fit ſeruus
pœnæ: puta, dicit ſtatutum, decapi-
tetur, uel ſuſpendatur: & tunc eſt ele
ctio iudicis: quia ſeruus pœnæ non
poteſt eligere. argumento l. ex fa-
cto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel.
aut non ſit ſeruus pœnæ, & eſt ele-
ctio rei: nam iſta electio, ſecundum
Baldum, non in iure, ſed in facto con
ſiſtit: quæ communis eſt. ut l. hos

a Bart. uero. *Adde ꝙ Abb. in c. a crapula. de uita & ho. cleri. tenet idē quod Bart. in primis duobus mēbris, in quinto uero mēbro expreſſe tenet contra Bartol. Bald. & Dyno quod in dubio electio ſit iudi. cis, ut refert de Mar. in c. ſicut Iudæi. de Iudæis. & ibi nota de per eū. quia iura loquuntur impſonaliter:. et oſtēdūt electio iudici. Itē quia in dubio pœnæ per iudicē imponenda eſt, & ſic lex in dubio loquitur iudici. Itē quia iudex habet uidere q pœna ſit magis expediēs et illam imponere, ut c. quoniam frequēter. extra ut lit. no conteſta. facit xiv. quæſt. v. c. prodeſt & l. qd ergo. §. pœna grauior. & ibi, quod no. et per Doc. de his qui nota. infa.*

accuſa. §. omnibus.ff. de accuſatio-
nibus. Ego autem circa prædicta
aliter ſentio, pro cuius declaratio-
ne ſic diſtinguas: Aut unica tantum
pœna eſt impoſita à lege, uel ſtatu-
to, aut duæ, uel plures alternatiuæ.
Primo caſu, quando unica tantum
pœna eſt impoſita, & tunc ſubdi-
ſtinguitur. Aut illa pœna impoſita eſt
certa, & determinata, aut incerta, &
indeterminata. Quando eſt unica
tantũ pœna certa determinata à lege,
uel ſtatuto, & tunc à uerbis legis,
uel ſtatuti non eſt recedendum: quan
tuncunque uerba ſint dura. l. pro-
ſpexit. ff. qui & à quibus. ſic illa pœ-
na eſt regulariter imponenda. facit
l. non aliter. ff. de legatis tertio. &
maxime ubi ſtatutum loquitur im-
peratiue, dirigendo uerba in ipſum
judicem:* nam tunc iudex non poſ 24
ſet imponere aliam pœnam, quam
pœna ſtatuti, quod ſeruare iurauit,
ſecundum Baldum, qui ita notat in
l. in eum. in fine. C. de furtis. nec in
hoc caſu conuenit diſputatio, cuius
ſit electio. Quia ex quo eſt unica pœ
na.* Quia electio non poteſt cade- 25
re niſi inter plura: ut l. ſi illud aut
illud. ff. de legatis ſecundo. & notat
etiam Bartolus in l. prima. infra de
furtis. Sed ſolum poteſt cadere di-
ſpenſatio, & iſta ad iudicem ex cau-
ſa pertinet.* ut ſi ſtatutum dicat de 26
amputatione manus, & aliquis eſt
ita puer, uel ita ſenex, quòd ſtatim
moreretur, poteſt iudex diſpenſare:
tamen non cogitur, nec poterit ap-
pellari. argumento ff. ad Sylleia-
num. l. qui poſthumus. in fine. &
pro hoc uide optimum textum in
l. auxilium. §. in delictis. ibi, niſi qua
tenus interdum miſeratio ætatis,
ad mediocrem pœnam iudicem per-
duxerit. & ibi gloſſa in uerbo, miſe-
ratio. ff. de minor. & uide textum in

l. aut facta. §. perſona. ff. de pœnis.
Item poteſt hoc caſu, quando eſt
unica pœna, cadere non diſpenſa-
tio, ſed interpretatio.* ut ſi ſtatu- 27
tum dicit, quòd occidens occidatur,
ut in eo, in quo deliquit puniatur:
modo ſi culpa, non dolo te percuſ-
ſi, & mortuus es. dicit Baldus in di-
cta l. quicunque. quòd ego non de-
beo mori. & à tali interpretatione
mala poteſt appellari, niſi appellatio
ſit ſpecialiter interdicta: ut ff. de ori-
gine iuris. l. ſecunda. §. poſtea ne
diutius. Et iſta interpretatio eſt de
iure naturali, & ideo habet locum
etiam in ſtatuto: nam de ratione na-
turali eſt, quòd non punitur quis ad
mortem: qui noluit delinquere.
* Item quia non debet æque pu- 28
niri dolus, & non dolus. ut ff. ad le-
gem Corneliam, de ſicarijs. l. pri-
ma. §. ſed ſi clara. Item non eſt ſi-
militudo, occidere non ex propoſi-
to, & ego ex propoſito occidar. nam
ſententiam mortis, niſi ex propoſi-
to iudicati, pati non poſſumus. Item
pro hoc. ff. ad legem Corneliam de
ſicarijs. l. in lege. * Item quia ubi- 29
cunque de pœna corporali, uel ca-
pitali loquimur, ſubintelligitur do-
lus: ut nota. ff. de in litem iurando.
l. in actionibus. & inſtitut. de ſuſpe-
ctis tutoribus. §. ſuſpectis. ſecus in
pœnis pecuniarijs, quia ibi non ſub-
intelligitur dolus, ſed bene ſubin-
telligitur conductio, ſi culpabilis
ſit, ne innocens condemnaretur. C.
de noxali. l. ſi ſerui noſtri. & ff. ad
Sylleianum. l. prima. §. ſi quis in uil-
la. & ſtatuta non ſunt intelligenda
Iudaice. ut nota. in gloſſa ff. de dam
no infecto. l. damni. §. ſi is, in gloſſa.
quidam Iudaice. ita dicit ſingulari-
ter Baldus in dicta l. quicunque. in-
fra eodem. Et quod dixi, quòd ubi-
cunque de pœna corporali, uel ca-
pitali



pitali loquimur, ſubintelligitur do-
lus: dic idem not. Baldus. in l. data
opera. infrà, qui accuſari non poſ-
30 ſunt:* ubi dicit, quòd ſi ſtatutum im-
ponit pœnam perſonalem pro ho-
micidio, puta quòd occidens occi-
datur, niſi occidens occidit dolo-
ſe, & ex propoſito, non habet lo-
cum pœna ſtatuti, uel ius commu-
ne, ſed debet aliter mitius puniri.
Et idem dicit dominus Paulus de
Caſtro, in l. ſecunda. C. ubi ſenato-
res, uel clariſsimi. ubi dicit, quòd ſi
ſtatutum diſponit, quòd homicida
decapitetur, & aliquis per culpam
ſine dolo interfecit hominem, aſſeſ-
ſores ignorantes conſueuerunt dice
re, quòd non debemus diſtinguere,
ſed ſimpliciter ſtare uerbis ſtatuti:
quia non inſpicitur animus, ſed fa-
ctum, ut l. prima. §. diuus. ff. ad legẽ
Corneliam. de ſicarijs. facit l. palam
quæ in adulterio. ibi, quia factum
lex, non ſententia notauit. ff. de ri-
tu nup. Tamẽ ipſe dominus Paulus
in dicta l. prima. C. ubi ſena. uel cla.
ſequendo Baldũ in dicta l. data ope-
ra. tenet contradicens, quod alias ſe-
queretur, quòd de homicidio caſua-
li deberet quis decapitari: quod eſt
contrà omnem æquitatem. Et ſub-
dit quòd ita pluries conſuluit, & à
morte aliquos defendit. Et idem
dicit dictus dominus Paulus in l. pri
31 ma, in fine. ff. de legib.* qui ſubdit,
quòd idem eſt, ſi diceretur in ſtatu-
to, quòd condemnetur ad pœnam
pecuniariam, quam ſi non ſoluerit
infra menſem, decapitetur, ſi non
commiſit doloſe, non debet deca-
pitari, licet non ſoluat. & dicit do-
minus Paulus, in dicta l. prima, in
fine. de legibus. hoc per c. tuo. tene
menti, quia ignorantes iudices ſer-
uant ſtatuta ad unguem, ut iacent,
ſiue commiſerint doloſe, ſiue non:
nam poteris liberare per dominum

Baldum, in dicta l. data opera. mul-
tos à pœna capitis: quia aſſeſſores &
iudices niſi uiderint autoritatem ſcri
ptam, neſciunt à uerbis ſtatuti rece-
dere. Ex quo refert præfatus do-
minus Paulus in dicta l. prima. C. ubi
32 ſenat. uel clari.* quòd quando no-
ctis tempore potius ex laſciuia, quam
ex dolo quidam proiecit lapidem, &
percuſsit unum, qui mortuus eſt,
quod ipſe conſuluit, quòd debet mi
tius puniri, ſcilicet pecunialiter; uel
forte dare ſibi bannum pro aliquo
tempore, quod bene nota, ut ſcias
adiuuare potius pueros, uel etiam
homines ludentes per laſciuiam ad
lapides, ſicut ludunt pueri in ciuita-
te iſta Veronæ, uel ad niuem, ſicut
fit in multis locis, & aliquis in eo lu-
do occidatur per iactum lapidis, uel
niuis, quòd occidens non debet pu-
niri pœna mortis, uel corporalis fa-
cit l. item ſi obſtetrix. §. ſed & ſi per
laſciuiam. cum §. ſequenti. & l. ſequẽ
ti. nam ludus. & quod ibi nota. ff. ad
legem Aquiliam. & l. omne delictũ.
§. penultimo, ibi, per uinum, aut la-
ſciuiam. ff. de re militari. Et iſtud
nunquam exeat mentem tuam, quia
ualet mille aureos. Sed ſolennis
doctor dominus Antonius de Ro-
ſellis in c. cognoſcentes. circa prin-
cipium. extra de conſtitutioni. uide-
tur tenere contra prædicta, dum di-
cit not. hic caſum non ponderatum
ab alijs doctoribus, quòd ſtatutum
imponens pœnam ordinariam pro
aliquo delicto, uerificatur, ſi delin-
quens delinquat culpoſe, & ſi non
doloſe, ut ibi in textu. Sed certe ille
textus non probat. Bene enim uult,
quòd culpa puniatur, ſed non dicit
quòd culpa uerificetur in ſtatuto
imponente pro delicto pœnam ca-
pitalem, uel corporalem. Vnde non
recedas ab opinione Bald. & Domi.
Pauli de Caſtro ſupra, quam etiam

ſequitur Cynus, & Baldus, in dicta l.
prima. ff. de legibus. *Adde tamen 33
prædictis, quòd ubi pœna atrox im-
ponitur per ſtatutum, ſaltem requi-
ritur lata culpa: quia leuis non eſt ta-
lis culpa, quam lex abhorret, licet
extraordinarie puniat, facit quod no
tat in l. liberorum. ff. de his qui not.
infam. ita dicit Baldus in l. quæ for-
tuitis. in penultima columna, circa
principium. C. de pigno. actio. Et
per prædicta id limito, quod notat
Baldus in l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. in ultima columna, in princi-
pio. ff. de his qui not. infa.* ubi dicit, 34
quòd quando pœna eſt limitata per
ſtatutum, iudex non habet arbitriū.
per l. hodie. ff. de pœnis. quia ſtatu-
tum eſt tenaciter obſeruandum. ar-
gumen. l. ſi quis reum. de cuſto. reor.
nam per talia ſtatuta ſpecialia, uide-
tur eſſe derogatum illi generali re-
gulæ l. hodie. argumen. l. ſanctio le-
gum. ff. de pœnis. cum in nouis legi-
bus non habeat locum regula l. ho-
die. Nam iſtud dictum Baldi,
debet intelligi, niſi ex cauſa fiat
diſpenſatio, ut dixi ſuprà de pucro
& ſene: item, niſi fiat de iure inter-
pretatio, ut dixi ſuprà de ſtatuto im-
ponente pœnam corporalem, ut
intelligatur, ſi dolus interuenerit.
*Quando uero unica pœna eſt, 35
incerta, & indeterminata à lege, uel
ſtatuto, & hoc caſu ſemper eſt ele-
ctio iudicis: & talis pœna dicitur ar-
bitraria: & ſic ſtatur arbitrio iudicis,
ut eſt textus, qui ita debet intelligi
in l. prima. §. expilatores. ff. de effra-
cto. ibi, quibus nulla ſpecialis pœ-
na. & eſt textus in l. hodie. ff. de pœ-
nis. quæ ſic dicit, hodie licet ei qui
extraordinem de crimine cogno-
ſcit, quam uult ſententiam ferre, uel
grauiorem, uel leuiorem, ita tamen,
ut in utroque modo rationem non
excedat. *Circa hoc tamen, quòd 36
quando pœna eſt in arbitrio iudicis
non determinata à lege. Et ſic ubi
pœnæ ſunt arbitrariæ, dic quod de-
bet intelligi, quòd iudices, qui ar-
bitrantur, arbitrantur ſecundum
mentem legis, ſiue iuris, & arbitrij
intellectus, ſeu rationis. ita not. di-
cit Baldus in c. primò. §. iudices. in
principio, tertia columna, uerſicu.
not. quòd arbitria. in titulo, de pac.
iura. fir. Vel ſecundum conſuetu-
dinem: ut nota. glo. in l. quid ergo.
§. pœna grauior. ff. de his qui nota.
infa. & uide ad hoc gloſſ. in dicta l.
hodie. & gloſſa in l. reſpiciendum.
in principio. ff. de pœnis. & in l. a-
thletas. in §. calumniator. in uerſic.
ex utraque parte. ff. de his qui nota.
infa. & uide Gandi. de maleficiis. in
rubrica, utrum pœna poſsit auge-
ri, uel minui. uerſiculo fina. *Item 37
non debet in arbitriis iudex ſequi
rigorem ſcriptum, imo poteſt etiā
ſequi æquitatem non ſcriptam, ut
eſt caſus in auten. de defenſo. ciui. in
§. iuſiurandum. ſecundū unum in-
tellectum. & ſic ibi eſt caſus, in quo
æquitas non ſcripta, præfertur iuris
rigori ſcripto, ſecundum dominum
Antonium de Butri. in c. primo, in
ſexta columna, in uer. oppo. quòd
nec iudex poſsit iudicare. extrà de
conſtitu. *Item in arbitriis, iudex 38
debet inclinari in mitiorem par-
tem, ut extra de officio delegat. c.
de cauſis. non tamen debet eſſe ni-
mium gratioſus. ut de re iudicata. c.
cum æterni. libro v r. & ibi Ioannes
Andr. in nouel. ita dicit. Baldus in di-
cta l. quicunque. infrà eodem. quem
ſequitur Angelus de Aretio, in ſuo
tractatu maleficiorum. in uerbo, am
putetur ſibi manus dextra. in penul.
columna. & idem notat Baldus in l.
j. in fine. ff. de his qui ſunt ſui uel a-
lie.



39 lie. iuris. *Item quando loco or
dinariæ pœnæ, relinquitur pœna ad
arbitrium iudicantis, iudex poteſt
arbitrari uſque ad quantitatem pœ-
næ ordinariæ, cuius loco arbitra-
ria eſt ſubrogata, ſed non poteſt il-
lam imponere: ita dicit nor. Anto-
nius de Butr. in c. inquiſitionis. in fi-
ne princip. extrà de accuſation. per
gloſſ. not. quæ eſt ibi in uerbo, ali-
40 qui. *Item dicit hic Angelus ſin-
gulariter per gloſſam finalem hic, in
principio, quòd ſi poteſtas habet
arbitrium puniendi fures in plus &
minus, quàm ſtatutum dicat, de-
bet intelligi in plus. & ſic, quod
ſit eadem ſpecies pluris, alias non
eſſet plus, immo omnino diuerſa,
quia differunt in nomine, ſubſtan-
tia, & in natura. ff. de cuictio. l. ſcha
pham. & ff. de auro & argento lega.
l. penultima. Et ideo ſi pœna ordi
naria eſt pecuniaria, non tranſibit
ad corporalem: quia hic non ſe ha-
beret per modum pluris, ſed per
modum maioritatis. ut l. in ſeruo-
rum. ff. de pœnis. facit ff. de in litem
iuran. l. cum furti. cum ſimilibus ibi
allegatis in gloſſ. & hoc etiam uide-
tur tenere Bald. in l. conuenticulam.
& in quinta columna. C. de epiſco-
41 pis & clericis.* ubi dicit ſingulari-
ter, quòd ſi ſtatutum dicit, quod
ſi aliquis puniatur pœna pedis, uel
alia, intelligitur de ſimili: unde non
intelligitur de pecuniaria pœna,
quia non conuenit pœnæ: nec di-
citur de amputatione capitis, quia
longe remota eſt à mutilatione me-
bri. quod eſt ualde notabile, pro
multis ſtatutis. tres libri ſtatutorum
communis Veronæ, in quibus im-
ponitur certa & ſpecialis pœna pro
delicto aliquo, & poſtea dicitur, &
plus & minus arbitrio dictæ poteſta
tis, & totius curiæ, uel maioris par-
tis eius: quia ſi illa pœna ſpeciali-
ter nominata eſt pecuniaria, non po
teſt tranſiri ad corporalem. Secus
ſi non eſſet corporalis, quia tunc
bene poſſet augeri in corpus, per
42 dictam doctrinam Angel. *Item
adde, quòd dicta uerba ſtatuti, &
plus & minus arbitrio dictæ poteſta
tis, &c. intelliguntur non de maxi-
ma quantitate, ſed uigore dicto-
rum uerborum, plus & minus, in-
telligitur de modico: ut l. hæc ad-
iectio. ff. de uerborum ſignification.
& in dicta l. cum fur. & ibi nota. per
Doctores. ff. de in litem iuran. & eſt
textus in l. cum filius. §. pater. ff. de
legatis ſecundo. & uide bonum tex.
in l. Publia. §. finali. ibi, plus non mi-
nus. ff. depoſiti. & intelliguntur illa
uerba, plus uel minus, arbitrio boni
uiri, ut eſt textus, & ibi Doctores,
43 in dicta l. cum filius. §. pater.* &
ideo cum dicatur in ſtatuto Vero-
nenſi, arbitrio dictæ poteſtatis: in-
telligitur arbitrio boni iudicis. ut
ibi facit l. continuus. §. cum ita. ff.
de uerborum obligation. Quòd ar-
bitrium boni uiri debet in hoc eſſe,
ut non tranſeat de pœna pecunia-
ria, ad corporalem: ut dixi ſecun-
dum Angelum. Item non tranſeat
ad magnam quantitatem, ultra pœ-
nam à ſtatuto ſpecifice expreſſam,
& maxime ultra tantundem. Ex-
44 emplum. *Dicit ſtatutum, quòd
ſi quis dederit alicui alapam, con-
denetur in quinquaginta libris de-
nariorum, & plus & minus arbitrio
dictæ poteſtatis, &c. non debebit
arbitrari ultra centum libras, quia
non debet eſſe plus illud, quod ul-
trà arbitratur, quàm ſit illud, quod
ſpecialiter eſt inductum, pro pœna
& ſtatuto. pro hoc uide omnino
quod no. Cardina. Zabar. in c. non-
nulli. in principio. in xx. quæſtione.
extra de reſcriptis. & nō omittas, &
hic addas. pro hoc facit optime l. ſan

cimus. in princip. C. de fideiuſſo. &
quod not. Bald. in conſilio ſuo, quod
incipit, In Chriſti nomine amen.
Nobilis uir Henricus de aduoca-
tis. in principio, ultima columna.
*ubi dicit, quando eſt factum com- 45
promiſſum cum poteſtate prorogan-
di, quòd menſura temporis prolon-
gati nõ poteſt eſſe maior, quàm men
ſura temporis principalis: allegat di
ctam l. ſancimus. & auten. qui ſemel.
C. quomodo & quãdo iudex. quod
eſt multum nota. pro prorogatione
compromiſſi, & etiam pro dicto ar-
bitrio ſtatuti, & eſt ſingulare, &
menti tenendum. *Item eſt ma- 46
gna dubitatio, an quando ſtatu-
tum dat arbitrium iudici, non ſpe-
cificando aliquam pœnam, uſque
ad quam pœnam poſsit tranſire. dic
quòd poteſt imponere pœnam pe-
cuniariam fiſco applicandam, &
etiam pœnam capitis, & ſic pœ-
nã mortis. ut tenet gl. quæ allegatur
pro ſingulari, inſtitut. de iniurijs. §.
in ſumma. in uerſicu. extraordinaria
pœna. Sed aliqui Doctores alle-
gant aliam gloſſ. pro ſimili. in l. pe-
nultima. C. ſi aduerſus libertatem. in
gloſſ. fina. quæ dicit in perſona uel
arbitrio iudicis. tu autem allega aliã
ſimilem gloſſ. in l. ſacrilegij. in prin-
cipio. in uerbo, conſiderandum. ff. ad
legem Iuliam pecu. poſſet tamen di-
ci, quòd dictæ gloſſæ ſentiunt con-
trà, dum dicit gloſſ. in dicta l. penul-
tima. in perſona, uel arbitrio iudicis.
& gloſſ. in dicta l. ſacrilegij. ibi, capi-
tis, uel extraordinaria pœna impo-
nitur. Nam dum dicit extraordina-
ria, intelligitur, id eſt arbitraria, ut
habetur in toto titulo. ff. de extraor
dinariis criminibus: facit textus in l.
cum filius uiaticum. ff. ſi certum pe-
tatur. & inter illa uerba, & pœnam
capitis, ponitur dictio uel. * quæ 47
ſolet poni inter diuerſa, ut l. hæc
uerba ille, aut ille. ff. de uerborum
ſignificatione. ergo uidetur inferre,
quòd in pœna extraordinaria & ar-
bitraria, non compræhenditur pœ-
na capitalis in perſona. Sed an il-
la gloſſ. in dicto §. in ſumma. ſit ue-
ra, dic etiam quòd ſequitur Baldus
ſimpliciter in l. prima. C. de his qui
latrones occult. & idem etiam ſe-
quitur in c. primo, in §. iniuria. in
principio. in titulo, de pac. iuram.
fir. *Vbi dicit, quòd pœnæ arbitra-
riæ extenduntur uſque ad mortem
incluſiue, propter exceſſum facino-
ris, per illam gloſſam ordinariam. Et
idem etiam tenet ipſe Bald. in l. fina.
ff. de rerum diuiſione. ubi dicit per
illam gloſſam, quòd arbitrium da-
tum à lege in maleficiis, etiam ad
mortem ſe extendit, ſi ſit factum ni-
mis graue. idem Bald. etiam ſequitur
illam gloſſ. in c. j. in principio. in v.
columna, uerſi. ſed hic quæro, an ra-
tione generalis arbitrij. in titulo, de
pace tenenda. ubi dicit, quòd ratio-
ne generalis arbitrij, poteſt fieri con
demnatio uſque ad mortem, per di-
ctam gloſſam ſingul. inſtitu. de iniu-
riis. §. pœna. debuit allegare §. in
ſumma. Et hanc gloſſ. etiam tenuit
dominus Nicol. de Neap. in l. fi. in fi.
ff. ubi pupillus educari debeat. ubi
dicit, quòd pœna extraordinaria po
teſt eſſe uſque ad pœnam capitis. alle
gat dictam gloſſam in §. in ſumma
quam fecit. teneas cordi. & dominus
Angelus de Aretio, in ſuo tractatu
malefic. in fine. penultima columna
tranſit cum illa gloſſ. & Mathe. de
Math. in ſuis no. in xl. no. tenet etiã
illam gloſſam, dicendo, quòd ubi
pro aliquo delicto imponitur pœ-
na arbitraria, poteſt imponi pœna
uſq; ad mortem incluſiue, per illam
glo. in §. in ſumma. Dicit tamẽ quòd
iudex arbitratur, quòd imponatur
maior pœna, quàm fuerit ſolita im-
poni



imponi, niſi de conſuetudine appa-
reat, dicitur grauare & malefacere,
niſi hoc faciat ex cauſa. l. hodie.
ff. de pœnis. & nota. in l. quid ergo.
§. pœna grauior. ff. de his qui nota.
infam. & in l. pen. §. ad crimen. ff. de
publicis iudic. Et tandem gloſſ. §. in
ſumma. tenet domin. Angel. de Are.
inſtitu. de actio. §. omnes. in quarta
columna. Sed dominus Ioann. de
Imol. in l. ij. ff. de publicis iudiciis.
in uerſ. quid autem ſi aliqua pœna. &
Angel. de Aret. in ſuo tractatu male
ficior. in gloſſ. in uerbo, & ibi caput
à ſpatulis amputetur. in fin. ſequens
49 dominũ Ioann. dicunt, *quòd quan-
docunque lex, uel ſtatutum dicit,
quòd pœna ſit in arbitrio iudicis,
& uſque ad pœnam mortis, & tunc
clarum eſt, quòd eius arbitrium po-
teſt ſe extendere ad pœnam mortis.
ut l. ſacrilegij. §. ſunt quædam. &
ibi caſus. ff. de uariis & extraordina.
crimini. Quandoque lex uel ſtatu-
tum dicit, pœnam eſſe arbitrio iudi-
cis, dummodo non ſe extendat ad
pœnam mortis. & tũc clarum, quòd
illam non poterit imponere. proba-
tur aperte in l. j. ff. de furtis. & in l. j.
§. expilatores. & §. final. ff. de crimi-
ne ſtellio. Quandoque lex uel ſtatu-
tum ſimpliciter dicit, pœnam eſſe
in arbitrio iudicis. tunc uidetur,
quòd tanquam bonus uir arbitrari
debeat: argument. l. uir bonus. ff. iu-
di. ſol. & nota. per gloſſ. & Bartolum,
in l. ſi qua pœna. ff. de uerbo. ſigni. &
per gloſſ. in c. ſuper his. in uerbo, ar-
bitrium. & in uerbo, aſtringendo. ex
tra de accuſat. & ſic patet, quòd ſe-
cundum qualitatem facti, aliter, &
aliter debeat arbitrari, argumen. eius
quod habetur in c. ſicut dignum. ex-
tra de homicidi. & d. §. ſicut quæ-
dam. Florianus autem de Sancto
Petro de Bononia, in l. item ſi obſte-
trix. ad fin. principij. ff. ad l. Aquiliã.
tenet illam gloſſ. in §. in ſumma. in-
ſtitu. de iniuriis. limitando eam, ut
habeat locum in delictis conſumma
tis, ſecus in non conſummatis. quod
eſt notandum. Sed Bal. in rubrica
ſuprà C. de pœna iudicis, qui male iu
dicauit. uidetur tenere contrarium.
& Antonius de But. in c. de cauſ. ex-
trà de offici. delegati. & gloſſ. & Do
ctor. in c. inquiſitionis. in fin. princi-
pij, extrà de accuſationibus. & ha-
betur etiam de intellectu d. gloſſ. in
§. in ſumma. per Andr. de Iſern. in c.
primo. in titulo, quæ ſunt regalia. in
uſibus feudorum. Item pro hac opi
nione, quòd non poſsit imponi pœ-
na mortis, uidetur probari: quia ſi
pœna imponitur arbitrio iudicis,
poterit arbitrari de temporali tan-
tum, non de perpetua: niſi aliud fue-
rit expreſſum. ut ff. de furibus balnea
riis. l. prima. ibi, temporali. & ille ca-
ſus non eſt alibi, ſecundum Alber. de
Roſa. ita dicit Franciſc. Zaba. in c.
ex literis. in vj. oppoſitione. extrà de
conſtitutio. & idem ipſe nota. in c. de
cauſis. §. in illis. in j. & ij. nota. extrà
de offici. delega. Tu autem ex omni-
bus potes prædictos Doctor. ad con
cordiam reducere, ſic diſtinguendo.
50 * Si quæritur in arbitrariis, quæ
pœna poſsit uel debeat imponi.
Aut pœna eſt certa & determinata in
ſpecie, & expreſſe à iure communi.
Aut per conſuetudinem eſt certa,
aut nullo modo eſt certa, uel deter-
minata. Primo caſu, quando pœna
eſt certa, & determinata in ſpecie à
iure communi, & per formam ſtatu-
ti iudex habet arbitrium, & tunc aut
ſimpliciter arbitrium procedendi, &
determinandi, ſeu condemnandi ſu-
per maleficiis, & tunc tale arbitrium
ſuccedit loco pœnæ ordinariæ: &
ſic ultra eam: immo nec eam impo-

nere poteſt. ita intelligitur gloſſa in c.inquiſitionis. in fin. princip. extrà de accuſat. & quod ibi nota. Anton. de Butr. & ſic dicit, in arbitrium debet reſtringi ad formam iuris communis, uel municipalis. argument. l.creditor. §. Lucius. & ibi uide Alber. de Roſat. ff. mandati. & de pœnis. l. hodie. & habetur per Gandinum in ſuo tractatu de maleficiis. in titul. de quæſtio. & tormentis. uerſicu penultimo. & per Alberi. de Roſate, in ſuo opere ſtatutorum, in iij. parte, quæſtione xxxiij. Et ſic debet arbitrari ſecundum mentem legis, ſiue iuris, & arbitrij intellectus, ſeu rationis, ſecundum Baldum, in c. j. §. indices. in princip. iij. colum. in titul. de pac. iura. fir. * Niſi interueni- 51
ret enormitas criminis, quia propter enormitatem criminis, licitum eſt leges tranſgredi, ſecundum Innoc. in c. j. extra de conſtitut. & notat Bald. in autenti. ſed nouo iure. in c. ad fin. j. colum. * Aut iudex habet arbi- 52
trium non ſimpliciter, ſed generaliter in inquirendo, procedendo, torquendo, puniendo, banniendo, & condemnando. & generaliter purum, merum, & liberum arbitrium in maleficiis, & quaſi non obſtante iure communi uel ſtatuto, & tunc tale arbitrium multum operatur, tã in ſpecificatis, quam in claſula generali. per ea quæ nota. ff. ſi quis cautio. l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. & ad hoc bene facit l. filiusfam. uerſicu. iam uideamus. & ff. de dona. ſecundum Alber. de Roſa. qui ita nota. in d. opere ſtatut. in iij. parte, quæſtione xxxiij. & hoc caſu, licet non declaret, credo quòd iudex poterit arbitrari etiam ultra ius commune, & imponere pœnam etiam capitalem, id eſt mortis: per prædicta, ut aliquid operetur dictum arbitrium ita liberum, & generale. quod bene nota pro cxiiij. ſtatuto ſtatut. iij. lib. ſtatutorum communis Veronæ. * Se- 53
cundo caſu, quando pœna non eſt certa & determinata per ius commune uel ſtatutum, ſed per conſuetudinem. & tunc dicas idem quod dictum eſt proxime, quando pœna eſt certa de iure communi: quia in dubio non debet excedere pœnam, quæ de conſuetudine ſolet apponi, ut eſt gloſſ. nota. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui nota. infam. & gloſſ. in l. hodie. ff. de pœnis. & ſupra dixi: ubi allegaui etiam alia circa hoc, niſi haberet iudex liberum, & merum arbitrium &c. quia tunc poſſet excedere per ea, quæ ſtatim dixi. Item niſi interueniret enormitas criminis, quia propter enormitatem criminis, licitum eſt leges tranſgredi, ut dixi ſecundum Innoc. & Bald. * Tertio caſu quando nullo modo pœna eſt certa, uel determinata à lege. Et tunc ſubdiſtinguo. Aut nulla pœna eſt limitata à ſtatuto, ut quia ſtatutum, uel lex dicit ſimpliciter, quòd ſit in arbitrio iudicis, uel quòd iudex habeat arbitrium, aut pœna eſt limitata cum culpa plus uel minus, arbitrio dicti iudicis, ſi nullo modo pœna eſt limitata à lege uel ſtatuto, & tunc aut lex uel ſtatutum dicit, quòd poſsit punire uſque ad mortem, uel quòd non poſsit punire uſque ad mortem, & his duobus caſibus non eſt dubium: 54
* quia ubi caſus legis, ibi nulla dubitatio. l. ancillæ. C. de furtis. & ita nota. dominus Ioan. de Imol. in l. ſecunda. ff. de publicis iudiciis. Aut lex uel ſtatutum nihil exprimit, ſed ſimpliciter committit arbitrio iudicis. & tunc aut delictum non eſt conſummatum, & non poteſt iudex uigore arbitrij condemnare uſque ad mor



mortem incluſiue. & ita intelligitur quod nota. Florian. in l. item ſi obſtetrix. in fin. princip. ff. ad l. Aquil. Aut delictum fuit conſummatum, & tunc bene poterit imponere pœnam uſque ad mortem incluſiue: & ita intelligatur d. gloſſ. ſingularis in d. §. in ſumma. inſtitu. de iniuriis. & ita etiam intelligatur Doctores ſupra allegat. qui tenent dict. gloſſ.

Si uero pœna eſt limitata cum cul- 57
pa plus uel minus, arbitrio dictę poteſtatis, uel iudicis, & tunc poterit imponi maior pœna uigore dicti arbitrij, quam fuerit limitata à ſtatuto, intelligendo in modica quantitate, arbitrio boni uiri: ita tamen quod non poſsit excedere duplum, ſiue tantundem, & ſic non poterit imponi pœna mortis. & intelligantur alij Doctores, qui tenent contra gloſſ. in d. §. in ſumma. Et hoc caſu debent conſiderari uerba ſtatuti. Quia aut pœna [a] limitata eſt pecuniaria, & uigore dicti arbitrij per dicta uerba, plus, & minus, nõ poterit tranſire ad pœnam corporalem, & eam imponere, ut dixi ſecundum Angelum. hic aut pœna limitata eſt corporalis, uidelicet, quòd aliquis puniatur pœna pedis, & tunc non poterit fieri tranſitus ad pœnam corporalem maiorem in alio membro, & ſic multomagis non poterit imponi pœna capitis, ut dixi ſuprà, ſecundum Baldum, in l. conuenticulam. in quinta columna. C. de epiſcopis & clericis. & ita etiam poſſunt intelligi Doctores, qui tenent, quòd in arbitriis iudex non poſsit imponere pœnã mortis. contra gloſſa. in dict. §. in ſumma. inſtitut. de iniuriis. quæ omnia tene menti pro intellectu gloſ. d. §. in ſumma. quia alibi non ita plane, & diſtincte
56 examinata reperies. * Et de materia, quando pœna eſt arbitraria, uide in locis prçallegatis. & adde quod nota. in l. j. ff. de iur. om. iudi. ubi dicitur, officium iudicis latiſsimum eſt. Et ſi uis ſcire multos caſus, in quibus iudex habet arbitrium tam in faciendo, quam in omittendo, uide in quodam tractatu dom. Galua. decretorum Doct. de Bono. qui incipit, Ad communem utilitatem. ubi numerat trecentos caſus. * Secundo caſu principali, quando duæ uel plures pœnæ alternatiuę ſunt impoſitæ à lege, uel ſtatuto tantum, cuius ſit electio pœnæ, an iudicis, an rei? & in hoc concordando omnes opiniones, ſic dicerem ſaluo meliori iudicio. argument. l. Claudius. in fin. ff. qui pot. in pigno. habe. diſtinguendo tres caſus. Aut utraque pœna alternatiua eſt pecuniaria, aut utraque eſt corporalis, aut una eſt corporalis, alia pecuniaria. Primo caſu, quando utraque pœna eſt pecuniaria, tunc ſubdiſtingue ſecundum Bartol. Aut uerba legis, uel ſtatuti referuntur ad iudicem [b], & electio erit iudicis. Aut referuntur ad reum, & ita electio erit rei. argumen. gloſſ. in l. Lucio. ff. de leg. ij. Nec obſtat reſponſio Baldi in l. quicunque. nota. dum dicit, quòd illa gl. loquitur in creditore fauorabili, hic in odioſo: quia ſi ibi fauor deberet operari in omni caſu, eſſet electio creditoris, id eſt, legatarij: cum ergo ibi etiam ſit aliquando electio debitoris, id eſt, hæredis: iſtud procedit non propter odium, uel fauorem, ſed propter uerbum, quod perſonæ adiicitur: quia ſi uerba referũtur ad unum, ad illum ſpectat electio. & ita etiam debemus dicere in caſu noſtro. Aut uerba legis, uel ſtatuti ad neminem referuntur, ut dicunt: pœna ſit centum ducatorum, uel quin-

qua

a Quia aut pœna. limit. *Hoc idē tenet d. Maria. Sozi in c. ſicut. de Iudæis. quod tamē limitat, niſi iudex hoc faceret cauſa cognita, quia tũc poſſet tranſire ad corporalē. uti l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. et ibi latiſſime per Bald. in repet. Bar. in l. hodie. ff. de pœnis. & l. ſi ſeuerior. de infa. quod not. 4. q. 4. §. nota dũ. & de raptu. c. ſi archiepiſcopali.*

b Ad iudicē. *Hoc idemque ad iudicem dicit do. Maria. Sozi. in d. c. ſicut. de Iudæis.*

quaginta:& tũc in dubio electio eſt
rei,* quia in alternatiuis electio eſt 58
dare debentis. l. plerunq;.in fi.ff. de
iure dotium. & hoc ultimum tenent
omnes. Nec refert, an iſta pœna
applicetur parti, ſicut etiam pœna
furti, an fiſco. argumen. l. ſi de inter-
pretatione. ff. de pœnis. cum ſimil.
*Secundo caſu, quando utraque 59
pœna alternatiua eſt corporalis, &
hoc caſu teneo indiſtincte, quòd e-
lectio ſit iudicis: quia non memini
me legiſſe expreſſe dicentem, in pœ-
nis corporalibus alternatiuis ſit e-
lectio ipſius rei, ſed ſolum in pecu-
niariis bene reperitur, quòd in alter
natiuis, electio eſt dare debentis. ut
dicta leg. plerunque. in fin. ff. de iure
dot. Sed bene reperio text. cum glo.
ubi probatur in contrarium: ſcilicet
in l. aut damnum. §. proinde. ff. de
pœnis. & ibi gloſſæ in uerbo, per-
mittens.* ubi dicitur, quòd iudex 60
non poteſt dare electionem reo eli-
gendi ſibi mortem, quam uult. & il-
lum text. ad hoc allegat pro ſingu-
lari do. Lud. de Roma. in cxxxj. ſin-
gulari, quod incipit, quæro an iu-
dex. ubi dicit, quòd iudex non po-
teſt dare electionem pœnæ moritu-
ro, licet Nero hoc fecerit in Senecā,
magiſtrum ſuum: ſed illud ſpeciale
eſt in Imperatore: ut ibi, ſed aliud
eſt in aliis iudicibus inferioribus. un
de ſi lex uult, quòd iudex qui po-
teſt, & debet conſiderare delicti, &
rei qualitatem, iuxta l. reſpiciendum.
in principio. l. aut facta. ff. de pœnis.
non poteſt dare electionem reo. mul
to minus interpretabimur, quòd lex
ſine facto iudicis uoluerit reo da-
re electionem pœnæ: quia ipſe reus
in dubio ſemper eligeret minorem,
ſeu mitiorem pœnam. facit ad hoc
l. prima. §. expilatores. ff. de effract.
& expil. Item quis non eſt domi-
nus membrorum ſuorum. l. liber
homo. ff. ad l. Aqui. ſed ſi poſſet reus
eligere pœnam corporalem, eſſet do
minus membrorum ſuorum, ergo.
*Item pro hoc, quia quis non po- 61
teſt fideiubere, nec etiam obligare
ſe pro alio ad pœnam corporalem.
ut eſt text. cum gloſſ. nota. in xxiij.
quæſtione v. cum homo, & nota. Bar
tol. in l. Iul. in fi. ff. qui ſatiſd. cog. &
nota. per Cyn. in l. ad commenta-
rienſem. C. de cuſtod. reorum. & no-
ta. Baldus in titul. de pace Conſtan
in xxvij. colum. & Ludo. de Roma
in cxxvj. ſingulari. quod incipit, Tu
ſcis, quòd in cauſa criminali. Li-
cet in hoc conſuetudo ualeret, ut di-
cit Bald. & Ludo. in locis præallega-
tis. Et de hoc quod in pœnis alter
natiuis, non pecuniariis, electio ſit
iudicis, eſt gloſſ. ſingularis, in c. ſi-
cut Iudæi. in fin. ſuper uerbo, aut ex-
communicationis. extrà de Iudæis.
ſecundum Franciſc. Zaba. in c. inter
cæteras. in ultim. colum. in princip
extrà de reſcriptis. * ubi dicit, quo[illegible]
ſi in lege, uel ſtatuto imponitur du-
plex pœna alternatiua, electio eſt
ipſius iudicis, per text. cum gloſſ. fin
in d. §. ſicut Iudæi. in fin. quam di-
cit eſſe ſingularem. Et iſto modo
intelligo iſtam l. ſcilicet quòd e[illegible]
ctio ſit iudicis, non rei: non pro-
pter hoc, quòd uerba referantur ad
iudicem, ut dixit Barto. in l. quicun-
que. infrà eodem. quia in hoc non
bene uidetur dixiſſe, ſed quia pœ-
na corporalis, cuius electio non po-
teſt eſſe rei, ut dixi. Et in hoc non
teneo etiam Bald. quia dixit in dicta
l. quicunque. quod indiſtincte in pœ
na corporali alternatiua electio eſt
rei: quia hoc non probatur l. ut
ſupra dictum eſt. Nec eſt bona re-
præhenſio ſua dum dixit, quòd di-
ſtinctio inter pœnam pecuniariam
& corporalem ſibi non placet, cum
in pœnis corporalibus mitius ſit a-



gendum, præſertim ſi perſona non
ſit uilis. allegat etiã ad hoc l. ſi de in
terpretatiõe. ff. de pœnis. quia immo
eſt bona diſtinctio inter pœnam pe-
cuniariam, & corporalem, uidelicet
quòd potius in pecuniaria poſsit eſ-
ſe electio rei, & non in corporali:
nam pœna corporalis ſolet apponi
pro grauiori delicto, quàm pœna
63 pecuniaria: quod patet, quia eſt ma-
ior:* pœna enim corporalis quãrum
cunque minima, eſt maior regulari-
ter quacunque pœna pecuniaria. l.
in ſeruorum. in fi. ff. de pœnis. & ubi 64
eſt maior pœna, ibi grauius eſt deli-
ctũ. ut no. gl. xxiiij. q. j. nõ afferamus:
quę dicit, quòd maiora delicta maio
ribus pœnis, minora minoribus ſunt
punienda. alleg. in aut. ut fratrum fi-
lij. §. fi. colum. ix. ſed ſic eſt, quòd ubi
imponitur pœna pecuniaria, ibi ſit
minus delictum, quàm ubi imponi-
tur pœna corporalis, ergo mitius eſt
agendum, ubi eſt pœna pecuniaria,
& ſic minus delictum, quàm ubi eſt
pœna corporalis, & ſic maius deli-
ctum, ut eſt text. in l. reſpiciendum.
in prin. ff. de pœnis. Et propter hoc
facilius conceditur, quòd in pœnis
alternatiuis pecuniariis ſit electio
rei, quàm in pœnis corporalibus: &
pro hoc etiam patet, quòd non eſt
bona diſtinctio, quam facit Bartol.
in hoc caſu: uidelicet aut uerba le-
gis, uel ſtatuti referuntur ad iudi-
cem, aut ad partem, ſiue reum, per
gloſſ. in dicta leg. Lucio. ff. de leg. ij.
quia illa loquitur in debitore, & cre-
ditore pecuniæ, uel alterius rei, nos
uero loquimur in debitore ſui cor-
poris, cuius ipſe reus non eſt domi-
nus, nec in ipſo poteſtatem habet, ut
patet per prædicta. Nec obſtat gloſſ.
in l. ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de mi-
nor. quæ dicit, quòd ſi ſeruus uerbe-
ribus, uel noxæ dari debet, quòd ele
ctio eſt ipſius domini, quia illa gloſſ.
nõ loquitur de electione iudicis, uel
rei, ſed de electione domini, ſcilicet
rei, uel minoris læſi, & ſic non facit.
Præterea ibi, licet loquantur de
pœna corporali ſerui, quæ reputa-
tur pecuniaria reſpectu intereſſe do-
mini. facit quod nota. Bartol. in l. j.
§. generaliter. ff. de pœnis. Et eo-
dem modo non obſtat l. fin. & quod
ibi nota. ff. de in ius uoc. quia ibi
loquitur de electione pœnæ inter
debitorem & creditorem: nos uero
loquimur de electione pœnæ inter
iudicem & reum. * Tertio caſu in
pœnis alternatiuis, quando una pœ-
na eſt corporalis, alia pecuniaria, cu
ius ſit electio. breuiter concludo,
quòd ſemper ſit electio iudicis, &
non partis, ſiue rei, per ea quæ ſta-
tim dixi: quando utraque pœna eſt
corporalis, quia rationes, quæ ibi
dicuntur, & hic concludunt. nec
prædictis obſtat gloſſ. in dicta leg.
quod ſi minor. §. ſi ſeruus. ff. de mi-
nor. & l. fin. cum ibi nota. ff. de in ius
uoca. quia dixit, ut ſtatim dixit. Et i-
ſta materia, ſcilicet in pœnis alterna
tiuis, cuius ſit electio, an iudicis, an
rei, uide hic Cyn. & Bartol. & Bald.
ad fin. uide Baldum, & Doctores, in
l. quicunque. infrà eodem. & Bartol.
in l. j. §. expilatores. ff. de effract. &
per Ioann. de Imol. in l. ij. ff. de pu-
blicis iudiciis. & plene per Angelum
de Aret. in ſuo tractatu maleficio-
rum. in uerbo, quòd amputetur ſibi
manus dextra. & uide Franciſc. Za-
ba. in c. inter cæteras. in ultima co-
lumna. in principio, extrà de reſcri-
ptis. & in c. ſicut dignum. de homi-
cidio. & per Alberic. de Roſa. in l. vj.
ff. de eo quod certo loco. Quæ-
ro ſexto, quia hic dicitur in textu,
ſi fugitiui ſerui depræhendantu ad
Barbaricos tranſeuntes. & gloſſ. pri-
ma dicit, depræhendantur: ſcilicet
in itinere, ſecus ſi ad hoſtes peruene
rint

rint : & ſic facit differentiam , an fugitiuus depræhendatur in itinere, in actu fugæ : an poſt completam fugam. 65 *Quid ſi ex forma ſtatuti imponitur pœna portantibus bladum, uel farina, uel aliquid aliud extra diſtrictum , & inuenti ſunt aliqui portantes , & capti ſunt , antequam ſint extra diſtrictum , an debeant puniri pœna ſtatuti? & uidetur quod ſic, per iſtum textum coniuncta gloſſ. j . in prin . & per l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus ait. el j. ff. de ædil. edicto. & uide, quod ibi ſcripſi de hoc . & per l. ſi quis non dicam rapere. C . de epiſcopis & clericis . ubi punitur affectus , licet non ſequatur affectus. Econtra uidetur, quòd non, quia delictum non eſt perfectum : l. qui falſam. ff. de falſis. Item pro hoc glo. notabilis in l . arboribus. §. final. in uerbo, uſusfructus. ff. de uſufruct. ubi dicit , lupus exit ſyluam , non tamen exiuit. & ibi Floria. & quod dixi ſupra, in prima opinione, in fine. & eſt glo ſimilis, xxxij. quæſt. j. cum renuntiatur . 66 * Item quia in pœnis ſtatutorum, regulariter non inſpicitur affectus, niſi ſequatur effectus: ut nota. hic Bald. & dixi ſuprà in tertia oppoſitione, in fine. & nota. in dicta leg . ſi quis non dicam rapere. C. de epiſcopis & clericis . & in l. is qui cum telo, infrà ad l. Cornel. de ſiccariis . quid dicendum eſt ? Diſtingue tres caſus. Aut conſtat quòd portantes capti , non habebant animum portandi frumentum extra diſtrictum, aut conſtat quòd habebant animum portandi extra diſtrictum , aut ſumus in dubio. Primo caſu, quando conſtat , quòd non habebant animum portandi extra diſtrictum , tunc ſine dubio puniri non debent , ſed abſolui : quia nec fecerunt , nec facere uoluerunt contra ſtatutum: & ſic non concurrunt uerba, nec ſententia ſtatuti . iuxta nota. in l. ſi id quod. in princip . ff. de iuriſ dic. om. iudi. Secundo caſu, quando conſtat , quòd habebat animum portandi extra diſtrictum, quod poteſt eſſe per confeſsionem eorum, ut l. qui ſententiam. C. de pœnis . uel quia eſt captus per cuſtodes in limine diſtrictus, ut dicta leg. qui ſententiam. & l. ſciant cuncti . ibi, uel indicus ad probationem indubietatis. C. de probatio. uel ſi prius confeſsi fuerint , quòd uolebant portare extra diſtrictum: argument. text. cum glo. in uerbo, approbatum. in l. ſi prætor. §. Marcellus. cum ibi nota. ff. de iudiciis . uel alio legitimo modo apparere poteſt : & tunc ſubdiſtinguitur, conſiderando uerba ſtatuti, quia aut ſtatutum loquitur per uerba præteriti temporis , ſignificantia actum ex toto perfectum, ut quia dicit ſtatutum , ſi quis extraxerit frumentum : & tunc pœna limitata à ſtatuto nõ punietur. & ita intelligitur gl. in dicta l. arboribus. §. final. ff. de uſufructu . & gloſſ . xxxij . quæſtione j . cum renuntiatur . ſecundum Baldum hic, & in dicta l. arboribus. in apoſtillis. & ibi per Floria . ſed tamen poſſet hoc caſu extra ordinem puniri poterit,* 67 quia non eſt omnino abſque delicto, qui delinquere inchoauit. & cum non ſit determinata pœna , puniretur iudicis arbitrio : ut ff. de pœnis. l. hodie. & l. j. §. expilatores. ff. de effractoribus . & minor pœna debet imponi , quàm ſi portaſſet extra diſtrictum: ut l. j. §. final. cum ibi nota. ff. de extraordina. crimin . ſecundum Baldum hic . & bene . Et idem tenet Baldus in quodam ſuo cõſilio, quod incipit , cauetur ſtatuto , quòd bladum non extrahatur . ubi tenet ſecundum Vbertum de Bobio , quòd



hoc caſu puniatur minori pœna. Aut ſtatutum loquitur per uerba præteriti temporis , quæ non ſignificant de neceſsitate actum ex toto perfectum : puta, quia loquitur per uerbum, portauerit, & tunc punitur pœna ſtatuti , quia tunc non requiritur actus conſummatus, ex quo cõtra legem portat ille, qui ad prohibita per legem tendit. l. Cæſar. ff. de publicanis. ſecundum Baldum, qui ita notat in dict. l. arboribus. in apoſtillis . Aut ſtatutum loquitur per uerba, quę poſſunt ſignificare utrunque tempus delicti, ſcilicet tam præteritum perfectum, quàm imperfectum, ut quia dicit ſtatutum, ſi quis extraheret : ut ff. arborum furtim cæſarum . l . credo. §. ſubſecare. & ff. de iuriſdi. omnium iudicum. l. ſi id quod. §. quod ſi dum proponeretur . & quod nota . gloſſ. in dicta l. arboribus. §. final. in gloſſ. quæ dicit, lupus exit ſyluam, non tamen exiuit . & tunc debent puniri pœna ſtatuti , nec iudex debet eſſe clementior lege, ſecundum Baldum hic. Tertio caſu, quando ſumus in dubio, an habuerint animum portandi extra diſtrictum, tunc aut non poteſt apparere ex coniecturis , quòd habuerint animum portandi extra diſtrictum , & tunc non poſſunt puniri pœna ſtatuti: quia deficit probatio, & non ius. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtament. tutel . aut poteſt apparere ex coniecturis , quòd uolebant portare extra diſtrictum : & tunc diſtingue , ut dixi in ſecundo caſu proxime præcedenti . *Quæ autem ſunt iſtæ coniecturæ ? Dic ſi reperti fuerint in uia non recta , & publica, nam tunc eſt mala ſuſpitio contra eos , qui non tenent uiam rectam & publicam : ut eſt caſus notabilis, & ibi hoc not . Bartolus, in l. ſecunda. C. de curſu pub. libr. duodecimo. & idem notat Bartol . in l . penulti. qui fiſcalis. per illum text . C. de nauiculariis. lib. xi. ubi dicit, quòd ſi reperitur quis cum ſalma frumenti, uel cum aliis rebus uetitis portare extra territorium , in aliqua uia non recta & non conſueta , eſt ſuſpectus, quòd eas uelit portare extra territorium. facit ad hoc l. eos. in fine. ſecundum unam lectionem. ff. de falſis . & hoc modo dicit, quòd poteſt practicari l. noſtra, ſi fugitiui . dum dicit, ſi fugitiui ſerui depræhendautur, quomodo poterit probari, quòd ipſi habuerint animum tranſeundi, cum fuerint capti , antequam perueniant ad locum. & dicit, quòd ex qualitate loci. facit ad hoc quod not. Bar . in l. is qui. §. diuus . ff. de tutoribus & curatoribus da. ab his . & uide ad hoc l. non ſolum. §. annus. ff. de excuſati. tuto. & quod plene notat Angel . de Are. in l . Imperator . in principio. ff. de appellatio. hoc tamen fallit, quando uia uſitata non eſſet ſecura, & inuſitata magis ſecura , quia tunc licet quis eſſet repertus in uia inuſitata , non tamen eſſet mala præſumptio contra eum: ut notatur per glo. in dicta l . eos. in fine. ff. de falſis. uel niſi uia uſitata eſſet deſtructa, uel inundatione aquarum occupata, ut habetur in l. ſecunda. §. quod diximus. ff. ſi quis cautionibus. Sed ſi reperti fuerint in uia, uel loco indifferenti , ut in uia eũdi ad molendinũ, Dic ꝙ debet perpendi & iudicari ex qualitate perſonæ , quæ conſueuit talia facere, uel non facere : ut l . non omnis. § . à Barbaris . ff. de re militari. cum ſimilibus . & ratione loci , ut dicta leg. penultima. C. de nauiculariis. libro xi . & ratione rei prohibitæ. argument. l. quæro. §. finali. ff. de ædili. edic. l. reſpiciendum. §. j. ff. de pœnis . & d. §. à Barbaris . & ſic iſtis conſideratis, poterit iudex condemnare uel abſoluere : hoc tamen caſu

quan

quando nõ eſt omnino certum, quia
depræhenſi reperti fuerunt in loco
indifferenti, quia poterant diuer-
tere ad plura loca, in dubio magis
eſt procedendum ad abſolutionem
quam ad condemnationem: ut ff. de
pœnis. l. abſentem. Et in caſu quo iu
dici uideretur, quod puniri debe-
rent, tunc moderanda eſt pœna: quia
iudicatur ex præſumptione, ſecun-
dum Baldum hic: qui ita intelligit
dictum Nicol. de Ma. * Sed an de- 69
præhenſi poterunt pœnitere? uide-
tur quod ſic, per l. qui falſa. ff. de fal-
ſis. Econtra uidetur quod non, per
l. quis ſit fugitiuus. §. primo. & §. i-
dem Celius ait ſi ſeruus. & quia qua-
ſi præuentus eſt: ut ff. de ædili. edic.
leg. ſi quis poſtea. & leg. edicto. in
principio. ff. de iure fiſ. Et iſtud te-
net Guido de Suzaria, & Nicolaus
de Matarellis: ut refert hic Baldus.
Et idem tu teneas, quia non eſt ſui ar
bitrij, poſtquam in laqueum incide-
runt. l. in laqueum. ff. de acquirend.
rerum dominio. facit l. qui ea men-
te, cum ibi nota. ff. de furtis. & ſi a-
liter diceremus, faciliter poſſent
legem & iudicem deludere, quod
eſſet abſurdum ſecundum Baldum,
qui ita tenet hic. & idem notat Flo-
rian. in dicta leg. arboribus. §. fi-
nali. in fine. ff. de uſufructu. * Sed 70
quid ſi nondum cœperunt porta-
re frumentum, & ſic non fuerunt
reperti in itinere, ſed fecerunt a-
ptare ſalmas ad portandum fru-
mentum? Dic quod non punien-
tur, quia iſta præparamenta non fa-
ciunt rem non eſſe integram: ut l.
ſi pecuniam. in principio. ff. de con-
dictione ob cauſam. ita dicit notan-
ter Baldus in dicta leg. arboribus.
ff. de uſufructu. in apoſtillis.
*Maior autem dubitatio eſt, ſi i- 71
ſti non fuerunt reperti in itinere,
ſed præparauerunt frumentum in
domo ipſum occultando, uel in ali-
quo alio loco occulto, ut poſsint
poſtea portare. Dic ꝙ hoc caſu, quia
incœperunt aliquem actum præue-
nire, puniri debent: & de hoc proba
tur in l. quis ſit fugitiuus. in §. idem
ait interrogatus. & ibi hoc no. in pri
mo notabili, in fine. ff. de ædili. edic.
& probatur optime in l. ſi concubi-
na. §. res amotas. ff. rerum amota-
rum. & adde quod dicam in ſequen
ti quæſtione. *Quæro ſeptimo iu- 72
xta prædicta, quia dixi in præceden-
ti quæſtione, quod ſi ex forma ſta-
tuti imponitur pœna portantibus
bladum, uel aliquid aliud extra di-
ſtrictum, & aliqui ſunt inuenti por-
tantes, & capti. Quid ſi ſolum fue-
runt uiſi, ſed non capti, nunquid in-
cidant in pœnam ſtatuti, perinde ac
ſi fuiſſent capti? Et uidetur quod ſic,
quia inuenire quis dicitur, licet non
apprænhenderit: ut l. nunquam. §. the
ſaurus. & hoc uidetur tenere Ange.
in l. iij. §. Honoratius. ff. de acquire.
poſſeſ. In contrarium uidetur text.
coniuncta glo. §. item lapilli. eo. tit.
ubi dicitur ſecundum unum intelle
ctum glo. ibi, quod ſi quis promiſit
inuenire Barſatorem latronem, non
liberabitur, licet inuenerit eum, ſi
non exhibeat. *Et per illum textum 73
dicit ibi Bart. quod uerbum, inuen-
tus, uel inuenire, non uerificatur in
ſolo aſpectu, ſed apprænhenſionē re-
quirit. allegat etiam ad hoc quod no
tatur in l. j. in princi. ff. de acquiren.
poſſeſsi. & dictum §. theſaurus. *Et 74
per hoc dicit Barto. in d. l. ſi Barſato-
rem. quod ſi ſtatutũ dicit, ſi quis fue-
rit inuentus cum armis, ſi non eſt ca
ptus, non dicitur inuẽtus, quia non
ſufficit ſola uiſio ſine captura, & idẽ
dicit ipſe Bart. in l. prima. in princip.
in antepen. col. ff. de acquiren. poſſ.
& idem tenet Cyn. in l. licet. in iij.
quæſt. C. de acquiren. poſſeſ. Idem



etiam tenet Baldus in l. lapilli. in fi.
75 ff. de rerum diui. * ubi dicit, quod ſi
ſtatuto cauetur, quod quicunque
fuerit inuentus cum cultello, ſoluat
decem, & quidam uiſus eſt cum cul-
tello, quod ille non ſoluit, quia non
eſt inuentus: licet ſit uiſus ſecũdum
Iacob. de Ra. & Cy. in d. l. licet. Idem
76 dicit Bald. *ſi ſtatutum dicit, quod
dominæ inuentæ cum perlis ſoluãt
decem. nam ſi ſunt uiſæ per officia-
lem, ſed non apprænhenſæ, non te-
nentur: quod dicit eſſe notum. Et ꝑ
hoc uidetur eſſe text. in l. ſi ful. o. in
pri. cum gloſsella ſuper uerbo, inue
nit ueſtimenta. & gloſſ. ſubaudit &
habuit. & illum text. cum gloſſ. indu
cit ibi domi. Paul. de Caſtr. ad ſtatu-
tum quo cauetur, ut inuentus cum
armis puniatur tali pœna, quod non
dicatur inuentus per familiam, niſi
fuerit captus, uel ad palatium duct9,
uel dederit fideiuſſores de ſe præ-
ſentãdo, licet familia uiderit ipſum
cum armis. Item hoc uidetur tenere
Bartol. in l. tutor qui repertorium.
in ij. col. in fin. ff. de adminiſtr. tuto-
77 rum. ubi dicit, *quod inuẽtarium di
citur, quia reperta & inuenta in bo-
nis pupilli ibi deſcribuntur, ut no-
tatur per gloſſ. in princip. Sed inue-
niri dicitur illud proprie, quod ma-
nibus apprænhenditur: ut inſti. de re-
rum diui. §. item lapilli. & d. l. ſi Bar
ſatorem. Ex quo decidit Bartolus ſin
gulariter in d. l. tutor, qui reperto-
78 rium. *quod licet tutor teneatur fa-
cere inuentarium de omnibus re-
bus pupilli, de quibus in bonis ſuis
non reperitur inſtrumentum: quod
tutor non tenetur ponere in inuen-
tario antequam exigat: quod eſt ual
de no. in practica. Quid dicendũ?
Reperio Angelũ de Peruſio in hac
materia uarie ſcripſiſſe, nam in l. iij.
§. Neratius. ff. de acquirend. poſſeſ.
79 dicit,* quod ſi ſtatutũ punit inuentũ
cum armis uel ad ludum azardi, quo
ad impoſitionem ordinariæ pœnæ
ſtatutum non conſiderauit inuen-
tionem perſonæ, ſed delicti, & ideo
ludente cõuicto imponi poterit pœ
na ſtatuti. argu. l. j. C. de raptu uirgi.
& cap. quanquam. de uſuris. libr. vi.
coniuncta l. ſecunda. in princi. C. de
ueteri iure enucle. ubi pluries habet
hoc uerbum, inuenerit. ſed ſi ſtatutũ
præmiaret officialem inuenientem
ludentes, tunc cum exorabit a iure
communi, non cõſequitur præmiũ,
niſi ludens perſonaliter inueniatur:
ſic intelligit l. ſi Barſatorem. hoc e-
nim pręmium de iure communi nõ
eſt concedendum, & intelligitur ſta
tutum præmiaſſe, ut officialis ſit ar-
dentior ad prohibendũ ludum. Sed
idem Ang. in aut. de ſanctiſsimis epi
ſcopis. §. reuerediſ. col. viij. dicit ali
80 ter, uidelicet, * quod ſi ſtatutum eſt,
quod ſi quis fuerit inuẽtus cõmitte-
re homicidiũ, capite puniatur: quod
tunc inuentus, dicitur qui commi-
ſit, licet non ſit repertus in flagran-
ti crimine: argu. illius text. quod di-
cit eſſe uerum, ubicunque inuentio
non facit crimen, ſed illi quod fit,
eſt neceſſe quod inueniatur. uerbi
81 gratia: * dicit ſtatutum, ſi quis fue-
rit inuentus arma portare, tanta pœ
na puniatur. ſtatutum hic non punit,
portantem ſimpliciter, ſed portan-
tem inuentum, quia ſine inuentio-
ne crimen non eſt, quoniam ſtatu-
tum crimen facere uoluit. Exemplũ
eſt etiam in ſtatuto dicente, ſi quis
fuerit inuẽtus de nocte, nam ire de
nocte non eſt maleficium, ſed ſtatu
tum facit tunc maleficium, cum ua-
dit de nocte, & punitur, tunc eſt ne-
ceſſaria inuentio: & dicit, quod ita
practicatur in ciuitate Peruſij. & ad
hoc allegat gloſſ. in d. l. ſi Barſato-

rem.C.de fideiuſſo.* Adde tu, quòd 82
imò non eſt licitum ire per ciuitatẽ,
uel per domos alienas, de nocte: ut
probat text. coniuncta gloſſ. finali,
in l.item nihil.ff.de ſeruitu.ruſtico-
rum prædiorum.& ibi hoc notat do
mi.Paul.de Caſt. Quæro octauo,
ſtante antedicto ſtatuto, de quo in
præcedenti quæſtione.* Accuſatus 83
eſt aliquis, quòd extraxit bladũ, uel
aliquid aliud prohibitum extra di-
ſtrictũ, uel quòd portauit arma, uel
quòd iuit de nocte, & accuſans pro-
bauit per teſtes, nunqd propter hoc
debeat puniri. Vel ſi ſtatutum præ-
miat inuenientem aliquem facientem
contra ſtatutum. Albe.de Roſa.for-
mat iſtam quæſtionem in ſuo ope-
re ſtatutorum, in ſecunda parte, q.
cxxiiij.& dicit: * quòd ſi ſtatutum di 84
cat, quòd ſi quis fuerit inuentus lu-
dere ad taxillos, uel tenere ludum
taxillorum, puniatur in decẽ, & me-
dietas ſit accuſatoris: Et aliquis accu
ſatus fuit, quòd luſerat ad taxillos,
uel tenuerat ludum taxillorũ, & ac-
cuſator hoc probauit per teſtes, nun
quid habebit dimidiam. & dici uide
tur, quòd ſic.C.de pœnis.l.qui ſen-
tentiam.ſed dicit, quòd Iaco.de A-
retio tenet contrarium, quia ſtatutũ
requirit, quòd ſit inuentus, & ſic nõ
ſufficit, quòd ſit conuictus per legẽ.
ff.de adulteriis.l.quod ait lex.ubi e-
tiam hoc ponit idem Albe.de Roſa.
& facit d.l.ſi Barſatorem.& idem po
nit in d.l.licet.C.de acquiren.poſſe.
& in ſuo primo alphabeto.in uerſic.
uenditionis uerbo. Circa quod ad-
de quæ dicam in quæſtione ſequen
ti, & quod dixi in quæſtione præce-
denti. * Quæro nono, quid ſi ſta- 85
tutum dicit, ſi quis fuerit depræhen
ſus portare bladum extra diſtrictũ,
uel cum armis, puniatur tali pœna.
Et probatur, quòd aliquis portauit
bladum extra diſtrictum, uel porta-
uit arma, non tamen fuit captus cũ
blado, uel cum armis, an debeat pu-
niri pœna ſtatuti.& textus cum gloſ.
in uer.deprænenſus.in l.j.C.ubi ſe-
natores uel clariſsimi.facit quòd ſic.
In contrarium facit d.l.ſi Barſatorẽ.
& quod ſuprà dixi in ſeptima quæ-
ſtione.In hac quæſtione dicit do-
minus Paulus de Caſtro in dicta l.
prima.C.ubi ſenatores uel clariſsi-
mi. quòd ſi ſtatutum diceret, deprę-
henſus portare arma, uel extrahe-
re extra diſtrictum, quòd tunc de-
bet puniri per dictam l.primam. ſed
ſi diceret, deprænenſus cum ar-
mis, uel cum blado, &c. intelligi-
tur, ſcilicet per familiam, & idem
fortius, ſi hoc diceret expreſſe.
Sed tenendo opinionem Cyni.
& Bartoli, & aliorũ, de quibus dixi
s.in vij.q. non procederet iſta di-
ſtinctio, quia in omni caſu requiri-
tur quod apprænendatur. Et in caſu
huius quæſtionis non, & non uide-
tur mihi, quòd poſsit eſſe dubium,
quia ſi dubitatur ubi ſtatutum loqui-
tur per uerſi.inuentus. & commu-
niter tenetur quòd requiratur ap-
prænenſio, non debet habere dubiũ
ubi ſtatutũ loquitur per uer. depræ-
henſus.licet gloſſa in dict.l.j.in uer.
deprænenſus. uidetur uelle quòd
deprehenſus in crimine dicitur ille,
contra quem eſt probatum crimen:
licet per familiam non ſit deprænen
ſus, uel captus: quam gloſſam ſolum
dominus Paulus ibi per diſtinctio-
nem, ut ſuprà ſtatim dixi. Sed mihi 86
non placet per prædicta. * Quæ-
ro decimo & ultimo, quid dica-
tur membrum, & quid ueniat ap-
pellatione membri. Dic ut plene
dicam in autenti.ſed nouo iure.quę
ſtatim ſequitur, ubi ponemus ma-
teriam pœnæ furti, ſicut in princi-
pio



pio huius legis pollicitus ſum, quia
conuenit ibi melius.

## SVMMARIVM IN AVTENT. SED NOVO IVRE.

*

1 *Furi mẽbri abſciſsio ubi pro crimine debetur, una ſola manus abſcindi debet: & pro furto quis non debet mori, nec ſibi aliquod mẽbrũ amputari: & fures dicuntur qui ſine armis delinquunt. ſed qui uiolenter aggrediuntur, pœnis legalibus puniri debent.*

2 *Membum ubi de iure ueteri abſcindi debeat, de iure nouo una ſola manus tantum amputari debet.*

3 *Manus amputatio, minor pœna eſt quàm pedis.*

4 *Membrorum diſsolutio grauior eſt, utriuſq; manus abſciſsione.*

5 *Pœna abſciſsionis membri duplicari non debet.*

6 *Manus membrum eſſe dicitur.*

7 *Pœna ubi generaliter imponatur, non cenſetur eſſe impoſita pœna illius generis grauiſsima, nec etiam minima, ſed mediocris.*

8 *Fur pro furto mori non debet, nec mẽbri abſciſsione puniri, ſed fuſtigari tantum.*

9 *Fures proprie ſunt, qui occulte ſine armis delinquunt.*

10 *Delicta publica grauiora, quàm occulta exiſtunt.*

11 *Legum correctio in dubio euitanda eſt.*

12 *Conſuetudo puniendi fures, tam in Lõbardia, quàm in Tuſcia, quomodo ſe habeat.*

13 *Membri abſciſsione quibus in caſibus aliquis puniri debeat.*

14 *Membri abſciſsione tributorũ exactores puniri debent. ſi non faciunt de ſuſceptis libros, uel ſcripturam, ubi ſcribi debet id, quod publici exactores exigunt.*

15 *Introitus communis ad ſcribendũ poſitus, ſi deficiat in ſcribendo aliquẽ particularem introitum, pœna manus punitur.*

16 *Nouellarum librum allegare licitum eſt.*

17 *Nouellarum librum an Iuſtinianus compoſuerit.*

18 *Nouellarum liber, iuris ciuilis liber exiſtit.*

19 *Nouellarum liber, an ante autenticorum librum editus à Iuſtiniano ſit.*

20 *Nouellarum liber an ſit autenticus.*

21 *Tabellioni, qui fecit falſum inſtrumentum, manus abſcindi debet.*

22 *Leges Lombardas in iure an allegare licitum ſit.*

23 *Conradus Imperator quam conſtitutionem fecerit.*

24 *Imperator conſtituendo legem e, an generalem facit.*

25 *Imperatores noui, leges nouas condere poſſunt, & legibus antiquis derogare.*

26 *Leges Lombardorum fuerunt Caroli Imp.*

27 *Libros gentilium allegare, & inducere poſſumus.*

28 *Conſuetudines, quia non ſunt generales, ſed ſpeciales, allegari non poſſunt.*

29 *Gloſſa, quæ fons Lombardorum dicitur, quæ nam ſit.*

30 *Decretales uel leges extrauagantes, ſi obuient conſuetudini, quæ probabilis ſit, & legitime præſcripta, potius ipſa conſuetudo ſeruatur.*

31 *Argumentum à nomine, an licitum ſit.*

32 *Bartolus ex poteſtate Imperatoris ſibi attributa, gloſſauit extrauagatem, ad reprimendum. & qui ſint rebelles. Odofredus autem tit.de pace Conſtan*



*ſtan*

ſtantiæ.

33 Tabellio ſi ſuper feudi alienatione illicite facta inſtrumentum confecerit, manum amittere debet.

34 Delinquens ſi membri pœna puniri debeat, & per conſequens pœna manus, in qua manu puniendus ueniat, an ſcilicet dextera, uel ſiniſtra.

35 Manus duas ſi delinquens habeat, quarum una prorſus arida ſit, quæ ſibi abſcindi debeat.

35 Arboris appellatione cōtinetur etiā illa, cuius radices uiuere deſierunt.

37 Manum tantummodo unam ſi delinquens habeat, an illa ſibi amputari debeat.

38 Lex uel ſtatutum de manus amputatione loquens, ad duas reſtringi debet.

39 Manum unam habenti an imputari debeat, ſi ſententia lata fuerit, a qua appellatum non eſt.

40 Manum nullam ſi delinquens habeat, qua pœna puniatur, ſtatuto ſtante, quod manus abſciſsione puniri deberet.

41 Statutum ſi dixerit, quod uulneranti aliquē in platea manus abſcindatur, & quiſpiam pluribus uulneribus aliquem eodem tempore in platea uulnerauerit, an plures ſibi ſint manus abſcindendæ

42 Bannitus aliquis unius delicti ratione in amputatione manus, ſi ex alio delicto in capitis amputatione banniatur, qualiter executio fieri debeat.

43 Membrum quid ſit, & membri appellatione contineatur.

44 Fur qua pœna puniri debeat.

45 Latro publicus quis dicatur.

46 Fur ſimplex qui ſit.

47 Fur famoſus qui appelletur.

48 Latro ſimplex qui nominetur.

49 Latro publicus, uel famoſus, qui dicatur.

50 Gloſſa ſemper ſecūdum text. intelligi debet.

51 Famoſus latro an ſit qui tria furta fecit.

52 Pœna furum & latronum quænam ſit.

53 Furum aliqui improbi ſunt, aliqui improbiores, aliqui improbiſsimi, alii qui pluſquam improbiſsimi.

54 Domeſticus qui dicatur.

55 Filius eſt patri domeſticus, et pater filio.

56 Vxor eſt domeſtica marito, & econtra.

57 Cliens et libertus ſunt patronis domeſtici.

58 Familiares et ſeruientes domeſtici dicuntur.

59 Domeſtici etiam appellantur, quibus patriæ ratione, uel dominicæ poteſtatis imperari poteſt.

60 Domeſtici dicuntur omnes, q de alicuius familia exiſtunt, ſiue liberi ſint, ſiue ſerui.

61 Furtum leue uel paruum, uel graue ſiue magnum quod dicatur.

62 Furtum manifeſtum quando dicatur.

63 Statutū nullum Veronæ de furtis habetur, ſed quod arbitrio poteſtatis & curiæ totius furta committantur.

64 Pœna dupli & quadrupli, pro furto Romæ exigitur.

65 Pœna quæ per iudicem imponi poſsit, quando a lege pœna extra ordinaria imponenda uenit.

66 Furatur qui ſemel ueniam meretur à furca.

67 Puniendus quis non eſt propter primam offenſam.

68 Furtum unum dicitur, quod de uno loco, uno contextu, uno tempore commiſſum eſt.

69 Furtum unum eſt, ſi quis unam rem in diuerſis materiis contrectauit, licet in quolibet territorio deprehenſus puniri poſsit.

Fur



70 Furta plura feciſſe diuerſis temporibus ſi quis confiteatur, ſuæ confeſsioni ſtandum non eſt.

71 Furta plura, codē loco et diuerſis temporibus ſi quis feciſſe cōfiteatur, quid agi debeat.

72 Furtum unum uel plura an dicatur, ſi quis una nocte iuerit cū uno ſacco ad domum unius, et quinq; milii quartas ſurripuerit, deinde iuerit ad domum alterius, & ſurripuerit alias quinque quartas milii, quas repoſuerit in codē ſacco, deinde eadem nocte continuando, intrauerit domum alterius, et alias ſex milii quartas ſurripuerit, & eas in eodem ſacco repoſuerit, domumq; ſuam aſportauerit.

73 Furtum an unum cōmiſſum dicatur, ſi quiſpiam uolens furari frumentum uicini ſui, iuerit cum uno ſacco, & ipſum de dicto uicini frumento impleuerit, & domū ſuam portauerit, & quia ſimul totum frumentum portare non poterat, bis rediit cum dicto ſacco & ſic ſucceſsiue portauit tres uel quatuor ſaccos de dicto frumēto, ipſum ſurripiendo, &c.

74 Accuſatio una, uel plures, quando dicatur, & quando unum teſtamentum uel plura, & quando una actio, uel unus libellus, uel plures, remiſsiue.

75 Furtum quod quiſpiam cōmiſit, ſi ita magnum fuerit, quod tribus paruis æquiuale it, an committens ſuſpendi debeat.

76 Tutela una magna ita à tutela ſecūda immunitatem præſtat, ſicut tres ab onere quarta excuſant.

76 Lex ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

78 Pœnæ in dubio moliendæ ſunt, nō autem exaſperandæ.

79 Qualitas furantis, & qualitas illius, cui furtum factum eſt, indicat furtum magnum uel paruum.

80 Furtū ſi ille cui factū fuerit, uel etiam ipſe fur eſt filiusfa. & ſic in bonis parum uel nihil habet, ſed eius pater eſt diues an furtū magnum & paruum, reputabitur.

81 Statuto ſi caueat, quòd nullus ad aliquod officium eligi poſsit, niſi habeat in bonis libras trecentas, nunquid filiusfa. cuius pater ultra lib. ccc. habeat, ad tale officium eligi poſsit.

82 Domini appellatione filius continetur

83 Statuto caſtri uel uillæ ſi caueatur, q nullus ibi poteſtas eligi poſsit, niſi centum bubulcas terræ habeat, nunquid filius, cuius pater mille bubulcas habet in poteſtatem eligi poſsit.

84 Statuto ſi diſponatur, q nemo miles eſſe poſsit, niſi habeat in bonis mille, ſi filiusfa. nihil habeat, ſed pater ſic, an ipſe filius habilis reputetur.

85 Furtum ſi ille qui facit, uel ille cui furtū fit, ſit maritus uel uxor, & ipſe parum habeat, ſed eius coniunx diues ſit, an diues reputabitur.

86 Statuto ſi caueatur, quod habēs in bōnis mille pro communi unum equum tenere debeat, & aliquis ex propriis bonis habeat quingenta, & ex uxoris dote alia quingenta, an patrimonium ſuum cum dote cōiungetur, ut equum pro communi tenere debeat.

87 Furto, quod quis ſuſpendi non debeat, quibus in caſibus locum habeat.

88 Lex ſub congruo titulo debet eſſe poſita, & ſecundum eum intelligi debet.

89 Furto pro primo, quod quis puniri non debeat, quomodo intelligatur.

90 Furem aſſociantes & facientes ei cuſtodiam, ne deprehēdantur, an propriè fures exiſtant.

91 Virginem deflorans an furtum commiſiſſe dicatur.

92 Furto pro primo de iure Lombardo oculus

*culus tralli debet, pro ſecundo naſus ſcarpelari, pro tertio autem debet mori.*

93 *Delictum unum qui ſæpius commiſit, magis punitur, quam qui ſemel tantum.*
94 *Furtis pro tribus magnatiuis, puta gallinis, &c. quomodo quis condenari debeat.*
95 *Degerarij, pluſquam fures puniendi ſunt.*
96 *Relatiuum qui, ad ſuum antecedens referri debet.*
97 *Rapere furari eſt.*
98 *Statuti forma, uel conſuetudine ſi ſæpius committens furtum mori debeat, & unus commiſit in uno loco unum paruum furtum, ſed alibi plura, an illa furta alibi commiſſa furti parui delictum aggrauent, ita quòd tanquam famoſus fur ſuſpendi debeat.*
99 *Furta in diuerſis locis commiſſa, non tantum qualificant furtum factum in uno loco, ſed etiam in furtorum numero computantur.*
100 *Furta tria ſi quiſpiam commiſerit in uno loco, uel alio, & pro primo & ſecundo punitus fuerit, an pro tertio furto ultimo loco commiſſo mori debeat.*
101 *Furtum magnum, delictum atrox appellatur.*
102 *Saccularii qui proprie dicantur.*
103 *Graſſatores, quare fures dicantur.*
104 *Legales pœnæ quæ dicantur.*
105 *Graſſatus tantum ſemel ſi quiſpiam fuerit, tenetur lege Iulia, de ui publica.*
106 *Pœna damnationis in metallum, hodie in uſu non eſt.*
107 *Latrones famoſi, etiam inſignes latrones dicuntur.*
108 *Statuti forma ſi latro famoſus intelligatur, qui tria furta fecerit, locum habet, ſiue quis ea ſimul, ſeu ſucceſſiue fecerit.*

SED nouo iure. Iſta
autẽtica ſituata eſt ſup
l. ſi fugitiui. C. de ſer.
fugitiuis. & ſumpta
eſt ex corpore autẽti-
corũ. in aut. ut nulli iudicũ. §. qa ue-
ro. col. xj. ut dicitur hic in gl. fi. & ha-
bet pulchrã materiam de pœna fur-
ti, quam infrà pleniſsime examina-
bo. Et diuiditur in quatuor par-
tes. In prima corrigit l. ſi fugitiui.
in uno uidelicet, in abſciſsione mẽ-
bri. In ſecunda parte ponitur quæ
ſit pœna pro furto. In tertia, qui
dicantur fures. In quarta, quæ pœ-
na imponatur illis qui uiolenter ag-
grediuntur. Secunda ibi, Sed pro
furto. Tertia ibi, Fures autem. Quar
ta ibi, Qui uiolenter. Et hoc dicit in
ſumma. * Vbi pro crimine abſciſ- 1
ſio membri furi debetur, una ſola
manus debet abſcindi: & pro furto
quis non debet mori, nec ſibi ali-
quod membrum abſcindi. Et fures
dicuntur qui occulte, & ſine armis
delinquunt. Sed qui uiolenter ag-
grediuntur, pœnis legalibus puniri
debent. h. d. in terminis & in ſum.
Vel ſic, Vbi in corpus pœna uenit
imponenda, hodie loco pedis, ma-
nus abſcinditur: quod locum non
habet in furto, ſed alia pœna extra-
ordinaria punitur, & publicus fur
furcis ſuſpenditur. h. d. ſecundum
Raph. Vel ſic, Hodie iure autenti-
corum, loco amputationis pedis,
ſuccedit manus abſciſsio. pro fur-
to uero ſolum debet imponi fuſtiũ
caſtigatio, ſed pro latrocinio fur-
ca. h. d. ſecundum Florianum. No
ta primo, quòd dixi in ſummariis,
ex quibus colligitur ſenſus ad iſtum
text. de quo infrà dicetur. *Et ma- 2
xime nota, quòd ubicunque de iu-
re ueteri, debebat membrum ab-
ſcindi, quòd de iure iſto debet u-
na ſola manus tantum amputari: ut
hic, & in §. penul. in aut. ut nulli iu-
dicum. & no. gl. in aut. de mandatis
principum. § reges. in uerſic. ampu
tatio. colum. iij. quæ dicit, quòd pœ-
na manus eſt hodie generalis, cuius
debet incidi aliquod membrum per
legem: ut probatur in dicto §. pe-
nultimo, & hic. in quibus caſibus ha-
beat locum in iure, membri abciſ-
ſio, dicetur infrà, in prima quæſtio-
3 ne. *Nota ſecundo, ex iſto textu
coniũcta l. ſi fugitiui. ſuprà eodem.
quòd minor uidetur eſſe pœna am-
putatio manus, quàm pedis: cui ad-
de, quòd maior pœna eſt amputatio
pedis, quàm effodere oculum, ſe-
cundum Bald. in l. binas ædes. alias
incipit, Gaius. ff. de ſeruitute urba-
norum prædiorum. per illum textũ
4 in apoſtillis. *Item, quòd diſſolu-
tio membrorum grauior eſt utriuſ-
que manus abſciſsione: & intellige
de diſſolutione membrorũ, quãdo
ita diu trahitur brachium, quòd euel
latur ab armo: ut eſt textus in auten.
ut nulli iudicum. §. penultimo. quia
uero. coniuncta ibi gloſſ. in uerbo,
articuli. columna viij. quòd nota cõ
tra iudices crudeles, qui faciunt di-
5 mittere brachia in tortura. * No-
ta tertio in uerbo, ſola manus. quòd
pœna abſciſsionis membri non de-
bet duplicari: unde ſtatuta, quæ lo-
quũtur de publicatione pœnarum,
non habent locum in pœna mutila-
tionis membri, & de materia dupli-
cationis pœnarum. uide per Barto-
lum in l. ſancio legum. ff. de pœnis.
6 *Nota quarto, quòd manus dici-
tur eſſe membrum, & ad hoc ſem-
per allegatur iſta autentica. Quę au-
tem dicantur membra, & quid con-
tineatur appellatione membri, po-
nitur hic per Baldum & Doctor. &
ego dicam infrà plenius. * Nota
7 quinto, quòd ubi pœna imponitur
generaliter, non cenſetur eſſe im-
poſita grauiſsima pœna illius gene-
ris, nec minima, ſed mediocris. ad
quod facit l. legato generaliter. ff.
8 de legat. j. *Nota ſexto, in ſecun-
da parte, quòd fur pro furto non de
bet mori, & ſic non debet ultimo
ſupplicio puniri: nec etiam membri
abciſsione, ſed tantum fuſtigari. un
de contrarium, quòd de facto ſerua-
tur in multis locis, potius eſt de cõ-
ſuetudine uel ex lege municipali,
quàm de iure. de quo infrà dicetur
in ſecunda oppoſitione, & pleniſ-
9 ſime in quæſtione iiij. * Nota ſe-
ptimo in tertia parte, qui dicantur
fures: nam ſunt illi qui occulte ſine
10 armis delinquunt. *Nota octauo
in quarta parte, quòd grauiora ſunt
delicta publica, quàm occulta: & ma
xime cum continent uiolentiam, ut
inſti. ui bonorũ raptorum. §. j. Op-
ponitur primo contra primam par-
tem, de leg. iij. §. & de his. & d. l. Cor
neliã. in fine principii. ff. ad Syllania
num. ubi fugitiui puniuntur lege
Cornelia, non pœna, de qua hæc
gloſſa hic in fine ſoluit, fatendo con
trarium, quia ibi aliter puniuntur
quàm hic. & ſic ibi eſt ſpeciale, quan-
do dominus reperitur interfectus
& ſerui, & quibus libertas in teſta-
mento relicta eſt, fugiunt. Op
ponitur ſecundo contra ſecundam
partem: & dum dicitur, quòd quis
pro furto non debet puniri ultimo
ſupplicio, uel membri abſciſsione,
d. §. ſi quis quinque ſolidos. in titu.
de pace tenenda. & eius uiolatori-
bus. in uſibus feudorum. ubi dicitur
ſic ad literam, Si quis quinq; ſolidos
ualens, uel amplius furatus fuerit,

laqueo ſuſpendatur: ſi minus, ſcopis
& forpice excorietur, & tondeatur.
Sol. ille §. uidetur corrigere iſtam
autenticam, quia eſt ius nouum: &
quamuis hoc ſit durum, quòd pro
quinque ſolidis fur debeat ſuſpen-
di, lex tamen ita ſcripta eſt, & ſic de-
bet obſeruari. l. proſpexit. ff. qui & à
quibus. ita dicit gloſſ. not. in cap. j.
§. iniuria. in gloſſ. magna. ſuper uer-
bo, furtum. in fine. in titul. de pa. iu-
ra. fir. in uſibus feudorum. ita notat
Doctores hic. Alii ſoluunt in d. §.
ſi quis quinq; ſolidos. quòd ille te-
xtus loquitur in ſpeciali caſu, pro-
pter uiolationem pacis, & iſta uide-
tur uera ſolutio, quia non uiolat il-
lam literam, & congruit dicto titu-
lo de pace tenenda. facit l. Impera-
tores. ff. de in diem adiectione. & §.
quibus in prima cõſtitutione Codi-
cis. & hoc modo intelligunt gloſſ.
in d. §. iniuria. ſcilicet, quòd loqua-
tur in terminis dicti tituli de pace te
nenda: ut refert dom. Iaco. de Alua.
in dicto §. ſi quis quinque ſolidos.
& ego teneo illum intellectum pro
uero ad illum §. quia per eum non
corriguntur alia iura. *Ex quo legũ 11
correctio in dubio eſt euitanda, l.
præcipimus. in fine. C. de appella. &
l. ſancimus. C. de teſtamentis. A-
lii dicunt, quòd deciſio dicti §. ſi
quis quinque ſolidos. eſt hodie ab-
rogata per contrariam conſuetudi-
nem: ita dicit gloſſa not. in capitul.
primo. §. iniuria. ſuper uerbo, fa-
ctum in ſuis uerbis finalibus. & di-
cit hic Cyn. quòd illa gloſſa in fine
eſt cauda ſcorpionis, & ſic de con-
ſuetudine non ſeruatur deciſio di-
cti §. ſi quis quinque ſolidos. & ita
tenet ibi Iacobus de Bel. & Andreas
de Iſernia, & Nicolaus de Neapo. &
Bartolus, & dominus Iacob. de Alu.
qui dicunt ibi, quòd hodie non ſer-
uatur in Italia, ut pœna illius §. lo-
cum habeat per contrariam conſue
tudinem: & idem tenet Gandinus
in tractatu ſuo de maleficiis, in ru-
bric. de pœna furum. in penultima
quæſtione, ubi dicit, quòd de con-
ſuetudine non ſeruatur ille §. nec
etiam ſeruantur iura communia. 12
*Imò conſuetudo ſe habet ita, quòd
puniantur fures, ſecundum legem
Lombardam, imò tam in Lombar-
dia, q̃ in Tuſcia. Tu dicas, quòd imò
hodie nec in Lombardia, nec in Tu
ſcia ſeruantur leges Lombardorum,
maxime in hoc. de quibus legibus
Lombardorum dicetur j. in prima
q. uerſicu. quartus caſus. dicit autem
Bartol. quòd hodie habemus ſtatu-
tum in qualibet parte Italiæ, & illud
obſeruatur. Sed adde, quòd Vero-
næ nullum eſt ſtatutum ſpeciale de
pœna furti. ſed pœna eſt arbitraria
arbitrio d. poteſtatis, & totius cu-
riæ, uel maioris partis eius, nec de
conſuetudine hic Veronæ ſeruatur,
quòd pro quinque ſolidis ſiue au-
reis ſuſpendatur, nec membri abſci
ſionem patiatur. De intellectu tamẽ
dicti §. ſi quis quinque ſolidos. dic
ut infrà dicetur in materia pœnæ 13
furti, in decima quæſt. *Quæro pri
mo pro declaratione primæ gloſſ.
hic, in quibus caſibus debet quis pu-
niri in abſciſsione membri: & gloſſ.
hic reſpondet, quòd in quatuor ca-
ſibus. Primus eſt, in l. ſi fugitiui.
ſupra eodem. C. de ſeruis fugitiuis.
ubi ſeruus fugitiuus ad hoſtes pu-
nitur in abſciſsione pedis, hodie in 14
amputatione manus, ut hic. *Se-
cundus eſt in exactoribus tributo-
rum, ſi non faciunt de ſuſceptis li-
bros uel ſcripturam, ubi ſcribi de-
bet id quod exigunt publici exacto-
res, ut in autentic. de mandatis prin
cipum. § coges. & ibi gloſſa. colũ.
tertia. ubi dicitur, quòd debet ma-
nus amputari. & ille tex. eſt ſingula-
ris



ris ſecundum Bald. in l. ubi exigitur.
15 §. dolo. ff. de edendo. * Vbi dicit,
quòd poſitus ad ſcribendum introi-
tus cõmunis, ſi deficit in ſcribendo
aliquem particularem introitum, pu
nitur pœna manus, p d. §. coges. &
ſecundum Lud. de Rom. in ſuo ſin-
gulari, quod incipit, poſitus ad ſcri-
bendum introitus. Sed ſi ſcribat, ſed
diminutiuè, & ita non totaliter omit
tit, qua pœna puniatur? dic, ꝗ pœna
dupli eius, quod tacuit. caſus eſt ſin-
gularis in l. excellentia tua. C. de e-
rogatione mili. annonæ. lib. xii. ſe-
cundum Lud. in dicto ſuo ſingulari.
in fi. quod bene nota contra ſcriben
tes introitus, & damna communis.
Tertius caſus eſt in nouellis de
quibuſdam hæreticis ſecundum gl.
16 hic.* ex qua nota quòd eſt licitũ alle
gare librum nouellarum, ſicut alle-
gat gloſſator Accur. hic, & in auten.
nouiſsima. s. de inoffic. teſta. in uer-
bo, titulo. ad fi. & s. de emenda. Iuſti-
niani codicis. in glo. in uerbo, in alia
congregatione. & gl. in auten. de iu-
reiu. à moriente præſtito. §. j. in uer
bo, iurauerit. in princi. col. v. & gloſ.
decret. xxiij. q. viij. ſancimus. in uer-
bo, Zenones. in fi. & uide tex. i c. ij.
in prin. ibi, conſtitutiones nouellæ.
17 extra de teſti. * Et iſte liber nouel
larum eſt quidam liber compoſitus,
ut credo, per Iuſtinianum, qui extra
ctus eſt ex libris autenticorum, & in
quolibet §. in quo tractatur diuerſa
materia, fecit ſpecialem titulum ſeu
rubricam. & eſt liber breuis & ma-
gis clarus quàm ſit liber autentico-
rum. ita dixit in uoce do. Pau. de Ca.
legendo, me audiente, in dicta aut.
nouiſsima. C. de inoffi. teſta. quod
an ſit uerum, ex infrà dicendis appa
18 rebit. * Ex prædictis colligitur, ꝗ
iſte liber nouellarum eſt liber iuris
ciuilis, & ita tenet Azo in princip.
ſummæ autenticorum: licet Rofre-
dus in libellis ſuis iuris ciuilis, in tit.
de bon. poſſeſ. contra tab. quæ datur
patri & auo. in ij. colum. uerſi. vij. di-
xerit contrà, ſcilicet, quòd non ſit li
ber iuris ciuilis. ſed opi. Azonis ue-
rior eſt per prædicta. Item pro hoc
facit, quia quædam conſtitutiones
ex illis ſunt canonizatæ in decretis
ij. q. vij. ſi hæreticus. & xxx. q. ult. c. ſi
quis. alias eſt §. ſi quis ſub ca. nec il-
lud. Item hoc probatur in text. s. de
emenda. Iuſti. codicis. ubi Iuſtinia-
nus profitetur, quòd ſi quando in fu
turum componet alium codicẽ pro
pter futura negotia, appellabit illũ li
19 brũ nouellarũ. *Item ex his. hac ul-
tima ratione colligitur deciſio alte-
rius q. uidelicet, utrum liber nouel-
larum fuit compoſitus ante librum
autenticorum. Et uidetur quòd ſic,
ut probatur ex proxima ratione præ
cedenti. Nã Iuſtinianus s. de emen-
da. Iuſt. codicis. ad fi. cõfitetur, quòd
primam compilationem poſt codi-
cem appellabit librum nouellarum.
Hoc etiam probatur ſic. nam cum
in libro nouellarum conſtent infini
tæ cõſtitutiones, ex illis Iuſtinianus
elegit tantum illas, quas uoluit eſſe
autenticas: & illas poſuit in libro au
tenticorum, quod no. ut ſcias quare
appelletur liber autẽticorum, quod
forte nunquam alias audiuiſti. & ita
atteſtatur Albertus in d. tit. de emen
da. Iuſti. codicis, dicens ſe ita legiſſe
in antiquiſsimis ſcripturis. & licet
Odofredus ibi & Azo in principio
ſummæ autenticorum, & multi etiã
hoc tenuerunt, & ſenſit etiam dom.
Paul. de Caſt. in auten. nouiſsima. s.
de inoffic. teſt. per ea quæ dixi s. in
princip. Alber. tamen putat primam
partem ueriorem in d. ti. C. de emen
da. Iuſti. codicis. & Baldus. in auten.
hoc amplius. circa princip. C. de fi-
deicommiſſ. & ſentit idem Baldus
in autent. res quæ. in ulti. colum. j.

cõmunia de leg. & ego eam ſequor. Si enim liber nouellarum fuiſſet compoſitus poſt librum autenticorum, in dubio ſtandum potius eſſet illis tanquam poſterioribus, quàm iuri autenticorum. Cum ergo ſtetur tantum autenticis, & non libro nouellarum: tum quia ſi reperitur, quod liber nouellarum contradicat autenticis, magis ſtatur libro autenticorum. & dicit dom. Pau. de Caſt. in l. mulier. §. cum proponeretur. poſt princip. ff. ad Trebell. Item etiam, quia non eſt in uſu, dicam potius illum librum fuiſſe priorem, & ei derogatum per librum autenticorum.

*a Quod licitum uidetur. De hoc quod liceat allegare legem Lobardorum, & quãdo ſit approbata ultra ea quæ ponit hic autor & Doct. in c. ij. de feudis. adde & uide Fel. in c. ex parte. el ij. col. antepen. uerſi. de diuerſorum librorum. de reſcri. & ibi qui ſunt libri aut. & aliquid etiã per eundem in c. qualiter & quãdo. el. ij. col. j. de accuſa. & p deciſione uide quæ ponit Alex. de Imol. in l. pro hærede. §. ſi ſepulchri. ff. de acq. hære. qui diſtinguit, & eius diſtinctionẽ ſequũtur Nouiſ. Papiẽſes in tractã. feudorum Car. col. j. poſt medium.*

20 *De hoc tamen an liber nouellarum ſit autenticus, uide per Albe. de Roſa. C. de emenda. Iuſti. codicis. & per Bal. in auten. hoc amplius. circa princip. j. de fideicomiſsis.
21 *Quartus caſus in quo quis punitur in abſciſsione membri, eſt in Lombarda quæ dicit manum incidendam tabellioni, qui fecit falſum inſtrumentũ: ut in Lombarda, de eo qui fal. teſt. l. j. ita dicit hic gloſſ. j.
22 *Ex qua nota quòd licitum [a] uidetur in iure noſtro ciuili allegare Lombardam, id eſt, leges Lombardorum, Sicut allegatur hic in gl. Accurſij. & per gloſſ. in l. falſus. §. ſi iactum. ff. de furtis. & in l. conſenſu. in princip. in uerbo, adulterium. C. de repudiis. & in l. ſi. in uerbo, recuperare. C. de iure do. impetr. Et pro hoc etiam ſunt gloſſæ aliorum, non Accurſij, de quibus infrà, quæ hoc aperte probare uidentur. Nam gloſſ. Iacobi Columbi de Regio, qui uſus feudorum ſolenniter gloſſauit, & eius gloſsis nunc utimur, hoc uidetur uelle, dum allegat in pluribus locis in materia feudorum leges Lombardorum, primo in c. j. §. hoc autem notandum. in uerbo, legibus. in ti. de his, qui feudum da. poſſun. poſſet tamen dici quod illa gloſſ. non multum faciat, quia glo. ibi non allegat iura Lombardorum ad deciſionem, ſed ad diſcrepantiam iuris feudalis. Secundo quòd poſsint allegari, probat optime gl. in d. c. j. §. cum uero Conradus. in uerbo, dignaretur. quæ gloſſ. dicit,
23 * quòd ille Conradus Imperator fecit illam conſtitutionem & legem, in qua continebatur, quòd non ſolum filij, ſed etiam nepotes ſuccederent in feudum, ut dicitur in d. §. cum uero Conradus. & conſtituit etiam multa alia quæ habentur in Lombarda, id eſt, in legibus Lombardorum, in tit. de beneficiis & tributariis. l. ulti. Sicut ergo ille §. cum uero Conradus. poteſt allegari & quotidie allegatur, ita etiam debent poſſe allegari leges Lombardorum, cum ſint cõpoſitæ etiam ab iſto Cõrado Imperatore,
24 * quia Imperator conſtituendo legem, uidetur eam facere generalem, ut l. iij. & fin. §. de legibus. & l. j. ff. de conſti. princ. cum ſimilibus. Tertio pro hoc gloſſ. in c. j. §. qualiter. in uerbo, duellum. in titu. de pace tenenda. quæ allegat iura Lombardorum pro deciſione.

Quarto pro hoc facit tex. cum gl. in c. non eſt conſuetudo. in uerbo, licet lex. in titu. de aliena. feudi paterni. ubi tex. allegat leges Lombardorum. & gloſſ. di. in materia purgationis fiendæ à uaſallo. pro deciſione allegat iura Lombardorum. ſed text. ibi in ueritate non multum, facere uidetur: quia dicit, licet lex ſcilicet Lombardorum contrà ſit. q. d. quæ lex non ſeruatur: & ſic textus potius ſentire uidetur contrarium. Quinto pro hoc gloſſ. in d. c. primo. §. penult. hoc quoque ſciendum. in uer. gradum. alias, geniculum. in titu. de his qui feudum dare poſſunt. uerſic. quòd autem dicit gradum. quæ limitat illum textum, per text. in Lombarda. de ſucceſsionibus. l. j. & cum eadem gloſsa tranſeũt ibi Doctores, & maxime do. Iaco. de Are. qui eam recitat, & ſic uidetur eam tenere, ſed tamen non eſt tenenda. not. per illam l. j. ſed per c. ij. in titul. ſi de inueſtitura inter dominum & uaſallum lis oriatur. Sexto pro hoc facit gloſſ. in c. primo. §. ſi ruſticus. in uer. uoluntate. & in §. ſequenti, ſimiles. in uerſi. diuino. de pace tenenda. ubi glo. pro deciſione feudorum allegat iura Lombardorum. Septimo allego gloſſ. in c. primo. §. ſimilibus. in titu. an mutus uel aliter imperfectus. Octauo adducitur glo. etiam Accurſij in §. hoc igitur in æternum. in uerſi. neceſſe. in ſecun-
25 da conſtitutione codicis. quæ uult *quòd noui Imperatores poſsint de nouo leges condere, legibus antiquis derogare, ut uidemus in titu.
26 de pace Conſtantiæ, & ad reprimendum, & qui ſint rebelles.* & leges Lombardorum fuerunt Caroli Imperatoris, ut notatur per gloſſ. magnam in c. j. §. iniuria. in uerſi. legitime. in ti. de pa. iur. fir. & fuit nouus Imperator poſt Iuſtinianũ, ergo potuit leges etiam generales & derogantes aliis condere. Nono pro hoc facit rubrica in titu. hic finitur lex, incipiunt conſuetudines regni. ubi uidentur eſſe approbatæ de iure conſuetudinario feudorum. Decimo & ultimo ad hoc allego textũ, qui uidetur hoc probare in c. primo. ibi, in Lombarda. in titu. de mili. uaſal. qui contum. eſt. & in c. primo. §. quod autem. & §. ſequenti. uſque ad fin. in titu. de notis feudorum. & in c. primo. & ibi Baldus, in titu. de cogni. feudi. & in c. primo. in fin. in titu. hic poteſt eſſe titulus. qui ſucceſſ. tene. & in c. primo. in princip. in ti-
27 tu. qualiter feudum poterat alienari. *Et prædictis poſſet addi: quia



ſi poſſumus allegare, & inducere libros gentilium, ut Virgilij, Ariſtotelis, Hippocratis, & ſimilium, ut in c. forus. extrà de uerborum ſignifi. ubi de Virgilio. & in l. ſeptimo menſe. ubi de Hippocrate. ff. de ſtatu homin. & in l. ſi pater. ff. de ſo. ubi de Ariſtotele dicitur: licet contrarium faciat l. intantum. §. fin. ff. de re. diui. ergo multo magis dici debet, quod allegari poſsint iura & leges Lombardorum, quæ fuerunt Imperatorum. Sed in contrarium pro parte negatiua, quòd leges Lombardorum, uel conſuetudines regni non poſſunt allegari in cauſis iuris ciui-
28 lis, nec feudorum. *Primo probatur, quia conſuetudines allegari nõ poſſunt, quia non ſunt generales, ſed ſpeciales. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. ſed leges Lombardorum, & conſuetudines regni ſunt huiuſmodi, ut habetur in prima rubrica feudorum, ubi dicitur, incipiunt conſuetudines feudorum &c. facit quod ſtatim dicam in iiij. arti. Secundo, quia leges Lombardorum non ſunt incorporatæ in corpore iuris ciuilis, ergo. per text. in ſecunda conſti. codicis. §. hoc igitur in æternum. cum gloſſ. in uerbo, neceſſe.

Tertio, quia Carolus Imperator quando compilauit leges Lombardorum, non erat Imperator, ſed rex: ergo non debent haberi pro lege uniuerſali & generali. l. fin. C. de le-
29 gibus. & not. gloſſ.* quæ appellatur fons Lombardorum. in c. primo. §. iniuria. in uerbo, legitime. in princip. in titu. de pac. iura. fir. Quarto probatur, quia leges Lombardorum non ſunt leges, ſed potius conſuetudines ſunt Lombardorum, ſicut dixit gloſſ. in ſimili in c. primo. extrà de ſponſalibus. ubi dicit text. l. Saxonum. & gloſ. exponit, id eſt, cõſuetudine, quia non eſt generalis,

ſec

ſecus ſi fuiſſet generalis. l. leges generales. C. de legibus. facit quod dixi s. in primo articu. pro hac parte.

Quinto pro hoc adduco dictum Bald. in auten. dos data. C. de dona. ante nuptias. allegat Odofredum dicentem, quod lex Lombardorum & eorum ratio receſsit ab aula. & alibi etiam dixit Bald. quod de hoc iure non erat curandum. in l. ſi inuito. C. de nup. Et de hac quæſt. uide per Andreã de Iſer. & Ioan. de Platea in prę ludijs feudorum. in quæſt. ſecunda. in princip. & ibi aliquid per Iaco. de Alua. & uide plene per eundem Iaco. de Alua. in c j. in princip. in titu. de pace iur. fir. Ego autem ita dicerem in hac quæſt. quòd aut quæritur, an poſsint allegari leges Lombardorum tanquam iura ciuilia, & dicendum eſt, quòd regulariter hodie non ſunt in uſu, maxime in iſtis partibus Lombardiæ, & ſic receſſerunt ab aula, ut dicit Bald. in d. auten. dos data. aut quæritur, an poſſint allegari ſimpliciter, & tunc ſi reperitur aliqua lex Lombardorũ incorporata in uolumine fforum, uel codicis, uel autenticorum, uel etiam feudorum, quæ ſit conſona iuri communi, & tunc poteſt allegari, & iudex poteſt ſecundum eas iudicare: & iſto caſu non dicetur iudicare proprie autoritate illius legis, ſed autoritate iuris communis: & ita intelligatur c. forus. de uerbo. ſignifi. & l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu. ho. & l. ſi pater. ff. de ſol. & id quod dixi s. in prima parte in fin. ſecundum not. in l. j. ff. ſi cer. pet. Sed ſi eſt diſſona, & contraria iuri communi, tunc forte uidetur quod poſſet etiam allegari, ſed iudex per eam non debet moueri ad iudicandum: ſed uidetur quòd debeat ſuperſederi interim in cauſa, & reſcribi ad ſuperiorem, ut ad Imperatorem, ut hoc decidat, & hæc diſtinctio probari uidetur in c. paſtoralis. extrà de fide inſtrum. ubi etiam gloſſ. dicit, * quòd ſi tales leges uel decretales extrauagantes obuiant conſuetudini, quæ ſit probabilis, & legitime præſcripta: potius ſeruatur conſuetudo. & de hac materia uide xix. diſtinctio. in ſumma. & uide in c. fina. extrà de conſuetudine. & quod not. in d. c. paſtoralis. 30 Sed certe ego credo in caſu noſtro, quando dictæ leges Lombardorum ſunt contrariæ: & diſſonæ iuri communi, quòd nullo modo poſsunt allegari, dato etiam quod ſint Imperatorum. Non obſtat d. c. paſtoralis. de fide inſtrum. quia ibi loquitur quando dubitatur, an aliqua decretalis extrauagans ſit generalis, ſed in caſu noſtro eſt certum, quòd leges Lombardorum non ſunt generales, quòd patet à nomine ipſarum, * à quo nomine licitum eſt argumentum: ut eſt textus cum gloſſ. 31 & ibi notatur. in l. à nullo. C. de feriis. nam appellantur leges Lombardorum, ergo non ſunt aliorum. Et ſic patet quod conſtat etiam de mente Imperatorum ſtatuentium, qui uoluerunt, quòd non ligarent, niſi homines de Lombardia. Et ſic non ob. l. leges. C. de legibus. ubi dicitur quod leges Imperatorum ſunt generales, quia illud uerum, niſi appareat contrarium. Nec obſtat quòd extrauagans de pace Conſtan. & ad reprimendum. & qui ſint rebelles. ſeruentur & allegentur tanquam leges generales: quia hoc apparet de uoluntate Imperatorum: * quia de- 32 derunt poteſtatem Bartolo, ut gloſſaret extrauagantem, ad reprimendum, & qui ſint rebelles. & Odofredo, qui gloſsauit titulũ de pace Conſtantiæ. Et ſic per hoc apparet, quòd noluerunt, quòd eſſent generales, dato quòd aliter non eſſent incorporatæ in uoluminibus iuris ciuilis.



Nec etiam obſtat quòd in libro feudorum, & aliis plerunque in textu, & gloſſ. allegantur leges Lombardorum, ut dixi ſuprà pro parte prima. quia reſpondetur, quòd ideo allegantur, ut oſtendantur uarietates conſuetudinum in hac materia, quæ ſecundum uaria iura formabantur, non autem allegantur pro deciſione, ut patet ex eis. Et hoc etiam uoluit Iaco. de Alua. in præludiis feudorum. in iiij. princi. fateor, quòd ſi aliquæ leges Lombardorũ ſunt interpretatæ in iure communi, ut in libro feudorum in decidendo, ut eſt in titu. hic finitur lex. quod illæ tantum quaſi approbatæ pro generalibus poterunt in iudiciis allegari, &
33 iudex per eas debebit iudicare.

* Quintus caſus in quo quis debet amittere manum eſt, ſi tabellio confecit inſtrumentum ſuper alienatione feudi illicite facta, & eſt caſus in c. j. §. calidis. in tit. de prohi. alien. per Fede. per illum text. dicit Ludo. Rom. quòd notarius ſcribens inſtrumentum ſimulatum, debet perdere manum, ita dicit ipſe Ludo. in ſuo ſingulari, quod incipit, Pone quod notarius ſcribit &c. Sunt etiam multi alij caſus, in quibus quis punitur in amiſsione membri, de quibus uide hic Guil. de Cu. & pleniſsime per domi. Iacob. Artizoni de Broillo de Verona. in ſua ſumma feudorum in princip. & ulti. char. ubi ponit in quibus caſibus quis puniatur in amiſſione manus, & in amiſsione pedis, & oculi, & narium, & naſi. Et in qui-
34 bus caſibus quis debeat tondi, & decaluari, & comburi. * Quæro ſecundo principaliter, quia hic dicitur in text. quòd ubi quis deberet puniri pœna membri, quòd puniri debet hodie pœna manus, in qua manu debet puniri, an in dextera uel ſiniſtra. In gloſſ. ſunt duæ opiniones. Prima quòd puniri debeat in ea manu, in qua minus poteſt. argum. l. ſi de interpretatione. ff. de pœnis.

Secunda eſt opinio in contrarium, ſcilicet quòd puniatur in ea, in qua plus poteſt. argum. l. quæritur hermaphroditum. ff. de ſtatu homi. cum ſimilibus. Primam opinionem ſequitur hic Bartolus & Bald. Odofredus uero dicit, quòd debet puniri in illa manu, cum qua deliquit, per l. ſi fugitiui. s. eo. uel quòd electio rei puniendi, per l. cum his. §. ſi. na. ff. de condi. inde. Ego autem ſequor opinionem primam gloſsæ. & Bartolus & Baldus hic per d. l. ſi de interpretatione. & l. ſi præſes. in fin. ff. de pœnis. & per ea quæ dixi in d.
35 l. ſi fugitiui. s. eodem. * Quæro tertio extra gloſſ. quid ſi delinquens habet duas manus, & una eſt prorſus inutilis, uel arida? & uidetur per prædicta, quòd inutilis tantum abſcindi debeat. Econtra uidetur quòd imo alia debeat abſcindi, quia ſi aliter diceremus, maleficium eſſet ſine pœna uel quaſi: ut l. ij. §. ut intra certum tempus quod eſſe non debet: ut l. ita uulneratus. ff. ad l. Aqui. Item quia inutilis habetur pro nulla: ut l. quoties. ff. qui ſatiſda. cog. Dicit hic Bald. quòd ſi manus eſt debilis & omnino inutilis, & tunc ſit uera hæc opinio ſecunda: ſed ſi aliquo modo eſt utilis, tunc ſit uera prima ſententia per prædicta. Sed dominus Paulus[a] de Caſtro hic tenet iſtam partem ultimam, ſcilicet quòd debeat manus debilis indiſtincte abſcindi, per gloſſ. quæ eſt hic, quæ uult quòd illa debet abſcindi, in qua minus poteſt. ſed minus poſſe in arida, licet nil poſsit, ut l. illud. §. minus. ff. de tribu. & ſic uerificatur iſta gloſſ. Præterea non eſt parua pœna deformitas, quæ reſultat ex amputat.

*a Sed Paulus. Adde quod hoc idem tenet. d. Maria. Sozi. in c. ſicut Iudæ. in d. tit. de Iudæ. in v. col. qui allegat tex. contra Bal. fundare uidelicet in c. ſicut urgeri. j. q. j. text. dicit quod licet manus arida ſit ſine ſanguine, tamẽ mẽbrum eſt. et ad arg. Bal. reſpõdet, ut per Paulũ hic. & alle. Ang. in d. l. iij. dicit tamẽ opi. Bald. uno caſu poſſe ſaluari, uidelicet ſi manus arida eſſet talis, quod magis expediret non habere quam habere, puta cancroſa, uel talis quæ uiſu terrorem induceret, adeo quod ad ſaluãdum totum corpus opus eſſet illam amputare, quia tamen non poſſet illius amputationem eligere, cum non cederet ſibi ad pœna, ſed ad maximum cõmodum, maxime ſi commiſiſſet delictum ea un*

*entione,ut illa manus ſibi amputaretur, cũ quis nõ debeat ex ſua malitia commodum reportare. ca.intelleximus. de iu.Et adde ad ea quæ notaui ſ.l.quicũq;.co. xj. Quid ſi delinquẽs habeat ſolam manum, an illa debet amputari?*

putatione manus, licet aridæ: & ita
determinat Ioannes And. in mer-
curialibus, in regula, in pœnis. Pro
hoc allegat Angel. bonum text. in l.
tertia. §. Labeo. ff. arborum furtim
cæſarum. * Vbi appellatione arbo- 36
ris continetur etiam illa,cuius radi-
ces deſierunt uiuere, & ſic eſt deſic-
cata, quouſque durat ſuper terram
& incidens illam, perinde punitur
ex illo titulo, ſicut ſi incideret aliam
uiuentem: ergo uidetur quòd am-
putata ſic manu, licet arida, ſit ſatiſ-
factum uerbis ſtatuti: & iſta eſt be-
nignior ſecundum dominum Pau-
lum de Caſtro hic.Baldus tamen hic
in fine aliter diſtinguit: uidelicet
aut ſtatutum loquitur de manu cer
ta, utputa dextera, & tunc illa indi-
ſtincte debet amputari, quia ſolu-
tione eius quod debeatur, omnis
tollitur obligatio: ut inſtitu. qui-
bus modis tollit. obligat. in princi.
& quia liberatur ſoluendo rem ta-
lẽ qualis eſt, & ideo licet manus ſit
inutilis, tamen mutilatio eſt magna
pœna, & ideo ſufficit illã amputari,
& minimum ſoluendo liberatur.ar-
gum.ff.de regu.iur.in l.obſcuris.ſe-
cundum Iaco.But. Si autem iudex
habet arbitriũ in amputatione mem
bri,tunc poterit illa manus amputa-
ri, quæ iudici uidebitur. & ita ſequi
uidetur hic Baldus, in fine. & iſtud
ego teneo,intelligendo tamẽ ꝙ iu-
dex in dubio debeat arbitrari in ma
nu, in qua minus poteſt,per prædi-
cta. *Quæro quarto, quid ſi delin 37
quens habet unam ſolam manum.
Reſpondit Guil. de Cu. illa de-
bet amputari, argum. ff. de contra-
hen.emptio.l.ſi in emptione. §.pen.
& licet hæc pœna ſit grauior, hoc cõ
tingit caſu, imo culpa delinquentis,
ideo iudex ex arbitrio, quod habet
per l. quid ergo. §.pœna grauior. ff.
de his qui no.infa.poteſt dictam pœ

nam imponere, ſecundum Bald.hic
circa fin.Sed hic Bald.in princ.dicit,
quòd hæc ſententia uidetur ſibi du-
ra, quia grauior eſt pœna perdere
manum ei, qui unam ſolam habet,
quia per hoc fit omnino inutilis,
quàm ei qui duas habet. de quo hic
loquitur argum.ff.de pœnis.l.ſi in-
terpretatio. ff.de offi.præſidis.l.illi-
citas. §.ne tenus.ibi,lumine unico.
& pœna non eſt aggrauanda ex in-
terpretatione, ut d.l. ſi de interpre-
tatione.Et ita tenet hic Iaco. Bu. Bal.
Ange.& Do.Pau.de Caſtro. *Nam
lex uel ſtatutum imponens pœnam
manus,debet reſtringi ad habentem
duas, & ita intelligitur iſte text. &
ideo uidetur pœnam tunc debere in
aliud cõmutari,ut l.ij.ĩ.ut intra cer-
tum tempus. ſicut fit de pecunia in
perſona propter paupertatem: ut in
l.quicunque.ĩ.eo.quod ego intelli-
go uerum,quando haberet niſi unã
manũ ſine culpa ſua, ſecus ſi una ma-
nus fuiſſet ſibi inciſa propter deli-
ctum, quia nemo ex ſuo commodũ
cõſequi debet, per iura uulgaria. Et
prædicta procedunt ante ſenten-
tentiam. *Sed quid ſi ſententia
eſt lata à qua non eſt appellatum, &
iudicatum fuit unam manũ abſcin-
dendam, & iſte non habet niſi unã.
dicit Bal.hic, quòd credit, quòd illa
ſit abſcindenda, argum.ff.de contra-
hen. empt. l. ſi in emptione. §.pen.
& ad hoc, ut ſententia habeat effe-
ctum.ff.de rebus dubiis.l.quoties &
quia iudex lata ſententia amplius eã
reuocare non poteſt:ut l.j. C. ſen-
ten.reſcindi non poſſe. *Quæro
quinto, quid ſi nullam manum ha-
bet delinquens,qua pœna puniatur,
ſtante ſtatuto quòd puniatur in ab-
ſciſsione manus. Dic aut hoc con-
ſtat ante ſententiam, & tunc in alio
mẽbro debet cõdemnari & puniri,
ut l.ſecunda.ibi,ſi perſona utilior.ĩ.
ut in



ut intra certum tempus. & habetur
in l. quicunque. ĩ.eo.aut non cõſtat
ante ſententiam, & in ſententia con
demnatus eſt in abſciſsione manus,
tunc talis ſententia eſſet nulla,quaſi
impoſsibilis:ut l.ſi. ff. quæ ſententia
ſine appel. reſcin. & ideo iterum eſ-
ſet iudicandum, ea ſententia habita
pro nulla:ut l.iiij.ĩ.de accuſa.ſecun-
dum Nico. de Matarellis hic in ſua
41 lec.& Bal.& bene. *Quæro ſexto,
quid ſi ſtatutum dicat,quòd uulne-
ranti aliquem in platea abſcindatur
manus?aliquis uulnerauit quendam
in platea pluribus uulnerib.eodẽ tẽ-
pore, an plures ſibi ſint abſcindẽdæ.
& uidetur quòd ſic,quia tot ſunt de-
licta, quot uulnera,licet eodem tem
pore facta, & de quolibet meretur
pœnã:ut l.nunquam plura.ff.de pri-
uatis delictis. & in l.quicunq;.in ſe-
cundo reſponſo. ĩ.ea.l.In contrariũ
facit iſte text. in uerbo, una ſola.&
quia ſimul fuerunt facta, uidetur u-
num delictum,per glo.in l.j.circa fi.
ĩ.unde ui. De hac quæſtione dic, ut
per Barto.in l.uulgaris.in prin.ff.de
furtis.& uide quod no.Bar.in l. nun
quam plura.ff.de priuatis delictis.&
42 in l.ſanctio legũ.ff.de pœnis. *Que
ro ſeptimo,aliquis eſt banitus in am
putatione manus ratione unius de-
licti, poſtea iterum bãnitur pro alio
delicto in amputatione capitis, ca-
ptus fuit per familiam prætoris, uel
alio modo, qualiter fiat executio.
Dic, quòd primo debet abſcindi ma
nus,& poſtea decapitari,ſi fieret ecõ
uerſo, non pateretur niſi pœnã mor
tis, quia amputatio manus poſt mor
tem,non eſſet pœna,ſecundum Bar.
in l. omnes iudices. C. de delatori-
bus.libro x.qui dicit,quòd ita de fa-
cto uidit obſeruari, & ita tenet do-
minus Paulus hic. de quo uide gloſ.
no.in d.l. omnes iudices.& in c.j. §.
milites.in uerbo,pœnam.in fin.in ti.

de pac. iur.firman. & eſt tex. ſi bene
ponderetur, in l.j.in fi.ff.nil nouari
appel.pendente.& ibi uide do. Pau.
de Caſt.& uide Flo.in l.Neratius. §.
quãuis.ff. de ſeruo corrupto.& An-
ge.in l.nunquã plura.ff.de priua.de-
43 lictis. *Quæro octauo,quia hic pro
batur, quòd manus eſt membrũ, ut
dixi s.in iiij.no.quid ſit membrũ, &
quid contineatur appellatione mẽ-
bri. Dic, quòd membrum dicitur à
metior metiris, quod eſt partiri, &
diuidere, unde membrum dicitur:
quia corporis pars,ſecũdum Hugo.
in uerbo,metior.ita dicit Bar.in l.ij.
ff. de publi.iudi. & Bal. hic.& domi.
Pau.de Caſt.hic,qui dicit,quòd ſtri-
cte intelligendo membrũ, ſumitur
pro illa parte,quæ habet certum of-
ficium deputatum. & hoc fuit dictũ
Angeli de Peruſio hic, qui dicit, ꝙ
membrum eſt omne id quod in cor
pore noſtro diſtinctam habet opera
tionẽ, ſecundum Philoſophũ in iiij.
Metaurorum ad finem.& ideo ma-
nus ad palpandum,pes ad ambulan-
dum, oculus ad uidendum, auris ad
audiendum, os ad guſtandum ſunt
membra.Et idem no.ipſe Ange.in l.
uitem. §.j. ff.arborum furtim cæſa-
rum.& in auten.ut nulli iudicum. §.
quia uero nos. ubi ſubdit, quòd ra-
tio eſt, quoniam in iſtis conſiſtunt
quinque principales, ſenſus noſtri
corporis, ſcilicet uiſus,auditus,gu-
ſtus, odoratus,& tactus,ut notat gl.
in l. quod meo. §. ſi uenditorem. ff.
de acquiren. poſſeſ.cum igitur quili
bet iſtorum ſenſuũ ſit attributus uni
membro corporis, quicquid habet
illam uirtutem,appellatur membrũ.
Et ideo quia in oculo conſiſtit uir-
tus uiſiua, in naſo uirtus odorati-
ua, in aure uirtus auditiua, in lingua
uirtus guſtatiua, in manu uirtus ta-
ctiua, in pede ſimiliter uirtus ta-
ctus,& palpationis,ſcilicet ambulan
do.

do. Merito omnia iſta membra ap-
pellanturut not. Ariſto.iiij. Metau-
rorum,ad finem,ſecundum Ange.in
d. §.quia uero nos.& de hoc quid ſit
membrum, uide in locis præallega-
tis.& uide etiam Bald.in c.j. in prin.
in titu. de noua forma fidelitatis. &
per Bald. Ange.& Ioan.de Imo.in l.
iij.ff.de publi.iudi.& hoc per Barto.
& Docto. in l. non ſunt liberi. ff.de
ſtatu ho. & per Alber.de Ro. in ſuo
opere ſtatutorum. in ij.parte.quæſt.
xxviij. & uide pleniſsime per domi.
Nellum de ſancto Gemi.in ſuo trac.
bannitorum.in ij.parte ſecunde par-
tis. in lj.quæſt.& per Ange.de Aret.
in ſuo tract.maleficiorum, in gloſ.in
uerbo,membrum. & uide Bald. in l.
reos.in ij.colum.in fin.cum princip.
ſequent.C.de accu.& in l. data ope-
ra.in xviij. colum.uer.& ibi lex facit
mentionem.& in uer.in corpore no
ſtro multa membra habemus.C.qui
accuſa.non poſſ. * Quæro nono, 44
qua pœna puniri debeat fur, & gloſ.
hic ſuper uerbo,caſtigabitur.dicit,ꝙ
debet fuſtibus cędi, per iſtum textu,
niſi ſit publicus latro qui ſcilicet cō-
ſueuit furari, qui debet furcis ſu-
ſpendi: ut l.capitalium. §. famoſos.
ff. de pœnis.& idem not.gloſſ.xxiij.
q. iij. ſi quis fortitudinem. de quo
dic ut pleniſsime dicam in ſeq. ubi
ponetur quæ ſit pœna furum & la-
tronum.* Et ex hac gloſſ.quæ eſt Ia- 45
co. quod publicus latro dicitur ille
qui conſueuit furari, & ſic etiam ſi
clàm,ſi tamen pluries.Barto.in d. §.
famoſos. intelligit iſtam gl. ueram,
quando contra ipſum laborat infa-
mia, alias non diceretur latro uel fa
moſus.ſed Barto. hic dicit,quòd glo
ſæ noſtræ ubique dicunt, & intelli-
gunt publicum latronem, qui con-
ſueuit furari, & ita obſeruant. Ta-
men proprie non bene dicunt.nam
ille §.famoſos.loquitur de publico

a Quod dicitur fieri ſepe. *Adde & uide Alex. de Imol. in l. ſæpe.ff. de re iudi. & ultra eũ adde, ꝙ Inno. in c.cum oporteat in prin. de accu. dicit,quòd relinquit arbitrio iudicis. & ſequitur Arc. u. q.viij. in ſumma.*

latrone: ſed fur qui conſueuit fura-
ri,eſt publicus fur, non publicus la-
tro: latro eſt ille qui per uim fura-
tur, ut hic in tex. ita dicit hic Bartol.
Tu uero dic, quod reperitur fur
ſimplex,item fur famoſus, item la-
tro ſimplex, item latro publicus &
famoſus. * Fur ſimplex eſt ille qui 46
ſemel tantum & clàm,uel de nocte,
maxime in domibus & ſine armis fu
ratur:ut hic eſt tex.uer.fures autem.
& in corpore unde ſumitur iſta au-
ten. ſcilicet in auten.ut nulli iudi. §.
quia uero. col. ix. & probatur in l.j.
ff.de furtis.& inſt.de obliga.quæ ex
delicto naſcuntur. §. furtum autem
à furto.& not.glo.in l.cum duobus.
§. damna. in uerbo, ſurrepta.in fi.
ff.pro ſocio. *Fur famoſus dicitur 47
ille qui cōſueuit furari, puta bis uel
ter,ut l.iij.in fi. s.de epiſcopal.audi-
entia. & pro hoc gloſſ. notabilis in
autent. de teſtibus. in §. quia uero
multi.colum.vij. ſuper uerbo, ſæpe.
a quæ dicit quòd ſæpe dicitur fieri il
lud,quod ſit bis, aut ter. & not.in l.
quibus.ff.de legibus. & per Bart. &
Doct.in l.j.C. quomodo & quando
iudex. *Latro ſimplex dicitur ille 48
qui palàm, ut in ſtrata publica, uel
etiam in ſyluis furatur,ut not.gloſ.
in l.j. s.depoſiti. & in d.l cum duo-
bus. §. damna.ff.pro ſocio.& maxi-
me quando fit per uim, & cum ar-
mis, ut probatur hic in text. Poteſt
etiam dici latro ille, qui eſt diur-
nus & clàm furatur,ut eſt tex. con-
cta gloſſ.inſti.ad l. Aquil. §.j.in uer-
bo,latronem. Intelligendo tamen
quod hoc faciat per uim, uel cum ar
mis.per iſtum textum hic in fi. idem
intelligo quando ſemel tantū. *La- 49
tro uero publicus uel famoſus eſt il-
le, qui pluries palàm in ſtrata publi-
ca,uel in ſyluis per uim,uel cum ar-
mis furatur, & iſta fuit intentio glo.
hic, quæ dicit, quod publicus latro
eſt



eſt ille qui conſueuit furari, dum al-
legat l.capitalium. §. famoſos.ff. de
pœnis.ſecundum do. Paul.de Caſtr.
50 hic, qui ita intelligit iſtam gl. & hoc
credo uerū, *quia glo.ſemper debet
intelligi ſecundum textum quem al
legat: ut no.Bar.in l.non ſolum. §.ſi
liberationis.ff.de liber.lega.& not.
Ioan.An.in c.cum tu.extrà de teſti-
bus.& Raph Fulgo.in l.patronus.ff.
de proba.& do. Signorolus de Ho-
medeis in quodam ſuo conſilio,qd'
incipit, Chriſti ſaluatoris nomine
inuocato. circa medium.& uide qd'
dicam infrà in materia,quando quis
commiſit plura furta. uel nec etiam
obſtat gl.hic in uerbo, caſtigabitur.
Vnde fur occultus nunquam po-
teſt dici latro, etiam ſi conſueuit fu-
rari,ſed bene poteſt dici famoſ9 fur,
& ꝓ hoc uide tex.in l.j. §. aduerſus.
ff.de ſepulchro uiolato.ibi, more la
tronum.ubi Ang.qui dicit not. quia
per hūc tex. declaratur §. famoſos.
qui dicit, famoſum latronem furca
figi.quia nō intelligitur famoſus la-
tro, qui conſueuit furari clàm,ſed il
le qui armatus rapit uel ſubtrahit.
51 unde dicit ibi Ang. *ꝙ falſa eſt opi-
nio dicentium,eum qui tria furta fe
cit,eſſe famoſum latronem, & ideo
debere ſuſpendi.Et hoc eſt notandū
propter ſtatuta, quæ loquuntur de fu-
ribus & latronibus. Et dicit hic do-
mi.Pau.de Caſt. quòd hoc habuit de
facto in ciuitate Vicentiæ,ubi dubi-
tabatur de quodā capto pro robaria,
an poſſet dici publicus latro, quia ſe
mel tantum derobauit. nam ſtatutū
Vicentiæ, grauius punit latronem
quàm furem.& glo.quæ eſt hic, alle
gabat pro eo quòd non, quia licet in
ſtrata publica, non tamen reperieba
tur unquam illum alia talia comiſiſ-
ſe,niſi nunc: & ſtatutum loquebatur
de famoſo latrone: unde non pote-
rat dici famoſus, propter hoc ſolum

quòd in ſtrata publica: ſubdit tamen
hic in fin.dom.Paul.quòd nil ualue-
runt allegationes, quia fuit ſuſpen-
52 ſus. * Quæro decimo & ultimo ꝓ
declaratione huius text.& gloſſe, &
materiæ, quæ ſit pœna furum & la-
tronum. Reſpondeo, quòd alia eſt
pœna pro furto,alia pro latrocinio.
unde diuidendo hanc quæſtionem
in duas partes, ſeu quæſtiones prin-
cipales. Prima erit, qua pœna puniri
debeant fures. Secunda, qua pœna
puniri debeant latrones. Et quia iſta
materia eſt quotidiana & utilis, ideo
hic per modum cuiuſdam diſtinctio
nis & tractate, plenius uideamus, iu
xta l.legam.in princi.ibi, & plenius
rogo quæ ad hæc ſpectant, attingas:
quotidiana enim ſunt.ff.de lib. leg.
& l.j.in princip.ff.de appel.& l.fina.
cum non ſolum.in princ.ibi, & ſem-
per in iudiciis uerſantur. C.de bo-
nis quæ liber.& facit gloſſa.in cle.
dudum.in uerbo, huiuſmodi.de ſe-
pulturis.q̄ dicit, quòd ubi de lana,
lacte,& redditu agitur,potius eſt in-
ſiſtendum & diſputandum. Circa
primam igitur quæſtionem, uideli-
cet qua pœna fures puniantur: dic
primo ſecundum Bartol.hic,ꝙ quin
que ſunt iura ſuper hoc. Primum
ius eſt antiquum, quo imponebatur
pœna extraordinaria pro furto, ut l.
fi.ff.de furtis.niſi eſſet publicus & fa
moſus fur: ut hic in gloſſ. & dicetur
infrà. Secundum ius eſt autentico-
rum,de quo habetur in aut.iſta: quæ
uult quòd fures fuſtigetur. Ter-
tium ius eſt, quędam conſtitutio no
ua, quæ habetur in titu.de pace tenē
da.in §.ſi quis quinq; ſolidos.in u-
ſibus feud.quæ dicit, Qui quinq; ſo
lidos,uel rem ualoris quinque ſoli-
dorum ſubtraxerit, ſuſpendatur.
Quartum ius eſt ex alia conſtitu-
tione noua, quæ poſtea ſuperuenit:
ut habetur in titulo de pace iura.fir.

in ſ. furtum. Quintũ & ultimum
ius eſt, quia hodie de hoc ſtatuta ſũt
in qualibet parte Italiæ, & illa obſer
uantur iuxta l.omnes populi.ff. de
iuſtitia & iure, ſecundum Bartolum
hic. Sed per hoc non habetur ue-
ra & perfecta doctrina, unde tu di-
53 cas ſic, plenius diſtinguendo: *Ali-
quando fures ſunt improbi, ut ſunt
ſimplices fures, qui clam & ſine ar-
mis, & ſine effractura furantur, ut d.
l.j.ff.de furtis.& hic in text.in uerſi.
fures autem. Aliquando ſunt fu-
res improbiores, ut expilatores hæ-
reditatis: ut l.j. ſ. expilatores. ff.de
effracto.& expilato.& eſt text.& ibi
hoc not.gloſſ.fina.in l.ſi te.C.de his
cui not.infa.& habetur per Bal.in l.
de his.in titul.j.de fur.hi enim dicũ-
tur etiam fures: ut eſt tex.in l.ſi cum
exceptione. ſ.qui uim intulit.ff.quod
metus cauſa.improbiores etiam fu-
res dicuntur illi, qui cum fractura fu
rantur, per d. ſ.expilatores.ſecun-
dum domi.Paul.de Caſtr.hic, & iſti
uocantur etiam effractores: ut pro-
batur in d.l.j.ſ.item effractores.ff.
de effractoribus & expilatoribus.
Aliquando ſunt fures improbiſ-
ſimi, ut ſunt raptores.in l.raptores.
s.de epiſcop.& cleric.& inſti.ui bo-
norum raptorum.in princip.& not.
Bartol.in d. ſ.expilatores.& not.gl.
fin.in fin.& ibi Bartol.in l.ſi te.s.de
his qui no.infam. Sed tu aduerte, q;
iſti fures improbiores à iuriſconſul
tis appellantur: ut eſt text.in l.ſi cum
exceptione. ſ. qui uim intulit. ibi,
quamuis qui ui rapit, fur improbior
eſſe uideatur. ut Iuliano placet. ff.
puniretur pro primo & ſecundo fur
to. quod eſſe non debet:ut ff. de ac
cuſa.l. ſenatus.& ff.nautæ,caupo.ſta
bu.l.licet. Sed uidetur,quòd debeat
ſuſpendi: quia cum perſeuerauit in
crimine, magis deliquit, & maior
pœna imponitur. C. ad l. Iuliam de
ui. publ.l.ſeruos. in fin. & ſ.de epi-
ſcopali audientia. l. tertia. in fin. &
ff.de pœnis.l.capitalium. §. ſolent.
& dicit Lombarda, quòd pro ter-
tio furto moriatur. non autem pro
primo, & ſecundo. Et ſic ſentit
Vber



Vbertus de Bobio, quod debeat mo
ri.& ita dicit Gandinus in ſuo tracta
tu de maleficijs, in titu.de pœna fu-
rum, uerſic.ſed pone pœnam impo-
ſitam. Et idem tenet ad literam Odo
fre.& Guid.de Suzaria, in ſuo tracta
tu maleficiorum, in titulo,de pœna
furibus imponenda. in prin. Et idem
tenet hic do.Paul. de Caſt. & iſtud
etiam ego teneo pro uero, maxime
per tex.in l.capitalium. §. ſolent.ibi,
tractari clementius. coniuncto ibi,
nunquàm capite plectendi. nam ibi
loquitur,quando pro prima & ſecun
da uice fuit punitus: & tamen dicit
ibi, quòd etiã pro tertia punitur a-
crius:& bene, quia ex coadunatione
aggrauatur delictum: ad quod c.ac-
cuſatus.de hęreticis.li.v i,Et idẽ ego
dixi ſuprà, quando quis cõmiſit duo
uel tria furta,in principio. Itẽ ad-
de prædictis, ꝙ ſi pro tertio furto
quis poſsit ſuſpendi, quòd hoc non
habet locum, quando dicuntur eſſe
facta plura furta eodem loco,& tem-
pore:quia talia furta non poſſunt nu
merari ut plura. Nam mens ſtatuti
intendit grauius punire propter cõ-
ſuetudinem delinquendi:in qua con
ſuetudine requiritur temporis inter-
uallum,ad hoc facit l.cum qui. §. idẽ
ſcribit. & ibi glo.in uerſi.ſed non in
totũ.& ibi etiã Bar.ff.de fur.ita dicit
hic Bald.in ij.col.uerſi.ulterius quę-
ro. ad quod adde quæ dixi ſuprà,
quando dicatur unum furtũ, uel plu
ra: quæ omnia ſingulariter nota, &
tene meti: quia ſunt pulchra & quo-
tidiana. Secundo caſu principali,
quando fures ſunt improbiores, ut
ſunt expilatores hæreditatis,& furã-
tes cũ fractura oſtij,uel capſæ, uel ſe
ræ,uel alterius rei, uel ſimiles, qui e-
tiam atrociores fures appellãtur: ut
eſt caſus in l.j. §.expilatores. cum §.
ſeq.& l.ij. ff. de effrac. & expila. qua
pœna puniantur. Dic,aut loquimur
de expilatoribus hæreditatis, aut de
furantibus cũ fractura, qui effractο-
res dicuntur: ut l.j. §. item effracto.
de effrac. & expil. aut loquimur de
ſaccularijs & detractariis. Si loqui-
mur de expilatoribus hæreditatis,
dic, quòd licet iſti non ſint propriè
fures,ut l.ij. §.de crimine expil. hæ-
redi.& not.gloſſ.in dicto §.expila-
tores.in uerbo,atrociores.tamen fu-
res etiam dicuntur, ut probatur in di
cta l.j. §. expilatores. & in l. ſi cum
except. §. qui uim intulit. ff. quod
metus cauſa.& dixi ſuprà,circa prin-
cipium huius decimæ quæſtionis. &
iſti pœna extraordinaria, id eſt, arbi
traria puniuntur: ut eſt text. in l.j.&
l.diuus.ff.de crimine expil.hæredi.&
habetur in dicto §. expilatores. ubi
etiam ſic dicitur, Expilatores fures,
qui ſunt atrociores,hoc enim eſt ex-
pilatores,in opus publicum,uel per-
petuum, uel temporarium dari ſo-
lent. honeſtiores autẽ ordine ad tem
pus patria moueri, uel fines patriæ in
beri excedere: quibus nulla ſpecialis
pœna reſcriptis principalibus impo-
ſita eſt: idcirco cauſa cognita,liberũ
erit arbitrium ſtatuẽdi ei qui cogno
ſcit: & ſic in effectu erit in arbitrio
iudicis, uel prætoris cognoſcentis
punire ſecundum conditionem per-
ſonarum. & quomodo regulari de-
bet hoc arbitrium, & uſque ad quã
pœnam poſsit iudex uigore huius ar
bitrij accedere, uide quæ pleniſsime
dixi in l.ſi fugitiui. in v.quæſt. ſuprà
eodem. Si loquimur de furibus cũ
fractura,qui dicuntur effractores,ut
dixi:& dicas,quòd iſti ſunt propriè
illi,qui furãtur cum fractura,uel per-
foratura oſtij,uel hortorum, uel ſcri
nij,uel capſæ uel parietis:ut proba-
tur in dicta l.j. §.item effractores.ff.
de effractoribus & expilato. ibi,ef-
fracto pariete.coniuncta glo.quæ di
cit alias perforato, aliàs effracto. &

quòd furtum per eos commiſſum di
citur atrox, ut eſt text. in l.fina. codē
titu. Et etiam dicitur enorme, ſecun
dum dominum Paulū de Caſtro hic.
ut dixi ſuprà, quando furtum eſt e-
norme, uel atrox. & uidetur quan-
tum ad pœnam, quòd idem ſit iudi-
candum de hoc furto, ſicut de ma-
gno. de quo ſuprà dixi: quia Bald. hic
in j.col. uerſ. tertio no. maxime ibi,
ego puto. ponit furtum multum e-
norme, pro magno, & ſic promiſcue
utitur illis uocabulis. Item pro hoc
gloſſ. in l.ad ea. in ultima charta. ff. de
regulis iuris.* quæ appellat magnum
furtum delictum atrox. & ſic uide-
tur, quod ſicut pro magno quis de-
bet ſuſpēdi, ut ſuprà dixi, ſecundum
Baldum, licet hic non tenuerim ſu-
prà, ita etiā pro furto atroci & enor-
mi. Sed contrarium in hoc eſt ue-
rius, tenendo quòd furtum enorme
ſit, quando cum fractura oſtij, uel al-
terius rei, ut ſuprà dixi. nam licet quis
furetur frangendo, uel perforando
prius oſtium uel parietem, uel ſcri-
nium, uel etiam ſeram: nihilominus
propter hoc non debet mori, ut pro-
batur in parte d.l.j. §.expilatores. &
§.fina. cum l.ſeq. ff. de effrac. & expil.
Item hoc probatur, quia magnum
furtum dicitur atrox: ut eſt gloſſ. in
l.ad ea. ff. de regulis iuris. & ſuprà di-
xi. Vnde ſicut pro magno quis non
debet mori de iure, ut ſuprà dixi: ita
nec pro iſto, quod dicitur atrox, ut
eſt textus in dicta l.j. §. expilatores.
ibi, atrociores. & in l.fina. in princi-
pio, ibi, atrociores enim ſunt. eod.
titu. Sed debet diſtingui: Aut tale
furtum eſt commiſſum de die, & ſic
ſunt fures diurni, & puniri debent:
habetur in dicta l.j. §. item effracto-
res. ſubaudi, puniuntur ut expilato-
res. de quibus dixerat in §. præceden
ti. poſtea ſequitur in litera, ſed enim
diuus Marcus effractorem equitem
Romanum, qui effracto pariete pe-
cuniam abſtulit, quinquennio abſti-
nere iuſsit prouincia Aphrica, unde
erat, & ab urbe, & ab Italia. Oporte-
bit autem æque & in effractores, &
in cæteros ſupraſcriptos cauſa co-
gnita ſtatui, prout admiſſum ſugge-
rit, dūmodo ne quis in plebeio ope-
ris publici pœnam, uel in honeſtio-
re, relegationis excedat. Item di-
citur in l.fina. eod. titu. Diuturni ue-
rò effractores, & poſt fuſtium caſti-
gationem in opus perpetuū, uel tem-
porarium ſunt dandi. unde in effe-
101 ctu tales non poſſunt ad mortē con-
demnari, ſed debent pro admiſsi &
perſonarum qualitate puniri, citra
mortem tamen. Aut tale furtum eſt
commiſſum de nocte, quia ſunt fu-
res nocturni cum fractura oſtij, uel
alterius rei. & iſti debent fuſtibus cæ-
di, & in metallum damnari, ut eſt ca-
ſus in l.fina. in princip. ff. de effracto-
ribus & expilatoribus. ubi in hæc
uerba per Paulum iuriſconſultū ſcri-
bitur, In effractores uarie animad-
uertitur: atrociores enim ſunt no-
cturni effractores, & ideo hi fuſtibus
cæſi, in metallū damnari ſolet, quod
bene nota: quia multi crederēt quòd
de iure fures diurni uel nocturni cū
fractura oſtij, uel ſcrinij, uel alterius
rei deberent ad mortem condemna-
ri: quod minime ueru eſt: ut ex præ-
dictis manifeſte patere poteſt. Si
uero loquimur de ſaccularijs, & de-
tractarijs, ſiue digerarijs: & dic bre-
uiter, quòd iſti poſſunt puniri arbi-
trio iudicis, prout puniuntur expila-
tores hæreditatis: ut eſt caſus in di-
cta l.j. §.expilatores, in uerſicu. ſimi-
li modo & ſaccularij. ff. de effracto.
& expilato. Et uult etiam textus cir-
ca hoc in l.ſaccularij. in principio. ff.
de extraordina. crimi. ubi per Vlpia-
num ita ſcribitur:* Saccularij qui ue-
titas in ſacculo artes exercētes, par-
tem ſubducunt, partem ſubtrahunt.



Item qui digerarij appellantur, hoc
eſt, hi qui in aliena cœnacula ſe diri-
gunt furandi animo, plus quàm fu-
res puniendi ſunt, idcirco quoq;, aut
ad tēpus in opus datur publicū, aut
fuſtibus caſtigantur, & dimittuntur,
aut ad tēpus relegantur. Et qui dicā
tur ſaccularij, exponitur ibi per glo.
j. quæ inter alias expoſitiones in fi-
ne ponit iſtā, uidelicet quòd ſaccula
rij ſunt qui in ſaccis portant merces
deſuper bonas, inferius malas in eo-
dem ſacco. quod bene nota contra
huiuſmodi delicta cōmittentes: quia
puniri debent plus quàm fures: qui
tamen à iuriſconſultis improbiores,
ab imperatore improbi tantum ap-
pellantur, ut dixi ſuprà, circa princi-
pium huius decimæ quæſtionis: ubi
uide. Item tertio caſu principali,
quando ſunt improbiſsimi, ut ſunt
raptores, qui in ſtrata publica furan
tur, qui graſſatores uocantur. Itē
illi qui cum interfectione in ſtrata
publica furantur, qui publici latro-
nes uocantur: & etiam dici poſſunt
plus quàm improbiſsimi: ut proba-
tur in l.raptores. C.de epiſco. & cler.
& inſtit. ui bonorum raptorum. in
principio. & l.capitalium. §.graſſato
res. & §.famoſos. ff. de pœnis. & di-
xi ſuprà in ix. quæſt. circa principiū
huius decimæ quæſtionis. Et iſti qua
pœna puniantur? Dic diſtinguendo:
aut loquimur de raptoribus: & dic,
quòd pro rapina prætor fecit edi-
ctum ſuum, quod habet tria capita.
Prima duo capita ponuntur in l.iij.
in principio. ff. ui bonorum rapto-
rum. ubi ſic dicitur, Prætor ait, ſi cui
dolo malo hominibus teneris dāni,
quod factū eſſe dicetur, ſiue cuius bo
na rapta eſſe dicetur, in eū qui id fe-
ciſſe dicetur, eidē ui bono. rapt. infra
annum in quadruplum, poſt annū in
ſimplū iudicium dabo. Item ſi ſeruus
fuiſſe dicetur, in dominum iudicium
noxale dabo. Tertiū caput ponitur
in l.iij. quæ incipit, Prætor ait, eodē
titu. ubi dicitur, Prætor ait, cuius do
lo malo in turba damnum quid fa-
ctum eſſe dicetur, in eum in anno
quo primum de ea re experiundi po-
teſtas fuerit in duplum, poſt annum
in ſimplum, iudiciū dabo. Et ita tria
capita declara, ut habetur per iuriſcō
ſultos, in toto illo titulo. ff. ui bono
rum raptorum. & habetur etiam in
c.j. & inſtitu. eodem titu. & per Azo-
nem in ſumma. eodem titulo. & ſuf-
ficiant iſtæ remiſsiones: quia non
intendo tractare materiam ui bono-
rum cauſa breuitatis. Sunt enim aliæ
uiolentiæ quæ puniuntur, de quibus
uide per gloſſam ordinariam, & ma-
giſtrā in l.extat. ff. quod metus cau-
ſa. & ibi per Docto. Si uero loqui
mur de his, qui in ſtrata publica, uel
in ſyluis furantur, qui graſſatores di
cuntur, ut l.capitalium. §. graſſato-
103 res. ff. de pœnis. qui * quare dicantur
graſſatores, uide textum cum gloſſ.
in dicto §. graſſatores. & uide text.
xxiij. quæſt. j. militare. in uer. graſſa-
tur. & ibi Archidia, qui ponit de
hoc uerbo, graſſari. & de incipiendo
hic ponere materiā, qua pœna latro
nes puniantur. Quòd autem iſti qui
furantur ſine interfectione alicuius,
& iſti propriè graſſatores uocantur,
ſed proximi latronibus habentur: ut
dicit text. in dicto §. graſſatores. &
ideo eos latrones ſimplices appella-
ui, ut dixi ſuprà, in ix. quæſt. in uer. la
tro ſimplex. Aut furantur cum inter-
emptione hominis, & tunc propriè
dicuntur latrones: ut eſt caſus in di-
cta l.capitaliū. §. famoſos. ff. de pœ.
in uerſicu. interemptorum. & in uer.
homicidia. Primo caſu, quando
aliqui furantur in ſyluis, uel in ſtrata
publica, uel in itineribus, uel in do-
mibus, aut in mari per uim aggre-

diendo, aut cum armis, aut ſine ar-
mis:ut dicit hic text. & infra in cor-
pore, unde ſumitur iſta autentica.&
in §.penulti. quòd pœnis legalibus
ſubiiciuntur.*Quæ autem ſint iſtæ
pœnæ legales,dicit gloſſ.in dicto §.
penulti. quod ſuſpendatur, per di-
ctum §.famoſos.& idem uidetur di-
cere glo.in dicto §.famoſos. in uer.
furta.ibi, ſed hodie.ubi gloſſ.dicit,
ſed hodie hoc caſu pœnis legalibus.
quod exponunt uerba huius l. Ego
in hoc diſtinguerem, Aut iſti ſemel
tantum furati ſunt,aut pluries. Si ſe-
mel tantum, tunc debent in metal-
lum damnari, uel in inſulis relegari.
Si pluries,tunc debent capite puniri,
uel furca ſuſpendi. Iſtud probatur
aperte in dicta l.capitalium. §. graſ-
ſato. ff. de pœnis. ubi ita ſcribitur,
graſſatores, qui prædæ cauſa id fa-
ciunt,proximi latronibus habentur:
& ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare
inſtituerint, capite puniuntur, utiq;
ſi ſæpius,atque in itineribus hoc ad-
miſerũt, cæteri in metallum damnã-
tur, & in inſulas relegantur. & hoc
expreſſe tenet glo.in dicto §.famo-
ſos.in uerbo, graſſati ſunt.in ſecun-
da & ultima expoſitione,dum dicit,
uel graſſati, id eſt, ubi frequẽter ob-
ſederint itinera publica: nam ſi ſe-
mel,ueniam meretur à furca,ut dicto
§.graſſatores. & in l.iij.in fine.C.de
epiſcopali audien.& idem tenet alia
gloſſ. in dicto §.famoſos. in uerbo,
furca,in uerſi.aut palam.& in uerſic,
ut poſſet dici.*Vbi dicit, quòd ſi ſe-
mel tantum quis ſit graſſatus, tene-
tur l.Iulia de ui publica, & non de-
bet furca ſuſpendi,per dictũ §.graſ-
ſatores. & idem tenet gloſſ. j. xxiij.
q.iij. ſi quis fortitudine. & iſta opi-
nio uerior eſt, & hoc modo debet
intelligi iſte tex,hic in fine,dum dici
tur,pœnis legalibus ſubiiciuntur. &
textus in corpore, unde ſumitur iſta
auten. ubi codẽ modo dicitur. nam
intelligitur de pœnis legalibus, ſcili
cet ſecundũ dictum §.graſſatores.&
ſecundũ leges,titulus ad l. Iul. de ui
104 publica.& etiã ſecundũ §. famoſos.
quando ſcilicet furtum factũ fuiſſet
cum interẽptione hominis,ut j.dice
tur; quod eſt ſingulare pro latroni-
bus,& piratis, qui ſemel tantum ag-
grediẽdo aliquẽ,uel aliquos,ſpolia-
uerunt: ut per hoc nõ debeant furca
ſuſpendi, uel aliter mori;ut dixi ſu-
pra in ix,q.in ti.ſed debent relegari,
& fuſtibus cædi,uel loco dãnationis 106
in metallum.*quæ hodie non eſt in
uſu:ut dicit glo.in §.relegati.in uer-
bo, in metallum.in fine.inſtitu. qui-
bus modis ius patriæ poteſtatis ſol-
uitur. Manum abſcindendam, æquiſ
ſimum eſſe putare: & deinde bannien
dos eſſe propter admiſsi criminis a-
trocitatem. Nec obſtat glo.in dicto
§.pen.in auten. ut nulli iudi. quæ ui
detur exponere pœnis legalibus, ſci
licet quod ſuſpẽdantur, quia debet
intelligi ſecundũ legem quã allegat,
ut dixi s.in dicta q.nam allegat. §. fa
moſos.ergo debet intelligi, quando
concurrit furtum, ſecundũ §.famo-
ſos. ſcilicet cum interẽptione. Eodẽ
modo non obſtat glo.in d. §.famo-
ſos.in uerbo, furca.in uerſic.ſed ho-
die:quia intelligitur illa gl. ſecundũ
illam legem.nam dicit,pœnis legali-
bus.quod exponit,pœna huius l. nõ
dicit huius §.& ſic quòd illa uerba quæ
hic in fi.dicũt,pœnis legalibus ſubii-
105 ciuntur:intelligatur ſecundũ dictam
l.capitaliũ. ſcilicet in §. graſſatores.
& in §.famoſos,ſecundũ diſtinctio-
nem quam ſupra feci, Præterea glo.
ibi non firmat illam opinionem, ex
quo ponit poſtea aliã: & iſti qui hoc
modo ſæpius furantur, dicuntur etiã
publici & famoſi latrones: ut d. §.
famoſos.& hoc modo intelligo glo.
hic,in uerbo,caſtigabitur. ut dixi s.
in ix.



in ix.q.licet proprie latrones ſint il-
li, qui cum interemptione furantur,
ut s.dixi,& j.ſtatim dicetur.Et præ-
dicta procedũt nõ ſolũ ſi furati ſunt,
ſed etiã ſi cum ferro aggredi & ſpo-
liare inſtituerint,& ad aliquẽ actum
peruenerint, ante tamẽ perfectionẽ:
ut eſt no.text.in d. §.graſſatores. ibi,
& ſi cũ ferro aggredi, & ſpoliare in-
ſtituerint. qui tamẽ debet intelligi,
dũmodo ad aliquẽ actũ peruenerint.
iuxta no.in l.qui cum telo. C.ad legẽ
Corne.de ſicar.ſecus ſi ad nullũ actũ
peruenerint. quod bene nota con-
tra illos,qui ſtant in ſyluis,uel itine-
ribus,uel in mari,& prædæ cauſa ali-
quem aggrediuntur, ut ſpolient: li-
cet ipſum non ſpoliauerint:quia eua
ſit de eorum manibus: quòd nihilo-
minus ipſi debent puniri, ac ſi eum
ſpoliaſſent: licet Bart.in d. §.famo-
ſos.ad fi.aliter ſenſerit, dum dicit, &
intellige hoc de his qui perfecerunt
delictum.aliàs ſecus.s.ea.l. §. graſſa
tores.quod ſingulariter no. Secun
do caſu, quãdo aliqui furantur in iti-
neribus,uel in ſtrata publica, uel in
ſyluis, uel in domibus, uel in mari
per uim cum armis, uel ſine, cum in-
teremptione hominis. Et diſtingue,
aut hæc fecerunt ſemel tantum, &
tunc dicuntur ſimplices latrones, ut
dixi s.in ix.q.& nõ debent furca ſu-
ſpendi,propter furtum uel ſpoliatio
nem, ut eſt caſus in d. §. graſſatores.
& glo.in d. §.famoſos.in uerbo,graſ
ſati.relata ad tex.& eſt glo.xxij.q.iij.
ſi quis fortitudinem.Si tamen inter-
uenit homicidium, prout præſuppo
nitur, tunc pro homicidio deberet
mori, etiam pro ſpoliatione ſola. &
ita intelligo dictum §. famoſos. &
gloſ.in l.ij.in uerbo,defenſionem.ff.
de bonis eorum qui ſibi mor. conſci.
quæ dicit,quòd latrones furca ſuſpẽ
duntur, aut hoc fecerunt pluries, &
tunc dicuntur publici, & famoſi la-
trones, & iſti debent furca ſuſpendi.
Et de hoc non eſt dubium: quia ut
eſt text. cum gloſſ. in dicta l. capita-
lium. §.famoſos.ff. de pœnis. ubi ſic
eleganter dicit: famoſos latrones in
his locis,ubi graſſati ſunt, furca figẽ
dos compluribus placuit, ut & con-
ſpectu deterreantur alij ab iiſdem fa
cinoribus, & ſolatio ſit cognatis &
affinibus interemptorum eodem lo-
co pœna reddenda, in quo latrones
homicidia feciſſent. Nonnulli etiam
ad beſtias hos damnauerunt: maio-
res noſtri in omni ſupplicio ſeue-
rius ſeruos quam liberos, famoſos
quam integræ famæ homines punie-
runt.& ita etiam poteſt intelligi glo.
hic in uerbo, caſtigabitur. dum alle-
gat §.famoſos. & dicit quòd publi-
cus latro, qui ſcilicet conſueuit fura
ri, qui debet furcis ſueſpndi, ſcilicet
quando furtum factũ eſt cum inter-
emptione hominis,ut dicitur in d. §.
famoſos. & eodem modo debet in-
telligi glo.xxiij.q.iij.ſi quis fortitũ-
dinem.in princ. quæ dicit,intelligas
iſtud c.de famoſis latronibus, qui li-
cet furca ſuſpenduntur, ut dicto §.
107 famoſos.*Et adde, quòd iſti famoſi
latrones,dicuntur etiam inſignes la-
trones,ut eſt textus, quem ita intelli
git ibi Bar.ſecundum Oldr.in l.con-
ſtitutiones.ff.de appella.& quis dica
tur proprie latro, uide Bald.in addi.
Spec.in titu.de furtis.Item,quis dica
tur publicus latro,uide Oldra.in cõ-
ſilio clvij.Item quis dicatur famoſus
latro,uel fur,uide tex.& Bart.in l.ca-
pitalium. §.famoſos.ff.de pœnis. &
Angel.in l.j. §. aduerſus.ff. de ſepul.
uiola.& Alber.de Roſate in l.ſacrile
gij pœnam. §.fin.ff.ad l. Iul.pecul.&
uide Bart.in l.ij.ff. de furtis. Quibus
108 adde,*quòd ſi ex forma ſtatuti latro
famoſus intelligitur, qui fecerit tria
furta, habet locum, ſiue quis fecerit
ea ſimul, ſiue ſucceſsiue, ſecundum

V 3 Bald.

Bald.in l. quid ergo. §.quod ait. ff. de his qui no.infa. dum tamen ſint diſtincta per illum textum. ſufficit ergo, ſiue ſint diſtincta re tantùm, ſiue re & tempore. Sed Doctores tenent cõtrarium cõmuniter, ſcilicet quòd requiratur diſtinctio temporis: quãdo punitur propter conſuetudinem furandi, ut ff.de furtis. l. eum qui. §. idem reſpõdit. arg.l.iij.C.de epiſco. audien. quæ conſuetudo non inducitur in inſtanti tempore. ita dicit Bald.in dicto §.quod ait.ad quod uide, quod dixi ſuprà, quando dicatur unum furtum. Quæ omnia ſingulariter nota & tene mẽti: quia ſunt utilia & quotidiana:& plenius quàm alibi diſcuſſa:& ſufficient tibi pro una repetitione& uno tractatu de pœna furum, & latronum. De qua materia uide hic per Docto. & habetur in locis præallegatis, & maxime in dicta l.capitalium. §. præceptores.& §.famoſos.ff.de pœnis. & per gloſſ.magiſtram in c.j. §.iniuria. in uerbo, furtum.& in uerbo, legitime. & ibi per Docto.in titu.de pace iura.fir.& per gloſ.in d. §.ſi quis fortitudine.xxiiij. q.iij.& per Gandinũ, in ſuo tractatu de maleficiis.in ti.de pœna furum & latronum. & per Ang.de Aret.in ſuo tractatu maleficiorum.in glo.in uerbo, & ueſtem cœleſtinam abſtulit. & in §.ex maleficiis.inſtitu. de actio.

FINIS.

# TRACTATVS D. IO. THIERRI I. V. DOCTOR. TOTAM MATERIAM FVGAE LACONICAE COMPLECTENS.

*

## SVMMARIVM.

1 *Fuga ſerui, eius præſcriptionem impedit, ſicut animalis fuga.*
2 *Fuga facit ſemiplenam probationem, tamen non tota, ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet quem in mala fide conſtituat.*
3 *Fuga eſt triplex, ſcilicet uolũtaria, cauſaria, & ignominioſa.*
4 *Fuga an proprie dicatur, quando quis latitat, ut fugiat, ſed non compræhenditur.*
5 *Fugiens in domum propriam, an poſſit in ea capi, & per officialem pro debito ciuili extrahi.*
6 *Fugiens ad eccleſias, an ſit tutus.*
7 *Debito ciuili ſi quis ducaĩ per eccleſiã, non gaudebit eccleſiæ immunitate.*
8 *Titius homicida ſi nõ potuit fugere ad eccleſiam, ſed inuenit quendã ſacerdotem deferentẽ corpus Chriſti, aufugit ad ipſum, & cum accepit, an eccleſiæ immunitate gaudere debeat.*
9 *Fures eccleſiæ an iſtud priuilegium habeant.*
10 *Fugiens de uno territorio in aliud, an per poteſtatis familia, uel præ... capi poſſit.*
11 *Fuga poſt accuſationẽ an ſuſpicionem faciat.*
12 *Fugiens cũ gladio de domo, in qua homo mortuus reperitur, an occidiſſe præſumatur.*

Debi



13 *Debitor fugitiuus, an creditoris propria autoritate capi poſſit.*
14 *Fuga ſola an faciat ſuſpitionem.*
15 *Fugitiuus qui ad alia patria uadit, an per loci iudicem citari poterit, in quo deliquit, ſine illius iudicis requiſitione, cum hic criminis ratione forum ſortiatur.*

QVONIAM ſuperius tractatu eſt de ſeruis fugitiuis, ut totus titulus limpidus exantletur, ibidẽ fugæ materia inſerere auſus ſum.
1 Et primitus eſt notandũ,* ꝙ fuga ſerui impedit eius præſcriptionẽ, ſicut fuga animalis.l.j.& ibi Bal.C.de ſer. fugit. Fuga enim reddit quem ſuſpectum.l. impuberibus. §. præterea.& ibi Bart.ff.de ſuſpe.tut.& ſi exiſtat leue indiciũ ad torturam. Bal.in l.non hoc.C. unde cogna.Spec.in ti.de ꝓ-
2 ba. §.ſi.uerſi.ulti.no. ubi*dicit, ꝙ fuga facit ſemiplenã probationẽ, tamẽ non tota, ſi aliter ſtatuto diſponeretur, licet conſtituat quẽ in mala fide. l.mala fide.& ibi Bal.C.de long.tep.
3 præſcrip.quæ pro lib.op. *Vnde eſt aduertendũ, ꝙ fuga eſt triplex, ſcilicet uoluntaria, cauſaria, & ignominioſa.Bald.in l.j.C.de ædil.act. Ideo
4 quæritur, *fuga an proprie dicatur, quãdo quis latitat, ut fugiat, ſed non cõpræhenditur.uide Bald.in l.j. iij.col.C.de ædi.act.& in l.j.C.de ſeruis fug.ubi dicit, ꝙ fugiẽs dicitur latitare.Alexan.de Imo.in l.pen.de cuſto.reo. Et fugiens de carcere, quem inuenit apertũ, non facit indiciũ cõtra ſe.Bal.in l.ſuccurritur.C.ex quib. cau.ma.Pet.de Sun.in l.in bonæfidei. C.de iureiur.tamen ſi reuertitur, nõ dicitur fugere, nec tenetur pœna ſtatutr de fugiente de carcere.Bal.in l.j. vij.col.C.de ſeruis fug.&in l.j. C. de
5 ædil.act. *Sed fugiẽs in domũ propriam, an poſsit in ea capi, & extrahi per officialem prò debito ciuili?Bal. & Alexan. in l. pleriq;. de in ius uocan.contra Bald.in l.j.C.de ſum.trin. qui tamen loquitur, quando fuit captus extra domum, ſed euaſit, & in domum aufugit: quia poteſt de domo incontinenti extrahi.ita Alex. in l.quod ait.de adulte.
6 *Item quæritur, an fugiens ad eccleſias ſit tutus. pro hoc uide text.in titu.de his qui ad eccle. confug.Bar. in l.conſi. incipiente, ſtatuto ciuitatis Tuderti.Oldra.in conſi.iiij.quod
7 eſt notandum etiam, *quod ſi quis pro debito ducatur per eccleſiam, non gaudebit immunitate eccleſiæ. ita Archid.xvij.quæſt. iiij. c. antiqui
8 tus.ex quo oritur alia quæſtio. *Titius homicida non potuit fugere ad eccleſiam, ſed inuenit quendam ſacerdotem deferentem corpus Chriſti, aufugit ad ipſum, & eũ accepit, an gaudere debeat immunitate eccleſiç.& primo uidetur ꝙ ſic, per tex.in l.una.C.de his qui ad eccleſ.confug. Nam ꝙ aliquis in eccleſia tuetur, eſt introductum in fauorem dei: ergo multo fortius ſi fugiat ad ipſum. argu.l.capitaliũ. §.ad ſtatuas.ff.de pœnis.& de ædili.edict.l. quis ſit fugitiuus. §. ſtantem.& §. idem Iulianus. nam teſte Ariſtotele, propter unumquodque tale, & ipſum magis.
*Sed quid de furibus eccleſiæ, an
9 habeant iſtud priuilegium?& dicendum ꝙ ſic. in l. præſenti. §. quòd ſi in finibus.C.de his qui ad eccle.confug. text.in c. ſicut.de immu.eccleſi. quod poteſt intelligi ſecundum Iacobum de Belui. de furibus neceſſariis: ſecus autem in aliis: argumen. de relig.& ſum.fune. §.fina.& ff. de cõtrahenda emptione.l.æde ſacra. §.j. & C.de religio.l. ſi ſepulchrũ. & ibi Baldus. Vnde quando quis in eccleſia delinquit, tunc iudex ſecularis

 non

non poteſt eũ extrahere de eccleſia, uel epiſcopus loci, & eũ tradet iudici ſeculari, & ſit laicus. C. ad l. Iul. de adul. auten. ſi quis ei. *Propterea 10 quæritur, an fugiens de uno territorio in aliud, per familiam poteſtatis, uel prępoſiti, poſsit capi. & eſt dicendum quòd non. ita Bald. in addit. ad Specula. de compe. iud. aditi. uerſic. ſed pone quòd malefactor. Bald. & Floria. de ſan. Pe. in l. ſicuti. §. Ariſto. ff. ſi ſer. uendi. Salyce. in l. ij. C. de exhiben. re. Angel. de Aret. in tractatu malefi. uerſic. quod fama facit. quod eſt contra dictum Bartol. in l. quod ait. §. quod ait. & ibi Alexan. de adulter. Bald. in l. quicunque. C. de ſeruis fugitiuis.

11 *Sed quæritur, an fuga poſt accuſationem, ſuſpitionem faciat. Bald. in l. j. ff. de re. eo. tenet quod non, quod eſt modo limitandum ſecundum Socyn. niſi quis coram iudice timſſet minatus de accuſando, licet adhuc non accuſauerit, quia tunc uidetur, quòd fuga ſecuta faciat ſuſpitionem, propter quod ex hoc reſultat in multis caſibus idem effectus, qui reſultaret ex libello accuſatorio, ut eſt textus ſingularis in l. miles. §. ſocer. de adulteriis.

Secundo, niſi alias fruſtra ſuſpitio laboraret contra fugientem poſt accuſationem. tunc enim maximam inducit ſuſpitionem. argumen. eius quod dicitur in l. finali. quibus mod. tuto. & ibi Doctor.

Tertio, niſi poſt accuſationem accuſatus, aufugiat de carceribus, quia tunc contra eum proceditur tanquam contra confeſſum de crimine: textus in l eos. in fi. ff. de cuſtod. reo. & ibi glo. nota, quæ ad hoc ſæpe allegatur. Quando ergo accuſatus eſt captus, & aufugit, non habet locum dictum Bartoli, cum ſtatim poſſit condemnari tanquam confeſſus. quod intelligendum eſt, ſi aufugerit de carcere clauſo, ſecus ſi de aperto ſicut de aula palatij, ubi iudex eum ſtare præcepit: quo caſu, ſi incarceratus fugiat, oſtio dimiſſo aperto, per negligentiam cuſtodum, tunc au fugiens non habetur pro confeſſo. ita tenet ſingulariter Bald. in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cauſis ma. & fuit dictum originale Guil. de Cu. quod ſolennizat Ludo. de Roma. in l. admonendi. ff. de iureiuran.

Quarto limitatur, niſi carcer fuiſſet fractus per tertiam perſonam, nõ data opera incarceratorum. quia tunc eſt eadem ratio, quæ eſt in oſtio dimiſſo aperto. ita tenet Lanfran. de Oriano. in l. fugitiui. C. de ſeruis fugitiuis. gloſſ. in §. ſi uero quidam. in auten. de exhib. reis.

12 *Finaliter quæro, an fugiens cum gladio de domo, in qua reperitur homo mortuus, præſumitur occidiſſe. Doctor. & Bald. in l. fina. C. de proba. & in l. neque natales. eod. titu. dicunt, quòd ſic. ita Angel. in tract. maleſic. uer. quod fama. Angel. & Alex. poſt Bartol. in l. ij. ff. de furt. quod uidi in praxi.

13 *Sed quæritur, an fugitiuus debitor poſsit capi autoritate creditoris. Specu. in titu. de renun. uer. item eſt beneficium. tenet quòd ſic. quod eſt uerum. & ſic intellige, ut iudici præſentetur, non ut occidatur. ita in titu. de accuſa. §. j. uerſic. hoc tamen.

14 *Ad hæc quæritur, an fuga faciat ſolam ſuſpitionem. Barto. in l. admonendi. de iureiurã. & ibi gloſſ. tenet, quòd faciat ſemiplenam probationem: quod eſt limitandum ſecundum Socyn. niſi quis timore familiæ rectoris aufugiat, & poſtea citatus à iudice compareat. tunc enim purgatur omnis ſuſpitio. text. in l. quis ſit fugitiuus. §. j. ff. de ædil. edic.

Ite fallit, niſi aliqua cauſa excuſet fugientem, puta tenere partialitatem in ciuitate, uel quid aliud. d. l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeo.

Item limitandum eſt dictum Bart. ſecundum Socy. quòd fuga indicium facit, ut dicitur in d. l. admonendi. & clarius in l. Corne. ff. ad ſenatu. Sylle. uidelicet, quãdo aufugit ante accuſationem de ſe factam, ſecus ſi poſt: quia tunc licuit ſibi ſanguinem redimere. in l. j. in fi. de bo. eo. ubi Bart. tenet per illum text. quod eſt intelligendum, quando delictum erat capitale. ex quo aut debebat occidi, aut membris mutilari. ſecus ſi eſſet imponenda pecuniaria. Tamen eſt notandum, quòd in caſu ſpeciali fuga plene probat. l. cõſiliarios. & ibi Docto. C. de aſſeſſo.

15 *Finaliter quæritur, fugitiuus qui uadit ad aliam patriam, an poterit citari per iudicem loci, in quo deliquit ſine iudicis requiſitione illius loci, cum hic forum ſortiatur ratione criminis. ut C. ubi de cri. agi. oport. aut. qua in prouincia. Aliqui dicut, quod ſic. & allegatur pro hoc text. in l. omnis. §. ſi uerò apparitor. C. de epiſc. & cle. & in l. fi. ff. de offi. præfec. urb. nec obſtat l. fi. ff. de iuriſdic. om. iud. Tamen contrarium ſeruatur de facto. unde aut commiſit in illa iuriſdictione extranea, aut non. Si in illa cõmiſit, tunc debet iudex, qui eum captum detinet, primo ipſum punire, ſi crimen ibi commiſſum ſit tale, quod non impediat executionem alterius iuriſdictionis: ut puta ſi crimen ſit tale, quod mortem non exigat, & aliud primo commiſſum mortem exigeret: quia tunc primo de minori pœna, deinde de maiori eſſet tractandum. ff. de accuſa. l. ſi cui. §. fi. & ſic in loco captionis poteſt manum, uel aurem amittere: & deinde eſt remittẽdus ad aliã iuriſdictionem, in qua maius, uel æquale crimẽ cõmiſit: & ſic executio una aliã impedire non debet: ita Bar. in d. l. ſi cui. §. fi. ſuprà allegato.



# CONSILIVM D. SIGNOROLI DE Homedeis & Raphaëlis Fulgoſii Doctorum.

IN CHRISTI nomine amẽ. Suppoſito ſtatuto ciuitatis Mediolani, ibi, ut ſtetur ſacramento eius, cui defertur in omnibus per omnia, tam ſuper forma ſacramenti, quàm quibuſlibet aliis dependentibus, uel facientibus ad negotium, de quo quæritur. Pro cuius euidentia ſciẽdum eſt, quòd negocia dicuntur connexa, quãdo ſunt negotia ibidem debitum tangentia: quorum unum tendit ad obligationem, alterum ad eiuſdem debiti liberationem: ut ſi dico te debere mihi x. & tu reſpondes te debere, ſed tibi eſſe factum pactum de non petendo, ut no. per Bar. in l. Aurelius. §. cum qui. ff. de lib. leg. Item plura dicuntur negotia connexa, quãdo plura ſunt negotia, quorum unum procedit ab altero. hinc eſt, quod crimen adulterij, & lenocinij dicuntur connexa, quia unum procedit ab altero: ut no Bart. in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. & in l. ij. §. ſi public. ff. de adul. Item plura dicuntur negotia connexa, quando ſunt plura negotia, quorum unum uenit ad qualificatione alterius. not. Bar. in d. §. cum qui. facit l. Fulcinius. §. quid ſi latitare. ff. ex quibus cau. in poſ. eatur. & quod no. in l. diuus. ff. de re iudi. Item plura dicuntur negotia, quando plura ſunt negotia, quorum unum ineſt alteri contrahentium uo

luntate: ut ſi promitto tibi cum hoc pacto incontinenti appoſito, ut pro me uadas Romam: ut no. Bar. in d. §. eum qui facit. l. iuriſgetium. §. quinimmo. ff. de pact. & l. lecta. uer. dicebant. ff. ſi cer. pe. Item negotia dicuntur connexa, quando ſunt plura negotia ad unum effectum tendentia. ut l. illud. in fin. ff. ad l. Aquil. & quod no. gl. in l. cum filius. §. j. ff. de uerbo. oblig. faciunt no. in l. nonnunquam plura. C. de priua. delic. iſta dicuntur connexa, imo cenſentur unum factũ. Item negotia dicuntur dependentia inuicem, quãdo unum negotium habet aliquam acceſſorietatem alteri negotio. Item negotia dicuntur unum tangens aliud, quando unum negotium in aliquo de ſupradictis modis tangit aliud, uel ratione acceſſorietatis, uel ratiõe qualificationis, uel aliis modis, de quibus ſupra dixi. negotia uero diuerſa & ſeparata dicũtur, quã do ſunt facta diuerſis temporibus ex diuerſis cauſis, & ad diuerſos effectus, & unum non tendit ad qualificationẽ alterius, nec ad alterius peremptionem. Item unum nullam habet dependentiam ſeu acceſſorietatem ab alio. Item unum non ineſt alteri. iſta dicuntur diuerſa & ſeparata, nullo modo unum alterum tãgentia: ut no. Barto. in d. §. eum qui faciunt. no. in l. ſi quidẽ. C. de exc. & in l. etiã. ff. de mino. His pręmiſsis pro euidentia condeſcendamus ad q. ego peto à te aſſerens me tibi tradidiſſe x. petias pannorum ad tingendum eas: ideo peto eas mihi reſtitui. defero tibi iuramentũ. Tu iuras me tibi tradidiſſe, ſed me feciſſe pactum de non petendo, uel liberaſſe per acceptilationẽ, in omnibus, & per omnia ſeruãdum eſt iuramentum: cum dicatur iuramentum ſuper negotio principali, & ſuper connexo, & tangente negotiũ de quo agitur. Eodẽ modo, ſi iuraſti me tibi tradidiſſe, ut ſupra, ſed me tibi debere centum ex tinctura pannorũ tuorum: quia cum ſecũdum debitum procedat à traditione prima, & cauſa primæ traditionis, iſta dicuntur negotia connexa: & ideo ſeruandum eſſet iuramẽtum in omnibus, & per omnia: cum dicatur eſſe iuramentum ſuper negotio principali, & connexo, & dependente ab eo, & ipſum negotium tangente. Sed ſi tu iures me tradidiſſe tibi, ut ſupra, ſed me debere cc. ex alia cauſa mutui, uel ex tinctura aliorum pannorum, cum iſta negotia ſint ſeparata & diuerſa ex diuerſis cauſis contracta, ad diuerſos effectus, & unum nullo modo tangit aliud, aliquo de ſupradictis modis, in eo quod tu iuraſti me tibi tradidiſſe x. petias, &c. ſeruandum eſt iuramentum, ut tu tenearis ad reſtitutionem, cum factum ſuper negotio, de quo agitur in eo quòd tu iuras me tibi debere cc. ex cauſa mutui, uel ex tinctura aliorum pannorum, non eſt ſeruandum iuramentum, cum illud iuramentum non ſit factum ſuper negotio de quo agitur, nec connexo, nec dependente, nec in aliquo modo tangente negotium de quo agitur. Et ita ego dico & conſulo Signorolus de Homedeis iuris utriuſque doctor, & in teſtimonium &c. ut ſuprà dico & conſulo ego Raphael de Fulgo. &c.

FINIS.



# TRACTATUS CAUTELARUM BARCAEPOLLAE VERONENSIS I. V. DOCTOR.

Omnibus Iureconſultis, & præcipuè practicis longe quàm neceſſarius.

## Cautela[a] quibus modis euadere quis poſsit pœnam mortis propter commiſſum crimen.

PRIMA.

1 *Crimine læſæ maieſtatis omnis cautela liberandi aliquem à morte propter delictum commiſſum periculoſa eſt.*

NOTA ſingulariter, ꝙ ſi filius cõmiſit aliqđ delictũ ſiue crimen, puta læſæ maieſtatis: & pater[b] ipsũ offerat ſiue exhibeat iudici, filius non debet mori: nec eſt ita puniendus, ſicut ſi fuiſſet accuſatus, & ductus per alium: ut eſt tex. no. in l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re militari. ſecundum Saly. in l. propter inſidias. C. qui accu. non poſ. & per illum textum Ray. de Forliuio, oſtendit aliàs eſſe conſultum de facto in ciuitate Forliuij: & ita reſpondit. Ratio ibi erat talis: filius interfecerat unum, ex quo ueniebat decapitandus: & pater propria autoritate cepit filium, & duxit ipſum ad iudicem: utrum ſit decapitandus. Et concludit quòd non, per illum text. Adde tu ſimilem text. in l. quicunq; uno. §. qui filium. eo. ti. de re mili. Et in ciuitate Fruxinij Paul. de Caſt. ita conſuluit, cum quidam mercator ueniret de Alemania, interrogauit eum de quibuſdam dubiis, inter quæ erat iſtud: Quidam filius comitis Palatini commiſit crimẽ læſę maieſtatis: pater propria autoritate ipſum præſentauit Imperatori. dubitatur nunquid eſſet decapitandus. & conſuluit dominus Paul. de Caſtr. quòd non. & mouebatur autoritate Ray. & Saly. & quãdo ille mercator rediit, dixit quòd imperator uiſo conſilio uoluit ipſemet uidere text. quo uiſo eum liberauit à pœna mortis relegando eũ per decennium. ita dicit Pau. de Caſt. in d. l. propter inſidias. C. qui accuſa. non poſſ. quod ſingulariter tene menti. Quid ſi pater uidit filium commiſiſſe delictum capitale, & ſperat iudicem uelle ſequi illa iura, quòd ipſemet pater offerat eum iudici uel ſuperiori?
1 *tamen iſta cautela eſt periculoſa in crimine læſæ maieſtatis: licet Imperator prædictus obſeruauerit, eſt tamẽ utilis, ſi occurreret ei caſus ſicut fuit in Paul. & Ray. quod notabene, & tene menti.

a Cautela. *Cautela congrua quæ dicatur, uide Paul. de Caſt. conſil. cxxxvj. in fin.* *Et cautela ſuperflua nõ nocet. l. teſtamentum. C. de teſt. ubi Bal. in iij. not. l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori. ꝑ Bartol. in j. col. in uer. et ſic no. ff. de negot. geſt.*

b Pater. *Ad. le Spec. de tutor. §. ſi. uer. item excipitur. Et pater eſt melior amicus, ꝙ habeat filius. Bald. in c. per tuas. de proba.* *Et pater poteſt defendere filium in cauſa criminali, ut pater, nõ ut procurator. Bald. in l. ſi cuiuſdã. de accuſat.*

Cau

## Cautela liberandi aliquẽ à morte iuſte damnatum, & qualiter executio ſententiæ alicuius ad mortem condemnati differri poſsit. 17.

*1 Executio alicuius, qui ad mortem ducitur propter maximam & perfectam peritiam alicuius artis, uel reſpectu roboris differri poteſt.*

*2 Executio alicuius, qui ducitur ad mortem, differri poteſt, ſi de grauiori crimine accuſetur, ex quo grauior pœna imponenda uenit.*

*3 Executio alicuius ad mortem damnati differri poteſt, ſi iudici proteſtatum fuerit, quod ipſe reus alicuius apothecæ, uel mercantiæ rationẽ reddere tenet.*

*4 Executio ad mortem damnati differri poteſt, ſi à ſententia cõtra eum lata appelletur.*

*5 Executio capitalis differri poteſt, quandocunq; ſuperior mandet: cum ſemel uiri pœnæ puniri.*

*6 Prælati uere miſeri, in multis caſibus literis Papæ obedire non debent.*

*7 Interficiendus aliquẽ, decapitari non poteſt, ſi ſe furioſum uel amentẽ fingat, uel ſi de furoris fictione conſtiterit.*

*8 Maleficium committens, ſi pœnam euadere uoluerit, clericum efficiatur.*

*9 Executio capitalis contra mulierẽ prægnantem fieri non debet.*

*10 Mulier maleſica prægnans ſi pepererit, & non reperiatur qui paruum nutrire uoluerit, an executio aliqua contra ipſam fieri debeat.*

*11 Decuriones ciuitatis ad mortem condemnari non poſſunt, niſi prius præſes, uel prætor principi uel ſuperiorẽ reſcribat.*

*12 Statutũ ſi dixerit quòd homicida decapitetur, & aliq; per culpã ſine dolo aliquẽ interficiat, mitius puniri debet.*

*13 Statutum ſi dixerit, quod occidens decapitatur, non habet locum niſi quis doloſe & ex propoſito occiderit.*

*14 Statutum ſi dixerit, quòd ſi quis condemnetur ad pœnam pecuniariam, & non ſoluerit intra menſem, decapitetur, locum non habet, ubi delictum nõ doloſe commiſerat.*

*15 Statuto ſi pœna maior uel minor impoſita, quo caſu iudex diſpenſare poſſit.*

*16 Sententia condemnatoria contra inquiſitum uel accuſatum ſi differri debeat, teſtes de falſo accuſari debent.*

*17 Iudex ſi ſub conditione condemnauerit, puta ſi non apparuerit, teſtes falſum dixiſſe, ſententia condemnatoria impediri poteſt.*

QVANDO aliquis ducitur ad iuſtitiam uel patibulum, procuretur, ut ducatur per uia unde tranſitũ faciat aliquis cardinalis. nam ſi obuiũ fiat aliquis cardinalis dicto ducto ad mortem, ipſe reus condemnatus liberabitur. habent enim cardinales de conſuetudine uel priuilegio, ut poſſint ad mortem condemnatos, eis obuiantes [illegible] ergo. Bal. in l. aditos. C. de appella. quem ſequitur Pau. de Caſt. ibi, qui dicit, quòd iſtud fit ponendo capellum ſuum ſuper caput eius, qui ducitur ad mortem, & dicit, quòd ita de facto ſeruatur: & ideo tu poſſes eſſe cautus, quando aliquis eſſet condemnatus ad mortem, ut procures, ut quidam cardinalis ſibi obuiam fiat, & ſuper caput eius capellum eius imponat: quia ſic à morte liberatur. Sed dominus iuſtitiæ ſi hoc uult euitare, debet eſſe cautus, ne duci faciat condemnatum per loca in quibus obuiari poſsit aliquis cardinalis. * Propter maximam & perfectam peritiam unius artis, uel reſpectu roboris, differri poteſt executio alicuius qui ducitur ad mortem. l. ad beſtias. ff. de pœnis. unde formo tibi iſtam quæſtionem: ſententia eſt lata contra quendam uel contra aliquem, qui eſſet alicuius fortitudinis uel roboris, & eſſet multum utilis ciuitati. iudex uult mandare ſententiam executioni: ſcis etiam quòd ab executione ſententiæ non poſsit appellari, nec debet executio differri. ff. de appellatio. l. ab executione. & l. ab exceptione. C. quorum appel. non reci. iſto caſu propter eius artem uel fortitudinem egregiã poterit populus ſuſpendere executionem. Nam unus de populo poteſt ire ad iudicem, & dicere, Iſte eſt ſapientiſsimus & egregius in arte ſua, de quo tota ciuitas indiget, non interficias ipſum: tunc iudex debet ſuſpẽdere executionem, donec principem uel ſuperiorem conſulat, eſt textus in d. l. ad beſtias. & ita tenuit Ludo. de Roſ. in ſuis ſingularibus, cccclij. quod incipit, Tu Senenſis. & pro hoc inde quod not. Nicol. de Neap. in l. hoc accuſare. §. pe. ff. de accuſat. quod uerum intellige, cum talis condemnatus eſſet aliqua perſona in magna dignitate: ut eſt caſus uo. in l. pe. ff. ad l. Cor. de ſica. quæ omnia uera intelligo, niſi forte tumultus aliter ſedari non poſſet, niſi condemnatus interficiatur: quia tunc non ob. quòd ſit in dignitate, uel magni artificij, uel maximæ fortitudinis: tamen poterit inconſulto principe interfici. & hoc per text. in dict. l. penult. ff. de ſica. in fin. Item intelligo prædicta uera, niſi condemnatus eſſet latro manifeſtus, uel ſeductor præruptus: quia tunc poterit fieri executio mortis, & poſtea ad principem conſuli, per l. ſi filio exhæredato. §. ij. & l. uero, in uerſicu. hi autem omnes. §. final. de inofficioſo teſtamento. † Pro condemnatis cautela eſt, ut eorum executio differatur, uidelicet quòd accuſentur de grauiori crimine ſiue delicto, ex quo uenit grauior pœna [a] imponenda: ut eſt caſus in l. j. §. fina. ff. nil no. appell. pende. & hoc tenuit Baldus. per illum textum, in l. ij. §. final. ff. de custo. reorum. & Ludo.



in notabilibus, in ccccxlj. in ſingulari, quod incipit, ſuſcipe unam cau-
3 telam. * Si uis differri mortem alicuius ad mortem condemnati, cautela eſt, quòd tu dicas quòd ipſe tenetur tibi reddere rationem alicuius apothecæ, uel mercantiæ, uel alterius debiti: quia hoc caſu debet differri executio, donec reddiderit rationes. caſus eſt ad literam in l. j. C. de bon. præſcript. & ibi hoc nota. Angel. qui dicit, quòd illa lex decidit, quòd uolens differre executionem condemnati ad mortem, ut eius gratiam conſequatur à ſuperiore, debet habere iuſtam cautelam, uidelicet proteſtari præſidi uel pontifici, ut non exequatur: eò quia condemnatus eſt ſibi obligatus ad reddendam rationẽ, niſi primo reddiderit: & petat ſibi ſuper hoc terminum aſsignari: dicit tamen, quòd hoc de conſuetudine non ſeruant iudices: licet de iure ita ſit. & pro hoc facit text. in l. ſeruo legato. §. pe. ff. de leg. j. & ita etiam tenuit dominus Ludo. in l. Pomponius ſcribit. ff. famil. hercifc. & credo quòd ibi non eſſet obſeruatum contrariũ: quia hoc non fuiſſet petitum, quod etiam de iure hodie debet obſeruari: quia regulariter non tollitur per deſuetudinem, ſed per contrarium uſum: ut habetur per Cyn. & Docto. in l. final. C. de iure do. & per gloſſ. & Docto. in proœmio inſtitu. §. j. & hoc etiam uide per dominum meum in l. ſi cognitis. C. de negoti. geſto.
4 * Potes adhibere aliam cautelã [b], ut executio differatur: uidelicet quòd à ſententia contra reum lata appelletur: quod de iure regulariter fieri poteſt: ut nota. in l. & in maioribus. C. de appella. & in l. non tantum. ff. eodem titul. & c. de appellationibus. extra eodem titulo. nam ſi condemnatus ducitur ad locum iuſtitiæ poſt appellationem interpoſitam: tun

a Graui. pœ. *Grauis uel grauior pœna, quæ dicatur in ſtatutis uel legib. gl. ĩ l. j. C. ne li. ſi. ſal. no. in l. j. C. de enunc.*

b Adhibere aliã cautelã. *Cautela ſuperflua facit præſumi dolũ. Bal. in l. teſtament. C. de teſtam. in iij. no. p l. ſi quis ſub conditione hæres. de conditio. inſti.*

a Furioſum.
*Furioſus nõ tenetur de delicto uel homicidio cõmiſſo etiam ante furore, ut ex eo poſſit criminaliter puniri, niſi conſtaret de ſimulatione furoris. l. obſeruare. de cu. fu. l. diu⁹. de off. præſi. & Bart. in l. congruit. eo. ti. & Bal. in l. furioſum. C. qui teſ. fa. poſ. et eſt uerum etiã ſi ante furorem fuit condenatus ſecundũ Bart. in l. ex facto. vj. col. uer. quinto requiritur. de uul. & pup. & per Alexã. in l. Fulcini⁹. §. ad eo. ſed eius bona confiſcatur ſecundũ Bal. in d. l. furioſum.*

*Furioſus ſi culpa ſua fact⁹ eſt, & delinqt, non excuſatur. Cardi. in clem. vi. q. de homic.*

b Clericus.
*Clericus fact⁹ poſt delictũ nõ tamen condemnatus, non punitur p laicũ, ſed per epiſcopũ niſi in fraudem*

tunc ſolummodo duci non poterit:
quia officium eius conquieſcit, quã-
do appellatur a diffinitiua, & eius
manus ſunt immediate ligatæ, ſed e-
tiam poterit eximi de manibus fami-
liæ per quoſcunque appellantes ſine
pœna, & licite. ita ſingulariter dicit
Angel. in l. aditos. C. de appellat. &
Imo. in c. ſi quando. in uerſic. reſiſte-
re. extra de offic. deleg. & idem tenet
Angel. de Aret. inſtitu. de act. §. pœ-
nalem. in uerſic. adde quod eximens
captum: quod intelligit uerum, niſi
condemnatus eſſet latro manifeſtus
uel ſeductor preruptus: ut in l. ſi quis
filio exhęredato. §. hi autem omnes.
ff. de iniuſto teſtamen. nam iſte text.
etiam loquitur quando eſſet appel-
latum. facit quod not. Innocc. & alij
Doct. in c. j. de conſtitu. & idem not.
Bald. in l. aditos. C. de epiſco. audien-
tia. * Notandus eſt alius caſus, in 5
quo poteſt & debet licite executio
capitalis differri: quando ſcilicet
princeps uel ſuperior mandet quem
puniri ſeueriori pœna quam ſit eius
conſuetudo. nam tunc non debet fie
ri incontinenti executio, ſed debet
differri per xxx. dies: ut eſt caſus in l.
uendicari. C. de pœn. per quem text.
dicit ibi Angel. quod non eſt paren-
dum reſcripto principis in ferendo
ſententiam, nec in executione pœna
rum, cum reſcriptum duriorem pœ-
nam contineat. Sit ergo cautus aſſeſ-
ſor, ut non faciat trucidari in curru
ad decapitandum bulectrinum do-
mini uel ciuitatis regis: imo debet re
ſiſtere omni modo honeſto, & du-
ritiam hãc differri per tempus prædi
ctum xxx. dierum: & ſi poſtea exe-
quatur, non peccat. & pro iſta dila-
tione uide textum in c. ſi quando. de
reſcripti, & uide gloſſ. in autenti. de
mandar. principum. §. denique. uer-
ſicu. nuntiandum. colum. iij. quæ no-
ta * contra miſeros prælatos, qui ti- 6
ment literas Papæ, & non audent re-
clamare: quod facere non debent. &
uide gloſſ. in uerbo, Noſcatis. ad fi-
nem. de conſtitut. libr. vi. c. j. & glo.
ij. in c. ij. extrà de fil. presby. ad quod
nota. Angel. in autenti. ut determi-
ſit numer. cler. colum. j. & Florianus
in l. iiij. §. ſed ſi quis iudici. ff. fini.
regund. * Eſt & alia cautela, ne ille 7
qui interfecit hominem, uel aliud de-
lictum commiſit, decapitetur uel mo-
riatur, quòd fingat ſe furioſum a uel
amentem: quia tunc non poterit pu-
niri criminaliter, etiam de delicto
commiſſo ante furorem: ut not. Bald.
& Iacob. de Alua. in c. j. an ille qui in-
terfec. fratr. domini ſui. in uſib. feu-
do. & propterea eſt quòd dicitur ſtul-
titiã loco prædæ ſumere: quod inde
procedit niſi adpareat de fictione fu
roris: ut eſt text. in l. obſeruare. ff. de
cura. furio. & in l. diuus. de offic. præ
ſid. & uide quæ dicam in ſequenti.
* Si quis commiſit aliquando ma- 8
leficium, & uult euadere aliquod iu-
dicium ſeculare, cautela eſt, quòd ef-
ficiatur clericus, quia ſi aliquis lite
pendente tempore executionis repe
ritur clericus b, iudex ſecularis non
poterit facere executionem, cum ſit
in effectu res ſacra. & ita dicebat
Ioan. de deo in ſuis cauillationibus:
ut no. Ioan. And. & Doctor. in c. j. de
oblig. ad ratiocin. ſed Ioan. And. ibi
tenet contrarium; uidelicet quòd ſi
quis laicus deliquerit, & poſtea eſt
effectus clericus, poterit per iudicem
laicum puniri: & ita fuit obſeruatum
Bononiæ, in uno, qui ueniebat deca-
pitandus propter ſua delicta, qui uo-
lebat ſe facere fratrem, & mortem e-
uitare, & nihilominus fuit decapita-
tus. ita dicit Zabar. in c. perpendi-
mus. extra de ſententi. excommu. de
qua quæſtio. uide plene per Bartol. &
Doctor. in l. j. ff. de pœ. & in l. j. C. a
ſeruitu. ex tam. fu. & in l. officialis. C.
de ep



de epiſcop. & cleric. & per Angel. in
l. denuntiaſſe. §. quæritur. in fin. ff. de
adult. & per Dyn. & Nicol. de Nea-
pol. in l. idem Vlpianus. ff. de excuſ.
tuto. & per Cyn. in auten. cauſa quæ
cum. C. de epiſcop. & cleric. & per
Ioan. And. & Butri. & omnes Docto.
plene in d. c. j. de oblig. ad ratiocina.
& per gloſſ. in d. c. perpendimus. in re
9 petitione ſua. * Non debet fieri
executio pœnæ capitalis contra mu
lierem prægnantem, nec etiam debet
torqueri. text. eſt in l. prægnantis. ff.
de pœnis. & in l. imperator Adria-
nus. ff. de ſtatu homin. & nota. gloſſ.
in l. negat lex regia. ff. de dam. infect.
& idem habet locum in ancilla, ſe-
cundum gloſſ. & Doctor. in l. impe-
rator, quia eſt eadem ratio, ſi partus
pereat. Idem ſi deberet pati aguilla-
tionem ſeu amputationem membri,
ſecundum Bartol. in dicta l. impera-
tor. Idem ſi deberet deportari uel cõ
finari, ſi partus ex hoc detrimentum
pateretur, ſecundum Guili. de Cu. &
10 Bartol. in dicta l. imperator. in fin.
* Sed dubium eſt, quid ſi pariat, &
non reperiatur qui puerum uelit nu-
trire. Dic quòd ſi non reperiatur pro
pter defectum pecuniæ, quia non eſt
qui uelit nutrici ſoluere, & nutrix
non reperitur gratis; tunc debet nu-
trix ſolui de publico, ne executio dif
feratur. ar. l. j. C. qui. ex cauſ. ſer. p pri.
libe. reci. & l. lex Cornelia. ff. ad Syl-
le. Et ſi non reperitur nutrix propter
defectum perſonæ, tunc debet ſerua-
ri mater ad nutriendum, donec nu-
trix reperiatur; quia eadem ratio eſt
in conſeruando eum qui erat in uen-
tre. argumen. l. ſecundum hæc. §. ſin-
autem. ff. ad Carbo. & ita tenet Ol-
dra. & dicit quòd ita fuit obſerua-
11 tum Paduæ ſecundum Bartol. qui i-
ta not. in d. l. prægnantis. * Decu-
riones ciuitatis non poſſunt ad mor
tem condemnari, niſi prius præſes
uel prætor reſcribat principi, uel ſu-
periori: ut eſt textus in l. diui fratres.
§. j. ff. de pœnis. ubi eſt text. & ita di-
cit Mar. Syll. in ſuis quæſtionibus, in
quæſti. quæ incipit, decuriones. Sed
tu adde ſimilem text. in l. ij. §. j. ff. de
bo. eo. qui ſibi mor. conſc. & in l. j. §.
ſimili modo. quando appell. reſcind.
& in l. ſi quis filio exhæredato. §. e-
ius. C. de iniuſto teſta. & in l. qui eo-
dem. ff. ad l. Corn. de ſica. niſi aliter tu
multus ſedari non poſſet in populo:
ut dicitur in d. l. qui eodem. & nota.
glo. in d. §. ſimili modo. & hodie de-
curiones dicuntur conſiliarij ciuita-
tis: ut eſt gloſſ. in rubric. de decurio.
lib. x. & glo. in l. ſed ex. in uer. decuri-
onum. ff. de dolo. & no. per Bartol. in
l. j. ff. de aſſeſſo. & illud quod dictum
eſt de decurionibus ſeu conſiliariis,
etiam procedit in principalioribus ci
uitatis: ut eſt textus in l. diui fratres.
§. fin. ubi pulchra in hæc uerba ſcri-
bit textus. ſi quis ex principaliori-
bus alicuius ciuitatis latrocinium fe
cerit, aliudue facinus, & capitalem
pœnã meruiſſe uideatur, uinctos eos
cuſtodies, & mihi ſcribes & adiicies,
quòd quiſque commiſerit. & hanc
cautelam nota. per quam poteris dif-
ferre executionem alicuius damna-
ti, qui ſit conſiliarius, ſiue de prin-
cipalibus alicuius ciuitatis: ad quod
adde, quod dictum eſt ſupra.
12 * Si ſtatutum dicat, quod homi-
cida decapitetur, & aliquis per cul-
pam ſine dolo interfecit homines:
aſſeſſores ignorantes conſueuerunt
dicere, quod non debemus diſtin-
guere, ſed ſimpliciter ſtare ſtatu-
to. & à uerbis ſtatuti non rece-
dere: quia non inſpicitur animus,
ſed factum: ut l. prima. §. diuus. ff.
ad legem Corneliam de ſica. Baldus
uero tenet contrarium in l. data o-
pera. qui accuſare non poſſ. alias ſe-
queretur quòd de homicidio capita-
li quis

*clericauerit, q̃ præſumitur, ſi poſt accuſationẽ factus eſt clericus. Old. conſi. iiij. & Car. in cle. j. ix. q. de cenſi.*

ſi quis deberet decapitari, quod eſt
contra communem æquitatem, & ita
pluries conſului, & à morte aliquos
defendi: & tene menti. Nam quidam
mortis tempore potius ex laſciuia,
quàm ex dolo proiecit quendam la-
pidem, & percuſsit quedam qui mor
tuus eſt: conſului quòd deberet mi-
nus & mitius puniri, ſcilicet pecunia
liter, uel forte data gratia banno pro
tempore. Iſta ſunt notabilia uerba
Paul. de Caſtro in l. j. C. ubi ſena. uel
clari. & adde tu quod idem tenet gl.
quando delictum eſt commiſſum per
laſciuiam, in l. & ſi ſeuerior. in §. ter
tium. ff. de his qui nota. infam. & ibi
Bald. hoc etiam tenet. Pone iſtud ex-
emplum de illo qui currebat cum e-
quo, & interfecit aliquem, quod non
debeat ad mortem condemnari. & ui
de quod dicam in ſequenti. *Si ſta- 13
tutum imponat pœnam perſonalem
pro homicidio: puta quòd occidens
occidatur. Dic quod niſi occidat do
loſe, & ex propoſito, non habet lo-
cum pœna illius ſtatuti: ſed debeat
alia mitius puniri. & pro hoc allego
quod notat Bartol. in l. quicunque.
C. de ſeruis fugiti. ubi dicit, quòd u-
bicunque de pœna capitali uel cor-
porali loquimur, ſubintelligitur do-
lus. ff. de in litem iurand. l. j. & in l. a-
ctionibus. & inſtitu. de ſuſpec. tuto-
rib. §. ſuſpectus. ſecus in pecuniariis
pœnis. ut C. de noxa. actio. l. ſi ſerui.
& idem tenet Salyc. in l. penult. C. ad
l. Corn. de ſicariis. & idem tenet Pau.
de Caſtro in l. j. C. ubi ſena. uel clari.
& dixi ſupra in proxima cautela, &
uide ad hoc quod notat Baldus in l.
non dubium. in vj. colum. in princip.
in uerſic. eo modo ſi ſtatutum dice-
ret. C. de legib. & uide Salyc. in l. ij.
C. de noxa. Angel. de Aret. inſtitut.
de iure natur. gentium & ciuili. §.
ius autem ciuile. in x. colum. ubi præ
dicta inducentur ad multas quæſtio-
nes. & uide Paul. de Caſt. in l. j. in fin.
ff. de legi. qui dicit, * quòd idem, ſi 14
diceretur in ſtatuto, quòd ſi quis cō-
demnatur ad pœnam pecuniariam,
quam ſi non ſoluerit intra menſem,
decapitetur. ſi non occiderit dolo-
ſe, non debet decapitari, licet ſolue-
rit. & ſigna hoc perpetuo menti: quia
ignorantes iudices maleficiorum ſer-
uant ſtatuta ad literam, prout iacent
ſiue commiſerit doloſe, ſiue non:
nam poteſt euadere multos per auto-
ritatem Baldi, qui hoc dicit in l. da-
ta opera. C. qui accuſare non poſſ.
quia aſſeſſores & iudices niſi uide-
rint autoritatem ſcriptam, neſciunt
à uerbis ſtatuti recedere. & iſtud te-
neas, ut etiam dixi in præcedenti cau-
tela. licet dominus Antonius de Ro-
ſel. in c. cognoſcentes. de conſtitut.
ibi dicat contra caſum ab aliis in con-
trarium allegatum. ſed non dicit ue-
rum, quia ille textus non probat.

* Si per ſtatutum pœna manus uel ſi
membri imponitur, & iudex debet
punire puerum uel ſenem, poteſt di-
ſpenſare: non tamen cogitur, nec po-
terit appellare. ita dicit Baldus in
l. quicunque. C. de ſeruis fugiti. ar-
gument. l. qui poſthumos. in ratione
illius literæ. ff. ad Sylle. quod nota.
ut ſcias euadere puerum uel ſenem
ab amputatione membri. pro hoc ui-
de textum in l. auxilium. §. in deli-
ctis. ibi, niſi quatenus interdum mi-
ſeratio ad mediocrem pœnam iudi-
cem perduxerit. & ibi glo. in uerbo,
miſeratio. ff. de minor. & uide gloſſ.
ordin. in dicta leg. quid ergo. in §.
pœna grauior. in uerſicul. onoraſ-
ſet. in prin. ibi, ſed in ipſa ſententia
poteſt minuere ratione forte ſenectu-
tis uel iuuentutis. ff. de his qui no-
ta. infam. & ibi hoc nota. per Bartol. 15
& Doctor. * Ad hoc, ut differatur
ſententia condemnatoria contra in-
quiſitum uel accuſatum, cautela



eſt, quod accuſantur teſtes, & produ
cens eos de falſo: quia ſi teſtis con-
uincitur de falſo, planum eſt, quod
inquiſitus uel accuſatus, non com-
miſit illud delictum: ut l. j. C. qui ac-
cuſa. non poſ. Sed ut refert Salyc. in
l. ſi docueris. C. de falſis. plures Bo-
nonienſes conſuluerunt, quod etiā
ex ſola accuſatione teſtium differri
debet ſententia condēnatoria: quia
ſi eſſet lata per falſos teſtes, retracta-
retur: ut C. ſi ex falſ. inſtru. l. iij. cau-
tius tamen eſt, utrunque accuſare,
ſcilicet teſtes, & producentem: & ſi
uerba ſtatuti eſſent ita ſtricta, quòd
differri non poſſet ſententia con-
demnatoria, conſuluerunt dicti Do
17 ctores Bononienſes, * quòd iudex
condemnet, ſub conditione ſi non
apparuerit teſtes falſum dixiſſe. argu.
eorum quæ no. in l. cum iudex. C. de
ſenten. & interlo. omn. iudi. quæ o-
mnia not. ad impediendam ſenten-
tiam condemnatoriam, uel eius exe
cutionem, ſecundum Bald. in l. j. C.
de quæſtio. per gloſſ. ibi limitat hoc
uerum eſſe, ſi accuſaretur teſtes ne-
ceſſarii ad probationem: ſecus ſi ſūt
alii qui ſunt ultra numerum illorū
qui probauerunt, quod per accuſa-
tionem illorum, non retardaretur
proceſſus, neque criminalis neque
ciuilis. & notat dominus Angel. de
Aret. in ſuo tractatu maleficiorum,
in gloſſ. in uer. comparent dicti in-
quiſiti in termino defenſionis. in v.
col. in uer. quid ſi dicat teſtis. de hoc
uide text. cum gloſſ. & ibi not. in l. j.
in fi. ff. quemadmo. teſta. ape. & præ-
dicta procedunt, niſi appareat de ca-
lumnia accuſantis, uidelicet quod fa
ceret animo differendi ſententiam
uel eius executionem: ut not. in di-
ctis iuribus.

## Cautela relaxandi incarceratum. 111.

1 *Iudex ex ſeipſo debitore non exiſtente ſoluendo, ipſum debitorem luere in corpus facere non poteſt.*

NOTA cautelam pulchram, &
utilem, ſi aliquis eſt in carcere
condemnatus in magna quantitate,
quam ſoluere non poteſt, ad hoc, ꝙ
ibi non moriatur, facias per iudicē
tibi gratum inferri aliquam pœnam
corporalem[a]: & ſi uelis eidem con-
ſeruare famam, fac quòd ei non im-
ponatur aliqua pœna uituperoſa,
ſed facias eum cum fune, uel aliter
torqueri ſecrete in palatio, & ſecre-
te facias de hoc fieri publicū inſtru-
mentum: uidelicet quòd tortura, ſi-
ue pœna fuit ſibi illata in iſtum finē,
quòd luat in corpus: ex quo condē-
nationem pecuniariam ſoluere non
poteſt, erit liberatus. iſtam cautelam
& practicam ponit Ang. de Arc. inſt.
de act. §. pœnales. uerſi. oppono. &
gl. pro quo allegat l. ſed & ſi uni. §.
conſeruis. ff. de iureiuran. & l. quæ-
ritur. §. minor. & §. ſi ſeruus. ſi ex
noxa. cau. aga. & Doc. in l. quicunq;.
C. de ſeruis fugi. licet in contrarium
ſit gl. xiiij. q. vj. §. iij. *Et aduerte dū
dixi, ſcilicet faciens per iudicē, &c.
1 quia iudex ex ſeipſo, debitore non
exiſtente ſoluendo, uidetur, quod
non poſsit caſtigare. ſed ita demum,
ſi creditor hoc petat. uidetur proba-
ri l. fi. ff. de in ius uoc. ibi, ex querela
patroni. & ibi per Docto. unde hæc
cautela non eſt ſufficiens, niſi fieret
ad inſtantiam creditoris. In hoc ta-
me cogitabis. Item aduerte, quia di-
cta caſtigatio, non debet fieri à iudi-
ce ciuili, qui condemnauit eum in
pecunia: ſed à iudice habente cogni
tionem in criminalibus, ut eſt text.
in dicta l. fina. ibi à prefecto urbis. ff.
de in ius uocan. ſecundum Ange. &
Doct. ibi. Item prædicta cautela eſt
uera, niſi appareat ꝙ incarceratus

a Pœnā cor. *Pœna corporalis pro pecuniaria pōt per iudice iponi cauſa cognita. l. qd ergo. §. pœna. & ibi Bar. ff. de infa.*

hoc procuraſſet: uel ꝙ in fraudem fieret, ut euitaret maiorē pœnā: quia tunc nihil ſibi prodeſſet: ut dicit Ange. in l. ſi ſeruus pluriū. §. ſi quis autem. ff. de leg. j. & hoc niſi caſtigatio fuiſſet impoſita ad inſtantiam creditoris: quia tunc ceſſaret omnis ſuſpitio friuola ſeu fraudis: q̄ omnia bene not. ut ſcias adiuuare amicum incarceratum, qui non poteſt exire: quia non habet unde ſoluat, ne moriatur in carceribus.

## Cautela impediendi teſtem, ne deponat in cauſa. IIII.

1 *Statuta terrarum pœnam talionis tollunt: ſicuti ſtatutum Paduæ imponens accuſanti, & non probanti, pœnam trium librarum.*

2 *Malitia utēs, cōtrahendo inimicitiā cū teſte meo, ipſū percutiēdo, an ꝑdere cauſam debeat.*

3 *Probationes teſtium cum iuramento mihi ſubtrahens an cauſam perdat.*

SI uis impedire, quòd unus teſtis non deponat contra te, facias accuſare ipſum de aliquo crimine[a] publico: quia tunc amplius teſtificari contra te non poteſt: ut l. teſtimonium. ff. de teſt. & ſi dicas, quòd aliquis accuſat, & nō probat, punietur pœna talionis: ut l. fin. C. de accuſat. *Reſpondeo, quòd ſtatuta terrarum 1 tollunt iſtum timorem, maxime Paduæ: quia non eſt niſi pœna trium librarum, quem accuſare, & nō probare. ita no. dixit Ray. de For. in d. l. teſtimonium. uide contra hoc Bald. in autē. ſi dicatis. C. de teſtibus. Sed tu dic, contra iſtam malitiam eſt remedium, ꝙ ſi poteſt conſtare per aliquas coniecturas, quòd teſtis fuit calunioſe accuſatus, tunc bene poſſet deponere, & ualeret eius dictū: ut probatur per tex. optimum in l. athletæ. §. amplius. ff. de excuſ. tuto. & per l. is qui ſtatutum. in principi. facit ad prædicta, quod not. per Bar. & Doct. in l. ſi poſt perfectum. C. de euictio. & quod dixi in præcedenti, & quod dicam in ſequenti. Si aliquis non habet niſi unum teſtem, contra te, ſecundum aliquos, poteſt adhibere, uel fieri facere hanc malitiam: uidelicet quòd tu des ei unam alapā, cum ille teſtis producitur cōtra te: poſtea oppones, quòd eſt tuus inimicus. contra iſtam malitiam habes remedium. nam inimicitia interueniens facto eius, contra quē producitur teſtis, non repellit ipſum teſtem omnino: ſed hoc iudici committitur. ita uidiſti text. in c. ueniens. de teſtibus. ita dicit Bartol. in l. j. §. cum quis. in fi. ff. de quæſtio. facit ad hoc optime. l. ij. in fi. ff. ſi quis cauti. & in l. penul. in fi. ff. de poſtu. ad quod uide, quod dixi in præcedenti cautela. *Imò plus uidetur, quòd ille qui 2 uſus eſt dicta malitia contrahendo inimicitiam cum teſte meo, ipſum percutiēdo, debet perdere cauſam: quia ſubtrahit mihi iura mea, & probationes meas: ut not. Cy. in l. prouidendum. in fi. C. de teſt. & no. Angel. in l. ſatis apertiſsime. C. de fal. & uide de hoc glo. in cap. cum cauſam. in uerſ. cōpelles. extrà de teſt. & ibi per Ant. de But. in pe. col. in princi. ubi dicit, *quòd ſi qs mihi ſubtrahit 3 probationes teſtium cum iuramento, uel ut hac de cauſa inimicitias habendo cauſam perdit. de hoc ultimo uide tex. in c. intimauit. & in c. conſtitutus. ubi no. Doct. de teſti. & quod not. Bart in l. falſam. in fi. C. ſi ex fal. inſtru. & in l. j. in fraudem. §. quoties. ff. de iure fiſci. & in l. j. §. ad hoc conſtituto. ff. de calum.

a Crimine. *Criminoſus an poſſit eſſe teſtis, uide in c. teſtimoniū. & ibi Abb. de teſt. et an ſi pœnituit. gl. xxxij. q. v. præceptū. vj. q. j. illi. Crimina ſi per uiā exceptionis opponātur cōtra accuſatorē uel teſtē, uide in Spe. de cri. inuto. exce. opon.*

## Cautela euadendi grauiorem pœnam pro delicto. V.

1 *Procurauerit ſi quiſpiam ut accuſetur, non autem ut contra ipſum inquiratur, ad hoc ut puniatur mitius, ſibi non prodeſt.*

2 *Vulneratus ab aliquo letaliter, ſi ab alio occidatur, primus uulnerans de*



*occiſo non tenetur.*

3 *Vulnerans aliquem primo, ſi ille uulneratus a ſecūdo occidatur, de iure canonico, de occiſo tenetur.*

4 *Aduocatus inſtruens clientem, qualiter debeat poſitionibus reſpondere: qua pœna puniatur.*

QVANDO quis delinquit, ꝙ in pluribus legibus diuerſis pœnis poteſt puniri, cautela eſt, ꝙ ipſe habeat iudicem amicabilem, qui inquirat minori lege, uel quod accuſetur corā illa curia, uel iudice, ubi imponitur mitior pœna[a] pro ſuo delicto: nam tunc nulla alia poterit puniri: ut l. quod crimine. C. de accu. & in l. ſenatus. j. ff. de arbi. ita not. dixit Angel. in d. l. quod crimine. in gloſ. in uerbo, plurima. in lec. quam fecit Peruſii. & in d. l. ſenatus. & idem tenet Saly. quem omnino uide in d. l. quod crimine. in iij. colū. Ex prædictis capit reus conſilium: hæc tamen cautela non poterit patrocinari delinquenti, ſi ipſe delinquens procuraſſet ſe accuſari, uel inquiri contra eum in curia, in qua mitior pœna ueniret pro delicto imponenda, ad hoc, ut maiorem pœnam euitaret. nam tunc talis præuentio minoris
1 pœnæ nihil operatur. *Idem, ſi quis procuret accuſari, ut nō inquiratur, ita dixit dominus Ange. in l. ſeruus plurium. in §. penulti. & in l. ſi quis ante. de lega. j. qui dicit, quòd hęc uidit fieri ſæpenumero. ad quod adde, quod dictum eſt in præceden-
2 ti proxima cautela. * Quidam trahunt mirabilem cautelam, ſeu modum euadendi primum delinquentem, qui aliquem mortaliter uel letaliter uulnerauerit, ſcilicet quòd procuretur, quod occidatur letaliter uulneratus ab alio: & ſic excuſabitur primus uulnerās etiam mortaliter. quod intellige, ut non teneatur de occiſo: ſed bene tenebitur de uulnerato. & ad hoc allegatur tex. in l. Mela. §. Celſus. & l. huic ſcripturę. §. fina. ff. ad l. Aquil. Sed dicit domi. Flori. in illo §. Celſus. quod iſte eſt modus pernitioſus, & pernitioſi exempli. & dicit, quod tale conſilium non eſt attendendum: quinimo nec locum habet, quādo certum eſt, primum uulnus eſſe mortale: tunc enim quantumcunque mors ſequitur, traheretur ad tempus uulneris, tanquā habens ad illud neceſſariam conſequentiam. ff. de dam. infec. l. damni. §. Sabini. & uidetur hoc probari per caſum l. ita uulneratus. ff. ad l. Aquil. & ita etiam tenet domi. Floria. in d. l. ita uulneratus. in princ. & idem gl. in d. §. Celſus. & dom. Floria. in d. l.
3 ita uulneratus. *Plus dicit, ꝙ in eo caſu quo primus non tenetur de occiſo, intelligitur de iure ciuili: ſed de iure canonico ſecus: quia primus ſemper tenetur ad hoc, ut pœnitentiam agat. per gl. in capi. ſignificaſti. ij. quæ incipit, eadem diſt. de homic. Et aduerte, quia dixi per l. ita uulneratus. quòd cautela eſt, ut uulnerans aliquem letaliter excuſetur, quòd faciat quod amicus eum occidat maturius: quia ipſe excuſabitur à pœna homicidii, quod dicit Bald. in d. l. ita uulneratus, per illum textum, quod cautela non prodeſt, quando primū uulnus eſſet mortale, ſecus eſſet ſi eſſet dubium, an eſſet mortale, uel non. & ſubdit Bald. quod pro tali con-
4 ſilio debet aduocatus ſuſpendi. *Facit ad hoc, quod dicit gloſſ. de aduocato inſtruente clientulum, qualiter debeat poſitionibus reſpondere, in capitulo ſecundo, de confeſ. libr. vi. Et tu aduerte bene: quia hæc diſtinctio non uidetur eſſe bona: quia uidetur eſſe cōtra text. in dicto §. Celſus. ibi, mortifere uulnerauerat. & contra text. l. huic ſcripturæ. §. fina. ibi, uulnerans mortifere. & l. ſed ſi uulne

a Mitior pœ. *Pœnæ multiplicantur ex geminatione delictorū. Bal. in l. quicūq;. iiij. co. de ſeruis fug. et in vij. col. quod eſt uerū, ſi miniſterio iudicis eſt iponenda: ſecus ſi ipſo iure. Baldus in l. ſi quis nō dicā rapere. v. col. de epiſc. & clericis.*

*Pœna iterata debet mitior īponi. Alex. in l. ſenatus. de acc.*

uulneratum mortifere. Ex quibus text. uidetur plene apparere, quòd licet primum uulnus eſſet mortale, ſi alius poſtea in totũ examinet, quòd primus non tenetur de occiſo, ſed de uulnerato, licet uulnus fuiſſet mortale. & uidetur contra Bald. & Flor. ſed tu diſtinguendo dicas: Aut primus uulnerauit mortifere, non tamen eſt certum, an ex illo uulnere moriatur, uel nõ. ſed eſt dubium: qa apparet forte ratiõe uulneris, uel qualitatis inſtrumẽti, uel alterius ſigni, quòd de natura ſua uulnus debebat eſſe mortale: & tamen hoc clariſsimum non cõſtabat, quia omnimodo debebat mori: quia quandoque uulneratus etiam mortifere in loco periculoſo, propter bonam naturam uel etiam cuſtodiam, uel propter optimos medicos, liberatur: ut eſt caſus de hoc in l. j. §. ſi. ff. ad Sylle. ibi dum dicitur, erat mortifere uulneratus, & tamẽ ſuperuixit: quia liberatus fuit. quem text. bene not. ad hoc. & iſto modo loquitur d. §. ſina. ut primo uulneratus non teneatur de occiſo: ſed de uulnere, ſi ab alio fuit poſtea in totũ examinatus. & ita ſentit gloſſ. not. in d. §. ſina. in l. huic ſcripturæ. Aut primus uulnerauit ita letifere & mortifere, quod manifeſtiſsime conſtabat, uulneratum eum fuiſſe mortuum ex primo uulnere: ut quia primi uulneris tempore uix ſpirabat, ita erat percuſſus. ita etiam medici hoc affirmatiue ꝓbant, quod nullo modo ex dicto uulnere cum tota peritia Galeni potuiſſet euadere: & tũc iſto caſu loquitur d. l. ita uulnerat⁹. uidelicet quòd primus uulnerans teneatur de occiſo: quod not. & menti tene.

### Cautela, quomodo minor euitat condemnationem in cauſa ciuili. VI.

1 *Minor læſus, quo caſu reſtitutionem petere poterit.*

QVANDO aliquis litigat uel litigare uult cum minore, & petere ab ipſo, cautela eſt quòd aduocatus minoris, uel eius tutor uel curator quærat tractatum concordiæ uel tranſactionis, & curet quòd actor uelit concordiam, uel tranſactionem facere, & aliquid ſibi remittere de eo in quo forte potuiſſet condemnari dictus minor. Exemplum, ſi minor potuiſſet condemnari in centum, uerisſimiliter offerat ex parte minoris minus, de quo uerisſimiliter actor ſit contentus, & deducat actorem ad minorem ſummã, inquantum poteſt: & poſtea dicat aduocatus minoris, nolo ſtare dictæ concordiæ uel tranſactioni: quia nimium petis, ſi aliquid debes habere, conuenias pupillum, uel minorem. unde ſi minor habebit pro ſe ſententiam, bene erit. ſi autem habebit eam contra ſe, tunc poterit ꝓ minori peti reſtitutio in integrum, uſque ad illam ſummam, in qua fuerat actor contentus per illam tranſactionem. *Nam in hoc fuit læſus minor: quia non ſtetit dictæ tranſactioni: cum intererat ſua, ut ei fieret, ne condemnetur in plus. unde ſi in plus fuerit condemnatus, poterit petere reſtitutionem in integrum, cum in dicta tranſactione habeatur pro tranſacto: ut eſt text. notabilis in l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. ff. de minor. & ibi hoc ſentit Bartol. & etiam Bald. clarius, quod ſingulariter not. tu aduocate minoris. propter hoc enim poteris ſemper releuare ipſum minorẽ, in quo ueniret condemnandus de iure. Et ſic etiam tu aduocate actoris contra minorem ſis bene cautus, ut nũquã permittas actorem peruenire ad aliquam tranſactionem, niſi ſis certus quòd minor uel eius tutor aut curator uelit ſtare cõtentus de di. tranſactione: alias de facili pars ſua, ſcilicet actor, deciperetur dicta cautela.



### Cautela excuſandi hæredem nõ conficientem, uel minus iuridice inuentarium conficientem. VII.

1 *Præſumptio iuris, & de iure, non recipit probationem in contrarium, niſi per partis confeſsionem.*

HAERES ſi non conficit inuentarium[a], hodie tenetur ad omnia legata, & etiam ad omnia debita ultra uires hæreditarias: ut l. fin. C. de iure delibe. & ibi plene de materia: quia lex præſumit, quòd hæres ſurripuit de bonis hæreditatis: ut in auten. de hæred. & falſi. §. ſancimus.
1 *quæ præſumptio eſt iuris, & de iure, quæ non recipit probationem in contrarium, niſi per confeſsionem partis: ut in autent. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nuptias. & per gloſ. in corpore unde ſumitur. & per glo. in l. contrahentibus. §. j. C. de non nume. pecun. ſecundum Bal. in l. filium quem habentem C. fami. herciſ. & ideo ſi legatarii confiterentur, quod bona non ſufficiebant ad legatum, uel creditores confiterentur, quòd bona non ſufficiebant ad ſoluenda debita, & quòd hæres nihil ſubtraxit, ſed ſolum ſe fundarent, ꝙ inuentarium non fuit confectũ, deberent ſuccumbere. Caueant ergo quomodo reſpondeant uel confiteantur legatarii, uel creditores: & etiam aduocatus, ſiue procurator ſit cautus in extorquendo dictam confeſsionem: quia facit hoc modo clientulum ſuum abſolui. ita ſingulariter not. Paulus de Caſtro in l. in ratione. §. quod uulgò. ff. ad legẽ Falci. quod nota perpetuo, ut ſcias adiuuare amicum hæredem, qui non confecit inuentarium: uel ſi confecit, de iure non confecit, ut non teneatur ultra uires hæreditatis. & uide quod dicam in ſequenti.

a Inuẽtariũ. Inuẽtariũ continens errorem an ualeat, uide Ang. in §. hæc ſtipul. & Bal. in aut. ſed cum teſtator. ui. col. ꝙ talis error ꝓpria autoritate nõ pot corrigi ſed domũ ci tatis creditoribus & legatarijs.

### Cautela pro eo qui nõ appel. à ſententia lata contra ius litigatoris. VIII.

1 *Lex licet fingat ſententiam iuſtam, ex eo quod in rem iudicatam tranſierit: ſi tamen partes eam iniuſtam, confiteantur, eorum confeſsioni ſtatur: & tollitur præſumptio iuris, & de iure.*

SI ſententia lata eſt iniqua[a], & iniuſta, cautela eſt, quòd uictus procuret, quòd uincens confiteatur ſententiam latam eſſe iniquam & iniuſtam. & hoc caſu uincens non poterit habere petitionem uel actionem ex illa ſententia. ita not. Innocen. in cap. quia plerique. de immunit. eccleſi. & per Flori. in l. cum putarem. in princip. ultimæ col. ff. famil. herciſ. Vbi dicit, quòd ſi uictor confiteatur ſententiam iniuſtam, uel ſibi nihil deberi, non habebit petitionem. & idem tenet Bald. in l. ſi quis inſtituatur hæres. §. ſi ſub conditione. ff. de hære. inſt. & idẽ tenet Bal. in aut. ad hæc. in penultim. col. in uer. item dubitatur de eo, qui iniquę abſolutus eſt. C. de uſuris. In prædictis habetur, ꝙ hoc caſu poteſt cogi uincens cenſura eccleſiaſtica per epiſcopum, quòd præſtet liberationem, & quòd imponat uincenti perpetuum ſilentium. & dicunt moderni in d. cap. quia plerique. quòd licet condemnatus de iure ſoluere teneatur: tamen ſponte ſoluere non tenetur: & ſic retinẽdo non peccat: quod bene eſt notandum pro cautela eorũ, qui iniuſte fuerint condemnati, ut procurent ut aduerſarius confiteatur ſententiam pro ſe fuiſſe iniuſte latam, ut quoſdam audiui dicere. facit, quod dictum eſt in præcedenti. ad quod eandem cautelam ponit

a Setẽ. ini. Setẽtia iniquã dicere non pot uictor, ꝓ quo ſit lata. l. ſi ſeru⁹. §. j. de le. j. Alex. in l. ſtipul. iſta §. ſi quis forte. i ſi. de uerbo obl. Setẽtia etiã euidenter iniqua ſine appellatiõe nõ reprobat. Bal. in l. j. C. ſente. reſcin. non poſ. in ſi.

Anto. de Bu. in c. is qui fidem. in iij. col. de ſpon. & matrimo. ubi dicit, q̄ eſt ſingulare dictum Inno. in d. c. quia plerique. 1 *Vbi dicit, quòd licet lex fingat, ſeu præſumat ſententiam iuſtam, ex eo quòd tranſiuit in rem iudicatam: ſi tamen partes confitentur ſententiam iniuſtam, ſtatur confeſſioni, & tollitur præſumptio iuris & de iure: quia in talibus poſſunt ſibi partes præiudicare. Si autem ſumus in materia, in quam non poſſunt ſibi partes præiudicare, ut eſt cauſa matrimonialis, ut in ca. ſuper eo. de eo qui cogno. conſan. uxo. ſuæ. nã tunc confeſsio non tollit præſumptionẽ iuris, & de iure: quia materia obuiat: & ideo ſi poſt copulam mulier confiteretur contrariũ, non ſtaretur cõfeſsioni: imò matrimonium iudicaretur. & ſubdit, quòd ita ibi Doc. de quo mirabatur Petr. de Peruſio hoc non cogitans. & eandem cautelam ponit Ludo. de Ro. in repetitione l. admonẽdi. in fi. ff. de iureiur. ubi dicit, poſtquã ſententia eſt lata, & trãſiuit in rem iudicatã, ſi pars in cuius fauorem profertur, profitetur eam iniuſte latã eſſe, uel eam iniuſte obtinuiſſe, q̄ tunc retractabitur, & nũquam meretur executionem. & allegat ſingulariter dictum Innocen. in d. c. quia plerique. quod tamen ſingulariter limitat, ut habeat locũ inquantum eſſet lata in fauorem eius ita confitentis. Sed inquantum eſſet lata in præiudicium ſuum, tunc per ſuam confeſsionem, ex qua detegeretur iniuſtitia, non retractaretur, ſed deberet exequi. & hoc dic eſſe caſum in l. ſi ſeruus plurium. §. j. ff. de leg. j.

*a Tacite cõſ. Tacite actũ inter cõtrahẽtes habetur p̄ expꝛ̄ſſo. uide Spe. de loca. §. iam dicẽdum aute. uer. ſi autem.*

Cautela qua quis faciat banchariũ, ſeu nummularium acceptare literas cambii, ſeu debitorem ſuum debitum confiteri. IX.

1 *Literas cambij, ſi mercator recipiat, & ipſas lectas ſine contradictione in filza ponat, uidetur ſe obligaſſe ad illud quod in literis continetur.*

2 *Confeſsio aduerſarij, de aliquo tibi debito, quomodo extorqueatur.*

PONE quòd filius, uel ſeruus cõtrahit cum aliquo, uel accipit pecuniam mutuo: & dicit ſe hoc facere de mandato patris uel domini: & tamen hoc non erat uerum, poſtea dictus filius uel ſeruus ſcribit ad patrem uel dominum, quomodo contraxit cum tali, & petit ab eo ut ſoluat dictam pecuniam creditori: ſi pater uel dominus recipiat dictas literas, & non contradicat, uidetur tacite[a] conſentire: adeo quòd mandati uel iuſſu tenebitur: ut eſt text. & caſus in l. filiusfamil. ij. ff. ad Macedo. & ibi hoc notatur per Doct. & maxime per Pau. de Caſt. qui dicit ibi per illum text. eo ipſo, *quòd mercator 1 recipit literas, puta cambii, & eis lectis ponit eas inter alias, puta in filza, & non contradicit acceptaſſe dictas literas, uidetur ſe obligaſſe ad illud quod in literis continetur: quod nota tu ſcholaris perpetuo, & tene menti, quando habes literas cambii, ut eas preſentes campſori, & habeas tecum aliquos teſtes, qui poſſunt deponere & probare, quòd nummularius literas acceptauit, & non contradixit à principio. nam ſi poſtea ipſum pœniteret recuſaret ſoluere illud quod in literis continetur: hoc tamen limita uerum, niſi in talibus literis contineretur calculus rationis de datis & acceptis, ut fieri ſolet, & ultimo loco poneretur reſtitu. nam hoc caſu licet literas illas eas retineat: non tamen uidetur ſe obligare: imò potius uidetur eas retinere ut eas uideat an ibi relata ſint uera. & hoc per text. in l. ſi ſeruus. ff. de conditio. & demonſtr. & per d. l. ſi fi-



2 lius. *Dixit dom. Matth. de Mat. in ſuis notabilibus Bonon. in xxviij. notabili, poſſe notari mirabilẽ cautelam extorquendi confeſsionẽ aduerſarii tui: uidelicet, quòd tu mittas ſibi literas, in quibus dicas, quòd roges ipſum quòd tibi reddat cẽtũ, ad quæ tibi tenetur ex cauſa depoſiti, uel mutui uel ſimili. uel dicas, q̄ tu emis ab eo domum ſuam, pro centum ducatis: unde ipſe ſimpliciter recipiendo literas, non proteſtando aliud in oppoſitũ uidetur fateri debitum, & conſentire uenditioni. per d. l. ſi filius. & per cle. ij. de procurat. & hanc doctrinam ponit Bar. ſecundum eum in l. quo enim. §. j. ff. rẽ ratam ha. & l. qui tabernã. §. j. ff. de pigno. & uidetur eſſe text. iuncta gl. in l. Publia. in fi. ff. depoſiti. & ibi Bart. Et tunc, ut ſcias hoc practicare, dicit ipſe, cautela eſt, quòd teſtibus quibuſdam pręſentibus preſentetur per nuntium, & habeant copiam literarum: & tantum ſtent, quòd corã eis literæ aperiantur, conſulo tamen dicit ipſe & bene, quòd hac cautela non utaris ad malum, & ualebit tibi mille aureos, ſi ſcias eam practicare.

Cautela pro emente rem furtiuam[a] uel ui rapta, ut non perdat pretium. X.

1 *Rem furtiuã uel ui raptam, ſi quiſpiã a latrunculis emerit, pretium a domino recuperare poteſt.*

SI quis emit rem furtiuam, cogitur reſtituere eam domino, etiã pretio non reſtituto à domino: ut l. in ciuilem. quæ eſt lex ij. C. de furtis. cum ſimilibus. Cautela eſt, quòd quis poſsit emere ſecure rem furtiuam: ita quòd non teneatur rem reſtituere, niſi ſibi prius reſtituto pretio, quod ſoluit quando eam emit, uidelicet ut quando emit rem furtiuam uel ui raptam, uel alienã, proteſtetur, q̄ eam nomine eius, cuius eſt, & parat° eſt ei reſtituere, reſtituto ſibi prius pretio & intereſſe à domino, ſecundum Hoſt. in ſumma de pœni. & re mil. §. ſi. uer. quid ſi emit rem deprædatam. & ideo quando emis rem aliquam, de qua dubitas, ſi eſt furtiua uel ui rapta, uel aliena, facias prædictam proteſtationem, & de ea facias fieri publicum inſtrumẽtum, uel inſtrumẽto emptionis eam ſcribi facias in principio, quod not. 1 *Aduerte tamen quando quis emit rem furtiuam, uel ui raptam à latrũculis, uel ab hoſtibus: tunc pretium quod ſoluit, recuperare poteſt à domino: ut eſt caſus in l. mulier inops. ff. de capti. quæ omnia bene not. pro limitatione d. l. in ciuilem. C. de furtis. Et tu ſis ſecurus, quando emis aliquã rem mobilem, & dubitas an ſit furtiua uel ui rapta: quod no.

*a Rem furt: Emẽs rẽ furtiuã a fure, debet eã reſtituere domino, etiã p̄tio ſibi nõ reſtituto. l. in ciuile. C. de fur. & ibi Do. quod uerũ, niſi emerit a latrũculis uel hoſtibus. l. mulier inops. ff. de cap. Itẽ niſi fuerit p̄teſtatus ſe emere nomine illius, cuius intereſt. Adde caſum l. latro[illegible] ff. de capti.*

Cautela pro obligato ad ſoluendum quantitatem magnam, quod parua quantitate ſoluta liberetur. XI.

1 *Solutiones plures de aliquo debito ſingulatim factæ, quam efficaciam habeant.*

SI quis habet ſoluere magnam quantitatem pecuniæ, & eam nõ habet integraliter, & uolet conficere inſtrumentum de tota integrali, & reali ſolutione: quia partes ſunt in concordia, cautela eſt ſi. uer. g. debes mihi mille, & non habes niſi centum, quod tu numeres decies illa centum creditori, & ille creditor poſtea tibi reſtituat, & deinde illa iterum ſoluas creditori tuo, & ſic de ſingulis uſque ad centum decies, ut probatur per tex. l. ſi qs tuos. §. j. ff. de ſolut. & ibi per Doctores. & ita not. Paul. de Caſt. in l. Meuius. §. duorum. ad fin. ff. de legat. ij. qui ſubdit, quòd dubium ſtat in hoc, quod ſi notarius nollet cõficere inſtrumentũ, ne de falſo redargueretur:

ſed non poteſt redargui, ſi teneatur modus prædictus. Et poteſt fieri ad tollendum omne dubium, quòd tot adhibeantur, quot ſunt ſolutiones, & quòd unus notarius neſciat de alio, & maxime de hoc ſecundo poſſet eſſe maior expēſa propter inſtrumenta plura: quia ſecundum primū modum, unum inſtrumentum ſuffi ceret: ſed ſecund⁹ modus tutior eſt.

Cautela ad euitandum infamiā in actione famoſa, uel in crimine. XII.

1 *Infamis quiſpiam quandoque non efficitur ex ſolo crimine, ſed demum ſecuta ſententia.*

REGVLARITER ille q conuenitur & condēnatur actiōe famoſa, uel ex crimine, ex quo ſequitur infamia, efficitur infamis: ut in l. athletas. §. calumniator. cum §. ſeq. ff. de his qui no. infa. Sed cautela eſt, quòd non efficitur infamis, uidelicet quòd ipſe litiget non per ſe, ſed per procuratorem: quia tunc licet ipſe cōdemnetur, & eius procurator procuratorio nomine, iuxta l. j. C. de ſenten. & interlo. om. iud. tamen hoc caſu nec dominus, nec procurator efficitur infamis: ut probatur in l. furti. §. qui alieno. per tex. & gloſ. ff. de his qui not. infa. & ibi hoc not. Bar. & Do. & no. in d. l. infamē. Alia cautela eſt, ꝙ reus ſoluat antequam lis conteſtetur: ut no. Bartol. ibi, qui dicit, quòd ſufficit ſoluere ante condemnationēm. Alia cautela eſt tutior, quòd ſoluatur ſine mandato ipſius rei: ut no. Ang. de Aret. in l. nō poteſt. ff. de furtis. & l. uictus. ut eſt caſus in c. teſtimonium. extrà de teſti. *Aliquādo quis non efficitur infamis ex ſolo crimine, ſed demum ſecuta ſententia: ut eſt caſus in dict. §. calumniator. & ideo ubi ex ſolo crimine non infertur infamia, niſi per condemnationem: ſufficit ꝙ illud ſoluat ante litis conteſt. uel ante ſententiam. & ita ſeruatur communiter in illis, qui habent cōdemnari in agendo: quia ſi ſoluant ante condemnationem, & antequam legatur ſententia in arengo, non efficiuntur infames. Sed ſi ex ſolo crimine, quādo de eo eſt confeſſus & conuictus, ſequeretur infamia: ut in d. ca. teſtimonium. non eſſet bona cautela, ꝙ ipſe reus ſolueret ante litem conteſtatam uel ante ſententiam: quia per ſolutionem uidetur reus confiteri crimen. l. ad ſolutionem. C. de re iudi. & l. quoniam. ff. de his qui no. inf. & ideo hoc caſu eſt neceſſaria cautela tertia, quòd aliquis ſoluat pro eo ſine ſuo mandato, quod no.

*a Prorogati. Dilatio ſecūda licet dari nō debeat, debet tamen prorogari prima. Pau. [illegible] l. fi. ff. [illegible] fer. ubi dicit [illegible] [illegible] ro dicit, & imò ca[illegible]ſa requiritur. [illegible] pri mæ dilationis poteſt fieri ſine cauſæ cognitione. Bal. in l. j. in fi. col. v. uerſic. [illegible] quæro. C. quomodo, & quando iu. & Pau. de Ca. in l. j. C. de dil. quē et uide i co. exc viij. quod inci. ſi cōſiderem⁹. & uide Alex. cōſ. xx. i u. parte. de citatiōe. §. iij. uer. et no. ꝙ ſeper. et ti. de exce. §. j. i fi. et i ti. de ſatiſ. §. expeditis. uerſ. ſed pone.*

*Agere, uel agi, multipliciter capiuntur, ſecū dū gl. i aut. hoc ius porrectū. de ſac. ſan. eccleſ.*

Cautela quod ultra tertiam dilationem, poſsint teſtes produci. XIII.

1 *Dilationem ſi quiſpiam prorogauerit, non eſt noua dilatio, ſed eadem eſſe dicitur.*

SVMVS in capi. ultra tertiam. de teſt. in quo Docto. ponunt, quòd ſecunda dilatio nō eſt dāda ſine cauſæ cognitione. cautela ꝙ huic materiæ conuenit, quādo quis in prima dilatiōe nihil ꝓbauit, aut probauit, ſed non ſufficiēter, nec fuit impeditus, & ſic non habet aliquam iuſtam cauſam petendi ſecūdam dilationē: & antequā dilabatur prima dilatio, ꝙ petat eius prorogationē a. *Nam prorogādo, nō fit noua dilatio, ſed eadem: ut l. ſed ſi manēte. in pri. ff. de preca. alias de dam. infect. poterit cōcedi ſine cauſæ cognitione aliqua: ut no. Ang. in l. fi. ff. de ferijs. & Spe. in ti. de teſtibus. §. nunc dicamus. uer. & hic ſunt in argumētū. & idē no. Bal. i l. j. in fi. C. quomodo & quando iudex & idem Paul. de Caſtro in dicta l. j. C. de dilat. qui dicit, quòd bona eſt iſta cautela, & ꝙ uidit ſemel bonæ memoriæ do. Proſperū



facere magnum feſtū de iſto dicto: non tamen allegabat niſi Angel. & uos habetis mille ultra Ange. Spec. & Bal. & domi. Ange. quod no.

Cautela pro filiofamilias quod non teneatur ex cōtractu, de quo alias teneretur. XIIII.

1 *Imperator quando Romæ coronam recipit, ex cōſuetudine urbis præfectum ab omnib. ſuis debitis liberare debet.*

SCIS quòd filiusfa. obligatur ex quolibet contractu, excepto mutuo, in tantum quòd poteſt conueniri, & etiam incarcerari, ſi non ſoluat, ut habetur in l. iij. §. ſed utrum. ff. de mi. Sed cautela eſt, ne ipſe poſſit incarcerari, & ne ipſe teneatur inſolidum, ſed ſolum intantum, inquantum facere poteſt: uidelicet ꝙ à patre emancipetur. nam filiusfam. qui prius inſolidum tenebatur, nūc per emancipationem non tenetur, niſi intantum, inquantum facere poteſt, ut eſt caſus no. in l. fi. ff. quod cū eo. & in l. ſi ex alio. C. eo. titu. & ibi, hoc not. Bal. & idem not. Io. de Plat. inſti. de actio. §. ſunt præterea. ad fi. Sed hoc fallit, quando filiusfam. eſſet debitor ex delicto: ut eſt tex. in l. ſed ſi ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. & no. glo. in d. l. ij. Fallit ſecundo, quando poſt multos annos conueniretur, ut eſt text. not. in d. l. ſed ſi ex parte. §. pe. quod perpetuo no. & tene menti. Fallit & tertio, quādo filiusfa. contraxiſſet multa debita, & poſtea incontinenti fecit ſe emancipare: & ſic contraxit dicta debita in fraudem: nam emācipatio cū ſequens, non iuuat eum. & pro hoc allego tex. in l. j. §. j. & quod ibi ſingu. not. Bald. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. 1 fue. *ubi dicit, quòd de cōſuetudine eſt, quando Imperator recipit coronam Romæ, ꝙ liberat præfectū urbis ab omnibus debitis ſuis. & ſi præfectus ſciens aduentum Imperatoris, contraxit multa debita: Imperator non tenetur eum liberare ab illis. Itē ad hoc allego text. in l. omni. §. cum ita legatur. ff. de leg. ij. & l. cō tra legem. & quod ibi not. per Doct. ff. de legibus.

Cautela quod dominus nō poſſit ratificare geſta per ſuum illegitimum procuratorē. XV.

1 *Ratihabitio domini geſtorum procuratoris ſuperueniens, quo caſu nihil operetur.*

LICET regulariter geſta per procuratorem, qui non habet mandatum, idem ſi habet, ſed non ſufficiens, poſsint per dominum ratificari, ita quòd ualeant, l. licet. ff. de iudi. tamen cautela eſt, quòd non poſsint ratificari: uidelicet quod aduerſarius à principio proteſtetur, quòd non intendit cum ipſo litigare, niſi ſi, & inquantum haberet legitimum mandatum, & ſufficiēs. nam hoc caſu, ſi habeat mandatum ſufficiens, uel nullum habebat, *ratihabitio domini ſuperueniēs, nihil operatur: ut eſt caſus ſecundum unum intellectum in l. ſi quos. §. alieno. ff. de dam. infect. ſecundum Ludo. de Rom. in quodā ſuo ſingulari, quod incipit, quæro nunquid geſta per falſum procuratorem. in fin. & ita tenet Ange. in d. §. alieno. & Bald. ibi in Apoſtil. & ita allegaui optime alias, & obtinui in ciuitate Veronenſi.

Cautela quod inuitus non compellatur quis ad tutelā. XVI.

1 *Fideiuſſorem qui non recipit, regulariter à tutela excuſatur.*

NE QVIS inuitus cogatur ſuſcipere tutelam, etiam ſi non habebat aliquam excuſationem, cautela eſt, quòd faciat, ſeu procuret, quòd non reperiatur aliquis qui uelit fideiubere pro eo pro prædicta adminiſtratione. nam prædicto caſu

excuſabitur à tutela:* quia ille qui 1
non reperit fideiuſſorem, regulari-
ter excuſatur à tutela, ut l. ſi is qui
tres. & l. ſi in tua. §.imperatur.ff.de
excu.tu.& ita not.Bald.in l.j.in fi. &
d. l. ij. quod cum eo. Aduerte ta-
men: quia ſi detegeretur quod hoc
procuraſſet,non excuſaretur.

## Cautela ad ualidandum iudiciū agitatum cum procuratore, tutore, curatore, uel ſyndico. XVII.

1 *Sententia quo caſu ius inter partes faciat.*

NOTA cautelam, ut ſi uelis, ꝙ
iudicium cū procuratore,uel
tutore, uel curatore, uel ſyndico,
uel alijs huiuſmodi perſonis firmū
ſit: oppone quicquid potes contra
eos ab initio,& fac quod iudex pro-
nunciet illas perſonas admittendas,
non obſtantibus exceptionibus op-
poſitis contra eas,& ſic poſtmodum
non reuocabitur iudicium,ne agens
cum eis, uideatur iudicis autoritate
conuenire.hæc cautela probatur C.
de his qui ue.æta.impe.l.j. in fi.& C.
qui admit.ad bon.poſſ.l.liberorum. 1
* ſententia enim talis facit ius inter
partes.extra de re iudi. c.cum inter.
tene menti.iſta ſunt uerba Specu.in
tit.de excep.in ſecunda parte. §.nūc
uidendum.uerſ.antepe.quæ incipit,
in ſumma no.

## Cautela ad cōcordiā,quod utamur uerb Peragere. XVIII.

1 *Quæſtio pulcherrima diſputata per Guidonem de Suza.contra Oldradū.*

VERBVM Agere [a], uerificatur
per litis conteſta.l. amplius nō
peti.ff.rem ra.ha.ſed uerbū Perage-
re, requirit deciſionem,ut probatur
in l.quinquaginta. ff. de excu. tuto.
& ideo dicit ibi Nico.de Neap. ſecū
dum Guid. de Suza.* quod facit ad 1
quæſtionem. Bononienſes habue-
runt quæſtionem cum Mutinenſi-
bus,quia uiciſsim una pars ab alia pe
tebat xxx.milia florenor.factum fuit
compromiſſum inter eos.Guido de
Suza.qui tunc erat Mutinæ,fecit po
ni in inſtrumento, quod ſi Mutinen
ſes cauſas ſuas intra tres menſes nō
peragerent &c.poſt lapſos tres men
ſes,ꝙ debebant facere,ꝓpter uerbū,
Peragerent,ita in inſtrumento poſi-
tum,arg.d.l.quinquaginta.& l.ij. ff.
de adul. & contra Bononienſes uo-
lebant opponere Mutinenſes, quod
ipſi nō poterant agere.ad quod ipſe
reſpondit quod actio eorū eſſet fal-
ſa:quia agere quis dicitur litem cō-
teſtando, ut in l. amplius non peti.
ita obtinuit contra Oldra.& teneas
cordi.quia quando facis aliquod cō
cordium,tu potes uti iſta cautela.ita
dicit do.Nico.de Neap.in d.l.quin-
quaginta. ff. de excuſa. tu.& Gui.de
Suza.in d.l.ij.ff.de adult.

## Cautela ad excludēdam uel cauſandam ſimulationem contractus. XIX.

1 *Contractus quando in ſcriptis celebrari dicatur, remiſsiue.*

SI contractus uēditionis,uel alius
celebratur ſine ſcriptura, ſimula-
tio poteſt probari per teſtes. Sed ſi
in ſcriptis [b] ſit cōtractus celebratus,
non poteſt probari cōtractus per te-
ſtes.ita no.Bar.notabiliter in l.gene
raliter. & ibi per Doct. C.de nō. nu.
pec.& ideo cautela eſt, ut uenditio,
ſeu contractus fiat in ſcriptis, ut de
dicta ſimulatione facile cōſtare poſ-
ſit. hoc non dico,ut utaris in malam
partem.Sed quando eſſent ueri con
tractus,& dubitaretur ne aliquando
poſsit opponi de ſimulatione: tūc fa
cias, quod contractus celebretur in
ſcriptis.* Quando autem dicitur cō- 1
tractus celebrari in ſcriptis,habetur
per text.gl.Cy.& Doct. in l. contra-
ctus.C.de fide inſtru. & de iſta cau-
tela uide,quod plene dixi in tracta-

a Agere. Agere dicitur quis poſt lit. conteſt. non ante, qa dicitur agere uel lc. Vide Specu.

b In ſcriptis. Simulatio contractus in ſcriptis celebrati, non poteſt probari per teſtes: ſed celebrati ſine ſcriptis, ſic. uide Cy. in l. generaliter. C. de nō nu. pe. facit gl. i uer in ſcriptu. & Doc. in l. cōtractus. de fide inſtr. Bal. in l. multum. in j. col. in uer. ſed quomodo probat. C. ſi quis alteri uel ſibi. Doct. moder. et Pet. de Suz. in l. in exercēdis. C. de fide inſtr. in l. cum precibus. de probat. Bal. plene in l. j in v. col. i uer. denuo quæro. C. plus ualc. quod agi.



tu meo,de ſimulatione contractus.

## Cautela ad prorogandum tempus introductum à ſtatuto in præſcriptione. XX.

1 *Inſtrumentum quo caſu, ui iuramenti executionem paratam habere poterit.*

SI ex forma ſtatuti uel iuris debi-
to, uel actioni debitæ præſcriba-
tur aliquo tempore breui,uel etiam
x.uel xx.annis:cautela eſt, quod etiā
debitū,uel actio perpetuetur uſq; ad
xxx. annos:ad hoc uidelicet ꝙ credi
tor faciat opponere per debitorem,
qui conſiteatur per ſuum iuramen-
tum ſe eſſe debitorem in tanta quā-
titate: quia hoc caſu perpetuabitur.
ita dicit Bar.& Ang.in l.nā & poſtea
1 §. ſi is.ff. de iureiur.per illū tex.*Itē
iuramentum illud etiam aliud ope-
rabitur, uidelicet quod tale inſtru-
mentum poterit executioni manda
ri, & ſic habebit executionem para-
tam,ut no.Bar.in l.ij.in fi.ff.eo.titu.
qui dicit, ꝙ miratur, ꝙ conſuetudo
hoc ſeruet.& uide circa hoc Mat. de
Mat.ī xj. ſuo notabili. ubi idē tenet.

## Cautela ad priuandum filium à legitima. XXI.

1 *Ceſsione quando non apparet de reali ſolutione,ſed cedens ſolū confitetur ſolutū, ipſa ceſsio ſimulata præſumitur.*
2 *Difficile eſt filiū legitima ſua priuare.*

PATER uolens excludere filiū
a legitima ſua,& ſibi retinere bo
na donec uiuit,cautela eſt, ꝙ uendat
alicui bona ſua,& promittat tradere
ea poſt mortem ſuam, ſcilicet uen-
dentis: nam tale debitum quod ha-
bet effectū poſt mortem promiſſo-
ris, cenſetur æs alienum,ut l.hæredi
tariū.ff.de bon.aut.iudi.poſſ.& ideo
erit detrahendum antequam legiti-
ma filij.l.patris. §.quarta.ff.de inof-
fi.teſta.Si tamen appareret de frau-
de,filius poſſet reſcindere uenditio
nē pro ſua legitima.de quo per Bar.
in d.l.hæreditarium. & ita dicit Ioā.
de Pla.inſtit.de inutili.ſtip. §.itē qs.
ad fin.ubi ſubdit,an ſufficiat ſi pater
cōfiteatur ſe precium recepiſſe: & ui-
detur quod nō,quo ad præiudicium
filij, niſi appareat de reali receptio-
ne.ar.autent.ſed iam neceſſe. cū ibi
not.C.de do.ante nup.arg. per illud
quod not.Barto.in l.per diuerſas.C.
1 man.* ubi dicit,quod quando in ceſ
ſione non apparet de reali ſolutio-
ne,ſed cedens ſolum cōfitetur ſolu-
tum,ceſsio præſumitur ſimulata.fa-
cit pro hoc quod no.in l.poſt cōtra-
2 ctum.ff.de do. *Difficile eſt priua
re filium ſua legitima ſine cauſa, uel
ponere aliquam dilationē in ea, ut
l. quoniam in prioribus.C.de inoff.
teſta.in §.cauſas.in auten.ut cum de
appel. cogno. Tamen cautela eſt,ut
pater inſtituat filium hæredem in o-
mnibus bonis,& quod alij alteri re-
linquat uſumfructū omnium bono-
rum:nā ualebit talis uſusfructus re-
lictus, & filius non poterit ſe grauā-
tum dicere in legitima:ut eſt gl.no.
in auten. de trien.& ſemiſ. §.prohi-
bemus. quæ etiam ponit in fine ſui
unam aliā cautelam priuandi filiū le
gitima ſua, quando habet ſolos ſer-
uos in hæreditate,& eos manumit-
tat.& iſta eſt uera cautela, quādo nu
da proprietas à legitima filij ſibi tan
tum ualeat, quātū ualet uſusfructus
ſine legitima. Sed ſi minus ualeret,
tunc filius impugnare poſſet tale le-
gatum, quia non poteſt in ſua legiti
ma grauari,ut d.l.quoniam in prio-
ribus.ita tenet Ang.in d. §.prohibe-
mus.ad quod adde Bar.in d.l. hære-
ditarium. de bon.autor.iudi.poſſ.&
quod dixi in præcedenti.

## Cautelæ pro uaſallo uel emphyteota,ut poſsint rē alienare, eccleſia, uel domino irrequiſitis. XXII.

1 *Proteſtatio in iudicialibus nihil iuuat.*
2 *Proteſtatio contraria facto proteſtantem*

*tem non releuat.*

3 *Vendens fructus domus pro centũ annis, an alienare uideatur.*

CONSILIVM ſiue cautela, quando uaſallus uel emphyteota eccleſiæ uult uendere uel alienare, illud quod cognoſcit à prælato eccleſiæ, quãdo prælatus ſcit, & conſentit, & primũ conſilium eſt, ut uendat uel alienet cum conſenſu prælati, & totius capituli, & uendat ea lege, qua ipſe habet, & æquali perſonæ, ut in c.ij. de l.Corradi. in uſibus feud. hoc acto in contractu ante, & pòſt, quòd emptor uel acquiſitor debeat illud ab eccleſia cognoſcere, & ſibi ſeruire pro eo, & uenditor uel alienans debet refutare, ar.c.j. §.j.in ti.qualiter olim feu.pot. alie. & ſecũdum hoc emptor uel acquiſitor erat ſucceſſor & uenditor, uel alienãs tenebitur de euictione, & eccleſia nõ erit læſa ſecundum Iac.de Bel.in tit. de his qui feu.da poſſ.in prin.& refert Iac.de Alua.in c.j. §.fi.qui incipit, deniq;.in iiij.col.ante fi.in uerſi. quare in prædictis quæſtionibus.in ti.quæ fuit prima cauſa benefi. amit. in titu. feu.cui adde, quod dicã in ſequenti. Secundum conſilium eſt, & hoc in uſu magis frequentatur, ꝙ uaſallus uel emphyteota, qui uult uẽdere, non uendat, ſed refutet prælato feudum, & ipſe inueſtiat eũ, qui empturus eſt prælato conſentiente, & tunc poſt refutationẽ uaſalli prælatus ipſe inueſtiet eum qui empturus eſt, & ipſe recognoſcere debet feudũ ab eccleſia, & fidelitatem facere, & ſi timet euici inueſtitus, caſum euictionis ſtipulari poteſt à uaſallo qui uẽdidit de indemnitate ſua: prout fuerũt cõcordes, & iſtud cõſilium cũ præcedẽti poteſt trahi etiã ad uaſallos laicorũ, & ſecularium perſonarum. ita dicit Iac. de Bel. in ti.de his qui feu.da.poſſ.in prin.& Iac.de Alua.in c.j. §.deniq;.in fi.iiij.col.uerſ. ſecundum conſiliũ eſt.in tit.quæ fu. pri.cauſa be.amit. Conſilium ſiue cautela, quando uaſallus ſiue emphyteota uult uendere, uel alienare feudũ uel emphyteoſim, irrequiſito domino. Primũ conſilium eſt, ꝙ uaſallus ſiue emphyteota uendat, uel alienet ſaluo iure domini uel eccleſiæ, & ꝙ in inſtrumẽto dicat, ſaluo iure domini, uel eccleſiæ: aliàs caderet à iure ſuo. ita in effectu uult Bal.in c.j. §.donare. in ulti.col.in ti.qualiter olim feu. pot.alie. & uide Bal.in tit. de pace Coſtã.in §.libellare.in xxv. col.& in l.fi.C.de iure emphy.& Iaco.de Alua.in c.j.in prin.antepenul. col.in fi.de prohi.feu.alie.per Fede. ſed idem Bal.in §.ſi.in iij.co.in uer. ſed pone partis.ita dicit in titu.quæ fuit prima cauſa benefi.amit.licet ſit dictũ, ſaluo iure domini, uel eccleſiæ: inde tamen ſi ꝓceſſum eſt ad traditionẽ ſub illa forma, quòd illa uerba non releuat, quia cum non ſit denunciatũ domino, clàm uidetur fieri, & per conſequens dominus contemnit.* 1 Item in iudicialibus non iuuat proteſtatio, quid ſi adiiciat iſta uerba, nec aliter, nec alio modo: quia tunc nihil uidetur actum fore, non perderet feudum uel emphyteoſim. nam cõſtat quòd intendat alienare, niſi poſſit hoc ſaluo, & non aliter. iuxta notata in ſimili l. ſi quidẽ. C. de exce.& ff.fami.er.l.item Labeo.§.j. & ff.de manu.teſt.l. ſi quis locuples. & licet iſta cautela uerborum uideatur bona, tamẽ Bal.in l.unica.in xvj. q.C. de his quæ pœnæ no.adi.uidetur cõtrariũ dicere, ubi dicit, ꝙ licet uaſallus dicat, Vẽdo & trado, reſeruato conſenſu domini, & aliter non proteſtetur, nõ releuat: quia in ipſo facto requiritur licẽtia, & quia traditio eſt facti, & ſic factũ eſt contrariũ proteſtationi, unde quãdo eſt de facto cogitatum, non excuſat delictũ.l. iubemus.C.de ſac.ſan.unde nõ alienatio. & quãuis Bal. in d.l.unica.nõ dicat, ſaluo iure domini, ſed reſeruato conſenſu domini, tamen in effectu illa uerba in idẽ tendunt.& uide de hoc Cardi.in c. ij.extrà de feu. & Iaco.de Alua.in c.j in pe.col.in titu. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. Vnde ex prædictis patet, ꝙ prædicta conſilia nõ uideatur eſſe tuta. Alij apponũt aliud conſiliũ, uidelicet ꝙ uaſallus uendat uel alienet, ſaluo honore domini, per ea quæ dicta ſunt s. ſaluo iure domini, tamen contrariũ eſt uerũ, ſcilicet ꝙ illa uerba non releuent: quoniam propter iſtã alienationẽ uaſallus feudo priuetur, ut ſingulariter no.Hoſt.ut refert Bu.in c.eam te.de iureiurã.& idẽ tenet Ludo.de Rom.in cccxciij.ſingulari, quæ incipit, Tu habes quod uaſallus.q.d.
2 * quod ideo eſt, quia proteſtatio cõtraria facto non releuat proteſtãtẽ, ut in c. ſolicitudinem. extrà de app. & in c.cum M.Ferrarienſis.extra de conſtitu.& l.cũ in plures. §.locator horrei.ff.locati.& plene probatur in l.non ſolũ. §.morte.ff.de noui ope. nuncia. Requiritur enim conſenſus domini in alienatione feudi, primo ut recognoſcat in ſuperiore, & ne ſibi præiudicetur, ut in c.j.de alie.feudi. facit etiã tex.in l.debitor.ff.quib. mo.pig. uel hypo.ſol. Datur etiã per aliquos aliud conſiliũ, uidelicet ꝙ uenditio uel alienatio fiat ſub iſta cõditione, uẽdo uel alieno tibi, ſi & inquantũ de iure poſſum, & non aliter. quo caſu licet ſequatur traditio, tamen uaſallus alienans non cadit à feudo, ſecũdum Iac. Ariſon.de Barolo Veronenſe, in ſua ſumma, quibus feu.amit.ſub rubrica, ſi uẽdat ſub cõditione.ff.de acqui.poſ.l.ſi me in uacuã.poſt prin.& l.qui abſenti. §.j.& ff.de ui & ui arma.l.cũ fundus.C.de epiſc.audi.quod eſt uerũ ſecundum Bal.in c.j. §.hos quoq;.in pen.colũ. in ti.de ſuc.feu.ubi quãdo captio domini poſſet interuenire per corporalem traditionem, utputa caſtri: quia uix dominus poſſet recuperare, quia dolus eſſet in traditione, qui debet purgari per amiſsionem feudi. ff.de dol.l.elegãter. & ita dicit ſe ibi cõſuluiſſe. & ita etiã tenet Iaco.de Alua. in c.j.in prin. pe.col.circa prin.uerſ. quæro quid ſi uaſallus uendat.in tit. de prohi.feud.alien.per Fede.in uſi. feudo. Datur ulterius aliud cõſiliũ, uidelicet ꝙ uendat ſub conditione, ſi domino placuerit, per l.ſi quis locupletior.in fi.ff.de ma.teſt.& ff.qui & à qui.l.v.in prin.ita dicit præfatus do.Iac. de Ariſoni. de Barolo in ſua ſumma.in d.ti.quib.mo.feu.amitta. in rubricella, ſi uendidit ſub cõditione.& Bal.in c.j. §.æque.in pe.col.in ti.de ſuc.feud.& Iaco.de Alua.c.j.in princi.in pe.col.in ti.de prohi.feud. alie.per Fed.in uſi.feu. Barto.etiã dat aliud conſiliũ ſiue cautelam, ſcilicet ꝙ dicatur in inſtrumẽto hoc modo: Vendo uel alieno tibi, ſi non reuocauerit dominus, alias ſit inempta. ita dicit Bar.in l.ſi quis locuples. ff.de ma.teſt. Poſſet dari & aliud cõſiliũ, ꝙ emphyteota uel uaſallus uendat perceptionem fructuũ per ſe, & ſuos hæredes, quo caſu nõ uidetur, ꝙ cadat à iure ſuo, quia cõcedit uel uendit ipſam perceptionẽ fructuũ, quæ eſt quid facti, nõ autem ſuũ ius uendit.l. utile uel aliud.ut probatur in l.neceſſariũ. §.fi.cõiuncta gloſ.in uer. tuum ſit. hoc eſt perceptionem fructuũ.ff.de peri.& cõmo.rei uendi.& ꝑ tex.glo.in l.arboris. §.uſufructuarius. ff de uſufru.& per id quod no.Bar.in l.idem Tubero. §.qui maximas.ff. de publica.& in l.Aquilius Regulus.ad fi.ff. de dona. & hoc uidetur tenere Archi.lxxxix.di.indebitum.

tum.in prin. & iſtud uidetur tenere Bar. in l.codicillos.in l.inſtituto.ff. de leg.ij.* ubi dicit, ꝙ uendens fru- 3
ctus domus pro centum annis, non uidetur alienare. de quo ibi uide. Sed aduerte, quia ſecũdum conſiliũ non uidetur bonum, quando uenderentur fructus pro longo tempore, ſed ſolum quando uenderentur ad modicum tempus, quia tunc nõ eſt alienatio, ſecundum Bal.in l.uoluntas.uerſ.ſed quid ſi uaſallus.C.de fideiuſ. Itẽ iſtud cõſilium licet uideatur tutũ, ſaltem quando pro modico tempore fructus uendũtur, tamẽ nõ credo ꝙ ſit tutũ, ſi eſſet uaſallus pro aliquia decima, quia cũ in laico non poſsit cadere decima, nec ius decimandi, ſed ſolũ quædã facultas potius percipiendi fructus in re decimali. iuxta ea quæ habentur in c. cauſam.de præſc.& c.ad hæc.& c.quamuis. extrà de deci. xvj.q.vij.c.j.unde hoc caſu, ſi uaſallus uenderet totum illud, quod haberet in re decimali, ſiue in decima, quia nihil habet niſi illam perceptionẽ, & ſic perinde eſt, ac ſi uederet omne ius quod habet: cogita tamen. Ex prædictis aliàs dedi aliud cõſiliũ, uidelicet quod omnia ſupradicta cõſilia ſimul iungũtur hoc modo, uidelicet uendo uel cõcedo fructus, uel ipſam perceptionem fructuũ, quæ eſt facti, ut dixi in præcedenti cõſilio, cũ hoc, ſi domino placuerit, uel ſi dominus nõ reuocauerit, & ſic ſaluo & ſalua iuriſdictione & honore & cõſenſu domini, & ſi de iure poſsũ, nec aliter nec alio modo, ſi autem domino nõ placuerit, uel ipſe nõ cõſenſerit, uel reuocauerit, uel de iure nõ poſsũ, res ſit inempta, uel uenditio, uel alienatio ſit irrita, & ipſo iure nulla, & iſta cautela erit tutiſsima, & ideo no.eã.

a Creditor. *Creditor an et quando poteſt ſibi retinere rẽ debitoris ꝓ debito, uide Bar. in l.ſi non inducta.C.in quib. cau.pign. taci. contra.*

b Tutore. *Tutor debet facere tanquã tutor, quod facturus eſt.l.ſi quis.§.j.et ibi Bar. in uer.ſed & ſi tutor. ff. iudi. ſolui.*

Cautela non obſtante l. commiſſoria, quæ in pignoribus improbatur, pignus efficiatur creditoris. XXIII.

1 *Creditor in inſtrumento debiti pactũ apponere non poteſt.*

DEBES* ſcire ꝙ creditor ^a nõ 1 poteſt apponere in inſtrumento debiti pactum hoc, uidelicet ꝙ ſi nõ ſoluatur ad certũ tempus, ꝙ pignus detur inſolutum ipſi creditori precio, quo ipſe creditor uoluerit, uel æſtimauerit.in toto ti.de pac.pi. & de le.cõmi.in pig.reſcind. Modo, hoc modo põt adhiberi una no. cautela pro uſurariis, ꝙ faciãt fieri contractũ, & apponatur pactũ ꝙ debito ad tempus non ſoluto pignus detur ei inſolidũ iuſto precio æſtimando arbitrio talis uel talis, quos nũc eligimus in arbitratores & bonos uiros, quod no.qa laudabilis eſt cautela, nã alij arbitratores illius uſurarij erũt amici, & facient æſtimationem prout ipſe uſurarius uoluerit.& hoc per text.in l.ſi fundus. §.fi.ff.de pig. & ita no.Ang. ibi. Hanc autem cautelam nota, nõ ut ea utaris ad malitiã, ſed ut ſcias cognoſcere, ſi alius uellet uti malitia, ut euites.

Cautela pro tutore ^b quando celebrat contractũ nomine pupilli. XXIIII.

1 *Tutore coniunctorum ratione dolus, uel culpa abeſſe præſumitur.*

RATIONE * conſilij coniun- 1 ctorũ præſumitur à tutore abeſſe dolus uel culpa. arg. l.etiam.C. ſi tu.uel cu.interue.ſecundum Bald. in l. Polla.C.de his q.ut indi.& ideo tutor ſit cautus, quando aliquid facit ꝓ pupillo, de quo dubitat, ne poſtea ipſe uel heredes eius teneãtur, ꝙ faciat illud cum conſilio coniunctorũ pupilli, & hoc faciat ſcribere in inſtrumento, quod no.ſingulariter tu qui uis eſſe tutor.

Cautela ad impediendũ inquiſitionem in criminali. XXV.



1 *Iudex quo caſu poteſt de delicto inquirere, an debeat citare perſonam offenſam ad ſciendum, an accuſare uelit, et ſibi terminũ ad deliberandũ ſtatuere.*

TV ſcias, ꝙ iudex in cauſa criminali poteſt procedere per inquiſitionem ^a, ut habetur in c.qualiter & quando. de accu. & in l.ij. §. ſi publico. & ibi per Bar.ff.de adult. & pleniſsime per Ange.in repeti.l.ſi
1 uacantia. C.de bo.ua.lib.xi. *Sed dubium eſt nunquid eo caſu quo iudex poteſt de delicto inquirere, debeat citare perſonã offenſam ad ſciendum, an uelit accuſare, & ſibi ſtatuere terminum ad deliberandum. Et dicas ꝙ ſic, quia iudex nunquam poteſt procedere ad inquiſitionem, niſi prius moneat perſonam offenſam, uel aliã cuius intereſt ad ſciendum, an uelit accuſare ſtatuendo ſibi terminum ad deliberãdum, ut eſt gl.in c.presbyter ſi à plebe.ij.q.v.de qua fecit feſtum Bal.in l.ſenatus.C. qui accu.non poſſ.& eſt magna cautela ad impediẽdum inquiſitionem per iudicem, opponendo ſibi, ut moneat perſonam offenſam, uel aliam cuius intereſt ad deliberandum, ſtatuendo ſibi terminum ſi uelit accuſationẽ proſequi, ita infra id tempus poterit aliqd poni facere. & ita etiã tenet Lu. de Ro.in quodã ſuo ſingulari, quod incipit, de doctrina iniq.

Cautela quod cauſa non exeat de manibus iudicis. XXVI.

1 *Appellationis cauſa delegari poteſt.*

CAVTELA, ꝙ aliqua cauſa nõ exeat de manibus domini poteſtatis, ad dominiũ Venetorũ, uel de manibus epiſcopi, ad archiepiſcopũ, eſt ꝙ epiſcopus uel poteſtas deleget cauſam, & ſi appellatur à ſententia lata per delegatum, appelletur ad ipſum epiſcopum, uel poteſtatẽ de-
1 legantem, qui iterum deleget, quod poteſt,* quia cauſa appellationis poteſt delegari, ut l. cum poſt ſententiam.C.de appella.& no.gl.& Ange. in l.eos.in princip.eo.titu.& ſi iterũ appellet ad ipſum epiſcopum, uel poteſtatem, tunc ipſe epiſcopus, uel poteſtas poſſunt cognoſcere ne tertio loco licet appellare, & ſic per iſtum modum delegando bis, uel cauſa non exibit de manibus ipſius epiſcopi uel poteſtatis. & hoc tenet Rapha. Fulg.in l.eo caſu. C. de appel.

a Inquiſitionem. *Inquiſitio nõ tollitur, ſi offenſus uelit accuſare pœnitẽdo, quia prius dixit nolle accuſare. Bal. in l. accuſatorẽ.ij.col.C. qui ac.non poſſ.& in l. ea quidẽ. pe.col.de accuſa. & Alex. in l.ſi maritus.ff. de adult.*

Cautela pro debitore ad prolongadũ ſolutionẽ debiti. XXVII.

1 *Promiſerit ſi quiſpiam uel ſit condemnatus alicui ſoluere id quod debet ad certũ tempus ſub certa pœna, ſi debitum non fuerit liquidum, ne in pœnam incidat, quid agere debeat.*

NOTA, ꝙ ubi debitum non eſt liquidũ, exemplum in eo qui eſt iuſſus reddere rationem per iudicem uel arbitriũ, & ſub pœna & infra certum tempus ſiue terminum, & ſunt rationes intricatæ ut mercatorum, quod non poteſt condemnatus uidere an eſſet creditor uel debitor, tunc ſufficit quòd cõdemnatus cõpareat, & dicat, ꝙ calculatis & uiſis rationibus dico me eſſe debitorẽ in uno denario, & ecce illum, & ſi appareat plus me debere, ecce fideiuſſorẽ pro reſiduo, & ſic debet deponere unũ denariũ & præſtare fideiuſſorem de reſiduo, & erit ſecurus. textus eſt ſingularis ſecũdũ Dy.in l.ſtatuliberũ.ff. de ſtatulibe.ſecũdũ Ange.qui ita no.in l.quarta. §.ait prætor.ff.de reg.iuris. qui allegat aliam legẽ ſociam in l.ſeruus ſi hæredi. §. fi.ff.de ſtatulibe.& uide omnino Angel.in l.ſi reſidua.C. de diſtra.pig.& in l.ij.C.debi.uen.pig.in pœ.nõ po. & in l.ij. C.de uſufr.leg.& Bal.in l.j. §.j.in prin.iiij.col.in tit.de leg. Corra.in uſi.feu. Et ex prædictis collige
1 cautelam,* ꝙ ſi aliquis promiſit uel eſt condemnatus alicui ſoluere id quod

quod debet ad certum tempus, ſub certa pœna, ſi debitum non eſt liquidum, dicat ſe eſſe debitorem in uno nummo, & illum offerat in iudicio deponendo, & præſtet fideiuſſorem qui ſe obligat de ſoluēdo omne id, in quo apparebit ipſum eſſe debitorem, & petat quòd eligantur arbitri & calculatores: quo facto, etiam ſi labatur terminus ſoluendi, non incidit in pœnam, donec debitum non fuerit liquidum, quod eſt not. pro mercatoribus, & negotiorum factoribus. Aliquis emit unam rem, & promiſit ſoluere precium ſub pœna, uel ſimpliciter non poteſt illud ſoluere: cautela eſt ut excuſetur, ſi non ſoluit: ſi uidit, quòd uenditor nō eſt potens ad ſatiſdandum, ſubmittat amicum ſuum qui litem mouerit, & petat quòd ſibi ſatiſdetur. nā ſi uenditor non ſatiſdederit propter impotentiam, non tenebitur emptor ſoluere precium, ſecundum Angel. qui ita no. in l. ij. §. ſtipulatio dupli. ff. de præto. ſtipu. qui ſubdit, quòd aduerſus hanc fraudem eſt remedium duplex. Primum quod emptor iuret de calumnia. arg. l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. & idem no. Io. de Pla. inſtit. de ſuſpect. tu. §. ſi. uerſi. ſed quero qualiter. Sed dicit Ange. in d. §. ſtipulatio dupli. quòd iſtud remedium hodie eſt deriſorium, cum homines ſint ualde proni ad deierandum: & ideo ſolum remedium eſt, ſi uenditor obiicit de calumnia: in examinatione iudicis eſt, quòd non audiat emptorē, ſi ueriſimiliter inſpiciatur litē per calumniam motā. ar. l. fideiuſſor. cū gl. in uer. ſed erit. ꝗ exponit, ſcilicet in animo iudicis. ff. qui ſatiſd. cog. hāc tamē cautelā docui, ut nō ea utaris ad malū.

## Cautela quod quis non teneatur actione iniuriarū XXVIII.

1 *Familiaris non tenetur de eo quod eius rectoris iuſſu fecerit.*

DVCTVS ad carcerem, uel ad alium locum uituperoſum per militem, uel alium officialem alicuius poteſtatis ſeu rectoris, poteſt agere actione iniuriarū contra ductores, ut probatur in l. iniuriarum. §. ſi quis. ff. de iniur. & ideo ſit cautus prætor uel rector, ſi eſt oblatus libellus in actione iniuriarum contra aliquem de ſua familia, elapſo tēpore ad dandum libellum contra ipſum. de quo in l. j. C. omnes cau. tam ci. quàm cri. faciat reum cōuentum articulare & probare, quòd hoc fecit de mādato rectoris, & ipſe cui rector hoc confiteatur, quòd fieri fecerit hoc pro officio exercēdo. *Nā 1 tunc familiaris non tenebitur: quia debuit iuſſui rectoris obedire, per d. §. ſi quis. quod no. in l. non uidetur. §. qui iuſsio. de re iu. nec etiam rector detinebatur: ex quo eſt elapſum tempus ſyndicatus, licet alias teneretur, & ſic uterque erit ſecurus, & ita in effectu no. Ange. in d. l. iniuriarum. §. ſi quis. ff. de iniuriis.

## Cautela quod ualeant geſta à minori parte uni uel collegio. XXIX.

1 *Rector ſcholarium, ſi duæ partes congregari noluerint, contumaces priuare poteſt, & tunc eorum uoces ex tranſlatione penes alios erunt.*

IN uocibus etiam habet locū ius actionis, morte, priuatione, & ſuſpenſione, & ideo, qui nolunt congregari, poſſunt eorum uoces ſuſpendi & priuari, & ſic non erunt de numero electorum, ſi ſunt ſuſpenſi ex iuſta cauſa, puta per contumaciā. extrà de conſtit. c. ex literis. ff. de fideicom. liber. l. ſi legatario. §. j. *Et 1 ſic poteſt facere rector ſcholarium, ſi duæ partes nolunt cōgregari, priuet cōtumaces, & tūc uoces eorū erunt penes alios, uel poteſtas uocū ex trāſlatione, quia iſta eſt priuatio, non tranſlatio: & ſic rector facta uniuerſitatis expediet. ita not. dixit Bald. in l. unica. in ulti. q. C. de non pe. partes.



## Cautela quod quis nō poſsit accuſari criminaliter. XXX.

1 *Pax quando amicorum interuētu inter rixantes facta fuerit, ne poſsint criminaliter accuſari, libellus ciuilis produci debet.*

TV DEBES ſcire, ꝙ ubi pro eodē facto poteſt criminaliter & ciuiliter ad uindictā agi, ſi actum eſt in uno iudicio, in alio nunquam agi poteſt: ſecus ſi nō ſit actū ad uindictā ciuiliter, ſed ad ꝓſecutionē rei familiaris, quia tunc exactione facta ex una uia non tollitur alia, ut probatur in l. quod ſenatus. ff. de iniur. con1 iuncta l. ij. §. j. ff. ui bo. & no. Ang. in d. l. quod ſenatus. *Et propter hoc tu ſumas cautelā, quādo inter rixantes interuentu amicorū facta eſt pax. nā ut non poſsit criminaliter accuſari iniuriam ferēs ex magnitudine & ex grauitate pœnæ, & ut ita dixerim de ſolerti remediū eſt, quòd ꝓponatur ſeu ꝓducatur libellus ciuilis[a] ad uindictam. Nam lata ſententia ſuper ea non poteſt accuſari criminaliter, ut no. Ange. in l. prætor. §. ſi dicatur. ff. de iniur. quod eſt ualde no. melius tamen faceret iudex præueniendo in procedendo criminaliter ad uindictam publicā uel inquiſitionē. iuxta no. in c. qualiter & quando. ij. de ac.

## Cautela quod non facta excuſſione contra debitorem, poſſit fieri contra debitorem debitoris. XXXI.

1 *Debitor quādo conſtituit ſe tenere & poſsidere nomine creditoris omnia bona ſua, ſi ipſi debitor aliquā rem ſuam alienauerit, creditor contra poſſeſſores agere poterit, nulla excuſſione ex conditione facta.*

REGVLARITER quis non poteſt agere cōtra tertium poſſeſſorem uel debitorem debitoris, niſi facta excuſsione, ut habetur in auten. hoc ſi debitor. C. de pignor. Sed cautela eſt, quòd poſsit agi contra debitorem creditoris, per creditorem non facta excuſsione etiam hoc modo, uidelicet quòd creditor idemq; debitor mandet & cedat ſuas actiones ſuo creditori: nam tunc ut procurator in rem ſuam habebit exercitium directorium: contra quas talis exceptio excuſsionis non factæ non poterit opponi. & dicit Cyn. in l. ij. in fine. C. quando fiſcus uel priua. quod ad eas mandandas poterit cogi, per l. ſi conuenerit. ij. in princ. ff. de pignor. act. Et ideo ſis cautus, quòd in inſtrumento obligationis bonorum facies adiici, quòd extunc mandat tibi, & cedat actiones contra ſuos debitores, faciens te procuratorem in rem tuam. ita dicit no. Salyce. in l. nomen. circa fi. pe. quæſtionis. C. quæ res pign. obli. poſ. & dicam in cautela ſequenti. In præcedenti cautela dictum eſt, regulariter requiritur excuſsio: & ibi dedi unā 1 fallentiam cum una cautela.* Sed nūc adde aliam, uidelicet quòd debitor conſtituat ſe tenere & poſsidere nomine creditoris omnia bona ſua. iuxta not. in l. quod meo. in princip. ff. de acquir. poſſeſ. & l. ab emptione. ff. de pac. uel ſi cōſtituat poſsidere precario nomine creditoris. iuxta l. interdum. ff. de acqui. poſſeſ. tunc ſi debitor alienet aliquam rem ſuam, poterit creditor agere contra poſſeſſorem nulla facta excuſsione, non dico hypothecaria, ſed condictione. l. fin. C. de acquir. poſſeſ. & etiam non excuſsis aliis, ſi plures erant ad idem debitum obligati, ſecundum Iacob. But. in aut. hoc ſi debitor. C. de pig. & ibi etiam ponunt Doctor. & idem

a Libel. ciui. *Libellus in actione iniuriarum ciuiliter mota formatur ſic: Vellē potius ꝑdidiſſe mille ducatos quam pati talē iniuriam. Cyn. & Doctor. in l. ſi nō conuenit. C. de iniur. et ꝑ Bar. & Bal. in l. iniuriarum. ff. e. tit. Lanfra. in trac. de arbit. iiij. parte. j. col. & hoc tenet Cardi. in cle. j. §. ciuitas. de pœn. ubi etiam dicit, ꝙ iudex poſtea taxabit. ij. q. j. 1 primus. iij. q. iij. quod fieri. inſtitu. de iniu. §. datur. in Specu. eo. ti. uer. in hac. uide tamē Alex. conſilio ccxj. ij. parte.*

ſequitur Ange.& Raph.Cu.& Imol.
in l.exitus.de acquir.poſſeſ. & Ang.
in dicta l.fi.& in c.cum ueniſſent. de
cauſa poſſeſ.& propric.& in reperto
rio ſuarum concluſionũ, in uer.ex-
cuſsio.& Flo. in dicta aut.hoc ſi de-
bitor.& Ange.de Are.inſti.de act. §.
item ſi quis in fraudem.Pręterea ſem
per ſis cautus,ut apponi facias in fine
cuiuſlibet inſtrumẽti ubi eſt obliga-
tio bonorũ, ut adiiciatur quæ bona
dictus debitor, uidelicet dictæ par-
tes cõſtituerant ſe tenere & poſside
re omnia bona ſua uſq; ad plenam &
integram ſatisfactione: quia hoc ca-
ſu non erit opus excuſsione, & ita
uidi ſæpius iudicari, & ita in ciuitate
Veronæ practicatur.

a Prohibendi alienatio. *Prohibitio alienãdi facta per teſtatorē hæredib⁹, qñ ualet, in l. pater. §. Julius Agrippa et §.xv. et ibi Dy. de leg. ij. in l. filiusfa. §. diui. & ibi Bart. de leg. j. d.c. & Abb. in c. Raynaldus. in vj. col. i pri. in gloſ. in uer. neutra pars. de teſt. Oldr. conſil. cciiij. incip. prima dubitatio & Spec. de ꝓprie. §. j uerſ. eſt & alia utilis rei uendicatio in poſitionibus rei, et ualet etiam ſi fiat in perpetuum, ut ibi, & Alexã. in l. ſi non ſor. §. ſi centũ. de condi. inde.*

Cautela ad impediẽdum rei alie
nationem. XXXII.

1 *Parẽtes q̃ uerba cõcipere debeãt, quado uolunt prohibere filios alienare.*

MVLTI SVNT modi prohi-
bendi alienationem [a] alicuius
rei, ita quòd ualeat & obſcuretur
prohibitio cum effectu, & unum mo
dum ſiue cautelam uidimus ſuprà.
Sed nũc adde aliam, uidelicet quod
dicatur relinquo, uel uendo, uel do-
no, uel concedo, uel relaxo tibi ta-
lem rem cum hoc pacto & cõditio-
ne, quòd tibi non liceat alienare, &
ſi ad aliquem actum alienationis de-
ueneris, tunc dominium ad me reuer
tatur, uel ad tertium, & in eo caſu, ut
ex nunc, prout ex tunc conſtitues te
meo nomine, uel tertij poſsidere: nã
iſto caſu non expectato, quod per-
fectè alienes, ſed cum incipies alie-
nare, ſtatim redit ad me uel tranſit
ad tertium. & ita tenet Barto. in l. qui
habentt. §. j. in fi. ff. de acquir. poſſeſ.
& l. filius mulieris. §. diui. ff. de lega.
j. & l. ſi ita quis. §. ea lege. & ibi per
Angel. & Raph. & Imo. & Doctor. ff.
de uerbor. oblig. & per Ange. de Are.
inſtit. de act. §. item ſi quis in frau-
dem,* quod no. quia ſæpenumero pa 1
rentes prohibent filios alienare, ut
ſcias qualiter debes cõcipere uerba.

Cautela pro iniuriato, ſi uult a-
gere actione iniuriarum.
XXXIII.

1 *Iniuriatus caſu quo pro uindicta iniuriarum actione agere non poſsit: poteſt tamen agere L. Aquil. actione ad damnorum ſatisfactionem.*

SCIANT omnes, quia ſi alicui eſt
facta iniuria animo iniuriãdi, po-
teſt agere actione iniuriarum iniu-
riatus regulariter, ut habetur in toto
tit. de iniur. ff. & C. inſtit. & maxime
in l. ſi non conuitij. per Cy. & Doct.
C. de iniur. Sed iſta regula fallit, quã-
do ille cui eſt illata iniuria malefacto
rem accuſat, uel iudicem inſtigat, &
ſollicitat quòd malefactor torquea-
tur, & damnetur ad uindictam publi
cam: quia tunc ſi fuit punitus per iu-
dicẽ, nõ poteſt poſtea agere actione
iniuriarũ, pro iniuria ſibi illata: quia
eo ipſo quod fuit tortus uel condẽ-
natus per iudicem, ſatisfactũ eſt iniu
riæ ſuæ ſecũdum uoluntatem ſuam,
unde uidetur illam iniuriam pro ſui
emendatione remiſiſſe, ut eſt text. &
ibi Barto. in l. ſed ſi unius. in §. ſed ſi
ante iudicem. ff. de iniur. facit text. in
l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis.
Vnde ſis cautus tu iniuriatus, quòd
aut tu non facias iſta, aut ſi facias,
proteſteris quòd per hoc tu non uis
tibi pręiudicare, quin pro tuo inter-
eſſe agere poſsis actione iniuriarum.
l. ſina. ff. de iniur. & ita tenet etiam
Ange. de Aret. in ſuo tractatu malefi-
ciorum. in uer. necnon ad querelam.
in pen. col. *Sed aduerte, ꝙ licet in- 1
iuriatus in caſu prædicto non poſsit
agere actione iniuriarum pro uin-
dicta, tamen poteſt agere actione l.
Aquil. ad ſatisfactionem damnorũ.
l. ſeruus meus. ff. de iniuriis. ſecun-
dum



dum Angelum, in dicta l. ſed ſi unius.
§. ſed ſi ante iudicem. ff. de iniuriis.
quod bene nota, quia de hoc fui ſæ-
pe interrogatus.

Cautela pro illo qui ſecure uult
emere rem litigioſam, lite pen
dente. XXXIIII.

1 *Litigium nõ obeſt niſi litigantibus tantum, non autem extraneis.*

DEBES ſcire, quòd res litigioſa
efficitur per libelli porrectio-
nem, & litis cõteſtationem, ita quòd
ſolet dici, quòd non poteſt uendi,
uel aliter alienari pendente lite, do-
nec duret litigioſa, ut habetur in to-
to titulo. ff. de litigio. & C. ſi tamen
1 non efficitur res litigioſa: * quia ta-
le litigium non obeſt niſi litiganti-
bus tantum, & non extraneis, ut eſt
gloſſ. nota. in l. j. uerſicu. non pote-
rant. ff. de litigio. unde ſi inter te &
me contendatur de dominio alicu-
ius rei, duo tertij non litigantes po-
terunt ſuper illa contrahere, nec eis
obſtaret uitium litigioſi, & ideo ſis
cautus quando uis emere rem litigio
ſam, ut non emas eam a litigante de
dicta re, ſed a quodam tertio, ſecun-
dum Angelum, qui ita not. in auten.
de litigioſis. in princip. quod no. eſt.

Cautela pro aſſeſſoribus pote-
ſtatis, quod non patiantur
ſcribi apud acta, quod de eo-
rum conſilio poteſtas crimi-
noſum condenauit. XXXV.

1 *Poteſtates terrarum ſi ferant ſententiam iniquam de conſilio iudicum de curia, qua pœna tenetur ipſe poteſtas, & omnes alij iudices tenentur.*

QVANDO fit proceſſus per do
minum poteſtatem uel alium
ſuperiorem, & fertur ſententia, & di
citur ſub examine iudicis maleficio-
rum, ſicut communiter fiunt inqui-
ſitiones & ſententiæ quæ hodie for-
mantur per rectores terrarum, dicun
tur ita fieri per iudices, ſicut per i-
pſos rectores: & ideo ſi iniuſtitia fa-
cta fuerit, ita tenetur iudex malefi-
ciorum, ſicut rector. ita no. Angel. in
auten. de litig. §. tamen. in fi. & pro
hoc allego text. in §. quoniam uero.
in auten. ut nulli iudi. ubi Ange. dicit
1 per illum tex. * quòd ſi poteſtates ter
rarum ferunt ſentẽtiam iniquam de
conſilio iudicum de curia: & quòd
qua pœna tenetur poteſtas, tenentur
& omnes alij iudices: & ideo ſint
cauti aſſeſſores iudices maleficiorum
& conſiliarij, quòd nunquam in a-
ctis patiantur ſcribi, quòd ſententia
eorum conſilio uel deliberatione
ita lata fuerit, alias poſſent conueni-
ri tempore ſyndicatus, & eam pœ-
nam ſuſtinere, quam rector & pote-
ſtas, ut dicit Ang. in d. §. quoniã ue-
ro. Et ſis cautus, ꝙ etiam proteſteris
quòd tu non conſentis, ne tacendo
uidearis conſentire, iuxta ea quæ ha
betur in c. nonne. de præſumptio. &
Barto. & Docto. in l. quæ dotis. ff. ſo-
luto matrimonio.

Cautela contra illũ, qui dat ope
ram, quod legatum alteri fa-
ctum adimantur a' teſtato-
re. XXXVI.

1 *Actio doli, uel in factum ſubſidiaria, quibus in caſibus locum habeat.*

LICET cum uerbis blandis ſit
permiſſum inducere aliquem ad
ipſum inſtituendum hæredem. argu-
men. l. fina. C. ſi quis ali. te. prohi. ta-
men ſi aliquis per ſuas ſuggeſtiones
operatur, ut relictum ſibi factum te-
ſtator adimat, uel quia uolebat relin
quere, & non reliquit, ſicut de facto
ſæpe contingit in agnatis, qui tan-
tum teſtatori perſuadet, & bona ſua
quæ pauperibus diſtribuenda reli-
querat, reliquit eadem eiſdem: te-
netur tunc actione de dolo, uel in fa
ctum ſubſidiaria illis, quibus adem-
ptum eſt, uel eius ſolicitudine non
relictum. ff. de doli except. l. j. & te-

ne menti: quia eſt caſus quotidia-
nus, ut dicit Angelus in dicta l.fina,
C. ſi quis ali. ex quo tu ſumas caute-
lam, quòd ſi aliquis te inſtituit, uel
aliquid tibi reliquit, & aliquis per
ſuggeſtionem uel ſolicitudinem uel
importunitatem ad adimendum ti-
bi relictum uel legatum & ſibi relin-
quendum, *quòd per actionem do- 1
li uel in factum ſubſidiaria poteris
petere ea quæ tibi in teſtamento re-
licta ſunt. facit l.j. & quod ibi no. C.
de pe.bo.ſubla. libro x.& not. bene:
quia uidi ſemel de facto practicari.

## Cautela quomodo ualeat ſtatutum, quod à ſententia inferioris non poſsit appellari ad ſuperiorem. XXXVII.

1 *Partes in arbitrium compromittere poſſunt, & per hoc appellationi renunciare.*

VIDISTIS in c. ueniens. extra
de iureiuran. quòd ciuitas quę
recognoſcit ſuperiorem, uel alius
princeps inferior non poſsit facere
ſtatutum quòd à ſuis ſententiis non
poſsit appellari ad ſuperiorem. & ha
betur per Barto. & Doct. in l. omnes
populi. ff. de iuſtit. & iur. Sed nun-
quid poſsit adhiberi aliqua cautela,
ut tale ſtatutum ualeat & ſeruetur
præciſe? Dicas quòd ſic hoc modo,
uidelicet quòd omnes ciues & prin-
ceps inferior promittant, & iurent
ſeruare ſtatutum prout iacet, & re-
nuncient appellationibus interpoſi-
tis & interponendis in quacunque
alia forma, præterquam in forma à
ſtatuto conceſſa. C. de tempo. appel.
l. fin. in fi. nam per pactum poteſt re-
nunciari appellationi, & cauſæ, &
ſcripturæ principali, de neceſsitate
ſapit naturam appellationis. argu. ff.
de ſuſpe. tuto. l. poſtquam. & ſic per
ſtatutum uallatum pacto poteſt fieri
plus quàm per ſtatutum ſimpliciter.
& ſi dicatur, iſtud pactū fit per frau-
dem ſuperioris: reſpondetur quòd
ſuperior non debet hoc aſpernari, ſi
partes ſeinuicem componunt, ut ff.
de noui operis nunc. l.j. §. poſt ope-
ris. *Nam & poſſunt partes compro 1
mittere in arbitrum, & per hoc re-
nunciare appellationi, ut l. in diem
proferri. §. ſtare. ff. de arbit. & uide
gloſ. in c. ueniens. de iureiuran. nec
propter hoc dicitur derogari ſupe-
riori, & ideo à ſimili ita dicendum
eſt in ꝓpoſito ad hoc. C. de pac. l. &
poſtquā liti. & l. iij. C. de fide inſtru.
& l. tale pactū. & l. qui prouocauit.
ff. de pac. & iſtā cautelā ponit in eſſe
ctu Bald. in c. ueniens. quam bene
notet, qui habet condere ſtatuta uel
reformationes in ciuitatibus uel lo-
cis recognoſcentibus ſuperiorem.

## Cautela ad inſtituendum filium ſpurium. XXXVIII.

1 *Spurius à defuncto aliquid capere non poteſt.*
2 *Spurius quamuis non poſsit ex patris re aliquid habere, tamen propter patris rem aliquid habere poterit.*
3 *Subſtitutio in ſpurium facta quomodo ualere poterit.*

NVNC uideamus cautelas, quas
multi conati ſunt adhibere, ut
per indirectum parentes filiis ſpu-
riis, uel alias illegitime natis, hære-
ditates uel aliquid relinquere poſsint,
ut habetur per Bartol. in l. ſi gener. ff.
de his quibus ut indig. & l. ſi is qui
duos. & ibi per Doctor. ff. de liber.
leg. & per Doctor. in l. in tempus. in
principio. ff. de hæredib. inſtit. & per
Bald. in l. j. C. pro ſocio. & pleniſsime
per excellentem Docto. domi. Lu-
douicū de Sardis de Ferraria, in quo
dam ſuo libello de na. lib. & aliis il-
legitime natis, ſeu de legitimationi-
bus, in ultima charta. & multas per
ordinem collegit Vbertus de Bob.
Et prima eſt, ſi uenientes ab inteſtato
promiſerunt ſpuriis non [illegible]
hæreditatem patris. C. de na. lib. l. j.
nam tunc ſpurius obtinebit hære-
ditatem ſecundum Vbertum. ſed cer
te hoc non procedit ſecundum præ-
fatum Ludo. quia ſi uenientes ab in-
teſtato non acceptarunt hæredita-
tem, applicatur fiſco, ut d. l. j. Aduer-
te tamen, aut illa hæreditas ex uo-
luntate & iudicio eſt penes ſpurium,
ſi tunc & uenientes ab inteſtato eam
non acceptant, applicatur fiſco. &
ita loquitur l. j. Aut ex uoluntate pa-
tris & iudicio nihil peruenit ad fi-
lium per ſe uel per interpoſitam per-
ſonam, tunc ſequentes hæredes uel
uenientes ab inteſtato poſſunt mor-
tuo patre relinquere, donare, uel uen
dere ſpurio[a]: quia hoc non reperi-
tur prohibitum, nec eſt præſumptio
fraudis, quia uidentur potuiſſe de
ſuo largiri. argumē. ff. de iure fiſci. l.
in fideicommiſſum. in fine. Et ita po-
teſt ſaluari quod dicit Vber. ſecundū
Ludo. præfatum. Ego de hoc allego
text. cū glo. no. in aut. quib. mod. na.
effi. ſui. §. fina. col. vj. Secunda cau
tela eſt, ut inſtituas ſpurium, & roges
eum ut alij reſtituat, & tunc ſi nollet
ſibi reſtitui, remanebit penes ſpuriū.
ff. de leg. ij. l. cum ei. & ff. ſi quis ali.
teſt. prohi. l. j. §. ſed & ſi legatum. ad
Trebel. l. cogi. §. qui ſolidum. ſecun
dum Vber. & de hoc habetur in l. an-
tequam. C. de fideicom. ſecundū do.
Ludo. de Sardis in dicto ſuo tract. in
fi. dicit quòd hoc non putat eſſe ue-
rum, quia talis hæreditas eſt pro nō
ſcripta. C. de hæredi. inſtit. l. j. & ideo
pertinet ad uenientes ab inteſtato,
ut ibi no. & in l. iij. ff. de his quæ pro
non ſcri. Sed tu dicas, quòd ſi ille cui
debet fieri reſtitutio per ſpurium,
non uult acceptare reſtitutionem i-
pſius ſpurij, & hoc cōſtat, & tunc re
manet apud ſpurium etiā legitima,
quia tunc ſpurius intelligitur habe-



re ab eo potius quàm à teſtatore. ar
gu. l. ſi nupta. §. fina. ff. de fun. do. &
ar. l. profectitia. §. ſi prius. coniuncta
glo. ibi. ff. de iure do. Aut renunciat
in fauorem uenientium ab inteſta. &
hoc conſtat, & tunc applicabitur il-
lis, & nō ſpurio, eadem ratione. Aut
ſumus in dubio cui debetur hæredi-
tas: & debetur uenietibus ab inteſta
to, ut no. in l. j. C. de hæredi. inſti. niſi
ex cōiunctione & amore perſonarū
aliud ſit dicendum, uidelicet ꝙ eſſet
amicus ſpurij, & non uenientium ab
inteſtato, uel eſſet maior amicus. ar.
l. ſed ſi plures. §. in arrogato. cum ibi
not. ff. de uulg. & pupil. & l. ſi ꝓprio.
§. procurator ut in cęteris. ff. de pro-
cur. cum ſimi. & hoc modo intelligas
cautelā præcedentē. Tertia caute
la eſt, ꝙ pater inſtituat regē Franco-
rum uel aliū ſimilem, & eius filios &
nepotes uſq; in infinitū ſub condi-
tione, ſi perſonaliter ueniat ad capiē
dam hæreditatē, uel ſub alia condi-
tione non uериſimiliter, & interim re
linquat ſpuriū & eius filios & nepo-
tes eius uſq; in infinitum, curatores,
gubernatores, & adminiſtratores di
ctæ hæreditatis, & ꝙ non poſsit ab
eis peti ratio adminiſtrationis, nec
cogi ad præſtandum fideiuſsionē, à
quibus redditione rationum & fide-
iuſsione eos liberet abſoluatq; ex-
preſſe: uel inſtituat ſpurium cū cape-
re poterit, quæ inſtitutio ualet, ut l.
in tempus. ff. de hæredi. inſtit. & in-
terim relinquat cū curatorem, ut ſu-
pra, & ſi capere non poterit, ſubſti-
tuat eius filios & nepotes. Sed certe
hæc cautela non prodeſt, quia noto-
rie fraus depræhenditur ex eo quod
eſt liberatus à redditione rationum,
& à præſtatione fideiuſſoria: nā præ-
ſumitur id feciſſe ſanguinis affectio-
ne, ut. ff. de liber. leg. l. Aurelianus.
§. Titius. & ſi illa prohibitione facta
non poſſet miniſtrare, ne ſub præ-
textu

a Vend. ſpur.
*An filius ſpurius poſsit emere bona patris, uide in l. j. §. ſi ne itaq;. ff. de na. libe. glo. & Do. Io. in l. qui teſtamentū. ff. de probat. & Bar. & Doct. in l. ſi is qui ex bonis. de uulg. & pup. an Spe. de ſucceſ. ab inteſt. uerſi. quid ſi pater.*

textu liciti cōmittatur illicitū. C. de ſac. ſan. eccl. l. ſub prætextu. Itē prohibetur adminiſtrare quocūq; colore ut hæres, & ſic iſta cautela non prodeſt ſecundum do. Ludo. præalleg. qui dicit, quòd ita uidit conſultum per Salycet. & collegium Bononienſe. Quarta cautela eſt, quòd pater inſtituat uxorem uel aliam perſonam, & eam roget quòd reſtituat pro anima ſua cui uolet, uel cui ſibi uidebitur: nam poterit illam reſtituere illi tertio, qui poteſt poſtea reſtituere ſpurio, & tunc filius obtinebit, uel obtinere poterit. ff. de legat. iij. l. pater filiam. §. quidem. ita dicit Bart. in l. fi. ff. de his quibus ut indig. tamē dicit hoc cōtinere aliquid fraudis. quapropter dicit præfatus do. Ludo, quòd aduertendum eſt, aut ille inſtitutus reſtituit ſpurio, & tunc præſumitur fraus, maxime ſi omnia bona relinquit, ut ff. de lega. j. l. Lucius. §. j. & ff. de his qui in frau. credi. l. omnes. §. Lucius. maxime poſt reſtitutionem factā ſpurio, quia eo reperto poſsidere bona patris, præſumitur fraus quaſi per interpoſitam perſonam. C. de na. lib. l. j. & iij. & in aut. quibus mod. na. effi. ſui uel alie. iur. §. & quoniam. qui enim rogatur reſtituere arbitrio boni uiri. ff. de fideicom. lib. l. fideicommiſſaria libertas. & glo. in cle. ſæpe. de uerb. ſigni. in uer. defenſionem. & per Barto. in extrauag. ad reprimendam. ſuper uerbo, uidebitur. ideo non poteſt eligere ſpurium, ut eſt glo. in l. cum quidam. de legatis ij. *nam ſpurius non 1 poteſt aliquid capere à defuncto, ut in aut. quibus mod. nat. effi. ſui. §. fi. ſed capiens ex iudicio hæredis rogati hoc modo, ſcilicet cui ſibi uidebitur, uidetur capere à defuncto, ac ſi nominatim in primo teſtamēto hæres relict⁹ eſſet. ar. l. unū ex familia. §. ſi de Falcidia. ff. de leg. ij. & idem dico de eadem ratione, ſi reſtituit tertio, cū hoc, quòd ille reſtituat cui ſibi uidebitur: & ille poſtea reſtituat ſpurio. & ita tenet Bart. in uno conſilio, quod incipit, Graſſo de Spoleto. Secus ſi reſtituat tertio abſolute, & ille poſtea tāquam rem ſuam donet, uel relinquat ſpurio, quod fieri poteſt ut dixi in præcedenti cautela huius materiæ. Quinta cautela poteſt eſſe, ꝙ ſi pater inſtituat aliquem, & illum rogat ut reſtituat ſpurio. nā tunc fideicomiſſum eſt pro non ſcripto: ideo remanet apud eum à quo relinquitur: ut ff. de iure fiſci. l. non intelligitur. in principio. & ſic ille hæres non tenetur reſtituere, tamen ſi uelit, poterit. inſtitu. de fideicommiſſ. hære. in principio. uidetur enim de ſuo largiri, & ſic ceſſat ſuſpitio fraudis. argu. ff. de iure fiſci. l. ita fidei hæres. & hoc quidā approbant. ſed dicit do. Lud. de Sar. ꝙ ſi uidetur in dubio præſumi quòd reſtituat non tanquā rem ſuā, ſed ut impleat uoluntatem defuncti, ut probatur inſtit. de fideicō. hære. in prin. niſi ex aliis cōiecturis appareat, quòd uoluerit de ſuo largiri, puta quia eſt talis perſona, cui ueriſimiliter donaſſet, quāuis non fuiſſet rogatus. & ipſe proteſtatur quòd nō uult de ſuo largiri. arg. ff. de proba. l. Procula. nō tamen ſufficeret ſola proteſtatio. arg. ff. de leg. iij. l. cum quis. § item. & de proba. l. qui tantū. Sexta cautela eſt, ſi pater inſtituat aliquē, & inſtitutus accōmodet tacitā fidem de reſtituēdo ſpurio: quia tūc poterit ſpurius deferre fiſco, & lucrabitur dimidiā hæreditatis, aliā dimidiā habebit fiſcus, ff. de iure fiſ. l. edicto. in prin. & §. ad hęredes. & l. ſenatus. §. ſenatus. ſecūdum Vber. de Bo. & ita uidetur uelle glo. in l. j. eod. titu. ſed dicit præfatus do. Lud. ꝙ nō arbitratur hoc indiſtinctè procedere. aut enim eſt natus ex



inceſto coitu, aut ex alio primo caſu, primo inſtituit ſuccedentes ab inteſtato, de quibus fit mentio in l. ſi quis inceſti. C. de inceſt. nup. & tunc habet locū quod dictū eſt: quia aufertur ab illo accōmodante tacitā fidem tanquā indigno, aut inſtituit alios quam illos, de quibus ibi habetur, & tūc quia nō habet teſtator cū eis teſtamēti factionē, non aufertur ab eis tāquā indignis, qa nō poſſunt eſſe hæredes, ut requiritur. ff. de iure fiſci. l. eius qui delatore. in fi. eſt ergo pro nō ſcripto, & ſic non applicatur fiſco: ſi nō applicatur fiſco, nō habet locū delatio, ut co. ti. l. ſi metallū. ſi uero ſit natus ex alio coitu, tunc habet locū quod dictū eſt ſupra, ſecundum Vber. ſed periculū teſtatorum eſt, ne ab alio pueniatur in defendēdo, puta ab ipſo hærede tacite rogato, uel ab alio: quia tūc ſpurius nihil haberet, ut habetur in l. j. in prin. eo. tit. & quāuis nō pueniatur, & tamē nō cōſulitur ei plene: quia tūc nō haberet niſi dimidiā. Septima cautela eſt, ꝙ ſi ſpurius cōtrahat ſocietatē omniū bonorū cū aliquo, & pater illi ſocio mutuet magnā pecuniæ quantitatē, & poſtea ei leget liberationē, tūc illa liberatio proſit illi ſpurio, quantum ad dimidiā illius quātitatis. ff. de lib. leg. l. ſi is qui duos. ſecūdū Vber. & Dyn. ibi. idē eſt dicendū, ſi illū ſociū hæredē inſtituat. nam tūc hæreditas acquiritur ſocietati. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatē uniuerſorum, & ſic ſpurius habebit dimidiā. & poteſt eſſe ratio: quia nec hæreditas nec liberatio relicta ſocio, qritur ſocio ipſo iure: ſed quæritur ſocio, & poſtea uenit communicāda tanquā ſit de bonis ſocij. probatur in d. l. ſocietate. & per glo. eo. ti. l. iij. §. cū ſpecialiter. Spurius ergo his caſib. nō capit de bonis teſtatoris, ſed de bonis ſocij, quod poteſt, ut eſt gl. in aut. quib. mo. nat. effi. ſui. §. fin. & hanc cautelam dicit Bar. eſſe bonam, niſi appareat fraus, ſecundū ea quæ no. Bart. & Docto. in l. ſi poſt contractū. ff. de do. & dicit do. Lud. quòd præſumet fraudē in dubio, maxime, quia non poteſt dici ꝙ ſocius donet de ſuo proprio, quia cogitur cōmunicare, ergo nō donat. ff. de re iudi. l. donari. ideo potius dicitur acquiri filio per interpoſitā perſonam, mediate iudicio teſtatoris, quod eſt prohibitū per prædicta, ideo iſta cautela nō uidetur eſſe tuta, ſecundū eū, ſed Bal. in l. j. in xiiij. q. C. pro ſocio. tenet indiſtinctè prædictā cautelam, & dicit eam eſſe bonā. Sed circa eam poſſet dici, ꝙ ſit cōſideranda perſona ſocij, an pater ſpurio reliqt: quia ſi erat amicus patris, cui ueriſimiliter eſſet etiam exiſtente ſocietate cū filio relicturus, & tunc indiſtinctè prædicta cautela ſit uera: quia ceſſat omnis ſuſpitio præſumptionis. arg. l. ſi plures. §. in arrogādo. ff. de uulg. & pupil. ſed ſi nulla affinitas, coniunctio, uel amicitia eſſet cū illo ſocio, tunc ego crederē dictam cautelā nō ſufficere, & tunc diceretur filius ſocio acquirere poti⁹ ab ipſo patre per interpoſitam perſonā, quam à ſocio iure ſuo uigore ſocietatis, per prædicta. Octaua cautela eſt, ꝙ pater inſtituat filiū ſpurium, cum capere poterit, quæ inſtitutio ualet. ff. de hęredi. inſti. l. in tempus. & eſt glo. in l. ſicut. ff. quibus mo. uſuſfru. amit. Nā tunc pendente cōditione, petit inſtitutionem & bonorū poſſeſsionē ſecundū tabul. l. ij. §. ſi ſub conditione. ff. de bono. poſ. ſecundum tabu. ſecūdum Bald. in l. fin. C. de his qui ſunt ſui uel alie. iur. qui dicit ſe ita multoties cō ſuluiſſe. ſed ſecundū do. Lud. tūc cōceditur ſecundū tab. inſtitutio, quādo poteſt ab inteſtato ſuccedere, ut dicitur ibi notabiliter, ut hic. Nona cautela eſt, quòd de iure canonico poſſ

*Societatē. Adde Alex. in l. iij. §. incerta. in ij. col. uerſi. extra gl. de acquir. poſſeſſio. Societas habet ius fraternitatis. l. uerum. in princip. & ibi Bart. in j. not. ff. pro ſocio. in Specu. de iudi. §. ſpecialia uero. ad ſi. & gl. in l. fina. C. de poſſ.*



co poſſ

co poſſunt relinqui alimẽta ſpuriis[a], extra de eo qui duxit in ma. quã pol. per adulte. c. cũ haberet. quòd relinquat pater filio ſuo unũ fundum pro alimẽtis, & poſt eius mortem ſpurij relinquat eius filiis & hæredibus illũ fundum, ſecundũ Bart. in l. fi. ff. de his quibus ut indignis. quod etiã eſt uerum, niſi excedat magnã quãntitatẽ reſpectu alimentorũ, ꝙ tũc pręſumetur fraus. Decima cautela eſt, ꝙ pater inſtituat aliquem & grauet eũ ut det ſpurio centum. ff. de iure fiſci. l. ſi ita ſi lex. ſecundũ Dynum. ſed Bart. dicit hoc eſſe contra textũ. l. quod conditiones. ff. de dona. cauſa mortis. nã illud non remanet apud ſpuriũ, ſed aufertur ab eo tanquam ab indigno, & applicatur fiſco, ut ff. de condi. & de. no. ſtra. l. hæres meus. ſecundum Bald. in l. ſocium qui eum. in apoſtil. ff. pro ſocio. & recitat Richar. de Malum. tenere cum Dyn. & reſpondet
2 *quòd quãuis ſpurius nõ poſsit aliquid habere ex re patris, tamen poteſt aliquid propter rem patris. ff. de pec. leg. l. eo tempore. in fi. ff. de ædil. edic. l. cum autem. §. item ſi legat. & de coniun. cum eman. lib. l. j. §. tunc uideamus. & C. de aduo. diuer. iudi. l. fori. & dicit do. Ludo. quòd hoc putat eſſe uerum: quia nõ reperitur expreſſe prohibitum: ergo uidetur conceſſum. l. nec non. §. ſed quod eis. ff. ex quibus cau. maio. & in c. inter corporalia. de trãſla. præla. & uide gloſ. in aut. qui. mo. na. effi. ſui. uel alie. iur. §. fi. Nec obſtat l. quod conditionis. quia ideo inſpicitur, an ſi quid ad eum peruenerit directe uel indirecte hic: aut de eo qui eſt incapax ratione delicti teſtatoris, ideo non inſpicitur an ad eum aliquid perueniat: ſed in materia teſtatoris ſufficit, quòd bona ſua ad ſpurium non perueniant, & hoc procedit, niſi manifeſta fraus appareat, ut quia hæreditas ualebat centum, & eum rogauit ut tantũdem redderet. & ita poteſt intelligi d. l. quod conditionis.

Vndecima cautela eſt, ſi habet pater amicum, de quo cõfidat, eum inſtituat, & nihil aliud dicat, ſcilicet expreſſe, ſed inter ipſum & eum roget ut filio reſtituat. nam tunc poterit ille reſtituere ſpurio, quia non poterit probari eum fuiſſe rogatum, nec etiam fraus præſumatur, quia non apparet quòd fuit rogatus tacite uel expreſſe, immo uidetur potius de ſuo largiri, nec eſt uerum, quòd ſi reperiantur bona patris poſsidere, præſumatur fraus, ut l. j. C. de natu. liber. quia illud non procedit, niſi oſtenderetur ipſum poſsidere interueniente iudicio uel uoluntate patris, & ita poteſt intelligi d. l. j. ſed certe ſecundum domi. Ludouic. hoc tendit ad interitum ſalutis æternæ, quia quamuis probari non poſsit, tamen eſt fraus, & tam rogans quàm rogatus teneretur in animam ſuam ad ſatisfaciendum uenientibus ab inteſtato, qui eis auferunt hæreditatem, quæ eis de iure debebatur, & ideo melius eſt ſecundum eum quòd inſtituat illum amicum ſuum, & nihil aliud dicat, & ille poterit ſpuriũ inſtituere, & hoc approbat Specu. in titu. de ſucceſ. ab inteſta. §. j. uer. ſed quid ſi pater. & eſt communis cautela ſecundum do. Ludouicum, qui dicit, quòd raro reperiuntur amici, qui reſtituant non rogati. Duodecima cautela eſt, quòd pater in teſtamento dicat, qualiter eſt contentus quòd filius ſuus etiam poſt mortem ſuam poſsit legitimari. nã tunc propter conſenſum patris etiam eo mortuo, filius poterit legitimari, & patri ſuccedere etiam extantibus aliis liberis, ut not. Bartol. & etiam Doctor. ibi, in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liberis & poſthumis. & poſtea dicat, & ego inſtituo filium meum ſpurium in toto uel in parte, prout uoluerit, cum capere poterit.
3 * nam talis ſubſtitutio facta ſub tali conditione, ualet: ut eſt caſus in l. in tempus. in prin. ff. de hæredi. inſti. & hoc modo ualebit inſtitutio. & filius etiã poſt mortem patris poteſt ſe facere legitimari, & ſuccedere: & iſta eſt optima & tutiſsima cautela pro illis qui habent filios uel coniunctos rebelles, quos uellent hæredes inſtituere, ne fiſcus ſuccedat: dicunt enim, inſtituo talem, ſi & quando peruenerit ad gratiam domini: quod bene nota.

*a Spuriis. Adde Ant. Roſel. in arbo. conſang. vij. col.*



Cautela ad excuſandum mandãtem committi delictũ, quod mandatarius dicat ſe commiſiſſe delictum exequendo mãdatum. XXXIX.

1 *Confeſsio matrimonij ficta a delicto non excuſat.*

VIDIMVS quamplures caſus, in quibus quis poteſt liberari à morte: hic adde unum alium. Nam ſi quis mandauit[a] Titio ut interficeret Gaium, & interfecit: ſi Titius dicat quòd hoc non fecit exequendo mandatum, ſed motu proprio: quia erat ſuus principalis & capitalis inimicus. nam ei credendum ſit in excuſatione mandantis. & multi Doctores mouerunt hanc quæſtionem, extrà de homici. ad audientiam. & clare nõ reſponderunt. Tu dic, quòd eſt recurrendum ad coniecturas, & in dubio præſumitur contra mandatarium: ut l. ſæpe. ff. de uerborum ſigni. nec eſt bonum teſtimonium delinquentis: ut l. fin. de accu. Glo. tamen dicit in ſi
1 mili caſu,* quòd ſi quis depræhendatur cum aliquibus, & confiteatur quòd prius contraxerant matrimonium adinuicem, & ſe excuſant: ut eſt gloſſ. in l. pe. C. de fideiuſ. Sed in hoc credo, quòd inſpiciantur coniecturæ: & quia ficta matrimonij confeſſio non excuſaret. argu. ff. de dona. l. donationes in cõcubinam. in prin. ita no. dicit Bald. in c. j. §. in reuert. in v. col. ti. de pace iur. fir. in uſi. feud. Ex quo ſumas cautelam, quod ſi aliquis accuſatur, quòd mandauerat homicidium committi, ſi committens erat inimicus capitalis occiſi, ita quòd uerſimiliter eũ occidiſſet propter ſuam inimicitiã, quòd ipſe examinetur & deponat, ſi uerũ eſt quòd ipſum interfecit, non propter mandatum, ſed propter inimicitiam propriam, & mandans liberabitur: quod bene nota.

Cautela in fauorem illius, qui mandato alterius occidit alterum, quod mitigetur eius pœna. XL.

1 *Damnatus in metallum mori ciuiliter dicitur.*

NOTA quòd licet mandatum in delictis non excuſat in totum, tamen mitigare facit pœnam: quia ſi quis ex mandato domini aliquem in
1 terfecit, damnatur in metallum,* & morti ciuili traditur, ubi ſine mandato morti naturali traderetur: ut eſt caſus in l. ſeruus. C. ad legem Iuliam. de ui. facit l. Gracchus. c. de adu. quod nota propter eum qui mandato tyranni aliquem occidit. nam licet non excuſetur, pœna tamen mitigabitur: quia morti naturali non traderur ſecundum Bartol. & Salyc. in dict. l. ſeruos. quod nota, ut ſcias adiuuare illos, qui interficiunt homines de mandato dominorum ſuorum.

*a Mãda. &c. Mandans delictũ poteſt reuocare mãdatũ: ſed debet intimare reuocatione mãdati, & cõtra quem mãdauit, ut ſibi caueat talis, aliàs tenet, ſecundũ Bald. in l. mand. tũ. ad ſi. C. madu. & Inn. in c. ad audiẽtiam. de homicidio.*

Cautela ad compromittendum uel tranſigendum ſuper rebus deciſis per ſententiam.

XLI.

1 *Iuramentum ſeruari debet, ſi poſsit ſine interitu ſalutis æternæ.*

a Interr. teſt. *Interrogationes teſtiũ quomodo fiãt. gl. ord. i* [illegible] *ſuper interrogatorijs. uer. habita ergo. & ibi Bal. in add. uer. interrogatorũ. et Io. An. i d. c. preſentiũ. pe. col. in nouel. la. & plene per Abb. i c. cũ cauſam. de teſt. In terrogatio fieri poteſt hoc modo: uidelicet ſi nõ credit de tãto, dicat de quãto. Balã l. ſi. v. col. C. de fideiu.*

POTEST adhiberi modus & cautela tranſigendi, & faciendi compromiſſo ſuper rebus iudicatis: & ſic ſuper rebus deciſis, hoc modo, ſcilicet ſi dicatur in compromiſſo uel in tranſactione, quòd ſit cõpromiſſum uel tranſactio de omnibus præſentibus, & quæ in futurũ fieri poſſent: intelligitur ſuper omni eo, ſup quo fuit arbitratum uel tranſact. nam hoc modo faciendo, compromiſſum uel trãſactio ualebit ſuper rebus deciſis. & ita no. Ange. in l. j. ff. de tranſa. l. nam hi, §. ſed cum licet. eod. titul. niſi lex prohibeat fieri tranſactionem. nam tunc nihil operabitur fugere lites: ut in d. §. ſed cum licet. & ibi de hoc nota. Angel. & de hoc etiam dic, ut ibi per Doctor. & in c. expoſita. de arbi.

Secundo modo poteſt fieri compromiſſum ſuper re deciſa in tranſactione, ſi cõpromittentes uel exigentes iurent ſtare omni eo, quod tranſactum uel arbitratum fuerit per arbitratores, ſecundum Barto. & Docto. no. in l. ſi quis maior. C. de tranſa.[b] & 1 hoc operatur uirtus iuramenti, quod debet ſeruari, ſi poſſit ſine interitu ſalutis æternæ: ut in c. cum contingat. de iureiur.

Cautela pro coniunctis in actu carnali illicito, ſi uolunt euitare iudicis condemnationem. XLII.

1 *Iuramentum quo caſu delicti pœnam euitare poſſit.*

ALIQVANDO contingit quòd duo, ſcilicet maſculus & fœmina coniungantur in actu carnali, qui non erant coniuges, ſed eſſe poſſunt, & accuſantur: uel iudex procedit contra ipſos. cautela eſt, ſi uolunt euitare condemnationem, *quòd iu- 1 rent quòd ante coitum clam contraxerunt, & propter hoc euitabunt cõdemnationem: ut eſt gloſſ. nota. in l. pé. C. de fideiuſſo. & ibi per Doctores. & per Baldum in l. unica. C. de confeſ.

Cautela quomodo debeat interrogari teſtis[a]. XLIII.

2 *Teſtis deponens per uerbum credo, regulariter non probat.*

3 *Teſtium interrogationes ſolent fieri ad illius inſtantiam, contra quem teſtes examinantur.*

TV SCIS, *quòd qui deponit per uerbum credo, licet regulariter non probet, ut habetur in c. cum cauſam. de teſti. & l. teſtium. eodem titul. tamen ſi teſtis concludit rationem contingentem neceſſario probat: unde teſtis interrogatus ſuper mutuo, dixit credo quòd mutuauit: quomodo ſcis? reſpõdit quia præſens fui, & uidi numerare: ualet eius dictum: quia attenditur ratio quæ limitat dictum: ut l. eius dictum ff. de pact. & habetur in l. eius ſolutio C. de teſti. & ita tenet Bald. in l. conuenticulam. C. de epiſcop. & cle. & per l. data opera. C. qui accuſa. non poſ. Et ideo tu qui es examinator teſtis pro amico, & uides teſtem productum per partem aduerſam, & interrogatur per collegam tuum etiam examinatorem tuum, ſi teſtis deponat per uerbum, credo, quòd examinator contra quem teſtis producitur, dicit non curo quòd fiat alia examinatio: quia ſatis bene deponit. nam tale teſtimonium non ualebit: quia deponit ſolummodo de credulitate: & ideo ſi informatus, quando producuntur interrogatoria tua, ut dicas in rubrica interrogationum, ſi teſtes examinati dicant ſe in his ſcire, uel credere ita eſſe ut in capitulis continetur, ſi non fiant aliæ interrogationes ſeu non hoc casu interrogentur ulterius, tamen hoc teſtis non debebitur interrogari teſtis qui depoſuit ſe ita credere: *quia interrogationes ſolent fieri ad inſtantiam illius, contra quem teſtes examinantur



habetur in d. c. cum cauſam. & in c. per tuas. de teſtib. quod bene nota.

Cautela quomodo ab executione, nec à pronũciatione de exequendo non poſsit appellari, & quando poſsit. XLIIII.

1 *Exceptio ſuper executione oppoſita audiri debet.*

2 *Iudex reijciendo exceptionẽ, quam recipere non debet, modum excedit.*

NOTA quòd licet ab executione ſententiæ quæ eſt facti, non poſsit appellari, ut in l. ab executore. in princ. ff. de appell. & in l. ab executione. C. quando appell. non re. & ij. q. vj. §. ſunt quorum. uerſic. ab executione. & habetur in c. nouit. extra de appe. tamen à pronunciatione de exequendo, poteſt appellari: ut eſt glo. in d. l. ab executore. in princip. & ibi no. per Doct. & ideo ſumitur in practica cautela, quod quando ſentẽtia eſt lata pro te, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quòd realiter eam exequi facias ſine aliqua pronuntiatione, hoc modo, uidelicet quia iudex dicat, quòd exequendo ſententiam concedat uiatori familiã, & miniſtros ſuos ad capiendum debitorem & pignora, uel ad mittendum uincentem in poſſeſſionem, ita dicit Ang. de Peruſio ſe multis uicibus procuraſſe, in d. l. ab executore: quia tunc ſecundum omnes non poterit appellari. & idem etiam tenet dom. Ange. de Are. in d. l. ab executore. in princip. quod nota.

Regulare eſt, quòd ab executione ſententiæ non poteſt appellari: ut dixi in præcedenti cautela. *Quæritur nunquid ſit aliqua cautela, propter quam poſsit appellari, quando iudex eſt cautus, quia non uult pronuntiare ſimpliciter, exequatur ſententiam, ut dictum eſt in cautela præcedenti: dicas quòd ſic. nam tu qui es aduocatus rei, & uis appellare, debes appellare tuam exceptionem: & ſi ea non obſtante exequitur, poteris ex hoc capite appellare: quia iudex debuit audire exceptionem in executione, & ea non obſtante pronuntiare ſententiam exequendam eſſe, alias diceretur excedere modũ. & ſic poſſes appellare per dictã l. ab executore. imo dico plus ſecundum Angel. in dicta leg. ab executore. quòd ſi ex forma ſtatuti non poſsit appellari ab executione, non poſsit appellari à pronuntiatione ab exequendo, ut eſt Peruſij. cautela eſt, quòd tu aduocatus rei ſi uis appellare, opponas ſecundum Angelum. in dicta l. ab executore. aliquam exceptionem ad impediendum executionem. & ſi iudex pronuntiabit ſententiam, uel inſtrumentum exequendum, appellabitur ex hoc capite: quia reijciendo tuas exceptiones, modum excedit in exequendo. 2 *Nam iudex reijciendo exceptionem quam non debet reijcere, modum excedit: ut dicit gloſſ. in dicta l. ab executore. in uerbo, excedat. & ideo hoc caſu, non eſt prohibita appellatio ab exceſſu: ut dicta l. ab executore. & dixi in præcedenti cautela. quod ſingulariter no.

Cautela ad inſtruendum iudicem contra appellantem friuole, cauſa differendi iudicium. XLV.

1 *Iudex ſimplex admonitio, uim peremptorij habet, & iuſſum in uera contumacia conſtitutum ideo quòd poſtea, ſi comparuerit, appellare non poterit.*

SI uis illaqueare appellantem cauſa differendi iudiciũ, tu iudex poteris uti multis cautelis. Et prima cautela eſt, quòd ſi appellãs comparet in ſtatermino, & petat apoſtolos in debita

debita forma, reſpondeas & dicas: ego nō poſſum nunc tibi tradere, uenias die ultima termini, in tali hora, puta decimaoctaua, nam tunc ſi non uenit, & nō comparet appellans illa hora, coram dicto iudice à quo pro dictis apoſtolis, appellatio manet deſerta [a]: nec excuſabitur ſi ante comparuerit, ſiue poſt, ut in clemen. quāuis. de appell. & ita dicit do. Matthe. de Mathe. in ſuis ſingu. notabi. in nota. xxij. quod incipit, nota practicā, qua uti poteſt iudex. Secunda cautela eſt, quòd iudex aſsignet ſibi appellanti terminum competentem, infra quem appellans iter arripiat cauſa proſequendæ appellationis, nam ſi eo lapſo, non incœpit iter arripere, appellatio erit deſerta: ut eſt caſus in c. peruenit. ij. de appell. & in c. cum cauſa. de re iudi. & ibi no. per Docto. in c. perſonas. & in c. ex inſinuatione. de appel. & uide not. per do. Matthe. in d. xxij. no. & idem etiam not. per omnes Doct. legiſtas in l. præſes. C. de appella. Tertia cautela eſt, quòd iudex à quo, aſsignet certum terminum non competentem, infra quem appellans ſe tenetur præſentare iudici ad quem: quod ſi non fecerit, appellatio erit deſerta: ut eſt caſus in c. perſonas. de appel. & ibi not. per Docto. & in d. c. ex inſinuatione. eod. titul. & d. l. præſes. C. de appella.

*a Deſerta. Appellatio deſerta cenſetur p lapſum termini dati ad ſe pṡentādum corā iudice ad quē. l. ij. §. fin. C. de tēpo. appe. Bal. & Docto. in l. pſes. in uer. poſ ne iudex à quo. C. de app. c. ſæpe. eod. ti. Itē ſi apoſtoli infra terminum non petantur. Bar. in l. j. in uer. q̄ro qd ſi iudex. ff. de lib. dimi.*

Quarta cautela eſt, quòd iudex à quo eſt appellatum, aſsignet & figat terminum appellanti, infra quem pręſentet apoſtolos iudici ad quē: quod ſi non fecerit, appellatio deſerta habebitur: ut probatur per text. & glo. & ibi habetur per Doctor. in l. præſes. C. de appel. & ita etiam tenet do. Matthe. de Mat. in ſuo notabili xxij.

Quinta cautela eſt, quòd iudex à quo, aſsignet certum terminum, infra quem appellans debeat facere fidem iudici à quo: quia ſe præſentauerit coram iudice ad quem, infra terminum ſibi ſtatutum, ut dictum eſt in præcedentibus cautelis: quod ſi appellans non fecerit, ſecundum communem & ueram opinionem Doct. appellatio non erit deſerta: quia non reperitur iure cautum: ſed tamen iſta aſsignatio termini habebit iſtū effectum, quòd iudex à quo, poterit ſententiam ſuam exequi, nec unquā retractabitur executio, niſi demum lata ſententia in cauſa appellationis, ſi iudicatum fuerit, bene appellatum, & male iudicatum. ita ſingulariter dicit Fede. de Senis in conſilio ſuo xxij. quod omnino uide. & idem tenent Docto. in d. c. perſonas. & in c. ex inſinuatione. de appe. & idem tenet do. Ludo. de Ro. in cxlj. ſingulari. quod perpetuo nota. Sexta cautela eſt, quòd per iudicem à quo, præfigatur certus terminus competens ad proſequendum appellationem, quo elapſo, ſi non fuerit proſecuta, rata manet ſententia: & iudex à quo, poterit eam executioni mandare, nec retractare poteſt: ut eſt caſus in c. cum ſit Romana. extra de appell. & habetur in c. cum cauſam. de re iudi. & c. ex inſinuatione. de appel. & in l. præſes. C. eo. ti. per do. Ludo. de Ro. in clxv. ſingulari. & per do. Matthe. de Mat. in xxij. notabili. & intellige proſecutionem appellationis finiendæ: quia talis terminus non poteſt aſsignari per iudicem à quo. & in d. c. ex inſinuatione. & nota. gloſſ. ordin. in d. c. cum ſit Romana. ſed intellige de termino appellationis proſequendæ, uel inchoandæ: ut eſt caſus, qui ita debet intelligi in d. c. cum ſit Romana. & in d. c. cum cauſa. & intellige omnes prædictas cautelas, quando iudex à quo detulit appellationi, alias autem ſi non detuliſſet, ſed incœpiſſet procedere poſt appellationem interpoſitam, non poſſet aſsignare aliquem



quem de prædictis terminis: ut ſingulariter nota. Innocen. in c. fina. extra de accuſat. & dominus Ludo. de Roſa. in clxv. ſingulari. & habetur in d. c. cum ſit Romana. per Doctores.

Septima cautela eſt, quòd ille qui credit habere ſententiam pro ſe, faciat quòd iudex admoneat partem, ut compareat in tali termino ad audiendum ſententiam, quia ſi non cōparebit in termino, & fertur ſententia, ille admonitus per iudicem non
1 poterit appellare. * Et eſt ratio, quia ſimplex admonitio iudicis, habet uim peremptorij, & conſtituit iuſſum in uera contumacia, adeo quòd non poterit poſtea appellare, ſi comparuerit: ut eſt glo. ualde no. in l. ij. C. quomodo & quando iu. quæ ita uult per illum textum. & ibi hoc not. ſingulariter Angel. quod perpetuo tenementi.

## Cautela, quod ualet pręſcriptio cum mala fide. XLVI.

1 *Poſſeſſor malæ fidei, nullo tempore præſcribit.*

1 VIDIMVS * in c. fi. de præſcri. quòd poſſeſſor malæ fidei, nullo tempore præſcribit. & iſtud debet obſeruari etiam in foro ciuili, ſecundum ueram opi. ut ibi dixi. ſed cautela eſt ſecundum Bal. ad hoc ut aliquis laicus poſsit præſcribere, etiam cum mala fide, & quòd omnes pręſcriptiones ſint licitæ, quòd fiat ſtatutum in ciuitate generale, quòd omnia ſtatuta loquentia de præſcriptionibus, habeant uim contractus, & conſenſus utriuſque partis: ibi non poteſt dici, quòd proprie ſit mala fides. ff. de re iudi. l. non fraudantis. facit l. cum donationis. C. de tranſact. & probabiliter anima ſaluatur, & uoluntas ciuiū, & bonum publicum obſeruatur. & hoc conſilium eſt de ingenio meo. ita dicit Bald. in d. c. fi. de præſcrip. ibi uide.

## Cautela ad hoc, quod priuilegium [a] non intelligatur reuocatum per legem generalem illius, qui illud ante cōceſsit, ſcilicet quod annectatur & incorporetur ſtatutis. XLVII.

1 *Priuilegium principis ſtatutis additū, quam efficaciam habeat.*

DOMINI & principes ſæpenumero concedunt priuilegia immunitatis, & exemptionis alicui benemerito de re publica, & proceſſu temporis, per legem generalem caſſant & annullāt omnia priuilegia exemptionis per eos conceſſa. Cautela eſt, quòd non poſsit reuocari, uidelicet quòd faciat inſeri in libello ſtatutorum ciuitatis, quando ei conceditur hoc priuilegium, & hoc debet inſeri, quando reformantur ſtatuta, uel
1 ſi non reformantur, dicetur: * & hoc priuilegium addatur ſtatutis noſtris, & pro ſtatuto etiam intelligatur: nā hoc caſu, quandocunq; dominus uel princeps caſſaret omnia priuilegia, tamen nunquam de iſto intelligatur in ſtatutis inſerto: niſi de eo fieret expreſſa mentio. iſtud probatur p gl. in aut. qua in pḟuincia. C. ubi de cri. agi opo. & ibi hoc tenet do. Pau. de Caſ.

*a Priuilegiū. Priuilegiū ſpeciale non cēſet reuocatū p generalē reuocatione priuilegiorū. glo. ſing. in l. decurionib⁹. C. de ſilenti. li. xij. et ſetit Bal. in l. nō plures. de ſac. ſa. eccle. & in l. j C. de Iuſti. C. cōſi. et ī aute. habita. in ca. ne fil. pro patre. et in l. v. j. col. ff. de cōſti. prin. & Andr. Bar. cōſil. ſcripſit. vij. col. q̄d eſt cōſiliū ciiij. Alexa. iij. parte. et And. Barba. in cōſi. ul. in d. iiij. parte, ad fin.*

## Cautela ad hoc, ut quis ſemper teneatur de caſu fortuito. XLVIII.

1 *Conductor ſimplex regulariter, quo tēpore penſionem ſoluere non teneatur.*

1 REGVLA * eſt, quòd ſimplex conductor non tenetur tēpore guerræ ſoluere penſionem, ſed non poteſt recipere fructus: ut l. itē quæritur. §. exercitu. ff. loca. idē, quādo nō poteſt recipere propter aliquā tempeſtatē, l. ſi merces. §. uis maior. eo. ti. & l. ex cōducto. §. j. Idē, quando ex alia cauſa ſimili percipere nō poteſt, puta propter ſterilitatē: ut l. ſi uni. in prin. eod. ti. & in c. propter ſterilitatem. in princ. extra de loca. ſed de liuellario

dubium

dubium eſt,ſed ueritas eſt,quòd non tenetur:ut not.in l.j.C.de iure emph. per Doc.& in d.c.propter ſterilitatē. Sed cautela eſt, quòd ſine dubio in omnibus prædictis caſibus teneatur indiſtinctè tam conductor, quàm liuellarius ad ſoluendum penſionem, ſi inſtrumento locationis renunciatū eſt per conductorem, uel liuellariū, ſeu emphyteotam exceptione doli mali condictione,ſine cauſa etiam in ſta,& cum conſilio, quo conductor uel liuellarius ſe tueri poſſet à præſtatione penſionis: nā tunc tenetur ad ſolutionem mercedis, etiam ſi guerra ſuperueniat poſt locationem. ſecundum Alber. de Roſa. qui dicit ſe obtinuiſſe coram collegio Pergameſi:ut ipſe no.in l.item quæritur. §.exercitu. ff. loc. & ita dicit in Lombardia obſeruari:quod nota bene.

## Cautela quando inſtātia perit[a], quod reiterentur omnes termini. XLIX.

1 *Inſtātia cauſæ principalis,de iure canonico nunquam perit:ſecus tamen de iure ciuili.*

1 LICET* de iure canonico, inſtātia cauſæ principalis nūquā pereat,ut in c.pe.extrà de iudi.tamen de iure ciuili, in caſibus ciuilibus perit triennio,in criminalibus biennio,ita quòd nec de cōſenſu partium poteſt prorogari:ut eſt caſus in l.properandum.in prin.& ibi no.C.de iudi.intātum, quòd perempta inſtantia, pereunt omnia acta uſq; ad litem conteſtatam,& multa quæ fiunt poſt litem conteſtatā:ut habetur plene per Bar. in l.cum lite mortua.ff. iudica.ſol. & no.in l.properandum. in princ.& ſic eſt neceſſe de nouo incipere proceſſum.ut in dictis iuribus habetur.Sed tu adde hanc cautelam[b], quòd partes ſibi promittant adinuicem per ſolennem ſtipulationem, & etiam per iuramentum: quòd ſi triennium labe retur antequam cauſa expediatur, quòd unico contextu, actor & reus teneantur producere libellum,& reſponſiones, & replicationes, & omnia acta ſigillatim de nouo: ſecundum l.quæ nam.cum ibi no.per gloſ. Bar.& Doct.ff.de procurato.nā tunc licet inſtantia dicatur perempta iure, nullus tamen in expenſis condemnabitur, ſed proceditur in iudicio de nouo:& ſi dicatur, cautela non prouidet,ut inſtantia non pereat: iſtud eſt fatendum, tamen prouidet ſecundum intentionem partium, ſcilicet propter expenſas, & ne de nouo habeant facere ſingula acta de tempore ad tempus, ſicut facta fuerunt in prima inſtantia: quod bene not.quia ita ſæpe practicaui.

a Inſtantia. *Perit quatuor modu, ſcilicet, lapſu tēporis. Item ſi abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij ante terminum. Item per renuntiationē lit. Itē ſi remittantur. Bal. in mar.uer.inſtātia.uerſi.q.*

b Adde hanc cautelam. *Inſtātia ſi pereat cautela eſt,q de nouo agatur,et omnia acta uno ictu repetantur. Bart.in l. properandū in prin.C.de iud.*

## Cautela quod non reſpondens poſitionibus,nō habetur pro confeſſo. L.

1 *Poſitionibus non reſpondens, regulariter pro confeſſo habetur,licet ſententia requiratur.*

2 *Quæſtio generalis eſt illa, quæ omnia capitula complectitur.*

1 ILLE QVI* non reſpondet poſitionibus, regulariter habetur pro confeſſo:tamen requiritur ſententia ſuper hoc.ut in c.ij.de confeſſ.lib.vi. & l.ij.§.quòd ſi actor. C. de iur. calum. Aliquis non reſpondet poſitionibus,eſt ne aliqua cautela, quòd ipſe non ſuccumbat? Dicas, quòd quidā aduocatus adhibuit hanc cautelam,cum clientulus ſuus debebat haberi pro confeſſo: quia non reſpondit poſitionibus: nam fecit cauſam committi conſilio ſapientis ſub hac forma, quæ eſſent partes iudicis in diffiniendo: & quia non erat pronuntiatum, quod poſitiones haberentur pro confeſſatis, non potuit conſultor conſulere ſuper eius poſitionibus tanquam confeſſatis: & ſic ſtetit actor abſque probatione ex forma commiſsionis, cum nihil nocuerit eum reſpondiſſe. & ideo tu aduocate partis alterius eſto cautus, ne clientulus circumueniatur in forma puncti, quando tranſmittitur ad conſulendum: dicas ergo, iudex commiſit, quid iuris, nunquid diffiniendum exagitatur? ita dicit Bartol.nota.in c. unico.in fin. de litis conteſta. & eſt ratio: quia quando punctatur cauſa diffinienda, intelligitur de diffinitiua.argumen. l. pe.§.biduum. cum gloſſ. ff. quando appellan.ſit. unde cum uigore commiſsionis,debeat conſultor iudicare tantum ſuper cauſa principali, & ſic diffinitiue, & non ſuper interlocutoria:ſequitur quòd cum ſit pronuntiatum interlocutorie, poſitiones haberi pro confeſſatis: quòd nec iſte cui eſt cauſa commiſſa, iudicare uel conſulere poterit. ſed cum cauſa committitur, quid iuris? intelli-
2 gitur eſſe commiſſum,ut ſuper omnibus conſilium. * Nam quæſtio generalis eſt omnia capitula complectens: ut l.eius qui in prouincia. ff. ſi certum pet.unde ſi committitur alicui quæſtio conſulenda, per iſtum modum quid iuris? niſi ſuper omnibus conſilium reddatur, non uidetur conſilium reddidiſſe.argumēt.ff. de arbitr.l.quid tamen.ut dicit nota. Bald.in c.j.in titu.de controuer. inueſti.in uſi.feud.& not. per Angel.in l.quærebatur. in principi. de teſtam. ff. & l. ſi fundum ſub conditione. §.Stichum Sempronio.de leg. j. dixi in repeti. c. j. de feudis cog. & ideo quando in caſu propoſito committitur decidenda uel conſulēda, quid iuris? intelligitur, ut ſuper omnibus articulis pronuntiet uel conſulat: & ſic cum reperiat partem fuiſſe in reſpondendo poſitionibus, debet ſuper hoc conſulere ſuper cauſa principali,& ſic illum habeat pro cōfeſſo



condemnando: quod bene nota.ut ſcias practicare, quia erit utilis tam pro actore,quàm pro reo.

## Cautela ad l.pleriq;.de in ius uocan.ut inuitus poſsit quis extrahi de domo. LI.

1 *Domo nemo inuitus extrahi poteſt.*

2 *Domo pro criminalibus quis extrahi poteſt.*

3 *Citatus per ſe,uel procuratorem comparere poteſt.*

1 REGVLA eſt, *quòd nemo inuitus trahi de domo poteſt,quia domus cuiq; tutiſsimum refugiū eſt: ut eſt dictum in l.plerique. cum ſeq. ff. de in ius uoca. & in l.nemo. de regul. iur. Sed cautela eſt, quòd iudex præceptum faciat debitori meo, quia ſtat in domo, uel non uult exire, quòd compareat coram ipſo ſub pœna quinque uel ſex librarum applicanda fiſco:nam ſi compareat, poterit capi[a] extra domum, ſi noluerit comparere, iudex condemnet illum in illa pœna fiſco applicanda: quam pœnam ſi non ſoluet, poſſet
2 capi etiam in domo: * quia pro criminalibus quis poſſet capi, & extrahi de domo.l. nemo carcerem. C. de exact. tribu.libr. x. nam condemnatus fiſco,propter contemptum mandati, dicitur condemnari criminaliter:iuxta ea quæ habentur in l. iiij. ff.de ſepul. uio. Item condemnatus etiam ſimpliciter poteſt incarcerari, & quia eſt condemnatus fiſco,poteſt extrahi de domo, & quando erit ibi poſitus in carcere, poterit ibi pro debito alio condemnari: ſecundum ea quæ habentur per Bartol.in l.ij.de cuſtod. reo.& in ſua diſputatione quæ incipit,Lepus captus.& iſtam cautelam ponit Bartol. in effectu in l. ſacrilegij. §.fin. ff. ad l. Iuliam. pecu.

Sed circa prædictā cautelā poteſt

a Poter.capi. *Captura debitoris regulariter fieri pot,niſi ſit firmma, uel in domo, ſed pręcedēte citatiōe. Bar.in l.cōſentaneū.iij. colū. C. quomodo et quādo.ī uerſ.cōtra hoc opp. de le.j. Captura ī propria domo debitoris p debito ciuili, non ualet. l. plerique.ff.de in ius uo. Debitor in domo ppria in qua non habitat,capi poteſt. Bar.in l.nec in ea.ff. de adult. Doc. moder.in l.pleriq;. Itē in horto,adquē nō ſit aditus à domo habitationis.arg.l.pdij. de le.iu.et l.oli. pe col.ff.de ſer. urb. pdio. Itē ī apotheca.Do. & Pau.de Ca. in d. l. pleriq;. ubi Car.et Bu. tenet cōtra Barto. & Abb.ibī diſtinguit, et refert opinio.Bar to.fuiſſe Hoſti. & uide Abb.ī c.quod clericis. de fo.compe. in pe.col.*

duplex remedium adhibere. Primum eſt, quòd ſi eſt citatus, mittat procuratorem, uel nuntiũ: 3 *quia quã do quis eſt citatus, poteſt regulariter comparere per ſe, uel per procuratorẽ. iuxta no. in l. ſi. C. de procur. * Aliud remedium eſt, quòd ſi nullo modo compareat, quòd ipſe potius ſoluat cõdemnationẽ uel mulctã, quàm quòd patiatur ſe detineri: ut habetur per Old. in l. iij. §. prætor. ff. de dam. infec. Sed contra primum remedium poſſet adhiberi cautela per iudicem, uidelicet quòd citet eũ, ut perſonaliter cõpareat, & per procuratorẽ: quia uult loqui ſecũ, &c. nã hoc caſu mittẽdo procuratorẽ, nõ excuſaretur. facit quod habetur in c. cũ dilecta. in uer. perſonaliter. extrà de reſcri. & in c. ſi. §. is autem, extrà de offici. deleg.

## Cautela quod ex delicto patris, filius non priuetur ſucceſsione. LII.

1 *Filius delicto patris aliquãdo ſucceſſione priuatur, non tamen agnatus.*

1 PROPTER * delictum patris, etiam aliquãdo priuatur filius ſua ſucceſſione, & non agnatus. de quo habetur in l. adoptiuum. ff. de in ius uoc. & in l. ij. C. de libe. & eorum lib. & in c. pe. ſi uaſal. feud. priue. cui deferatur. ſed circa hoc hodie poteſt adhiberi cautela, quando proprietas ſpectat ad filiũ, & ad patrem uſuſfructus, quòd pater renũtiet uſufructui. dicit Angel. in d. l. adoptiuum, quòd hoc remediũ prouenit in quodã patre, qui calore iracundiæ occidit filiũ habẽtem patrimonium maternũ, unde ei non poterat ſuccedere: & ſimiliter filij eius uidebantur excluſi à ſucceſsione, ne patri acquirant: unde alij attinentes ex latere materno dicebant hæreditatem ad ſe ſpectare: pater renuntiauit uſufructui, & alij fratres obtinuerunt.

## Cautela ad hoc quod quis non teneatur de falſo, quando falſis inſtrumentis uel teſtibus fuit uſus. LIII.

1 *Atteſtationibus publicatis partibus quibus interrogationes fieri ſolent.*
2 *Reſponſum petitioni ſeu reſponſioni cõforme eſſe debet.*
3 *Paria ſunt non reſpondere, uel clare nõ reſpondere.*
4 *Dominus ſi ratum habere promittat quicquid erit legitime per procuratorem factum, ratihabitio non tenet.*

COMMVNITER * in cauſis publicatis atteſtationibus, ſolent fieri interrogationes partibus, ſi uolunt uti literis & atteſtationibus, & inſtrumentis bonis, ueris, legalibus & legitimis: ad hoc ut ſi dixerint quòd ſic, & reperiatur falſitas, puniri poſſint de falſo, & cauſam amittant: non quia falſum fecerunt, ſed quia falſo uſi ſunt. ſed pone quòd quis produxit inſtrumentum bona fide quod credebat eſſe uerum, poſtea peruenit ad eius notitiam quod eſt falſum, uel ſic erit examinare teſtes ſuos, quos cognouit publicatis atteſtationibus falſum dixiſſe: quæ cautela eſt, quòd producens non teneatur de falſo pro uſu dictorum teſtium, ſecundum Bald. no. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtrum. quòd ſi aut interrogatur pars producens, ſi uult uti atteſtationibus, & inſtrumento probationis pro bonis legalibus, aut non interrogatur, & non poſſit, quia illud non eſt uti, ſed uſum eſſe, quando aderat bona fides: ſed ſi interrogatur, dixi cautela eſt, quòd reſpondeat: ita quòd non poſſit colligi ex uerbis, quòd reputet illud inſtrumentũ uel teſtes falſos: quia eſſet diffamare ſe & alium, & ponere ſe & illud in periculum: nam in talibus multum eſt periculoſa ſuſpitio iudicis: uel ſi aduerſarius. C. de fide inſtrument. & l. iubemus. C. de probation. debet ergo



ergo hoc modo cautus reſpondere: quia nõ reputo mihi hos teſtes, uel de illo inſtrumento nõ curo, & illis cedo: ut dicit Bal. in d. l. ſi. Nã ſi interrogatus diſceret ſimpliciter, ſe nolle uti inſtrumẽtis uel teſtibus, uidetur fateri illud falſum: ut not. Bal. in d. l. ſi aduerſarius. C. de fide inſt. & conſulo, quòd talia potius fiant per procuratorẽ generalem, quàm per ſeipſum. iuxta not. in l. ſerui. §. qui alium. ff. de his qui not. infa. & de generali procuratore, cum habeat intelligi: aliàs procurator generalis nõ poſſit cedere teſtibus & inſtrumentis, ſicut non poſſit cedere lite. Alias poſſet adhiberi alia cautela circa prædicta, ſecundum quoſdam uidelicet, quòd in reſpõſione dicatur, quòd uti intendit teſtibus, atteſtationibus, & inſtrumẽtis pro bonis, ueris & legalibus, ſi & in quantũ de iure ſunt, & non aliter: & alio modo uel ſic dicat, quòd uult uti in illis paſsibus, & punctis, q faciant eius fauorẽ, non aliter declarare: ſed iſta cautela procederet, ſi opponeretur à parte. Sed tu dic, quòd per alterã partẽ poſſet 2 opponi, quòd non ſit ſufficienter reſpõſum: *quia reſpõſum debet eſſe cõforme petitioni, ſeu interrogationi, ut l. ſtipulationẽ. §. cũ adiicit. ff. de uer. oblig. ſed interrogatio fuit ſimplex & reſpõſio. ergo dicitur, quòd iſta reſpõſio nõ eſt clara, & nõ redditur aduer3 ſarius uel iudex certus. ergo reſpõſio nõ ſufficit: *quia paria ſunt nõ reſpõdere, uel clare nõ reſpõdere: ut l. de ætate. §. nihil. ff. de interroga. act. 4 ſicut dicitur* de procuratore, *quòd ſi dominus promittat ratũ habere, quicquid erit factũ legitime per procuratorẽ, non ualet. Itẽ quia iuramẽtum eſt indiuiduũ: ut not. Bal. in c. j. §. cum aut. de contr. inueſt. & no. in l. ſi auus. in pri. ff. de uſuf. unde interrogatus ſuper depoſitione teſtiũ, uideatur interrogatus ſuper iuramẽto, quod eſt principale, & à quo dependẽt depoſitiones: & ideo nõ poteſt pro parte adaptari, & pro parte non. iuxta not. in l. Aurelius. §. idem quæſiit utrum quer. ff. de leg. j. per Bartol. & hoc caſu, in effectu uoluit Bald. in quodam ſuo conſilio, quod incip. In Chriſti nomine amen. decreto cauetur, quòd poſt publicationẽ teſtium.

## Cautela pro illo qui debet producere inſtrumentum ad partes longinquas, ad hoc ut fidẽ faciat. LIIII.

1 *Signa teſtiũ quãta in chartis exiſtũt, tanta inſtrumenta eſſe dicuntur.*

SI aliquis haberet contrahere cum aliquo forenſi, & eſſet neceſſe producere illud inſtrumẽtũ in partibus lõginquis, eſſet impoſsibilis literarũ probatio, propter loci diſtantiã, ſi inſtrumentũ reperetur. cautela eſt, quòd fiat inſtrumẽtũ, & inſinuetur de partiũ uolũtate: nã hoc facto, fides dicti inſtrumẽti, nõ poterit in dubiũ reuocari: ut probatur aut. de fide inſt. in §. nihil. in uer. inſinuet. & ibi gl. q incipit. q. d. ſi ibi dubiũ eſt, de fide chartæ. & ibi hoc no. Ang. ſed iſta cautela nõ uidetur ſufficiẽs, quando inſtrumẽtũ defertur ad lõginquas partes, nã ſicut negatur inſtrumẽtũ, ita poſſet negari inſinuatio, & cõſenſus partium: ſit ideo melior cautela, quòd tu qui celebras cõtractũ cũ aliquo forenſi, uel ciue, & inſtrumentũ debet dimitti ad partes extraneas, ut facias dictũ inſtrumẽtũ ſcribere per tabellionẽ publicũ, & ſubſcribere tres tabelliones honeſtos, & ſignare eorũ ſignis, ad hoc ut nõ poſſet negari inſtrumẽtũ, etiã manu notarij. & hoc probatur per gl. no. in aut. de tabelli. in §. aliàs autẽ. in glo. q incipit. caue ti1 bi. in fi. * q dicit quãta ſigna ſũt i chartis, tot & plura ſunt inſtrumenta: ut in §. oportet. de fide inſt. de hoc etiã

a Propria au.no.Ang.in d.§.j. in aut.de tabe. col. iiij. Solet etiã adhiberi cõis alia cautela, uidelicet ꝙ à fine inſtrumenti, uel etiam in alio inſtrumẽto officialis loci, in quo eſt ſcriptũ inſtrumẽtũ, ſicut eſt prætor, faciat ſcribere literas de legalitate notarii, dicendo, notũ ſit omnibus, ꝙ notarius q ſcripſit tale inſtrumentũ, ponendo principiũ & finem, eſt bonus, uerus & legalis notarius: & ꝙ eius inſtrumento adhibeatur bona & plena fides, &c. & apponatur ipſius officialis ſigillum. iuxta not. in c.j. & ij. & in ca. inter dilectos. de fide inſtru.

*Ludẽs põt propria autoritate auferre uel furari, id quod in ludo amiſit, uel aliquid æquiualens. l.j. in prin. et ibi Ra. & Flo. ff. de aleato. nec tenet pœna furti, uel bono. rapt. nec ad reſtitutionẽ. Io. An. ſing. ĩ c. ubi periculum. de elec. ĩ vj. no. in ult. col. quod uerũ ſi furatus eſt in ipſo ludo & tpe ludi, nõ ſi poſt. Bart. in d.l.j. ſed uide ĩ d.l.j. §.ij.*

*b Noceat do. Cõtumacia pcuratoris neſcientis reſpondere, an domino noceat, uide Bal. ĩ add. Spe. de pcu. uer. ſi pcurator reſpondet. Itẽ cõtumacia pcuratoris nocet domino, ĩ his quæ ptinẽt ad pceſſũ cauſæ, non quo ad mulctã iponendam, nec quo ad alias pœnas. Bar. in l. eũ q. ĩ ul. not. C. de pcu. & ibi Bal. ĩ v. no. ut. Bar. ĩ l. quãuis. ĩ ult.*

## Cautela pro illo qui aliquid perdidit in ludo. LV.

1 *Ludo aliquid ſurripiens, nedum actione pœnali non tenetur, ſed nec iudicio rei perſecutorio.*

SI aliquis ſcholaris, uel alius p ludũ amiſit pecuniã, libros, uel alia bona, iuxta ea q habentur in aut. alearũ ludus. C. de reli. & ſum. fu. & de aleato. & in toto tit. ff. de alea. ad hoc ut ipſe poſsit recuperare illud, quod perdidit in ludo, & tantũdẽ: cautela eſt utilis, ꝙ ille qui perdidit, iterum uadat ad ludendum cum illo qui uicit, & ſurripiat, ſi poteſt etiã furto, illud qd' perdidit, pecuniam, uel aliquid de bonis uincentis, dum eſt in ludo: & iſto modo ſatisfaciat ꝓpria autoritate[a], & erit ſecurus: quia non poterit conueniri ab illo cui ſurripuit: qa nõ cõpetit actio: ut eſt tex. in l.ſi. in pri. & ibi hoc not. Ray. & d. Flo. ff. de alea. qui dicũt, ꝙ per illũ tex. Ray. ita conſuluit cuidã ſcholari ſuo, & dũ poſtea eſſet accuſatus de furto, ipſum defendit ita, ꝙ fuit abſolutus. *Et adde & intellige, ꝙ talis 1 ſurripiẽs in ludo non tenetur, nedũ actione pœnali, ſed nec iudicio rei perſecutorio: quia illud edictum de aleatoribꝰ, quod denegat iudicium, loquitur ſimpliciter, & intelligitur tam de iudicio pœnali, quàm rei perſecutorio, & ita intelligit Ioan. An. illum tex. in c. ubi periculum. pe. co. de elect. in vi. in nouel. & ideo pro hoc concludo, quòd ille qui ſurripuit in ludo, ut dictũ eſt s. quando perdidit, non ſolum poterit conueniri actione de furto, ſed etiã ad reſtitutionem rerum furto ſubtractarum: quod tene perpetuo menti.

## Cautela pro illo qui impetrat à principe, quod non teneatur ſoluere onera, ſeu alias præſtationes. LVI.

1 *Conceſsiones imperatoriæ per importunitatem factæ eſſe præſumuntur.*

2 *Bona alicuius rebellis, ſi quiſpiã à principe impetrauerit, impetratio & conceſsio non ualet.*

ET eſt cautela pulchra, quã multi ſæpenumero, & maxime milites impetrant à principibus uel dominis: quia non tenẽtur ſoluere onera, & præſtationes: & ſimpliciter ea impetratio, eſt nulla ipſo iure: ut eſt caſus no. in l. nauicularii. C. de de cur. lib. x. *ubi imperator uult, quòd 1 conceſsiones & exẽptiones factæ etiam per Imperatorẽ, non ualeant: & præſumatur eſſe factæ potius per importunitatẽ, quàm ꝙ Imperator ita uoluerit, per tex. in l.j. C. de pœ. bo. ſubla. lib. x. *ubi habetur, ꝙ ſi ali- 2 quis impetret bona alicuius rebellis, nõ ualet impetratio & cõceſsio. Sed cautela eſt, ut ſimiles impetrationes ualeãt, ꝙ dicatur in priuilegio, & conceſsione exemptionis in ſpecie, non obſtãte l. nauicularii. C. de dec. & in ſecũdo caſu, impetratio bonorũ rebellis dicatur, nõ obſtãte l.j. C. de pœ. bo. ſubla. quia tũc bene ualerent dictæ conceſsiones: ut no. Bar. ĩ d.l.j. & eſt ſingulariter no. contra ſimiles ĩpetratiões. & uide in ſe.

## Quando contumacia procuratoris noceat domino[b]. LVII.

Contu-



1 *Contumacia eſt aliquid non facere.*

2 *Contumaciam, dominus mittens procuratorem, quibus in caſibus non incurrat.*

3 *Contumacia procuratoris, an & quando domino nocere habeat remiſsiue.*

4 *Indefenſus dicitur is, pro quo generaliter uocatis amicis & coniunctis, nemo comparuit.*

5 *Mandato generali negotiorum, delictũ non continetur.*

ISTE articulus, an contumacia ꝓcuratoris noceat domino, eſt quotidie in uſu, & à nemine declaratur. Propterea dicatis ſic, ꝙ primo uidendum eſt, quid ſit contumacia procuratoris, & quæ domini, ſuper quo pulchre loquitur Bart. in l. cũ filius. 1 §. in hoc. de uerb. ob. *Dicatis ergo, quòd cõtumacia eſt, aliquid non facere, & ideo contumacia dicitur illius, cui facere principaliter erat iniunctum: & ideo ſi dominus citatur, & mittat procuratorẽ qui non comparet, non excuſatur, mittendo procuratorem. allegat text. in l. procuratorem. §. tutores. ff. manda. & notat Bar. in l. non diſtinguemus. §. pe. ff. de arbi. quod uerum eſt, ſi procurator non comparet prima uice ad litem: ſi poſtea non comparet, dicitur contumacia procuratoris: ut notat Bar. in d. §. ad hoc, quod tamẽ dixi: 2 *ꝙ ſi dominus citatur, & mittat ꝓcuratorem qui non comparet, dicitur contumacia domini, non procuratoris. Fallit in quatuor caſibus. Primo fallit, quando caſus fortuitus contingit in perſona procuratoris, propter quem non potuit comparere: ut l. iuribus. C. qui pet. tu.

Fallit ſecundo, quando in perſonam procuratoris non contingit caſus fortuitus, tamen aliud impedimentum eum de iure communi excuſans, ſecus ſi ſit impedimentũ excuſans eum de iure ſpeciali: ut declarat Bart. in d. §. ad hoc. Tertio fallit, ſecundum dominum meum, ubi requiritur dolus domini, in miſsione in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, in perſonalibꝰ: ut l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cau. in poſſeſ. eatur. nam conſtituere ꝓcuratorem qui non cõparet, eſt culpa: ut l. eum qui rem. in fi. ff. commoda. & l. cum plures. §. ſeruum. ff. loca. ideo ex contumacia procuratoris, non fit miſsio contra dominum. Iſta tamen proprie non eſt fallẽtia, ut uidetur: quia par uerũ eſt dicere, quòd eſt cõtumacia domini, & non procuratoris: licet non ſit talis, propter quam fit miſsio, ex ſecũdo decreto. Quarto & ultimo fallit, quãdo procurator talis conſtitutus à domino, qui communi opinione reputabatur idoneus. nam hoc caſu, dominus conſtituens, liberabitur à culpa: ut l. argentum. in ſin. ff. commo. hęc tamen conſtitutio non ſufficeret in uia, in qua proceditur contra carẽtem culpa, ut in miſsione ex primo decreto, quæ fit etiam cõtra abſentem ex probabili cauſa: ut not. in 3 l. ignorare. ff. de teſtam. mili. *Sequens articulus eſt, utrum contumacia procuratoris noceat domino. in quo articulo Bart. plenius locutꝰ eſt in l.j. §. ſi ꝓcurator. ff. ſi quis ius di. Iſtæ ſunt communes concluſiones, & non uerę: quando non factũ procuratoris, prima facie ſonat in delictum, ut non cõparet ad iudicis mãdatum: tunc ſi agitur de his quæ ſunt modici præiudicii, ut mittere in poſſeſsionem, ex primo decreto, contumacia procuratoris nocet domino: caſus in hac lege, quæ ita comuniter intelligatur. Si uero agitur de his q ſunt magni præiudicii, ut eſt miſsio ex ſecundo decreto, contumacia ꝓcuratoris non nocet domino: ut l. hoc amplius. §. fi. ff. de dam. infe. &

*col. uer. iij. conſueuit dubitari. ff. de dam. ĩfe. & in l. quotiẽs. C. de dign. li. xij. et in l.j. §. ſi procurator. in j. q.*



in l.

in l. cum uſufructuario. ff.ſi ex noxali cauſa agatur. hoc ultimũ fallit, niſi dominus ſciens procuratorem hoc non feciſſe, non purgauit eius moram: ut l.ij.C.de exact.mil. ann. lib.x.Et ita intellexit Bart.l.nõ ſolũ. in prin. ſ.de procur. Sed tunc nocet domino propria contumacia, in nõ purgando, non autem contumacia procuratoris: hæ ſunt concluſiones in quibus communiter tranſeunt ignorantes, & non uere. Et primo falſa eſt illa concluſio, ſecundum dominum meum, quod ex contumacia, ꝓcuratoris fiat miſsio ex primo decreto contra dominum: allegatur ille text. ubi eſt caſus ad literã in contrarium, qui tex. nõ uult, quod ex ſola contumacia procuratoris fiat miſſio, ſed dicit, quod poſt contumaciã ꝓcuratoris, iudex debet deliberare, an debeat mittere ex primo decreto, & cõſiderare an dominus ſit indefenſus, quaſi ſentiat, quod ſola cõtumacia procuratoris non faciat uideri dominũ indefenſum. *Is enim 4
dicitur indefenſus, pro quo generaliter uocatis amicis & coniunctis, nemo apparet. l. item ait prætor. §. fi. cum l.ſe. ff. qui. ex cau. ma. & l. hoc autem. §. j. ff. ex quib. cau. in poſ. eatur. & not. gl. in l. ij. eo. titul. Item non eſt uera concluſio, ꝙ in his quæ ſunt grauis præiudicii, cõtumacia ꝓ nõ curatoris nocet domino. ꝓ hoc allego uobis caſum in c.ſuborta. de ſenten. & re iudi. ubi propter contumacia procuratoris, fertur ſententia diffinitiua cõtra dominum, quæ eſt magni præiudicii. Ange. qui cognouit dicta Bart. non eſſe uera, dedit aliam doctrinã: nec diſtinguit, an ſonet in delictum, uel non delictum: nec inter ea quæ ſunt magni, uel parui præiudicii. Sed prima concluſio eius eſt iſta, quam etiam ſequitur Bal. ubi requiritur uera domini cõtumacia, hoc eſt dicere, dolus domini, cõtumacia procuratoris, nec domini, nõ nocet domino: ideo ex contumacia procuratoris nec dominus mulctatur, nec excluditur à beneficio appellandi: in hoc ultimo, de beneficio appellandi, Bart. idẽ tenet in alia ratione: quia beneficium appellandi, eſt magni præiudicii. Secunda concluſio Ang. eſt, ubi ſufficit ficta cõtumacia domini, cõtumacia procuratoris nocet domino: qa contumacia procuratoris, eſt ficta contumacia domini. Ex hac concluſione, ſequuntur infinitæ illatiões in practica. Prima eſt, ꝙ ſi procurator actoris deſeruerit cauſam, cõdenabitur dominus in expenſis, ex contumacia procuratoris. hoc intelligit Inn. extrà ut lit. non cõteſt. c. j. Bar. uero in l. j. §. ſi procurator. ad fi. C. manda. uidetur contrariũ dicere, dicens, ꝙ ſicut ex procuratoris contumacia dominus non mulctatur, ut in l. j. §. ſi procurator. ita nec condemnatur in expenſis, uel intereſſe: quia illa duo à pari ꝓcedunt: ut d. §.
ſi procurator. & §. ſeq. *Item ſicut in 5
mandato generali negociorũ, non continetur delictum, ut l. ſi procurator. ff. de cõd. ind. & in l. ſi pater. ff. q. in frau. credi. ita nec in mandato unius cauſæ, intelligitur mandantis contumacia, in aliqua parte. Subdit tamẽ Bar. ſingulariter ibi, quod hoc caſu dãnatur dominus per uiam excipiendi, quia poterat ſibi denegari audientia, donec ſoluat ſibi expenſas: & delictũ procuratoris, facilius nocet domino, ut cauſet exceptionem contra dominum. quam actionem, ut dicitur in delicto in faciendo, dominus meus in hoc articulo allegando, dixit diſtinguendam inter expenſas, ratione uictoriæ, & ratione contumaciæ. Si quærimus de expenſis, ratione uictoriæ, cõtumacia



cia procuratoris nocet domino, ſi dedit ſpeciale mãdatum ad cauſam: alias ſi contumacia non noceret, ſententia lata contra procuratorem, diceretur lata contra geſtorẽ ſine mãdato: & non præiudicaret domino, niſi ratum haberet. l. iij. §. ſtipulatio. ff. iud. ſolui. quod eſt falſum: ut in d. c. ſuborta. In expenſis uero, quæ ueniunt ratione abſentiæ, Raph. ſequitur Bart. quod contumacia procuratoris non nocet domino, per ſuas rationes. Secũdo ſequitur ex dictis Ang. quod concordet cum Bar. in illo articulo, procurator non appellando infra x. dies, præiudicat domino. mouetur tamen diuerſis rationibus Bar. hoc ideo: quia non appellare, nõ ſonat in delictum. Ang. hoc ideo: quia ibi non appellando, non requiritur uera domini cõtumacia. Aduertatis tamen: quia eſt una gloſ. quam non allegant, & eſt multũ ſingularis in l. j. in fi. ff. quãdo appel. ſit. quæ dixit, quod ita demum non appellando, procurator præiudicat domino, ſi non eſt ſoluendo. & ſolet illa gl. allegari per modernos in autẽ. hodie. C. de appel. Item ſequitur ex dictis Ang. ꝙ ſi procurator rei citatus peremptorie non comparet, & condemnatur, talis citatio nocet domino: quia in peremptoria non requiritur uera domini contumacia, ſed ſufficiunt tres denũciationes: ut l. ad peremptorium. ff. de iud. & in l. tres denũciationes. C. quomodo & quãdo iudex. & hoc ſatis ꝓbatur in d. c. ſuborta. contrariũ tenet Bart. in hoc, dũ uult, ꝙ in his quæ ſunt magni præiudicii, contumacia procuratoris, non nocet domino Rapha. cõcordat iſtas op. per diſtinctionẽ: an procurator ſit ſoluẽdo, uel non. & dixi in proximo arti. Vltimo ſequitur ex dictis Angel. quod interpoſitione ſecundi decreti facienda in reali, in qua ſufficit ficta cõtumacia domini: ut l. ſi finita. §. ſi forte. ff. de dam. infe. ex contumacia procuratoris, fiet miſsio ex ſecundo decreto cõtra dominum. & hoc caſu Bart. male loquitur, quod tenuit indiſtincte, quod miſsio nulla ex ſecundo decreto, fit contra dominum ex contumacia ꝓcuratoris. ſed debet Bart. ſaluari in miſsione in poſſeſsionem quæ fit ex ſecundo decreto ſuper ꝑſonalibus, quæ requirit dolum domini, & latitationem: ut l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. eatur.

## Differentia, quomodo legatum ſit non ſcriptum, uel caducum. LVIII.

1 *Homo mortuus, non eſt homo.*

2 *Legatum non capit uires, niſi poſt teſtatoris mortem.*

3 *Conditione quicquid eſt, non eſt in obligatione.*

PRO non ſcripto legatum eſt, quando teſtator relinquit alicui qui erat mortuus tempore teſtamẽti, ſiue legati quod caducum eſt, quãdo legatarius, ſiue hæres uiuebat tẽpore teſtamenti, ſiue legati, ſed mortuus eſt uiuo teſtatore. Caducum legatum uel inſtitutio eſt, quando legatarius, uel hæres mortuus eſt ante teſtatorem, pendente conditione legati, uel inſtitutionis. Et his caſibus deuenire debet portio iſtorum in ſubſtitutum ſpecialiter eis datũ, ſecundo in coniunctum ſiue hæredem aut collegatarium. l. unica. §. cum triplici. C. de cadu. tollen. Ratio primæ deciſionis eſt: quia ſi relinquitur mortuo, relinqtur ei qui nõ
1 poteſt capere: *qa homo mortuus, non eſt homo: ut l. ſeruum manumiſsio. ff. de condi. inde. nec hæres illius mortui poterit habere, poſtquam non habuit fundamentum in
2 perſona prædeceſſoris ſui. *Ratio ſecun

ſecũdi, ſcilicet quaſi caduci eſt: quia legatũ non capit uires, niſi poſt mortũ teſtatoris. l. à Titio. ff. de fur. Ratio tertii dicti eſt: qa poſtquã mortuus eſt pẽdẽte cõditiõe, q ſicantequã purificetur cõditio, debet annullari legatũ ſiue iſtitutio:* qa id quod 3
eſt ĩ cõditione, nõ eſt ĩ obligatiõe. l. cedere diẽ. ff. de uer. ſig. & l. ſi qs ſub conditione. ff. ſi quis oĩ. ca. teſt.

*a Decẽ dies.* *Appellatio poſt x. dies, ſi fiat, et opponat cõtra eam, pronuncietur eẽ proce dẽdũ ſup ea, ualet pceſſ⁹: et appellatio ĩfra decẽ dies pſumit facta a die ſciẽtiæ. Lud. Põ. in l. ſciẽdũ. xij. co. de uerb. obl. & Rota in deciſi. cccxix. ſi poſſeſſor in no.*

*b Iuramẽto.* *Iuramẽtũ illicitũ quot modis dicitur, Archi. xxij. quæſt. iij. & quando ſit licitũ, Inno. in ca. uenerabile. de ele. Iuramẽtũ finit rẽ, et facit dici rẽ ſinitã. Itẽ iuramẽtũ habet maiorẽ autoritatẽ q̃ res iudicata. Spe. de excep. §. iu. poſt uerſ. ſed pone in cauſa. imo ecõtra ĩ Spe. de reſti. in inte. §. ij. uerſi. ſed nũquid cõtra hoc.*

## Cautela pro appellato, quando appellans non appellauit infrà x. dies[a]. LIX.

1 *Sententia lata ſi quiſpiam grauatur, infra x. dies appellandũ eſt, ſiue fuerit diffinitiua, ſeu interlocutoria.*

2 *Negatiua non ſemper onus probandi in aduerſarium transfundit.*

QVANDO* eſt lata ſententia, 1 ſi grauatur, appellandum eſt intra x. dies: ſiue ſit diffinitiua, ut in aut. hodie. C. de app. & in c. quod ad conſultationem. ad fi. de re iud. in c. cum dilecti. de elec. cum ſi. ſiue ſit interlocutoria: ut eſt tex. cum gl. not. in ca. ſignificauerũt. extrà de teſti. & ideo, ſi aliqui appellauerunt poſt x. dies, non tenet appellatio, ut in dictis iuribus. Sed dubium eſt, ꝙ ſi eſſet appellatũ poſt x. dies, qualiter debet opponi per appellatum, quòd nõ ſit appellatum tempore debito. Et dic, quòd cautela eſt ſecundũ Io. An. in c. Romana. §. ſi uero. de app. in vi. quem ſequitur ibi Do. uidelicet quòd appellatus dicat, nego appellatum intra x. dies, & nõ dicat appellatũ fuiſſe poſt x. dies. Et hæc cautela utilis eſt propter duo. Primo, quia non ſequitur, quia ſi appellauit poſt x. dies, ergo non prius: quia potuit prius appellare. extra de teſti. cũ tu. Secundo, quia utilis eſt propter negatiuam, quia negando transfundit in eum ius probandi: ut ff. de ꝓba. l. ei qui dicit. ſed Do. ibi dicit, ꝙ iſta ſecũda ratio non eſt bona:* quia 2 negatiua non ſemper transfundit onus probandi in aduerſariũ: ut no. in ca. ſuper his. extrà de accu. & not. in c. j. de conceſ. lib. vi. Nam ſcire debes, quòd quando quæritur an aliqs appellauerit congruo loco & tẽpore, uel appellationes petierit, uel ſuã fecerit, tunc ſine dubio ille qui appellat, debet probare: ut l. litigatoribus. & l. eos. in pri. & l. pe. C. de app. ut no. Spe. in ti. de citatione. §. ſequitur uidere. iuxta princ. & de appella. §. qualiter autẽ appellatio. uer. & ad uert. & ita dicit etiam Archi. xxij. q. j. ad fin. & adde, quod dixit idẽ Archi. l. diſtin. ſi quis præpoſtere. præſumitur tamen temporis ſolennitas, uidelicet quòd infra x. dies, fuerit interpoſita appellatio: ut uult Bal. in aut. hodie. C. de appel. & Ludou. de Ro. in l. ſciendum. ff. de uer. obli.

## Cautela quomodo iurabit ille qui ſoluit nemine pręſente, ille qui mutuauit etiam nemine præſente, & repetitur per eundem. LX.

1 *Mala omnia pati debemus potius, q̃ malo conſentire.*

2 *Iuramentum ſuper una re tantum, et de eodem tẽpore indiuiſibile dicitur.*

SI mutuaui tibi centum in camera, & tu reſtituiſti mihi ſimiliter nemine pręſente, & poſtea peto à te iſta centum, & uolo ſtare iuramento[b] tuo, uel tibi facio unam poſitionem, quòd tibi mutuaui centum, an licite & ſecure poſſes iurare. Et uidetur quòd non, quia ſi tu iuras, quòd tibi mutuaui, compelleris ad reſtituendum, etiam ſi diceres, ſed ego tibi reſtitui: quia non crederetur tibi ſine per reſtitutione. iuxta no. per Cy. in l. ij. C. de do. ante nup. & ſingulariter per Bar. in l. Aurelius. §. idẽ quæſiit. ff. de lib. leg. & per Barto. in l. una. C. de conceſ. & per Anto. de Bu. in capit. ex parte decani. de reſcrip. ſed



ſed ſi tu iuras, quòd non mutuaui, iuras falſum: ergo, &c. gl. in c. cupientes. in uer. malignantium. de ele. in vi. facit ꝗ poſſit iurare, ex quo in ueritate non tendit in præiudiciũ alterius, etiam quia tu habes ius in principali cauſa: & quia liberas animam fratris à peccato, quia ſi bis ſolueris, illicite retinebit: ut in reg. bo-
1 na fides. de regulis iur. in vi.* Potius debes omnia mala pati, quàm in cõtrarium, ſcilicet quàm malo conſentire. quod mc. cauſa. in cap. factis. Itẽ quia principaliter iuramentum preſtatur Deo, cui non eſt mentiendũ: ut not. Pet. de Anch. in d. ca. cupientes. ſed Ioann. de Imo. in d. cap. cupientes. dicit, quòd poſſet forte dici, quòd ille non tenetur reſpondere tali poſitioni, ſubaudi: nec tu iurare an mutuauerit: ergo, &c. ſed ſolum debet iurare, an debeat ſeu debitor ſit: cũ hoc pſuadere debeat æquitas iudicantis, ut calumniis & maliciis obuietur. ar. in l. fundo. ff. de rei uendi. facit l. ubicunque. ff. de interrog. actio. poſſet etiam forte ſecundum eum iurare: iuro, quòd ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui: & ſic non fateretur pure intentionem actoris, ita ut ex illa poſſet ſe fundare, ſicut dicitur de opponete exceptionem: ut in reg. exceptionem. de reg. iur. lib. vi. facit quod not. in l. ſi quidem. C. de excep. & cap. cum uenerabilis. extra eo. tit. Dicit etiam Io. de Imo. ꝙ ſi iudex artaret te ad reſpondendũ pure ſuper depoſitione mutui, uel ſuper iuramento delato, poſſes dicere, iuro, quòd non mutuaſti mihi aliquid, propter quod tibi obligatus ſum: & tunc dicit uerum, & repellit cauillationem aduerſarii. & uide qđ not. Arch. iiij. quæ. j. nullus. & ita in effectu uult Do. de San. Gemi. in d. ca. cupiẽtes. de elec. in vi. quod not. ſingulariter, quia quotidie poteſt contingere de facto. Et bene aduertat reus: quia ſi ſibi defertur iuramẽtum ſimpliciter, ſi recepit centũ in mutuo, ꝙ non reſpondeat habui, & tibi reſtitui: quia reſpõdet ultrà delatione ſibi factam. nam iuramentum non fuit ſibi delatũ ſuper reſtitutione, ergo iuramẽtum in illa parte nõ attenditur. ar. l. iiij. §. j. ff. de iureiur. cum ſi. licet quidã dicant, ꝙ hoc caſu debet in totũ ſtari ſacramẽto, uel in totũ non ſtari, cum iuramentum ſit indiuiſibile: & quia ſicut potuiſſet negare totũ, & non negauit, præſumitur ꝙ in omnibus ueritatẽ dixe-
2 rit. nã hæc opinio nõ eſt uera, per d. l. iij. §. j.* & licet iuramẽtum dicatur indiuiſibile, uerũ eſt ſuper una re tãtum, & de eodẽ tempore: ſed ſuper diuerſis rebus uel factis, uel temporibus ſecus: ut hic, & maxime ubi iuramentum defertur ſuper uno tantum. Nec ob. ꝙ negare potuiſſet totũ: quia dubitauerit ne ſibi probaretur, & ſic apparet ipſũ falſe iuraſſe: quia forte confeſſus fuerat mutuũ ſibi factum, ſed bene ſciebat, ꝙ non potuit ſibi probare contrarium, ſi reſtituat, unde potius uoluit confiteri mutuum, ſicut erat rei ueritas, & dicere ſe reſtituiſſe, quod erat falſum, quàm ſimpliciter negare mutuũ. unde ego teneo, ꝙ talis reſpõſio poſſet diuidi, & acceptari per deferẽtẽ. Sit ergo cautus reus, ut ita iuret, ut s. dixi ſecundum Imo. & bene.

## Cautela pro uendicante uxore, quam prius deſponſauit per uerba de futuro ſecuta copula. LXI.

1 *Promitto non accipere alium in uirũ niſi te, ſicuti ruſtica Patauinæ communiniter faciunt, an ſint uerba de futuro.*

MVLTOTIES eſt cõtẽtio inter duos uel plur. de aliqua uxore diuite, qa qlibet cupit eã habere, &

quilibet aſſerit eam ſibi promiſiſſe, ſed illi qui ſunt cauti, & uolunt eſſe uictores, qui uolunt habere rem cum ea, ita quod ſubſequatur copula carnalis: quia tunc, etiã ſi promiſiſſet alteri, primo per uerba de futuro, & poſtea etiam promitteret per uerba de præſenti, nõ ualeret, etiã ſi iuramentum interueniſſet: & ille cum quo copula eſt ſecuta, debeat præualere: ut probatur in c. pe. & in c. ſi inter. & in c. is cui. extra de ſpon. Sed ſi cum uno primo cõtraxiſſet matrimoniũ, per uerba de præſenti, illud matrimoniũ præualeret ſecũdo, etiã ſi in ſecũdo ſubſecuta fuiſſet copula carnalis: ut eſt caſus in d. c. ſi inter. Et ideo ſi cupis habere uxorẽ, ſis cautus: quia ſi promiſit alteri primo per uerba de futuro, ſicut faciũt cõiter puellæ, & maxime ruſticæ, * quæ dicũt, promitto nõ accipere alium in uirũ, niſi te. nam hoc caſu prouideas, quod tecum ſequatur copula carnalis, & habebis eã in uxorẽ. Sed ſi mulier contraxiſſet per uerba de præſenti cum alio, caueas ab ipſa: quia ſi milleſies tibi promitteret, & copula ſecuta etiã cũ iuramẽto, ſtaretur primæ promiſſioni, & non ſecũdæ, etiã iuratæ & copulatæ: ut eſt caſus in d. c. ſi inter. Et ad hoc, ut iſta cautela producat effectũ, quando eſt ſecuta copula cũ uno, & prius promiſit alteri per uerba de futuro, & eſt quæſtio in iudicio, ut matrimonium præualeat, eſt opus alia cautela, uidelicet quod ille, cũ quo eſt copula ſubſecuta deducat, & probet, quod primo præceſſerit promiſſio per uerba de futuro cõſilii facta, & quod deinde ſecuta eſt copula: ſecus ſi probaretur cõtra: quia primo interuenit copula carnalis, & deinde ſecuta eſt promiſſio carnalis per uerba de futuro & interueniet copule non ſufficeret, niſi probaretur, quod promiſſio, & copula ſubſecuta eſſet: ut eſt caſus. & ibi hoc no. d. Ant. de Butrio in cap. ueniens ij. & ibi per Doct. de ſpon. facit qđ no. Bar. in l. non ſolũ. §. ſed ut probari ff. de no. oper. nun cia. & ideo ſis cautus, ut articules, quod promiſſio præceſſit copulam.

Cautela quod coniuges ante matrimonium faciant pacta inæqualia. LXII.

1 *Donatio propter nuptias, regulariter æqualis cum dote eſſe debet.*
2 *Pacta inæqualia matrimonio conſtante prohibita ſunt, quoniam donationẽ ſapiunt.*

DEBES* ſcire, quod regulariter donatio propter nuptias debet eſſe æqualis cũ dote, & pacta de lucrando dotem, & donationem propter nuptias, in totum uel in partem debent eſſe æqualia: aliàs non ualerent, ut habetur in aut. de æqual. do. in prin. & in l. ex morte. cũ aut. ibi poſita. C. de pac. conuen. & inſti. de do. § eſt & aliud. & in c. donationis. extra de dono inter uirũ. Sed cautela eſt, quod dicta pacta etiam inæqualia facta ualeant, uidelicet quod fiant antequã contrahatur matrimonium de præſenti: quia tunc bene ualebit. Et eſt ratio, * quia pacta inæqualia ſunt prohibita cõſtante matrimonio, quia ſapiunt donationẽ, quæ eſt prohibita ne mutuo amore ſe ſpolient: ut l. j. ff. de do. inter ui. quæ ratio ceſſat ante contractum matrimonium: & iſta eſt doctrina ſingularis Innoc. in d. c. donationis quam ſequitur ibi dom. Ant. de Butrio. & Ang. fecit feſtum de ea in d. l. ex morte. C. de pac. cõuen. quod bene not. quia nunc eſt in facto.

Cautela quibus uerbis utatur princeps, in priuilegio, ut ad hoc ut intelligatur ab omnibus muneribus aliquẽ liberaſſe. LXIII.

1 *Priuilegium immunitatis generale de muneribus & honoribus, de perſonalibus tantum intelligitur.*
2 *Munera ordinaria, et extraord. quæ ſint.*



1 QVIA* priuilegiũ immunitatis ſiue exemptionis generale intelligitur de perſonalibus tãtum, in muneribus & oneribus, ut eſt tex. cũ gl. ordi. in l. ij. C. de mune. patrimo. lib. x. ideo cautela eſt, quòd in priuilegio dicatur, quòd princeps concedit immunitatem & exemptionẽ ab omnibus muneribus & oneribus, etiã perſonalibus. ſecundum Barto. in l. uacuatis. C. de decu. lib. x. Itẽ cautela eſt, ut dicatur de muneribus & oneribus, ut eſt tex. in l. cum muneris publ. c. ff. de mune. & one. & Barto. in d. l. uacuatis. Itẽ cautela eſt, quòd dicatur ordinariis & extraordinariis, aliàs in dubio ſolum extraordinaria uiderentur remiſſa, ut eſt text. l. is qui muneris publi. ff. de uaca. mu. & eſt text. cũ gl. in l. criminalis. C. de decur. lib. x. & no. Bar. in d. l. uacuatis. & in l. ij. ff. de iur. immu.
2 ubi de his omnibus dicit.* Quæ autem ſint munera ordinaria & extraordinaria, uide Bar. in l. ij. de iu. immu. & in l. omnis ratio. C. de anti. & tribu. lib. xi. & uide omnino Bart. in l. j. in ulti. col. in prin. C. de mu. & in quo lo. & in l. unica. C. de ma. mun. pub. eo. li. & in l. ſi. C. de agri. & cenſi. lib. xi. & in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publi. per Bal. in l. j. §. in quibus. in ulti. colũ. uerſi. iiij. ponitur. ff. quod cuiuſq; uniuer. no. Item eſt alia cautela, quòd dicatur etiam de muneribus quæ imponerẽtur ratione guerræ, aliàs in dubio ab illis quis non uidetur exemptus per priuilegium, ut eleganter no. Cyn. & Albe. in l. item ex toto. in prin. ff. de leg. j. quod eſt ualde not. Et ex prædictis omnibus ut priuilegium exemptionis omnia includat, dicatur ſic: talis cõceſſit priuilegiũ exemptionis & immunitatis ab omnibus & ſingulis muneribus, & oneribus, & realibus, & perſonalibus, & mixtis, & ordinariis, & extraordinariis, & ab illis etiã quæ imponerentur ratione guerræ, & de omnibus aliis cuiuſcunq; generis, quocũq;, & qualitercunq; imponerentur, uel inducerentur in genere & in ſpecie, non obſtante l. uacuatis. C. de decu. & iſta forma complectitur pleniſsime exemptionẽ, quam bene no.

Cautela qualiter arbiter ſententiabit ultima die ſui compromiſsi. LXIIII.

1 *Arbiter uſq; ad ultimum diem ſententiam facere poterit.*

SAEPE contingit, quod de lite inter partes fiet compromiſſum uoluntarium, duraturum uſq; ad certum tẽpus, puta duorũ menſium, & actor nihil probat, & non proſequitur cauſam, & ſe abſentat propter quod expirat eius iuriſdictio, ita quod actor licet pereat prima inſtantia, poterit de nouo incipere & agere, ut habetur in l. properandum. §. j. C. de iud. Sed cautela eſt, quod reus expectet uſq; ad ultimũ diem, quo finitur cõpromiſſum, & petat, quod arbiter ferat ſententiã diffinitiua,* quæ poterit & debebit hoc facere, ut probatur in l. ſi de meis. §. fi. cũ l. ſeq. ff. de arbi. & not Inno. in c. ſup eo. de app. & Spe. in ti. de ſen. §. nunc uidendum. uerſi. nunquid autem. & per Bal. in auten. ei qui. quòd illa aſsignatio termini ĩ cõpromiſſo operatur, primo quòd habet uim termini peremptorij, ſecũdo aſsignationis termini ad probãdum, tertio quòd poſsit ferri ſententia diffinitiua. & ita conſuluit Bal. Sed cõtra cõſiliũ Bal. fuit iudicatu, & ideo cautela eſt, quod reus petat aſsignari terminũ ad probãdum actori, & quod differat uſq; ad ultimum die cõpromiſsi, & petat actorẽ citari ad audiendũ ſententiã, & hoc modo ſine dubio poteſt arbiter ferre ſententiã abſolutoriã diffinitiue,

de quo nihil erit probatū.& idem in ſimili,quando cauſa iudici delegato ad tēpus de conſenſu partiū. de quo dic per Barto.& Docto.maxime per Pau. de Caſt.in l. admonendi. ff. de iureiurando. & per Anto. de But.in c.fin.de iureiurando.

Cautela ad hoc,quod decem annorum præſcriptio quæ communiter introducitur per ſtatuta,non obſtet. LXV.

1 *Agendo uel ab excipiendo in multis caſibus quiſpiam repellitur,neq; præſcriptioni renunciare poteſt.*

2 *Statuto ſi caueatur,q. debitor x.annis præſcribatur,licet renunciari non poſſit, tamen aliud remedium competere poteſt.*

IN multis* caſibus quis repellitur 1 ab agendo uel excipiēdo propter præſcriptionem legalem uel ſtatutariam, & tamen , quód præſcriptioni renunciare non poteſt: ut no. in l.j. ff.de uſuca.& in l.nemo poteſt.ff.de lega.j.Sed cautela eſt,quód nec præſcriptio poſsit obeſſe ut agatur , & couueniatur in inſtrumento,q finita præſcriptione iterū deberi incipiat, & toties incipiat deberi,quoties pręſcriptio cōpleta fuerit, ut probatur no.in l.ſicut in annos. in prin.ibi,dicatur quoties quis &c.ut ff.qui.mo. uſusfr.amit.& ita no. dicit Bar.in d. l.nemo poteſt. in pe.col.uerſi.quæro ſtatutum eſt , quod præſcribebatur, ut dicit, * q licet ſtatutum quo 2 cauetur,quod præſcribatur debitor x.annis, nō poſſet renūciare,tamen remediū eſt, quód agatur & conueniatur, quód finita dicta obligatione x.annorū,iterū deberi incipiat,p d.l.ſicut in annos.in prin.& ita no.p Bal.in l.tempus rerū.C.ut in poſ.ea. ubi etiā idem dicit in legato, & quoties ſcriptū fuerit,toties lego,ut d.l. ſicut in annos. & idē no.d.Floria.in l. ſi uſusfructus alterius anni. ff.qui. mo.uſusfru.amit. & pro hoc uide omnino quod no. Ang.in l.cēteſimis. in fi. in prin.ff.de uerbo. obli. quod no.Bart.& Doct.in l.j.ff. de uſufruc. & quod dicam in cautela ſequenti.

*a Excuſator. Excuſator quādo admitti debeat, uide Spe. de cit. §.j. uer. item quod erat infirmus.et §.vj.uerſ.quid ſi altera.& Docto.poſt Bar.in l.quæſitum. de re iudicata. Excuſatorē admittere eſt utile citato. Vide Spec. de accuſ. §.vj. uerſi.ſed quid ſi citatus.*

Cautela quod licet in criminalibus non admittatur procurator,admittitur tamen excuſator [a], & uide hic alios modos defendendi abſentem. LXVI.

1 *Procurator in cauſa criminali regulariter à relegatione ſupra nō admittit.*

2 *Iudex ex officio de innocentia rei poterit, & debet inquirere, & ſi ipſum innocentem reperiat,abſoluere.*

IN cauſa* criminali regulariter à re 1 legatione ſupra nō admittitur procurator,ut l.ſeruum quoq;. §.publice. ff.de proc. & l.pe. §.ad crime.ff. de pub.iudi.intantū quód etiā pater pro filio nō poteſt interuenire, etiā ſi dicat quód ueniat pro ſuo iure & intereſſe. iuxta l. j.ij.iij. & iiij. ff.de lib.cauſa.quia ſecundum ueram opi. non poteſt nec debet admitti filio abſente,licet multi teneāt contrariū in hoc,ut no.in dictis iuribus.Sed tu potes adhibere per indirectum cautelam,quæ tantū operabitur, ac ſi ad mitteretur ,pcurator uel defenſor: nā ſi habes iudicē amicū, uel nō cōtrariū , qui iudex uelit procedere p inquiſitionē,iuxta not.in c. qualiter & quādo.ij.de accu.nā debes ipſum adire,& nominare teſtes in ſecreto, qui ſint depoſituri ſecūdum ueritatem pro abſente inculpato,& dare ſibi interrogatoria in ſecreto ſup q̄ quibus debeat interrogari, quia tūc iudex poterit eos examinare, nō dico ad inſtātiā partis, ſed ex ſuo officio, & ſi ex illis atteſtationibus apparuerit inculpatū,non eſſe culpabilē,iudex poterit & debet ipſum abſoluere, ut eſt caſus no. in l. & ſi nō defendatur. in fi.ff.de pœ.* ubi dicitur q 2 iudex



iudex poterit, & debeat etiā inquirere de innocentia rei,& ſi reperiat innocentem, debet abſoluere.& ibi hoc no.Bar.& idem ipſe no.in l.j. §. fi.ff. de quæſtio. & in l.is qui reus.& ibi per Doct.ff. de pub.iudi. Et ideo licet uulgo dici ſoleat contra contumaces omnia iura clamant,tamen ſi iudici cōſtat de innocentia, debet ipſum abſoluere. Et ſis cautus quód non appareat ex proceſſu , quód iudex fecit ad inſtantiā alicuius procuratoris,uel defenſoris, quia nō ualeret per d. §. publice.& per §.ad crimen.cū ibi no.ſed iudex debet ſcribi facere,quód illā examinationē fecit fieri ex officio,quod bene not.in practica,quia iſto modo ſemel adiuui amicū meū.potest etiā alio modo adiuuari abſens reus,qui non poteſt defendi per procuratorē quādo cōmiſiſſet tale crimen,de quo nō poſſet inquiri uel procedi contra ipſum per uiam accuſationis, uel alio modo: quia tunc cautela eſt,quód unus quicunq; ſit cōpareat corā iudice,& quilibet de populo poteſt comparere,& dicat, domine iudex nō poteſtis inquirere, uel procedere contra talē,quia poterit impune occidi,uel alia de cauſa: nam tunc debet iudex ipſum admittere,ut no.ſing.Bar.per l.ubi pactū. per gl.ibi.C.de tranſact. de quo dic,ut ibi per Doctores.& in dicto §. publice. Potes etiam uti alia cautela, quando crimē debet renūciari per ſyndicum uel officialem cōtra te,uel uillæ,& ille officialis eſt amicus tuus. nam potes procurare, quód ille officialis pronunciet reū, & det nomina teſtiū,qui penitus nihil ſciūt de dicto maleficio, quia tūc examinatis dictis teſtibus qui deponunt ſe nihil ſcire, de neceſsitate debebit illū inculpatum abſoluere, ex quo nihil probatū eſt cōtra eū,p d.l. & ſi nō defenditur. ff.de pœ.cum ſi. ſed iſta cau.nō pficeret,ubi procederetur per accuſationem , quia tūc accuſans uolens probare nominauit teſtes iudici qui nihil ſciant de crimine,quod no. quia uidi procuratores uti hac cautela , ſed caue ne ipſa utaris in perniciem animæ tuæ.

Cautela notabilis inſtruens aduocatū, quod ſemper allegat motiua uera & perſuaſiua. LXVII.

1 *Iudex ſæpiſsime ad iudicādū mouet, per rationē quæ minus facit,& aliquādo nihil facit,& nō mouet per rationē urgentem , quæ in caput ſuū nō intrat.*

SVNT multi procuratores & aduocati qui in ſuis allegationibus, & defenſionibus,ut uideatur ſapientes & nō cauilloſi, nō allegant neq; adducūt pro defenſione ſui clientuli niſi ea quæ uera ſunt , & uidentur multū urgere, & iura adducūt ſolūmodo quæ uidentur concludere de a neceſsitate. ſed tu ſis cautus, & non ita facies,ſi foues iuſtitiā, caſum. primo deducas rationes, & iura cauſæ tam quæ bene faciūt & cōcludant, q etiam quæ nō ita bene faciūt,ſi ſunt perſuaſiua, & etiā ducant aliqualem 1 præſumptionem[a].*Et eſt ratio, quia ſæpiſsime iudex mouetur ad iudicandum per rationem quæ minus facit, & aliquando nihil facit ſeu ualet, & non moueretur per rationem urgentem quæ nō intrat in caput ſuū. Iſtam cautelam dat d. Ant.de But.in c. per tuas. qui fil.ſint leg. & teneas quód ſit utilis,quia ſæpiſsime expertus ſum.

*a Aliqualem præſumptionem. Præſumptio probat plene in his, quæ ſunt cōſona ueritati. Bart.in l.ij.in princi.in ij.col.uer.quæritur.gl.j. in lect. Nic.de Neapo. ff. de excuſ.tu. Præſumptiones plures ſimul concurrentes, inducūt animum iudicis ad unum conceptū mētis finalem, ut adminiculo iuramenti non indigeat. Bal. in rub.C. de cōtrouer.inueſt. in ult.col.*

Cautela quando ille qui debet mitti in poſſeſsionem, uel ille qui emit rem affinis facit citari habetem ius,quib. uerbis utetur in citatione. LXVIII.

1 *Statutum,ut eſt Peruſij,et Taruiſij,ſi diſpoſuerit quod propinqui ita demū ad præſentandū admittantur, ſi ciues fuer*

*fuerint, intelligitur de illis qui onera & factiones ſuſtinent.*
2 *Exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere, ſupra ſuas.*
3 *Actor ſequitur forum rei.*
4 *Clauſula, ſi ſua putauerit intereſſe, quam efficaciam habeat.*
5 *Promiſsio centum annorum ubi ius ſeruauit, præſcriptio non currit.*

SI petens ſe mitti in poſſeſſionē facit contradictorem, & contradictor comparuit, & fuerit repulſus tempore iuſſus de mittēdo, nunquā admittetur amplius ad contradicendum tempore iuſsionis: nam nec audiatur, ſi uelit appellare. l. unica. C. ſi de momen. poſſ. fuerit app. quod ſingulariter limitat Bal. in l. ij. C. de edi. diui. Adri. tol. uidelicet quòd ita demum appellet iſte contradictor, quando ſe oppoſuit non citatus tempore miſsionis, uel etiam ſi fuerit citatus ſub cōditione, ut ſi habeat ius contradicendi, compareat, ſed ſi fuiſſet citatus ſimpliciter, quòd deberet cōparere ad contradicendū, tunc hæres uel alter qui fecit eum citare pro legitimo cōtradictore, non admittetur poſtea ad dicendum, quòd nō eſſet legitimus * contradictor. allegat not. per Inno. in c. cum inter. de excep. & idem no. Bar. & Doct. in l. ſi cum mulier. ff. ſolu. matri. & Bal. in l. ſi inſpecta. de inoffi. teſtamen. & do. Ant. in c. exhibita. in antepenul. col. de iud. & Canoniſtæ in d. c. cum inter. facit quod no. Bal. in l. teſtamenta. in fine. C. de teſtamen. & Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. in viij. colu. ff. ſi cui pluſquā per l. Falci. Et ideo ſi ſtatutum dicat, quòd propinqui & collaterales poſſunt ſe præſentare ſuper uenditionibus uſq; ad certū tēpus, & elapſo tēpore, emptor denunciat alicui affini, quòd ſi ſe uult præſentare ſuper uenditione prædicta, debet comparere: iſte affinis cōparuit, emptor uidens quòd affinis cōparuit, opponit q̄ non poteſt: quia lapſa ſunt tempora comparendi. Dicendum eſt, quòd ſi iſte emptor citauit eum pro habili, & citatio fuit facta pure & non cōditionaliter, & ſpecialiter fuit facta illi affini, quòd emptor nō poterit poſtea opponere exceptionem inhabilitatis. Et idem eſt dicendum, ſi ſtatutum dicat, ſicut eſt Paduæ, quòd affinis uel uicinus nō poſsit præſentare quendam niſi ſibi denuncietur, & emptor denunciauerit ſibi puræ: quia tunc non poterit opponere de inhabilitate, quia citando ipſum ſimpliciter, uidetur reputare ipſum legitimum contradictorem uel præſentatorem. & idem eſſet dicendum ſi ſtatutum diceret, * ſicut eſt Peruſij & Teruiſij, quòd propinqui ita demū admittantur ad præſentandum ſi ſint ciues, ut intelligantur eſſe ciues, ſi ſuſtinuerint onera & factiones. & emptor citauerit quendam ciuem Teruiſinum per priuilegium commorantem alibi, & nō ſuſtinentem onera & factiones Teruiſij, & citatus comparuit, non poterit citans ſibi opponere, quòd nō ſit habilis ex forma ſtatuti, ex quo forma uidetur approbaſſe ipſum citando ſimpliciter, * quia paria ſunt exceptionem non competere, & non poſſe ipſam opponere, ut eſt gloſſ. not. in l. habeat. ff. de manu. teſtamen. Et ideo ſis cautus in caſibus prędictis & in ſimilibus, quando uis ſpecialiter aliquem citari facere, ut concipias conditionaliter citationem hoc modo, uidelicet citetur talis ut compareat, ſi habet ius comparendi, uel aliquid faciendi, uel præſentandi, uel ſi ſua putauerit intereſſe, quod non creditur, debeat comparere, & non dicas, ut faciunt ignorantes, ſcilicet compareat talis, uel ſi talis uult præſentare, debeat comparere ad deponendum pecuniā, uel aliud ſimile faciendum, quia tunc uideretur approbaſſe perſonam ſuam ut dictum eſt, quod ſingulariter no. quia ualde utile & quotidianum. Cautela præcedēs eſt utilis etiā ad aliud, & ex ea potes ſumere aliam cautelā, quando tu qui es laicus uel etiā clericus, uelis conuenire unum clericū coram iudice ſeculari. tamen regula 3 eſt, * quòd actor ſequitur forum rei, ut in c. cum ſit generale. de foro cōpe. & in l. iij. C. de iuriſdict. om. iudi. Et ideo uolens cōuenire clericum, debes adire iudicem eccleſiaſticum, ut in c. ſi diligēti. de foro cōpe. nam potes per indirectū trahere clericū ad forum laici, uidelicet hoc modo, citetur clericus nō ſimpliciter, quia tunc deberet citari coram iudice eccleſiaſtico, ut dixi. ſed citetur, ſi ſua putauerit intereſſe, uel ſi prætendat aliquod ius, quo caſu uidetur ſi compareret, quòd ſit actor, & non reus, & per conſequens debet ſtari iudicio laici. Ex quo ſequitur unū aliud, quòd ſi hæres uult facere inuentarium, iuxta l. ſi. C. de iure delibe. uel tutor uult facere inuentariū pro pupillo, iuxta l. tutor qui repertorium. ff. de admini. tutorū. uel uult citare creditores & legatarios, & aliq reperiuntur laici, & aliqui reperiuntur ſacerdotes uel clerici, ne habeāt cauſam adeundi iudicem eccleſiaſticū, facit eos citari per laicū hoc modo, 4 * ſi ſua putauerint intereſſe. quia tūc ualebit dicta citatio, ut uoluit Ange. in l. j. §. hæc ſtipulatio. ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. in repeti. ſua. & unde circa hoc quod no. Bal. & Pau. de Caſt. in l. teſtamenta omnia. C. de teſtamen. ſed tamen tutius eſt in caſu, ut iudex laicus requirat iudicem eccleſiaſticum, ut citet clericum, ut cōpareat coram ipſo, & citet ſupradicta conditione, ſi ſua putauerit intereſſe. nam regulariter quādo unus iudex uult citare ſubditum alterius, tutius eſt quod non citet, ſed requirat iudicem proprium qui citet eū: ut habetur in l. omnes. §. uerum ſi apparitor. C. de epiſco. & clericis. & in l. à diuo Pio. ff. de re iudicata. & per Bar. in l. j. ff. de requi. reis. Alia cautela eſt, quòd quis ꝓmittat poſt triginta uel centū annos. nam ſi promitteret etiam poſt centum uel mille annos, teneretur poſt dictū tempus, ut probatur in l. centeſimis. ff. de uerborum obliga. & ibi hoc not. 5 Ang. qui tenet, * quod ſi promitteret poſt centum uel mille annos, anteriori tempore nunquam præſcriberetur per illum textum. & allegat etiam rationē, quia ante diem agi non poteſt, ergo non currit præſcriptio, ut l. prima. ff. de diuerſis & temporal. præſcriptio. Poteſt dari & alia cautela in caſibus in quibus poteſt renunciari præſcriptioni, ut inducatur tacita renunciatio, uidelicet quòd dicatur in inſtrumento locationis, uel alterius contractus, quòd debitor promittat contenta in inſtrumento habere rata & firma, & nunquā in ullo contrafacere uel uenire aliqua ratione uel cauſa. Nā per dicta uerba, perpetuo. & c. inducitur renunciatio præſcriptionis. ita dicit Angel. not. in l. j. ff. de uſuris. & pro hoc uidetur eſſe tex. ſecundum Angelum, & Bald. in l. quod ſi nolit. §. ſicut ita. ff. de ædil. edic. qui allegatur ſecundum Bald. ibi. Quòd ubi in promiſsione apponitur uerbum, quandocunq;, uel uerbū perpetuo, nunquam currit præſcriptio ſtatutaria uel legalis, quod intellige, quando talis eſt præſcriptio cui poteſt renunciari. & ita conſuluit Rapha. Fulgo. ſequēdo doctrinam Ang. quam dicit eſſe ueram & ſingularem. & nō allegat d. §. ſicut. & Bald. ſecundum

alias

2 Legitimus cōtradictor.

*Legitime factum quomodo intelligatur, In no. in c. ſi. de libel. oblatione.*

*Legitime factū an debeat retractari poſt gloſ. in l. j. C. de iure fiſci. lib. x. Dyn. in regula, in ambiguis, in vj. c. factum.*

aliás rationes, & conſilium incipit, propoſita q.uidetur mihi no. ſingularis Ang.quod bene no.quia regulariter in inſtrumẽtis dicta uerba ſolent apponi.

Cautela, quando confeſsio per errorem facta non poſsit reuocari. LXIX.

1 *Confeſsio per errorem facta regulariter reuocari poteſt.*

2 *Errorem allegare uolens non auditur, ubi ſibi ad deliberandum terminus datus fuerit.*

3 *Terminus ad deliberandum & deliberate reſpondendum, dubitanti dari debet.*

CONFESSIO * quæ dicitur eſ 1
ſe facta per errorem, regulariter poteſt reuocari, probando rem aliter ſe habere: ut eſt tex.cum gloſ. & ibi per Doct. in l.de ætate. §.fina. ff.de interroga.actio.& habetur in l. error.C.de iur.& fac.igno.& ibi per omnes Doc.& ꝑ Bar.& Doct.in l.nõ fateatur.ff.de cõfeſ. Sed cautela eſt, quòd confeſsio non poſsit retractari, quod poſt dictam confeſsionem facias aſsignari terminum breuem confitenti ad dicendum & contradicendum, quare non debeat fieri præceptum de ſoluendo, & dictam confirmationem exequi, quia elapſo dicto termino, ſi facies fieri præceptũ de ſoluendo, erit irreuocabile occaſione erroris: * quia ubi eſt datus 2
terminus ad deliberandum, non poteſt audiri, poſtea uolens allegare errorem. ita ſingulariter dixit do. Ange.de Are.inſtitu.de act. §.ſi minus. alle.not. per Bal.in l.j.ff.de confeſſ. & in d.l. error. & pro iſta deciſione uide gloſſ. ſingu.quam ipſe no.alle. in c.ex literis. extra de diuor. * quæ 3
uult, quòd quando quis dubitat, debet ſibi dari terminus ad deliberandum, & deliberate reſpondendum: quo termino elapſo ſi reſponderit, nunquam amplius poterit reuocare ſecundum Bal.qui ita no. ad hoc illã gl.pro ſing.in l.ſi quidem. C. de except.& idem no. Innocen.in c.cum olim.extrà de uſur.& Archi.c.fin.de iura. calum.in vi.& Flori.in l.de ætate. §.Celſus.uerſi.unum tamen not. circa hanc reuocationem. ff. de interro. act. Sed ut iſta cautela perfecte tibi poſsit ſubuenire, adhibeas unam aliam, & eſt practica ſingularis, ut facta confeſsione ſeu reſponſione, altera pars faciat ſcribere per notarium ipſa præſente, & dictã confeſsionem ſeu reſponſionem acceptante, inquãtum faciat pro ea & nõ aliter: nam ex poſtfacto dicta confeſsio ſeu reſponſio amplius reuocari non poterit, ut l.ſicut.C. de act.& oblig. ſecundum Bal.qui ita ſingulariter no.in l.Gallus. §.quidam recte, circa prin.ij.col.ff.de libe.& poſthu. Ex quibus ſis cautus, quòd confeſsio uel reſponſio aduerſarij non poſsit reuocari etiam allegato errore, ut duo iſta facias concurrere. Primum, quòd aſsignetur terminus ad confitendum & reſpondendum uel contradicendum. Secundũ, quòd acceptes dictam confeſsionem ſeu reſponſionem. de quo tamen uide omnino Bal.in d.l.error.in fi.penul. col.C.de iur. & facti igno. ubi circa hoc facit unam diſtinctionem.

Cautela ad hoc ut debitor poſſit conueniri ubicunque reperiatur. LXX.

1 *Clauſula, ubiq; locorum quid operari debeat.*

SAEPISSIME in inſtrumentis debiti ſolet apponi clauſula, uidelicet ꝙ omnia illa centum quæ promiſit dictus debitor ſoluere Paduæ, Vincentiæ, uel Veronæ, Peruſij, uel Florentiæ, & ubiq; locorum: *de qua clauſula habetur in l. ij. §. ſi quis ita.ff.de eo quod certo loco.& in l.



in l.ſi quis in cõſcribendo.C.de pac. & in l.ſi cõuenerit.ff.de iur.om.iud. & per Do.Anto.de Bu.in c.j.in xx col.extrà de iud. Sed tu ſis cautus ad hoc, ut dicta promiſsio ualeat, & poſſit tibi ſubuenire perfecte, quòd cõcipias eã hoc modo dicendo, ut ubique locorum inſolidum, ne propter copulã, & quæ ponitur inter loca intelligatur eſſe facta diuiſio, per d. §. ſi quis ita. Item debes addere, ubiq; locorũ quãtũcunq; diſtantium: quia ſi debitor promiſit ſoluere in pluribus locis, & ſubdit clauſulam, & ubique locorũ æque diſtantium à loco remotiori nominato, ut ſingulariter dicit do.Ant.de Bu.in d.c.j.pro quo facit quod no. Bar.in l.ſed ſi quis.in §.quæſitum. in ij. col.& in fin.illius §.ff.ſi quis cau.& quod in ſimili no. Bal. in l.fi. §.ſed ſi quis in cõſcribendo. in iij. colũ.C.communia de leg. licet in cõtrariũ faciat, quod no.Iac. de Are.in iij.col.C.de epiſ.& cle. Itẽ quia propter illam clauſulam generalem, ubiq; locorũ, non poterit debitor compelli ad ſoluẽdum in uno loco, ſi reperiatur ibi nauigans, aut etiam ſi inueniatur ibi in loco ei ſuſpecto, ut timet potentiam aduerſarij, aut etiã autoritatem iudicis perhorreſcat, primum probatur in l.hæres abſens. §.ſi.ff.de iudi. ſecundum in l.de ætate.ff.ad Treb. Itẽ quia dicta promiſsio recipit dictã reſtitutionem.ff.de condi.inde.l.qui certo loco.ita no.dicit Ange.in l.cum eis.in §.princ. ff. de lega.j. Ideo ad tollendam iſtã dubitationem, addas inſtrumẽto, dum dicitur ubiq; locorum, etiam ſcilicet ſi ibi reperiatur nauigans, uel aliud ſimile faciẽs, uel etiã ſi ibi timet potentiã aduerſarij, uel autoritatẽ iudicis. Item etiã addas, ſi ibi nõ reperiatur, per ea quæ habentur in d.l.hæres abſens. §.j. Item addas, & promiſit in tali loco ſoluere, & ſe ibi perſonaliter præſentare, ſecundum Bal.in l. Archimedorã.circa mediũ. C. ut in poſ.leg. Vltimo addas, & debitor dictus renũciauit omnibus & ſingulis legibus, prouiſionibus, & priuilegiis, & gratiis, & ſaluiſconductis tam factis quàm faciendis, & promiſit nõ impetrare aliquã gratiam, uel priuilegium, uel ſaluũ cõductum, uel aliquid in contrariũ, & iurauit prædicta omnia & ſingula attendere & obſeruare, & nõ cõtradicere, uel facere, uel uenire de iure, uel de facto ſub tali pœna. &c.

Ex quib.omnibus ſic formare poteris promiſsionẽ, quæ centum dictus debitor promiſit ſoluere hic Paduæ, Vincẽtiæ, Peruſij, uel Florẽtiæ &c. & in dictis locis ſe pſentare, uel in aliquo ipſorũ ad omnem requiſitionem dicti creditoris, & ubiq; locorũ quãtũcunq; diſtantiũ, etiã ſi reperiatur ibi idẽ nauigans, uel qd ſimile faciẽs, uel etiã ſi ibi timeret potentiã aduerſarij uel alterius, uel iudicis autoritatem, uel etiam ſi ibi nõ reperiatur, & ꝓmiſit ſoluere omnia & integra centum, & inſolidum, ubi fuerit inuentus, uel ubi fuerit petitum, & dictus debitor renunciauit omnibus & ſingulis legibus, prouiſionibus &c. ut dictum eſt ſupra.

Cautela quo tempore aget ille qui petit pœnam dupli appoſitam in contractu. LXXI.

1 *Clauſula, rato manente pacto, quid operetur, remiſsiue.*

REGVLARITER in inſtrumentis uenditionum, & aliorũ contractuum ſolet apponi pœna dupli, uidelicet, & ꝓmiſit duplũ nomine pœnæ, quã exigi & cõſequi poſ-
1 ſe uoluit rato manente pacto. * de qua clauſula habetur in l.j. & per totum.ff.de euic.& in l.reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pac. & in l.ita ſtipulatus.la grande.ff.de uerbo.oblig.ubi

ponit

ponitur an pœna & res exigi poſsit. Sed aduertas, quòd iſta pœna nõ poteſt exigi per emptorem etiã re euicta, & ſic etiam ſi eſſet condemnatus ad rem emptam reſtituendam: niſi quando res uẽdita aberit ab ipſo emptore, & ſic ab eo fuerit auocata, ut eſt text. cum gl. no. in iiij. q. incipit, ſi ſeruum. in princ. uer. abeſt. ff. de act. empt. & eſt tex. cũ gl. in uer. reſtitutor. in l. euicta. §. fi. ff. de euict. facit l. habere licere. eo. tit. Et ideo tu qui uis agere & petere pœnam dupli appoſitam in cõtractu, ſis cautus ut patiaris primo ſententiam ferri cõtra te, ita ꝙ tranſeat in rem iudicatam, & ultra hoc, ut res auocetur ab ipſo, ita ꝙ tradat rẽ uincenti, uel ponatur in poſſeſsionem. alias ſi agenres antequam auocetur, ſuccumberes per prædicta, & ita ego alias obtinui in quæſtione facti.

a Teſtes nõ examinẽtur. *Teſtes recipi nõ poßunt ad perpetuam rei memoriã, quando re⁹ offert ſe paratũ, tunc uelle ſubire iudiciũ. Ange. in d. aut. §. hoc uero. qd dicit uerũ poſt Inno. in c. ſignificauit. in gloſ. ſua prima. niſi iudictũ pẽdeat ex alieno arbitrio, nõ actoris tantum. Itẽ uerum niſi reus ſe ſic offerens, opponat exceptiones impediẽtes litis ingreßum. Ang. ibi in iij. col. quod dicit ibi ſing. probare contra Inno.*

Cautela ad euitandum quod teſtes non examinentur [a] ad futuram rei memoriam, reperies ſimilem cautelam pro eodem. LXXII.

1 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam, etiam lite non conteſtata, regulariter examinari poßunt.*

TV ſcis, * quòd teſtes poſſunt 1 examinari etiam lite non conteſtata, etiam ad perpetuam rei memoriam, quando teſtes ſunt ualetudinarij, ita ꝙ dubitatur de morte, uel ſunt receſſuri, ut no. extrà ut lite non cõteſtata c. quoniam. & in l. lege Aquilia. ff. ad legem Aquiliã. Sed reus ſi uult impedire iſtam examinationẽ, ſit cautus, & dicat ꝙ non uult ꝙ fiat examinatio, & offerat ſe paratum ſuſcipere iudiciũ, & uelle litigare, quia tũc nõ poterit fieri examinatio. Ita ſingulariter no. Ang. ĩ aut. de teſtibus. §. & hic no. col. vij. Et eſt ratio, quia ceſſat cauſa illius examinationis tunc petitæ, & propterea dico, quòd iſtud debet intelligi, niſi teſtes uellent recedere antequam lis poſſet cõteſtari, uel dubitaretur de morte ipſorum, uel ſi eſſet tempus, puta feriatum, quo agi non poſſet.

Cautela pro uſufructuario. LXXIII.

1 *Vſufructuarius regulariter cauere tenetur, quod ipſe utetur & fructur arbitrio boni uiri.*

2 *Vſuræ prohibitæ ſunt.*

VSVFRVCTVARIVS * te- 1 netur regulariter cauere, ꝙ ipſe utatur & fruatur arbitrio boni uiri, ut habetur in tit. ff. de uſufruct. quemad. caue. Sed no. unam cautelam pulcherrimã quam poteſt adhibere uſufructuarius in hoc, ut ipſe dicat, ſe fideiuſſorem non poſſe inuenire, qui pro eo promittat de utendo & fruendo arbitrio boni uiri, quia tunc uſufructus debebit apud hæredem remanere, & hæres debebit præſtare uſufructuario tertiam partem uſuræ centeſimæ, ut probatur in auten. de nuptiis. §. ſi uero uſufructus. & ibi hoc no. & tenet Ange. col. vij.

* Sed ego credo, cũ hodie uſuræ 2 ſint prohibitæ, ut c. quia in omnibus. extrà de uſu. & in auten. ad hoc. C. eo. titu. quòd talis uſura peti non poſsit, niſi petatur tanquam intereſſe: ſicut dicitur in ſimili de emolumentis legalibus dotis: habetur in c. ſalubriter. extrà de uſu. ff. ſoluto matri. l. inſulam. §. uſuras. & in l. fin. §. præterea. ff. de iure dotium. & in l. curabit. C. de actio. em.

Cautela ad interrogandum teſtem, ut faciliter conuinci poſſit de periurio, uel affectione. LXXIIII.

1 *Teſtis quod incontinenti ſe corrigere uoluerit, non præſumitur.*

TES



TESTIBVS examinandis ſolent fieri examinationes, de quibus habetur in c. cũ cauſam. ij. de teſti. & in l. teſtium. C. eo. tit. & inter alios aliqui cauteloſi faciunt iſta interrogationẽ, ſi credit teſtis[a] uerum eſſe id quod teſtificatus eſt: & hoc faciunt ꝙ ſi teſtis dicit ꝙ ſic, non probat: quia deponit de credulitate, & nõ de ueritate, ut habetur in dictis iuribus. Sed ſi diceret ꝙ nõ uidetur illud reuocare quod primo dixit, & ſic qualitercunq; reſpondeat, incidit in laqueũ, ut no. Io. And. in c. inquiſitionis. in uer. de credulitate. in nouel. de accuſ. Sed tu dicas ꝙ iſta interrogatio tanquã cauilloſa & captioſa non eſt admittẽda, & ſi iudex aduerteret ad legitimandum interrogatoria, & reperit talem interrogationẽ, cancellet eã, ſed ſi iudex impeditus eam dimitteret, & ſecundũ eã teſtis eſſet interrogat⁹, & reſpõdiſſet affirmatiue, ſiue negatiue, dicas ꝙ non nocet dicto teſtis in quo primo depoſuiſſet 1 de ueritate: * quia nec præſumptio eſt quòd incõtinenti uoluerit ſe corrigere: ut l. nam ad ea. ff. de condi. & demon. niſi hoc aperte diceret, ut in c. præterea. de teſti. cog. Et hoc ultimum ꝙ ualeat tale dictũ teſtis, & ꝙ non uideatur ſe corrigere, tenet do. Proſdo. de Comitibus. in c. ex omni. de teſti. ubi uide. Alia interrogatio ſolet fieri, uidelicet interrogatur teſtis qui depoſuit aliquid affirmatiue uel negatiue, ſi poſsibile eſt rem aliter ſe habere, & teſtis ipſe neſciret: nam ſi reſpondet ꝙ ſic, non creditur eius dicto: quia non cõcludit neceſſario, ut in c. in præſentia. de proba. & in l. non hoc. C. unde cog. cũ ſimi. Pone exemplũ, teſtis depoſuit, ꝙ Titius tali die nõ fuit in tali loco, puta in ſcholis, interrogetur ſi poſsibile eſt quòd ipſe fuerit, & teſtis hoc neſciret, ſi reſpõdet quòd ſic, non probat eius dictũ. Item pone exemplum affirmatiue, teſtis dicit quòd res non ualet tantũ, & cõmuni æſtimatione iudicaretur, ita interrogetur, ſi poſsibile eſſet quod nõ ita iudicaretur cõmuniter, & ſi dicit quòd ſic, eius dictum non cõcludit. & idem tu dicas in ſimilibus. & iſta interrogatio eſt ualde utilis, & ſemper tu apponas in interrogationib⁹ tuis. Vna alia cautela eſt inuenta calumnioſe circa perſonã teſtis, nam cõmuniter ſolet fieri interrogatio iſta, interrogatur teſtis quã parte uellet uincere, & quia teſtis ſapiens cõmuniter ſolet reſpõdere, quòd uellet ꝙ pars quæ habet ius uinceret: ſed cauteloſi addũt aliã interrogationẽ, ſcilicet quã partem uelles habere ius, cui interrogationi ſi teſtis debet reſpõdere ſecundũ ueritatem, nõ eſt dubiũ quòd oportet, ut dicat talem: quia cõmuniter quis magis fauet uni parti, quam alteri, & ideo eius dictum non ualeret, unde propter hoc eius interrogatio debet dici cauilloſa & captioſa, & propterea non eſt admittenda.

*a Si credit teſtis. Credo prolatũ in atteſtatione ad captionẽ iudicis uel partis nõ uitiat, ut ſi interrogat⁹ an credat dicta ꝑ eum eſſe uera. Reſpon. ꝙ ſic, ſecundũ domi. Proſd. comitẽ Paduanũ. in c. in omni. de teſti. contra Ioã. An. in c. inquiſitionis. in nouel. de accu. ſecundum Bartho. Cæp. ĩ iſta caute. et ita faciunt cauilloſi aduocati ĩ interrogatorijs ad teſtes.*

Cautela ad euitãdũ pſcriptionẽ, & repetita per eundẽ. LXXV.

1 *Præſcriptioni inductæ mero negligẽtis odio renunciari non poteſt.*

CAVTELA ꝙ in cõtractu non noceat pſcriptio, uidelicet ꝙ in iſtrumẽto dicatur, ꝓmitto tibi mille, & ꝙ poſsis me cõuenire quãdocũq; uelis, & eſt caſus ſecundũ Ang. & ibi dicit in iij. no. in l. quod ſi nolit. §. ſi qd. ff. de ædi. edi. facit quod not. in l. itẽ illa. §. quod adicitur. ff. de cõſti. pe. & hoc intellige in qualibet pſcriptione inducta in defectũ ꝓuiſionis hominis cui poſsit renunciari, ſecus in præſcriptione inducta mero odio 1 negligentis. * quia non poteſt illi renunciari, ſecundum Angel. in dicta l. ſicut ita. de quo per Barto. & Docto. in l. nemo poteſt. de leg. j. & per Bal.

in l.item illa.ff.de pœn.& per Bar. &
Doᶜto.in l.j.ff.de uſur.

## Cautela pro aduocatis & procuratoribus ad protrahendũ cauſas ad longum, & ad reiterandum plures appellationes. LXXXV.

1 *Interlocutoriam ſuam iudex reuocare non poteſt, quando res integra non eſt.*
2 *Appellationes plures ſup nullitate fieri poßunt.*
3 *Cauſam iuſtã fouenti aduerſariũ ſuũ decipere licitum eſt, & per indirectũ ipſum uincere, dũmodo mẽdacium uel periurium non interueniat.*

NOTA ſecũdum Vbertũ de Bo
bio, & Ioã.de Deo, ꝙ aduoca
tus qui timet de principali, debet dif
ferre cauſam, ſi habet diuitem clientu
lum, ut proponat reus aliquã exce-
ptionem[a], & ſuper ea faciat pronun-
ciari, & poſtea appellet.C. de appel.
l.aditos.& admittitur appellatio cau
ſa legitima in ea inſerta, ut in c.debi
tus.de appel.& hanc appellationem
proſequatur, & ſuper ea ſtatim impe
tret iudicẽ, uel nuncium mittat,* & 1
poſtea nõ poteſt iudex reuocare in-
terlocutoriã, cum res nõ ſit integra:
ut not.in c.cum ceſſante. de appel. &
Specul.in ti.de exceptio. §.iuſto.uer.
ſed nunquid. Item ſecundum Alber.
adhuc amplius poterit prorogari:
quia ſi in cauſa appellationis aliqua
cauſa incidat, & iudex appellationis
grauet, iterũ ab eo appellet, ſicut ſæ-
pe in curia fieri uidimus per malicio
ſos procuratores. Item ſecundum
eum longe plus ſic poterit proroga-
ri, ut reus appellet à ſententia, & di-
cat eam nullam coram iudice appel-
lationis: quia fieri poteſt, ut not Spe
cul.in titu. de ſenten. §.iuxta.uerſic.
ſed quid ſi ſua ſententia. ut habetur
in clemen.j.de iudic.& not.in c.ſua.
de appellatio.& ſi iudex pronuncia-
uit iuſtam, uel aliquam, uel iniuſtam,
ſtatim iterum appellet, & iterum co-
ram iudice appellationis iterum di-
cat eam nullam, & ſic poterit centies
facere: nec enim dicitur tertio pro-
uocaſſe, cum nullam appellationem
fuerit proſecutus, & ſemper poſsit
dicere ſententiam nullam: ut ff.quæ
ſenten. ſine appellatio. reſcind.l.j.&
l.ij. Item docet Ioan.de Deo, quòd
litigator ſemper inſidietur iudici, &
inuenta occaſione appellat, non ti-
met expenſas, ſi diues eſt: quia grata
ſuperueniet quæ non ſperabitur ho-
ra. Sed certe pudet me talem recitare
doctrinam, quæ non illuminat ani-
mam, nec ſubleuat ægrum. xlv. di-
ſtinc.inuidetis. Hæc enim doctrina
non fuit erudiendorum, ſed perden-
dorum auditorum, dum quid mali de
dicerint inſinuãt.de conſecratione.
diſtinctiõ. ij. doctrina etenim mala,
conſcientia eſt malitioſa doctoris:
ut in j.quæſt.vij. conuentibus. ita di
cit Specu.de except. §. niſi.uerſicu.
intelligetur. ſecundum Vbertum de
Bobio: quia iſta cautela non utaris
ubi cauſam foues iniuſtam, ſed ſo-
lum quando iuſtam, & dubitas de fa
uore & potentia alterius partis, li-
tigando cauſas, perdes animam. iuxta
not.in c. præſentium. de teſti. in vi.
& uide quod dicam in ſeq. cautela.

Vbertus de Bobio docet aliã cau-
telam, uidelicet ut appellans appel-
lando, & proſequendo dicat primã
ſententiam nullam, & ſi iudex appel
lationis dicat eam aliquam, uel iu-
ſtam, ſtatim poterit appellari, etiam
centies, & per hanc uiam, ut docet
Specul.in titu.de appellatio. §.quo-
ties.in uerſic.item no.ſecundũ Vber
tum.& dixi in præcedẽti.ſed clarius
dicas dando cautelam ſimilem duo-
bus modis. Primo quod ſi eſt lata
ſententia, appelles, ſi eſt lata ſecun-
do cõtra te in cauſa appellationis, ite
rum appelles, ſi fertur tertio ſenten-
tia contra te, dicas illam tertiã ſentẽ
tiam nullã[a], quod fieri poteſt: ut in
clemen.j.de re iud.& ſi pronũciabi-
tur ipſam aliquam, appelles ab iſta
pronũciatione, quod fieri poteſt, &
ſi iterum in cauſa appellationis pro-
nunciabitur cõtra te, appelles ſecun
2 do, quod fieri poteſt:* quia illæ duæ
appellationes ſunt ſuper nullitate: &
ſic ſuper diuerſis, per ea quæ habeu-
tur in c.ſua.de app & in l.unica.C.ne
li.in una & ea.ca.ter.prouo. Et ſi ter
tio pronunciabitur contra te, dicas
iſtam tertiam ſententiã nullam: & ſic
procedas uſq; in infinitum: ut ſuprà.
Et licet iſta cautela proſit ad litigan-
dum, tamẽ non prodeſt quantum ad
impediendum executionẽ: quia latis
tribus ſententiis conformibus ſuper
negocio prin. debet fieri executio, li
cet poſſet dici ſententia nulla: ut in
d.cle.j.de re iudi. Et ideo melior cau
tela uidetur eſſe alio modo ad im-
pediendum iudicium ſuper princ. &
ad impediendum executionem hoc
modo, uidelicet quòd ſi feratur pri-
ma ſententia cõtra te, non appelles:
ſed dices eam nullam, quod fieri po-
teſt.l.ſi expreſsim.ff.de appella.& ibi
no.& ſi pronunciabitur eam aliquã,
appelles ab iſta ſentẽtia, & ſi iterum
pronunciabitur ea aliqua, ſecũdo ap
pelles: & ſi tertio pronunciabitur ali
qua, licet non poſsis amplius appel-
lare, tamen potes iſtam ſententiã ul-
timam ſuper nullitate dicere eſſe nul
lam, & ſic ulterius procedatur mi-
lies. Circa prædicta uide no.in cle.j.
de re iudi.& no.in clemen.fin.de ap-
pel. Sed dicta cautela non utaris, niſi
foueres cauſam iuſtam in cauſa prin-
ci. ſed ſi foueres iuſtã, uidetur quòd
tali cautela quis poſſet uti per gloſſ.
no.in c. cupientes.in uer.malignan-
tes.de elect. in vi. & uide quod ibi
no. circa hoc.& per glo.no. xiiij.q.j.
3 ſi prædicator.* ubi dicitur, quòd lici
tum eſt fouenti iuſtam cauſam deci-
pere aduerſarium, & per indirectum
ipſum uincere, dũmodo mendacium
uel periurium non interueniat.

## Cautela quia in præcedentibus dictum eſt de appellationibus. LXXVII.

1 *Appellationis in materia cautelæ, remißiue.*

VIDEAMVS etiam aliã caute
lam de eadẽ materia. nã ille qui
uult appellare, debet eſſe cautus, ut ſi
iudex nõ uult admittere antiquã ex-
ceptionẽ, quòd ipſe præponat excẽ-
ptionẽ ſuam, & ſi iudex eã admittet,
tantũ eſt, ac ſi non admittit, ſed rei
cit expreſſe uel procedendo ad ulte-
riora, debet tunc appellare hoc mo-
do, uidelicet quia iudex nõ admiſit
exceptionẽ ſuã propoſitã: imo eam
reiicit expreſſe uel tacite: appellat ne
procedat in cauſa tali ad ulteriora
procedẽdo, ſed ſi ſolũmodo allega-
ta exceptione, & nõ reiecta expreſſe
uel tacite, licet non admiſſa appelle-
tur in cauſa, talis appellatio non ua-
leret. iſta omnia probantur in c.dile-
cto.de appel.& ibi per omnes.& no.
Anto.de But.& Doctor.in c.interpo
ſita.de appel. Secũda cautela, ꝙ il
le qui obiicit exceptionem corã iu-
dice, offerat ſe eam probaturũ incõ-
tinenti, ſi poteſt: quia tunc ſi nõ ad-
mitteretur talis oblatio, appellatio
interpoſita ꝓpter hoc iuſtificaretur,
ſolum probãdo quòd ſe obtulerit, &
nõ fuit admiſſus, ubi alias teneretur
probare exceptionem oppoſitam eſ
ſe ueram: ut eſt textus in d.c.dilecto.
in princ.& ibi hoc not.glo.in §.j.&
no.omnes Doc.in prin. Tertia cau
tela eſt circa idẽ, quando aliquis op-
ponit unam exceptionẽ coram iudi-
ce, & iudex eã non reiicit nec tacite,
nec expreſſe, nec etiã admittit, ſed di

Aa 2 cit

Marginal notes (p. 738):

a Exceptio. *Exceptio quæ põt incõtinẽti probari, admittitur, q alias non admitteretur, in Spec. de lit.coteſt. §. ij. uerſicu. quid ſi reus.& dicitur incõtinenti, id eſt, ĩfra triduũ. glo.in l.ij.C.de erro. aduoca. Exceptio quæ nõ releuat, non debet admitti.* Bald.in l.cũ *ſeruum.* C. de *ſer.fugit.*

Marginal notes (p. 739):

a Sentẽ.nul. *Appellatio à ſententia nulla fieri põt.c. dilecto.et ibi* Doc. *de appel. uide per* Bald.in l.j. *in j.col.in uer. quærunt* Doc. *ſen.ex peri. rei.& in Spec. de appel. in iiij. parte, in §. j. uer. quidã aũt utuntur.& uide in l. ſi conſtat. & in l. ſi expreſsim. de appel.& Pau. conſi.xv.et Alex.conſi.ij.iiij. parte.*

cit quòd dubitat, & ꝙ uult habere
consiliū, ſicut ſępe fit, & tenet illum
obiicientē exceptionē: nā tunc cau-
tela eſt, quòd obiicies exceptionem,
requirat iudicem cum aliquo inter-
uallo temporis congruo, & ſi non
aliter declarat elapſa tertia requiſi-
tione, poterit appellari, & non antè.
arg. c. j. de ſup. negli. prælato. & dicit
no. Ant. de But. in d. c. dilecto. & no.
idem Abb. Sicu. in c. intimaſti. eo. tit.
*Et ſi tamen uidere uis alias cautelas 1
in materia appellationis, uide plene
per Spec. in ti. de app. §. qualiter. uer.
in ſumma no. in ſecunda parte Spec.

a Hab. nō po. Aldo Spec. de primo & ſecū do decre. §. ii. uerſi. porro. & §. v. uerſic. ſed cui. & ſe. Iudicis abſentia nō inducit deſertionem cauſæ appellationis, ſi ſibi ſit facta ꝓteſtatio a parte. Bald. in addi. Spec. de appel. uerſi. mora iudi.

b Vnus. Electio facta ab uno nomine plurium per uerba ſingularis numeri ualet. c. cum ab uno. de ſen. & re iudi. in vj. & in Spec. de elec. § j. uer. et no. & per tot.

Electio ſi fiat cōtra cōſuetudinem eccleſiæ, qualiter formetur libellus, in Spec. de conſuetudi. in princip.

## Cautela corā quo ſit appellādū, quando iudicis præſentia haberi non poteſt[a]. LXXVIII.

1 *Perſonæ honeſtæ quæ dicantur.*

QVIA in electione ſequenti le-
gemus. c. fin. de appella. uidea-
mus circa eas aliquas cautelas, quan-
do quis non poteſt appellare, ſeu
appellationem interponere coram
iudice à quo, ſic regulariter debet
interponi: ut l. fin. ff. quando appel.
ſit. Prima cautela eſt procedēs ex re-
medio uniuerſali, quo cauetur, quòd
quando ex aliqua cauſa nō poteſt ha
beri copia iudicis à quo, ꝙ adeatur
iudex ad quem, & corā eo tantūmo
do appelletur: quia ſufficit. text. eſt
ualde nota. in l. ij. §. dies. ff. quando
appel. ſit. quia in caſu noſtro non de-
bet habere copiam iudicis à quo, ex
quo cum ſecuritate & cōmodo ſine
periculo haberi non poteſt. ar. l. ne-
pos Procula. ff. de uerb. ſigni. & arg.
eorū quæ habentur in l. ſi expreſsim.
ff. de appel. Secunda cautela, quòd
timens appellationem interponere,
proteſtetur intra decem dies in præ-
ſentia bonorum uirorū tabellionū,
*& ſic duarum perſonarum honeſta- 1
rum, & ſic coram duobus prælatis
uel religioſis, hoc per tex. in c. paſto.
§. j. ibi, coram publicis & honeſtis
perſonis. de offi. ordi.

## Cautela quō fiat electio abſentis maiori parte. LXXIX.

1 *Electio unius ſolius, quonam pacto ualere poßit.*

IN ELECTIONIBVS quidā
adhibet iſtā cautelā, uā conuenienti
bus canonicis, uel aliis ad quos ſpe-
ctat electio de iure, ſcilicet ex cōmiſ
ſione inter eos facta faciūt delibera-
ri, ut hora tertiarum, uel hora miſſæ,
uel alia certa hora, ut cōueniāt in ta-
li loco ad electionem celebrandam,
& hoc ſcribi faciunt. unde ſi poſtea
illa hora unus[b], uel aliqui ipſorum
conueniant, & eligant, ualet electio
etiam aliis abſentibus, & etiam not.
Inno. in c. cum nobis. de elec. in glo.
ſed nunquid. & ita tenet Tancre. de
Cor. in quodā ſuo opere iudiciali. in
ultima parte. in uer. xv. quæritur. in
fi.*ubi dicit, ita uidi ſeruari de facto 1
in quadam electione, in qua duo ele-
ctores ſtatuerant hora ueſpertina ele
ctionē celebrare, poſtea uno eorum
aliquantulū retardante inueniendo,
alter fecit pulſare ad ueſperas, qui
prius uenerat, & elegit ſolus, & cuius
electio fuit confirmata: quod ſingu-
lariter not. & maxime quando ſunt
plures fratres qui nolūt uenire ad di-
uiſionē, & ſtatuūt certam horā qua
debeant intereſſe: nam ſi unus uel ali
qui eorū non reperirētur hora depu
tata, alij poſſent facere diuiſionē, &
ualeret diuiſio: & idē dic de ſimili.

## Cautela in materia excommunicationis ad hoc, ut debitor facilius inducatur ad ſoluendum. LXXX.

1 *Excommunicationem minorem incurrunt communicantes cum excommunicato excommunicatione maiori.*

2 *Sententia excommunicationis appellari non poteſt: quia ipſa lata ſecum executionem trahit.*





3 *Excommunicatione per annum perſeuerans, ſi litiget, amittit cauſam, item beneficium ſi quod habet, item habetur hæreticus*

VOLO tibi dare quatuor caute-
las notabiles & utiles in mate-
ria excommunicationis. Et prima ſit
iſta, per quam tu habeas optimum re
medium compeſcendi laicos, & in-
ducendi eos ad ſatiſfactionē pro in-
iuria perſonali illata clerico: nam iu-
dex eccleſiaſticus ad clerici querelā
poteſt denunciare illum malefactorē
excōmunicatum, ut xvij. quęſt. iiij. ſi
quis ſuadente. & compellere popu-
lum ad illum euitandū. Et dico quòd
iſta erit optima cautela ut iudex tem
pore denūciationis excommunicet
omnes, qui ſecum cōmunicauerunt
ante abſolutionē. Nam timore maio
ris excōmunicationis euitabitur ab
oībus, ubi hodie cōmuniter nō euita
1 tur:* quia cōicātes nō incurrunt niſi
minorē excōicationem, ut in c. ij. de
excep. & ꝙ talis ſentētia poſsit ferri,
uide Io. An. in c. ſtatutū. de ſen. excō.
in v i. licet ibi text. bene ponderatus
uideatur prima facie uelle cōtrariū,
ut dicit Nico. Abb. Sicu. in c. ꝓuenit.
j. de ſen. excō. & tu idē facias in ſimi
libus, quādo habes debitorē tuū ex-
cōicatū: quia nō uult ſoluere, nō fa-
cias eū denūciari ſimpliciter excōica
tum, ita ꝙ ab oībus euitetur, iuxta c.
paſto. §. j. de appel. quia tūc talis de-
nunciatio parū ſolet timeri, ex quo
cōmunicantes cū excōmunicato in-
currunt ſolūmodo minorē excōica-
tionē, ut habetur in d. c. ij. & ſis cautꝰ
ut facias ultra denūciationē euitatio
nis quod denūcietur, & ꝙ ſi quis cō
municauerit cū eo, ſit excōicatus: quia
tunc intelligitur excōicatꝰ excōica-
tione maiori, ut in c. ſi quē. quod eſt
pe. de ſen. excō. & ſic magis timetur,
2 quod no. Secūda cautela eſt,* quia re-
gulariter quādo quis eſt excōicatꝰ, nō
pōt appellare à ſentētia excōicatiōis
etiā infra x. dies: quia quamprimū eſt
lata, trahit ſecū executionē: ut eſt ca
ſus in d. c. paſto. §. j. & no. in c. ad re-
primēda. ff. de offi. or. Sed cautela eſt
ſecundū Abb. antiquū, quē ſequūtur
oēs Doc. in d. c. ad reprimēda. ꝙ ex-
cōicatus infra x. dies cōpareat corā
excōicatore, & petat ſe abſolui: &
quia excōicatio eſt iniuſta, ſi nō ab-
ſoluat eū ab iſta denegata iuſtitia, &
ſic ab iſto ſecūdo grauamine poterit
appellare: quod eſt no. Tertia cau
tela eſt, quādo in delegatione appo-
nitur clauſula, appellatione remota:
uel quādo in ſtatutis dicitur, ꝙ ī tali
cauſa nō poterit appellari, & ī illa fe
ratur ſentētia cōtra unū: nā tūc non
obſtante dicta clauſula uel dicto ſta-
tuto, poterit per uiā q̄relæ adiri ſupe
rior, qui ſi uiderit ꝙ appellans fuerit
grauatus iniuſte, poterit huiuſmodi
grauamē emendare: ut eſt caſus q̄ ita
intelligitur ſecūdū unū intellectū d.
c. paſto. in prin. de appel. Sed ꝓut in-
telligo illū tex. alia cautela eſt & uti-
lior, ꝙ grauatꝰ per ſentētiā appellet,
& adeat ſuperiorē iudicis appellatio
nis, & ſibi oſtēdat ꝙ ſit grauatus per
ſententiā iniuſte: quia tūc iudex ap-
pellatiōis poterit & debebit emēda-
re grauamē, & ꝓnūciare male iudica
tum: & ſic iſta appellatio ꝓderit re-
ſpectu iudicis appellationis, licet nō
reſpectu iudicis à quo: quia ille iu-
dex à quo, interim antequā pronun-
cietur per iudicē appellationis, pote
rit ſuā ſententiā exequi nō obſtante
appellatiōe, & hoc operabitur dicta
clauſula & dictū ſtatutū prohibens
appellationē: & iſte eſt ꝓprie caſus
qui ita debet intelligi in d. c. paſto. in
princi. & alias diſputando ſuſtinui.

Quarta cautela eſt quando habes
debitorē tuū excōicatū, quia tibi non
uult ſoluere, quia de excōicatione nō
curat, & dubitas ne tibi īfrigatur ſen

tentia cōdēnatoria. Cautela eſt ꝙ tu expectes quod dilabatur annus à die excōmunicationis,* quia ex quo per 3 annum ſtetit in excōicatione, perdit cauſam: ut habetur xj. q. iij. rurſus quod intellige ſi potuit inuenire excōmunicatore ſuū infra annū, alias ſecus: ut ibi habetur. & not. glo. pen. in fi. in d. c. paſto. §. præterea. de offi. ordi. Itē debet priuari beneficio ſuo ſi quod habet, ut in d. c. rurſus. & hoc etiam not. gloſ. in c. cum bon. uerſic. triennio. de ætate & qualitate. & ibi ponitur iſta materia. Item habetur hæreticus: ut eſt text. cum glo. fi. in c. cum contumacia. de hære. in v i. & ideo ſit cautus ille qui eſt excōmunicatus ꝓpter debita uel aliā cauſam, ut procuret ſe abſolui infra annū, ſi poteſt habere ſuum excōmunicatorem, ne incidat pœnas prædictas.

Cautela quod melius ſit creditori uēdicanti rem debitoris ſui ſibi obligatam, quod intentet Saluianū interdictum, quam hypothecariam. LXXXI.

1 *Saluianum interdictum pro quibus cōpetat, & ad quid etiam utile ſit.*

2 *Sententia lata in cauſa momentaneæ poſſeſſionis appellari nequit.*

QVANDO quis uult uendicare uel reuocare rem ſui debitoris alteri alienatā quæ ſibi obligata eſt, cautela eſt, quod potius intentet Saluianum interdictum[a], quam actionē hypothecaria:* quia Saluianum uti- 1 le interdictum competit cuilibet creditori, directum autem pro rebus coloni inuectis & illatis. Item utile pro rebus inquilini competit locatori, & etiam cuilibet alteri creditori: ut uidetur caſus in l. prima. C. de Sal. inter. in eo quod dicit debitor. & ibi hoc no. Bar. & in eo quod dicit debitor quaſi Seruiana, quæ cōpetit cuilibet creditori: ut habetur in §. item Seruiana. inſtit. de act. & per gl. in d. l. j. Item cōpetit Saluianū interdictū non tantū contra debitorem & eius hæredem, ut d. l. j. & ibi Bal. ſed etiā competit contra quēlibet extraneū poſſeſſorē: ut eſt tex. in l. j. §. j. ubi ad uerſus extraneos. ff. de Sal. interdic. & hoc tenet Bart. & Salyc. in d. l. j. C. eo. tit. & utilitas huius etiam in hoc: quia Saluianum interdictum eſt poſſeſſorium & hypothecariū, licet aduocet poſſeſſionem: ut habetur in l. ſi cum uenditor. ff. de euic. tamen nō eſt momentaneæ poſſeſſionis, ſed ſapit naturā poſſeſſorij. ita dixit ſingulariter Bald. & Saly. in d. l. j. C. de Sal. 2 inter. & Bar. in d. l. j. ff. eo. ti.* Ex quo ſequitur ꝙ cū à ſententia lata in cauſa momen. poſ. non poſsit appel. ut l. unica. C. ſi de mome. poſ. fue. app. ꝙ à ſentētia lata in Saluiano interdicto appellari nō poterit, ſed à ſentētia lata ſuper hypothecaria ſic: ut no. Bar. in d. l. j. ff. de Sal. inter. Itē eſt alia utilitas in modo probandi, quia intentans Saluianum interdictū, quod eſt mere poſſeſſoriū, non habetur neceſſe dicere, rē eſſe obligatā, & docere de obligatione, ſed ſufficit probare rē eſſe poſſeſſam ab illo, qui obligauit, ſed in hypothecaria debet probari, rem quæ petitur fuiſſe hypothecatam, & fuiſſe in bonis debitoris, ut habetur pleniſsime per gloſſ. Cyn. & Doct. in l. ſi tres. C. ſi alie. res pig. da. fue. & per Bart. in l. ſi rem alienam. ff. de pign. act. & propterea non intentes hypothecariā, ſed Saluianum interdictum, ſi concurrunt ea quæ habentur in d. l. j. ff. & C. de Sal. inter.

a Saluia. iter. *Agēs Saluiano interdicto debet narrare rē fuiſſe in bonis tēpore hypothecæ, ſed ſufficit quod probet de poſſeſsione ſola debitoris. Pau. de Caſt. conſi.* [illegible] *col. & Cy. & Saly. et Doct. in l. cum res. C. de prob. & Alexā. poſt Bart. in l. rem alienam. de pigno. act. Addo etiā Spe. tit. de lo. §. v. uerſ. ad hoc. & ff. et C. de Salui. inter.*

b Spoliatus. *Spoliatus habet viij. remedia à iure. in Spec. de reſtit. ſpol. in princi. per totum.*

Cautela pro ſpoliato cōtra ſpoliatorem. LXXXII.

1 *Spoliatus ante omnia regulariter reſtituendus eſt.*

REGVLA* eſt, quòd ſpoliatus[b] 1 ante omnia eſt reſtituēdus: ut l. ſi quis à ſe fundum. C. ad legem Iul.



de ui. in c. j. de reſtitutione ſpoliato. etiam ſi ſpoliatus eſt prædo: ut eſt text. in c. in literis. eod. titu. quod intellige, niſi ſpoliatus[a] paratur agētē probare de dominio uel de iure ſuo, quia tūc ſpoliat⁹ nō eſt reſtituēd⁹: ut eſt caſus in d. c. j. & ideo cautela eſt, quādo ſpoliato opponitur de dominio uel de iure agētis, ſpoliatus opponat & dicat, domine iudex ego nō cōſentio, nec debetis ipſum audire, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, quo caſu etiā ſi probaretur de dominio, deberet reſtitui: ut not. in dicto c. j. & per Innocen. in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. & c. cum Bertoldus. de re. iu.

Cautela quod de liquido ad nō liquidum admittatur compenſatio. LXXXIII.

1 *Regula, de liquido ad nō liquidū nō ſit compenſatio, quomodo intelligatur.*

SCIS ꝙ uulgariter dicitur, ꝙ de liquido ad nō liquidū non debet fieri cōpenſatio: ut habetur in l. fi. C. de cōpenſa. & in §. in bonæfidei. inſtit. de actio. Sed ego do tibi unā bonam cautelam ſingularem, per quam de liquido ad non liquidum poterit opponi cōpenſatio, & liquidum nō poterit interim exigi, & facta probatione de non liquido, debet fieri cōpēſatio. Et cautela eſt iſta, ſi unus petit à te decem in quibus uere es debitor, & ipſe tenetur etiam tibi in alia decem, aut minori ſumma, ſi poteſt probare aduerſarius, quòd ſis debitor ſuus, cōfitearis incontinenti debitum, & opponas compenſationem pro ea quantitate, in qua aduerſarius eſt debitor tuus: & licet aduerſarius neget debitum, tamen ualebit oppoſitio compenſationis, & interim poterit à te exigere: ſed debebit te expectare quòd probes, uel non probes debitum negatum. Nec obſtat dicta 1 regula,* quòd de liquido ad non liquidum non fit compenſatio: quia debet intelligi, quando illud eſt liquidum per teſtes uel alias probationes, ſecus ſi eſſet liquidum per confeſsionem partis: ut eſt text. cum gloſſ. ualde not. l. fina. uerſicu. coniuncta. C. de compenſatio. & ibi hoc not. & tenet Cyn. in xj. quæſt. & eſt alia gloſſ. ſimilis in l. nemo ex his. ff. de regul. iur. quod not. quia multi iudices imperiti ſeruant contrarium, & male.

Cautela pro libellāte ne ad expēſas teneatur. LXXXIIII.

1 *Debitor ſi ſaltem per interpellationem extraiudicialem in mora conſtitutus non fuerit, ad aliquas expenſas non tenetur, ſi recepto libello, ſe ſoluere dixerit, & liti cedere.*

IN LIBELLIS ſolet cōmuniter apponi una clauſula, ꝙ aduerſari⁹ fuit interpellat⁹ ſępe & ſępius extra iudicium, ut faceret id quod petit, quòd facere recuſauit: quæ clauſula ſecundum aliquos nō eſt neceſſaria, quia interpellatio ſimiliter neceſſaria non eſt, ſed de urbanitate: ut l. quidam Hyberus. ff. de ſeruitu. urba. prædiorū. ubi tamen dicit loquaris cum Hybero. Et tu dicas quòd imo utilis eſt, & cautū quod apponatur: 1 * quia ſi debitor non eſt conſtitutus in mora ſaltem per interpellationē extraiudicialem, & uocatur ad iudicium, non tenetur ad aliquas expenſas, ſi immediate recepto libello dixit ſe ſoluere, & cedere liti, & nō cōtendere: ut dicit no. Specul. in titu. de rei uendi. §. j. & Ang. in l. j. C. de obſequiis. & Angelus de Aretio, inſtitu. de actio. in §. ſic itaque. & propterea cautela eſt, ut primo antequā conuenias debitorem tuum, ut interpelles primo ipſum, qui ſi non ſolueret, & conuenias ipſum, tenebitur

a Spoliatus. *Spoliatus debet reſtitui ante oia. l. ſi quis ad ſe fundū. C. ad l. Iul. de ui. Oldr. conſilio ccxxiij. incipiēte, iſtæ ſunt allegationes, & omnino p Alex. in l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acqui. rer. poſ. ubi ponit regulā & multas fallentias, quod uerum eſt, etiam ſi per cōtumaciā ſit ſpoliatus per iudicē, quia nolēs purgare contumaciā audiri debet, etiā ſi miſſus in poſſeſſione rei uelit ſtatim ꝓbare, de dñio ſuo. Bal. in l. pe. §. pen. C. de præſcrip. xxx. annorū et per Oldra. conſi. ccxxvj. incipiente, de tote. uide in Spe. de priui. & ſe. de re. §. iam de eſſec. uer. quid ſi miſſus. alias autem ſpoliatus non debet reſtitui, quando conſtat de dominio ſpo-*

 bitur

*liati. cap. cum eccleſia.de cauſa poſ. & propr.c.cum ſuper eod.titu.c. decimas.de reſtit.ſpol. in vj.*

bitur ad expenſas, etiam ſi incontinenti confiteatur debitum. & propter iſtam ratione dicta cautela ſolet apponi in libellis, & bene.

## Cautela qualiter ſocius teneatur ſocio reficienti rem communem. LXXXV.

1 *Socius ſi rem cōmunem pro parte ſua reficere noluerit, partis ſuæ dominium perdit.*

SAEPE cōtingit q̄ ſint duo fratres, uel ſocij, qui habent rem cōmunem, puta domum uel molendinum, quæ res indiget reparatione, & unus eorum uult reficere, & alter eorum non uult contribuere ad expenſas. Cautela eſt multum ſingularis & utilis, quòd ille reficiat rē qui uult ſuis ſumptibus, & petat ſumptus ſibi reſtitui ab alio ſocio: * quia 1
ſi ſocius recuſabit reficere rem, nolendo contribuere pro parte ſua, & facta refectione per alium non ſatiſfecerit pro parte ſua reficienti etiam cum uſuris uel intereſſe, perdat dominium ſuæ partis poſt quatuor menſes, & applicatur reficienti: ut eſt caſus ualde no. in l. iiij. C. de pri. ædi. & in l. ſi duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. & ita not. & tenet Ang. de Arc. inſti. de act. §. ſequens. ideo ſint bene cauti ſocij tam reficiētes, quàm nolentes reficere, per prædicta.

## Cautela eſt ī iudicialibus, quod pars contradicat expreſſe, alias tacendo ſibi præiudicat. LXXXVI.

1 *Tacens in iudicijs conſentire uidetur.*
2 *Actus contra unum per iudicem ſi in iudicio fiat, non contradictio, non ſuffi cit, niſi appellet.*

EST DVBIVM an tacens uideatur conſentire, ut habetur in regula, qui tacet. & in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procuratori. & Bart. plene in l. quæ dotis. in fine. ſoluto matrimonio. Sed uera concluſio eſt, * quòd tacens in iudicijs uidetur cō- 1
ſentire: ut not. Bartol. in l. j. C. de re-la. Et ideo cautela eſt quando fit aliquis actus in iudicio contra unum, ut ille ſemper reſpondeat, & dicat quòd ipſe non conſentiat. Et ideo boni procuratores facient ſcribere me præſente & non conſentiente, ut dicit Barto. in dicta l. j. Vel melius eſt dicere, quòd in parte & in partibus facientibus contra ſe non conſentit, & iſtud procedit quando actus fit per aduerſarium, * ſed ſi actus 2
fiat per iudicem in iudicio contra unum, non ſufficit quòd ipſe non contradicat, niſi appellet: ut ſingulariter dicit Innocen. in c. quod ad conſultationem. de ſenten. & re iudi. & ſequitur Ang. de Peruſio, & Io. de Imo. in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. Circa hoc tamen uide text. qui uidetur facere in contrarium. & ibi Bald. & Paul. de Caſt. in aut. ſi quis litigantium. in princip. in uerbo, contradicat. C. de epiſcopali audie. Sed dic, ſi actus fit per partem in iudicio, ſufficit dicere non conſentio, ſed ſi fit per iudicem, & tunc aut eſt talis à quo poſsit appellari, ita quòd ſi appelletur, tranſit in rem iudicatam, & tunc non ſufficeret dicere, non conſentio, niſi appelletur. & ita intelligit Innocen. Aut ab actu iudicis non poteſt appellari, ſicut regulariter ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur: & tunc non requiritur appellatio, ſed ſufficit contradictio.

## Cautela quod tutius ſit relinquere alicui in codicillis q̄ in teſtamento. LXXXVII.

1 *Hæres in codicillis inſtitui non poteſt.*
2 *Codicilli primo teſtamēto facti nō tolluntur per alios codicillos qui poſtea fierent, neq; per aliud teſtamentum ſequens, niſi expreſſe dicatur.*



SI aliquis uelit tibi relinquere certam partem bonorū ſuorū, quid eſt melius & utilius, an quòd relinquat per codicillos, uel per teſtamentum? Et prima facie uidetur quòd ſit meli⁹ quòd relinquat per teſtamētu, quia illud fit cum maiori ſolennitate quam codicillus: ut probatur in l. hac conſultiſsima. C. de teſta. iuncta l. fin. C. de codicillis. Sed tu dicas quòd tutius eſt relinquere per codicillos, quàm per teſtamentū, niſi forte quis uellet inſtituere hæredem,
1 * quod in codicillis fieri non poteſt. l. in hæreditatem. C. de codicil. Et eſt ratio, quia teſtamentum per aliud teſtamentum ſemper rumperetur: ut in l. ſancimus. C. de teſta. & in l. ſi quis in
2 principio teſtamenti. de leg. iij. * Sed codicilli primo facti non tolluntur per alios codicillos qui fierent poſtea, neq; per aliud teſtamentū ſequēs, niſi expreſſe dicatur: ut eſt textus inſti. de codicil. §. non autē. Et no. Spe. in ti. de inſtrum. edi. §. compendioſe. in uer. ſed id conſideres. & quòd tutius ſit relinquere per codicillos ratione prædicta, tenet Spec. in d. ti. de inſtru. edi. §. uiſo de impugnatione uer. & no. quod tutius eſt: & ideo ſis cautus ut cōſulas quòd potius relinquatur per codicillos, quàm per teſtamentum.

## Cautela pro teſtatore uolente, quod eius ultima uoluntas non conſtet, niſi poſt mortem. LXXXVIII.

1 *Teſtamentum non ualeret, ſtante ipſius aperturam unus teſtiū moreretur, qui ſubſcriptionem ſuam, & ſigillum cognoſcere non poſſet.*

MVLTI ſunt qui uolunt q̄ uoluntas ultima nō ſit nota alijs niſi poſt mortem ſuam, propter aliquam iuſtā cauſam: ut habetur inſti. de pupilla. ſubſti. in §. ſi quis autem formidoloſus, & facit teſtamentum in ſcriptis clauſum [a], & ſigillatum & ſcriptū, iuxta l. cōſultiſsima. C. de teſta. Sed tu aduertas & ſis cautus, quia periculoſum eſt facere talia teſtamen-
1 ta: * Nā ſi moreretur uiuo teſtatore, uel etiā poſt morte ante eius aperturā unus ex teſtibus, qui nō poſſet cognoſcere ſuā ſubſcriptionem & ſigillū, nō ualeret teſtamētū: ut ſingulariter no. Bar. in l. ij. in prin. ff. quead. te. aperi. Et ideo debes uti hac cautela qua ſæpiſsime uſus ſum, ut teſtator cōuocet unū notariū qui non ſit de teſtibus ſupradictis, & duos, uel tres teſtes alios, ut faciat quod cuilibet dictorū teſtiū qui ſe ſubſcripſerunt & ſigillauerunt, recognoſcant ſubſcriptiones & ſigilla in præſentia duorū uel triū teſtiū dicti notarij, & roget dict. notarium ut conficiat unum inſtrumentum de dicta recognitione ſubſcriptionū & ſigillorū, & erit ſecurus quòd nō erit opus alia recognitione: & hoc modo nō erit periculū. de quo ſupra. Vel poteſt etiā alio modo prouideri, uidelicet q̄ teſtator à pricipio à quo ſe ſubſcribūt teſtes & ponūt ſigilla, adhibeat notariū & teſtes qui ſunt rogati de dicta ſubſcriptione uel ſigillis, & de hoc fiat ſcriptura publica, quia illa probabit ſufficienter. & hoc ponit Bar. in d. l. ij. in prin. ſed pcedēs cautela melior eſt. Tertio poteſt & aliter prouideri, quādo teſtator uellet teſtari in ſcriptis, & nō curaret quòd teſtamentum eſſet ſecretum, quia tunc poſſet facere publicationem fieri eo uiuo: ut no. Bar. in d. l. ij. in §. ſi dubitetur. Circa quod adde quod dicitur in ſequenti cautela.

*a Teſta. clau. Teſtamētū nō apertū mortuis teſtibus nō probat. gloſ. fin. in uer. obſignet. ſecūdū Do. Bar. in uer. q̄ro quid ſi teſtes. i l. ij. C. quem. te. aperi. Barto. in l. v. in pri. ff. e. ti. dicit uerū in teſtamēto in ſcri. quod corruit, ſi unus teſtis morit anteq̄ publicet, uel uiuo teſtatore, niſi eo uiuo facta fuerit recognitio ſubſcriptionis, et ſigilli à teſte corā notario et teſtibus. uel etiā tēpore ſubſcriptiōis fuerit rogatus alius notarius de ſubſcriptione illi⁹, uel niſi uiuo teſtatore aperiatur. ut ibi per Bar. & Bald. ī addi. Spec. de inſtrument. edi. uer. ſi deceſſit. Adde notaper. Bal. in l. ij. C. de fideicom.*

## Cautela pro chirographis mercatorum. LXXXIX.

1 *Chirographo ſeu ſcriptura priuata manu notarij nō cōfecta, requiritur quod trium teſtium ſubſcriptio interueniat, alioquin non ualeret.*

MERCATORES de mercibꝰ ſuis ſępiſsime nō faciūt cōficere inſtrumēta publica, ſed priuatam ſcriptura [a] faciunt, quæ dicitur chirographus, uel etiam uulgo appellatur ſcriptura de manu: ſed eſt periculoſum cōfidere de dicto chirographo, *in quo requiritur quòd interueniat 1 ſubſcriptio trium teſtium, alias non ualeret quando eſt ſcriptura priuata, no. i confecta manu notarij uel publicæ perſonæ: ut eſt tex. in autē. ſi quis uult. auten. depone. C. qui po. in pig. ha. Nam ſi aliquis qui ſe ſubſcripſit moriatur, illud chirographum nihil probabit, niſi, ut dixi, ſit ſcriptum per manum publicam, uel habeat ſigillū appenſum: ut eſt caſus no. in c. ij. de fide inſt. & ibi ponitur per omnes Do. de iſta materia. & eſt gl. ualde no. quę ita dicit in c. inter dilectos. in uerſic. publica manu. eo. ti. de fide inſtru. & ideo tu ſis cautus, quòd non recipias chirographū niſi ſit ſcriptum manu notarij ad hoc rogati, uel niſi apponatur ſigillum promittentis. ſed ſi poteris, facias cōficere publicum inſtrumentum. facit ad hoc quod dictum eſt in præcedenti cautela.

*a Priua. ſcri. Scriptura propria manu debitoris facta et cōfeſſata. pbat etiā nō ſubſcripta cōtra debitorem, nō cōtra tertium, niſi ſit ſubſcripta teſtibꝰ. Bar. ī l. ſcripturas. i prima col. uer. not. C. qui po. in pign. ha. Itē ſcriptura priuata quomodo impugnetur, uide Spec. de inſtr. edi. §. ſatis utiliter. p totum.*

*b Saluuſcōd. Saluuſcōductꝰ ad bene placitū intelligitur perpetuꝰ. Bar. & Doc. in l. cēteſimus. §. ſi ita ſtipulatus fuero i iij. col. uer. ulti. formo hāc unam q. ff. de uer. obl. de quo ibidē per dom. Alex. in pe. co. uerſi. extra gl. q̄rit hoc. Bart. cū concor. ibi p eū datis. facit l. iuris peritos. de excu. tuto.*

## Cautela adhibenda circa pręſentiam teſtium, in teſtamēto cœci, & aliorum. XC.

1 *Hæredis inſtitutio in teſtamentis olim præcedebat, nunc autem ſequi debet.*

IN teſtamentis* debebat olim hære- 1 dis inſtitutio pręcedere, ut inſti. de leg. j. §. ante hæredis. hodie non poteſt præcedere, ſed ſequi: imo cōmuniter ſolet ſequi legitima, dicendo, in omnibus autē alijs bonis ſuis &c. ut in d. §. ante hæredis. Sed caueas, quia etiā hodie requiritur quòd præcedat hæredis inſtitutio in teſtamento cœci, & niſi præcedat, nō ualet teſtamentum: ut eſt caſus in l. hac conſultiſsima. C. qui teſta. fa. poſ. ubi ponitur forma teſtandi per totum: & Imperator ibi mandat quòd illa forma ibi tradita debet obſeruari, quæ eſt, ut primo hæredis inſtitutio præcedat. & hoc tenet ibi Cyn. & Doct. licet aliqui contra. Sed ut euites opiniones, & periculum facies quòd præcedat hæredis inſtitutio: eſt etiam id periculum in teſtamento cœci, & in quocunq; alio teſtamēto in ſcriptis, quia non ualet ſi omnes teſtes nō fuerunt præſentes uſq; ad finem, donec omnes ſe ſubſcripſerint & ſigillauerint: & ideo cautela eſt, quòd claudātur in camera ita quòd non poſſent exire, & ſtent præſentes donec ulterius ſe ſubſcripſerint & ſigillauerint, quod no. quia uidi aliquos notarios imperitos permittere, quòd recedat aliquis teſtium poſtquam ſe ſubſcripſerit & ſigillauerit, & male.

## Cautela pro bannito quod poſſit liberari à banno, non obſtante ſtatuto id prohibente. XCI.

1 *Saluuſconductus datus bannito per centum annos, quid operetur.*

ALIQVANDO eſt prohibitū quòd alicui condemnato non poteſt fieri remiſsio pœnæ, uel aliquando quis eſt bannitus uel rebellis, & non poteſt abſolui à banno uel à rebellione: ſi contingat quòd eſt bannitus uel rebellis ex aliqua cauſa ingratitudinis, debeat rebanniri uel abſolui: ſed non poteſt ſtante prouiſione uel ſtatuto in contrarium. ego do tibi unā cautela,* uidelicet detur 1 ſibi terminus ad ſoluendum uſq; ad centum annos, uel fiat ſibi ſaluuſcōductus[b] uſq; ad centū annos, & hoc modo per indirectum poterit conſequi intentionem ſuam. iſtud probatur in l. cum hæredes. in §. j. ff. de ſta. liber. & in effectu uult ibi do. Benedi. de Plumb. & ita uidi obſeruari in ciuitate Venetiarum per conſilium de



decem, quod fecit ſaluumconductum rebelli uſq; ad centum annos: quia non poterat eum abſoluere ſecundum leges ſuas.

## Cautela pro illo qui emit fundū ſibi debentem decimam, ſi iterum illum uult reuēdere, quo modo faciat ad hoc quod decima ſibi remaneat. XCII.

1 *Exceptio rei alicuius quid operetur.*

SI aliquis emit agrum uel fundum ſibi debentem decimam, & deinde uult reuēdere dictum fundum, de- 1 bet eſſe cautus: * ſi uult quod remaneat ſibi decima, quòd hoc exprimat in uenditione ſua, aliās uendēdo ſimpliciter, tranſiret decima in emptorem, ſecundum Iacob. de Are. quē ſequitur do. Benedi. de Plumb. in l. ſi is cui. in fi. ff. de ſta. lib. per illum text. licet Alb. de Ro. teneat contrarium in l. Seię. §. matre. ff. de fundo inſtructo. & in l. inter antiquam. C. de uſufruc. ubi omnino uide. & pro iſta opinione uidetur eſſe textus in l. ſi quis ædes. in principio. ff. de ſeruituti. ruſti. prædio. & ideo ſis cautus ut dixi, ut in uenditione tua excipias decimam: & idem dico de iure patronatus, ut uult Alberi. in d. §. matre. idem dicas de ſerui. per d. l. ſi quis ædes.

## Cautela quod non debeat ſtari ſententiæ arbitri. XCIII.

1 *Arbitri à ſententia appellari non poteſt.*

1 LICET* à ſententia arbitri non poſsit appellari, ut l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit. ubi habetur, ꝙ ſtari debet ſententię eius, ſiue ſit æqua, ſiue iniqua: tamē cautela eſt, per quam quis nō cogitur ſtari, ſi doceat ipſam euidenter iniquam eſſe, & appareat euidenter de læſione: quia tūc poterit dicta ſententia officio iudicis reduci ad arbitrium boni uiri, ſecundum Hoſt. in c. ij. extra de arbi. & Arch. v. q. vj. iudicibus. pro quo facit c. ex parte. & c. expoſita. eo. ti. & hoc tenet etiam Vincen. in d. c. expoſita. qui dicit ita obſeruari. & idem dicit Hoſt. in ſumma, de arb. § pen. uer. qa & ſæpe. in tit. de arbitr. §. j. uerſic. eſt autem differentia. quod eſt uerum, ſi contradictum fuerit infra decem dies ſecundum Archi. in d. cap. iudicibus. & tenet etiam do. Anto. de But. in c. quintaualłis. de iureiu. & ibi Ioan. de Imol. in c. ueniens. eo. ti. & in d. c. expoſita. & in d. §. ſtari. & per Ange. & Docto. in l. ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. j. & per legiſtas. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio.

## Cautela ad annullandum proceſſus epiſcoporum procedentes contra ſuos feudatarios. XCIIII.

1 *Vaſallus ipſo iure non cadit iure ſuo, ſed requiritur ſententia per iudicem competentem facta.*

SOLENT communiter epiſcopi poſt acceptam epiſcopatus poſſeſsionem proponere edicta in ualuis eccleſiæ, quòd ſi eſt aliquis feudatarius eccleſiæ, debeat comparere ad petendum inueſtituram infra annum, iuxta c. prim. & ſecundum. quo tempore mil. inueſtitu. peti. debe. in uſib. feud. & in caſu quo non uenit infra dictum tempus, monet eos quòd ueniant aſsignando ſibi aliquos dies, puta nouem & tres pro primo, & tres pro ſecundo, & alios tres pro tertio termino & peremptorio: & caſu quo non ueniant infra dictum tempus ex nunc, prout ex tūc, & ex tunc prout ex nunc, eos priuat feudis ſuis. Aliqui epiſcopi uolentes uti cautela meliori, elapſo termino priuant uaſallos ſuos: & poſtea conferunt feudum alijs. Sed tu aduerte quòd iſta practica non eſt bona, nec aliquid ualet. & eſt ratio: quia impoſsibile eſt quòd uaſallus habeat

aliq

aliquã iuſtã cauſam nõ cõparẽdi, uel quia eſt pupillus, uel quia eſt infirm⁹, uel quia eſt abſens, uel propter aliam cauſã ſimile: ut eſt tex. in c. ſancimus. in d. ti. quo tẽpore mil. & ad hoc ut ua ſallus priuetur feudo ob inueſtiturã nõ petitã tempore debito, requiritur ſentẽtia: * quia ipſo iure non cadit à
1 iure ſuo: ut ꝓbatur in d. c. ſancim⁹. & ibi no. Bal. & Doc. Ia. de Alu. & Doc. & ideo talis ſententia debet fieri per iudice cõpetente: alias eſt nulla: ut in toto ti. C. ſi à nõ cõpe. iud. & in c. ad noſtrã. de cõſue. & in c. at ſi clerici. de iud. ſed quãdo eſt quæſt. inter epiſcopũ & uaſallũ, uidelicet ſi uaſallus cecidit à iure ſuo, uel ſi debet priuari propter inueſtiturã nõ petitam, ob aliam cauſam dominus feudi non poteſt eſſe iudex, & ſic eſt incompetens: quia talis cauſa debet terminari per pares curiæ, id eſt, cũ uaſallis euiſdem domini: ut eſt glo. ord. & ibi per omnes Doct. in c. cæterũ. de iudi. & habetur per gl. & Doc. in c. j. §. pe. de prohi. feu. alie. per Fede. & ita alias ui di iudicare ſæpe, & bene contra epiſcopos priuantes ſua ſententia uaſallos ſuos ex eo quòd fuerint iudices competentes inueſtituræ factæ de dicto feudo, ab aliis fuerunt declaratæ nullæ dictæ ſententiæ: & ideo ſint cauti epiſcopi ne pronuntient per ſe contra uaſallos ſuos, ſed eligant pares curiæ, id eſt, alios uaſallos: & faciant quòd illi prouocent: quod nota perpetuo: quia multi errãt in hoc, & patiuntur epiſcopos auferre feuda ſua indebite.

*a Cõſen. ele. Electionarius nõ poteſt eligere ſeipſum. gl. et Bar. in l. plane. ff. quod cuiuſ. uni. no. ubi dicit uerũ, ſi ſibi ſoli cõmiſſa eſt electio: nõ ſi ſibi et alijs. et tenet Bar. i l. ſi cõſul. ĩ ſi. ff. de adop. Mar. Sil. in l. ſi mãdauero. §. ſi tibi. ff. mãdati. viij. q. j. q epiſcopatũ. c. cũ in iur. de elec. c. fi. de inſt. ſed bene poteſt cõſentire electiõi de ſe factæ ab alijs, etiã ſi ip ſe plus aliũ elegerit. Doc. et Io. And. in d. c. cũ in iure. & p gl. & Sicul. in c. conſuluit. de iure pat.*

Cautela pro illo qui eſt de domo regia, quod poſsit regnũ petere. XCV.

1 *Regnum uſq; ad quem gradum ſucceſſionis tranſmittatur.*

EST dubium an regnum tranſeat per ſucceſsionẽ uel per electionem. de hoc habetur in c. uenerabilem. de elect. tamen in quibuſdam regnis eſt conſuetudo, quod tranſeat per ſucceſsionem. & ita communiter eſt in Italia. * Sed maius dubiũ eſt,
1 uſq; ad quem gradum ſucceſsionis tranſmittatur regnũ. & uidetur quòd uſq; ad ſextum, uel uſq; ad decimum ad plus. iuxta no. inſtit. de ſeruı. cog. §. fi. & in l. iuriſconſultis. ff. de gradibus. Sed dicas quòd tranſit in infinitum uſq; ad centeſimũ gradum, & ultra, intantum ſi moritur rex uel princeps alicuius regni, deficientibus agnatis ſuis uel cognatis, ſi reperitur unus de ſua familia ſeu domo, ille debet ſuccedere in regno: ut ſingulariter not. Bal. & Iacob. de Alua. & nota quando moritur princeps: quia tunc ille qui eſt de ſua domo, licet ſit pauper, tamen debet eſſe cautus & petere regnum.

Cautela quomodo quis poſsit eligere ſeipſum. XCVI.

1 *Eligere regulariter ſeipſum non poteſt ille cui ſibi eligendi poteſtas data eſt.*

VIDIMVS pridie in c. cum in iure. de elec. gl. quę dicit, * quod quis non poteſt eligere ipſum, quando datur ſibi poteſtas eligendi. & eſt gl. ſimilis in l. plane. ff. quod cuiuſq; uniuer. no. & alia viij. q. j. qui epiſcopatum. & probatur in l. ſi mãdauero. §. ſi tibi. ff. mandat. & in c. fin. extra de inſti. Sed quando eſſent plures electionarij, qui haberent eligere, poſſet unus electionarius, ſi eligeretur ab aliis, conſentire electioni [a] de ſe factæ, & talis conſenſus connumerabitur in numero electorum: ut eſt caſus in d. c. cum in iure. quia hodie nõ eſt correctum: & procedit, niſi electio eſſet per uiam ſcrutinij: quia tũc non poſſet conſentire uel eligere ſeipſum: ut eſt caſus in c. Comana. de elect. quòd ita debet intelligi: ut ibi not. per Doctor. ſed quando unus electionarius ſperat, quòd aliqui electores eligant ipſum, non ſit primus qui faciat electionem, ſi poteſt: quia non poteſt eligere ſeipſum: reputaretur enim ambitioſus: ut no. in d. c. cũ in iure. ſed expectet ſi eligitur per alios: & tunc conſentiat electioni de ſe factæ. uel ſi cogitur primo eligere; quia forte habet primam uocem in capitulo, iuxta c. auditis. de electi. debet eſſe cautus ut eligat illum quẽ ueriſimiliter, uel nullus, uel minor pars eligeret: quia ſi poſtea eligitur ab aliis, poterit uariare & recedere ab electione facta per ipſum, & conſentire electioni factæ de ſe: & ſic erũt quatuor, & per cõſequens maior pars. & hæc probantur in d. c. cum in iure. in tex. & gl. & ibi per Ioan. And. & dominum Ang. & Doct. quod no. tu ſcholaris, quando fiunt electionarij, ſis cautus, ut electio cadat ſuper te.



Cautela quod etiam in caſibus in quibus alias non teneretur uenditor de euictione [a], ſi adhibeantur, ſemper tenebitur. XCVII.

1 *Euictionis periculum quæ ceſſare faciant.*

2 *Euictio non debetur poſſeſſionis euictæ ratione, ſed tantum ratione proprietatis.*

3 *Euictione uenditor non tenetur, quando emptor in compromiſſo uoluntario ſuccubuit.*

1 TRIA * faciunt ceſſare periculũ euictionis: primũ omiſſa denũtiatione emptoris, alterum eius abſentia, tertium iudicis iniuria: ut l. emptor. C. de euic. & habetur in l. ſi per imprudentiam. ff. eo. titu. Sed aduerſus hæc omnia poteſt emptor uti cautela, ut ſit ſecurus, tã ꝓ precio, quàm pro pœna dupli, & etiam pro ſumptibus litis: ut ſcilicet inſtrumento uenditionis per pactum à uenditore remittatur emptori: poteſt enim renuntiare iuri ſuo ex regula generali: & adiiciatur in inſtrumento quòd emptori non poſsit dici uel allegari, quòd ſententia fuerit lata per eius iniuriam uel per emptoris negligentiã, uel abſentiam, & promittatur refectio damnorum ſumptuum & intereſſe, quæ ſuſtineretur in iudicio. & extra ſecundum Ang. qui ita not. in l. emptor. C. de euic. Alia cautela
2 in materia euictionis eſt: * quia regulariter non debetur euictio ratione poſſeſsionis euictæ: ſed tantum ratione proprietatis, ut eſt caſus. & ibi per Barto. & Doct. in l. ij. ff. de actio. empt. & ideo cautela eſt, quòd emptor in inſtrumẽto emptionis faciat uenditorem promittere de euicto, ſi ue euincatur proprietas ſiue poſſeſ.

Tertia eſt, quando quis non uult promittere de euictione, ut dicatur in inſtrumento, & dictus uenditor dixit & proteſtatus eſt: & ita inter partes conuentum, quòd ipſe non teneatur de euictione etiam ad precij reſtitutionem. quia niſi iſta uerba dicantur, licet nõ teneatur ad intereſſe uel ſumptus, tenetur ad reſtitutionem precij, ut eſt caſus ſingularis in l. emptorem. §. ibidem. ff. de act. empti. quod eſt no. Quarta in hac mate-
3 ria poteſt adhiberi, * quòd licet regulariter uenditor non teneatur de euictione, quando emptor ſuccubuit in compromiſſo uoluntario: ut l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de act. empti. & nota. in l. libera quædam Theodora. C. de ſenten. & interloc. om. iudi. tamen emptor cautè poteſt uti uerbis ex quibus uenditor tenetur: uerba hæc ſunt, Et promiſit dictus uenditor dicto emptori de euictione, quomodocunq; & qualitercunq; res uendita euincatur. argum. gloſſ. nota. in l. cum pœna. ff. de arbi. Et ita ſolebat allegare illam gloſſ. ad hoc domin. Flor. de Bob. Doctor meus.

*a Euictione. Actio euictiõis licet ex pacto nõ cõpetat emptori: tamẽ agi poteſt ad pciũ. l. emptore. §. q autẽ. uer. ibidẽ. ff. de acti. emp. l. ij. §. fi. & ibi Bal. C. cõmunia de leg. quod uerũ, ſi pactum fuit in genere quòd de euictione nõ teneret uẽditor: ſecus ſi certæ perſonæ. l. qui libertatẽ. in prin. ff. de euic. Itẽ uerum, niſi dictũ pactũ ſit factũ inter mutuo uendẽtẽ & emẽtẽ: quia tũc neuter agit pciũ. gl. ſing. in l. ſi familiæ. C. fam. her. et ibi Bar. dicit non habere locũ in diuiſione. et tenet Bal. in l. nõ dubitãt. in fin. C. de euictio. Lu. in ſing. uer. euictio. & uer. uẽdes. Itẽ uerũ ſi ſine eã eſt renũtiatũ actiõi de euictione, ſecus ſi cũ cauſa expreſſa: quia tũc etiã pretiũ nõ repetit. Bal. in l. j. ij. q. C. de peri. & como.*

*rei uend. Bart. in l. qui lib. de euictio.*

a An arbiter. *Arbiter obligatus procedere et terminare ſecūdū ius quid poſſit, uide Ludo. i rubrica de ar. vij. co. Bar. ĩ l. dic. §. ſtari. de arb. dicit eũ nõ poſſe procedere cõtra ius. & tenet Sicul. in c. cũ dilecta. de reſc. iiij. col. i uer. no. ſin. iſtũ tex. ſed But. cotra in c. quinta uallis. de iurei.*

meus. Quinta eſt & utilis in eadem materia: quia ſolet dici, quòd dictus §. ſi compromiſero. non habet locũ in compromiſſo neceſſario, ſed tantũ in uolũtario: tamẽ emptor debet eſſe cautus, quòd non eligat arbitriũ neceſſarium ex forma ſtatuti ſine licentia aut conſenſu uenditoris: quia tunc non poſſet agere de euictione: ut not. in dict. l. libera. & ideo ex iſtis quinq; cautelis potes conficere utile inſtrumentum pro emptore in materia euictionis, ſi dicatur ſic: Et promiſit dictus uenditor de euictione, ſiue euincatur proprietas, ſiue poſſeſsio, & quomodocunq; uel qualitercũq; euincatur, etiam ſi euincatur per arbitrium uoluntarium, uel neceſſarium electum cum uoluntate, uel ſine uenditoris: & promiſit dictus uenditor non opponere uel agere, quod ſententia lata fuerit iniqua, uel per iniuriam emptoris uti propter eius abſentiam, uel per negligentiam, uel alio quocunq; modo.

## Cautela pro officialibus & prætoribus adhibentibus fideiuſſores ad relaxandum incarceratum debitorem. XCVIII.

1 *Fideiuſsio de iudicio ſiſti, incluſiue uſq; ad ſententiam durat.*

NOTENT bonam practicam & cautelam prætores & alij officiales, ne relaxent debitorem poſitũ in carceribus ex cauſa debiti præſtita: tamẽ fideiuſsione de iudicio ſiſti: *quia illa durat uſq; ad ſententiam incluſiue: nam lata ſententia fideiuſſores liberantur: ut l. agere. §. poſt litẽ. ff. de fideiuſſ. & l. cum apud Sempronium. ff. iudi. ſol. ſed debent recipere fideiuſſorem de iudicato ſoluendo, ſecundum Bal. qui ita dicit & bene in c. dilectis. in v. co. de appell. qui ſubdit, quod quidam poteſtas qui hoc ignorauit pro incauta relaxatione cuiuſdam carcerati, fuit condemnatus in ſyndicatu, & in totum deſolatus. 1

## Cautela pro committente in arbitrum iuris. XCIX.

1 *Arbiter iuris an ius commune, uel municipale ſequi debeat.*

DVBITATIO* eſt, an arbiter a iuris teneatur ſequi ius commune, an ius municipale. de quo per Ioa. Andr. in addi. Spec. in titu. de arbi. §. excipitur. in addi. quæ incipit, Guido de Suza. ubi tenet, quòd debet ſequi ius commune. de quo ego pleniſſime dixi in l. nominis & rei. in §. uerbum ex legibus. maxime in vij. quæſ. ff. de uerbor. ſigni. quod nota caute quando cauſa, quam habes committere, ſi ius commune diſponit aliter quàm municipale, ut ſcias qualiter cauſa ſit committenda: quia poteris faciliter obtinere, & aduerſarius non perpendet. 1

## Cautela ad euitãdum incurſum pœnarum interdicti unde ui, C. & l. ſi quis in tantum.

1 *Rugerius, prout recitat Vbertus de Bobio, qua cautela Mutinæ uſus fuerit.*
2 *Cautela uti non debemus, qua ſcandalum oriri poſſet.*
3 *Iudex ex officio partes prohibere debet, ne ad arma ueniant.*
4 *Obliuio ex longo tempore ſequitur.*

NOTA diligenter tu aduocate unam cautelam, per quam poteris facere tuum clientulum obtinere: ſi enim uides utramq; partem æqualiter probare: dic clientulo tuo, ſi potens eſt, quod poſſeſsionem eſſentiam, de qua eſt controuerſia, manu armata ingrediatur, & quod denunciet aduerſario ut ueniat ad poſſeſsionem ſi audet: qui ſi non uenerit, quia ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli, ſtatim perdet poſſeſsionem, quam dicit ſe habere: ut ff. de acqui. poſſ. l. ſi ad quod. §. final. unde clientulus erit potior. & ſi ueniat eiectus ad iudicem



dicem dicens: Domine iudex talis me uiolenter de poſſeſsione eiecit, & eam propria autoritate ingreſſus eſt: unde peto eum puniri & priuari: quòd ſi intendebat habere, cum autoritate propria ingredi non debuerat, per l. ſi quis in tantam. C. unde ui. xvj. quæſ. vj. placuit. Clientulus tuus reſpondebit: Domine immo ſententia eſt pro me fereda: æque enim probaueram me poſsdere ſicuti & ille: unde meam poſſeſsionem, non alienam ſum ingreſſus, & ſic meam poſſeſsionem retinui, & aduerſarius ſi quam habebat, perdidit, per dict. l. ſi
1 ad quod.* Et ita fecit fieri Roge. Mutinæ: prout recitat Vber. de Bobio. & Rot. in Specu. in titul. de peti. & poſſ. §. j. ubi notat tamen diligenter cautelam. & iſtam cautelam not. perpetuo: quia eſt quotidiana & ualde
2 utilis. *Sed ea non utaris, ubi poſſet ſcandalum uериſimiliter oriri propter l. quoniam multa facinora. C. unde ui. ſed ubi non eſſet ſcadalum, uel periculum futurum, ueriſimiliter non inuenies meliorem cautelam in hac materia. Item nota aliam cautelam, ſi uis ut amicus tuus compræhendat poſſeſsionem alicuius rei abſque uitio, quam ad ſe aſſerit pertinere eo ignorante, fac poſſeſſorem ſpoliari, & confeſtim deſerere poſſeſsionem coram teſtibus: & ſic ea uacua remanente nuntia amico tuo, ut uacuam poſſeſsionem appræhendat, nec per hoc uidebitur ratam ſpoliationem, nec dicetur rẽ a directo recipere, ſecundum ea quæ habentur & notantur in c. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpol. & de ordin. cog. c. cum dilectus. immo uſucapere poſſet: ut nota. ibi gloſſ. ſic patet. uerſicu. ſed hoc non eſt. unde habebat commodum retentionis: ut xvj. quæſtio. iij. §. pe. uerſicu. quòd ſi mala fide. & extra de ordin. cog. c. dilectus. circa principio. & C. de præſcriptio. xxx. anno. l. ſi quis emptionis. Nec competit contra eum interdictum, unde ui. & in hoc fuerunt decepti hoſpitalarij in prædicta decre. cum ad ſedem. credentes interdictum, unde ui, habere locum in hoc caſu: ut nota. Spec. in §. j. in titul. de peti. & poſſ. in uerſicul. antepe. quæ cautela utilis eſt & uera, niſi appareat de fraude. Vbi duo contendunt de poſſeſsione, & quilibet dicit ſe inſolidum poſsidere, & unus turbat alium in poſſeſsionem, nec uult unus de alio conqueri, nec uult unus alteri libellum dare, ne ſicut actor, ſed quaſi reus ſuſtineat partes rei, & commodo poſſeſsionis fungatur: cautela eſt, quod iudex ex officio ſuo eos citare faciat, & cogere ſuam petitionem offerre: uel poteſt iſtud iudicium poſſeſſorium ſine libello determinare, recipiendo probationes utriuſque partis, ut ſciat, quis illorum debeat ſubire onera petitoris, & quis utetur commodo poſſeſsionis. argument. C. de libe. cauſa. l. liberis. §. ſi quis ex ſeruitute. & quia hoc uult iudex, & ſine libello, quomodo fi 'natur, cuius iuſſus facit, ut actus teneat, ſi alias non teneret: ut ff. de fall. autor. tu. l. j. C. de lite. conteſta. autenti. libellum. quæ eſt tertia, quæſtione tertia. §. ſi pactum.
3 *Ex officio enim ſuo debet partes prohibere, ne ueniant ad arma & rixas. & ff. de uſufruct. l. ſi cuius. §. denique alias. l. æquiſsimum. & uim fieri uetabit ei, quem in poſſeſsionem inuenerit potiorem. ita dicit Spec. ſecundum Iacobum, Baldum, in titulo. de peti. & poſſ. §. primo. uerſicul. penul. & in titulo, de libell. conceptio. §. nunc dicendum. uerſi. uigeſimo ſecũdo. & nota. in cap. cum ueniſſent & de inſtitutione. & idem nota. Baldus, & Paulus de Caſtro, in leg. ordinarij.

super eodem libello actoris opponat exceptionē in ſpecie, in quo loco & in qua parte obſcurus & incertus: & ſi opponit in genere, actor debet eſſe cautus ut replicet: quia exceptio rei eſt uaria, dubia, & incerta: & petit declarari, in quo loco libellus ſuus non procedit: ut dixi plene in libello meo de contractibus ſimu. & facit quod dicam in ſeq. *Si libel- 2 lus actoris producitur in iudicio, & ineptus, non procedit, & non poteſt mutari, niſi uſq; ad litem con. ut habetur in l. qui familiæ, uel periculo. & ibi gl. & Doct. ff. fam. her. & in §. ſi minus. inſt. de act. & in l. edita. C. de eden. & in ca. examinata. de iudi. Sed in hoc datur duplex cautela, ꝙ non poſsit reuocari uel mutari libellus ineptus. Prima eſt, ꝙ reus accepit in ſpecie libellum productum: ut not. Bart. in l. cum pretium. C. de lib. cau. non autē ſufficeret acceptare in genere, dicendo, Accepto dictum libellū in parte, & partibus ꝓ me facientibus. facit quod dixi in præcedenti cautela. & ita tenuit Ange. de Are. inſti. de exceptio. §. j. in vj. q. Alia cautela eſt, quod reus uiſo libello inepto, incōtinenti dicat coram iudice, Nego narrata prout narrantur, uera, & petita prout petūtur: dico fieri non debere animo litem negatiue conteſtandi. iuxta not. per Bart. in l. ſi dubitetur. §. j. ff. de fideiuſ. ſaluo iure producēdi in ſcriptis, &c. & deinde poterit deducere ſuas exceptiones: & ita faciunt boni practici. Ille qui dicit cōtractum eſſe ſimulatum, debet eſſe cautus, ut deducat ſpeciem ſimulationis: quia ſi diceret contractum ſimpliciter eſſe ſimulatū, ſuccumberet: quia plures ſunt ſpecies ſimulationis: ut no. ſingulariter Bar. in ſuo conſilio, quod incipit, Petrus Nicolæ. quod procedit, quādo per aduerſarium facta eſſet oppoſitio ſpecialis de incertitudine libelli: ut no. Bal. in l. ab Anaſtaſio. C. mandati. de quo dic, ut plene dixi in dicto libello, de cōtractibus ſimulatis.

*tus pcedit, niſi opponatur contra eū, quo caſu nō pcedit. gl. ī l. ſi. C. de an. na. exce. et tex. no. ī c. ſi. de lib. ob. et Bartolus & Angel. in l. iij. C. de ſe. quæ ſine cer. quāti. pfc. et Bald. in mar. uer. libellus. uerſi. ix. qđ uerū eſt, niſi actor ſit icertus ex facto rei: qa tunc ualet et ſi opponatur. Inno. in c. ſignificantius. de lib. ob. & Bar. & Ang. in l. j. ff. de edeo.*

## Cautela pro perſonis quæ non poſſunt intentare actionem de dolo, quod intentent actionem in factum. CVII.

1 *Actio de dolo filio cōtra patrem, ſeruo contra dominum, & c. dari nō poteſt.*
2 *Exceptio doli licet nō īfamet īfamia iuris, attamē infamat infamia facti.*

FILIO* contra patrem, & ſeruo 1 contra dominum, & homini humili ſiue plebeio, cōtra eum qui eſt poſitus in dignitate, alteri contra eū qui eſt uitæ emēdatioris non datur, nec dari poteſt actio de dolo, licet dolum commiſerit: ut eſt tex. ſingu. in l. non debet. ff. de do. & per conſequens, eis non competit exceptio de dolo. Et ideo cautela eſt tunc, ꝙ 1 ipſe intentet actionem uel exceptionem in factum uerbis temperatis, non faciendo mētionem doli: quia iſta iudicantur a pari, actio & exceptio, inquantum ad hoc: ut l. apud Celſum. §. aduerſus. ff. de doli exce. iuncta l. non debet. quod perpetuo tene menti contra huiuſmodi plebeios, uel uiles perſonas. & poteſt eſſe ratio in exceptione doli: *quia 2 exceptio doli, licet non infamet infamia iuris: tamen infamat infamia facti: ut d. §. aduerſarius. & hoc not. Raph. Cu. & ideo talis exceptio quæ ſaltem de facto infamat, non datur contra prædictas perſonas: ut patet in dicto §. aduerſarius. ibi, apud bonos uiros ſigillus. & hoc tenet Ange. de Are. inſt. de exceptio. in pri. in uerſi. quæro an contra parentes.

## Cautela pro præſcribente qui non habet titulum. CVIII.

1 *Præſcriptio per tantum tempus, cuius initij memoria in contrarium non exiſtat, ſine mala fide uim tituli habere dicitur.*



IN præſcribenda ſeruitute quæ habet cauſam cōtinuā, uel quia ſufficiunt x. anni inter præſentes, & xx. inter abſentes: ſed ſi habet cauſam diſcontinuam, requiritur tantum tempus, quod non extet memoria in contrarium: ut l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſtiu. & not. gloſſ. in l. ſeruitutes. la grande. ff. de ſeru. titu. gene. Sed cautela eſt, quod ille qui allegat ſeruitutem ſibi debitam, quæ habet cauſam diſcontinuam, dicat ſe habere titulum ab illo qui potuit concedere: licet illum non probet: ſi tamen probat ſe poſſediſſe ſpatio x. annorū inter pręſentes, & xx. inter abſentes, ſufficit & obtinebit in cauſa. argu. l. cum de in rem uerſo. & quod ibi no. per gloſſ. & Doct. ff. de uſur. & in l. ſi certis annis. C. de pac. & iſtā cautelam docet gloſſ. no. quam ſequuntur ibi Doct. in l. ſeruitutes. quod perpetuo tene menti. Et propter hanc materiam uidi multos libellantes in materia præſcriptionis decimarū, quæ ſecundum aliquos nūquam poſſunt habere locum: quia contra ius diuinum, uel ſecundum aliquos poteſt præſcribi ſine mala fide per tantum tempus, cuius initii memoria non
1 exiſtat in cōtrarium*: quia tale tempus habet uim tituli: ut probatur in cap. ſuper quibuſdam. §. præterea. de uerbo. ſignifica. & in cap. j. de præſcrip. lib. vi. & iſtud eſt uerius ſecundum libellantes, ut poſsint probare præſcriptionem decimarum breuiori tempore, dicunt & allegant ſe habuiſſe titulū exceptionis à ſummo pontifice, propter aliquam cauſam coloratam, & ad probandum illum titulum deducut poſſeſsionem: uel quaſi x. uel xx. uel xxx. annorum. per no. in d. l. ſeruitutes. quod eſt quotidianum.

## Cautela quod admittatur in criminalibus excuſator pro abſente. CIX.

1 *Accuſatus uel inquiſitus de crimine, ſe per procuratorem defendere nō poteſt.*

1 DIXI* ſuprà unam cautelam ꝓ accuſato uel inquiſito, quando non poteſt ſe defendere per procuratorem: quia cauſa eſt capitalis, iuxta l. ſeruum. §. publice. cum ſim. de procur. Sed hic adde unam aliam ſimilem, uidelicet quod aliquis compareat coram iudice, non tanquam procurator aut defenſor, ſed tanquā inſtructor: quia talis licet non poſſit in ſe ſuſcipere iudicium, tamen admittendus eſt ad inſtruendum & ad informandum iudicem de innocentia rei: & iudex debet eum audire, & pro ueritate inquirere: ut l. fin. ff. de lib. cau. & ibi hoc not. do. Benedict. de Plumbi.

## Cautela quomodo ſuccurritur diffamato in iudicio. CX.

1 *Silentij perpetui ad ſententiam unica tantum monitione procedi non poteſt.*

QVANDO aliquis infamat unum qui eſt debitor ſuus, & tamen non petit in iudicio, diffamato ſuccurritur, per l. diffamari. ff. de inge. & ma. & no. in l. unica. ut nemo inui. agere uel accu. cog. & tu infamatus ſis cautus, ut primo facias monere diffamantem bis, ut petat ſi qđ uult petere: alias ſibi imponetur per-
1 petuum ſilentium. *Et ſi eſſet monitus ſemel tantum, non poſſet procedi ad ſententiā perpetui ſiletii: ut eſt gl. multū not. in aut. de hære. & Fal. in §. ſi quis agēs. in uer. monitus. & ita tenet etiā in terminis d. Ang. de Are. inſt. de exce. §. j. ubi ponit materia d. l. diffamari. & idem ipſe no. in ſuo trac. maleficiorum, in gl. in uer. nec ad querela Titii. in ſe. xviij. col.

## Cautela ad inſtruendum fidei- commiſſarium. CXI.

1 *Fideicommiſſarius ad hoc ut ius in hæreditate habeat, requiritur quod prius hæreditatis reſtitutio fiat.*

2 *Hæreditatis per reſtitutionem factæ ratione fideicommiſſi uniuerſalis quæ obligationes tranſeant.*

POSTQVAM ſumus in materia
ultimarũ uoluntatũ, uolo tibi da
re unã cautelam, que eſt huiuſmodi:
Quidam eſt hæres inſtitutus, aggra-
uatus eſt poſt mortẽ reſtituere hæ-
reditatem alteri: comuniter fideicõ-
miſſarius adueniente caſu reſtitutio
nis adit hæreditatem ex primo teſta
mento, & poſtea apprẹhendit poſſeſ
ſionem, & agit contra debitores he-
reditarios, qđ eſt contra l. reſtituta. 1
in pri. ff. ad Treb. quia ad hoc, ꝙ* fi-
deicomiſſarius habeat ius in hæredi
tate, requiritur, ꝙ prius fiat reſtitu-
tio: ut d.l. reſtituta. & prius nullũ ius
habet contra debitores: ut l. hæredi-
tas. ibi, nempe enim. eod. tit. nec de-
bet nec poteſt adire hæreditatẽ de-
functi: quia ſemel fuit adita per hæ-
redem: nec poteſt appræhẽdere poſ
ſeſsionẽ antequã ſibi fiat reſtitutio
per hæredem defuncti, ad quem hoc
pertinet: ut l. quauis. §. j. eo. ti. & d.l.
reſtituta. & ideo tu fideicõmiſſarius
ſis cautus, ut primo petas cogi here-
dem hæredis ad tibi reſtituendã hæ
reditatem: & poſtea appræhẽdas bo
na, & agas per iura prædicta. & hoc
uult etiã Paul. de Caſt. in d.l. reſtitu-
ta. qui dicit, ꝙ uidit multos procura
tores errare in hoc, & facit ceſſare
multos proceſſus propter hoc. Et p-
dicta procedunt, niſi eſſet ſtatutum
in loco, quod nõ requiratur aliqua
reſtitutio, nec realis, neq; uerbalis:
non tamen dico, quod propter hoc
fideicõmiſſarius debeat adire: quia
iſtud nullo modo poteſt, ex quo ſe-
mel adita eſt. & uide in ſequẽti.*Per 2
reſtitutionem hæreditatis factæ ra-
tione fideicommiſsi uniuerſalis trãſ
eunt obligationes hæreditariæ con
tractæ per ipſum defunctũ, & nõ illę
que ſunt contractæ per hæredem, &
occaſione hæreditatis reſtituere, ni-
ſi ſpecialiter fiat etiã reſtitutio, & ceſ
ſio etiã de illis: ut probatur in l. cum
hæreditas quæ procedit. l. reſtituta.
ff. ad Trebe. & propterea Bart. dicit
ibi ſe conſuluiſſe de facto, cum qui-
dã hæres inchoaſſet unã litem occa
ſione hæreditatis ſibi delatæ: & poſt
ea ceſsiſſet omnia iura ſua, & actio-
nẽ quã habebat ut hæres, nõ trãſibat
inſtãtia de nouo p ipſum hæredẽ in
cœpta: & ideo ſis cautus tu fideicom
miſſarius, ut quando fit tibi reſtitu-
tio & ceſsio, ut apponi facias in in-
ſtrumẽto reſtitutionis & ceſsionis,
Reſtituit & cedit tibi omnia iura &
actiones, quæ & quas habet hæres,
etiã occaſione rerum hereditariarũ,
ut ſi poſt mortem defuncti recepiſ-
ſet fideiuſſores, uel inchoaſſet litem
uel alia feciſſet: ſed ſolum ueniunt
actiones quæſite per defunctũ, quas
habet ut hæres. & hoc etiam uoluit
Paul. de Caſtr. in d.l. cum hæreditas.
quod bene no. quia ſæpiſsime con-
tingit quando ita eſt grauatus de re
ſtituendo poſt mortem ſuam: quia
in uita multa contrahit ſuper bonis
hæreditariis, quæ non ueniũt in ſim
plici reſtitutiõe, ut dixi: & pauci hoc
aduertunt.

## Cautela ad firmandam dona- tionem inter uirum & uxo- rem. CXII.

1 *Donatio inter uirum & uxorem regulariter prohibita eſt.*

2 *Donatio inter uirum & uxorem per temporum etiam interualla nulla eſt.*

1 *Donatio mutua conditionalis inter uirum & uxorem, quo caſu ualeat.*

4 *Bonos contra mores aliquid fieri duobus modis dicitur.*





1 DONATIO* inter uirum & u-
xorem regulariter eſt prohibi-
ta, ut in toto tit. ff. & C. de don. inter
uir. & uxo. & c. donato. extra eo. etiã
ſi interueniat traditio, eſt ipſo iure
nulla, nec eſt alicuius momenti, ut
eſt tex. in l. iij. §. ſciendũ. ff. eo. titul.
quod intelligitur, quando donãs ef
ficitur pauperior, & alter locuple-
tior: ut l. iij. in prin. & l. ſi ſponſus. §.
conceſſa. & §. ſeq. ff. de do. inter uir.
& uxo. & d.c. donatio. & eſt ratio, ne
mutuo amore ſe ſpolient: ut l. j. ff. e.
tit. Sed poſſunt adhiberi circa hoc a-
liquæ cautelæ, ut ualeat talis dona-
tio, & non poſsit reuocari. Prima
cautela eſt, quod cõiuges faciant ſi-
bi mutuã donationẽ, hoc eſt, ſibi in
uicem reciprocam, uidelicet ſi con-
tingit alterum mori, alter ſuperſtes
habeat bona ſua: quia tunc propter
dubium euentum, ualet donatio:
ut probatur in l. ſi pater puellæ. C. de
inof. teſt. & ibi hoc ſingulariter not.
Cy. quem Do. ibi ſequuntur. & pro
hoc uide bonam gl. l. licet inter pri-
uatos. in fi. C. de pac. & probatur in
l. quod antẽ. in §. ſi uir & uxor. ff. de
do. inter uir. & uxo. & hoc ibi tenet
Lud. de Ro. in quodã ſuo ſingulari,
quod incipit, prohibiti inter ſe do-
nare, non intelliguntur prohibiti fa
cere inter ſe donationẽ reciprocã.
Et iſta cautela debet intelligi, & li-
mitari quando donatio unius ſequi-
tur donationem alterius incontinẽ
ti: ſecus ſi ex interuallo: quia tũc eſ-
ſet inualida donatio reciproca, ut
eſt tex. ſing. in l. qui iam nuptiæ. ff.
de do. inter ui. & uxo. ſecundum do.
Ludo. in d. ſingulari. ubi ſubdit per
2 illum tex.* quod ſi ego donaſſem u-
xori meæ mille, & poſtea hec ad de-
cennium donaſſet mihi fundum: u-
traq; donatio eſt inualida. Item in-
tellige hanc cautelã, ꝙ donatio mu-
tua, & c. nõ intelligatur eſſe ꝓhibita,
etiã ſi dicatur, quod ſit donatio in-
ter uiuos, & non poſſet reuocari ſe-
cundum l. ubi ita donatur. ff. de do.
cauſa mor. quia talis donatio ſtatim
ualida erit, & non indiget cõfirma-
tione: & per cõſequens etiã non in-
teruueniente traditione poſt mortẽ
poterũt bona peti. ita not. intellexit
Paul. de Caſt. declarando dictũ tex.
in l. ſi pater puellę. in fi. Sed aduerte,
quia hoc ultimum non uidetur eſſe
uerũ: tamen uidetur, ꝙ imo non uã
leat donatio etiam mutua, nec etiã
morte cõfirmetur, niſi ambobus ſi-
mul decedentibus: uel quando al-
ter moritur, confirmetur illa quę eſt
facta ſuperuiuenti: ut eſt caſus de u-
troque in l. cum hic ſtatus. in §. ſi
ambo. ff. de do. inter uir. & uxo. ibi,
cum ſimul deceſſerint. & in uer. per
inde. ibi, unamq; donationẽ ualere.
& ibi, quia ſimul deceſſerint. & ibi,
quia neuter alteri. A' contrario ſen-
ſu, ſi alter ſuperuixerit, donatio quã
3 feciſſet, non ualeret. *Sed dic, quod
quãdo eſt donatio mutua ſub con-
ditione, & unus præmoriatur alte-
ri, dicitur ualere tanquam donatio
inter uiuos conditionalis: nimirum
ſi conditio euenit tantũ in uno, ua-
let in alio: quia deficit conditio. &
ita intelligitur dictũ Cy. & d. Pau. de
Caſtr. Sed ſi facta eſſet donatio reci-
proca, ſiue mutua pure inter uirũ &
uxorem, & unus moritur uel fiat di-
uortiu, an donatio ualidetur uel cõ-
firmetur. uide tex. in ca. cũ aute. §. ſi
uir & uxo. in l. cũ hi ſtatus. §. qđ ait.
& in §. ſi ambo. eo. ti. Secũdæ cau
tela eſt, ꝙ fiat donatio cum iuramẽ-
to[a]: quia per tale iuramentũ ualida-
ri uidetur donatio: uel ſaltem quod
non poſsit cõueniri: ex quo ſeruari
poteſt tale iuramentum ſine interitu
ſalutis ęternę: ut in c. ſi uero. X. de iu
reiu. & etiã ſine diſpẽdio ſalutis eter
næ: ut in c. cũ contingat. e. ti. & iſtud
tenet

a Iuramẽt.
*Donatio inter coniuges cũ iuramẽto facta, ualet. Bartol. in l. ſi quis pro eo. i fi. pri. ff. de fideiuſ. et i l. Seius. i q. co. uer. quæro qđ i donatiõe. ad l. Fal. cõtrarium tenet Bal. i l. j. ff. de dona. iter uir. et uxo. & Paul. de Caſt. i co. lxxu. ubi dicit hac eſſe cõmune op. ꝙ non firmetur iuramẽto. ſed idem Pau. tenet prima op. in conſ. xcix. et uide in cõſil. ſuo xcvj. Car. i cle. j. §. ſi. v. q. de iurei. dicit ideo ualere, cũ nõ ſit iure cautũ. et i c. ij. de pactis. in vj. c. cũ contingat. de iureiu. nõ debet extendi, qa deuiat à iure cõi: ſed ꝙ i dubio nõ debet uenire cõtra tale iuramẽtũ ſine ſuperioris autoritate, p c. uenerabile. de elect. Donatio iter coniuges, ut alter diſtribuat in piã cauſam, ualet. Flo. inl. mulier. ad l. Aquil.*

tenet Bar. in l. ſi quis pro eo. ff. de fi-
deiuſ. & in l. Seius & Auger. in fi. ad
l. Fal. & fuit opi. originaliter Gul. de
Cu. in l. ſed ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iura
uero. ff. de iurei. & iſtã op. tenet etiã
Io. de Imo. in l. ſi quis inquilinos. §.
fi. de leg. j. & dicit ita ſe conſuluiſſe.
& ita reperio eſſe conſultũ per alios
Doct. & per do. Recuperatũ de ſan.
Ge. & per do. Miniatũ de Peruſio: &
conſiliũ incipit, factũ tale eſt, do. Pe.
dona. inter uiuos. & per quẽdam d.
Bonifaciũ: conſilium incipit, idem
mihi Bonifacio. ſed idẽ Bart. tenuit
contrarium in l. j. ff. de dona. inter
ui. & uxo. motus ea ratione: quia eſt
contra bonos mores*: ut ibi in d. l. ſi
quis pro eo. poſt prin. & in l. cũ quis
decedẽs. §. Titia. de leg. iij. & ita re
perio conſultum per do. Ioan. Papi-
enſem: & conſiliũ incipit, Quicquid
dicant barbaculi, qui neſciunt ſe ni-
mias fabas comediſſe, niſi cum do-
lent uentrem, &c. & per Ray. de Pe-
ru. & Ray. de Monte: ubi iſta quæ-
ſtio eſt ualde dubia. Ego nũc teneo
ſine diſputatione, quòd iſta cautela
ſufficiat: quia ſaltem iurans tenetur
de obſeruantia iuramenti: ut tenet
domi. Ant de Bu. in q. noſtra. in d. c.
cum contingat. circa mediũ. in uerſ.
ex his deciditur quid ab donatione.
& forte etiam iuramentum adiuuat
ipſum contractum, & ipſum firmat.
arg. glo. not. in c. ex parte. in uer. a-
liena. ibi, ſed ſi iurauerit nõ cõtraue
nire, tenet uenditio. extrà de conſu.
& ibi etiam de hoc no. & licet dica-
tur, quòd ſit contra bonos mores. l.
j. ff. de do. inter uir. & uxo. & ſic non
ualeat, per cap. non eſt obligatoriũ.
de reg. iur. lib. vi. *Tamen dico, ꝙ 4
cõtra bonos mores dicitur quid fie-
ri, duobus modis. Vno modo contra
bonos mores naturales, ut ſi iuro in
terficere hominem: ut l. ueluti. & l.
generaliter. ff. de uerb. oblig. & iſto
modo iuramentum non ualet. & ita
loquitur cap. non eſt obligatorium.
Alio modo dicitur cõtra bonos mo
res ciuiles: quia lex præſupponit, ꝙ
ſit contra bonos mores, ut in pacto
de futura ſucceſsione, & in dona. in
ter uirum & uxo. & iſto modo iura-
mentũ ualidat contractũ per c. cum
contingat. & ca. ſi uero. præalle. & p
c. quãuis. de pac. lib. vi. & iſta diſtin-
ctio eſt contra bonos mores natura
les & ciuiles. & ponitur per Bal. in l.
pactum quod dotali. in xix. q. C. de
coll. & per d. Ant. de Roſel. in d. cap.
cum contingat. in ſua repe. & de iſta
quæſtione uide ibi per omnes Doc.
& per Cano. etiã in c. donatio. extrà
de don. inter ui. & ux. & uide omni-
no Fed. de Senis. conſi. cxxxv. ubi fir
mat quod ſ. dixi. & examinat ſaltem
ple. & no. etiam in l. j. C. de ſacroſ. ec
cle. Tertia cautela poteſt ſimili hoc
modo, uidelicet ꝙ facta donatione,
& ille cui donatum eſt, allegat etiã
aliam cauſam quæ ſufficiat ad dona-
tionem ualidandam, & donans non
opponat aliquam exceptionẽ in cõ-
trarium, & pronunciet donationem
ualere, & donatarius abſoluatur: qa
tunc ſi donans uellet poſtea contra-
uenire, ſubmoueri poſſet exceptio-
ne rei iudicatæ: ut eſt caſus cum gl.
ualde no. in l. ſi ſponſus. in §. ſi uxor
uel maritus. ff. de dona. inter uirum
& ux. facit l. iij. §. item quæri poteſt.
ff. de re iud. & quod ibi no. per Abb.
Sed ſi pronunciaretur per iudicem
donationem inter uirum & uxorem
ſine alia iuſta cauſa ualere, ſententia
eſſet ipſo iure nulla, ut l. ij. §. ſciẽdum
dum. ff. eo. tit. & no. gl. ſingu. in d. §.
ſi uxor uel maritus. Et aduerte, quòd
iſta cautela non uidetur ſufficiens:
qa licet ſentẽtia ualeret, & obſtaret
exceptio rei iudicatæ, & uideatur
impedire repetitionem ſoluti: ut l.
Iulianus uerum debitorem. & l. iu-
dex. ff. de condi. inde. tamen dico, ꝙ
ſolutum poteſt per condictione in-
debi. repeti: quia d. l. Iulianus. & d. l.
iudex. non procedunt in ſententia,
quæ eſt lata pro eo, cui alter ex liti-
gatoribus donare prohibetur. caſus
eſt ſingul. in d. l. ſi uxor uel maritus.
ſecũdum Bal. & l. cum allegas. C. de
uſu. & do. Lud. Ro. in ſuo ſing. cccxj.
quod incip. Tu ſcis, quòd donatio.
Item ſi poſſet probari, quòd illa lis
fuit facta, dicta ſententia non uale-
bit. ut l. cum hi. §. cum lis. & ibi not.
ff. de tranſac.



Cautela quomodo filius fami-
lias poſsit teſtari. CXIII.

1 *Filiusfa. etiam patre conſentiente re-*
*gulariter teſtari non poteſt.*
2 *Clericus habens primam tonſuram in*
*patria poteſtate exiſtẽs teſtari poteſt.*
3 *Hominis ſtatus indiuiſibilis eſt.*

1 FILIVSFAMILIAS * regu-
lariter teſtari non poteſt etiam
patre cõſentiẽte: ut l. qui in poteſta-
te. ff. de teſtamen. & in l. ij. C. qui te-
ſta. fa. poſ. & inſti. eo. tit. in princi. &
in l. tam hi. ff. de dona. cauſa mor. &
plene per Cano. de teſt. capi. ij. quod
fallit ſi eſt clericus[a]: quia etiam ſi ha
beret primam tõſurã tantum, poſſet
facere teſtamẽtum. & idem uidetur
probari in c. quia nos. extrà de teſta.
nam ibi textus permittit clericis in-
diſtincte teſtari, & nõ diſtinguit, u-
trum ſint in patria poteſtate, uel nõ.
2 Et propterea ibi poteſt colligi, * ꝙ
clericus etiã exiſtens in patria pote-
ſtate, ſicut eſt ille qui habet primam
tonſurã tantũ: ut eſt gl. or. in ca. cum
uoluntate. de ſenten. excom. poſsit
teſtari. & hoc uoluit Hoſt. in d. ca. qa
nos. & d. Ant. de But. qui dixit, illum
textum habere locum in omnibus
cuiuſcunque ordinis, & ſic nedum
in presbyteris, ſed etiam ſi clerici ha
beant primam tonſuram duntaxat:
quia iſti appellantur clerici: ut etiam
tenet Petrus de Anchar. & Ioannes
de Imo. in d. cap. quia nos. & per Ia-
cob. But. & Bartol. in l. ſacroſanctæ.
C. de epiſco. & cleri. uidentur dice-
re, quòd illud procedit in acquiſitis
ratione officii & dignitatis eccleſia-
ſticæ: ſed in aduentitiis acquiſitis a-
liunde, uidentur tenere, quòd teſta-
ri non poſsit: & contra eos uidetur
eſſe textus in autẽ. presbyteros. ibi,
quomodolibet ad eorum diuina ue
nientes. C. de epiſcop. & cleric. & in
dicta l. ſacroſanctæ. ibi, quæcunque
bona. eod. tit. & pro prima opi. uide
gloſſ. ſingu. xix. q. ulti. quia ingredi-
entibus. in uerſi. teſtandi. quæ dicit,
quòd clericus in poteſtatem con-
ſtitutus poteſt teſtari. & loquitur in-
diſtincte. & alleg. d. autẽ. presbyter.
& ideo ex his filiusfamilias qui uult
poſſe teſtari etiam patre inuito, po-
teſt adhibere iſtam cautelam, quòd
ſuſcipiat ſaltem primam tonſuram:
quod eſt multum notabile, & men-
ti tenendum. Dixi in præceden-
ti unam cautelam, per quam filiuſ-
familias poſsit facere teſtamentum,
ſed nunc do tibi aliam, uidelicet,
quòd pater emancipet filium quan-
tum ad iſtum actum teſtandi: & in
reliquis retineat eum in poteſtate:
quia hoc fieri poteſt ſecundum Bar-
tolum, qui ita ſingu. dicit in l. prima.
§. filii. ff. ad Trebell. & licet multi
Doctores, ut Baldus & alii in l. ſe-
nium. C. qui teſtam. facere poſſunt.
3 teneant contrarium, dicẽtes, * quòd
ſtatus hominis eſt indiuiſibilis: quia
non poteſt quis eſſe in uno in po-
teſtate, & in alio non. per text. in l.
pariter. in fine. ff. de libe. cauſa. ubi
dicit, minime autem prætor pati de-
beat, ut pro parte quis ſeruus fiat. &
ibi not. per Doct. & per not. in l. j. §.
j. C. de Lati. libe. tol. & in c. cum in-
hibitio. extrà de clande. deſpo. & in
ca. per uenerabilẽ. extrà qui filii ſint
leg.

a *Si eſt clericus Filius pot teſtari de aduẽtitiis ſi eſt clericus et ĩ minoribus. gl. in c. cũ eſſes. de teſta. Itẽ de bonis quæſitis ratione clericat⁹ tãquã de caſtrẽſi uel quaſi. l. ſacroſanct. et ibi Bar. C. de ſac. ſan. ecc. et eius teſtamẽtũ non ſubiacet quere la inofficioſi. l. cũ clericis. & ibi doc. et Bar. C. e. ti. et Abb. in ca. qa nos. de teſt. & teſtamentũ eius cõtinẽs pteritionẽ filij, uel patris, ualet etiam ſine cõſenſu patris.*

legi.ſed dictum Bart.poteſt procedere, quòd per uiam diſpenſationis hoc fieri poſsit: ut pro certo actu ſi diſpēſetur, quòd fiat ſtatus mutatio: ut no.in l.ff.de iure annu.au.& in d. l.pariter.in fin.circa quod uide quæ dicam in ſequenti cautela.

## Cautela legitimandi filium ſpurium ad hoc ut non ſuccedat niſi in certa parte. CXIIII.

1 *Legitimatio eſt totius ſtatus reintegratio.*

CAVTELA eſt quā ſæpe dedi parentibus qui habēt filios legitimos & naturales, & unū uel plures ſpurios legitimari facere: ſed nolent ꝙ ſuccederet cum aliis filiis legitimis, & naturalibus pariter, niſi certo modo, prout eis parētibus placuerit.nam dixi, ꝙ Comes Palatinus uel alius, qui habet poteſtatem legitimandi, licet non poſsit legitimare
1 quantū ad unum tantum, *quia legitimatio eſt reintegratio totius ſtatꝰ: facit l.quæſitum.cum ibi notat.ff.de adoptio.& l.ſi pariter.in fin.ff.de libe. cau.tamen poteſt diſpenſare ut poſsit ſuccedere certo modo: quia iſta non eſt proprie legitimatio, ſed diſpenſatio: & licet illud non uideatur eſſe cōmiſſum comiti, qui habet poteſtatē legitimādi & habilitandi uniuerſaliter.per ea quæ not.in l.ij. ff.de adoptio.leg.bene tamē exerceat rem iure ſuo: licet non poſsit plus facere quam ſibi cōmiſſum ſit: minꝰ tamē facere poteſt: quia non habet ſeruare formam ſui priuilegii, ſicut facere debet iudex delegatus.& ita uult Paulus de Caſtro in l. ſolet prætor.ff. de iuriſdictione omnium iudicum. qui dicit ſe alias ita conſuluiſſe. & idem notat. ipſe in l.pactum quod dotalis. C.de collat. ubi omnino uide. & uide omnino domin.Benedict.de Plumbi.in l.finali. ff.de iure annu.au.& in dicta l.ſi pariter.in fi.& in diſputatione ſua quæ incipit, ſtatuto Piſano cauetur.& uide etiam dominum Ioā. de Zochis in capitulo per uenerabilem.qui filii ſint legitim.in §.j.in xlix.colū. Et adde quod dixi in præcedenti, qđ not.pro parentibus qui uellent legitimare filios cū hoc, quòd ſuccederent ſolum in certa parte.

## Cautela quomodo pater conſtāte matrimonio poſsit filio ſecure dare dotem, quādo cum filio ad dotem reſtituendam ſe obligauit, & quomodo pater perdit omne commodum uſuſfr.filij emācipati. CXV.

1 *Dos cōſtante matrimonio reſtitui non debet.*

2 *Emancipare ſi pater filium nollet, ſed ipſum de domo expellere, an ad emancipandum cogi poſset.*

3 *Emancipet ſi pater filium uoluntarie, uſuſfructus dimidiam retinere poteſt: ſecus ſi alius.*

MVLTI ſunt filii qui nō poſſunt pacifice cum patre uiuere, & recedunt à patre, uel pater expellit filiū de domo, & petitur ꝑ filium, quòd pater ſibi reſtituat dotem uxoris ſuæ quam ipſe pater recepit, & ſe obligauit pariter cum filio ad dotem reſtituēdam, in omnē caſum, & euentum dotis reſtituendæ.iuxta not.in l.cum dotem. §.tranſgrediamur. ff. ſoluto matrimonio. pater dubitat ſi debet dotem reſti-
1 tuere: * quia dos conſtante matrimonio reſtitui non debet: ut in toto titulo C.ſi dos conſtante matri. & filius conſumeret dotem, nollet pater teneri ad eam reſtituendam amplius.& de hoc ſæpiſsime eſt quæſtio. Sed tu dicas, ſi conſultus fueris, quòd triplex cautela ſeu conſiliū dari poſsit, ut pater ſecure dotem reſtituere poſsit. Prima cautela eſt quòd reſtituat ſolummodo ex cauſis legitimis, & à iure expreſsis. de quibus habetur in l.quamuis.& in l.ſeq. ff.ſolu. matri. & non habebit aliquā dubitationem. Secūda cautela eſt, quòd reſtituat alteri de mādato mulieris: tunc enim ipſa mulier tenebitur actione mandati, unde conuentus ſocer poterit ei ad dotem cōpenſationem opponere. arg. ff.de iure do.l.ſane. Tertia cautela eſt, quòd pater emancipet filium.nam tunc ſicut filio mortuo, pater debet nurui reſtituere dotem, ita hic filio emancipato.arg.ff.de iure do.l. ſi pater filiæ nomine. & ita conſuluit Iaco.de Are.& Ray.dicebat primam eſſe ueriorem cautelam.hoc etiam no.glo. in l.ſi filia. §.ſi filius.in iiij.colum.in uerſi.ſed & ſi pater.ff. fami.erciſc.in
2 apoſtillis. * Sed hoc eſt dubium, quòd ſi pater nollet filiū emancipare, & expulit ipſum de domo, an poſſit cogere ipſum ad emācipandum. Et uidetur quòd non: quia regulariter pater ad hoc cogi non poteſt, ut no.inſti.quib.mo.ius pa.poteſt. ſol. §.fin.Sed dicas contrarium: quia ex quo pater male tractat ipſum expellendo eum de domo, & tractando ipſum ita, quòd ſecum uiuere nō poſſit, conſtat patrem facere contra pietatem, non tractare ipſum ut filium. argu. l. quidam cum filium. cum ibi no.ff.de uerb.oblig.coniuncta l.diuus. ff. ſi quis à parent.fue. manu.& hoc caſu, talis emancipatio debet peti impetrata uenia. iuxta l. uenia. C. de in ius uoc.quia emācipatione obtenta, & bona dotalia & nō dotalia, ut bona materna ei ſunt reſtituen-
3 da.* Et licet quando pater uoluntarie emancipat filium, poſsit dimidiā uſusfructus retinere, ut C.de bonis quæ lib.l.cum oportet.propter quādam remunerationem, ut ibi: tamen quando propter ſæuitiam uel iniuriam aut defectum patris cogitur ipſum emācipare, debet pater omne commodum uſuſfructus amittere: quia dictus uſuſfructus ſeruatur patri propter remunerationem, per d. §. cum autem. quæ remuneratio hoc caſu non debetur, ut l.diuus. ff. ſi quis à paren. fue.manu. & ita ſingu. tenuit Raph. conſulendo Rayn. conſilio ſuo, quod incipit, In Chriſti nomine, amen.Inſpectis cauſis præmiſsis, poterunt filij cogere patrem &c.Et quod dictum eſt de dote, puto idem dicendū eſſe de donatariis factis à patre nurui, ut illa etiam debeant reſtitui filio.Sed ſi propter defectum filij, & non patris non poſſet ſimul uiuere, pater non cogeretur ipſum emancipare, non ſubſiſtente aliqua cauſa ex his, quæ habentur in d. §.fina.quod no.& tene menti, quia quotidie eris interrogatus.



## Cautela quomodo quis debeat à principe impetrare bona confiſcata. CXVI.

1 *Clauſula, motu proprio, quam efficaciam habeat.*

2 *Motus proprius regulariter non præſumitur, niſi exprimatur.*

NONNVLLI quandoq; impetrant à principe uel domino ſibi concedi, uel donari bona alicuius rebellis in fiſcum delata, quæ impetratio de iure nō ualet, quia preſumitur eſſe facta propter importunitatem petentis, ut eſt caſus multū notabilis C. de peti.bon.ſubla.l.j.lib.x. facit c.cum ex iniuncto. §.cæterum, extra de pur.cano. & quod no.gloſ. in uer. naſcatur.ad fi.in c.j.de conſt. lib.vi.Sed cautela eſt, quòd talis im-
1 petratio ualeret,* uidelicet ꝙ princeps uel dominus concedendo dicat, quòd hoc faciat motu proprio, quia tunc bene ualeret, ut eſt tex in
2 d.c.j. in fin.* Nam motus proprius in dubio & regulariter non præſu-

 mitur

mittur niſi exprimatur: ut ſbi no. Bar to. & eſt tex. in c. ſi ex motu proprio. de præben. lib. vi. Aduerte bene, quod iſta cautela non ſufficeret, ſi princeps nollet dicere, motu proprio, ſed ad petitionem ſupplicantis: ſed tunc eſt alia cautela, uidelicet quòd princeps concedat, uel donet dicta bona ad fiſcum delata. Non ob. d. l. j. C. de peti. bo. ſubla. & pro hoc uide quod in ſimili habetur in l. euacuatis. C. de decur. lib. x. ubi dicitur, quod non ualet reſcriptum uel priuilegiũ concedens immunitatem, niſi dicatur, non obſtãte d. l. euacuatis. ut ibi, per Bar. & etiam ſ. dixi in una cautela. Et adde circa hoc quod habetur in l. fin. C. ſi contra ius uel ut. li. publi. & ideo ſupplicans, uel qui habes conſulere qualiter debeat fieri talis donatio, ſis cautus ut hæc duo ſimul iungantur, uidelicet quòd princeps, uel dominus concedens dicat, quòd hoc faciat motu proprio, & ex certa ſcientia non obſtante l. quæ incipit, quiſquis. C. de peti. bono. ſublato. libro x.

a Subſtituit*. Adde Bar. in l. lex Cor. in j. co lũ. uer. ſed quo ro utrũ ad bona. ff. de uulg. et pup. in l. cũ pater. ‡mmi. de leg. ‡. et per do. Maria. Soci. in cõſ. prædicta ſubſtitutio etc. Pau. de Ca. cõſ. cxl. ix. inci. ſup primo dubio ſciendum eſt. & tenet Io. And. in addi. Spe. de teſt. in rubr. pe. col. Item & legatũ morte legatarii niuo te ſtatore. Langue ſte. de leg. ij.

## Cautela ad excludendum pupillariter ſubſtitutum, & ad firmandum teſtamentum, quod non poſsit reuocari. CXVII.

1. Inſtituat ſi pater filium pupillum, & ei pupillariter ſubſtituat extraneum pupilli filius, ſi in pupillari ætate moriatur, a ſucceſsione excluditur, & ſubſtitutus admittitur.
2. Teſtamentum per arrogationem rumpitur.
3. Teſtamentũ an fieri poſsit ita & taliter, quòd nullo modo reuocari ualeat.
4. Promittens an quiſpiam poſsit ſi aliquid ad certum terminum ſoluerit, & ſi non ſoluat, quòd excommunicatur.
5. Sententia excommunicationis ſub conditione contra unum quando lata fuerit, illa conditione pendente etiam poſt. x. dies à tempore ſententia condemnatus appellare poterit.

Si pater* inſtituit filium pupillum, & ei ſubſtituit pupillariter extraneũ, tunc ſi pupilli filius moritur in pupillari ætate, excluditur à ſucceſsione, & admittitur ſubſtitutus a expreſſa ſubſtitutione pupillari etiam legitima, ut eſt caſus in c. ſi pater. de teſta. in vi. & habetur in l. Papinianus. ff. de ino. ‡. in ‡. ſed nec impuberes. ff. de inoffi. teſta. & in l. precibus. C. de impub. & aliis ſubſtit. Sed tu adhibere potes unam cautelam, ut admittatur ad ſucceſsionem omnium bonorum filij, non obſtante dicta ſubſtitutione pupillari expreſſa, uidelicet ut det ſe pupillus in arrogatione alterius, quia ex hoc tollitur ſubſtitutio pupillaris, ut probatur in l. nec ei. ff. de adop.* Nam per arrogationem teſtamentum rumpitur. inſtitu. quibus mod. teſta. infirman. ‡. j. cum enim per arrogationem capite minuatur, ut eod. titu. ‡. alio. ſublata eſt ſubſtitutio, & ſi pupillare teſtamentum, ut ibi. & ff. de codi. l. conficiuntur. ‡. poſt teſtamentum. ipſo ergo ſublato, ſi moritur filius in pupillari ætate, admittitur mater, uel alius hæres ab inteſtato. ſed iſta cautela uidetur utilis propter ſtipulationem, quæ ſecundum leges eſt facienda tempore arrogationis, ut l. non aliter. & l. his uerbis. ff. de adop. unde dic, quòd tunc habet locum, quando talis ſtipulatio tunc forte fuiſſet admiſſa. & iſtã cautelam tradidit Tancr. de Corneto in quodã ſuo opere iudiciali, quod compendium appellatur, in ultima parte, in uer. tertio quæritur. Sed aduerte, quia etiã iſta cautela nõ uidetur ſufficiens, etiam ſi penitus ſtipulatio fuiſſet omiſſa: quia tunc licet ei non competat actio directa, tamen uidetur competere actio utilis, per text. in d. l. non aliter cogitabis. Item aduerte, quia prædicta etiam ſi eſſent uera, debent intelligi, ſi filius in eo ſtatu permanſerit tempore mortis ſuæ, uidelicet ut duret arrogatio uſque ad tempus mortis, alioquin ſecus eſſet, quia licet de iure ciuili teſtamẽtum ſit ruptum per arrogationem, tamen de iure prętorio ualet: ſeu reconualeſcit, ſi tempore mortis ſuæ non reperitur arrogatus, ut inſti. quibus mo. teſt. infir. in ‡. alio. quia tunc deuenit ad caſum à quo incipere potuit, ut in l. cum uir. ff. de uſucap. & dicam etiam in cautela ſe-



5 quenti. *Eſt magna dubitatio ſi fieri poteſt teſtamentum ita & taliter, quòd nullo modo poſsit reuocari, ut habetur plene per Bar. in l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. iij. & dicam in cautela ſequẽti, poſito pro conſtanti, quod quidam condidit teſtamentum ita, quòd mutare non poteſt, tunc poterit adhibere cautelam ad rumpendum dictum teſtamentũ, quæ eſt ſimilis pręcedenti, uidelicet ut ſe det in arrogationem alteri, qui ſecundum naturam eũ arrogare poſſit, ut ff. de adop. l. arrogato. uit ſe faciat exbanniri ex eo delicto, propter quod capite minuatur. iuxta ‡. quod autem. inſti. quibus mo. ius pa. pote. nam per huiuſmodi capitis diminutionem rumpitur teſtamẽtum, ut d. ‡. alio. inſtit. quibus mo. teſta. infir. facit quod in ſimili dicitur de bannito in l. ſi non pro condemnato. in prin. ff. qui ſatiſda. cog. & iſtam cautelam intellige ſicut præcedentem, uidelicet quòd iſte qui facit teſtamentum, reperitur in eodem ſtatu tempore mortis ſuæ, uidelicet quòd ſit exbannitus etiam uel arrogatus, per ea quæ dixi in cautela præcedenti. & iſtã etiã cautelã poſuit Tãcr. de Cor. in ſuo prædicto opere. Ego dixi in cautela præcedenti, quòd maximum dubium eſt apud Doc. an poſſit dari remedium, quod fiat teſtamentum, ita quòd non poſsit reuocari. de quo habetur plene per c. quod ſemel placuit. de reg. iur. lib. vi. & ibi plene per Ioã. And. in mercu. & pleniſsime per Bar. in l. ſi quis in princ. teſtamenti. de lega. iij. & per Sal. pleniſsime in l. ſancimus. C. de teſta. & per Bal. in c. ij. de feudo dato in uicẽ legis commiſſoriæ. & inter remedia ponitur unum, uidelicet quòd teſtator iurat ſe non reuocare teſtamentũ, & non contrauenire. de quo plene per eundem Ioã. An. in d. c. quod ſemel. Pet. de Anch. in c. ea quæ. de reg. iur. in vi. in ſua repet. & per Io. de Imo. in c. cum contingat. de iureiur. & per Bar. in d. l. ſi quis in princ. teſtamenti. & in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de uerb. oblig. & per Bal. in c. j. ‡. item ſacramenta. uerſi. quæritur, ſi faciens teſtamentum. in tit. de pace iura. firm. & per eundem Io. de Imo. in l. ſi quis inquilinus. ‡. fin. de lega. j. Sed tu potes adhibere hãc cautelã, quod qui teſtamentũ faciat, & iuret nõ reuocare, & nõ cõtrauenire, & per cenſuram eccleſiaſticam ſibi præcipiatur, & peremptoria inſtantiã heredis inſtituit, ſecũdum quod habetur in c. ſacro. extra de ſent. excom. quod obſeruet iuramentum, & nõ contraueniat, & ſi cõtrauenire, uel cõtrauenire tẽtaret ex nũc prout ex tunc. & ex tunc prout ex nunc dicatur, ſerimus ſententiam cõtra eum: nam ſi poſtea reuocet teſtamẽtum, uel reuocare uelit, aliquid faciẽdo, reperitur excommunicatus per ſententiam excommunicationis iam latam prius contra eum: & ſic, quia excommunicatus non poterit teſtari, nec ſecũdum eius teſtamentũ poſtea factum ualebit, ut in c. pia. de excep. lib. vi. & uide circa prędictã cautelam in l. ubi ita donatur. ff. de dona. cauſa mor. & Fede. conſi. ſuo cxx-

xviij. ſed aduerte, quia iſta cautela
eſſet utilis,& procederet quando il-
le teſtator conſenſiſſet illi ſentẽtiæ
excommunicationis latæ ſub condi
tione per ſuum iudicem competen-
tem, per tex.& gl.& quod ibi ſingu-
lariter notaui.& no.Io.And.& Doc.
in c.pe. & gl.extra de offi. dele.*ubi 4
habetur an quis poſsit promittere ſe
ſoluturum aliquid ad certum termi-
num:& ſi non ſoluitur,ex tunc excõ
municatur.de qua dic,ut ibi.ſed ſi te
ſtator non conſenſit illi ſentẽtiæ, &
præcepto, tunc contra prædicta cau
telam poſſet dari remedium,uideli-
cet quod antequã reuocet,& ſic con
ditione pendente appellet etiã poſt
x. dies tempore dicti præcepti uel
ſententiæ,* quia quando eſt lata ſen 5
tentia excommunicationis uel cen-
ſuræ, contra unum ſub conditione,
pendente illa conditione etiã poſt
x.dies à tẽpore ſententiæ poteſt con
demnatus appellare,ut eſt tex.no.in
c.præterea.ij.de app.ſecundum Ioã.
And.Sed licet aliis ſententiis condi
tionalibus debeat appellari infra x.
dies à tempore ſententiæ latæ: ut l.
ij. §.biduum.ff. quando appel. ſit.&
not. in c. præterea. ſi autem teſtator
non conſenſit præcepto ſibi facto,
appellet infra x.dies à die præcepti,
& res non habebit dubium ſecundũ
omnes,uel etiam poſt x.dies ante e-
uentum conditionis, & ualebit ap-
pellatio. Item prædicta cautela pro-
cederet ſine dubio,quando teſtator
inſtituit filium uenientem ab inte-
ſtato. quo caſu teſtator non potuit
reuocare teſtamentum quod primo
fecit,ut l.noſtra. C.de teſta.uel can-
cellare, ut in toto ti.ff.de his quæ in
teſta.delen.& ſic poſſet lacerare,uel
cancellare & reuocare, tamen ex
quo aliud facere non poteſt inſtitu-
tus in teſtamento reuocato, ueniet
ab inteſtato, ſed ſi fuiſſet inſtitutus
extraneus, iſta cautela non uidetur
ſufficiens, quia licet teſtator nõ poſ
ſit ſecundum teſtamentum facere,
quòd excommunicatus eſt:uidetur
quòd poſsit lacerare uel delere teſta
mentum & mori inteſtatus.per d.l.
noſtram.& per d.l.j.& ſic uenientes
ab inteſtato ſic ſuccederent, & non
inſtitutus, qui eſt extraneus. cogita
tamen ſuper hoc,ſi uerum eſt.

Cautela quod quis ſemper alle-
get contra aduerſarium in iu
dicio,quod eſt filiusfa.cũ eius
pater præſumatur uiuere cen
tum annis. CXVIII.

1 *Filiusfamil. in dubio quis eſſe præſu-
*mitur.*
2 *Filius quod aliquis ſit naturalis, in du-
bio non præſumitur, nec quòd quiſpiã
emancipatus ſit.*
3 *Regula,ei qui dicit,probare incumbit,
quando locum non habet.*

QVIS * in dubio præſumitur eſ 1
ſe filiusfa. quia pater ſuus præ-
ſumitur uiuere centum annis. l.ſin.
C.de ſac.ſan. eccl.& no.gl.in l.ſed ſi
de ſua.ff. de acqui.hær.per quam gl.
dicit ibi Ang.no.bene hanc gloſſ.ex
qua magnũ habebis honorẽ, ſi ſcias
practicare.nã infiniti actus ſunt pro-
hibiti filiofa.maxime ex forma ſtatu
torum Italiæ. nam pro allegante eſt
quædã præſumptio iuris,quod ſit fi
liusfa.& illa ſufficit ad uictoriam re
portãdã etiã in criminali.l. abſentẽ.
ff. de pœnis.& in ciuili,ut probatur
in l.omnes. §.Lucius. de his quæ in
frau. cred. Vnde ſi uniuerſario non
ſuppeteret de tempore probatio,ſuc
cumberet in cauſa,& hoc dictum re-
probat Io.de Imo.Raph. Cu.& Lud.
de Ro. in d.l. ſed & ſi de ſua.quia li-
cet pater præſumatur uiuere centũ
annis,tamen nõ ſeqtur:poteſt enim
eſſe emancipatus aut naturalis, qui
in prima poteſtate non eſt, ut l.filiũ
diffinimus. ff.qui ſunt ſui uel alien.



iur. Præterea ut quis præſumatur fi-
lius uel non, ponit gl. in l. Titia. ff.
ſolu.ma.ut dicimus in ſimili,allegãs
minorem ætatem ad ſui fundamen-
tum,tenetur eam probare.l. ſi mino
rem.ff. de in integ.reſti.mi.& plene
no.Barto.in l.de ætate.ff.ſi minor ſe
ma.dix.& qui allegat quem eſſe filiũ
pro fundamento ſuo,id probare te-
netur. Item ex quo litigauit cum eo
ut paterfa. pro eo præſumitur.argu.
eius quod no.in l.inter quos. §.j.ff.
de dam.infect.& l.Pomponius. §.ra
ti.ff.de proc.& iſtã q.uide per Fe.de
Se.cõſi.ſuo ccviij & ibi nõ determi-
nat, ſed tu dicas, ꝙ iſta cautela po-
teſt ſuſtineri,ſi aduerſarius litigãs in
prin. iudicij fecerit proteſtationem
cõtra aduerſariũ,dicens ꝙ nõ inten
dat litigare cum ipſo,niſi ſi & inquã
tum habeat legitimam perſonam in
iudicio comparendi, iuxta no. in d.
l.inter quos. §.j. quo caſu ſi ſecũ liti
gans non doceret ſe patremfa.non
uidetur eſſe pſona legitima, ex quo
præſumptio iuris eſt cõtra ipſum,qa
2 ut dictum eſt,pater præſumitur uiue
re.*item non præſumitur emancipa
tio,nec ꝙ ſit filius naturalis, ex quo
iſtud ſapit delictũ,ut no.in l.in con-
cubinatu. ff.de concu. Nec ob.ratio
quam s.dixi ſecũdum præfatos Do-
cto.uidelicet ꝙ ille qui allegat aliqd
affirmare, uel negare ad ſuam inten
tionem fundandã, illud debet pro-
bare,ſicut dicitur in allegante maio
3 rem uel minorem ætatem.* quia il-
la regula nõ procedit, quando eſt iu
ris præſumptio pro allegante, quia
tũc non tenetur probare,ut no.dixit
Bar.in l.illa ſtipulatio ſi Calendis.ff.
de uerb.oblig. ante ſi. Nec ualet ar-
gu.allegando ætatẽ,quod uerum eſt
quod in his quæ tempore mutatur,
non ſufficit allegare fuiſſe in præte-
ritũ aliquid, puta aliquem minorẽ,
ut uult Bar.in d.l.de ætate.ſed in his
quæ ſolo curſu tẽporis nõ mutatur,
ſecus eſt.ſicut dixi in caſu noſtro, &
propterea teneo, quòd Ang.uerius
dicat.

Cautela ad annullãdum proceſ-
ſum, & ſententiam diffiniti-
uam. CXIX.

1 *Clauſula, non conſentiente, imo con-
tradicente,quid importet.*

SI tu aduocatus uis cauſam uin-
cere,aduerte diligenter, quòd ſi
poſt litis conteſtationẽ per procura
torem tãtum interuenit dominus p
ſonaliter in iudicio, & tractat cau-
ſam per ſeipſum, ſemper cõtradicas
1 & ſcribi facias in actis,te* non con-
ſentiente, imo cõtradicẽte,iuxta ea
quæ ponit Bart. in l.j.C. de rela.nec
te ultrà in uerbis extendas.& in fin.
cauſæ, ſi uides cõtra te debere ferri
ſentẽtiam, immediate alleges quòd
omnes actus facti per dominũ ſunt
nulli ipſo iure,cũ fuerint facti te in-
uito, & poſt litis conteſtationẽ per
procuratorem ſuũ,non interuenien
te cauſę cognitione,an dominus po
tuerit interuenire, uel non, ut pro-
batur in l.poſt litem.ubi uidetur ca-
ſus de hoc.ff.de proc.& hoc uidetur
uelle Bar.ibi,& alle. l.mutuari.ff.de
proc. & ita tenet expreſſe Ang.in d.
l.poſt litem. quod dicit eſſe uerũ,ni
ſi dominus in iudicio compareat ra
tione iuris utilis, quod habet in in-
ſtãtia, ut habetur in l.quæ cauſæ.eo.
tit.& propterea, ut tollatur iſta dubi
tatio, & id periculum aliqui uolen-
tes euitare per procuratorem in li-
bello faciunt deſcribere nomẽ pro-
priũ,& ꝓcuratoris diſiunctiue & co
pulatiue, dicendo Titius ſiue Sem-
pronius tanquam eius procu.&c. ad
hoc ut tam dominus quàm etiã pro-
curator efficiantur domini litis, &
inſtantiæ directæ, quo caſu lite con
teſtata in perſona utriuſq; poterit eſ
ſe ſolus dominus in iudicio,& com

parer

parere. Eſt & aliud remedium, quando eſt lis conteſt. in perſona procuratoris tantum, q; procurator cōſtituat ſuum procuratorem dominum ſuum: quia ſic poteſt lite conteſtata procurator alium procuratorē ſubſtituere, & propterea cautus ſit dominus, ut ſolus non compareat lite conteſtata in iudicio, niſi litis cōte. etiam ſit facta in perſona ſua, uel niſi ſubſtituatur à procuratore, uel niſi præſente aduerſario & conſentiente, aliàs geſta per eum eſſent nulla per prædicta.

## Cautela ad excludendum exceptionem declinatoriā. CXX.

1 *Exceptionis errore conceſſo, conſenſus in iudicio non datur.*

NOTA nouam cautelam excludendi declinatoriā iudicis, uidelicet ut interrogetur aduerſarius an uelit litigare, quia ſi reſponderit, quòd ſic, excludetur, ita dicit d. Ant. de Bu. in vj. no. in xij. col. in uer. oppo. ij. quòd hæc interrogatio. de iud. c. j. & mouetur per gl. ibi not. ſubdit tamen in d. uer. hoc puta eſſe uerum quando litigans eſt certus, uel eſſe debet de exceptione competenti, qa hoc pactum uel renunciatio nō extendit ſe ad incognita arg. l. tres fratres. ff. de pac. *Et quia dato errore exceptionis non datur conſenſus in iudicio, ut ff. de iur. omn. iud. l. ſi per errorem. itē hoc uerum, quādo reſpondet ſe uelle litigare. Si autem conſtituat procur. etiam ad reſpondendum, per hoc non renunciat declinatorie de competenti iudi. ut dicit gl. no. in c. expoſuit. extrà de dila. tutum tamen eſt ſecundum eum, q; conſtituat procuratorem ad reſpondendum ſaluis omnibus exceptionibus ſuis. & pro iſta cautela uide tex. cum gl. & ibi per Doct. in l. ſi fideiuſ. in prin. ff. qui ſatiſda. cog. 1

## Cautela pro debitore in magna ſumma obligato, quod ſoluēdo paruam liberetur. CXXI.

1 *Dictio, pro reſto, cuius efficaciæ ſit.*

EGO do tibi unam cautelam mirabilem, quam tene menti perpetuo, quia eſt de pane lucrando. nā ſi debes alicui centū ſoluendo ei decem dicas,* pro reſto, quia ſoluēdo pro reſto præſumitur ante aliā quantitatem eſſe ſolutam, quia aliàs non diceretur pro reſto, unde ſi creditor conueniat te ad alia nonaginta, eſt præſumptio pro te, q; illa ſolueris. ita dicit Pau. de Ca. in l. ij. C. de here. inſti. per gl. no. in l. ſi ex pluribus. in prin. ff. de ſolu. & econtra ſint cauti creditores recipientes ſolutionem, ne faciant apponi in inſtrumento uel libro mercātiæ, quòd pro reſto recipiunt, ſecundum Pau. ibi. 1

## Cautela requirendi legatum rebelli. CXXII.

1 *Legatum filio in poteſtate, uel rebelli, non debetur, niſi cum ſui iuris factus fuerit.*

NOTA tu qui uis relinquere rebelli, ut dicas ſic, Lego tali fundum, ut ipſum habeat uel retineat, quia hoc relictum non debetur ſibi, niſi cum factus ſit capax & reſtitutus ad gratiā communis, & nō antè, unde ad fiſcum non pertinet, ſicut dicitur de legato facto filiofamil. modo prædicto,* quia ei non debetur niſi facto ſui iuris. text. eſt no. in l. fideicommi. §. hęc uerba. & §. ſi filio. ff. de leg. iij. & ita aliàs dixit Iac. de Prato ueteri, aduocatus fiſcalis. 1

## Cautela pro creditore recipiente à debitore rem in ſolutum. CXXIII.

1 *Solutione eius quod debetur, omnis obligatio tollitur.*

SI aliquis eſt debitor alterius ſub obligatione & hypotheca, uel cū fideiuſſoribus, uel det in ſolutum creditori aliquam rem, uolente creditore, liberatur à debito principali, & liberantur etiā fideiuſſores, & tolluntur hypothecæ. * quia ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio. inſtit. quib. mo. tolluntur oblig. in prin. & ideo ſi cōtingeret, quòd poſtea res data in ſolutū euincatur, per tertium à creditore, nō poterit debitor amplius agere contra fideiuſſores, qui per dationem inſolutum iam ſunt liberati, nec poterit agere hypothecaria, quia illa etiā eſt ſublata, ut dixi. & ſi debitor non haberet unde ſolueret, nullum remedium creditori competeret. & ideo cautela eſt, quando debitor uult tibi dare aliquid inſolutum, quòd tu recipias cum reſeruatione & proteſtatione, uidelicet quòd tu non intendis per illam dationem inſolutū recedere ab hypotheca, neque ab obligatione fideiuſſorum. nam ſi tunc res euinceretur, duraret obligatio hypothecæ & fideiuſſorum, & hoc probatur in l. ſi quis aliam. & ibi no. per Bar. & Doct. ff. de ſolu. quod no. quia multi accipiunt inſolutum, & remanent decepti. 1

## Cautela quod ſecūdus creditor præferatur primo a cum limitationibus, & ampliationibus regulæ, qui prior eſt tempore, &c. CXXIIII.

1 *Regula, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, quibus in caſibus nō procedat.*

2 *Creditor quiſpiam ſi primo obligauerit creditori omnia bona ſua generaliter, & ego ſibi fundum meum uendiderim, & habuerim fidem de precio, ac mihi omnia bona ſua obligauerit in dicta re ſibi per me uendita, quis potior erit.*

3 *Creditores mariti matrimonio conſtāte, an mariti bona occupare poſſint, pro iure creditorum, dotem tamē uxori offerre uolentes.*



VVLGARIS eſt regula iuris, quòd qui prior eſt tēpore, potior eſt iure: ubi eſt obligatio bonorum, ut in regula, qui prior. de reg. iur. in VI. & l. potior. l. qui balneum. ff. qui pot. in pig. hab. & l. prius. ff. de priui. credi. & iſta regula procedit, etiā ſi res debitoris ſit empta ex pecunia poſterioris creditoris, ut habetur in l. quod quis. eo. ti. & in auten. quo iure. C. qui pot. in pig. & ideo ſi mutuaui pecuniam laborantibus, ut emerent boues pro ueturando, & laboratores haberent creditores anteriores cum hypotheca, illi creditores præferentur, & poſſunt per hypothecam aduocare dictos boues, cū idem iuris ſit cenſendum de iſtis bobus, ſicut de aliis bonis debitoris. Item procedit dicta regula, etiā ſi poſterior creditor uēderet res ſuas, puta mercantias debitori habita fide de precio, quia in illis, ille qui eſt potior in tempore, erit potior, & nō uendens, ut eſt caſus ſingu. ſecundum aliquos in l. quidam. ff. de in rem uerſ. & ita dicit Ange. in l. licet. qui potio. in pigno. ha. ſed tu allega ſimilem text. in l. procuratorem. §. ſed ſi dedit mercem. ff. de tribu. & ibi etiam not. Pau. de Caſt. & no. Ange. & Docto. in l. j. §. fina. ff. de ſolu. 1 * Sed illud fallit, primo in dote, ut eſt caſus ibi. Secundo quando emptor eſſet fugitiuus, & iam cogitauerat fugam antequam emeret, & ſic dolus dedit cauſam ad habendum fidem de precio: nam tunc habetur fides pro non habita, ut habetur in l. iij. quæ incipit, ſi quaſi. ff. de pignor. actio. ſecundum Angelum qui ita ſingulariter not. in dicta l. ſi. na. & dicit, quòd iſta quæſtio fuit de facto Bononiæ. Addite, quòd ſi uenditor non habuiſſet fidem de precio, & hoc poſſet conſtare aliter, quia tunc non uanleat domi

a Præferatur primo.

*Creditor ſecundus præfertur priori in re hypothecata, ſoluēdo priori debitum. et prior cedat ei actione. no. in l. mulier. ff. qui po. in pig. ha. & in l. j. et ibi Bal. C. eo. ti. et in l. ſeruus. et ibi Bal. C. de pig. pe. de ſu. in l. iubemus. in fi. C. ad Vel. et ibi Doc.*

nium

nium, & ſibi competeret uendica-
tio, ut habetur in l.inciuile.C.de rei
uend. & §. uenditæ.inſtit.de re.di.
Et quando dicatur habita fides uel
nõ, uide gl.in d.l.inciuile. & ibi per
Bal.& Doct.in d.l.ſi quaſi.fallit quã-
do ex pecunia creditoris poſterioris
res eſſet empta, & idem ſpecialiter
obligata, quia tunc eſſet potior ille
uendens omnibus creditoribus, ut
eſt caſus multũ not. in l. licet.C.qui
po.in pig. habe.quem omninò circa
iſtam materiam uide, qui ſubiicit, quod
non præferentur mulieri in dote. Ex
quo no.unam cautelam utilem, quod ſi
uis mutuare tuam pecuniam uni la-
boratori pro emendis bobus, ad la-
borandum tuam poſſeſſionem, mu-
tues ei hac conditione, quòd illi bo-
ues ſint tibi ſpecialiter obligati, quia
tunc tu mutuans eris potior in illis
bobus aliis creditoribus etiam ante-
rioribus. aliàs ſi ſimpliciter mutua-
res pro emendis bobus, & non dice-
res quod eſſẽt tibi ſpecialiter obligati,
creditores anteriores præferentur,
& idem dicas in ſimilibus. Potes
etiam ex prædictis aliam colligere
cautelam, ſi tu emiſti rem ab uno qui
eſt grauatus ære alieno, & dubites,
quòd res tibi uendita non euinca-
tur à ſuis creditoribus, quia tunc de-
bes dicere uẽditori, uolo quòd pro
pecunia mea ematur fundus, qui mi-
hi ſpecialiter ſit obligatus pro euic-
tione: nam tũc ſi euincetur res uen-
dita, ille emptor erit potior omnib.
creditorib. in illo fundo empto de
pecunia tua, quod bene no. Et adde
quod Albe.de Roſ.in l. obligationi ge-
nerali.in ſi.ff.de pign. dixit ſecundũ
Vber.de Bo.quòd etiam d.l.licet.ha-
bet locum, ſi res empta non ſit ſpe-
cialiter obligata, dummodo ille em-
ptor obligauerit uẽditori omnia bo-
na ſua, de quo dic, ut dicam in ſeq.
caut.Item aduerte quia Barto.in l.in-

terdum.ff. qui po. in pign.ha.uide-
tur hic limitare, ut mutuans pecu-
niam præferatur in re empta ex pe-
cunia mutuata aliis creditoribus an-
terioribus. nam dicit ipſe, quòd il-
lud fallit in dote, quia non præfere-
tur mulieri dotem habenti, quia ille
mutuans habet ſolummodo tacitam
hypothecam, per ea quæ not.ibi per
ipſum. Sed in caſu noſtro non cre-
do illud uerum eſſe:nam quãdo mu-
tuans pecuniam, ut ematur res ex ta-
cum iſta conditione & pacto, quòd
res inde empta ſit ſpecialiter obli-
gata mutuanti, mutuans debet habe-
re expreſſam hypothecam, & non ta-
citam, ex quo expreſſe ita conuentũ
eſt, & pro hoc l. unica. §.j.C.de rei
uxo.ac.& talis mutuans propter iſtã
hypothecam expreſſam poſteriori-
bus, debet præferri omnibus credi-
toribus, & etiã anterioribus, & etiã
mulieri in dote ſua, ut probatur ex-
preſſe in d.l.licet.C.qui po.in pign.
ha. nam ſi præfertur omnibus credi-
toribus habentibus etiam expreſſam
hypothecam, ut ibi, & etiam illis qui
præferentur mulieri in dote, ita di-
ctæ mulieri præferendus eſt, per l.ſi
lium.cũ ibi not.C. qui po.in pig.ha.

3 *Si quis primo obligauit credito-
ri omnia bona ſua generaliter, & er-
go ſibi uendidi fundum meũ, & ha-
bui fidem de pretio, & obligauit mi-
hi omnia bona ſua, quis erit potior
in dicta re ſibi per me uendita? Et ui-
detur, quod primus creditor: quia quã
primum habui fidem, transtuli in eũ
dominium, ut eſt caſus in l. quidam.
ff. de in rem uerſ. & in l.procurato-
ris. §. ſi decẽ mercedem.ff. de tri. &
dixi in præcedenti cautela: tamen
Vber.de Bo.quem ſequitur Albe.de
Roſ.tenet contrarium per l.licet.C.
qui po.in pig.ha. & licet iſta lex lo-
quatur quãdo ſpecialiter obligatur,
tamen dicunt ipſi quòd nõ refert an
gen



generaliter uel ſpecialiter obligetur,
ut C.de pi.l.& quia.Itẽ præferuntur
præfati fiſco generali, ſicut ex ſpe-
ciali obligatione.ff. qui po. in pig.
ha.l.ſi pign.C.de pig.l.ſi ignorãte.
nã ille ex cuius pecunia nauis eſt ſal-
ua, pfertur, ut l.interdũ.C.qui po.in
pig. ha. ergo iſte uenditor cuius res
fuit, fortius debet pferri.ar.eſt opti-
mum, & quaſi expreſſum, in l. quod
quis.ff. de priui.cre. Ad tollendũ ta-
men omne dubiũ cõſulũt ipſi, & dãt
cautelã quod uẽditor in ſe dominiũ reti-
neat, quouſq; ſibi ſatiſfiat de precio:
& ita cõiter fit, & obſeruatur ſecun-
dum eos, & bene. Quotidie con-
tingit, quod emit quis rẽ ab aliquo qui
male utitur ſubſtãtia ſua, & ære alie-
no grauatus eſt, & habet creditores
anteriores hypothecã habẽtes, & du-
bitat quod ſi ſolueret preciũ, res ſibi uẽ-
dita euinceretur à creditoribus uen-
ditis anterioribus. ſi eminet euictio
in limine cõtractus, põt petere à uen-
dẽte, ut ſibi caueat de euictione an-
tequã ſoluat preciũ: ut l.ſi poſt perfe-
ctum.C.de euic. & ſi nõ poteſt caue-
re, neq; ſecurũ reddere emptorem,
& emptor uelit omnino retinere rẽ
emptam: dic quod cautela eſt, quod preciũ
ſoluat uni priori creditori, qui omni-
bus præfertur rigore ſuæ hypothe-
cæ, & tempore ſolutionis, & antè cõ-
ueniatur, quàm ipſe creditor ante-
rior ponat ipſum emptorem in locũ
ſuum ad ſuam hypothecam & obli-
gationem; & ita etiã tempore dictæ
ſolutionis uel pòſt ille creditor an-
terior cedat iura ſua, & omnem ſuã
hypothecam & obligationẽ ſibi em-
ptori.iuxta l. Modeſtinus, cum not.
per gloſſ.& Doct.ff. de ſol.quo caſu
prior creditor habebit precium, &
emptor ſoluens ſibi precium habe-
bit hypothecam, & præfertur omni-
bus creditoribus ipſo anterioribus,
ſed poſterioribus illo cui ſoluit: ut

probatur in l.pen.& fi.& per totum.
C.de his qui.in prin.cre. lo.ſucce. &
eſt gloſ.ordi.in l.j. & in l.Ariſto.quæ
res pign.ob. po. & ibi per Bartol.&
4 Doc. *Sed nunquid creditores ma-
riti conſtante matrimonio poſſunt
occupare bona mariti pro iure credi
torum, uolentes offerre dotẽ uxori?
Videtur quòd non: quia adhuc actio
de dote nõ competit, neq; eſt caſus
in quo dos poſſet ſolui cõſtante ma-
trimonio.& no.in toto tit.C.ſi dos
conſtan.ma.& no.in l.ſi cõſtante.in
prin.ff.ſol.mat.bona mariti credito-
res poſſunt occupare, offerentes do-
tem uxori: ut l.cum tibi.C. qui pot.
in pig.hab. & hoc tenet ibi Bart.ſe-
cundum Iaco.de Are.quod dicit eſſe
menti tenendum perpetuo.& idem
tenet Barto.in l.ſi conſtante, in prin.
in vij.quæſt.princi. tertiæ partis, in
uer.ex his ergo reſpondetur: & An-
gel.Bald.Paul.de Caſt.in d.l.ſi con-
ſtante.in princ.uidetur tenere con-
trarium.ſed tu dic: aut eſt ſolutũ ma
trimoniũ, & tunc eſt locus reſtitu-
tioni dotis, & tunc omnes concor-
dant quod creditor poſterior poteſt of
ferre dotẽ uxori anteriori in hypo-
thecã, & in eius locum ſuccedere: ut
d.l.cum tibi.& l.j.& per totum.C.de
his qui in princ.cre.lo.ſucce.uel non
eſt ſolutũ matrimoniũ, ſed maritus
uergit ad inopiam, & mulier incipit
agere contra maritum pro dote ſua.
l.ſi conſtante. præal.& l.ubi adhuc.
C.de iure do.& tũc idẽ; quia ex quo
mulier ageret, & agere poteſt pro do
te, ita poteſt offerri dos pro ſua per
anteriorem creditorẽ, per iura præ-
alle. & iſto modo intelligatur quod
no Ang.& Doc.prædicti.Aut nõ eſt
caſus dotis petendæ: quia maritus ui
ueret, nec uergat ad inopiam: & tũc
teneo opin.Iacob.de Are.& Barto.
quia ſicut non poteſt peti uel reſti-
tui dos: ita nec etiam poteſt alteri

creditori cedi, & offerēti dictā dotē.
Et creditore poſſe offerre pecuniam
dotis mulieri, intelligo, niſi in inſtru
mento dotis diceretur, quod in ca-
ſu dotis reſtituēdæ, mulier poſſet pe
tere dotem ſuam in pecunia uel in
bonis mariti in electione ipſius mu-
lieris: quia tunc creditores ea inuita,
non poſſunt auferre pecuniam ea no
lente: ſed uolente ſic, ne ſibi tolla-
tur electio data in inſtrumento do-
tis: quod no. quia quotidianum.

## Cautela quomodo uēditor poſſit percipere fructus ex re uendita, nō computando illos in ſortem. CXXV.

1 *Locator obligatus eſt ad mercedis ex-onerationē, ſi res locata peryt, uel fructus conductor percipere non poſſit.*
2 *Vſuræ digeſtorum tempore prohibitæ non erant, hodie uero ſic utriuſq; teſtamenti pagina.*
3 *Vſura cur in mutuo prohibita ſit.*
4 *Intereſſe probare difficile eſt.*

QVI uult uendere fundum ruſti-
cum uel urbanum, & emptor
non uult, nec poteſt ſoluere precium
incontinenti, ſed ad terminum, quæ
cautela adhiberi poterit uenditori,
ut durante termino ſolutionis facie-
dæ[a] uenditor fructus rei uenditæ
percipere poſſit: licet alias non poſ-
ſit percipere: ut l. Iulianus. §. ſi fru-
ctibus. de actio. empti. Reſponde-
tur ſecundum aliquos, debet uendi-
tor locare fundum uenditum empto
ri certo precio, donec uenditori pre
cium uenditionis ſolutum fuerit, per
textum in l. ſicut emptio. §. j. cum l.
ſequen. quæ incipit, cū uendere fun-
dum. ff. loca. ubi eſt de hoc caſus ad
literam, & erit utilis iſta locatio uen
ditori quo ad tria. Primo quantum
ad penſionem. Secundo quod ipſe lo
cator, idemq; uenditor non obliga-
bitur ipſi conductori, ſed conductor
locatori: ut eſt tex. in d. §. j. quod de-
1 claro. *Nā licet alias locator ſit obli
gatus ad exonerationem mercedis,
ſi res locata perit, uel fructus condu
ctor percipere nō poteſt: ut l. ſi uno.
§. item cum quidam. & ibi plene per
Bartolū, & Doctor. ff. loca. & in l. ex
conducto. §. ſi uis tempeſtatis. & in
§. ſed & ſi habes. & in l. ſi merces. §.
uis maior. cod. titu. & c. propter ſteri
litatem. & ibi per Cano. extrà de lo-
ca. cum ſimili. cum hoc caſu, cum res
uendita & locata ſit emptoris, eiuſ-
demq; coductoris, uenditor idemq;
locator non erit obligatus ad exo-
nerationem mercedis, ſi res locata
periret, uel aliter conductor damnū
paſſus fuerit: & poſt perfectam uen-
ditionem omne commodum & in-
commodum ſpectat ad emptorem:
ut l. neceſſario. in princip. ff. de peri-
cu. & commo. rei uend. Tertio, quia
nec etiam uenditor idemq; locator
tenetur ad rem tradendam, & uti
frui poſſit: ut l. cum uenderem. ff. loc.
& iſtas duas ultimas utilitates ponit
gloſ. in l. ſicut emptor. §. j. ff. loca. &
eſt ratio ſecundum Barto. ibi, quia il-
la penſio magis debetur de precio,
quod ſibi non ſoluitur quam pro re:
ut no. in dicta l. ſi uno. §. itē cū qui-
dam. ff. loc. & ita uidi obſeruare hic
2 Paduæ, *Et aduerte, quia dicta cau
tela procederet de iure ciui. ſecundū
tēpora digeſtorū, ſecundū quæ ad-
huc non erant uſuræ prohibitæ: ſed
cum hodie uſuræ ſint prohibitæ pa-
gina utriuſq; teſtamēti, & de iure ca-
no. in c. quia in omnibus. de uſuris.
& in toto illo titu. & in v i. & in cle.
& de iure ciui. hodie. ut in aut. ad hæc.
C. de uſur. & not. in l. cunctos popu-
los. de ſum. trini. pro dicta cautela
nō procederet: quia dicta locatio cō
tineret in ſe uſuram ſiue uſurariā pra
uitatem: nam ex quo erat res uendi-
ta, & habita fides de precio, & tra-
dita,

a Solu. facie. *Fructus rei emptæ ſub cōditione non ptinent ad emptorē pēdēte coditione. l. neceſſario. §. ſi pendēte. ff. de peric. et como. rei uend. niſi in caſu deficientis coditionis emptor pdat precium. quia eos lucratur in recompenſatione perditi precij. tex. eſt ſin. in l. ſi fund⁹. §. ſed quid ait. ff. de l. commiſſo. & Lud. Ponta. in ſing. uerſi. emptor non.*



dita, tranſlatum erat dominium in
emptorem: ut l. in traditionibus. C.
de pac. & inſtit. de rerum diui. §. per
traditionem. & ideo de re ſua pen-
3 ſionem ſoluere non tenetur: & ſi ſol
ueret, eſſet uſura. *nam una eſt ratio
princ. quare in mutuo uſura eſt pro-
hibita: quia ille qui recipit mutuum,
ſi aliquid ſolueret ultra, ſolueret de
re ſua, uel propter rem ſuam: & ideo
dicitur, quicquid accidit ſorti, uſura
eſt, ut l. rogaſti. §. ſi tibi dedero. ff. ſi
certum peta. & in l. ſi tibi decem mi-
lia ff. de pact. Vnde propter hoc nun
quam utaris iſta cautela. ſed potes
uti alia, uidelicet quòd tu uendas pro
indiuiſo tantam partem rei, quan-
tam capit precium quod ſoluitur:
aliam partem retineas, & proteſteris
quòd non intelligatur trāſlatum ali-
quod dominium in emptorem, & il-
lam partem loces eidē emptori cum
pacto, quandocunque dabit tibi re-
ſiduum precij, quòd habeatur pro
uendita, uel quòd tenearis ſibi face-
re inſtrumentum uenditionis: & hoc
erit utile: quia non poterit per credi-
tores emptoris tibi auferri antequā
ſoluatur tibi precium, ex quo domi-
nium remanſit penes te, uel potes ei
dictam partem non uenditam loca-
re ad partem tanquam colono par-
tiario, uel tertio potes facere pa-
ctum[a], quòd deductis expenſis te-
neatur tibi ſoluere fructus, uel quan
tum intereſt tua: quia iſte eſt unus de
caſibus, in quibus poſſunt peti fru-
ctus de re alicuius, uidelicet quando
non eſt ſolutum precium. ut no. glo.
in c. conqueſtus. extra de uſuris. & eſt
caſus ibi, & per Bartol. & Docto. C.
de actio. empt. in l. curabit. Sed iſtud
4 ultimum eſt difficile. *ſicut difficile
eſt probare intereſſe: ut l. unica. C. de
ſent. quæ pro eo quod intereſt pro-
feruntur. & habetur in l. ij. §. fi. ff. de
eo quod certo loco. Vnde modus pri
mus retinendi dominium & locan-
di, melior eſt.

## Cautela pro fideiuſſore cōducētis domum. CXXVI.

1 *Fideiuſſor ſemper in teſtamento exprimere debet illud, ad qđ teneri nō uult.*

ILLE qui fideiuſſit pro ſcholari
qui conduxit domum, uidetur fi-
deiuſſiſſe non ſolum pro penſione
domus, ſed etiam pro maſſaritiis fra-
ctis uel conſumptis: ut per Bartol. in
l. commiſſi. §. fideiuſſores. ſecūdum
unum intellectum gloſſ. ibi. ff. de fi-
deiuſ. & ibi tenet Lud. de Ro. in ſuo
1 ſingulari ſcccxxv. *& ideo ſit caut⁹
fideiuſſor ſi uult tenere tātum de pē-
ſione, & illud exprimat. alias in du-
bio tenebitur in totū, ut ſupra dixi.

## Cautela contra fideiuſſorē carcerati, ut etiam ad pœnā contumaciæ teneatur. CXXVII.

1 *Fideiuſſor in dubio an pro uſuris intercedere uideatur.*

QVIDAM fideiuſſit pro carce-
rato ex cauſa criminali, q poſt-
ea condemnatus eſt: & quia non ſol-
uit intra certum tempus, puta octo
dierū, incurrerit in pœnam quarti[b]
pluris ipſius condemnationis, ſicut
incurrūt communiter cōdēnati in are-
go ī ciuitatib⁹ ſubditis dominio Ve
netorū, an fideiuſſor erit obligatus
in illo quarto plori. Dicas q non, ſi
ide incurreret maiorē pœnā propter
ſuam negationē: quia de illa maiori
pœna fideiuſſor nō tenetur, & eſt ra
tio illa pœna quarti pluris, ſiue auge
di, ppter negationē, nō eſt pœna de-
licti principalis, pro quo fideiuſſit,
ſed eſt pœna contumaciæ uel nega-
tionis, pro qua non intercesſit fide-
iuſſor, ut eſt caſus in l. fina. ff. de fide-
iuſ. & in l. j. ff. de in litem iuran. & ibi
hoc not. Barto. & Doctor. & ideo ſit
cautus iudex ſecundum eum. ſi uult
quòd ad hoc etiam fideiuſſor tenea-
tur, quòd ſcribi faciat, quòd fideiuſ-



ſit

a Pactum. *Pactum inter emptorē & uēditorē, ut ſeruetur, et ſi cōtrafiat nō ualeat, quæ ſit caute. Bal. in l. ſi an j. quæſt. Et pactum q niſi emptor ſoluat precium i termino, res ſit uēditoris, nō habet locum, ſi poſt terminum uenditor petit preciū: quia uidet renūciare pacto. Bar. & Bal. i l. commiſſoriæ. C. de pac. inter emp. & uendi*

b Pœn. quar. *Fideſſor nō tenet ad quartū plus, quod ei euit propter negationē uel per iuramentum in litem præſtitū poſt ſententiam. Bart. poſt gloſ. in l. iij. ff. qui ſatiſda cog. facit l. ſi nō uno. ut in poſ. leg. & per Alex. in l. j. ff. de in lit. iuran.*

ſi: non tantum pro pœna delicti, ſed pro pœna proceſſus: quia cum pœna pro pœna proceſſus: quia cum pœna negantis uel contumaciæ, ſit pœna proceſſus, fideiuſſor tenebitur, ut not. Barto. in l. j. ff. de in lit. iur. & ibi per Doct. & per Ange. de Are. in ſuo tractatu maleficiorũ, in gloſſ. in uer. de quibus Ant. fideiuſſit. & de hac materia uide etiã Bart. in l. quæro. in princ. ff. loca. & plenius in l. ij. de pu- blic. iudi.* & an fideiuſſor in dubio in- 1 dicatur intercedere etiam pro uſuris, uide tex. cum glo. & Docto. & Bart. in dicta l. quæro. in princ. & per gloſ. Cyn. & Doctor. in l. fideiuſſor. C. de fideiuſſo. & c. conſtitutus. in uer. ac- ceſſiones. extra de fideiuſſor. & ibi per Doctores.

Cautela pro fratribus, quãdo unus eorũ emit rem ex cõmuni pecunia, quod hoc dicatur in inſtrumento. CXXVIII.

1 *Pecunia ſoluta ſemper ſoluentis fuiſſe præſumitur.*

SI VNVS ex fratribus emit fundum pro ſe, & fratre ſuo, & in inſtrumento cõtinetur, quòd precium numerauerit emens, uel dictus uenditor confeſſus fuit habuiſſe & recepiſſe à dicto emptore, nec dicitur de eius propria pecunia, uel etiam de cõmuni, in dubio* intelligitur de pecu- 1 nia ſoluentis propria, ita quòd ab alio fratre poteſt repetere partem ſuam di, ſi uult, ut eſt caſus no. in l. ij. C. pro ſocio, & ibi hæc not. Barto. & Bald. & ibi not. Barto. in l. ſi patruus. C. cõ- munia utriuſque iudicij. & in l. Titium & Meuium. in §. altero. in prin cipio. ij. colum. ff. de adminiſtratione tutorum. & ideo ſitis cauti qui habetis fratres, uel patruos in communione bonorum, & ponatur in inſtrumento, quando unus tantum ſoluit, quòd precium ſoluit de communi pecunia: ita dicit Bal. in d. l. Ja-

& dicit hoc eſſe not. perpetuo: quia ualebit tibi mille aureos: & circa hoc uide Bald. in l. cum duobus. §. ſi fratres. circa principium in gloſſ. in de de facto accidit, quòd duo fratres. ff. pro ſocio.

Cautela quõ hæres teneat ſoluere legatũ etiam ſi in teſtamento non interuenerint vij. uel in codicil. v. teſtes. CXXIX.

1 *Teſtamentum uel codicillos ad probandum an duo uel ſeptem teſtes requirantur.*

2 *Contractus etiã teſtamẽto fieri poſſũt.*

LEGATA communiter relinquuntur in teſtamento, in quo requiruntur ſeptem teſtes, ut l. hac conſultiſſima. C. de teſta. uel in codicillis in quibus quinque teſtes debẽt interuenire. l. fi. C. de codicil.* & eſt 1 magnum dubium, nunquid duo teſtes ſufficiant ad probandum teſtamentum uel codicillos, an uero requirantur ſeptem uel quinque, ut habetur per gloſſ. ordi. in l. ij. C. de bono. poſſ. ſe. tab. & ibi per omnes Doctores, ſed tu potes adhibere hanc cautelã, quòd duo tantũ teſtes ſufficiant ad probandum, uidelicet quòd quando teſtator facit teſtamentum, faciat ſibi promitti ab hærede de præſtando legatum legatario. nam tunc tale legatum tranſit in unum cõtractum ſecundum Bart. uo. in l. actio. in princ. ff. de lega. j. qui allegat ad hoc l. fi. C. de fideicõ. & l. quidam. ff. de hære. inſtit. & in l. ſpadonem. §. j. ff. de excuſ. tut. Non eſt mirum:* quia etiã contra- 2 ctus poteſt fieri in teſtamento: ut eſt gloſſ. not. in l. hæredes palam. §. fina. ff. de teſta. & eſt alia ſimilis in l. hæc conſequenter. §. ſed cum emolumentum. ff. famil. hereſcũ. & effectus huius contractus erit, quia per duos tantum teſtes probari poterit ſicut probantur cæteri contractus, ut l. ubi num erit



numerus. ff. de teſt. cum ſi. ut tollatur omnis dubitatio, facias quòd in inſtrumento hæres promittat teſtatori, & notario præſenti tanquam publicæ perſonæ ſtipulanti & recipienti nomine & uice ipſius legatarij, ſi eſt abſens, uel ſi eſt præſens promittat etiam ipſi legatario. & hoc dico ut tollatur dubium an teſtator poſſit legatario ſtipulari, ut habetur in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerborum obligat. Et circa hoc uide quod not. Bartol. in l. ſi quis. in princip. teſtamenti. ff. de legat. ij. & uide etiam Bald. in l. cum quam. in iij. col. & in l. ſi ex teſtamento. C. de fideicom.

Cautela pro ſecundo inueſtito de feudo quod ſit potior primo ſi ſecundus habet poſſeſſionem. CXXX.

1 *Vaſſallus ſi duobus uendidiſſet, & ſecundo prius tradidiſſet poſſeſſionem, an tunc ſecundus præfertur.*

SI DOMINVS inueſtiuit aliquem de feudo, cogitur tradere poſſeſſionem uel quaſi illius feudi, nec liberatur præſtando intereſſe. caſus eſt in c. ſi facta. ſi de feu. fue. controuer. ſed remedium & cautela eſt, quòd dominus non cõpellatur præciſe ad tradendum poſſeſſionem uel quaſi, uidelicet quòd inueſtiat aliũ, & ei ſecundo inueſtito tradat poſſeſſionem: quia prior erit excluſus, & ſecundus erit potior, per l. quoties. C. de rei uendi. ſecundum Bald. & ita tenet Iacob. de Aluar. in dicto c. ſi facta. & idem remedium procederet, quãdo dominus alienaſſet feudum, & poſtea alteri: & ſecundo tradidiſſet poſſeſſionem prius. per d. 1 l. quoties. ſecundum Bald. in d. c. ſi facta. *Sed quid ſi uaſallus uendidiſſet duobus, & ſecundo prius tradidiſſet poſſeſſionem: an tunc ſecundus præfertur? Dicas quòd aut primo uendidit cũ cõſenſu domini, & tunc

primus præfertur etiã ſi dominus ſecundæ uenditioni conſentiat: quia tunc nullũ ius habeat conſentiendi. arg. l. quotieſcũq. §. qui Gaiũ. ff. de leg. j. & ita tenet Bulgatus in d. c. ſi facta. per quod limitatur d. l. quoties. aut primo domino nõ cõſenſit, ſed ſecundo ſic: & tunc ſecundus præfertur indiſtincte: quia prima alienatio facta ſine conſenſu domini nullũ ius tribuit. ut in c. j. de prohibi. feu. alie. per Lotha. & in c. j. de prohi. feu. alie. per Fede. cum ſi. eſt.

Cautela qua ſit ſecurus emens fundũ dotalem. CXXXI.

1 *Obligatio quando inter partes nõ contrahitur, nec etiã fideiuſſoria ſubſiſtit.*

2 *Contractus quãdo contra legẽ fit, ſicut contractus, non ualet qui principalis eſt, ita etiã non ualet promiſſio de euictione uel pœna, quæ eius acceſſorium exiſtit.*

QVI uult emere fundum dotalem qui prohibitus eſt alienari, ut in to. tit. C. de fun. do. & inſtitu. quib. mo. alie. licet uel nõ. in prin. cũ ſi. Sed quæ erit cautela, ut emptor ſit ſecurus, uel quòd ſaltem preciũ non amittat? Aliqui dicunt quòd ſiue uxor uendat, ſiue maritus, debet adhiberi fideiuſſor qui erit obligatus, ex quo iſta prohibitio alienationis rei dotalis eſt fauor mulieris, non uiri. ergo obligabitur fideiuſſor: ut l. fin. C. de prædi. mino. & hoc tenet Cyn. in l. ſi prædium. C. de iure do- 1 tium. *Sed aduerte, quia quando inter partes non contrahitur obligatio, non ſubſiſtit etiam fideiuſſoria: ut l. cum lex. ff. de fideiuſſo. ut not. d. l. ſi prædium. & ideo alij dicunt, quòd cautela eſt, ut uxor non uendat: quia non tenet datio fideiuſſoris per prædicta, ſed uendat marito: quia tunc eius fideiuſſor indiſtincte tenebitur: quia quo ad eum non eſt

prohibita alienatio, cum text. non prohibeat fauore mulieris: ut eſt tex. inſtit. quibus mod. ali. licet uel non. in fi. principij: & ita intelligi debet quod not. Bart. in dicta l. cum lex. ſecundum Bald. in d. l. ſi prædium. qui dicit, quòd iſta eſt ueritas. alij ponũt tertiam cautelam, uidelicet quòd nõ interueniat fideiuſſor, ſed alius tertius, qui ſe obliget principaliter & inſolidum, cuius obligatio non erit ualida, ex quo illa obligatio nõ erit acceſſoria: & iſtam etiam tenet Bald. in dicta l. ſi prædium. dicens, quòd ſecundum eum ceſſat omnis ſcrupulus. Et ſi dicatur, nonne maritus uendens tenetur de euictione & pœna dupli, ſi in inſtrumẽto uẽditionis appoſita ſit, ut in toto titu. ff. de euict. & maxime in l. j. & ij. reſpondetur, quòd non tenetur: 1 *quia quando cõtractus fit contra legem, ſicut cõtractus non ualet qui eſt principalis, ita non ualet promiſsio de euic. uel pœna, quæ eſt ius acceſſoriũ: ut eſt glo. ſingularis in l. ſi patiens. §. ſi patronum. in uer. Fauiana. ante fi. ff. ſi quid in frau. pa. & eodem modo non ualeret conſtitutum ſiue precarium, ſi eſſet appoſitum in inſtrumẽto uẽditionis, ut dicit Bald. in c. j. ante fin. in titu. de feud. da. in uicem leg. con. in uſib. feu. & intellige prędicta, quãdo contractus eſt contra legem, ut dixi: ſecus ſi eſſet præter legẽ: quia tũc nõ ualeret promiſsio, ſed cõtractus principalis. ualeret tamen pœna appoſita, ut l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. & ita no. Bald. in l. ſi quis in conſcribendo. in principio. C. de pac. quod bene not.

## Cautela pro uſucapiẽte rem mobilem. CXXXII.

1 *Res mobilis regulariter triennio uſucapitur.*

2 *Minimis curãdũ nõ eſt, quoniã in ipſis magnum periculum eſſe non poteſt.*

1 RES *mobilis regulariter uſucapitur triennio, ut l. unica. C. de uſucap. trãsfor. & inſtit. de uſucap. in prin. quod eſt uerũ quãdo interuenit titulus & bona fides & poſſeſsio continua, ut ibi. ſed ſi deficeret aliquod, puta titulus, non præſcriberetur minori tẽpore quàm præſcribuntur res immobiles. ut l. in ſeruum. cũ ibi no. C. famil. her. & ibi hoc not. Angel. & no. qui dicit, quòd xxx. an. requiruntur. & no. etiã in l. nullo. C. de rei uẽ. & in l. in ſeruorum. ꝙ tu ſcholaris ſis cautus, ſi emis librũ pulchrũ, ut fieri facias publicum inſtrumentũ emptionis, ne deficias in probatione tituli comperto libro apud aliũ ſine uitio: quia alias ſuccũberes agendo rei uendicatione uel Publiciana, iuxta not. in §. ſed iſte per glo. & Doct. inſtit. de act. & in c. abbate ſane. de re iud. lib. vi. etiã ille, apud quem eſt liber, nil doceret de iure ſuo, ut eſt caſus no. in l. fi. C. de rei uen. & idem dicas in alijs precioſis emptis. & loquor de precioſis, non quia idem non ſit in alijs rebus mobilibus etiam minimis: 2 *ſed quia de minimis non eſt curandum, ex quo in eis non poteſt eſſe magnũ periculũ ſeu dãnũ. ut l. Scio. ff. de in integ. reſtit. ſed qui habes librum alienum, nõ utaris iſta cautela, quia eſſet in perniciẽ animæ tuæ, &c.

## Cautela quomodo petitio hæreditatis datur contra poſsidentem titulo uniuerſali uel ſingulari. CXXXIII.

1 *Hæreditatis petitio regulariter nõ datur contra titulo poſsidentem, etiam uniuerſali.*

2 *Hæreditatem qui uendidit, non uidetur in quota uendere res ſingulares, ſed hæreditatis ius.*

3 *Debitor tuus ſi in magna quantitate fuerit, & iudex non poſsit cognoſcere niſi uſq; ad xxv. ann. omnia ſingulariter petere potero.*

LICET



1 LICET *petitio hæreditatis [a] nõ detur contra ti. poſsidentẽ etiã tit. uniuerſali regulariter, ut d. l. hæreditatẽ. C. qui. cau. ceſ. lon. tẽp. pręſcri. & in l. ij. C. de peti. hæredi. quæ regula fallit in pluribus caſibus, de quibus per glo. & Doct. in d. l. ij. & in d. l. hæreditatis. & per Bald. in l. fi. C. de edic. diui Adri. tol. tamẽ ultra prædicta eſt dare aliũ caſum no. & ſingularem, uidelicet pone, ꝙ ille qui poſsidebat hæreditatem, uendidit partem ſuam, & ſic quotã bonæfidei emptori, & ſic trãſtulit dominiũ per illũ titulum. tũc ego, qui pretẽdo me hæredem, potero agere petitione hæreditatis cõtra iſtum emptorẽ, dũmodo agam ad ſingulas res, non ad quotã. quod poſſum: ut l. licet minimã. ff. de pe. hære. quia iſte qui uendidit hæreditatem, nõ uidetur trãſtuliſſe dominium in qualibet re de per ſe, ſed ſolum ius hæreditariũ uidetur eſſe trãſlatum, ut no. in l. ij. C. de hære. uel ac. uen. facit l. cum qui ædẽ. in prin. ff. de uſufruc. & in l. ij. & quod ibi not. C. de euic. & ibi hoc expreſſe not. Bart.
2 in prin. qui dicit, *ꝙ ille qui uẽdidit hæreditatem, & idem in quota, non uidetur uendere ſingulas res, ſed ius hæreditatis. ff. de re iud. l. hæreditas. & idem tenet ibi Salyc. in princ. facit etiam quod no. Bart. in l. j. ff. de lega. j. in illa quæſtione, an tranſeat dominium rei ſingularis, quãdo legatũ eſt ſingulare, & ꝙ poſsit agi ad ſingulas res petitione hęreditatis, uidetur eſſe caſus ſecundũ aliquos in d. l. ij. in fi. C. de pe. hæ. ibi, ſingulariũ rerum interuenit, &c. ſcilicet pe. hæ. ut cõueniat ꝑdictos ex titu. Ex quo no. cautelã, quãdo quis poſsidet tit. uniuerſali res hæreditarias, licet non poſsit agere cõtra eum petitione hæreditatis ad totã uel quotam, tamen agas: quia agere potes, & ſingulas res petitione hæreditatis, quod eſt ualde ſingulare: quia iſte agens nõ tenetur agere rei uẽdicatione, & ſic non grauabitur in onere probãdi dominiũ, quod eſſet ſibi difficile: ut l. cum res. & ibi no. C. de proba. Et ſufficit ſibi agendo petitione hæreditatis probare, quòd illæ res fuerũt de hæreditate tẽpore mortis teſtatoris uel defuncti, ut l. & tantũ. de pe. hæ. quod erit ſibi ualde facile & utile. pro iſta opi. adduco iſtã rationẽ, quia ſi eſt uerũ ꝙ non cẽſetur ille habere titulũ in reb⁹ particularib⁹ qui emit totã uel quotam hæreditatis, ergo agens petitione hæreditatis dicitur habere meliora & potiora iura. & ſic agere poterit, per no. in d. l. ij. Sed text. in ea. l. ij. nihil uidetur ꝓbare: quia cũ dicitur in litera, iure quæritur, debet intelligi ſecũdũ glo. ibi, rei uẽdicatione, nõ petitione hæreditatis. nã in fi. illius legis tex. loquitur de titulo ſingulari: ergo nõ poteſt loqui de petitione hæreditatis: quia illa nõ datur cõtra titulo poſsidentẽ res titulo ſingulari. ſed per rationẽ quã ſtatim dixi, credo dici poſſe illam eſſe uerã, ſed aduerte: quia iſta cautela uidetur poſſe deſtrui ex alio capite: nam uidetur ꝙ poſsit dicere reus conuentus, Volo quòd tu agas contra me ad ſingulas res pluribus iudicijs: quia intereſt mea, ne diſtrahar per plura iudicia. ut l. ne plures. ff. de exercito. & no. per Bart. & Doct. in l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi certum peta. & per Bart. & Doct. in l. in cõmodato. §. duobus. ff. cõmo. & in l. ſcire debemus. ff. de uerb. obli. Sed tu dic, ꝙ prædicta cauſa procedit indiſtincte, quando non opponeretur à parte, ut totum peteret. Item poteſt dici, quòd etiam nõ poſſet opponi à parte cõuenta: quia dicta oppoſitio ut totũ peteret, habet locum, quando actor totum petere poteſt, ſed ibi nõ poſſet totum petere, ut in caſu noſtro dicimus, ꝙ

*a Peti. hære. Petitio hæreditatis datũ ei qui nunquam poſſedit hæreditatem, non ei qui quandoq; poſſedit. Azo, glo. & Bar. in l. ij. ff. de fideicom. hæred. pet. & Paul. de Caſt. conſi. xeuu. ſed non datur ante aditam hæreditatem per Philip. de Cor. in conſil. ſtatutum ſic diſponit, ſi quis autem, &c.*

 ſibi

ſibi nō poſſet opponi talis exceptio:
& hoc in ſimili uidetur Bart. in d. §.
duobus.* ubi dicit, ꝙ ſi ſum debitor 1
tuus in magna quantitate, & iudex
non poſſet cognoſcere niſi ad xxv.
ad hoc ut iudicium ualeat, & idem
tenet Matthæus de Matheſilanis in
no.cxvj. quod incipit, no. quòd ſi ex
centum, &c. poſſet etiā hæres petere
omnes res ſingulariter, & in uno &
eodem iudicio. & ſic ceſſabit dicta
oppoſitio. quod bene not.

## Cautela ad obuiandū fraudibus emptoris nolētis ſoluere uenditori. CXXXIIII.

1 *Iudex etiam præſumptionem aliquam arbitrari poterit.*

MVLTI emptores ſolent uti
fraudibus, quando nolunt ſol
uere precium uenditori: quia ſuppo-
nunt unum tertium, qui moueat li-
tem ipſi emptori de re empta, & hoc
faciunt ad finem, ut non teneantur
ſoluere preciū: ut l. ſi poſt perfectū.
C. de euic. Sed eſt cautela cōtra eos,
ut referatur iuramentū ipſis empto-
ribus, quòd non ſubmiſerunt illum
tertium ad litigandum. argu. gloſſ.
in l. atqui natura. §. cum me abſen-
te. ff. de nego. geſt. ita tenet Ioannes
de Plat. inſtitu. de accuſatio. tuto. ſe-
cundum Angel. in l. penul. §. ſtipula
tio. de uerb. obl. Iſta tamē cautela nō
eſt multum bona: quia facile iuraret
ad ſui fauorē. melior tamen eſt ꝙ alle
getur iudici aliqua præſumptio con
tra emptorem:* quia iudex eam pote 1
rit arbitrari. arg. l. ſi fideiuſſor. uer. in
animo ſederit. qui ſatiſda. cog. & ita
tenet Ang. in d. §. ſtipulatio.

## Cautela cōtra emphyteotā qui nō ſoluit canonē, quod poſsit purgare moram. CXXXV.

1 *Emphyteota non ſoluens canonem intra biennium a iure ſuo cadit.*

TV SCIS *quòd emphyteota 1
non ſoluens canonem intra
biennium, cadit à iure ſuo, ut l. ij. C.
de iure emphyteo. poteſt tamen pur
gare moram, ut c. potuit. de loca.
ſed eſt cautela ut non admittatur ad
purgandum moram, quòd domi-
nus ſtatim elapſo biennio proteſte-
tur etiā abſente emphyteota, quod
non intendit ipſum habere amplius
pro liuellario: quia tunc non poteſt
purgare moram niſi celeri ſatisfa-
ctione. alias enim non facta proteſta
tione, credo quòd poſsit purgare
moram. & ſic intelligo c. potuit.

## Cautela pro debitore qui non pōt probare ſolutionē, quia ſoluit in ſecreto. CXXXVI.

1 *Iuramentum factum, ſi mihi mutuaſti, tibi reſtitui, quid operetur.*

SI DEBITOR ſoluet in ſecre-
to, & cum iterum conuenietur,
non poteſt de ſolutione probare.
quomodo ergo ſubuenitur ſibi, quā
do creditor refert ei iuramentum, ut
iuret an ſit debitor ſuus uel non, di-
cit Ioan. de Imol. not. in c. cupientes.
in gloſſ. in uerbo, malignantium. de
electio. in VI. quòd ſit cautus debi-
tor in tali caſu, quòd iuret hoc mo-
do, quòd nil debeo tibi, per quod
ſim obligatus tibi: quia tunc ſaluat
conſcientiam ſuam. pro quo etiam
uide Archid. iiij. quæſtione. j. nullus.
quod eſſet ſingu. no. ſecundum Do-
min. in dicto c. cupientes. Caueat
etiam debitor ne iuret: quia ſi non
crederetur ex quo uideretur fateri
debitum, teneretur. argumen. l. iij. §.
j. de iura. cal. Poſſet etiam debitor
ſic iurare,* quòd ſi mihi mutuaſti, ti- 1
bi reſtitui, ſecundum Ioan. de Imol.
ubi ſuprà, quod ſingulariter no. quia
eſt quotidianum. & ad hoc uide glo.
& Docto. in l. ſi quidem. C. de excep.
& Bal. in l. quinquaginta. ff. de prob.

Cautela



## Cautela quod quis poſsit conuenire fideiuſſorem uel poſſeſſorem pignoris etiam principali debitore non excuſſo. CXXXVII.

1 *Excuſſio principalis ſingulariter fieri debet.*

EGO do tibi unam ſingularē cau
telam, ut poſsis conuenire fide-
iuſſorem, uel pignoris poſſeſſorem,
etiā principali debitore nō excuſſo.
1 * debet enim regulariter fieri excuſ
ſio: ut aut. hoc ſi debitor. C. de pig. ni
ſi eſſet notoriū quòd principalis nō
eſſet ſoluendo: ut l. ſi. ff. ſi cer. pet. &
l. decem. de uerb. ob. uel niſi eſſet po-
tens, uel in loco inexpugnabili, ſecū
dum Bar. in d. l. ſi. Quando autem nō
eſſet notorium, utaris hac cautela, ui
delicet quando agis contra fideiuſſo
rem, uel poſſeſſorem, & ille excipiat
de nō facta excuſsione principali, tu
non replices, quòd ſua non intereſt fi
eri excuſsionem: quia principalis nō
eſt ſoluendo. nam tenet iudicium cū
ille excipiens non auditur. gl. eſt ſin-
gularis in l. niſi hoc actum. ibi, alij di
cunt &c. ff. de pac. ſecūdum Ang. qui
ponit hanc doctrinā in l. ſi quis pro
hac. ff. ſi quis omiſ. cauſ. teſt.

## Cautela pro muliere conſentiente alienationi dotis cum iuramento. CXXXVIII.

1 *Iuramentum matris non afficit hæredem.*

QVANDO uxor conſentit alie-
nationi rerum dotalium fiendę
per maritum ſuum, & iurat non con-
trauenire, cautela eſt, compareat fi-
lius, & contraueniat tali contractui,
1 * quòd illud iuramentum matris non
afficit hæredem: ita dicit Bartolus,
& Angel. in l. qui ſuper. ff. de acquir.
hære. ſed tu adde nota. in l. generali-
ter. in princip. C. de re. cre. & Bald. in
auten. ſacramenta puberum. C. ſi ad-
uer. uen.

## Cautela quod ambaſiator non petat reſtitutionem in integrum. CXXXIX.

1 *Res publica nulla uocatur, niſi Romanorum.*

AMBASIATOR non petat re
ſtitutionem in integrum: quia
1 abfuit cauſa rei pu.* quia nulla reſpu.
uocatur, niſi Romanorum, ſed petat
ex edicto generali, ſi qua mihi iuſta
cauſa uidebitur. ita no. Ang. in l. cum
quidam. in fin. prin. ff. de acqui. poſſ.

## Cautela ad petendum fideicommiſſum. CXL.

1 *Fideicommiſſum per procuratorem peti poteſt, non tamen per procuratorem in rem ſuam.*

COMMVNIS *opinio eſt gl. &
1 Doct. quòd licet fideicommiſ-
ſum poſsit peti per procuratorem, ut
habetur in l. qui ita. ff. ad Trebel. per
gl. & Bar. in l. reſtituta. in prin. cod. ti.
& in l. mulieres ex aſſe. ff. de iure do.
& in l. ſi ſtipulatus ita fuerit. ff. de uer.
ob. tamē per procuratorem in rē ſuā
peti non poteſt: ut not. in d. l. qui ita.
arg. l. per diuerſas. C. man. tamen cau
tela eſt, quòd emens ius fideicomiſsi
ex quo nō poteſt illud petere ab hæ
rede, id eſt, quia hæredem conuenire
non poteſt ab hæreditate quam tene
tur alteri, à quo ipſe emit, reſtituere
per fideicommiſſum: per prædicta cō
ueniat illum hæredem pro ſuo inter-
eſſe, ſcilicet, quia reſtituat fideicom-
miſſario, & poſtea in ipſum tranſibūt
omnia ueditoris, id eſt, fideicommiſ
ſarij, cui ſit facta reſtitutio. ita ſingu
lariter dixit Bald. in l. pe. C. ad Treb.

## Cautela ad contrahendum cum tutore. CXLI.

1 *Tutor tutorio nomine & etiam ſuo ſe obligare poteſt.*

CYNVS in l. poſt mortem. §. tu-
tor. ff. quando ex fa. tu. dat cau-
telam, quòd uolens contrahere cum
1 tutore, * faciat illum obligari tuto-

 rio no

rio nomine & ſuo, quod bene no.

Cautela pro emente ab executoribus teſtamenti. CXLII.

1 *Hæres ratificare cogitur rem a teſtamenti executore uenditam.*

TV qui emis ab executoribus teſtamenti rem hæreditariam, ſis cautus quòd petas ab hærede uenditionem tibi factam ratificare: * quia 1 hęres ad hoc cogatur, ſecundum Bal. no. in autc. ſi captiui. in ulti. col. C. de epiſ. & cle.

Cautela quomodo tutor debet facere finita tutela. CXLIII.

1 *Arbitri poteſtas circa cautelas quanta ſit.*

NOTA pulchram cautelam Do. in l. ut uix. ff de iudic. uidelicet quòd finita tutela petat eligi arbitros, qui iudicent & cognoſcant, an ipſe remanet debitor pupilli, uel nõ. * quia ſi arbitri declarant eum nihil 1 debere pupillo, non poteſt amplius conueniri ad aliquid.

Cautela pro illo qui matrimonium per metum contraxit. CXLIIII.

1 *Teſti uni deponenti de metu magis creditur, quam pluribus teſtibus deponentibus alio modo.*

TEMPORE meo duo ſcholares Paduæ ambo de Forolıuio fuerunt conati deſponſare ſuas amaſias cum eis reperti in domo à cõſanguineis minantibus eis &c. pro quibus eſt caſus in c. cum olim. de ſponſ. Sed pro eis erit optima cautela, quòd inueniant etiam unum teſtem, qui deponeret de metu, * quia licet alij plu- 1 res teſtes deponant de uoluntate, magis creditur illi ſolı: ita no. dicit Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in xiij. quæſt. ff. de offic. proconſu. & legat. domi. Ludouic. Pont. in rubric. de arbi. in vj. columna. poſt Innocen. in c. cum ſuper. de re iudica. Nec refert an metus præceſſerit ante tempus contractus matrimonij, per nota. in l. j. §. quæ honorandæ. ff. quæ re. accu. non datur. & per Bar. in l. fin. ff. ſi quis ali. teſt. prohi. & Baldus in l. prima. C. eodem.

Cautela pro eccleſia litigante. CXLV.

1 *Eccleſia curatorem habere poteſt.*

SVNT cautelæ pro eccleſia litigante, ſi forte prælatus ſuus à iudicio repellatur. prima eſt; quòd ipſa eccleſia compareat, quia admitti debet. ſecunda cautela eſt, * quia detur 1 curator capitulo, uel ipſi eccleſię, per nota. in c. fin. v. quæſt. iij. & c. edocenti. de reſcrip. & ita dicit Ioan. And. in c. j. in ij. col. de reſti. in integr. in vi. in nouella.

Cautela quomodo examinabitur teſtis infirmus. CXLVI.

1 *Infirmus mortis cogitatione ſemper immemor eſſe præſumitur.*

SCIS * enim quòd infirmus propter mortis cogitationem turbatur, & præſumitur immemor, ut l. 1 hac conſultiſsima. uerſicul. hac cum humana fragilitas. in princ. C. qui teſta. facc. poſ. ideo dicit ibi Bald. quòd tunc teſtis non debet examinari: unde eſt cautela, quòd examinetur in prin. quando incipit infirmari. & ita procedat quod habetur in auten. ſi dicatur. C. de teſti.

Cautela quomodo res data inſolutum efficiatur ſalua creditori. CXLVII.

1 *Filiusfam. de iure communi niſi de caſtrenſi, uel quaſi teſtari non poteſt.*

EST magna quæſt. ſi res data inſolutum euincatur, quomodo ſit inſolutum creditori, an prima ſta actione, an uero de euictione. de quo habetur in l. libra. C. de ſent. & Angel. ibi, Spec. d. pet. dat aliam cautel. poſt gloſſ. quòd ſemper in datione inſolutum, apponatur pactum, quòd non recedatur, nec recedi intelligatur à priori contractu, ſi contingat rem inſolutum datam euinci. nã tunc ſuccurratur ſibi ueteri actione: quod bene no. in practica. Alia cautela, iure communi filiusfa. non poteſt teſtari niſi de caſtrenſi, uel quaſi: ut l. fi. C. qui teſta. fã. poſſ. uel non. nõ autem de aduentitijs, in quibus pater habet uſumfructum. l. pe. cod. tit. & l. cum ſolũ. §. filiis. C. de bon. quæ lib. Sed cautela eſt, quòd pater ipſum emancipet quo ad illum actum teſtãdi tantum, quod notat ſingulariter Bartol. in l. j. §. etiam filij. ff. ad Treb. licet Bald. contra & male, ſecundum Doctores. in l. ſenium. §. fi. ff. qui teſtam. fa. poſ.



Cautela contra perdentem inſtrumentum, ut eius amiſſionem non probet per iuramentum. CXLVIII.

1 *Inſtrumenti amiſsio regulariter per iuramentum probatur.*

1 REGVLA * eſt, quòd amiſsio inſtrumenti probatur per iuramẽtum: ut l. fin. C. de fide inſtr. & d. Lud. Pont. in l. quoties. in v. col. ff. qui ſatiſda. coga. & Pet. de Peru. in tracta. de ſocietate. in viij. parte, in q. xiiij. quod eſt uerum, niſi aduerſarius offerret ſe uelle probare de eius falſitate: quia tunc non ſufficeret probatio per iuramentum ſecundum Io. de Prato, qui conſultus de facto ita reſpondit: unde cautela eſt, quòd cum quis petit ſibi inſtrumentum edi, dicat ſe uelle probare de falſitate, quam tunc aduerſarius allegans de eius perditione non audietur uolens probare per iuramentum. Tu habes molendinum in flumine publico, ſis cautus quando illud corruit, & non potes niſi poſt certum tempus illud reficere. unde pone in loco certa ſigna, puta palos uel moles in ſignum ueteris molendini: & poteris quandocunq; illud reficere: ut per Bart. in l. quominus. ff. de flu. & per Ang. in l. fin. ff. de uſucap. & per Bald. in rubric. ff. de re. diui.

Cautela pro muliere, quæ uult emere aliquid. CXLIX.

1 *Pecunia in dubio præſumitur, ut probatur.*

NOTA auream cautelã pro muliere, quæ uult emere etiam cũ pecunia mariti, * quod in dubio præſumitur, ut probatur in l. Quintus. ff. de dona. inter uir. & uxo. gratia euitandæ præſumptionis de turpi quæſtu, fit l. cauta, quod faciat, ꝙ unus amicus uel conſanguineus ſibi det, uel conſignet illam pecuniam in præſentia aliquorum, quam ei clam ipſa det, & deinde emat. nam tunc ceſſat præſumptio in caſu dubij. ita dicit Bart. in l. cum oportet. in princ. in pe. co. C. de bo. quæ lib.

Cautela quod per unum teſtem probetur metus, concordat ſupra in rubrica de illo qui matrimonium &c. CL.

1 *Metus probatio per unum teſtem inſtrumento præualet.*

SVFFICIT * quòd unus teſtis deponat de metu contrahentis, licet in inſtrumento dicatur, quod ſponte, ſecundum Baldum, & Ludo. de Ro. allegationes tu uide ſupra, in cxij. cautela.

Cautela pro illo qui habet domum obligatam: quia licet poſtea propter delictum ueniſſet diruenda, non diruetur. CLI.

1 *Statutũ ſi dictauerit, quòd domus propter delictum diruenda ueniet, nõ comprehenditur illa, quæ alteri pignorata ſit.*

NOTA cautelam pro creditore, cui iure pignoris ſeu hypothecæ obligata eſt domus alicuius, qui commiſit delictum, propter quod domus prædicta ex ſtatuto ciuitatis ueniret diruenda:* quia ſtatutum non 1 intelligitur de ea quę ſit alteri pignorata. ita dicũt Bar. Bal. & Ang. in l. j. ff. ad Sylleia. & quod intellige uerum, niſi de fraude cõſtet. per no. in l. poſt contractum. ff. de dona. utputa cum iam intentionis eſſet delinquendi, cum rem pignori dediſſet.

Cautela quod melius ſit producere unum, quam plures teſtes. CLII.

1 *Iuramentum in ſupplementum probationis deferri poteſt.*

SIS cautus tu quando producis teſtes pro te, ut prius eos examines: quia forte ſi ſunt ſingulares, non producas niſi unum:* quia ſic poterit 1 poſtea tibi iuramentum deferri in ſupplementum probationis, quod non poſſes facere ſi plures produceres qui eſſent ſingulares. ita pulchre dicit Bal. in l. j. C. qui accuſ. non poſ.

Cautela quod teſtis non poſsit examinari ad futuram rei memoriam. CLIII.

1 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam quando examinari debeant.*

VT poſſes impedire ne teſtes cõtra te examinentur ad perpetuam rei memoriã, cautela eſt, quòd offeras incontinẽti ſubire iudicium & uelle litigare. ita ſingulariter not. Ang. in aut. de teſti. §. & hoc. col. vij. Et ideo quod dicitur in au. ſi dicatur. C. de teſt. & in c. quoniã frequẽter. ut lite non conte. debet intelligi* quando 1 teſtes uolunt recedere antequam lis poſsit conteſtari, uel dubitaretur de morte eorum, uel ſi eſſet tempus feriatum quo agi non poſsit.

Cautela contra iudicem non admittentem exceptionem, quomodo poſsit ab eo appellari. CLIIII.

1 *Iudex ſuper exceptionibus uel alia re dubitare poteſt, & petere dilationem, ut conſilium habere poſsit.*

ISTE qui uult appellare, ſit cautus quòd ſi iudex non uult admittere excep. ſed non obſtante ad ulteriora procedat, tunc appellet. ſecus autem ſi iudex tacite uel expreſſe non reiicit exceptionem allegatam, ſed tantum eam non admittit. non enim tunc poteſt appellari. & probatur in c. dilecto. de app. & ibi per Doct. & c. interpoſita. eo. ti. Ad idem eſt etiam alia cautela, quòd apponens exceptionem offerat ſe eam probaturum incontinenti: quia ſi iudex non audiat ipſum appellatiõe interpoſita, iuſtificatur ſolum probando quòd ſe obtulerit incontinenti probaturum. text. eſt in c. interpoſita. in princip. & & ibi per gl. in fi. & Docto. de appel.

Eſt etiam tertia, quòd quãdo iudex exceptionem nõ reiicit tacite uel expreſſe, nec eam admittit, ſed ſimpliciter dicit,* quòd dubitat, & quod 1 uult ſuper hoc habere conſilium, ut ſæpe fit, & ſic tenet in uerbis illũ obiicientem. ſit cautus ille qui exceptionem oppoſuit, ut requirat iudicem certo interuallo temporis: quia tunc ſi iudex aliter non declarat, poteſt appellari, & non ante. arg. c. ij. de ſup. neglt. prælat. ſecundum But. no. in c. dilecto. de appell. & Abb. Sicu. in c. ſiniſtri. eod. ti. De aliis autem cautelis circa hoc uide in Spec. in ti. de appel. §. qualiter. uer. in ſumma. in ſecunda parte.

Cautela ad euitandum hæreſim ſeu ſuſpicionem, & idem uide per eundem infra in principio nouarum cautelarum. CLV.

1 *Hæreticus non eſt, qui credit ea quæ credit Eccleſia.*





BONVM & utile conſiliũ eſt pro illis, qui aliquando inculpantur de hæreſi, ut proteſtetur. maxime in extremis, ſe fuiſſe & eſſe catholicos, & tenuiſſe & tenere fidem catholicã, quam tenent Doct. & pręedicat ſacroſancta Eccleſia Ro. & cũ eadem fide & uixiſſe, & mori uelle. & probatur quòd hæc proteſtatio ſit utilis & ualida, x. de ſum. tri. & fid. cat. dãnamu. prope fi. & not. in c. firmiter. eodem ti. nam & beatus Hiero. idẽ fecit culpat^9 ab inimicis, ut eſt tex. no. xxiiij. q. j. hæc eſt fides. & ita dicit Alber. de 1 Ro. C. de hære. circa fin.* Sed tu adde prædicta poteſtatiõe a, quòd qcquid credunt, ideo credunt, quia credunt eccleſiam ſic credere, & ſuam opi. fidei Eccleſiæ ſubiiciunt: quia ille nõ dicitur hæreticus, nec peccat, dummodo errorem ſuum reuocet, ut ſingu. no. Inn. in d. c. firmiter. in fi. & intellige errore defendere, quando pertinaciter defendit. ut dicit gl. no. xxiiij. q. iij. dixit Apoſtolus. & uide gl. in d. c. hæc eſt fides. & iſta cautela eſt etiam utilis pro aduocato uel procuratore, qui uelit defendere inculpatũ de hæreſi. ut dicit Albe. de Roſ. in ij. parte. q. xxxij. & dicit ſe ita obſeruaſſe in curia Romana, dũ defenderet coram ſummo pontifice quoſdam Mediolanenſes inculpatos de hæreſi.

Cautela pro illo qui eſt prohibitus aduocare uel procurationem exercere, quomodo poterit exercere. CLVI.

1 *Poſtulare, ſeu aduocare, uel procurare, eſt in iudicio aliquid dicere.*

2 *Statutum ſi puniat loquentem cum bannito, eum qui mittit nuntium uel epiſtolam, comprahendere non habet.*

3 *Statutum ſi prohibeat doctores eſſe aduocatos in cauſis, non prohibentur allegationes facere.*

4 *Aduocare eſt alienum deſiderium in iudicio pandere.*

5 *Doctores Peruſini, qui pacta cum ciuitate habent ut aduocati eſſe non poſſint, aliquid gratis a iudice impetrare non prohibentur.*

6 *Epiſcopus uel Cardinalis propter dignitatem licet non debeant conſulere, uel aduocati officium exercere, pro amicis tamen illud facere poßunt.*

IN multis caſibus reperitur prohibitum per leges uel ſtatuta aut pacta, quòd quis non poſsit poſtulare uel procurationem exercere: ſed remedium eſt, ſi tu aduocatus uel procurator uis adiuuare aliquem in prędictis caſibus, ut mittas unã ſchedulam iudici ſcriptã, in qua ſint allegationes partis tuæ: quia per hoc non uenies contra leges uel ſtatutum aut pactũ: 1 *nã poſtulare, ſeu aduocare, uel procurare, eſt in iudicio aliquid dicere, ut l. j. §. j. ff. de poſtu. & ibi per Doc. & l. Paulus. & hoc ibi no. Bar. ff. de litig. & idem tenet Lud. de Ro. in l. j. in prin. ff. de ue. b. obli. & ad idem facit quod no. Bar. in l. j. in prin. ff. de legi. 2 *ubi dicit, quòd ſi ſtatutũ puniat loquentem cum bannito, non compræhendit eũ qui mittit nuntiũ uel epiſtola: ſed cũ ore ad os. idem tenet Alb. de Ro. in ſuo opere ſtatutorũ. iij. par 3 te. q. clxvj. ubi tenet,* quòd ſi ſtatutũ prohibet Doctores eſſe aduocatos in cauſis, q; per hoc nõ prohibentur facere allegatiões in ſcriptis, ex quo no. tu ſcholaris, quòd licet ſit ſtatutũ uniuerſitatis noſtræ Paduæ, quòd Doct. noſtri legentes non poſsint aduocare contra ſcholares, tamen poſſunt in ſcriptis allegationes facere.

Item eſt aliud remedium, ut det conſilium, ſed tamen in camera: quia 4 hoc poteſt,* cum aduocare, ſit pandere deſiderium alienum in iudicio, ut l. j. §. j. ff. de poſtul. & ibi hoc no. Bar. & Doc. in l. j. §. aduocatos. ff. de ua. & extra. cogni. ubi eſt optimus tex.

*a Proteſtati.* *Proteſtatio declarat animũ pteſtãtis. l. Neſẽnius. et ibi Bar. ?. not. ff. de neg. geſt. l. ſi alienã. §. fi. C. de acq. hære. Bal. in l. pacta nouiſsima in j. co. ma. in fi. C. de pac. l. & ſi quis. §. fi. de rel. & ibi Bar. dicit eam nõ extẽdi ultra uerba ſua, quod uerũ eſt in his quæ depẽdẽt a propria uolũtate & poteſtate: et nõ i his q̃ sũt certo modo diſpoſita per legẽ ſecundũ Bart. in d. l. Neſẽnius. i primo nota*

Cautela quomodo poſt didicita teſtificata, teſtes poſſunt produci. CLXVI.

1 *Teſtes produci non poſſunt regulariter poſt didicita teſtificata.*

REGVLARITER * poſt didi 1
cita teſtificata timore ſuborna-
tionis teſtes produci nõ poſſunt. ut
in aut. qui ſemel, C. de proba. ſed eſt
cau. quod publicatis atteſtationibus
pars det notitiam iudici de aliis teſti
bus, te abſente: tunc & iudex ex offi
cio eos examinabit, cũ pro abſente
ſuppleri poſſet. & ita dicit ſingulari-
ter Bal. in l. ampliorem. in prin. C. de
ap. quod no. & refert & ſequitur Pe.
de Socino, in d. auten. qui ſemel.

Cautela quod quis poſt terminum non audiatur. CLXVII.

1 *Terminus aſsignatus alicui ad agendum ſi elapſus fuerit, poſt terminum audiendus eſt, niſi iudex pronuntiauerit eum amplius audiendum non eſſe.*

VT quis poſt terminum non au-
diatur. Inn. in c. lator. extrà qui
fi. ſint leg. * dicit no. ſi elapſus ſit ter 1
minus aſsignatus alicui ad agedum,
tunc etiam poſt terminum ille au-
diendus eſt, niſi iudex pronuntiaue-
rit eum de cætero amplius nõ eſſe au
diendum. Et ideo cautela eſt, quòd
iudex in interlocutoria per quam aſsi
gnat terminum actori ad agendum,
dicat hæc uerba, & ſi intra dictũ ter-
minum non egerit extunc prout ex-
nunc, eum non eſſe de cętero audien
dum. ita eleganter dicit Angel. in l.
quandiu. in j. colum. ff. de acquiren.
hæred.

Cautela pro coniuncto qui ignorauit mortem coniuncti. CLXVIII.

1 *Hæreditatem adeundi tempus ignoranti etiam currere poteſt.*

NOTA auream cautelã, quando
coniunctus tuus deceſsit te i-
gnorante, & elapſum eſt tempus ad-
eũdi, ſcilicet xxx. anno. iuxta l. licet.
C. de iure deli. * quia non debes pete 1
re hæreditatem illius, ex quo cucur-
rit licet tibi ignoranti terminus ad
adeundum: ſed petes bonorum poſ-
ſeſsionem in bonis illius, ut ſingula-
riter uoluit Bal. in rub. C. qui admit-
ti. in v. q. & in l. licet. præalle. in iiij. q.
& Paul. de Caſt. in l. quandiu. C. qui
admitti.

Cautela pro filia excluſa à ſucceſsione ſi ſit præterita. CLXIX.

1 *Hæreditatem poſt aditam per ſcriptũ hæredem per contra tab. intentata non reducit ad cauſam inteſtati: ſed ante aditam ſic.*

SCIRE * debes quòd per contra 1
tab. intentata poſt adita hæredi-
tatẽ per ſcriptum hæredem non redu
cit ad cauſam inteſtati: ſed ante aditã
ſic: ut no. in l. ut liberis. in j. glo. C. de
col. Vnde filia præterita excluſa per
ſtatutum à ſucceſsionę ab inteſtato,
extante maſculo, ſit cauta ut inten-
tet contra tab. poſt aditam, & non an
te aditam. ita dicit Paul. de Caſt. in l.
certum. C. unde cogna.

Cautela pro propinquis pupilli decedentis quo ad ſucceſsionem bonorũ pupilli. CLXX.

1 *Iudex bonorũ poſſeſsionẽ pupillo abſenti & ignoranti decernere debet.*

PROPINQVI alicuius pupilli,
cui eſt relicta uel delata bonorũ
poſſeſsio, debent eſſe cauti quando
pupillus eſt in articulo mortis, & nõ
habet tutorem qui agnoſcat, ut ſci-
licet petant à iudice, * ut pupillo e- 1
tiam abſenti & ignorãti decernat bo
norum poſſeſsionem: quia ad hoc
iudex tenetur. ita dicit Paul. de Ca. in
l. certum. C. unde cogna.

Cautela pro uxore, quæ prohibetur aſportare aliquam rem mariti. CLXXI.





1 *Statutum ſi diſpoſuerit, quòd uxores de domo maritorum mortuorũ nihil aſportent, non comprahendit eas quæ ueſtimenta ſecũ & annulos in digito portauerint.*

NOTA quòd ſi ſtatutum eſt in
ciuitate, cõtra uxores aſportã-
tes de domo mortui mariti, ſint ca-
ptæ, quòd ueſtimenta portet ſecum
& annulos in digito: quia tunc non
punietur pœna ſtatuti de aſportanti
bus. ita pulchre dicit Ang. in l. ſi quis
dederit. §. prætor. in fi. de acq. hære.
Cautela notabilis eſt, alienatio do
tis, etiam iurata, non ualeat, quando
prius uxor iuret ſe nolle conſentire
alienationi dotis. nã licet poſtea cõ-
ſentiat, & iuret non cõtrauenire, nõ
obligatur ex ſecundo iuramẽto, ſed
ex primo ſic, per gl. ſingularem in d.
cap. licet. de iureiu. uel ſit cauta uxor
quando conſentit alienationi dotis
ut probet ſe conſenſiſſe per metum
uel reuerentiam maritalem. per no.
per gl. & Bar. in l. j. §. quæ honoran-
de. ff. qua. re. ac. nõ da. & per Paul. de
Caſ. in l. pactũ. C. de col. quod no. ad
reuocandam dictã alienationem do
tis etiam iuratam.

Cautela ad interpretationẽ ſtatuti, quod filia nupta extra ciuitatem non poſsit ſuccedere. CLXXII.

1 *Dotem à patre oblatam ſi filia recuſauerit, quis effectus proueniat.*

IN multis locis ſunt ſtatuta, ꝙ filia
nupta extra ciuitatẽ non ſuccedat
patri: ſed plerũque ſolet cautela ad-
1 hiberi per filiam nuptam extra ciui-
tatem: * quia nõ uult dotẽ recipere,
ut ſic poſtea poſsit ſuccedere. Sed
contra hanc cautelam datur alia cau
tela: ut ſcilicet pater offerat ei dotẽ:
quia ſi ſtabit per ipſam, nihilo min⁹
excludenda eſt à ſucceſsione. ita no.
Bal. in l. ii. in iiij. col. C. de coll.

Cautela quod donans ſemper iuret niſi in caſu ſequenti. CLXXIII.

1 *Donatio ſimplex regulariter nõ ualet.*

1 PLENE * no. in aut. ex teſtam. C.
de colla. ꝙ ſimplex donatio non
ualet. quod uerum eſt, niſi iurata a:
quia tunc ualet. Vnde cautela eſt, ꝙ
donans iuret, ſecundum Bal. no. in l.
iij. C. pro do. Si uis facere, quòd
donatio ſimplex etiam iurata nõ ua-
leat, ſis caut⁹ ut quãdo dones rẽ, iu-
res ꝙ non uis donare. nã poſtea li-
cet dones & iures, præualet primũ
iuramentum, & etiam donatio non
ualet, per gl. ſingularem in c. licet. in
fi. de iureiu. lib. vi.

Cautela ad hoc, quod mulieris alienatio etiam in dote ualeat. CLXXIIII.

1 *Dotis alienationi mulier conſentire non poteſt.*

1 OMNES * ſciunt, quòd mulier
non poteſt conſentire aliena-
tioni dotis, ꝑ autẽ. ſiue à me. ad Vel.
Cautela eſt, ꝙ teneat alienatio ut u-
xor iuret non contrauenire, ut d. ca.
licet. de iureiuran. lib. vi. uel quòd
ipſa ſimul cum marito recipiat pre-
tium rei dotalis, quia uidetur illud
habere loco dotis. gl. eſt no. in l. fin.
& in l. ita conſtante. ff. de iure do. ſe
cundum Bar. in conſ. Domine.

Cautela quãdo reperiatur duo teſtamenta facta eodem die. CLXXV.

1 *Teſtamenta duo, ſi eodem die fiant, nec appareat quod prius, aut poſterius ſit: neutrum ualet.*

1 SI reperiuntur * duo teſtamenta fa
cta eodem die, tamen non appa-
reat, quod prius & quod poſterius:
neutrũ ualet, & hæres ex neutro eo
rum poteſt hæreditatem capere. l. j.
ff. ſi quis in dubium. & ita not. ff. de
ſec. tab. ſecundum Tancre. in tit. de

a Niſi iurata. *Donatio nõ iſinuata intra terminũ ſtatuti, ẽt iuramento non firmat, et ideo põt coueniri tã ꝑ donatore q̃ ꝑ ei⁹ hærede. Fe. de Se. cõſ. ccliij. inci. cauſa talis eſt. et d. Ant. de Piſauro i cõ. omnipotẽtis, et ĩeffabilis Dei. et Alex. in l. poſt morte. de ado. et ꝑ Alex. plenius cõſ. clvj. ij. parte. et i conſ. lxxxiv. iiij. parte. et in l. cũ de ĩdebito. §. ſed hoc. de ꝓb. et i l. ſi qs ꝓ eo. de fideiuſ. et ꝑ Ale. cõſ. xij. j. parte. et i cõ. cxxv. ea dẽ parte. Doct. Cano. coĩter tenẽt cõtrariũ. in c. cũ cotigat. de iur. iu. et Pa. de Caſt. conſi. xcviij. et cõſi. ciij. ꝑ Bal. ĩ l. illud. C. de ſac ſanc. ec. et adde oĩno per Bal. in l. fi. C. de peri. et cõ mo. rei ue. et ĩ l. cũ a matre. de rei ue. et in l. cũ profitearis. C. de re. do.*

iuriſd.q.xxv.probatur in l.eum qui. in prin.ff.de acq.hære.Sed no.optimam cautelam, quam Ang.practicauit aliàs de facto in ciuitate Paduæ, uidelicet, ut hæres adeat hæreditatẽ ex quocũq; teſtamẽto, nec applicet animum magis ad unũ quàm ad alium: quia tunc non dicitur eſſe dubium, an ſibi hæreditas ſit delata.& ibi, deo ex uno tantum adire non poteſt. ita dicit ipſe no. in l.eum qui.in prin.ff.de acq.hære.

Cautela quod copia probet. CLXXVI.

1 *Originalis copia quando probet.*

ACCIPE mirabilem cautelam ad faciendum, quòd copia probet, quæ aliàs non probaret, per no. in aut.ſi quis in aliquo documento. C.de eden. uidelicet ꝙ quando ſemel producatur originalis, quòd copietur: *nã licet poſtea id perdatur, 1 copia plane probat, ſecundum Paul. de Ca in l.j.§.editiones.ff.de edẽ. & Flo.in l.in legem.in iij.col.ff.ad l.Aqui.

Cautela pro emptore, quando res ab eo euincitur, ad hoc, ut poſsit agere ad duplũ. CLXXVII.

1 *Emptor non poteſt agere ad pœnã dupli pro euictione contra uenditorem, niſi prius res empta & euicta ſibi ab ipſo abdicata, & reſtituta fuerit.*

NOTA quia emptor nõ poteſt 1 prius agere ad pœnam dupli pro euictione contra uenditorẽ, niſi prius res empta & euicta ſibi ab ipſo ſit abdicata, & reſtituta eum cen tenec ſufficit, quòd fuerit condẽnatus ad reſtitutionẽ, niſi reſtituerit. tex.eſt cum gl.in l.ſi ſeruum.in uer. abeſt.de ac.empt. & in l.euicta.§.ſi de euictione.cautela eſt, ꝙ emptor expectet, ꝙ res ab ipſo auferatur, quia antè non poteſt agere ad duplum.

Cautela pro mercatoribus, & repetitur ut ſupra per eundem. CLXXVIII.

1 *Chirographus non probat, ſi moriatur unus de teſtibus in eo ſubſcriptis.*

MERCATORES debent eſſe cauti quando recipiunt ab aliis ſcriptum de manu & chirographum, ut non recipiant illud niſi de manu notarii ſcriptum, & teſtibus quia periculoſum eſt illud recipere de manu debitoris: *quia ſi moriatur 1 unus de teſtibus, non probat.caſus eſt no.in c.ij.de fi.inſtrum.& ibi per Doc.& eſt gl.no.in c.inter dilectos. eo.tit.quod perpetuo no.

Cautela contra appellantem. CLXXIX.

1 *Appellauerit quòd quis infra x. dies præſumptio eſt.*

CAVTELA eſt contra appellantem, poſt decem dies appellatus neget appellatum infra decem 1 dies, & non dicat appellatum eſſe poſt decem dies, ſecundum Io.And. in c.Romana.§.ſi uero.de appel.& ibi ſecundum Dominicum, præſumitur ſecundum Bal.in auth.hodie. *quòd quis infra decem dies appellauerit.& Ludo.de Ro.in l.iciendũ. 1 in xij.col.C.de in integ.reſt.

Cautela quod in caſibus in quibus non poteſt appellari, petatur in integrum reſtitutio. CLXXX.

1 *Appellari in multis caſibus non conceditur.*

MVLTI* ſunt caſus, in quibus non poteſt appellari, ſed tunc 1 cautela eſt, quòd petatur reſtitutio in integ.ut eſt caſus in l.præfecti.ff. de mino.de quo plene per Io.An.in nouel.in cap.j.in j.col.de reſtitutione in integrum.lib.vi.

Cautela quod ſeper contrahatur in præſentia iudicis. CLXXXI.

1 *Contractus iudicis autoritate celebratus ualet.*





SEMPER allegatur doctrina Bartol.poſt gl.in l.j.C.de præd.lib.x. 1 *quòd contractus celebratus iudicis autoritate ualet: quia omnis ceſſat præſumptio doli, unde ſis cautus tu, quòd quando cõtrahis, ut facias iudicem autorari, per no.in l.bonorum.C.qui admit.iudex enim tenetur autorari, ſecundum Bartol.in l. ſæpe.de decu.

Cautela quod etiam elapſo termino ad petendum bonorũ poſſeſsionem poſsit quis agnoſcere. CLXXXII.

1 *Bonorum poſſeſſionem elapſo termino ad petendum quomodo quis agnoſcere poſſit.*

BALDVS ſingulariter dicit l. 2 puberem.C.de iure deli. *quòd elapſo termino ad petendum bonorũ poſſeſsionem, poteſt quis adhuc agnoſcere: quia tunc uidetur ſe gerere pro hærede, & ſic efficitur hæres de iure ciuili.Cautela eſt, quòd quis non abſente lapſu termini ad huc petat bono.poſ.licet Bar.ibi contrà, & male, ſecundum Ang.de Per. in ru.qui admitti.x.col.

Cautela ad hoc quod ualeat pactum de non ſuccedendo factum à filia. CLXXXIII.

1 *Renunciatio non ualet, ſi filia ſimpliciter paternæ ſucceſſioni renunciet.*

1 TV SCIS,* quia ſi filia renunciat ſucceſsioni paternæ ſimpliciter, non ualet renunciatio.l.pactum dotale.C.de colla.niſi iuret, ſecundum gloſſ.& Doctores ibi, & eſt textus in capitulo ſecundo.de pact. in vi.Baldus in l.finali.C.de pact.ponit cautelam, ut filia faciat pactum de non petendo aliquid de bonis paternis: quia tale pactum etiam nõ iuratũ ualet.Vnde ſit cautus pater faciens filiam ſibi renunciari, uidelicet ut faciat ſibi facere pactum de non petendo.

Cautela quando teſtis inutiliter depoſuit. CLXXXIIII.

1 *Teſtis eiuſdẽ reproductio quid operet.*

AVREAM* do tibi cautelam, quando teſtis inutiliter depoſuit, reproducas eum iterũ, ꝙ dicat, ſic depono, ſicut aliàs depoſui ſuper 1 tali negocio.tunc enim primum dictum inutile ualidatur per ſecundã petitionem eiuſdem primæ: argumento l.legata inutiliter.ſecundum Ange.ibi.ff.de leg.j.

SEQVENTES CAVTELAE anno ſequente editæ ſunt per eundem autorem in Gymnaſio Patauino.

Caute.utilis ad euadendum ſuſpitionem hæreſis, & repetita ſupra. CLXXXV.

1 *Hæreticus non eſt qui credit ea, quæ credit Eccleſia Romana.*

BONVM & utile conſilium eſt, pro illis, qui aliquando inculpantur de hæreſi, ut proteſtẽtur maxime in extremis ſe fuiſſe, & eſſe catholicos, & tenuiſſe, & tenere fidem catholicã, quam tenet, docet, & prædicat Romana Eccleſia, & cum eadem uiuiſſe, & mori uelle. Probatur quòd hæc proteſtatio ſit utilis & ualida.extrà de ſum.trinit.& fid.catho. capitulo, damnamus. prope finẽ.& notat in capitulo.firmiter.eodem titulo.Nam & beatus Hieronymus idem fecit culpatus ab æmulis. ut eſt textus nota.xxiiij.quæſtione prima. in capitul. primo.hæc eſt fides.& ita dicit Albe.de Ro.in rubrica. titulo 1 de hæretic.circa fin. *Sed tu adde dictæ proteſtationi, quòd quicquid credunt, ideo credunt, quia credunt Eccleſiam ſic credere, & ſuam opinionem fidei Eccleſiæ ſubiiciunt: quia ille non dicitur hæreticus, nec peccat, dummodo errorem ſuum non defendat: ut ſingulariter notat

Inno.in dicto capitulo. in fin. Et intellige errorem defendere, quando pertinaciter defendit: ut dicit gloſſ. not.xxiiij.quæſtione tertia.dixit Apoſtolus.& uide gloſſ.in dicto capitulo.hæc eſt fides. Et iſta cautela eſt etiam utilis pro aduocato,& procuratore,qui uelit defendere inculpatum de hæreſi.ut dicit Albe.de Ro. in ſuo opere ſtatutorũ in tertia parte,& in xxxiij. quæſtione.& dicit ſe ita obſeruaſſe in curia Romana,dũ defenderet coram ſummo pontifi. quoſdã Mediol.ĩculpatos de hereſi.

## Cautela quomodo prohibitus poſtulare uel aduocare, poſsit amici cauſam defendere, & repetitur ſupra per eundem. CLXXXVI.

1 *Poſtulare, uel aduocare, uel procurare, eſt in iudicio aliquid dicere.*

2 *Statutum ſi puniat loquentem cum bannito, non comprehendit eum qui nũcium uel literas ad bãnitũ mittat.*

3 *Statutum ſi prohibeat doctores ſalariatos in cauſis eſſe aduocatos, an allegationes facere poſsint.*

4 *Statutum uniuerſitatis Paduæ diſponens, quod doctores legentes cõtra ſcholares aduocare non poſsint, quomodo intelligatur.*

5 *Aduocare, eſt alienum deſiderium in iudicio pandere.*

6 *Doctores Peruſini, habentes pacta cũ ciuitate, ne aduocare poſsint, nõ prohibentur aliquid gratis a iudice impetrare.*

7 *Cardinalis uel epiſcopus propter dignitatem, aduocati officium exercere non poſſunt: ſed gratis pro amicis conſulere.*

IN multis caſibus reperitur prohibitum per legem uel ſtatutũ, uel per pacta, quod non poſsit poſtulare uel procuratoriam artem exercere. Sed remedium eſt, ſi tu aduocate uel procurator uis adiuuare aliquẽ in dictis caſibus, ut mittas ſchedulã iudici ſcriptã, in qua ſint allegationes partis tuæ: quia per hoc non uenires contra legẽ, uel ſtatutũ, aut pacta. *Nã poſtulare, id eſt aduocare, 1
uel procurare eſt in iudicio ſeu in publico aliquid dicere, ut l.j. §.j. ff. de poſtu.& ibi per Doct.& l.Paulus. in fi.& ibi hoc not.Bart.ff.de leg.j.& idem tenet Lud. de Ro.in l.j.in pri. ff.de uerb.ob.Et ad idem facit quod not.Bar.in d.l.j.in princi. *ubi dicit, 2
quod ſi ſtatutum puniẽs loquẽtem cum bannito, non comprehendit eum qui mittit nuncium, uel literas ad bannitum, ſed cum ore ad os loquitur. & idem tenet Alb.de Ro.in ſuo opere ſingulari.in ij.parte.q.clxvj.*ubi tenet, 3
quod ſi ſtatutum prohibet Doctores ſalariatos eſſe aduocatos in cauſis, quod per hoc non prohibentur facere allegationes in ſcriptis. 4
*Ex quo not.tu ſcholaris, quod licet ſit ſtatutũ uniuerſitatis noſtræ Paduæ, quod Doctores legentes non poſſint aduocare contra ſcholares, non prohibebuntur allegationes in ſcriptis facere. Et illud remediũ, ut det conſilium ſuum in camera, quia hoc poteſt: *quia cum aduocare, ſit pan- 5
dere alienum deſideriũ in iudicio. ut d.l.j. §.j.de poſtulando.& ibi hoc not.Bartol.in l.j. §. aduocatos. ff.de ua.& extraor. cog. cũ gl.ubi eſt optimus text.De iſta materia poteſt etiã dari tertium remediũ. Nam poteſt cum iudice loqui, & aliquid gratis ab eo impetrare: ut d.l.Paulus. in fi. de leg.& hoc uult Bar.in d.l.j. §.aduocatos.qui dicit, *quod Doctores 6
Peruſini, qui habent pacta cum ciuitate ut non poſsint eſſe aduocati, nõ prohibentur à iudice aliquid gratis impetrare.& ſic præſupponit Barto. quod aliis duobus remediis præcedentibus poſſet etiam cum pecunia, puta, facere allegationes,& in camera conſulere. & hoc credo uerum, licet Ludo.de Rom.dixerit in d.l.j.in pri.de uer.obl. quod hoc intelligit, quando gratis, per d l.Paulus.in fin. alias ſecus: quia in dictis caſibus nõ dicitur ꝓprie poſtulare, ex quo non prodit uel non procedit in publicũ, exponendo cauſam, uel deſiderium ſui clientuli, ut d.l.j. §.j.de poſtulando. Nec ob.d.l. Paulus.in fi.quia ibi non loquitur de prohibito poſtulare, ſed de prohibito ſe interponere aliis negotiis uel propriis, quod eſt plus: quia legatus propter dignitatẽ
7 legationis.& propterea dico, *quod licet epiſcopus uel cardinalis propter dignitatem non debeant conſulere, uel exercere officium aduocati, tamen poſſunt pro amico gratis conſulere, per illum text.in l.quiſquis.C.de poſtulan. ibi, non ad turpe compendium.& ibi, ſed laudis ꝑ cum argumenta quærantur. & hoc audiui ſepius allegari per illum tex. per d.Flo.de Bo.



## Cautela pro filio, qui quid debet cõferre cum fratribus ad hoc ut teneatur illud conferre. CLXXXVII.

1 *Dos filiæ in patris bonis non eſt.*

SI frater habuit aliquid præcipuũ à patre, forte in præmium emancipationis, uel aliter in caſu quo regulariter illud ueniat conferẽdum, quæ cautela debeat adhiberi ut non teneatur id conferre cum fratribus: quando agitur de collatione facienda. Dicit, quod cautela eſt iſta, quod filius qui habet aliquid præcipuum, antequam ueniat ad collationem cum fratribus, det illud in dotem filiæ ſuæ, uel aliter diſtrahatur, ita quod non inueniatur tempore collationis, uel tempore mortis patris in bonis filii uel fratris: quia tunc ad illud conferendum non tenebitur. ut ff.de colla.l.prima.in fin.& not. in l.ea demum.de col.& eſt ratio in
1 dote: *quia dos filiæ non eſt in bonis patris. C. de reuo. his quæ per frau.ali.ſunt.l.in ſucceſsione.& habetur in l.iij. §. ſed utrum.ff.de mino.& in l.Pomp.Philadelphus.ff.fami.herciſcun.& ita tenet Tancr. de Cor. in quodã ſuo opere iudiciali, in ultima parte, in xij.quæſtione. & iſtud ego intelligo uerum, niſi conſtaret quod illa alienatio uel dotis datio fuiſſet facta in fraudem cauſa euitandæ collationis. arg. d.l.in ſucceſsione. quæ fraus probaretur, ſi dotatus uel alienans hoc prius dixiſſet, argumen.gloſſ.not.in l.ſi prætor. §.Marcellus.ff.de iudi.uel quãdo per aliqua iudicia perſpicua aliter probaretur. iuxta l. dolo. cũ ibi not.C.de dolo.

## Cautela pro illo, qui paciſcitur de crimine quod cuitet infamiam. CLXXXVIII.

1 *Tranſigens de crimine, confiteri uidet.*

1 QVI paciſcitur * & tranſigit de crimine, crimen confiteri uidetur, ut l.quoniã.ff.de his qui notant.infam. & ideo periculoſum eſt, quando aliquis eſt accuſatus, uel eſt inquiſitum contra eum de crimine, quod ueniat ad tranſaction, uel compoſitionem cum aduerſario, maxime quando tale crimen irrogat infamiam: quia efficitur infamis ꝓpter illam tacitam confeſsionem: ut d.l. quoniam. Sed ſi quis uelit euitare paciſcendo dictam infamiam, cautela eſt multiplex. Prima eſt, quod dicta pactio ſeu compoſitio fiat gratis: quia tunc non infamat: ut eſt caſus in l.furti. §.pactum.eodem

titulo. Secunda eſt, quòd in tranſactione exprimatur, quòd hoc facit tranſigens, ut euitet impendia litis, non quòd crimen de quo tranſigit, commiſerit: ut dicto §. pactum. arg. ff. de mino. l. minoribus xxv. anno. ſubueniri. facit ad hoc capi. dilectus filius. j. & qđ ibi not. extrà de ſimo. & cap. cum pridem. cum ibi not. extrà de pac. Tertia eſt, ſi fiat tranſactio iuſſu iudicis: ut dicta l. furti. §. qui iuſſu. Quarta eſt, ſi fiat hoc modo, quòd iniuriatus, uel is qui damnum paſſus eſt, tráſigit uel tranſactionem facit cum eo, qui de crimine arguitur, & per pactum ſibi remittit omnem iniuriam & offenſam, & omne damnum quod conſtat, uel conſtare poſſet illatum quacunque de cauſa. hæc tamen cautela, licet ſufficeret per uiam pacti, quod conſtat gratis fieri poſſe, ar. dicti §. pactum. tamen per uiam tranſactionis uidetur, quòd non poſsit habere locum: quia in tranſactione, debet aliquid dari, retineri, uel remitti: alias eſt nulla: ut C. de tranſaction. Sed prodeſt dicta cautela, per uiam pacti, faciendo: quia talibus uerbis poteſt fieri contractus pacis. & ex hoc paciſcens non confitetur maleficium, de quo agitur. & ideo fiat per dicta uerba, ſcilicet quòd iniuriatus faciat pactum cum iniuriante, & ei remittat iniuriam ſi quam conſtat uel cōſtare poſſet illum ſibi intuliſſe: uel quòd mutuo ſibi inuicem remittant omnes iniurias. quia ex hoc nihil uidetur fateri ille qui intulit iniuriā. pro hoc facit gloſſ. not. in l. ſi quidē. C. de except. & in l. ſi filium. C. de libera. cauſa. & in l. ij. §. quod obſeruari. in uer. credit. circa medium. C. de iura. calum. & gloſſ. no. in cap. cum uenerabilis. in uer. fuiſſe confeſſus. extrà de excep. & text. cum gloſſ. in capitulo ex tenore. de teſti. Ex quibus poteſt colligi alia cautela, uidelicet, quòd dicatur quòd non ſit illata aliqua iniuria per talem inculpatum: & inquantum appareat. uel conſtare poſſet eum commiſiſſe, iniuriatus ſibi remiſiſſe.

*a Poſitionib. Poſitionib⁹ nō reſpondēs quō puniatur, uide Spe. depoſi. §. ix. et x. et ibi uide qđ ſi reſpondeat falsū uel obſcure. Poſitionib⁹ qualiter ſit reſpōdendū, uide Spe. de de inſtr. edi. §. nunc dicamus. uerſ. qd ſi quis. Poſitionib⁹ reſponſio facta p pcuratorem an nocent, d. Bar. ī l. nō ſolū. ipri. ff. de pcu. et qd ſi eſt cōtumax.*

## Cautela inſtruens aduocatum quomodo faciet, quando eius clientulus non reſpondit poſitionibus[a]. CLXXXIX.

1 *Poſitionibus ſi actor, uel reus reſpondere nolit pro confeſſatis habentur.*

QVANDO* actor ſeu reus non 1 uult reſpondere poſitionibus, poſitiones habentur pro confeſſatis: ut habetur in l. j. §. ſed quia ueremur. alias, quòd ſic actor. C. de iuramen. calum. & in cap. ij. de confeſ. in VI. quod intellige, non ipſo iure, ſed per ſententiam, ut notatur in dictis iuribus. & habetur in aut. ut litigantes iurent. in prin. col. ix. & ideo tu aduocate ſis cautus antequā committatur cauſa decidenda conſilio ſapientis, ut facias iudicē interloqui, alias ſola contumacia non haberetur pro probatione, nec poſſet conſulere ſapiens eſſe probatum. uel facias committi utrunque articulum, uidelicet an debeat haberi pro confeſſo, & etiam diffinitiua. nam ſuper articulo non commiſſo, conſulere non poſſet. ut habetur in l. j. C. de relat. & oporteret eum pronunciare non eſſe probatum, nec liquidum: quia dicitur conſulere ſecūdum ſtatutum cauſæ, in quo cauſa eſt tempore commiſsionis: ut C. de dilatio. l. cum à nobis. & ideo ſis bene cautus circa hoc. & ita tenet Baldus in l. prima. in prima columna. C. de pœna iudi. qui male iudic. & adde circa iſtam cautelam, id quod dixi ſuprà in cautela c. quæ incipit, ille qui non reſpondet.



## Cautela, quod in omnibus caſibus præcludatur uia cedenti agenti contra debitorem ſuum. CXC.

1 *Creditor licet alteri actionem cedat, cedens tamen ceſsione non obſtante, in tribus caſibus contra debitorem ſuum agere poterit.*

2 *Donauerit ſi quiſpiā omnia bona ſua, etiam actionis ſpem donare uidetur.*

1 TV habes l. iij. C. de noua. ī qua dicitur, * ꝙ licet creditor cedat actionem uni, puta creditori ſuo contra ſuum debitorem, tamen cedens non obſtante ceſsione, poterit agere contra debitorem ſuum, & exigere, niſi in tribus caſibus, in quibus non poteſt. Primus eſt, quando ceſsionarius egit contra debitorem uigore ceſsionis, & litem conteſtatus eſt. Secundus eſt, quādo debitor incipit ſoluere ceſsionario. Tertius eſt, quando denunciatum eſt debitori ne ſoluat, puta creditori ſuo. Sed ad hoc, ut in omnibus caſibus præcludatur uia cedenti, agenti, contra debitorem ſuum, cautela eſt, quòd in inſtrumento ceſsionis exprimatur, quòd in ceſsionarium fiat ceſsio debitoris, contra quē omnia iura cedantur: & quod cedens non ſolum transferet omnem actionem, quam habet contra debitorem ſuum, ſed etiam cedit, & tranſfert omnem ſpem & exercitium actionis, ita quòd apud cedentē nullæ remaneant actionum reliquiæ. Nam & hoc caſu cedens nullo pacto agere poterit cōtra debitorem, contra quem eſt facta ceſsio. quod alias poſſet illis tribus caſibus, de qbus s. dixi, qui habētur in d. l. iij. C. de noua. & iſta eſt unā limitatio notabilis ad d. l. iij. quæ fuit Tancre. de Cor. in quodam ſuo opere iudiciali, in ultima parte, in xj. quæſtione. Item poſſet eſſe alia cautela, uidelicet quòd fiat delegatio, & ſic quòd debitor promittat ſoluere illi, cui iura ceduntur: quia tunc delegans nullo modo poſſet agere: ut eſt caſus in d. l. iij. in princip. Sed iſta non ſemper poteſt fieri. prima uero fit: & ideo melior. 2 * & adde, quòd ille qui dat, ſeu donat omnia bona ſua, uidetur etiam concedere ſpem actionis: ut nota. decima octaua quæſt. prima. ſtatutū. in gl. ſed qualiter. quæ quidem actionis ſpes donari poteſt: ut l. iij. C. de dona. & ſic non haberet locum d. l. iij. C. de noua. quod no. pro declaratione eiuſdem l.

## Cautela de caſibus, ī quibus res litigioſa poterit alienari. CXCI.

1 *Res litigioſa regulariter nec uēdi, nec alienari poteſt.*

1 RES litigioſa* regulariter nō poteſt uendi uel alienari: ut l. ulti. & per totum titulum. C. de litigi. & in cap. j. de confirma. uti. uel inuti. Sed tu habes cautelam per quam poteris alienare etiam pendente iudicio, uidelicet quòd iuſſu uel licentia prætoris, hoc eſt iudicis alienantis: quia ualebit talis alienatio, ut eſt caſus in dicta l. diuus. ad finem princip. ibi, ſed res tempore perituras permittere debet prætor, &c. ff. de peti. hære. & ibi hoc not. Angel. qui dicit per illum textum limitari omnia iura dicētia rem litigioſam pēdente iudicio alienari non poſſe: quia de iuſſu uel conſenſu prætoris ſemper alienatio fieri poterit: & intelligo, quòd iudex teneatur permittere uel iubere, quando ſubeſt cauſa, puta, quòd res erat tempore peritura, uel alia ſimilis cauſa, ut ibi probatur. & adde aliam limitationem, uidelicet quòd etiam ſine permiſſu iudicis poteſt res litigioſa alienari, quando ſcilicet eſt iudicium uniuerſale, & controuerſiam

paſſus, idonee ſatiſdedit ſecundum
formam dictæ l.diuus.ſecundū An-
gel.ibi, quod nota bene ad limita-
tionem tituli, & materiam de liti-
gioſis.

Cautela quando actus debet fie-
ri in ſcriptis, debet prius to-
ta ſcriptura ſcribi, & po-
ſtea legi, licet male ob-
ſeruetur. CXCII.

1 *Actus qui in ſcriptis celebrantur, ante omnia dictari debent, deinde ſcribi, et demum legi: neque poſtea notario aliquid mutare licet.*

NOTA quòd ea quæ celebran-
tur in ſcriptis, ſicut ſunt con-
tractus in ſcriptis, & ſimilia, debent
primo tota ſcribi, & poſtea legi. ut
eſt caſus in l. contractus. C.de fide
inſtrumen.& ibi ex hoc not. Barto-
lus.& dicit ex hoc notandū eſſe per
notarium, qui poſtquam eſt rogatus
de appellatione quę debet interpo-
ni in ſcriptis, ut habetur in l. finali.
cum l. ſequenti. ff. de appellatio.
uel de ſententia, quæ ſimiliter de-
bet eſſe in ſcriptis regulariter, ut l.
ultima.C.de ſenten.ex breuicu. re-
citan.non poteſt aliquid addere uel
detrahere, unde errore notarii di-
cunt ſe rogatos de appellatione in-
terpoſita in ſcriptis, & poſtea dicūt,
dictabis ea, & dabis mihi. *Nam an- 1
te omnia debet eſſe dictata & ſcri-
pta: & poſtquam eſt lecta, nihil po-
teſt addi.ita dicit Bartolus ſingula-
riter in dicta l.contractus. in princi.
C.de fide inſtrument.& idem tenet
Baldus in l.in minoribus. C.de his
quibus ut indignis. & in l.iuſiuran-
dum & ad pecunias. §. finali. ff. de
iureiurand.& Ange.de Aretino in l.
prima. §. libelli.ff.de appellati.& i-
dem notat Ioanes Andreas, & Do-
ctores Canoniſtæ, in capitulo, per-
uenit.ſecundo.extra de appellatio.
facit quod notat Ludouicus de Ro.
in l.prima.in decima columna. ff.de
arbit.& uide Angel.de Peruſio.in l.
quicquid aſtringēdæ. ff. de uerborū
obligation. & propterea ſint cauti
notarii, ne addant uel addi patian-
tur actis uel ſcripturis ſuis, quæ in
ſcriptis debent fieri, poſtquam de
eis rogati ſunt, uel eos legerint. &
eodem modo ſint cauti litigantes,
ut uideant ſcripturas dictatas uel ſti
pulatas, quæ debent eſſe in ſcriptis,
& petant copiam incontinenti, ne
poſsit addi uel minui. quod nota.
quia uidi ſæpiſsime ſeruari contra-
rium, & male.

Cautela quādo quis bis uel plu-
ries ſuper eadem re appellet,
quam appellationem debeat
proſequi. CXCIII.

1 *Appellare à ſententia uel à grauamine intra decem dies bis ſuper eodē puncto unuſquiſq; poteſt.*

2 *Appellauerit dato ꝙ quis bis ſuper eodē puncto, quā appellationem proſequi debeat, primam an ſecundam.*

VBI quis* poteſt appellare à ſen- 1
tētia uel ab aliquo grauamine,
iuxta not.in cap.cum ceſſante. extrà
de appella. poteſt bis ſuper eodem
puncto intra decem dies appellare,
& multi incontinenti appellant ui-
ua uoce, ſaluo iure appellandi in ſcri
ptis.& aliqui etiam poſtquam in ſcri
ptis appellauerunt, dubitantes for-
te, quòd appellatio nō ſit bene con-
cepta, iterum in ſcriptis appellant
intra decem dies. & eſt dubium ſi
ualent iſtæ appellationes. de quo
uide textum, qui probat quòd ſic, in
l. prima. §.biduum. ff. quando ap-
pel.ſit.uerſiculo, quod & in ſenten-
tiis.& tenet Baldus.in l.ſecunda. ad
finem. C. de epiſcopali audientia. 2
* Item eſt dubium, quam appella-
tionem debeat proſequi, an primā
uel ſecundam: de quo dic, ut habe-
tur per Barto.& omnes Doctores in
l.cum



l.cū procurator. §.ſi dominus.ff. de
noui operis nūci. & per Bal. in l.ap-
pellatione.C.de app.& in c.j. §.ſan-
cimus.in ij.colum.in tit.quo tempo
re miles inueſti.pe.de.& in conſilio
ſuo clxiiij.quod incipit, appellatum
eſt bis ſuper eodē &c. ubi notabili-
ter loquitur, & per Sal.in l.ſi quis li-
bellos.C. de app. & per Ant.de But.
in c. dilecta. in ultima colū.extrà de
app. & plene per Cardi.Zaba.& per
Doct.in c.dilecta.& per Abbatem in
c.ſuam nobis. eodem titulo. Et ad-
uerte: quia dixi, quis poteſt bis appel
lare intra decem dies ab eodem gra
uamine. Nam ulterius appellare nō
poteſt, ſecundum Bal.qui ita no.di-
cit in l. eos. §. apoſtolos.C. de app.
allegat rationem, quia aliàs eſſet ni-
mium ſuperflua & oneroſa. argu. l.
ampliorem.in fine.C.eodem titulo.
& l. fideicommiſſa. §.ſi quis decem.
ff.de legatis tertio. Sed ego do ti
bi unam cautelam in hoc, ut quis nō
poſsit geminare appellationem ſuā,
uidelicet ut appellatus procuret, ut
iudex admittat primam appellatio-
nem, & ei deferat, & appellanti det
apoſtolos dimiſſorios. quia tunc
quamprimum admiſit appellationē,
& ei detulit, & apoſtolos conceſsit,
ſtatim eſt functus officio ſuo, & iu-
riſdictio deuoluitur ad ſuperiorem,
ad quem eſt appellatum. & ideo nō
poteſt amplius ſecundæ appellatio-
ni deferre.arg.l.qui arbit.cum gl.ff.
de arbitris. & l.iudex poſtquam. de
re iudicata. ut eleganter no.Bald.in
d.l.eos. §.apoſtolos.uerſicu. quæro
nunquid ſicut poteſt ſæpius appel-
lare, &c. C.de appellatio. quem ſe-
quitur Ange.de Are.in l.j. §.libelli.
in fine.ff.de appel. & idem uult Bal.
in dicto ſuo conſilio clxiiij. & idem
eſſet etiam, quando ſolum iudex de
tuiſſet primæ appellationi, per c.cū
appellationibus friuolis. de appel-
lat. in ſexto. & ideo ſis cautus, ſi iu-
dex primam appellationem diceret
non eſſe legitime interpoſitam, ut
facias eam admittere, ut dixi.

Cautela quod quis non poſsit
reuocare ineptitudinem libel
li. CXCIIII.

1 *Litis cōteſtatione, omnis facultas emēdandi, uel corrigendi libellum tollitur.*

QVANDO libellus actoris cō-
tra te productus eſt ineptus, ita
quòd ex eo non poſsit ſequi ſenten
tia condemnatoria contra te, pro-
pter libellum male cōceptum, iuxta
not.in l.j.ff.de aſſeſſo. & gloſſ. ſing.
inſtit. de oblig.in prin.in uerbo, ſe-
cundum noſtræ ciuitatis iura. in fin.
& l.decem.in princ.cum ibi notatis.
& no.in l.licet.C.de procura. & hoc
ſi bene cognoſcis, cautela eſt, quòd
tu incontinenti litem conteſteris, 1
* quia per litis conteſtationem tol-
litur actori facultas emendandi, uel
corrigendi libellum, ut l.edita.cum
ibi not.C.de edendo.& eſt gloſſ. ſin
gu. de hoc in l. qui familia.la picola.
ff.fami.herci.nec poterit amplius ab
illo iudicio deſiſtere. ut in aut. qui
ſemel.C.quomodo & quādo iudex.
ſecundum ibi not.& licet Spec.in ti-
tu.de libelli conceptione. §.ſi.uerſi.
cautus etiam ſis.dicat quòd quidam
aduocati hoc faciunt, quia uidentes
libellum ineptum, confeſtim litem
conteſtantur, ne poſtea ualeat emen
dari uel mutuari, ut dixi. ſed quòd
hoc non placet ſibi, per l.fin.C.de an
na. excep. quia poterit res uel cauſa
in proceſſu iudicij declarari. ut in c.
abbate ſane.de re iudi.lib.vi. & c.cō
ſtitutum.de appel. Tamen teneo,
quòd dicta cautela ſit optima, quan-
do libellus eſt adeo ineptus, quòd
per declarationem non poteſt fieri
aptus, puta quia eſt ſine actione, uel
cum actione inepta. ut habetur in d.
l.edita. Sed quando libellus eſſet

obſcurus, & non bene declaratus, puta quia non exprimet rem clare. iuxta l.ſi rem.ff.de rei uen. tunc procederet opi.Spec.& ideo in caſu prędicto, quādo libellus eſt ineptus, ſolent procuratores rei conteſtari litem incontinenti, dicendo nego narrata prout narrantur, iuxta not. per Bar.in l.ſi dubitetur. §.j.ff.de fideiuſſo. ſaluo iure producendi in ſcriptis. & adde quod dicam in ſequenti cautela.

## Cautela quod properetur ad litis conteſtationem.

### CXCV.

*a Certiorari. Mulier in quacunq; renunciatione debet certiorari. Vide Io.And.ſing.in c.ij. de pact. in vj. & Alex. in l. ſi mulier. ad Velle. niſi quādo renunciatum ſit de conſcientia legis. ut in auten.matri et auiæ.C. quando mul.tut. offi.ſecundū Ale. ubi s.& Bald. ſing. in l.j.ff.ſi quis in ius uo. non ier. & Alex. in l.ſciendum.xj.col. de uerb.oblig.*

1 *Litis conteſtatione actoris conditio potior eſt.*

DIXIT Vbertus de Bobio, quòd aduocatus actoris debet eſſe cautus, ut properet ad litis con
teſtationem, * quia ex hoc fit me- 1
lior eius conditio.C.in quibus cauſis in integ. reſtit. non eſt neceſſa.l. in minorem. C.de iudi.l.j.ff.de noua.l.aliam. & de uſuris. l. uidemus. Aduocatus uero rei debet quamprimum poteſt, releuare litis conteſtatio. quia per eā clauditur uia multis allegationib.& exceptionibus. & refugiis. C.de iudi.l.apertiſsime.& de procur.l. ita demum. & de iuriſdict. omnium iud.l.nemo.& ff.de iudi.l. ubi cœptum. & per eam ſubiicitur reus iudici, & obligatur actori.C.de procura.l.neque. & de excep. l.ulti. ff.de ædi.edic.l. ædiles. §. idem ſciendum.& extrà de re iudica.c. inter monaſterium.in princ. ita not.Specu.in titu. de litis conteſta. §. quoniam autem. uerſi. pe. quod intelligequando libellus actoris eſſet aptus, ſecus ſi eſſet ineptus, quia tunc cautius eſſet quamprimum poſſet litem conteſtari, ut dixi in præcedenti cautela.

## Cautela quomodo notarius debeat certiorare filiumfam. minorem uel mulierem de priuilegiis ſibi de iure competentibus. CXCVI.

1 *Renunciatio non ualet, niſi renunciās ſciat id quod renunciet.*
2 *Certum aliquem nemo reddere poteſt de eo quod ipſe ignorat.*
3 *Memoria hominis labilis eſt.*

NOTARIVS ſcripſit inſtrumentum in quo dicitur, quòd minor renunciauit beneficio reſtitutionis in integrum, & filiusfam. renunciauit beneficio ſenatuſconſulti Macedo.uel mulier renunciauit Velleia. & in eodem inſtrumēto dicitur certiorari [a] per me notariū de iuribus reſtitutionis in integrū, & ſenatuſconſul. Maced. & Velleia.
ſicut communiter fit, * ad hoc ut ua- 1
leat huiuſcemodi renunciatio, eſt opus quòd renuncians debet ſcire id quod renunciat. alias non ualet renunciatio, ut l.mirum.ff.de inoffi.teſta.& not.glo.no.in auten.quomodo oportet epiſcopos. §.igitur. in uerbo, iuriſgentium. col.j.& no. gloſſ.in l.fin. §.ſi mulier.ad Velleia. Sed poteſt adhiberi cautela, quòd non ualeat renunciatio, non obſtante dicta aſſerta certioratione, uidelicet quòd interrogetur notarius quid eſt beneficium reſtitutionis in integrum, uel Macedo.uel Velle.& ſi neſciat dicere, non præſumitur be-
ne certioraſſe, * quia nemo poteſt 2
aliquē certū reddere, de eo qđ ipſe ignorat.& ita dicit Albe. de Ro.no. in d.l.fi. §.ſi mulier. ad Velle. addes quòd iſtam quæſtionē habuit de facto, & fecit interrogari notarium: & quia neſciuit dicere quid contineāt dicta beneficia, fuit pronunciatum pro ipſo, ut renunciatio non ualeret, quod eſt bene notandum. Sed Rapha. Fulgo. ibi dicit, quòd hoc eſt periculoſum. quia cum ſemel notarius in inſtrumento confeſſus fuerit



rit dictam certificationem eſſe factam, & ſic ius fuerit quæſitum parti, uidetur quòd eius primo dicto ſit ſtandum, & non ſecundo. aliàs de facili contrahens decipi poſſet.ad hoc faciunt not.in l. cos. in fin.ff.de fal. Præterea poſſet etiam dici, quòd tēpore contractus notarius ſciebat, & tempore quo interrogatur in iudi-
3 cio, non * quia memoria hominis labilis eſt, in l.peregre. in prin.ff.de acquiren. poſſeſsio. & ideo tutius eſt, quòd dicatur in inſtrumento, certioraui per iudicem ſi iudex interuenerit, uel melius & cautius eſt, ut in inſtrumento exprimatur, quòd contineat dicta beneficia. & ita ſemper obſeruari feci.& uide in cautela ſequenti.

## Cautela quod certiorentur minor, mulier, & filiusfa. per iudicem, & non per eundem notarium, ne incidamus in ambiguitatem, aut notario credatur uel nō de hoc. CXCVII.

1 *Notarij aßertioni, uidelicet ſe certioraßc minorem uel mulierem, quando creditur.*
2 *Notario non creditur, niſi de his quæ ſunt ſibi a partibus iniuncta, non autem de facto ſuo.*
3 *Notarius cum ſit perſona publica, creditur ei de his quæ ad eius officiū ſpectant, ſicut regulariter creditur nuncio.*

DICTVM eſt in præcedenti cautela, quādo notarius in in-
1 ſtrumento atteſtatur ſe certioraſſe minorem uel mulierem. * ſed dubium eſt maximum, nunquid credatur eius aſſertioni. & Feder. de Senis in conſi. ſuo. cxcj. quod incipit, quæritur an domina Margarita &c. tenet quòd non: quia atteſtatur de ſuo facto proprio, per l.omnibus.C. de teſti. & per l.nullus. ff. eod.titu. cum ſimilibus.& eum ſequitur Anto.de Butr.in c.quoniam contra falſam.in pen. columna.pen.chart.extrà de probatio.& in c.cum cauſam. in vij.colum. uerſic. dubium eſt de notario. ibi, per quem dicit, quòd notarius qui guſtauit &c. extrà de teſtibus. & idem uult in effectu in c.
2 j.extrà de fide inſtrumen. * ubi dicitur, quòd non creditur notario niſi de his quæ ſunt ſibi iniuncta à partibus non de facto ſuo. & idem tenet Abba. Sicul. in d.c.cum cauſam. & Ludouicus de Rom. in l.ſciendum. de uerb.obl. Sed contrarium ibi tenet Ange.in repe. Sed Feder. de Senis non facit mentionem. & allegat iſtam rationem, quia ſufficit, quòd iſta ſolennitas certiorationis potuerit interuenire tempore inſtrumenti. per Bartolum in d. l. ſciendum. & in l.j.C.de fide inſtrumen.& iure haſt.fiſcal.lib. x.& idem tenet Ioannes de Imo. per iſtam rationem in repetitione c. cum contingat.in ulti.colum.extrà de iureiuran.& idem tenet Alberi. de Roſa .in l. fina. §.ſi miles. ff. ad Velleia. & pro hoc facit quod not. Bald. in l.fina. §.cum igitur. in v.colum.uerſicu.item requiritur ſubſcriptio. ibi, nunquid ergo de tali commiſsione.C.de iure deliberan. & quod not. Bartol. in l. hæc ſententia. ff. de teſtamen.tuto.& in l.iubemus. §. ſane. C.de ſacroſanct. eccle. & iſtud communiter tenetur.
3 Pro quo adduci poteſt, * quòd notarius eſt perſona publica, & creditur ei de his quæ ſpectant ad eius officium, ſicut regulariter creditur nūcio. ſicut habetur in l.magis puto. §. ne autem. ff.de rebus eorum.& in l. neminem. C. de requiren.reis.& in c. cum parati. de appell. Nec obſtat ratio Fede.de Senis, quia uerum eſt quòd de facto proprio quis non debet eſſe teſtis, quia intelligitur ad

com

commodum ſuum. ita loquitur d.l.
omnibus. cum ſimilibus. ſecus ſi ad
cōmodum alterius, ut hic. Sed ut tol
lantur iſtæ dubitationes, cautius eſt,
ut dixi in præcedenti cautela, quòd
faciat certiorari per iudicem, ſi eſt,
uel per alium peritum de conſenſu
partium: quia tunc ſine dubio cre-
ditur uerbis notarij.

## Cautela, quod ſemper appellatur à ſententia, dato quod ſit nulla. CXCVIII.

1 *Nullitas ſola propoſita ſi euidens non ſit, ſententiæ executionem non impedit.*
2 *Poßideant ſi duo, & neuter poßideat ab alio ui, clam, uel precario, quid iuris.*
3 *Hæres inſtitutus, & de reſtituendo hæreditatem alteri grauatus, ſi ſponte adiuerit, & poſtea fideicommiſſarius ante reſtitutionem moriatur, uel recuſet hæreditatem ſibi reſtitui, quid iuris.*
4 *Promißio, ſeu pactum de hæreditate uiuentis regulariter non ualet, quoniam uotum captandæ mortis inducit.*

LICET ſoleat dici, quòd ubi
ſententia eſt nulla, non ſit ne-
ceſſaria appellatio, ut not glo. in uer
bo, errore. in capit. per tuas. extrà de
ſenten. excommunica. Tamen con-
ſilium eſt, & utile, quòd appellatur,
ut dicit gloſſ. notabilis in capi. tuas.
quam ſequitur Rapha. & Ange. de
Are. in d.l. prima. in princip. & aſsi-
gnat rationem,* quia ſi ſola nullitas 1
proponitur, & non ſit euidens, non
impedit executionem ſententiæ, ut
l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudi.
& ibi Barto. & Docto. ſecus ſi appel-
letur, quia tunc ſemper impeditur
executio, per titulum. ff. nil inno. ap
pel. penden. niſi appellatio eſſet eui
denter iniqua, ut no. per gloſſ. & Do
cto. in dicto titu. nil inno. appella-
tio. penden. in l. j. & habetur in l. ſci
endum. ff. de appella. re. Et qualis de
beat eſſe forma dicendi nullam, &
appellandi, uide per gloſſ. & Docto.
in l. j. C. quando prouoca. non eſt ne
ceſ. & per Barto. & Docto. in l. ex-
preſſum. de appella. *Si duo poſ- 2
ſidere dicuntur, & neuter poſsidet
ab alio ui, clam, uel precario, iuxta
not. in l. j. C. uti poſſ. quid debet tūc
iudex facere? domi. Azo. dicit iudi-
cem abſtinere debere: ſed d. Rogle.
gloſſator dum Placentiæ cathedram
regeret, & adinuicem contenderent
ſe poſsidere, quia intendebant in-
terdictum uti poſsid. & in omnibus
& per omnia æqualiter probabant,
& per tot teſtes, unus ſicut alius de-
dit conſilium clientulo ſuo, quia in
cauſa ſua erat aduocatus, & dixerūt,
Quis ueſtrum eſt potentior? reſpon
dit clientulus, Ego ſum in decuplo.
tunc conſuluit ei Rogler. hoc mo-
do, Vocate amicos ueſtros, & eatis
cras ad locum illum, de quo eſt con
tentio de poſſeſsione, & ſitis ibi ad-
uerſario uidente, quod fecerunt.
aduerſarius autem hoc uidens ti-
muit ire, quia ſuſpicabatur forte ſe
poſſe repelli. iuxta l. ſi id quod. §. ui-
ti. ff. de acquiren. poſſeſsio. & tunc
iuit ad iudicem, & propoſuit incon-
tinenti interdictum unde ui, & di-
cebat ſe illa poſſeſsione ſpoliatum.
Rogler. reſpondit, Ego te non ſpo-
liaui, ſed mea ſum poſſeſsione uſus.
& ſic clientulus eius fuit abſolutus
& ab interdicto uti poſsi. & unde ui.
Ita dicit not. Roſ. Beneu. in libellis
ſuis iuris ciuilis, in libello poſſeſſor
alicuius rei immobilis, ut turbetur
&c. & uide etiam ſuprà in cxxvj. cau-
tela, quæ incipit, nota diligenter tu
aduocate. ubi eſt ſimilis cautela,
quam not. & ſæpe de facto contin-



3 git. *Si hæres inſtitutus, & de re-
ſtituendo hæreditatem alteri gra-
uatus adiuit ſponte, & poſtea fidei-
commiſſarius ante reſtitutionē mo
ritur, uel recuſat hæreditatem ſibi
reſtitui, hæres remanet inſtitutus,
cum affectu oneribus hæreditarij,
ut l. ita tamen. §. qui ex Trebellia.
cum l. ſequen. & l. prima. in princip.
ff. ad Trebellia. ſecus ſi adiuit coa-
ctus. l. poſtulante. in princip. eodem
titu. Et ideo cautela eſt, quando hæ-
res dubitat ne hæreditas ſit damno-
ſa, ut non adeat ſponte, ſed permit-
tat compelli ad adeūdum, quia tunc
ſi non poterit reſtituere hæredita-
tem fideicommiſſario, ipſe fideicō-
miſſarius remanebit obligatus cum
effectu creditoribus ſeu aliis oneri-
bus hæreditariis, & bona dabuntur
creditoribus, & aliis habere deben-
tibus, ut eſt caſus not. in dicta l. po-
ſtulante. in princip. & ibi per Docto.
& per Paulum de Caſtro in dicta l. in
princip. eodem titu. & adde prædi-
4 ctis l. penulti. cum ibi no. ff. ad Tre-
bel. *Promiſsio ſeu pactum de he
reditate uiuentis regulariter nō ua-
let, quia inducit uotum captandæ
mortis, ut l. fina. C. de pact. & ibi per
Docto. Sed poteſt adhiberi cautela,
quòd per indirectum ualebit, uide-
licet quòd permittant tibi, ut tibi li-
ceat habere talem rem Titij, & ſic
omnia bona ſua ſi ad me deuenirent
aliquo modo, puta iure ſucceſsio-
nis, uel aliter, tibi tenebor reſtitue-
re ſeu tradere, ita quòd tibi habere
ea liceat, uel tenebor ad intereſſe, ut
eſt caſus qui hoc optime probat in l.
ſtipulatio iſta. §. queſitum. & ibi hoc
not. Rapha. in fin. ff. de uerbo. oblig.
& ſi tu diceres etiam, hoc modo poſ
ſet fieri uenditio, & quilibet alius
contractus etiam de bonis uiuentis,
ſpecialiter ea numerando. facit ad
hoc gloſſ. & quod ibi not. in l. j. C. de
euic. unde inter hoc non uidetur eſ-
ſe differentia: quia utroq; caſu quod
geſtum eſt tenet. ueruntamen dicas,
quòd iſtud remedium ſtipulationis
magis prouidet, quia promittēs uir-
tute ſtipulationis habere liceat, non
tenetur, niſi cum res illius uiuentis
factæ fuerunt promittentis, & ſic de
præſenti non tenentur, ut d. §. quæ-
ſitum. ſecus ubi per alium contractū
promitteret, q̄a ſtatim obligaretur,
etiam ſi nūquam haberet rem alien.
ut l. rē alien. ff. de contrahen. emp. &
ſic non eſſet bene cautus, qui ſuper
re uiuentis aliter contraheret quàm
per illam ſtipulationem habere lice
re. tamen ſi appareret habere licere,
eſſet facta in fraudem. d. l. ultima, cū
materia ſua. C. de pactis. non uale-
ret, ut l. non dubium. C. de leg. & ita
tenet etiam Rapha. in d. §. quæſitū.
in fin. quod bene not.

## Cautela notabilis ad hoc, quod compromittentes non poſſint habere recurſum ad arbitrium boni uiri. CXCIX.

1 *Arbitri arbitramento uel laudo, quòd non poßit peti reductio ad boni uiri arbitrium, eſt fere impoßibile.*
2 *Dolo futuro renunciari non poteſt.*
3 *Minor læſus reſtitutionem in integrum petere poteſt.*
4 *Qui in caſu principali fuit iudex, in appellationis cauſa eſſe non poteſt.*

1 DIFFICILE * eſt dare mo-
dum, per quem poſsit fieri cō-
promiſſum in arbitrum & arbitrato
rem, ita quòd ab eius laudo, ſeu arbi
tramento non poſsit peti reductio
ad arbitrium boni uiri, ut not. Doct.
in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff.
pro ſocio. & in l. cum ante. C. de ar-
bit. & per Dyn. in regula ſcienti. de
regu. iur. in vi. & per Canoniſtas. c.
quintauallis. extra de iureiuran. in-
tantum per Bal. in d. l. cum antea. &
in l. ſi

in l.ſi unus. §. illud.ff.de pact.dicit,
quòd per quamcunque uerborum
cautelam fieri non poteſt, ut tolla-
tur reductio ad arbitrium boni uiri,
per iſtam rationem,* quia dolo fu- 2
turo renunciari non poteſt,ne quis
inuitetur ad delinquendum, ut ha-
betur in d. §. illud. ſed ſi tolleretur
reductio, & arbiter & arbitrator læ-
deret in maxima parte, præſumere-
tur fuiſſe in dolo, ut not. Barto. in
d. §. arbitrorũ. & in d.l. ſi quis cum
aliter.circa princip. ff.de uerborum
obligat. & in l. alio.in ſexta colum.
de aliment. & ciba. leg. & per l. o-
mnes. §. Lucius. ff. de his quæ in
frau.cred. Sed tu potes adhibere u-
nam cautelam, per quam ceſſabit i-
ſta ratio, & per conſequens ualebit
renũciatio, uidelicet quando fiat cõ
promiſſum, in quo dicatur, quando
partes promittant ſtare ſententiæ,
ſiue laudo, & promittant non con-
trauenire de iure,uel de facto,& re-
nuncient reductioni ad arbitrium
boni uiri, & ſi eſſet læſio in magna
quantitate,& etiam in toto, uolunt,
quòd arbiter & arbitrator tenean-
tur ferre ſententiam,ſiue laudum,ſe
cundum conſilium ſapientis,ex quo
cogitur de conſenſu partium ſequi
illud conſilium, non poterit dici,
quòd ipſe arbiter fuerit in dolo ue-
ro præſumpto,imo nec in aliqua cul
pa,ut probatur in l.ſi conuenerit.&
ibi hoc not.Bart.ff.de re iudi.facit l.
j. §. & poſt operis.ff. de nou. oper.
nun. & ideo cum hic dolus imputa-
ri non poſsit arbitratori, & renun-
ciatio ſit facta generalis,ut s.ualebit
renunciatio, & ita in effectu tenet
Rapha.in l. prima.circa fin. princip.
ff.de appell. & puto conſilium eſſe
uerißimum. * & prædicta cautela 3
procedit,niſi minor eſſet læſus,tunc
poſſet petere reſtitutionem in inte-
grum.l.nam & poſtea. §.ſi minor.ff.
de iureiuran.uel niſi dolus partis in-
terueniſſet,ſecundum Rapha. in di-
cta l.prima.ff.de appel.Sed aduerte,
quia illud de reſtitutione poſſet tol-
li,ſi iuratum eſſet de non contraue-
niendo etiam ratione minoris æta-
tis, & alia quacunque ratione, ut in
auten.ſacramenta puberum.C.ſi ad-
uerſus uendi.& habetur in l. ſecun-
da.C.de reſcind.uendi.& in l.ſi quis
cum aliter.ff. de uerborum obligat.
Item uidetur,quòd dicta cautela nõ
ſit ſufficiens, quia ratio quare non
ualet renunciatio reductionis ad ar-
bitrium boni uiri, eſt, ne quis inui-
tetur ad delinquendum, ut s. dixi.
Sed per prædictam cautelam licet
non inuitetur arbiter & arbitrator
ad delinquendum, tamen mutatur
conſultor, qui ſciet non poſſe peti
reductionem ad arbitrium boni ui-
ri,ideo ut omnis tollatur dubitatio,
facias quòd conſultor neſciat de iſta
renũciatione,quo caſu teneo,quòd
cautela ſit ſufficiens, alias per præ-
dicta. Poſſet etiam adhiberi alia
cautela, ut cum effectu renunciatio
reductionis ad arbitrium boni uiri
ualeat,uidelicet quòd partes ſibi in-
uicem ex nunc prout ex tunc, & ex
tunc prout ex nunc cedant omnia
iura quæ habent, uel habituræ ſunt
quoquomodo, cauſa, & occaſione
reductionis ad arbitrium boni uiri,
in quo caſu feratur ſententia, ſiue
laudum per arbitros & arbitratores,
quæ ceſsio regulariter fieri poteſt,
& ualeat,ut l.j.cum ibi no. C.de act.
& obligat.& no.in l.per diuerſas.C.
manda.& facias, quòd in inſtrumen
to dicatur, quas quidem ceſsiones
fecerũt dictæ partes ex ſua mera, pu
ra, & ſimplici, ſpõtanea uolun.& ex
certa ſcientia, quia eis ſic placuit,ut
docet Bartolus in d. l. per diuerſas.
in princip.iij.colum.C.man. Ter
tia cautela circa prædictam renun-
ciation



ciationem reductionis ad arbitrium
boni uiri poteſt eſſe hoc modo,
quòd partes renũcient dictæ renun
ciationi,& ſibi inuicem promittant,
quòd in caſu, quo per alteram par-
tem petatur reductio ad arbitrium
boni uiri,& reducatur,quòd per in-
uicem reductionis condemnetur
in plus uel in minus, quàm iudica-
tum fuerit per arbitrum & arbitrato
rem ex nunc prout ex tunc,& ex tũc
prout ex nunc, totum illud plus uel
minus donat libere,ſponte, ex cer-
ta ſcientia alteri parti, contra quam
iudex fecit reductionẽ. ar.l.quidam
decedens.in fin.princip.ubi uidetur
eſſe caſus. ff. de adminiſtratio.tuto.
Sed Bartol. & Dyn. ibi uidentur re-
ſtringere illum tex.ad culpam & do
lum præteritum,non autem in dolo
futuro, de quo uide plene per Bart.
in l. Aurelio. §.Gaius. ubi idem te-
net.ff.de libe.lega. Quarta caute-
la poteſt etiam in hoc adhiberi,ut ſci
licet dicatur in inſtrumento com-
promiſsi,renunciauerunt reductio-
ni &c. & in caſu quo petatur redu-
ctio,& eſſet neceſſaria ex nunc pro-
ut ex tunc,& ex tunc prout ex nunc,
communi conſenſu,ipſæ partes ele-
gerunt in bonum uirum ipſos eoſ-
dem arbitros, & compromiſſores ei
dem reductioni ſtare promiſerunt.
In contrarium tamen uidetur,quòd
4 ille * qui fuit iudex in cauſa princi-
pali,non poteſt eſſe in cauſa appel-
lationis, ut not. per gloſſ. in uerbo,
prouocatum. in dicta l. eos.in prin-
cip.C.de appellatio. & ibi per Doct.
& gloſſ. in c. querelam. in princip.
extrà de electio.tamen hoc non ob-
ſtante teneo, quòd dicta cautela pro
cedat non obſtante gloſſ. præceden
ti,quia non habet locum quando u-
traque pars litigans conſentiret, ꝗ
iudex qui fuit in cauſa princi. ſit in
appellatione, quia tunc ualeret di-
ctus conſenſus, ut eſt caſus qui hoc
optime probat in c.accepta.extra de
appellatio. & ibi per Docto. & uide
quod not.per gloſſ. fin.in l.filius.ff.
de inoffic.teſtamen.& ibi etiam per
Doctores. Ego in margine addo
tres alias cautelas [a].

## Cautela quando plures ſunt delegati in cauſa, quid faciendum eſt, ſi times quod maior pars eorum ſentit contra te in cauſa. CC.

1 *Clauſula, unus ſine altero procedat, quid importet.*

SI duobus, uel pluribus cauſa tua
delegata fuerit, ſicut fieri poteſt,
& conſueuit, ut in c. pen.in princip.
extra de offi.deleg.& c. ſi duo ex tri
bus. & c.cum plures. eodem titu.in
vi. cum ſimilibus. & tu intelligis,
quòd unus, uel duo ipſorum ſunt,
uel ſentiunt contra te, & alter pro
te,cautela eſt,ut procures,ut illi qui
contra te ſentiunt, uel tibi non fa-
uent, delegent uices ſuas alteri
coniudici, qui ſentit pro te, uel ti-
bi fauet,quia hoc facere poterunt,ſi
cauſa fuerit eis commiſſa ſimplici-
1 ter ſine clauſula, * ut unus ſine alte-
ro poſsit procedere, ut eſt text.cum
gloſſ.not. & ibi Doctor. in c.quam-
uis.extrà de offi.delega.& poterunt
etiam omnes qui ſentirent contra
te,cauſam alteri ſubdelegare,in quo
ſperare poſsis uictoriam, ut eſt ca-
ſus in c. prudentiam. in princip. de
officio delegat. & habetur in l. à iu-
dice. C. de iudi.nec poterit ille ſub-
delegatus à collegis uel ab aliis for
te ferre ſententiam pro te, ſecun-
dum opinionem ſuam, & contra
te ſecundum opin. ſuorum collega-
rum,uel aliorum ſubdelegantiũ,ſed
debebit ſecundum ſuam opin. tan-
tum

a Addo tres alias cautel. *Reductione petatur, cautela eſt, quod duo extranei promittat pœnam inuicẽ,ꝗ partes nõ petant reductionem, uide Dy. in conſilio. Ptolemæ. etc. Lanfra. in tractatu de arbit. vi. parte. xiiij. q. uerſ. ex omnibus præmiſsis. Flo. in §. arbitrorum. & ibi Alex. vj. col. et Oldr. coſi. clvj. Io. And. in addi. Spe. de arb. §. fi. uerſi. itẽ ſi cõpromiſſum. & Bald. in c. quãtauallis. Ad de dictu Bart. in l. quod de bonis. §. ſinu. ff. ad l. Falcidiã.*

*Alia cautela. Clauſula in cõpromiſſo, ut bonum uirum, operatur, ut laſus reductionẽ petere non poſſit. Bar. in l. iij. §. tametſi. ĩ fi. ff. de arbi. Alia cautel. Clauſula in compromiſſo. Lædere in parua, uel magna quantitate tollit re-*

*ductionem ad arbitrium bo- ni uiri. Bald. in c. cum aute. in iij. col. in uerſi. quæro ergo ſi i cõpromiſſo. C. de arbit. Lu. in rub. de arbi. x- xiij. co. Hoſt. in c. humilis. Ant. de Bu. in c. quo tauallis. de ar- bitris. dicit con trarium.*

tum pro te iudicare. argum. c. ſi quis iuſto impedimento. §. porro. de ele ctio. in vi. quod not. ut ſcias tibi pro uidere quando iudices ſunt diſcor- des, & omnes ſentiunt contra te.

## Cautela pro hæredibus ingredientis religionem, qui fuit dolo ad religionẽ attractus, bona dicta ingredientis hæredibus debentur, & non monaſterio. CCI.

1 *Religionem ſi ingrediatur iuuenis circunuentus ab abbatibus, & alijs latronibus religioſis, an ſcit dare aliquod remedium proximioribus ab inteſtato hæredibus, ne monaſteria bonis ſeductis potiantur.*

2 *Circunuentus quando aliquis dicatur, remiſſiue.*

SAEPE abbates & religioſi cir-
cunueniunt iuuenes præſertim
diuites, ut intrent monaſterium, nõ
in fructum animarũ, ſed in auaritia,
& turpe lucrum inhiantes, ſi iurant
tales circuuenti religione perſeue-
rare cogũtur, ut eſt text. xx. q. iij. con 1
ſtituit. *Sed nunquid ſit aliquod
remediũ quod dari poſsit proximio
ribus ab inteſtato hæredibus? uide-
tur quòd non, quia ſi ualet ingreſ-
ſus, ergo bona debent monaſterio
remanere. autent. ingreſsi. C. de ſa-
croſanct. eccle. Tu dicas cõtrarium,
& cauti ſint hæredes, ut petant bona
dicti ingreſsi ſibi reddi, quod fieri
debet in odium circunuentium, ut
eſt caſus ſingularis, quem tene men
ti in d. c. conſtituit. in fin. & habetur
in c. præterea. & ibi hoc etiam dixi
extra de offic. delegat. & quod dixi
de iuuenibus circuuentis, idem in-
telligas de quibuſcunque homini-
bus, ut probatur in d. c. conſtituit.
ibi, quoslibet homines circuuenien
do, &c.* Et quando dicatur quis cir- 2
cunuentus, collige ex l. prima. in
princip. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſta-
men. & l. j. C. ſi ex fal. alleg. & l. j. §.
dolum. ff. de dolo. c. penulti. extrà
quod metus cau. & c. cum olim. ex-
tra de re iudi. & per Docto. in dictis
iuribus, & maxime in d. c. cum olim.

## Cautela pro creditore, quod poſsit pignus debitoris uendere non obſt. conuentione de non uendendo. CCII.

1 *Tempus uendendi pignoris lege, uel ſtatuto breuiari poteſt.*

CREDITOR qui habet pignus
debitoris, ſi conuenit de eo
non uendendo, poteſt facta prius tri
na denunciatione uendere, ut ha-
betur per text. & gloſſ. in l. ſi conue-
nerit. ff. de pigno. actio. & poſt di-
ctas tres denunciationes debet ex-
pectare per biennium. per l. ultima.
C. de iure do. impe. ut not. gloſſ. in
d. l. ſi conuenerit. quam tenet ibi
Barto. & Docto.* niſi de conſuetudi 1
ne, uel ſtatuto tempus eſſet abbre-
uiatum. Sed ſi ſumus in ciuitatibus
uel locis, in quibus ſeruatur ius cõ-
mune, conſilium eſt, ut facias con-
demnare debitorem, & poſt conde-
mnationem adiudicari tibi pignus,
& intra duos menſes facias ipſum
uendere, ut l. debitores. ff. de re iud.
& ſic abbreuiabis tempus ſecundum
Rapha. Fulgo. in dicta l. ſi conuene-
rit. uel ut tollatur omnis dubitatio
poſt quatuor menſes, ut l. fin. C. de
uſuris rei iudica. Bartho. Cæpol.

## Cautela pro intentante interdictum uti poſsidetis. CCIII.

1 *Interdicti uti poſſidetis in cauſa poſitiones, & articuli, & probationes de dominio admittuntur.*

2 *Interdicto uti poſſidetis an ille obtineat, qui de antiquiori poſſeſſione probat.*





1 IN CAVSA* interdicti uti poſsi-
detis, admittuntur poſitiones & ar
ticuli & probationes de dominio,
ut tenet Iaco. de Aretio, Cyn. & Do
ctor. in l. j. C. uti poſsidetis, & eſt tex.
cum gloſ. in c. licet cauſam. de proba
tio. Ratio eſt, quia ſi probamus æ-
qualiter de poſſeſsione, tunc appa-
rebit iuſtior poſſeſsio illius qui eſt
dominus, & ſic habebit uincere. Tu
ergo aduocate, contra quem fiunt ar
ticuli, ſeu capitula, ſeu poſitiones, ſi
ſuſpicaris aduerſarium probare de
proprietate, ſis cautus, ut facias ex-
ceptiones & articulos, quod ipſe poſ
ſidet clam à te, reſpectu poſſeſsionis
tuæ. Si enim diceres quod poſsedit
clam, ſimpliciter nil probabis: quia
ſicut ſimplex conditio in dubio in-
telligitur reſpectu proprietatis. l. ſi
rem aliquam. in fine. ff. de acquirend.
poſſeſsio. ſic in dubio ille qui poſſe-
dit clàm, intelligitur reſpectu pro-
prietatis, niſi dicatur expreſſe, quod
poſsidet clam reſpectu poſſeſsionis,
alias perderes: & quod ſic debemus
dicere, probatur in dicta l. ſi rem ali-
quam. in fine. Ita ſingulariter dicit
Barto. in l. ſi de eo. §. fina. ff. de acqui
ren. poſſeſsion. quem ſequuntur ibi
Doctor. & Angel. de Aret. inſtitu. de
actio. §. quadrupli. in penul. colum.
quod tene menti in practica, quan-
do agitur uti poſside. & aduerſarius
tuus habet poſſeſsionem antiquio-
rem iuniorem & probat titulum: &
tu habes ſolum poſſeſsionem anti-
quiorẽ, ut articulans, quod ipſe poſ-
ſidet clam, reſpectu tuæ poſſeſsio-
nis, & ſic obtinebis: licet aduerſarius
probet de dominio[a] uel titulo: & ita
intelligitur quod not. Bart. in l. j. C.
2 uti poſsid.* ubi uidetur uelle, quod il
le obtinebit interdicto uti poſside.
qui probat de antiquiori poſſeſsio-
ne, licet alter probet de dominio uel
titulo: ſed ſi non articulaueris aduer
ſarium tuum poſsidere clam, uel e-
tiam ſi ſimpliciter articulaueris q̃
poſsidet clam, nec adiiceres reſpectu
tuæ poſſeſsionis, tunc ſuccumberes,
& obtineret aduerſarius tuus, licet
probes de poſſeſsione antiquiori:
quia poſſeſsio aduerſarij dicitur p-
prie ſuum titulum melius iuſtificare:
& iſto modo intelligas Bartol. in di-
cta l. ſi duo. in fine princ. ff. uti poſsi-
det. & Salycet. in l. unica. uerſic. tunc
reuertar ad gloſſ. & quæro ſexto. C.
eodem tit. qui uolunt, quòd ille qui
probat de dominio & poſſeſsione
poſteriori, debet obtinere, licet al-
ter probet de poſſeſsione antiquio-
ri tantum. Et quomodo debeat arti-
culari q̃ aduerſarius poſsidet clam,
uel ui, uel precario, uide per Barto.
& Doct. in dicta l. unica. C. uti poſsi.

*a Dominio. Interdicto uti poſſidetis, obtinet reus in poſſeſſione antiquior, licet actor probet de dñio, ſi reus alleget clã poſſediſſe, alias nõ. Alex. in l. ſi de eo. §. fi. de acquir. poſſeſ. ubi etiã dicit, quod in hoc interdicto non prodeſt dominiũ actori quæſitũ poſt poſſeſſione reo adeptam.*

## Cautela quibus inducatur hæres ad adeundam hæreditatem. CCIIII.

1 *Hæres ubicunque aliquid facit quod non poteſt fieri, niſi hæres fuerit, hæreditatem adire uidetur.*

QVIDAM erat debitor meus
in mille, moritur, & nullus uult
eſſe eius hæres, quale conſilium da-
bitur mihi creditori? certe conſilium
eſt, quod ego mittam ad hæredem,
qui ex teſtamento uel ab inteſtato
deberet ſuccedere, aliquẽ, qui dicat,
accipe iſtos denarios, puta xx. duca-
tos: quia ego ſum debitor defuncti.
& ſi accipiat, ſtatim erit obligatus
ad debita hæreditaria ſoluenda: ut
probatur in l. cum debitum. C. de iu
1 re deliberan.* quia ubicunque hæres
facit aliquid, quod non poteſt fieri
niſi ſit hæres, uidetur adire hæredi-
tatem: ut l. pro hærede. §. Papinia. in
fine. de acquiren. hæreditate. & quia
in dubio accipiendo uidetur recipe-
re pro ſe, & non pro alio: ut l. Iulia-
nus. §. ſi ſeruum. eodem titu. & l. &

magis.ff.de ſolu. & not. gloſſ.in di-
cta l.pro hærede. §.j. & iſtud conſi-
lium dedit Rayne. de For. in dicta l.
cum debitum. C. de iure deliberan.

Sed aduerte, quia hoc debet fieri
poſt triginta dies, qui dantur ad in-
choadum inuentarium: ut l.j. §.ſin-
autem dubius.eodem titu.ad hoc,ut
non poſsit poſtea inuentarium con-
ficere: & facias fieri dictam ſolutio-
nem coram teſtibus, ut probari poſ-
ſit.Ego tamen dubito,quòd iſta cau
tela non prodeſſet, ſi conſtaret me
ſubmiſiſſe illum, qui ſic ſolueret: &
ſic induxiſſet ipſum ad adeundũ hæ-
reditatem. argu.l. ſi ſeruus plurium.
§.ſi quis ante.ibi,ſed ſi ſubiecit de-
lationem.cum not.per Docto.de le-
gatis primo. & in l.mancipia. uel ſic.
ſane mancipium torqueri. C. de ſer-
uis fugitiuis.& adde quod dicam in
ſequen. Poteſt alio modo inducere
ad adeundũ,ſi facias unum credito-
rem in minima quantitate interroga
re hæredem, ſi eſt hæres: quia ſi re-
ſpondit quòd ſic:talis cõfeſsio pro-
derit etiam tibi, & cuilibet alij cre-
ditori abſenti.l. pro hærede.in prin-
cip.ff.de acquiren.hæred. quod pro-
cedit quando filius non abſtinuerat
ſe plus ab hæreditate paterna, uel a-
lius hæres non repudiauerat: ut eſt
gloſſ.in l.j.ff.de interroga. actio. ſe-
cus ſi primo abſtinuiſſet uel repudiaſ
ſet:quia tunc talis reſponſio & con-
feſsio non præiudicaret, niſi quo ad
interrogationem:ut eſt tex.in d.l. ſi.
qui ita debet intelligi ſecundũ glo.
final.ibi, quam ſequuntur Doctor.

Cautela inſtrues quæ uerba de-
beant contineri in citatorio
ad hoc, quod citans nõ uidea
tur citati perſonã approbare:
& eandem uide ſupra. CCV.

1 *Citatus quiſpiam ſi fuerit tanquam*
*reus,probatur,et habilis ſit,quam pri*
*mum per ſe uel per alium ad iudicium*
*ueniat.*

2 *Quæſtionũ deciſio multarũ inferri põt.*

SI FACIS aliquem citare, ut ue-
niat ad contradicendũ,ſi contra-
dicere uult,ne mittaris in poſſeſsio-
ne talis fundi uel hæreditatis, uel ut
tibi reſtituatur tale depoſitum,uel ut
ueniat ad præſentandum aut aliquid
faciendum, non poteſt regulariter
poſtea ipſum repellere & apponere
aliquid contra eius perſonam:* quia 1
eum citas eum tanquam reum, ſta-
tim uideris ipſum approbare, & fa-
cis ipſum habilem quamprimum ue-
niat ad iudicium per ſe, uel per a-
lium:ut ſingulariter not. Innocen.in
c.cum inter.de exceptio. quem ſequi
tur ibi Auton. de But.& Canoniſtæ.
& idem tenet Antonius de Butrio,
in c.exhibita. in antepenul.col.de iu
dic.& Bartol. in l.cum mulier.& ibi
Bald.& Doctor.ff.ſoluto matrimo-
nio.& Bald.in l.ſi.in ij.colum.ad fin.
& in v.quæſtio.C.de edic.diui Adri.
tol.in l.ſi ſuſpecta.in princi.ff.de in-
officio.teſta.& habetur in l.j.§.cum
dicitur. & §.hæc ſtipulatio. ff. ſi cui
pluſquam per legem Falcid. faciunt
not.per Bald.in l.teſtamenta.in fine.
C.de teſta. & Angel. in dicto §.hæc
ſtipulatio,in viij.col.in fin.& domi.
Benedic.de Plumb.in l.ordinata. §.
ſed & ſi quis.ff.de libera.cau.ſecus ſi
citaueris reum ut compareat, ſi ha-
beret ius comparendi, uel ſi ſua pu-
tauerit intereſſe:quia tunc non uide-
ris eius perſonam approbaſſe: ut ſin-
gulariter not. Bald.in dicta l.fina. C.
de edic. diui Adria. tol. & in dicta l.
ſi ſuſpecta. & Ludouicus Rom.in l.
de pupillo.in princip. de noui oper.
nunciat. & ideo tu ſis ſemper cau-
tus, quando in ſimilibus facis aliquẽ
citare, ut non facias citare ſimplici-
ter, uel ut compareat ad contradi-
cendum uel aliquid faciendum: quia
tunc non poſſes ipſum poſtea repel-
lere,



lere, ex quo uideris ipſum approbaſ
ſe reum habilem, ſed debes ipſum ci
tari facere ſub conditione, ſi ſua pu-
tauerit intereſſe, uel ſi quod ius ha-
bet contradicendi uel opponẽdi aut
faciendi, quod tamen non creditur:
& propterea ſæpe inſtruxi procura-
tores Paduæ in materia ſtatuti Pa-
duæ de præſentatione,quod uult ut
propinqui & collaterales poſsint
præſentare ſuper uẽditionibus & da
tionibus inſolutum ad certũ tẽpus,
quo elapſo facta ſibi denunciatione
non poſſunt amplius præſentare.Nã
quando emptor denunciare faciet
propinquo ſeu collaterali, non de-
bet dicere ut cõpareat ad præſentan
dum pecuniã ſi uult poſſeſsionẽ,uel
etiam ſimpliciter,ut cõpareat ad præ
ſentandũ, ut faciũt procuratores mi
nus prudentes: quia tunc non poſſes
ei opponere quòd non poſsit præ-
ſentare, ex quo uideris eius perſo-
nam approbaſſe: ſed debes dicere ut
compareat ſi ſua putauerit intereſſe,
uel ſi quod ius habet ad præſentan-
2 dum.* Et ex prædictis poteſt inferri
deciſio multarum quæſtionum, &
maxime ſi ſtatutum dicit, ſicut eſt
Paduæ,quòd propinqui & collate-
rales poſsint præſentare ſuper uen-
ditionibus uel dationibus inſolutũ
uſque ad certum tempus, & elapſo
tempore emptor denunciauit alicui
propinquo uel collaterali, quòd ſi
uult præſentare ſuper uenditione,
debeat comparere: & iſte propin-
quus compareat & præſentet pre-
cium, emptor uidens quòd eſt facta
præſentatio, opponit quòd non
potuit præſentare: quia lapſa ſunt
tempora comparendi. certe ipſe em-
ptor ſuper hoc non debet audiri:
quia ex quo citauit eum ſimpliciter
& non conditionaliter, reputauit
3 eum habilem ad præſentandũ.* Item
ſi eſt ſtatutum ſicut eſt Taruiſij,
quòd propinqui ita demum admit-
tantur ad præſentandum, ſi ſint ci-
ues, & ſubdit quòd intelligantur
eſſe ciues, ſi ſuſtinuerunt onera &
factiones, & emptor citauit quen-
dam ciuem Taruiſinum hic Paduæ
commorantem:nunc autem iſto cõ-
parente opponit emptor quòd com
parens non eſt habilis ex forma ſta-
tuti. Dicendum uidetur per prædi-
cta, quòd iſtam exceptionem inha-
bilitatis emptor non poteſt ſibi op-
ponere: quia paria ſunt ſibi exce-
ptionem non competere, & com-
petere non poſſe per ipſum oppo-
ni, qui per ſuam citationem habi-
litauit comparentem: ut eſt gloſſ.
nota.in l.habeat.in fine.ff.de ma.te-
ſta.& in iſtis duabus proximis quæ-
ſtionibus ita determinat ſolẽnis do-
ctor dominus Franciſcus de Capiti-
bus Liſtæ.in l. fina,circa medium ſui
commenti. C. de edi.diui Adria.tol.
qui dicit ſe ita de facto ſæpius alle-
gaſſe, quæ omnia ꝑpetuo tene mẽti.

Cautela quibus uerbis utetur
ſuperior, quando uult quod
inferior non poſsit eligere,&
quod electio ſit nulla. CCVI.

1 *Petrus de Luna,qui in partibus ultra-*
*montanis Papa appellabatur, quibus*
*uerbis inhabilitabat cardinales, ne*
*electionem facere poſſent.*

QVANDO ſuperior uult pro-
hibere inferiori ne eligat, &
uult quòd electio ſit nulla in caſu
quo uelit eligere: cautela eſt quòd
dicat, ut ſtatim quòd incipiunt eli-
gere, ſint excommunicati, uel inha-
biles:& tunc non poterunt eam per-
ficere.ſed ſi inhabilitat eos ſi elege-
rint, tunc electio ualebit, ſed poſtea
efficiuntur inhabiles ad aliam ele-
ctionem,ut probatur in l.interdum.
uerbo, incipiunt. ff. quibus modis
uſufruc. amit. quæ eſt ſingularis ad

hoc ſecundum Paulum de Caſtro, in
l. filiusfamilias. §. diui. ij. in penulti.
colum. ff. de legatis j. qui dicit, quòd
ita ſemel uidit fieri per Petrum de
Luna, *qui appellabatur Papa in par
tibus ultramontanis, cardinalibus
ſuis exiſtentibus in Liurno pro con-
gregando concilio: nam inhabilita-
bat eos cum inciperent eligere: &
idem tu dicas in ſimilibus.

## Cautela quando pater fecit plura legata in teſtamento, quid faciet filius ad hoc quod illa reuocet. CCVII.

1 *Legata teſtamento facta quomodo tacite adimi poſſint.*

SI PATER tuus fecit teſtamen-
tum in quo reliquit multa legata
diuerſis perſonis: & forte nolit quòd
tu ſcias dicta legata eſſe relicta ad
hoc ut dicta legata non debeantur,
& tacite uideantur reuocata: cau-
tela eſt, ut tu filius interroges pa-
trem coram quinque aut ſeptem te-
ſtibus, ſi potes, an fecerit aliqua le-
gata in teſtamento ſuo[a]. Nam for-
taſſe pater dicet quòd non cauſa ti-
bi complacendi, uel ut neſcias uo-
luntatem ſuam: & per iſtam reſpon-
ſionem ſimpliciter factam ipſe pa-
ter uidetur adimere dicta legata ita,
ut poſtea hæres non poſsis ad ea
conueniri: & ſi conueniaris, op-
1 ponas exceptionem, *quòd pater ta-
cite ea ademit per dicta uerba, ut
probatur per gloſſam nota. in l. uer-
ba teſtamenti. C. de teſtamen. in glo.
prima, ibi, obſtat tamen exceptio.
quod tamen ego intelligo eſſe ue-
rum in dubio: ſed ſi poſſet conſtare
ex aliquibus coniecturis patrem no-
luiſſe per prædicta uerba legata adi
mere: puta quia pater poſtea dixit,
quòd illam reſponſionem filio fece-
rat ut ei complaceret, uel ut neſci-
ret contenta in teſtamento ſuo: tunc

a Teſta. ſuo. *Teſtamētū debet mutari cū eadē ſolenitate qua fuit conditum, l. hæredes palā. §. j. & ibi Doc. & Bar. in prin. de teſt. Bart. in l. cū proponebatur. uer. quæro p quot teſtes. ff. de leg. ij. et per Bald. in l. ſi. in pe. col. in uerſi. et ſcias p quot teſtes. C. de fideicō. & in l. errore. in ij. q. C. de teſta. Alex. in rubri. ff. de acquir poſſ. & in l. quēadmodū. eo. tit. et in conſi. cxl. prima parte.*

ſecus eſſet, & quod dixi in patre,
idem in quolibet alio teſtatore, qui
fuiſſet interrogatus ab hærede ſuo
eadem ratione: & adde prædictis
quod notat Paulus de Caſtro in con
ſilio ccclxiij.

## Cautela pro illo qui cupit emere aliquam rem, & eius dominus non uult eam uendere, quomodo poſsit illam habere. CCVIII.

1 *Rem ſibi cōmodatam amittens, ad æſtimationem tantum teneri debet.*

SI QVIS uellet emere rē ab uno
domino, qui nollet eam uendere,
poteſt procurare ut illa res ſibi ac-
commodetur, uel ad ipſum perue-
niat ex aliqua iuſta cauſa, & poſtea
fingat, eam perdidiſſe etiam ex culpa
ſua, dummodo ſine dolo fuerit. nam
tunc tenebitur domino rei uel illi,
qui ſibi rem tradidit ad æſtimatio-
nem dictæ rei: *ad aliud enim tene- 1
ri non poteſt: poſtea fingat ſe eam
reperiſſe in aliquo loco, uel apud ali-
quem: quo caſu erit ſua, nec poterit
amplius conueniri rei uendicatione
à domino uel ab alio. ſoluendo æſti
mationem dictæ rei, uidetur ipſam
emiſſe. & hoc dico, quando culpa di
ceretur res amiſſa: ſecus ſi dolo: ut
eſt caſus notab. in l. ſi culpa. ff. de rei
uendica. quo text. & cautela non ute
ris ad malum, ſed quando ſubeſſet
aliqua iuſta cauſa: puta quia tibi
promiſiſſet uendere, & poſtea nega-
ret, uel ex alia ſimili. Eſt & alia cau-
tela, qua quis poteſt emere rem à no-
lente uendere, de qua uide ſupra in
xxiiij. cautela.

## Cautela quomodo negligente executore teſtamentario, etiam poſt annum teſtamenti executio ad epiſcopum non ſpectat. CCIX.

1 *Executor ad pias cauſas, ſi intra annum legata non exequatur, poteſt. ius exequen*



*di regulariter ad epiſcopum deuoluitur.*
2 *Teſtatoris prouiſio, ſi hæres fuerit, legis prouiſionem facit.*
3 *Epiſcopi relicta in teſtamentis, ad pias cauſas adimplere debent, etiam ſi per teſtatorem hoc interdictum fuerit.*
4 *Ius accreſcendi in hæreditate ſimpliciter prohiberi non poteſt, ſed per ſubſtituti dationem.*
5 *Executor ſi ſibi ipſi ſubſtitutus fuerit, ſcilicet quod executor eſſe deſierit, quid iuris.*

QVIA LEGIMVS nūc, id eſt
die xj. milleſimo quadringete-
ſimo ſexageſimo ſexto. l. ſi fundū ſub
cōditione. §. Stichū. de leg. j. in quo
Bald. & Doct. ponunt unam ſingula
rem cautelam, ideo hic eam ponere
1 conſtitui, *ſi executor ad pias cau-
ſas non exequitur legata intra an-
num, regulariter poteſtas exequen-
di deuoluitur ad epiſcopum: ut l. nul
li. C. de epiſcopis & clericis. & c. nos
quidem. & c. hæredes. extra de teſta-
mentis. Sed cautela eſt, ut epiſcopus
nunquam poſsit ſe intromittere de
legatis tuis ſeu relictis ad pias cau-
ſas, etiam poſt annum, ſi uolueris:
quia forte non confidis de epiſco-
po. Nam debes in teſtamento tuo
uel codicillis ita dicere, Relinquo ta
lem, puta Titium executorē meum,
& uolo quod exequatur intra an-
num omnia legata mea: quod ſi non
fecerit, tūc uolo ꝙ Seius faciat præ-
dictam executionē, & ſi Seius nō fa-
ciat prædictā executionē intra aliū
annum, uolo quòd eam faciat Sem-
pronius: & ſic poteſt alios plures
ſubſtituere de anno in annum. Nam
ſi tuus primus executor non adim-
pleuerit intra annum uoluntatē de-
functi, non deuoluetur ius exequen
di ad epiſcopum, ſed ad Seium ſe-
cundum executorem, & ſic de aliis
ſubrogatis dicendum eſt. probatur
in dicto §. Stichum. Et ratio quare
ſurrogatus per teſtatorem præfertur
2 epiſcopo, eſt, *quia prouiſio teſtato
ris ſi ſit hæres, facit prouiſionem le-
gis. l. final. C. de pactis conuentis. &
not. in l. ſecunda. C. de iure emphy-
teotico. Ita ſingulariter dixit Bald.
in dicto §. Stichum. qui dicit, quòd
iſta eſt uia, per quam teſtatores poſ-
ſunt ſibi prouidere de executoribus
ſucceſsiue, ita quòd nunquam exe-
cutio ueniat ad epiſcopum. & Do-
ctores ibi ſequuntur eum: & idem
tenet etiam Baldus in l. j. & in l. uide-
tur ad lit. ff. de procuratoribus. in a-
poſtil. & in l. j. in principio. uerſic.
not. ſecundo per iſtum textum. C. de
caducis tollendis. Nec obſtat auten.
licet teſtator. C. de epiſcopis & cle-
ricis. & in corpore unde ſumitur: &
in c. tua nos. extra de teſtamentis. in
3 quibus dicitur, *quod epiſcopi de-
bent adimplere relicta in teſtamētis
ad pias cauſas, etiam ſi per teſtato-
rem ſit eis hoc interdictum: quia illa
iura loquuntur, quando teſtator ſim
pliciter prohibeat, non prouidendo
de alio executore: ſecus ſi prouidit
de executore, ut dixi. & hæc tenent
Oldrad. Bald. Raphael. & Doctor. in
dicta auten. licet teſtator: & proba-
tur in dicto §. Stichum. pro hoc fa-
cit l. ſi quis ita hæres inſtituatur. ex-
cepto fundo. ff. de hæredibus inſti-
tuend. coniuncta l. ij. §. ſi duo. ff. de
bonorum poſſeſ. ſecundum tabu. ubi
4 habetur, *quod ius accreſcēdi in hæ-
reditate ſimpliciter non poteſt pro-
hiberi, ſed per dationem ſubſtituti
ſic, ut ibi. Nec obſtat l. nemo poteſt.
ff. de legatis primo. quia loquitur
in his quæ concernunt ſolennitatem
actus, quam teſtator poteſt tollere
in teſtamento: ut dicit gloſſ. in dicta
l. nemo poteſt. ſed ea quæ ſunt in-
troducta in fauorem teſtatoris, po-
teſt tollere. ut l. ij. & l. penultima. C.

ut in poſſeſſ. lega. *Sed circa prædi- 5
cta dubitatur, quid ſi ſubſtitutus eſt executor ſibiipſi, uidelicet quòd executor eſſe deſierit eidem ſibiipſi ſubſtituto. Iſta quæſtio formatur per Baldum, in l.j. ante finem princi. C. de caducis tollend. & refert quòd quidã ſapientes dicebant quòd iſtud erat factum in fraudem conſtitutionis epiſcopalis: & ideo non ualebit iſta cautela, ut dicta auten. licet teſtator: & bene ſecundum eum: quia negligens abiit ab officio. & ideo non debet in eodem officio reponi: ut C. de procuratoribus. l. reum. argumentum tamen cõtra. ff. quibus modis uſuſfru. amit. l. ſicut in annos. Sed dic ſecundum Baldum, quòd ibi teſtator diſponit de rebus ſuis quod poteſt. hic de iuriſdictione epiſcopi quod de iure publico, quod non poteſt. ff. de pactis. l. ius publicum. & hoc modo reſpõdet etiam ad l. ſi nollet. §. ſi quis ita. ff. de ædil. edic. quæ omnia tene menti.

a Hoſpitale. *Hoſpitale conſtructũ ſine autoritate epiſcopi, põt deſtrui per cõſtruentẽ ad libitũ ſuũ: glo. pen. in cle. quia cõtingit. de religio. do. xviij. q. ij. quidam. c. inter dilectos. de dona. et Baldus in l. orphanotrophos. de epiſco. & cle. Hoſpitalia nõ religioſa nõ poſſũt annecti iura ſpiritualia: alias ſic. Car. in cle. ſ. §. ſi. poſt gl. de præbendis.*

*Hoſpitale priuatũ poteſt quilibet facere in domo ppria. Innoce. in c. ad hoc. de relig. do.*

Cautela quando creditor & debitor non concordat in quantitate mutui, quid ſit agendum. CCX.

1 *Creditorem ſe eſſe ſi quiſpiam probauerit, ſed non poßit probare inquantum, iuramento ſuo credetur.*

ALIQVIS mutuauit uni frumentum, non potuit probare quantitatem, ſed bene probauit mutuaſſe per teſtes: uel debitor confeſſus eſt accepiſſe decem modios frumenti mutuo, ſed creditor dicebat quòd imo fuerunt uiginti: quomodo conſuletur creditori, ſi non habet probationes de quantitate? Dic quod poterit petere quod ſibi deferatur iuramentum, ut iuret quantum fuit, & ei credatur, ſecundum Ray. de For. in l.j. ff. de in litem iuran, qui dicit quod ita fuit ſententiatum. per dictam l.j. & l. in actionibus. & per l. cum furti. eodem titu. *& ideo po- 1
teſt dici ſecundum, quòd ſi probo me creditorem, ſed non poſſum probare inquantum credetur iuramento meo. per dictam l.j. & l. fina. C. de bo. autor. iudi. poſ. & idem in damno dato. l. ſi quando. C. unde ui. Sed credit quòd iudex poſsit tale ſacramẽtum, iuxta illud quod uidetur ſibi uerisimile & uerum fuiſſe, refrenare: & iſtud ſacramentum poteſt appellari in litem ueritatis, quod eſt ualde ſingulare, & millies de facto occurrit. Sed tu uide Bart. in l. admonendi. in xj. colum. in fine. uerſiculo, quæro quid ſi teſtis. ff. de iureiuran. ubi uidetur uelle quòd etiam ſit neceſſarium, ut [illegible] ſint aliæ coniecturæ: alias non poſsit deferri ſacramentum. Sed Ray. etiam in effectu idem intellexit, dummodo quod iudex poſsit refrænare, ſecundum quod erit uerisimile; & ita etiam intelligo.

Cautela pro illo qui uult ædificare hoſpitale nõ ſubiectum, quibus inſignibus tunc hoſpitale carebit. CCXI.

1 *Hoſpitale conſtitui poteſt cum epiſcopi autoritate, & ſine.*

2 *Hoſpitale ſi ſine epiſcopi autoritate factum fuerit, nullam in eo iuriſdictionem epiſcopus habet.*

HOSPITALE[a] conſtitui *po- 1
teſt, & cum autoritate epiſcopi & ſine: ut in c. ad hęc. & c. de xenodochiis. extra de religio. do. & cle. quia contingit. eodem titulo. & in auten. ut nulli fabri. do. circa principium. & in auten. ut in priua. domi. circa finem. & uide text. cum gloſſ. xviij. quæſtione ij. quidam. & in dubio non præſumitur eſſe conſtitutum cum autoritate epiſcopi: quia ſolennitas extrinſeca non præſumitur, l. quæcunque. ff. de publi. & habetur in l. ſciendum. de uerbor. obligatio. ſed eo ipſo quòd in eo miſſa celebratur, præſumitur autoritate epiſcopi factũ. ſingulare eſt dictum Archi. de cõſe. diſt. j. nemo. quod eſt incognitum legiſtis ſecundum Lud. de Roma. in quodam ſuo ſingulari, quod incipit, tu Iacobe Aſtagnatis:
2 *& in caſu quo non eſt factum hoſpitale autoritate epiſcopi, in eo nullã habet iuriſdictione: & ideo cauti debent eſſe illi, qui uolunt ædificare hoſpitale ita ut epiſcopus tanquam ſuperior in eo nullam iuriſdictionẽ habeat, ut ædificent ipſum ſine autoritate epiſcopi, & non erigant ibi altare conſecratum, neque campanile, neque cœmiterium: quia tunc erit in plena poteſtate ædificantis etiam laici. ſed ſi ædificarent ibi eccleſiam uel altare conſecratum, tunc epiſcopus eſſet ſuperior, & ſine eius autoritate ędificari non poſſet: ut probatur in cle. quia cõtingit. in ſi. cum ibi no. de relig. domi. & patet ex prædictis, & adde omnino quod not. Paulus de Caſtro, in conſilio ſuo ccxciij. quod bene no. quia ita fuit ſeruatum Veronæ.

Cautela quando eſt prohibita alienatio à teſtatore, quomodo alienatio ualebit non obſtante prohibitione. CCXII.

1 *Clauſula, uiſis & inſpectis uerbis teſtamẽti, quam uim habeat, remißiue.*

SI PATER qui habet fortaſsis filios diſſolutos, & iubet eos nõ alienare mobilia uel immobilia ſaluo niſi in caſu redeptionis captiuorum uel mẽbri ante xxv. uel xxx. annos, & ſi ſecus facerent, illa bona ex tunc adiudicat & relinquit tali hoſpitali uel eccleſiæ: an poſsit adhiberi aliquod remedium, & occurri tali probationi. Dico quod ſic, uidelicet quòd filij alienent præcedente prius repudiatione firmata pacto uel ſtipulatione ſolenni per locorum præpoſitos, & dictam repudiatione fieri faciant ex cauſa tranſactionis ap-
1 poſitę illis uerbis, *uiſis, inſpectis, & cognitis uerbis teſtamenti, de quibus habetur in l. de his. ff. de tranſactio. ita dicit Angel. in l. quoties. C. de fideicõ. qui dicit, quòd ita multoties practicauit Peruſij. per illũ text. & idem tu dicas quãdo teſtator prohibuit alienationem bonorum, & in caſu quo fiat alienatio, quòd bona tranſeant in nepotes uel alios ſuos conſanguineos: quia ſi filij uolũt alienare, faciãt quòd nepotes uel cõſanguinei conſentiant, & ualebit alienatio ſine pœna: ut eſt caſus in dicta l. quoties. & ita alias fieri feci.

Cautela pro emente rem alienam à fiſco uel à maſſario pignorum. CCXIII.

1 *Ratihabitionem emptori habere expedit.*

SI VENDVNTVR bona per non dominum mihi, & ſit caſus, in quo ſi tu emis aduerſus dominum, puta quia ille qui uendidit mihi, uendidit iure creditoris, & habuit poteſtatem uendendi, ego poſſum ad maiorem cautelam implorare iudicis officium, ut dominus ratificet uenditionem per publicum inſtrumẽtum, quia forte non ſemper probari poterit quòd ille habuit poteſtatẽ uen-
1 dendi. *Et ſic expedit emptori habere expreſſam ratihabitionem. Ita dicit Baldus & Paulus de Caſtro, in auten. ſi captiuis. C. de epiſcopis & clericis. per text. ibi, captiui autem ſi redierint neceſſe habeant, &c. quod tene menti, quia eſt utile pro illis qui emunt bona & poſſeſsiones à fiſco uendente rem alienam, iure creditoris, & pro ementibus ab officio ſiue à maſſario pignorum. & ad hoc adde gloſſ.

gloſſ.not.in l.ij. §. nec cogitur. in j.
gloſſ.magna.in fine. & quod ibi not.
ff.ſoluto matrimonio. & quod not.
per Bartol.in l.ſi finita. §. Eleganter.
ff.de damno infecto.

## Cautela ad recuſandos officiales i ſyndicatu excedẽtes ĩ torturis contra reos. CCXIIII.

1 *Officiales excuſantur de his, quæ ſui ſuperioris iuſſu fecerint.*

2 *Officialis an poſſit conueniri poſt ſyndicatus tempus.*

OFFICIALES prætorum uel
aliorum rectorum, ſæpe po-
nunt aliquem ad torturam non præ-
cedentibus indicijs, uel eis non le-
gitime probatis, uel ſi ex tunc indi-
cia ſufficienter probata excedunt
modum in torquendo, ſi agitur con
tra eos in ſyndicatu, duplex eſt cau-
tela: *una ut ipſi officiales non te- 1
neantur, ſi probant hoc feciſſe de
mandato prætoris uel alterius recto
ris ſui, qui excuſantur ratione iuſſus
ſuperioris: ut probatur in l.liber ho
mo.ij. in principio. & ibi per gloſſ.
& Doctor.ff. ad legem Aquil.& per
textum & gloſſ.in l.ad ea.ff de regu.
iuris.in ultima char. & in l. is qui in
puteum. §. qui tutoris. cum gloſſ.ff.
quod ui aut clam.& in l.furti. §. qui
iuſſu.& in l.liberorum. §. fina.ff. de
his qui nota.infa.& in l.non uidetur.
§.iuſſu.ff de re iudica. & in l. iniu-
riarum actio. §. ſi quis quod decre-
to.cum gloſſ.ff.de iniur.& in c.quod
quis mandato. & quod ibi not. per
Dynum, de regulis iuris.in VI. Alia
cautela eſt, ut prætor uel alius rector
ſuperior non teneatur, uidelicet ut
oblato libello in ſyndicatu cõtra ali
quem de familia ſua, elapſo tempore
ad dandum libellum contra præto-
rem, faciat officialem ſuum culpa-
tum probare, quòd fecit de manda-
to ipſius prætoris, & ipſe prætor cõ
fiteatur: & tunc uterque erit ſecurus,
uidelicet officialis, quia facit de mã-
dato ſuperioris, & ipſius ſuperioris
eſt elapſum tempus ſui ſyndicatus.
iuxta l.unicam. C. ut omnes tam ciui
li, quàm criminali, & ita tenet Flor.
in dicta l.liber homo. in princ.adde
tamen, *q; licet prætor uel alius offi 2
cialis non poſſit conueniri in loco
officij, poſt tempus ſyndicatus, ta-
men in patria propria poterit per-
petuo conueniri: ut eſt gloſſ. ſingul.
in l.j.ff.ad legem Iuliam repet.ſecun
dum Angelum in l.iubemus.C.eod.
titulo. quam gloſſ.ibi intelligit, niſi
fuiſſet in ſyndicatu abſolutus, quia
tunc obſtaret exceptio rei iudicatæ:
& ideo ſit cautus prætor uel officia-
lis, ut nemine comparente tempore
ſyndicatus, faciat pronunciari quòd
ipſe ſe bene geſſerit, & quòd nullus
poſſit decætero amplius conueniri,
& adde quod not.Doctor.in l.man-
ci.C. de ſeruis fugitiuis. & quod di-
ctum eſt de tortura, idem dicas de
alijs quæ ſpectant ad officium præ-
toris eadem ratione.

## Cautela pro aſſeſſoribus uel iudicibus deputatis per poteſtatem, quod non teneantur de delicto poteſtatis. CCXV.

1 *Poteſtates ſuper eorum exceſſibus qua pœna teneantur, an eadem eius officiales & iudices mulctentur.*

2 *Officiales an de rectoris iniuſtitia teneatur, & contra ipſos repræſaliæ dari poſſint.*

SI POTESTATES* terrarum 1
ferunt ſententias iniquas uel in-
iuſtas de conſilio iudicum de curia,
& pœna qua tenetur poteſtas, tenen
tur & omnes iudices eius: ut proba-
tur in aut. ut nulli iudi. §.quoniam.
col.ix. & ibi hoc not. Angel. & pro
hoc optime facit text.cum gloſſ. &
quod ibi not.in c.j.de offi.delega.&
de conſilio iudicum ferri dicitur, nõ
ſolum, quando dicitur quòd eorum
cõſenſu uel deliberatione fertur ſen
tentia, ſed etiã ſi dicatur ſub exami-
ne talis iudicis: ut in autẽ. ut litig. §.
omnem. ibi, uel ſub delegati iudicis
examine capitis.col.viij. & probatur
in l.ſi ille.ibi, ſub examine prouincia
lis iudicis. C.de decu.lib.x. Nam ſe-
cundum Ange.in d. §.omnem uero.
circa finem inquiſitionis, & ſenten-
tiæ quæ hodie formantur per recto-
res terrarum ſub examine iudicis ma
leficiorum, dicuntur ferri per iudices,
ſicut per rectores ipſos: & ſi iniuſtitia
facta fuerit, ita tenentur iudices ma-
leficiorum, ſicut & ipſe rector. & quã
do officiales ita expreſſe inuitauerũt
rectorem ad aliquam iniuſtitiam fa-
ciendam, ſicut contra rectores, ita
contra officiales ſine dubio poſſunt
concedi repræſaliæ: ut C. de aduo-
cat. diuerſo.iudi.l.per hanc. ibi, ad-
iutores etiam eorum. ut C.de excuſ.
mune.l.pe.lib.x.& ita not. Bartol. in
ſuo tractatu repræſaliarum, in ij.q.vj.
quæſti. principalis.ideo ſint cauti aſ-
ſeſſores [a], uel officiales poteſtatum
uel rectorum, ut nunquam in actis fa
ciant ſcribi, quòd ſententia feratur
de eorum conſilio, uel deliberatio-
ne, aliter poſſent conueniri tempore
ſyndicatus, & eandem pœnam ſuſti-
nere, quam poteſtas uel rectores, ſe-
cundum Angel.de Peru.in §.omnem
uero. uel quod non ſcribatur ſub exa
mine talis iudicis: quia eſſet idem per
illum text.in d.l.ſi ille. Item hæc di
cta uerba non ſcribantur, ne ex tua
taciturnitate uidearis cõſentire ut in
iuſtitia miniſtretur, & per cõſequens
tu & officialis tenearis, ſis cautus ut
proteſteris & pertinaciter reſiſtas po
teſtati uel rectori ſuo, & in actis ſcri
bi facias de tua aſſertione, uel prote-
ſtatiõe, quòd ius in dicta cauſa dicat.
Iſte eſt caſus in appellatione, in cau-
ſa ciuili, in l. quoniam iudices. C. de
appell. ergo idem & fortius in crimi-
nalibus.ut no.Angel.de Aret. in ſuo
tract.maleficiorum, in uerbo, de con
ſenſu, & deliberatione omnium iudi
cũ.quem omnino uide.& idem dicit
Bartol.in tractatu repræſaliarum, in
ij.quæſt.ſextæ quæſti. principalis. in
2 princi.*ubi eleganter dicit diſtinguẽ
do, an officiales teneantur de iniuſti
tia rectoris, & contra eos poſſint cõ
cedi repræſaliæ. per dictam l.quoniã.
C.de appel.& l.omnes.in fi.C.de de-
curio. Conſulendum eſt ergo ſecun-
dum eum officiales, quando talia oc
currunt, quòd proteſtetur quòd non
cõſentiunt, & illa quæ fiunt nõ fiunt
de iure, & de hoc fiat inſtrumentũ:
hoc uidetur requiri: ut d.l. quoniam.
& hac cautela uſus fuit quidam Par-
menſis uicarius in ciuitate Senarum,
qui dum poteſtas uellet ſuſpendere
unum Iudæum iniuſte, fecit prote-
ſtationem in ſcriptis, qualiter contra
ius uolebat eum ſuſpendere, & quòd
ipſe non conſentiebat, & uide quæ
dixi ſupra in lxiij. cautela, quæ inci-
pit, quando fit proceſſus per poteſta
tem.

## Cautela quam debes adhibere, quando uis mutuare eccleſiæ uel monaſterio. CCXVI.

1 *Eccleſiæ in utilitatem quod pecunia conuerſa ſit quomodo probetur.*

VNVS eſt modus mutuandi ec
cleſijs & monaſterijs, per quẽ
releuatur creditor ab onere proban
di, quòd mutuum ſit conuerſum in
utilitatem eccleſiæ uel monaſterij, ui
delicet quòd in capitulo ſolenniter
conuocato conſtituatur procurator
ſiue ſyndicus cum ſpeciali mandato,
& ſufficienti ad recipiendum mutuo
nomine eccleſiæ, uel monaſterij, tan
tam pecuniæ quantitatem, à tali cre-
ditore, & ad obligandum ipſam ec-
cleſiam, & eius bona, pro illa quanti-
tate mutuo aſſumenda: tunc enim ſi
credi

[a] Aſſeſſores. *Aſſeſſor tenet de mala adminiſtratione officij, & nõ poteſtas. Cy. et Bar. in l. die functo. in iij. col. ĩ uerſ. ite pone q remotus. ff. de aſſeſ. caue quia nõ loquitur in iſtis terminis, ſed loquitur in poteſtate remoto ob culpã, an ſalariũ debeatur aſſeſſori. & i l. quoniã iudices. C. de app. niſi ipſe proteſtet poteſtati facienti. alias enim factũ præſumit de cõſenſu ſuo, ſecundũ Lud. Ro. in ſing. uerſ. aſſeſſor. uer. adde q aſſeſſor. et uide Alexã. in l. dic.*

creditor mutuat tali procuratori, uel
ſyndico, uſque ad quantitatem in
mandato compræhenſam, exonera-
tus erit à probatione, *quòd ſit uer- 1
ſa in utilitatem eccleſiæ. c. quod qui-
buſdam. extra de fideiuſſo. & ibi hoc
nota. expreſſe gloſſ. quę incipit. iſtud
eſt notabile. in fine. & eſt gloſſ. nota.
in autenti. hoc ius porrectum. in glo.
fin. C. de ſacroſanctis eccleſi. & pro
hoc facit gloſſ. in l. certum. §. ſi quis
abſente. in uerſicu. domino. ff. de cō-
feſ. & gl. in aut. de non alie. & emphy
te. §. ſi uero, aut quis epiſcopo. in
gloſſ. quæ incipit, ſed creditoribus
profecerunt. columη. ix. & ibi ui-
deas Iacob. de Bel. & de iſta materia
uide Alberi. de Roſa. & Doc. in dicta
autenti. hoc ius porrectum. & quod
notatur xij. q. ij. c. hoc ius porrectū.

## Cautela, quomodo articulabitur ille qui uendicat uxorem, quam cognouit carnaliter, copula præcedente. CCXVII.

1 *Matrimoniū præſumptū quod eſſe dicatur, ita quòd ab eo diſcedere nō licet.*

SI CONTRACTVM * eſt ma- 1
trimonium inter duos per uerba
de futuro, quæ uerba propriè indu-
cūt ſponſalia, & ſecuta ſit copula in
ter eos, iſta ſpōſalia trāſeūt in matri-
moniū pſumptū, & nō eſt licitū diſce
dere ab eo: & ſi poſtea unus ipſorū cū
alio cōtrahat, etiā per uerba de præ-
ſenti, ſtatur primo matrimonio, & nō
ſecūdo, etiā ſi in ſecundo interuene-
rit copula carnalis: ut probatur in ca.
is qui fidem. & in c. ſi inter uirum.
& in c. ueniens. ij. & c. ſicut ex literis.
extrà de ſponſa. ſecus ſi præcedat co-
pula, & ſequātur ſponſalia: ut d. c. ue
niēs. nec ſufficeret probare ſponſalia
& copulā, niſi probetur, quòd copu-
la ſit ſubſecuta, ut ibi: & ideo bene
aduertat ille qui articulatur, ſeu ca-
pitulat in hac materia, & concludat
quòd poſt ſponſalia, ſecuta eſt copu
la, ſi uult quòd habeatur pro matri-
monio præſumpto, & ei ſtetur. Nā ſi
probaret ſponſalia, & copulā ſimpli
citer, nō releuaret: quia potuiſſet co-
pula præceſſiſſe ſpōſalia: ſecūdū do.
Ant. de But. in d. c. ueniens. ſecūdo. in
prin. per illum tex. facit l. ad probatio
nem. cum ibi nota. C. de probatio.

## Cautela instruens aduocatum rei, cum producitur teſtamentum habens clauſulam codicillarem. CCXVIII.

1 *Teſtamento alia ſolennitas requiritur, & alia in codicillis, uel in alia ultima uoluntate.*

CAVTVS aduocatus ſeu procu-
rator rei, dum producitur teſta-
mentū, uel agitur uigore teſtamenti,
in quo eſt clauſula codicillaris iuxta
no. in aut. ex cauſa. C. de libe. præte.
debet ante litis conteſtationem pete
re: an actor teſtamento quod produ
cit, uelit uti, an ut codicillis, uel alia
ultima uoluntate: nā cogitur eligere,
& facta electione, non poterit uaria-
ri: ut l. fina. in prin. C. de codicil. & l.
quòd in hærede. §. eligere. ff. de trib.
& c. ad falſariorum. extra de crim. fal.
prope prin. & erit utile: * quia alia ſo- 1
lennitas requiritur in teſtamēto, ut l.
hac cōſultiſsima. C. de teſta. & alia re
qritur in codicillis, uel in alia ultima
uolūtate: ut d. l. fi. C. de codicil. & ita
tenet Spec. in ti. de inſtru. edi. §. com
pendioſa. uer. & not. quòd cum ulti-
ma uoluntas. & ita alias obſeruaui.

## Cautela, quod illi qui non poſſunt eſſe teſtes, ſi ſunt rogati & adhibiti à partibus, licite poſſunt. CCXIX.

1 *Teſtes idonei non ſunt parentes pro liberis, & liberi pro parentibus.*

2 *Teſtis rogatus ſemper idoneus eſt, quantumcunq; alias inhabilis ſit.*

3 *Teſtis uocatus, eo ipſo approbatus uidetur per eum, qui ipſum uocari fecit.*

4 *Teſtis domeſtici teſtificatio ualet, quando ſunt teſtes inſtrumentarij.*

5 *Notarius uocatus de facto communi, ab utraq; parte inſtrumentum conficere poteſt, etiam ſi ſit magis domeſticus unius partis, quam alterius: & maiori affectione coniunctus.*



1 LICET regulariter * parētes pro
liberis, & liberi pro parentibus
non ſint teſtes idonei, ut l. parentes.
C. de teſt. & l. teſtis idoneus. ff. eo. nec
conſanguinei: ut l. Iulia. ff. eo. nec do
meſtici aut familia, ut habetur in c. in
literis. extrà de teſti. & in c. inſinuāte.
extra de off. dele. & l. idonei. ff. de teſt.
nec procuratores uel aduocati, iuxta l.
fi. cū ibi no. ff. de teſt. nec aliq̄ pſonę ſi
miles, ut notatur in dictis iuribus: ta
mē hæc regula fallit, quando tales te
ſtes fuiſſent adhibiti, & rogati à par
tibus: quia teſti etiā nō fide digno ad
hibetur uana fides, quādo eſt à parti
bus pro teſte adhibitus: ut eſt gloſſ.
ſing. in aut. de teſti. §. & licet. quæ in
cipit, innuit. col. vij. ſecundum Bald.
in l. parentes. C. de teſti. & in l. ad te-
ſtium. §. j. ff. de teſta. quem ſequitur
Lud. de Roſ. in rubrica de arbitris. in
viij. col. ad fin. & idem tenet Alberi.
Mal. in ſuo tractatu de teſtib⁹. in iiij.
colum. in princi. qui dicit per prædi-
2 cta, * quòd ubi teſtis eſt rogatus, ſem
per eſt idoneus, quantumcunq; alias
ſit inhabilis: & pro hoc poteſt uti cau
tela ſecundum eū, ut in contractibus
eligantur potius fratres, uel affines
teſtes in inſtrumentis, quàm alij. quia
poterunt teſtificari rectius. & ideo di
cit, quòd in quæſtione facti, dum eſ-
ſet accuſatum teſtamentum de falſo,
& eſſet rogatus quidā affinis, ex quo
teſtator eum rogauit, & ſubdit quòd
idem eſt generaliter, ſiue ſit rogatus
à contrahentibus, ſiue à teſtatore, ſi-
ue à iudice, ut ſemper ſit idoneus. &
idem tenet Bald. in l. data opera. in
ix. colum. uerſi. item qui uocatur. C.
3 qui accuſat. non poſ. qui dicit, * quòd
ille qui uocatur ad teſtimonium, eo
ipſo uidetur approbatus per eum,
qui fecit uocari, & debet examinari:
ut nota. xviij. quæſt. ij. in damna. & i-
dem tenet ipſe Bald. in c. in nomine
domini. extra de teſti. & idem tenet
Angel. in l. j. in ultima colum. C. de te
ſtament. qui dicit per illam gloſſ. ſin-
gularem, in d. §. & licet. quòd ſi à cō
trahentibus teſtes etiam inhabiles ex
certa ſcientia, ad ualiditatem actus
ſint adhibiti, inter eos teſtificari po-
terunt, nec poterunt reprobari. pro
hoc optime facit quod nota. Anton.
de But. in capitul. ex literis. in pri-
mo & ij. nota. & penulti. colum. uer-
ſic. & pro hoc poteſt dici. cum uerſi-
cu. ſequen. extra de tranſact. facit l. ſi
quis teſtibus. C. de teſtibus. & quod
nota. in l. inuiti. eodem titulo. Item
pro hoc optime facit, quod not. Bal-
dus. in l. dictantibus. C. de teſtament.
& in l. ij. uerſicul. ſed quæro quid ſi
4 fuit domeſticus. C. de teſt. * ubi dicit
quòd teſtificatio domeſtici ualet,
quando ſunt teſtes inſtrumentarij:
quia utraque pars eos adhibuit: al-
legat leg. ſciendum. & ibi optimam
gloſſ. ff. de uſuris. & quod not. Bal-
dus in l. inſtrumenta. C. de probati.
ubi dic ſecundum Nicola. de Matt.
5 * quòd quando notarius eſt rogatus
de facto communi ab utraque par-
te, puta de contractu, poteſt confice
re inſtrumentum, etiam ſi ſit magis
domeſticus unius partis, quàm alte-
rius, & ei ſit maiori affectione con-
iunctus. ad idem uide Bartolum, in l.
ſi pater. in principio. ff. de Falcid. ubi
dicit, quòd licet pater non poteſt
eſſe teſtis pro filio, ut dicta l. paren-
tes. poteſt tamen notarius inſtru-
mentum filij ſcribere: ut dicta leg. ſi
pater. Ratio, quia hoc inſtrumentum
ſcribit de mandato partium, & ſi-
cut partes conſentientes, poſſunt
partem iudicem, & arbitrum elige-
re, ut

re,ut l. quia etiã.ff. de arbitris.ita poſ
ſunt pariter notarium eligere.& præ
dicta intellige uera, quando partes
cognoſcebant conditionem teſtis &
notarij:uidelicet quòd eſſet conſan-
guineus, uel domeſticus unius par-
tis, ex alia cauſa non idoneus: quia
tunc uidentur partes ei plenam fidẽ
adhibere.& intelligitur gl.in d. §. &
licet. ſicut etiam intelligit Ang. in l.
j.C.de teſtament. ut ſupra dixi.& ita
alias habui de facto, in caſu quo unus
fecit teſtamẽtum, & adhibuit fratres
legatarij in teſtamento,& dum orire
tur de legato dubium,fuerunt produ
cti fratres, & dicebant quod erant i-
donei teſtes, ex quo teſtator dixerat
notario, ſi fratres iſti legatarij poſ-
ſunt eſſe teſtes, adhibeamus eos: &
notarius affirmauit teſtatore uo-
lente:& licet prædicta uideantur eſ-
ſe contra iura quæ loquuntur ſimpli
citer, & iudices de groſſeto hoc non
crederent ei,tamen eſt uerum.

## Cautela quando debet fieri cõ-promiſſum,uel tranſactio, ut extendatur ad omnia, etiam ad deciſa per ſentẽtiã. CCXX.

1 *Compromiſſum uel trãſactio, de re clara fieri non poteſt.*

2 *Significatum non habere, nihil aliud eſt,quam negligere.*

SI VIS facere compromiſſum,uel
tranſactionem pleniſsimam,& ge
neralem, cautela eſt ut dicatur,facia-
mus compromiſſum pleniſsimum de
omnibus cauſis, litibus, quæſtioni-
bus,& differentiis uertetibus,& quę
uerti poſſent inter partes quacunq;ra
tione uel cauſa, & quòd intelliga-
tur eſſe lis, quæſtio, controuerſia, &
differẽtia de omni eo, ſuper quo fuit
arbitratum.ſecundum Angel.in l.pri
ma.ff.de tranſact.de quo uide omni-
no ibi,dominum Paul. de Caſtro: &
uide Anto. de Butrio, & Canoniſtas
in c.expoſita.extra de arbitris.& ad-
datur cum omnibus dependentibus,
connexis, & emergetibus ab eiſdem
quoquo modo. iuxta nota. in l. cum
actum.in principio.ff.de negot.geſt.
& hæc uerba dicuntur: * quia de re 1
clara uel deciſa, regulariter non po-
teſt fieri compromiſſum, uel tranſa-
ctio:ut dicta l. j. cum ibi nota. ff. de
tranſact.& propter dicta uerba uale-
bit compromiſſum & tranſactio, e-
tiam ſuper rebus claris & deciſis: ſe-
cundum Angel. & Doctor. in dicta
l.j. Item addatur, quòd dictum com-
promiſſum,uel tranſactio,uel quieta
tio, ſiue liberatio referatur ad omnia
tam cognita quam incognita, etiam
ſi dolo alicuius contrahentium erãt
incognita,& in genere, & in ſpecie:
& etiã ad iura,& obligationes quaſ-
cunq;, etiam ex futuro pendetes, &
quacunque cauſa:alias ad iſta non re
ferantur:per l.tres fratres.cum ibi no
ta.ff.de pact.Et ibi hanc cautelam po
nit Ange.& inquantum fiat ſuper cõ
trouerſiis,& differentiis ex teſtamẽ-
to pendentibus, ſemper adiicias hæc
uerba, uiſis, inſpectis, & cognitis uer
bis teſtamenti, uel talis ultimæ uo-
luntatis: tam per ipſos contrahen-
tes,uel litigantes,quam per alios iu-
riſperitos: ſecundum Angelum in d.
l.tres fratres,qui dicit, hoc modo cui
tabis omnem errorem & amaritudi-
nem:& hoc etiam per l.de his.cum i-
bi nota.ff.de tranſactio.& ſi litigan-
tes, uel tranſigentes ſunt literarum
ignari, apponi facias hæc, Viſis, inſpe
ctis,& cognitis uerbis teſtamẽti,uel
ultimæ uoluntatis per iuriſperitos,
de eorum mandato, & in eorum no-
titiam, inſinues plenarie in uulgari
ſermone,ad eorũ plenam & clarũ in-
telligentiam:ut l.j. §.final.ff. de uer-
borum obligat.ſecundum Angelum
in dicta leg. de his.in principio. & ſi
iſta uerba non eſſent appoſita, ta-
men



men ſi partes aſſeruerunt ſe habe-
re plenam notitiam, ſufficeret partes
legiſſe: * quia non habere ſignifica- 2
tum, nihil aliud eſt, quam negligere:
quia ſignificatum huius uerbi, ſola
inſpectione non uerificatur:ut l.j. §.
ſed ſi legi.ff.de his quæ in teſtamen-
to delentur. ſecundum Angelum, in
dicta lege, de his. circa principium.
quæ omnia bene nota: quia quoti-
diana.

## Cautela in fauorem tutorum ad exonerandum eos, quod finita tutela, non poſsint amplius moleſtari à minoribus, CCXXI.

1 *Tutor de tutelæ adminiſtratione, quinque modis abſolui poteſt.*

2 *Calculatorum officium quod eſſe debeat, & quæ eorum relatio: remiſſiue.*

3 *Adultus curatorem habens teſtari poteſt.*

4 *Metus omnis & reuerentia minorũ, agnatorum & cognatorum præſentia ceſſare præſumitur.*

5 *Contractus bona fide factus, quando præſumatur.*

6 *Dolo quis conqueri non poteſt, ubi conſanguineorum uel amicorum præſentia fuerit.*

7 *Tutore dolus & culpa abeſſe præſumitur, conſilij coniunctorum ratione.*

8 *Amicorum idem, quod conſanguineorũ præſentia operatur.*

9 *Minor de dolo uel metu conqueri non poteſt, propter præſentiam, & autoritatem, uel decretum iudicis.*

10 *Simoniam iudicis autoritas ceſſare facit.*

11 *Iudicis decretum operatur, ut quis allegare nequeat ſe ultra uel citra iuſti precij dimidam deceptum.*

12 *Iudicis autoritate, ſolennitates omnes adhibitæ præſumuntur.*

13 *Abſolutione generali quis liberatus nõ uidetur ab eo, quod per dolum uel latam culpam factum fuerit.*

14 *Abſolutio quantumcunq; generalis tutori, uel alteri facta, non extenditur ad bona, quæ apud abſolutum de bonis abſoluentis eſſent.*

15 *Verbum refutatio, quod uerbum ſit.*

16 *Iuramentum minori ſimpliciter præſtitum, quid operetur.*

17 *Debitor, qui uult pleniſsime liberari, quid in inſtrumento facere debeat.*

18 *Iuramentum de iure canonico fortiſsimum uinculum extat.*

TVTORES SEMPER deſi
derant finita tutela, ſe liberare
ab adminiſtratione tutelæ, ita ut am
plius minores, uel facti maiores non
poſsint conqueri, uel moleſtare eos
de mala adminiſtratione, ideo ui-
deamus de remedio. Pro quo a Calculator. *Calculatores rationum deputati per iudicẽ ad calculãdũ, debent iurare. Bal. in l. hac edictali. §. his illud. ij. col. uerſ. pone conſules mercatorũ. C. de ſec. nup. & dicũt arbitratores ſecũdũ Bal. ibi. & per Bar. in cõſil. literæ magnificentiæ ueſtræ. & tex. not. in l. ſi reſiduũ. C. de pig. & in l. ſi cui libertas. de cõd. & demõ. et ibi Imo et Pau. de Caſt. qui dicit eos habere iuriſdi.*
dic, quòd quinque modis poteſt
1 tutor abſolui: * Vno modo, per ſen-
tentiam arbitri in quo factum fue-
rit compromiſſum, ut l.iij. in prin-
cipio.ff.de arbitris.& ibi habetur per
gloſſ.& Doctor. Secundo modo,
per ſententiam arbitratoris, de quo
dic ut ibi per Barto.& Doctor.in d.
l.ſocietatem. §.arbitrorum.ff.pro ſo
cio.& per canoniſtas in c.quintaual-
lis.extra de iureiur. Tertio modo,
per ſententiam iudicis ordinarij, cui
arbiter æquiparetur,ut l.j.ff.de arbi-
tris.Et hoc poteſt fieri duobus mo-
dis. Vno modo per uiam libelli ordi
narij, in quo petatur per minorem,
quòd tutor, uel eius hæres rationem
adminiſtrationis tutelæ generaliter
gerat, iuxta notata in l.licet.C.de iu-
diciis.& hoc caſu poterit etiam peti
uel per minorem, uel tutorem,uel e-
ius hæredes, quòd eligantur calcula
tores [a] ad uidendum, & examinan-
dum omnes rationes dictæ tutelæ:
& poſtea ad referendum iudici,uelut
iudici permittitur eligere dictos cal
culatores:quia in cauſis in quibus cal
cul

culationes uertuntur, permittitur iu
dici ponere arbitrum ſeu arbitros, id
eſt, calculatores, qui prædictas calcu
lationes diſcurrant, & referant: ut
C. de uſu & fruct. leg. l. ij. & ff. ſi cui
pluſquam per legem Falcidiam. l. j.
& l. ſi reſiduum. C. de diſtrac. pigno.
Ita nota. dicit Bartol. in conſilio ſuo
ix. quod incipit, literas magnificen-
tiæ ueſtræ. & idem notat Angel. in di
cta l. j. §. Marcellus. ff. ſi cui pluſquam
per legem Falcidiam.*Vbi uide qua- 2
liter autem calculatores debeant,
& per quem, uel quos, & eorum re-
lationem, uide omnino per Ange-
lum in dicta l. ij. C. de uſu & fructib.
lega. Alio modo poteſt procedi co-
ram iudice, ſcilicet per uiam libelli
particularis: quia minor conqueritur
de quibuſdam particulariter, & ſpe-
cifice contra tutorem, & eius hæ-
redes, iuxta notata in dicta l. licet. C.
de iudiciis. & tunc non eſt neceſſa-
ria datio calculatoris, ſed ſolum ue-
niendum eſt ad probationes neceſ-
ſarias: & hi duo modi poſſunt ob-
ſeruari coram arbitro, & arbitrato-
re, qui æquiparantur iudicibus: ut l.
prima. ff. de arbitris. & l. non diſtin-
guemus. §. cum quidam. eodem titu.
Quarto modo, poteſt principali-
ter tutor abſolui in teſtamento mi-
noris,*quia etiam adultus habens cu 3
ratores, poteſt teſtari: ut eſt gloſſ. no
tabilis in l. Aurelius. §. Gaius. in uer-
ſicu. legitimam. ff. de libe. lega. & a-
lia in l. prima. §. fuit quæſitum. ff. ad
Trebellianum. uel etiam in codicil-
lis, & per uiam liberationis & lega-
ti: & iſta liberatio poteſt relinqui tri
bus modis: ut nota. in d. §. Gaius. in
gloſſa magna. & de iſto modo abſol
uendi, uide text. gloſſ. & Docto-
res in l. ſi qui rationes. ff. de liber. le-
ga. & l. quidam decedens. de admini.
tutorum. & in l. ſi ſeruus uetitus. de
leg. primo. pleniſsime per Bartolum,
in dicto §. Gaius. Quinto & ul-
timo modo, poteſt abſolui tutor, ui-
delicet per uiam liberationis, ſiue e-
tiam donationis inter uiuos, puta,
quia minor abſoluit, & liberat ſpon-
te, ſine redditione rationis, olim tu-
torem ſuum, uel eius hæredes. Et i-
ſte modus, ad hoc ut ſit ſecurus, de-
bet fieri cum præſentia agnatorum,
uel cognatorum ipſius minoris, &
cũ præſentia alicuius iudicis ordina
rij autoratis, & quod dicti agnati, uel
cognati bene, & diligenter prius ex
aminent ipſum minorem, an uelit
facere liberationem ſeu abſolutio-
nem ſponte, libere, & ex certa ſui
ſcientia, non ductus aliquo errore
iuris, uel facti, non per metum, uel
minas, ſeu dolum, uel circunſcriptio
nem, & hoc iudici referant, & ita etiã
iudex de præmiſsis diligenter exami-
net, & inquirat quibus pactis minor
dicat, & affirmet ſe bene uidiſſe ra-
tiones ſuæ tutelæ, & quòd abſoluit
& liberat dictum ſuum tutorem ab o-
mni eo, quod ipſe adminiſtraſſet de
bonis ſuis, ſiue per negligentiam, ſi-
ue per culpam leuem & latam, ſiue
etiam per dolum, & de omni eo,
quod de bonis & rebus ſuis perue-
niſſet ad manus dicti tutoris, & de
præſenti eſſet, uel reperiretur in ma-
nibus dicti tutoris, uel eius hæredis,
& promittit enim tutorem, uel eius
hæredes amplius non inquietare, uel
non moleſtare de iure, uel de facto,
prædictis & rationibus, & alia qua-
cunque ratione, ſeu cauſa: & maxi-
me, quia etiam intelligit dictum tu-
torem bene gubernaſſe omnia bona
ſua, & ſi dictus tutor, ſeu eius hæres
teneretur ſibi uigore adminiſtratio
nis dictæ tutelæ in aliqua re, uel quã
titate, quantumcunque ſit illa res,
uel quantitas, ex nunc facit ſibi re-
ſuta



futationem, finem, remiſsionem, li-
berationem, & donationem, uel pa-
ctum de ulterius non petendo: ut po
natur ei iuramentum minoris, per
quod promittat, ſe omnia & ſingu-
la ſupra ſcripta habere firma, rata,
& grata, & attendere, & obſerua-
re, & nunquam in aliquo contra-
uenire, ſeu facere de iure, uel fa-
cto ratione minoris ætatis, ſeu ra-
tione alicuius læſionis, quanta-
cunque ſit, uel eſſet læſio, etiam
ſi eſſet in magna ſeu maxima quan-
titate, & alia quacunque ratio-
ne, uel cauſa cognita, uel ignota,
quæ dici, uel excogitari poſſet: pro-
mittat etiam non petere reſtitutio-
nem in integrum, quæ competit mi-
noribus ex aliquo caſu, nec reſtitu-
tionem, quæ competit maioribus
uigintiquinque annis: ex quocun-
que caſu, maxime ex clauſula gene-
rali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe ui-
debitur. iuxta l. prim. in fine. ff. ex
quibus cauſis maior. & in dicto in-
ſtrumento ſcribatur conſenſus di-
ctorum agnatorum & cognatorum,
& decretum ſiue autoritas iudicis,
qui pronunciet omnia & ſingula ſub
ſcripta, rite & recte facta fuiſſe, &
ualere & tenere: & quia iſte ultimus
modus abſoluendi tutorem, eſt ple-
nior & tutior, ideo ipſum examine-
mus: & primo dixi, quòd debet fie-
ri abſolutio & liberatio cum præ-
ſentia agnatorum, uel cognatorum
4 minoris,* quia propter talem præ-
ſentiam eorum, omnis metus, & ni-
mia reuerentia ceſſare præſumitur:
ut l. tranſactionem. C. de tranſactio.
ſecundum Bartolum, Baldũ, & Do-
ctores, ibi. & idem dicit Bartol. in l.
frater à fratre. in ultima charta. circa
principium. ff. de condictione inde-
5 biti. * Vbi etiam dicit, quòd talis
contractus præſumitur factus bona
fide, & præſumitur ceſſare omnis ſu-
ſpitio. & Baldus idem dicit in l. pri-
ma, in ſecunda columna. ff. ſi quis a-
liquem teſtam. prohib. & idem tenet
Bart. in l. j. C. de prædi. curia. libro x.
6 *ubi prius dicit, quòd præſentia con
ſanguineorum, uel amicorum ope-
ratur, ut quis non poſsit conqueri de
dolo, uel metu, per illum textum. fa-
cit quod not. Baldus in l. Polla. C. de
7 his quibus ut indignis. *Vbi dicit,
quòd ratione conſilij coniunctorũ,
præſumitur à tutore abeſſe dolus &
culpa: quod eſt no. dignum ſecundũ
eum. Sed ſi non eſſent agnati, uel co
gnati ſeu conſanguinei minoris, uel
eius parentum, adhibeantur amici.
8 *Nam præſentia amicorum idem o-
peratur, quòd præſentia conſangui-
neorum: ut probatur in dicta l. tranſ-
actionem. & ita ibi not. Barto. Bal. &
Doctor. & Bartol. in d. l. j. C. de præ-
di. curia. lib. x. facit l. magis puto. §.
in primis. ff. de rebus eorum. & l. hæc
autem. §. primo. uerſiculo. ſi autem
non habeant. ff. quibus ex cauſis in
poſſeſsionẽ eatur. & l. fina. ff. ubi pu-
pillus educari debeat. Sed ſi amici mi
noris, uel eius parentum non repe-
rirentur, tunc aliud conſilium eſt,
quòd elegantur duo, uel tres boni
uiri à prætore, uel à iudice loco at-
tinentium, qui uideant & examinent
dictum minorem, ſicuti ex conſan-
guineis dictum eſt. pro hoc d. l. hæc
autem. §. primo. & de hoc ſunt ſta-
tuta in multis locis. Sed ſi non eſſent
ſtatuta, tamen bonum conſilium eſt:
quia operatur idem, quòd præſen-
tia conſanguineorum. Item dixi, de-
bet adhiberi præſentia iudicis or-
dinarij, qui interponit decretum
9 ſuum &c. * Et eſt ratio, quia pro-
pter eius præſentiam, & autorita-
tem, uel decretum, ipſe minor non
poterit conqueri de dolo, uel me-
tu.

tu.ita no.dicit Bart.in d.l. frater à fra
tre.& Cardina. Zaba.in c.de cætero.
in prima & ſecunda opinione. extrà
de tranſac.*ubi etiam dicit, quòd au 10
toritas iudicis feciſſet ceſſare ſimo-
niam.allegat c.niſi.de præbendis.*I- 11
tem operatur decretum iudicis, ut
quis nõ poſsit allegare ſe deceptum
ultra uel citra dimidiam iuſti precij,
ut ſingulariter notat Bartol. in dicta
l.j.per illum textum.C.de prædi.cu-
ria.& Bartol. & Angel. in d.l.j.C. de
præſcriptio. xxx. annorum. & Ang.
de Aretio, inſtitut.de actio.§.ſi quis
agens.*Item operatur, ut omnes ſo- 12
lennitates præſumantur adhibitæ:ut
ſingulariter notat Specu. in titu.de
emptio.& uendit. §.nunc ſciendum.
uerſicul. & breuiter ſcias.& habetur
per Doctores in l.ſciendum.ff.de uer
borum obligatio.& facit quod nota
tur.in l.cum hi. §.ſi prętor.ff.de tranſ
actio.Item quod dixi, fuit per negli-
gentiam, ſiue per leuem & latam cul
pam, & dolum:*quia per abſolutio- 13
nem generalem non uidetur quis li-
beratus ab eo, quod per dolum, uel
per latam culpam abſolute factũ eſt:
ut eſt tex.in l.ſi quis rationes.ff. de li
be.lega.& in dicta l.ſi ſeruus uetitus.
ff.de legatis primo.in ultima charta.
& l.quidam decedens. & ibi per glo.
& Docto.ff.de adminiſtra. tutorum.
& no.plene per Bartol. in l.Aurelio.
§.Gaius.ff.de libe.lega. Item dixi
de prę̨ſenti eſſet, & reperiretur in ma
nibus dicti tutoris:* quia abſolutio 14
quantumcunq; generalis facta tuto-
ri, uel alteri, non extenditur ad bo-
na quæ apud abſolutum eſſent de bo
nis abſoluentis: quia de illis nõ uide
tur cogitatum, niſi expreſſe dictum
ſit: ut in l.dominus Sticho. §.finali.
de pecu.lega.& ibi hoc notat Barto.
in dicta l.ſi quis & rationes.& in d.l.
quidam decedens. & in d. l. ſi ſeruus
uetitus. & per Doctores in dictis iu-
ribus.& probatur in l. tres fratres. &
ibi no.de pactis. Item dixi quan-
tacunq; ſit illa quantitas:quia ſi dice
retur, & in aliquo teneret, &c.intelli
geretur de modico, iuxta notata in
ſimili de uenditione:ut l.ij.C. de rei
uendica.& in l.ſciendum.ff.de uerbo
rum obligat.& nota. per Cano.in c.
quintaualli s.de iureiurand. quando
datur poteſtas arbitratoribus. I-
tem dixi, ex nunc faciat finem, refu-
tationem, & remiſsionem: in qua li-
cet non ualeret ex aliquo capite libe
ratio, ex eo quia uideatur liberaſſe
tanquam bene geſſerit, ualebit tan-
quam donatio & refutatio. * Item 15
uſus iſtis uerbis, quia uerbum refuta-
tio. eſt uerbum generale:ergo com-
muniter iſta uerba ſolent apponi in
inſtrumentis per notarios. Item di
xi habere rata & grata: quia non poſ
ſet amplius minor uenire contra, de
iure, uel de facto. Nam ſi promitti-
tur ſolum ratũ habiturũ, intelligitur
promiſiſſe de non contrahendo de
iure tãtũ, ſed ueniendo de facto tan-
tum, non teneretur: ut probatur in
duob[9] gloſſellis, in l.id quod paupe
ribus. C. de epiſcop. & cleric. & ibi
hoc nota.Bartol. in l. metum. §. uo-
lenti.ff. quòd metus cauſa. & ad dif-
ferentiam inter ratum & firmum. fa-
cit l.generali.C. de ſacroſanctis ec-
cleſi.& l.illud.ff.de iure patronatus.
& l.ſi pater. ff. de ritu nupt. Item
dixi, ratione minoris ætatis, uel alia
quacunque ratione:* quia iuramen- 16
tum ſimpliciter præſtitum, ſolum o-
peratur ut repræſentet eum maio-
rem: ut nota.in autentic. ſacramen-
ta puberum. C. ſi aduerſus uendi-
tio.unde neceſſarium eſt addere, uel
alia quacunque ratione, uel cauſa.
Item dixi, cauſa cognita, per te-
xtum l. qui iure militari. ff. de teſta-
men



men.mili.per quem dixit ibi Baldus
17 & Ang.*quòd debitor, qui uult ple-
niſsime liberari, ſit caut[9] ut in inſtru
mẽto faciat addere, quòd dicta quie
tatio etiam ad ignorata, uel incogni
ta porrigitur.& idem etiam notat in
dicta l tres fratres. de pactis.& dixi
in cautela precedenti. Et aduerte,
quia iſtud non procederet in mulie
re, uel minore, propter eorum fragi
litatem: ut dixit Baldus & Angel.in
dicta l.qui iure militari. per not. in
l.ſciendum.de uerborum obligatio.
& l.ij.C.de reſcinden. uenditio.hæc
uero clauſula tantum procedit in
minore liberante. Sed aduerte,
quia uidetur, quòd dictæ clauſulæ
non ſint neceſſariæ: quia aut minor
non læditur propter hanc liberatio-
nem, & non eſt opus tanta ſolenni-
tate. Aut eſt læſus, & iſtæ ſolennita-
tes uidẽtur eſſe iniquæ, & propter-
ea non apponendæ. Ad quod tu di-
cas, quòd dictæ clauſulæ quãdoque
ſunt neceſſariæ & iuſtæ, quandoq;
non. Nam ſi minor non læditur, tũc
multæ de prædictis ſunt utiles, & ne
ceſſariæ & iuſtæ, & omnes illæ ex
quibus tollitur omnis præſumptio,
uel ſuſpitio metus, uel reuerentiæ,
uel doli, uel cuiuſcunque alterius
fraudis, uel malæ ſuſpitionis. Nam
licet minor ſit læſus, non poſſet con
queri, quòd dictam liberationem fe
cerit inductus dolo, uel metu, &c.
& ſic poſſet reſcindi liberatio: unde
hoc caſu, dictæ clauſulæ ſunt neceſ-
ſariæ, uel ſaltem utiles & iuſtæ. Si ue
ro minor eſſet in ueritate læſus ex
dicta liberatione, puta quia tutor
male gubernauerat facta minoris, &
tunc aut intentio minoris, eſt ex a-
liqua iuſta cauſa, puta quia eſt filius
uel nepos tutoris, uelle liberare i-
pſum quondam tutorem ſuum etiã
de omni eo quod male gubernauit,
& hoc uult facere ex certa ſcientia,
& tunc idem ualet, quòd dictæ clau-
ſulæ ſunt utiles & neceſſariæ, ac e-
tiam iuſtæ, & apponi poſſunt etiam
in foro conſcientiæ, dummodo de-
claretur prius minori uirtus & po-
tentia dictarum clauſularum, & in
quo proſunt, uel noceant ſibi in cau
ſa: ſicut certioratur mulier de Vel-
leiano: ut habetur in l.iubemus.C.
ad Velleia.& in l.ſciẽdum ff.uerbo-
rum obligatio. Tu qui es notarius,
poteris uti dictis clauſulis, ſed non
aliter, ut ſtatim dicam. Aut intentio
minoris eſt, abſoluere olim tutorẽ
ſuum: quia credit ipſum bene gu-
bernaſſe, & ſi aliter crederet, non li
beraret eum: & tunc dico, quòd di-
ctæ clauſulæ pro maiori parte non
ſunt honeſtæ, imò iniquiſsimæ: quia
ſunt præter & contra intentionem
minoris, & per eas iniuſtæ decipe-
retur, & ideo hoc caſu notarius nun
quam apponat eas, per quas exclu-
di poſſet à beneficio reſtitutionis in
integrum, nin poſsit docere de ſua
læſione & interitu, nõ apponat hoc
18 caſu ſacramentum minoris, * quod
eſt fortiſsimum uinculum de iure
canonico: ut habetur in capitulo, cũ
contingat.& capitulo, ſi uero. extrà
de iureiurando: quia poteſt ſaluari
ſine interitu ſalutis eternæ iurantis:
ut ibi.ſed cum interitu animæ defe-
rentis, uel notarii ſcribentis, uel ad-
uocati, aut procuratoris, uel alterius
hoc conſulentis, uel alicuius autorã
tis: & hoc modo, & in hoc caſu, in-
telligo quod dixit Cyn.in dicta au-
tentic.ſacramenta puberum. C.ſi ad
uerſus uendi. in prima quæſtione,
ubi dixit, quòd illa autentica, ſiuę
conſuetudo, ut deferatur iuramen-
tum, eſt erronea, & multos miſit ad
inferos, & multa patrimonia inique
acquiſita exinaniuit & deſtruxit: qđ
Ft eſt

eſt neceſſarium, & bene nota cõtra multos, & maxime aduocatos, qui hoc conſulunt, ut uideantur ſapientes, quod nunquam tu facias.

### Cautela qualiter debeat emanare reſcriptum à principe, ad hoc, quod quis poſsit audiri in cauſa, in qua non appellauit. CCXXII.

1 *Reſcriptũ impetratum à principe, ad hoc ut aliquis audiri poſsit, ipſo iure nullum exiſtit.*

SVPPLICATVR ſæpiſsime principi, quando cauſa eſt deciſa & finita, a qua amplius appellari non poteſt: quia tranſiuit in rem iudicatam: puta, quia ſunt latæ tres ſententiæ conformes: ut l. prima. C. nemini liceat in una eademque cauſa tertio prouocare. & capi. ſua nobis. extra de appellatio. uel quia nõ fuit appellatum, & ſic uictus ei acquieuiſſe uidetur. l. ab eo. C. quomodo & quando iudex. uel quia poſt ſententiam incepit ſoluere, uel terminum petiit ad ſoluendum. C. de re iudica. l. ad ſolutionem. uel quia fuit appellatum, & deſerta eſt appellatio per lapſum anni, uel ex cauſa biennii, ut in auten. ei qui. C. de tempo. appel. & capitulo, cum ſit Romana. de appellati. & habetur in capitulo, ex ratione. eod. tit. & à principe obtinere reſcriptum, & iterum cauſa audiatur, & terminetur: & multi credunt, quod tale reſcriptum ualeat. * Sed tu dicas contrarium, quia imo 1 eſt ipſo iure nullum: ut eſt textus in l. cauſas uel lites. C. de tranſact. & l. finali. C. ſenten. reſcin. non poſ. & l. finali. C. de errore aduoca. imo plus dicit, ſi quis tale reſcriptum impetrauerit, non ſolum erit nullum, & ſuo deſiderio carere debebit, ut dictis iuribus, ſed etiam ignominiæ pœna notabitur, id eſt efficietur infamis: ut eſt textus multum ſingularis in d. l. finali. C. ut lite pendente. qui textus procedit, ſiue non ſit appellatum, uel appellatio ſit deſerta, ut ibi dicitur in tex. ſiue etiam bis ſit appellatum, & propter hoc non poſſit amplius appellari: ſiue non poſsit appellare: quia fuit contumax. iuxta l. ex conſenſu. §. finali. ff. de appella. & l. ſecunda. §. finali. cum ibi notat. ff. quando appella. ſit. ut uult gloſſ. not. in dicta l. finali. C. ut lite pendẽ. Sed ad hoc ut dictum reſcriptum ualeat, cautela eſt, ut dicatur non obſtante l. finali. C. ſentent. reſcin. non poſ. & l. fina. C. ut lit. pendent. cum ſimili. ut not. gloſſ. in d. l. ultima. ſenten. reſcindi non poſſe. facit quod notat Bartol. in l. uacuatis. C. de decurio. lib. x. & puto etiam, quod ſufficiat, ſi diceretur non obſtantibus aliquibus legibus, uel ſtatutis in cõtrarium facientibus, per not. in aut. hoc inter liberos. C. de teſtamentis. & l. ſi quis in principio teſtamenti. per Bartol. ff. de leg. j. & l. finali. C. ſi contra ius uel utili. publi. & per Canoniſtas in capitu. quæ in eccleſiarum. extra de conſtitutio. & per Antonium de Butrio. in ca. primo. eodem titulo. uerius tamen ubi iura ciuilia obſeruantur, ſeruatur contrarium: quia huiuſmodi reſcripta ſeruantur, quando ſunt impetrata ſeruatis ſolennitatibus Venetiarum, etiam ſi non ſit clauſula, non obſtante. quod nota, quia pauci aduertunt.

a Legitimar. *Legitimatio, quot et quibus fieri poſ. iſti. de hæredi. quæ ab inteſt. deferũ. §. j. et in aut. qui. mo. natu. eff. legi. Bal. i l. eam quã. ix. col. C. de fideicom. & Ant. Roſ. i tra. legi.*

### Cautela inſtruens patrem, uolentem filios naturales legitimare. CCXXIII.

1 *Matrimonio ſubſequenti omnes filij legitimantur.*

HABENS filios naturales, eos legitimare[a] nõ poteſt, niſi per matrimonium tantum ſubſequens: quando eorum mater eſt talis mulier, quam pater poſsit uxorem commode habere: ut eſt tex. cum gloſſa ſingulari in autentic. quibus modis natu. effi. legitimi. §. ſit igitur licentia. quæ incipit, id eſt non permittimus. columna ſexta. & idem hoc tenet ibi Angelus & Baldus, in capitulo, illud. in ii. prima columna. extrà de præſumptio. Et ideo tu qui uis legitimare filios tuos, ſis cautus ut aduertas, ſi poteſt commode contrahere cum matre filiorum: quia oportet cum ea contrahas matrimonium: * quia per ſubſequentiam matrimonii legitimabũtur. l. cum quis. & l. nup. C. de natu. libe. & capitulo, tãta. extrà qui filii ſint legitim. uel ſi non uis eam capere in uxorem, ſed ſolum filios legitimare, per reſcriptum principis facias, quòd dicatur in reſcripto, non obſtante, quòd eorum matrem poſsit pater commode in uxorem accipere, uel non obſtante dicto §. ſit igitur licentia. per ea quæ dicta ſunt in præcedenti cautela. Ac etiam ſis cautus ulterius, ſi faceres legitimare eos à comite Palatino, habente poteſtatem ab imperatore legitimandi, ut inſpicias uerba ſui priuilegii, iuxta cap. porro. extrà de priuile. & l. fideiuſſores magiſtratuum. §. Aurelio. ff. de fideiuſſo. ut ſi in eo non reperies, quòd habeat poteſtatem legitimandi naturales, etiam ſi pater eorum poſsit matrimonium contrahere cum matre, uel ſi non eſt clauſula, quòd poſſit legitimare, non obſtante dicto §. ſit igitur licentia, quòd non confidas de dicto priuilegio, per ea quæ dicta ſunt. Item & tertio ſis cautus, quando uis impetrare huiuſmodi reſcripta ab imperatore uel Papa, ut in eis dictam clauſulam apponi facias.



### Cautela in fauorem hæredis, ut non poſsit cõueniri infra certum tempus à creditoribus hæreditatis. CCXXIII.

1 *Hæres, dum inuentarium fit, alicui nõ tenetur.*

INSTITVTVS hęres ſi uult habere dilationem aliquam, infra quam non poſsit conueniri à creditoribus hæreditariis, uel legatariis poſt aditam hæreditatem, etiã quando hæreditas eſt ſoluendo, cautela eſt, ut conficiat inuentarium, & incipiat ipſum infra triginta dies à die aditæ hæreditatis, & compleat in fine trium menſium, ſi res hæreditarię ſunt præſentes, & ſi abſunt, in fine anni. iuxta l. fin. §. ſinautem dubius. C. de iure delib. & interim infra dictum tempus quo inuentariũ conſcribitur, non poterit hæres conueniri à creditoribus hæreditariis, uel legatariis, nec ab eis inquietari, nec ad iudicium trahi, nec poterunt etiam per hypothecariam res hæreditariæ uendicari: & ſic habebit dilationem trium menſium, uel unius anni, inuitis creditoribus & legatariis: ut eſt caſus in l. finali. §. donec. C. de iure delib. & eſt gloſſ. in dicto §. ſinautem dubius. in uerbo, immiſceat. quæ dicit per d. §. donec. * 1 quòd interim dum fit inuentarium, hæres non tenetur alicui. & idem notat Azo, in ſumma. C. de iure delibe. in uerſi. effectus autem huius inuentarii. Et aduerte, quia iſtud beneficiũ dilationis durat, donec conſcribitur inuentarium, ut dixi. & ideo ſis cautus, ut nõ compleas, niſi in fine triũ menſium, uel anni: quia ſi compleres prius, poſſes conueniri ante lapſum dicti temporis: ut probatur in d. §. donec. & ita ſetit Azo, in dicto uerſi. effectus.

Cautela pro emente ab hærede res hęreditarias[a], quod inſtrumentum dicat, quod ſoluit illam pecuniam pro ſatisfaciendo creditoribus, & legatarijs, ac ipſis p̄ſētibus. CCXXV.

a Res hæred. *Emptor hæreditatis, an & q̄uo teneat ad debita creditoris. gl.* Bart. & Io. *de Pra. in l. ſi actor. ij. colū. ff. de pecu. Itē et ad ea q ſoluit hæres uēdēs creditoribus, uel legatarijs. Alex. cōtra. et Paul. de Caſt. in l. ij. C. de leg.*

1 *Hæres ſi ſimpliciter uendiderit, non dicendo, cauſa ſatisfaciendi creditorib⁹, uel legatarijs, an tunc emptor conueniri poterit.*

QVANDO quis emit aliquā rem hæreditariam ab hærede, qui conficit inuentarium ſolenniter, non poteſt conueniri à creditoribus hæreditariis, uel legatariis: ut l. ſi eo. §. & ſi præfatam. C. de iure delibe. ſecundum quod ibi notatur, quod intellige, quando hæres uendidit dictam rem pro ſatisfaciendo creditoribus, uel legatariis hæreditatis: ut in d. l. finali. §. licentia. id eſt ibi, pro ſoluēdis debitis, uel legatis: & quando pecunia ſoluta per emptorem, fuit ſoluta per hęredem creditoribus, uel legatariis: ut probatur in dicto §. & ſi præfatam. in fine. ibi, quarum precia in legata, &c. & ſi iſta duo concurrunt, res non habet dubium per dicta uerba. 1 *Sed dubium eſt, quid ſi hæres uendidit ſimpliciter, non dicendo, cauſa ſatisfaciendi creditoribus, uel legatariis, an tunc emptor poterit conueniri. Et uidetur, quòd ſic: quia quando quis uendit rem, in dubio uendere uidetur iure proprio, & pro ſe: ut notat Bartolus in dicto §. & ſi pręfatam. & Baldus clarius in l. mater. in fine. C. de rei uendi. unde non uidetur uendidiſse pro ſatisfaciendis creditoribus, uel legatariis. & ideo dominus Paulus de Caſtro in dicto § & ſi præfatam. in fine, dicit, ꝙ emptor non erit ſecurus, & propterea debet eſſe cautus, quādo uenditur ſibi, ut dicatur in inſtrumento, quòd uenditio ſit cauſa ſatisfaciendi creditoribus, uel legatariis: quod teneo eſſe uerum, quando pecunia non fuiſſet ſoluta creditoribus: uel legatariis, per dictum §. & ſi præfatam. in fine. & per dictum §. licentia. j. Sed ſi pecunia fuiſſet ſoluta creditoribus uel legatariis, teneo quòd ipſe emptor erit ſecurus. ſed hoc tenet Baldus ſecundum Odofredum in dicto §. & ſi præfatam. in uerſiculo penultimo. & maxime hoc procedit, quando immediate recepta pecunia, hæres ſoluit creditoribus, uel legatariis, quia ex iſto actu ſequenti declaratur uoluntas hæredis, quòd uendiderat cauſa ſatisfaciendi, ſicut fecit, per l. ſi ſeruus plurium. §. finali. de legatis primo. Sed ſi hæres uendidiſſet pro ſatisfaciendo creditoribus, uel legatariis, & in ueritate non ſatisfeciſſet, nunquid emptor eſſet ſecurus? credo, ꝙ non: per dictū §. & ſi prefatam. in fine. Et ideo ut tollantur iſtæ dubitationes, emptor ſit cautus, ut faciat apponere in inſtrumento uēditionis, quòd hæres uendidit pro ſatisfaciendo creditoribus, & legatariis, & exburſet pecuniam ipſi hæredi, præſentibus creditoribus & legatariis, & recipientibus dictam pecuniam ab hærede: & ita ſcribatur in inſtrumento uenditionis, ſiue ſolutionis pecuniæ factæ per emptorem, & tūc erit ſecurus. facit, quod not. in autentic. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanct. eccleſi. & x. quæſtione ſecunda. ca. hoc ius porrectum. & l. ultima. ff. de iniuſto.

Cautela quod inuentarium tutoris de rebus pupilli, proſit ipſi pupillo hæredi. CCXXVI.

1 *Inuentarium quotuplex eſſe dicatur.*
2 *Inuentarium, quod tutor facit pro adminiſtratione tutelæ conſequenda, an ipſi pupillo proſit, ut inuentarij utriuſq; beneficio uti poßit.*

DVPLEX eſt inuentarium, 1 *unum tutoris, de quo in l. error qui repertorium. ff. de adminiſtratio. tutorum. Aliud eſt hæredis, de quo in l. finali. C. de iure deliber. 2 *Sed eſt dubium, nunquid inuentariū quod facit tutor pro cōſequenda adminiſtratione tutelæ, proſit pupillo hæredi, ut poſsit uti beneficio utriuſque inuentarii. Dicas, quòd non: quia iſta inuentaria requirunt diuerſas ſolennitates: & in multis diſcrepant inter ſe, ut patet ex his q habentur in d. l. tutor qui repertorium. in principio. & in dicta l. finali. & ita tenet Bartolus in l. in ratione. §. quod uulgo. in penultima columna. quæro tutor. ff. ad l. Falcidiā. & Baldus in dicta l. finali. §. cum igitur. in penultima columna. ibi, etiam ſoluta eſt quæſtio. & idē tenet dominus Paulus de Caſtro in §. & ſi præfatam. in fine. in ea. lege. & in conſilio ſuo xxviij. uerſiculo, ſuper ſecundo. In quibuſdam tamen locis eſt conſuetudo, quòd inuentarium tutoris ſufficiat pupillo hæredi, quæ conſuetudo ſeruanda eſt, argumen. l. ſecund. C. quemadmodum teſtament. aper. dummodo probatur: alias iudicandum eſſet ſecundū ius commune, ſecundum Baldum in d. §. cum igitur. uerum quia pupillo eſſet magna expenſa, duo inuentaria, & bis bona ſua deſcribere, cautela eſt, quòd fiat tantum unum inuentarium per tutorem, in quo ſeruentur ſolennitates utriuſque inuentarii, & ſufficiet pupillo. Et licet dicatur in l. finali. §. ſin autem dubius. ꝙ inuentarium debet inchoari poſt aditam hæreditatem, tamen poterit de uoluntate etiam inchoari & fieri, licet non de neceſsitate: & ita plu ries practicari feci.



Cautela contra ſtatuta diſponētia, quod contra inſtrumentū non poſsit opponi aliqua exceptio, etiam ſimulationis, quod agatur corā iudice eccleſiaſtico. CCXXVII.

1 *Lex quantumcunque dura, ſeruanda eſt.*
2 *Statuti propter iniquitatem, ad eccleſiæ ſubſidium recurri poteſt.*
3 *Statuta nutrientia peccatum, eccleſiæ ſubijciuntur.*

STATVTA quandoque diſponūt, ut contra inſtrumentū non poſsit opponi aliqua exceptio: quo caſu intelligitur, quòd non poſsit opponi etiam exceptio ſimulationis: ut notat Bart. in l. ſecunda. §. ij. ff. quod ui aut clam. & Bald. in l. j. C. plus ualere quod agitur. & aliquando expreſſa dicitur, quòd exceptio ſimulationis nō poſſet opponi, quo caſu non eſt dubium, quòd non poterit opponi: ut not. Bald. in l. fin. §. in computatione. in fine. C. de iure deliberan. 1 *quia lex quantumcunq; dura, ſeruāda eſt. l. proſpexit. ff. qui & à quibus. & quia paria ſunt, non habere exceptionem, uel allegare eam non poſſe: ut eſt glo. ſingularis in l. qui habebat. ff. de manu. teſtam. & not. Baldus in l. ſiue generalis. C. de ſenten. paſ. Sed quod remedium eſt, ut prædictis ſtatutis non obſtantibus, poſsit de iure contrauenire, & opponi exceptio ſimulationis? 2 *dic, quòd propter iniquitatem ſtatuti, poteſt recurri in ſubſidium ad eccleſiam, ſecus autem, ſi ſtatutum non remoueret exceptionem, ſed aſsignaret certum terminum, non dicitur iniquitas, ſed iuſtitia poſitiua: ut l. prim. §. pueritiam. in uerbo, ratus. cum gloſſ. ff. de poſtul. ut ſingulariter not. Bal. in dicto §. in computatione. in fine. & intelligo quòd poteſt recurri ad eccleſiam in ſubſidium,

ſidium, propter iniquitatem ſtatuti,
non propter iuſtitiam denegatam à
ſtatuto: & ſic poterit procedi coram
iudice eccleſiaſtico de ſimulatione,
iuxta cap. licet ex ſuſcepto. & cap. ex
tenore. cum ibi nota. extrà de foro
compe. & poterit etiam procedi, ſi
aduerſarius propter hoc erit in pec-
cato per denunciationem euange-
licam. iuxta not. in cap. nouit. extrà
de iudi. & idem dicas in ſimilibus,
*ubi ſtatuta eſsent iniqua, & nutriet 3
peccatum: quia tunc dictis duobus
modis poſſet ad eccleſiam in ſubſi-
dium recurri, quod ſingulariter &
perpetuo tene menti.

## Cautela pro illo qui facit actum iudicialem, præſente ſuo aduerſario: & quod in iudicialibus tacens, habetur pro conſentiente: & repetitur ſuprà per eundem. CCXXVIII.

1 *Verba aduerſarij qui non acceptat, ex illis ſe iuuare non poteſt.*
2 *Sententus uel interlocutorijs, ubi appellationi locus non eſt, nullus uidetur conſentire, niſi per decem dies taceat, uel per alium actum conſenſum exprimat.*
3 *Actus iudicialibus in quibus appellari poteſt, ſimpliciter contradicere non ſufficit, niſi appelletur.*
4 *Interlocutorijs, grauaminis cauſæ inſerta eſſe debent.*

SI fit aliquis actus, uel aliquid di-
catur, aut offeratur in iudicio ab
una parte, altera præſente audiente,
& tacente, & non acceptante, non
præiudicat dicenti uel facienti aut
offerenti: ut eſt textus cum gloſſ. ſe-
cunda. not. in l. tertia. C. de repudi.
hæredita. & ibi Doctores. & maxime
Baldus, qui dicit per illum text. cum
gloſſ. *quod qui non acceptat uerba 1
aduerſarii, non poteſt ſe ex illis uer-
bis iuuare: idē ſi diſsimulat. Et ideo
cautela eſt, quòd aduerſarius faciat
ſcribere tali præſente & acceptante,
& in parte & partibus pro ſe facien-
tibus, contra ſe non conſentiente:
ſed ſi iudex facit actum aliquem par
te præſente cui diſplicet, debet con
tradicere: & ideo ſit cautus, ut in a-
ctis apponi faciat parte præſente, &
contradicente. aliàs ſi nihil diceret,
uideretur cōſentire: ut probatur in
l. prima. C. de rela. & ibi hoc notat
Bartolus. & Doctores. idem notat
Bartolus, in autentica, ſi quis aliquid
documento. in fine. C. de eden. & l.
fin. ff. quando appella. ſit. & Abb. Si-
cu. in cap. intimaſti. extrà de appella.
*In ſententiis uero uel interlocuto- 2
riis, ubi appellationi locus non eſt,
non uidetur conſentire, niſi taceat
per decem dies: uel per alium actū
exprimat conſenſum: ut l. ab eo. C.
quomodo & quando iudex. & l. ad
ſolutionem. C. de re iudica. & in au-
tent. hodie. C. de appella. ſecundum
Bartolum, in dicta l. prima. C. de rel.
& non ſufficit, quòd pars cōtra quā
lata eſt ſententia contradicat: *quia 3
in actis iudicialibus in quibus po-
teſt appellari, non ſufficit ſimplici-
ter contradicere, ſed debet appel-
lari: ut ſingulariter dicit Innocen. in
capitu. quod ad conſultationem. in
fine. extrà de re iudica. quem ſequi-
tur Ioannes de Imo.. in l. ille à quo.
§. ſi de teſtamento. ff. ad Trebel. &
Ange. de Areti. in §. præterea quæ-
dam. inſtitu. de actio. in materia a-
ctionis, ad exhibendum. Sed in con-
trarium uidetur text. in auten. ſi quis
litigantium. in principio. C. de epi-
ſco. audien. in uerbo, contradicat.
ubi uidetur probari, quòd ſufficiat
contradictio infra decem dies, ſecū
dum Bald. & Paul. de Caſtr. ibi, ſed
dicas, quòd tunc contradictio ſuffi-
cit, & habetur loco appellationis,
quando ex aliis coherentiis apparet
contradictum animo appellādi: pu-





tà, quia petiti ſunt apoſtoli, uel quia
contradicens ſubmiſit ſe iuriſdictio
ni ſuperioris; ſecūdum Baldū ibi,
qui ita intelligit illum textū, & poſ-
ſet hoc procedere in ſententia diffi-
nitiua; à qua poteſt appellari ſolo
uerbo; ſine expreſsione alicuius cau
ſæ: ut l. prima. in fine. cum ſequen. ff.
4 de appella. * Sed in interlocutoria
non procederet, niſi cauſæ graua-
minis eſſent in contradictione in-
ſertæ. l. appellanti. de appel. cum ſi-
milibus. ideo ex prædictis poteris eſ
ſe caut⁹ qualiter debeas facere, quā
do in iudicio aliquid fit à parte uel
iudice: quod not. quia quotidia-
num.

## Cautela pro illo qui adiuit hæreditatē, quomodo poterit illam repudiare, uel illi renunciare[a]. CCXXIX.

1 *Hæreditatem qui adiuit, ipſam repudiando, amittere non poteſt.*
2 *Hæreditatem paternā, uel maternam ſi filia adiuerit, & poſtea cum maritatur, ad inſtantiam fratris dicat, repudio hæreditatem paternam uel maternam, repudiatio nihil ualet.*
3 *Propoſitum in propoſito ſicut operatur, ita oppoſitum in oppoſito.*
4 *Naturalius nihil eſt, quam eo uinculo unumquodque diſſolui, quo ligatum eſt.*
5 *Verbum unum, quòd impropriè capiatur ad hoc, ut aliquid operetur, nullū inconueniens eſt.*

1 QVI adiuit* hæreditatem, non
poteſt ipſam repudiando amit
tere: ut l. ſicut. C. de rep. hæredi. quæ
eſt bona lex pro puellis quæ mari- 1
tantur à fratribus, qui faciunt eas re-
pudiare hæreditatem paternam uel
maternam, in locis in quibus ſucce-
dunt filiæ ſicut maſculi, ſicut de iu-
re communi: ut l. maximum uitii.
2 C. de liberis præteritis. * Nam ſi fi-
lia hæreditatem paternam uel ma-
ternam adiuerat, & poſtea cum ma-
ritatur, ad inſtantiam fratris dicit, re
pudio hæreditatem paternam uel
maternam, nihil ualet repudiatio: &
ea non obſtante, poteſt partem ſuā
auocare: & ideo debet eſſe cautus
frater, ut ſoror non dicat, repudio,
ſed dicat renuncio, & dono tibi par-
tem meam quam habeo, uel habere
ſpero in hæreditate paterna uel ma
terna: quod perpetuo tene menti,
quia notarii non intelligentes, de
facili poſſent errare in concipien-
do uerbo, ſecundum domin. Pau. de
Caſtro in dicta l. ſicut. Sed aduerte,
quòd iſta cautela eſſet neceſſaria, ſi
dicta l. ſicut. intelligeretur indiſtin-
cte, uidelicet quòd ille qui adiuit hę
reditatem, uel in ea ſe immiſcuit, nō
poſſet ipſam repudiare: nec quo ad
ſuum commodum uel fauorem, nec
quo ad ipſius præiudicium. prout
intellexit Iacob de Aretio & Cyn.
ibi, qui repræhendunt gloſſ. penul-
tim. ibi, & pro hoc facit textus in di-
cta l. ſicut. ibi, nec quòd confeſſus in
iure pro iudicatis haberi: quia illa
uerba præſupponunt in damnum
confitentis. Sed ſi teneremus, quòd
illa l. ſicut. intelligatur ſolum, quòd
dicta repudiatio non ualeret in fa-
uorem repudiantis, quia conueniē
batur ille qui adiuit, à creditoribus
hæreditariis: ſed in eius præiudi-
cium ſic, puta quia conueniebatur
ab illo qui dicebat ſe eſſe hæredem,
prout intellexit Gloſſ. & Angelus,
tunc non eſſet neceſſaria iſta caute-
la, & pro iſta parte, quòd repudiatio
hæreditatis iam aditę ualeat in præ-
iudicium repudiantis, uidetur te-
nere gloſſa penultima & ultima in
dicta l. ſicut. & facit ratio quam al-
legat: quia dicta repudiatio habet
uim cuiuſdam renūciationis. l. poſt-
quam liti. C. de pactis. Item quia iſta

a Renūtiare. *Renūtiationis ſucceſſionis forma eſt, uidelicet renuntio, et do fratribus partē meā hæreditatis paternæ, nō ſic renūcio partē meā. Paul. de Ca. in l. ſicut. C. de repu. hæredi. Vide formā inſtrumēti dictarum renūciationū à Spec. de pactis. §. ij. in 7. colū. ubi plenius.*

procedunt à pari, non poſſe adiri
poſtquam repudiauit, & non poſſe
repudiare, poſtquam adiuit: ut d.l.
ſicut ſed ſi primo repudiaſſet, dein-
de interrogatus ab uno, ſi eſt hęres,
reſpondet quòd ſic, habetur pro hæ-
rede, quantum ad ipſum interrogan
tem: ut eſt text. cum gloſſ. fin. in l. ſi.
ff. de interrog. actio. & dixi ſ. in cau
tela: ergo econtra uidetur dicendũ,
quando prius adiuit, & poſtea ad
inſtantiam unius repudiauit, ut re-
pudiatio ſibi noceat quantum ad il-
lum, & non quantum ad alios: *quia 3
ſicut operatur propoſitum in ppo
ſito, ita operatur oppoſitum in op-
poſito: ut l. fin. in fin. ff. de leg. iij & l.
ſed & ſi contra tabulas. ff. de uulg. &
pup. & not. Bartol. in l. inter ſtipu-
lantem. §. ſacram. de uerborum ob-
ligatio. Item quia licet repudiatio a
non teneret, tamen nõ licet ſibi uel
heredi ſuo, uenire contra factum ſu
um. l. per fundum. ff. de ſeruit. ruſtic.
prædio. & l. poſt mortem. ff de ado-
ptio. Item quia repudiando uidetur
hereditatem habere pro derelicta, l.
j & ij ff. pro derelicto. & maxime ſi
nunquam habuit poſſeſsionem bo-
norum hęreditatis: quia tunc ceſſat.
l. ſi quis in. §. differentia ff de acqu.
poſſeſ. *Item quia nihil tam natura- 4
le, quàm eo uinculo unumquodque
diſſolui, quo ligatum eſt: ut l. nihil
tam naturale. ff. de reg. iur. & ſola &
nuda uoluntate aditur, & quæritur
hæreditas. l. pro hærede. in princi-
pio. ff. de acquiren. hæredi. igitur de
bet ſola uolũtate poſſe admitti, per
d. l. nihil tam naturale. & per not. in
l. j. C. de pactis. Itẽ hoc maxime pro-
cederet, quando fuiſſet adita hære-
ditas per cohæredem: quia facta re-
pudiatione, fuit habita pro dereli-
cta, & acquiſita cohæredi. l. j. §. is
ita. C. de cadu. tollen. Item, quia re-
pudiando, uidetur fateri ſe nunquã

a Repudiat. Repu[illegible] qui b[illegible] caſibu[illegible] te-neatur, Bal. in rub. C. ſi quis ali. teſt. prohi.

adiuiſſe, uel ſi aliqd fecit, propter
quod præſumatur adiuiſſe, ſed nun-
quam habuiſſe in rei ueritate animũ
adeũdi & ſic, quòd uere non adiue
rit, & ita contra confeſsionem ſuam
ipſe, uel hęres ſuus contrauenire nõ
poteſt. l. decrunt. §. primo. de inter-
roga. actio. & ita reperio conſultum
per Baldum, in cõſilio ſuo cxxxviij.
quod incipit, Ioannes Symeonem
& Petrum filios ſuos. in fine. v. colũ.
uerſiculo, circa tertium repetam il-
lud. Et iſtam opinionem puto uerio
rem: quia licet quis non poſsit hæ-
reditatem aditam proprie lo quen-
do, repudiare: ut dicta l. ſicuti. C. de
repudi. hæredi. tamen in ſui præiu-
dicium poteſt, maxime in caſu no-
ſtræ quæſtionis, in quo uerbũ, repu
diatio, niſi operaretur, nihil ualeret:
& ideo ut potius ualeat dicta repu-
diatio, quàm pereat, expono uerbũ
repudiatio, pro renũciatione. *Nec 5
eſt inconueniens, quòd unum uer-
bum capiatur improprie, ad hoc ut
aliquid operetur: ut cap. cum dile-
ctus. extrà de conſuetu. & argu. gloſ.
not. in l. & puto. §. primo. ff. famil.
her. cum ibi not. & præſertim cum
dicta uerba repudiationis, ſint pro-
lata à muliere uel à minore, qui cõ-
muniter ignorant uim & poteſta-
tem uocabulorum. & pro hoc alle-
go gloſſ. ſingul. in l. quoties. C. fa-
mi. hercıſcund. & dicit, quòd omnes
teſtatores neſciunt dicere, hęredem
inſtituo. & ex prædictis concludi-
tur, quòd cautela domini Paul. non
eſt neceſſaria, tamen eſt utilis, ut eui
tentur opiniones.

Cautela, quando quis non po-
teſt probare per teſtes uel in-
ſtrumenta, illud quod ſibi de-
betur, qualiter teſtes ſunt po-
nendi ſub cortina, ad intelligen-
dum confeſsionem. CCXXX.



1 *Teſtis dictum de auditu an ualeat, quando paries, uel cortina eſt in medio inter teſtes, & contrahentes.*

2 *Teſtis teſtimonium de ſenſu proprio auditus uerborum alterius ualet, quan do ipſe teſtis loquentis uocem notam habeat, licet perſonam loquentem non uideat.*

3 *Solennitas maior requiritur in teſtamento, quàm in codicillis, uel in donatione cauſa mortis.*

QVANDO quis nõ poteſt pro
bare per teſtes uel inſtrumen-
ta, uel aliter illud quod ſibi debetur
ab uno, nec in præſentia teſtium de-
bitor uult conſiteri, & creditor uult
extorquere confeſsionem, ita ut
poſsit eam legitime probare, ſolet
adhiberi iſta cautela, ut creditor fa-
ciat uenire aliquos teſtes in quadã
camera iuxta ſuam, in qua poſsit au
dire ea quæ in alia dicentur, uel fa-
ciat eos ſtare ſuper lecto, in eadem
camera, cortina a exiſtente in me-
dio, ut uideri non poſsint, uel ſub le
ctica, deinde ducat debitorem in di-
cta ſua camera, & interroget ſubtili
modo ſeu ingenio, quomodo eſt de
bitor ſuus in tanta quantitate, &
quòd promittat ſibi neſcienti, qui
interrogatus in pręſentia teſtiũ non
confiteretur, credens ab alio non au
diri, faciliter induceretur ad confi-
tendum, & promittẽdum debitum,
& poſtea teſtes poterunt examinari,
qualiter ipſi audiuerunt talem con-
fitentem debitum, & promittentem
ſoluere, licet non uiderint eundem,
tamen habeant eius loquelam no-
tam, & uiderint ipſum ingredi do-
mum, & tale teſtimonium ualebit, &
ad hoc communiter allegatur gloſſ.
l. ij. §. idem Labeo ait, cum quæri-
tur. in uerſic. audierunt. quæ incipit
ſic. §. dixerunt. ff. de aqua plu. arcen.
1 quæ uidetur uelle, * quòd ualeat di-
ctum teſtis de auditu, quando pari-
es uel cortina eſt in medio inter te-
ſtes & contrahentes, ut notat Barto-
lus & Docto. in d. §. idem Labeo. &
Cyn. & Docto. in l. ſi non ſpeciali.
C. de teſtamen. & uidetur eſſe text.
cum glo. in uerbo, auditu. & ibi Do-
ctores. in c. præterea. extrà de teſti-
2 bus. & fundamentũ eſt in hoc, * quia
regulariter ualet teſtimonium de
ſenſu proprio auditus uerborum al
terius, quando teſtis habet notam
uocem loquentis, licet perſonam lo
quentem non uideat, ut l. teſtium.
cum autẽ. rogati. ibi poſita. C. de te
ſtibus. & xiiij. quæſt. ij. c. j. & iij. q. ix.
c. teſtes. & ibi tenet dominus Mat-
theus de Matheſi. in cxx[illegible]. notabili.
quod incipit, nota quòd regulari-
ter ualet teſtimonium. Sed in con-
trarium facit, quod notat Franciſc.
Accur. & Cyn. in d. l. ſi non ſpeciali.
ubi dicunt indiſtincte, non ualere
tale teſtimonium, quia in teſte re-
quiritur uiſus. C. de teſtibus. l. teſtiũ.
ibi, præſto fuerunt. unde ſecundum
Bartol. in d. l. ſi non ſpeciali. teſtes
qui non poſſunt uidere propter ob-
ſcuritatem noctis, non probant. fa-
cit quod not. in l. ſi cum exceptione.
§. in hac. ff. quòd metus cauſa. & qđ
dicam in ſequenti cautela. Item in
contrarium facit ratio, quia poſſet
eſſe quòd debitor propter infirmi-
tatem, uel aliam cauſam mutaſſet uo
cem ſuam communem, & propter-
ea teſtes qui non uiderunt eum lo-
quentem, non poſſent clare depone
re de ipſo, ergo non uidentur con-
cludere. l. non hoc. C. unde cognati.
l. neque natales. C. de probationi-
bus. cum ſimilibus. item quia poſſet
eſſe ſuppoſitus ſuus, qui eius dicitur
debitor, & uocem ſimularet. Nam
dicit Cy. in d. l. ſi non ſpeciali, ſe ui-
diſſe hominẽ qui tam bene transfor
mabat ſe, & uoces alterius & loquel

a *In medio cortina exiſtente. Teſtes teſtamenti debent uidere teſtatorẽ. l. ſi non ſpeciali. & ibi omnino Docto. & Alex. C. de teſt. ideo ſi cortina eſt in medio, nõ probat niſi uiderint. Bart. in l. ij §. idem Labeo. in j. col. uerſ. ulterius uenio. ff. de aqua plu. arcen. ubi dicit, ſecus in contractibus, ut ibi etiam per Ale. & Io. An. in c. ex literis. de cõſue. poſt. gloſ. in uer. audierunt. quæ dicit teſtes probare, licet cortina ſit in medio. Item probant actu, qui percipiat alio ſenſu quam uiſu, ſecundum Ang. in aut. de hæredi. & Fal. §. hinc nobis. in ulti. colũ. in prin. uerſi. ſecũdo no. Item uerum, quando teſtes habent notam uocẽ contrahentiũ. Ray. in d. §. idẽ Labeo.*

lam aſſumebat, qui ab uxore illius
uiri, quem repræſentare conabatur
loquendo, putabatur uerus maritus
eſſe. Item in cõtrarium uidetur tex.
in d.l. ſi non ſpeciali. ibi, in conſpe-
ctu teſtatoris. & in l. ſi unus. ibi, uel
coram teſtatore omnes eodem lo-
co. C. de teſtamentis. ubi probatur,
ꝙ teſtes debent uidere teſtatorem.
Itẽ uidetur eſſe text. cũ gl. in d. c. præ
terea. extrà de teſtibus. ubi uidetur
probari, non ſufficere teſtes depo-
nere de auditu, cortina in medio exi
ſtente, niſi alia adſint adminicula.
Item quia gloſſ. in d. l. ij. §. idem La-
beo. non uidetur probare id, ad qd
allegatur, quia gloſſ. ibi non uide-
tur determinare, ſed loqui interro-
gatiue, dum dicit, quid enim ſi pa-
ries uel cortina, eſt media inter te-
ſtes, & contrahentes & teſtatorem,
& ſic ſolum quærere uidetur, & non
decidere. Et ita aliqui reſpondent ad
illam gloſſam. Ego autem in hac ma
teria quotidiana & utili, ita puto eſ-
ſe diſtinguendum. aut loquimur in
teſtamento, aut in matrimonio, aut
in contractibus uel quaſi, aut in ma-
leficiis uel quaſi. Primo caſu, ſi loqui
mur in teſtamento, & tunc teneas,
quòd non ſufficiat dicta cautela, qa
oportet, quòd teſtes uideant teſta-
torem, per d. l. ſi non ſpeciali. & l. ſi
unus. C. de teſtamentis. licet gloſſ.
dixerit contrarium in d. l. ij. §. idem
Labeo. quæ communiter in hoc re-
probatur ibi per Doct. & in d. l. ſi nõ
ſpeciali. per Cy. & Doctores. Aliqui
tamen conantur ſaluare illam gloſſ.
dicendo, quòd illa gloſſ. non deci-
dit, ſed loquitur interrogatiue dubi
tando, ut s. dixi. Secus forte eſſet in
codicillis, uel donatione cauſa mor
tis,* quia maior ſolemnitas requiri- 3
tur in teſtamento, quàm in codicil-
lis, uel donatione cauſa mortis. l. hac
conſultiſsima. C. de teſtam. coniun-
cta l. finali. C. de codicillis. & l. fina-
li. C. de donat. cauſa mortis. & hoc
uult domi. Mattheus de Matheſi. in
dicto ſuo no. cxxv. quod incipit. No
ta, quòd regulariter ualet teſtimo-
nium. In matrimonio non credo,
ut faciant plenam fidem, ſed cũ aliis
adminiculis ſic, ut in c. præterea. cũ
gloſſ. extrà de teſtibus. quam ita in-
telligo. In cõtractibus uero uel qua-
ſi, teneo quòd probent ſufficienter,
ut not. gloſſ. iij. quæſt. viij. teſtes. &
ita poteſt intelligi in d. §. idem La-
beo. & per not. in §. ſi uero abſunt.
in auten. de hæredi. & Falci. colum.
j. & per Cyn. & Iacob. Butri. in l. te-
ſtium. C. de teſtibus. & per Specu. in
tit. de teſti. §. j. uerſi. item quòd cau
ſa. & per Ioan. de Imo. in d. §. idem
Labeo. & ibi per Docto. In malefi-
ciis dic, ut dicam in ſequenti caute-
la. & intelligo prædicta, quando te-
ſtes habent notas contrahentiũ uo-
ces, ut not. per Doct. in iuribus præ-
allegatis. Item intelligo omnia præ-
dicta eſſe ſubiicienda arbitrio iudi-
cis, qui habeat conſiderare, ſi teſtes
habebant uere notas uoces, & ſi de-
cipi potuerunt per prædicta.

## Cautela quomodo debeant deponere teſtes, quando dicunt aliquem commiſiſſe delictum de nocte. CCXXXI.

1 *Teſtis dictum ualet, ſi deponat de ma*
*leficio de nocte commiſſo, ad lumen*
*lunæ.*

SI aliquis fuit accuſatus, quòd de
nocte commiſit aliquod malefi-
cium, & teſtes deponunt ſe uidiſſe,
Cautela eſt ut inſpiciatur, ſi illa no-
cte luna lucebat, qa ſi non erat lumẽ
lunæ, poterit & debuit capitulari &
probari, quòd illa nocte maxime il-
la hora, qua dicitur maleficium com
miſſum, luna non lucebat, & pro-
pter hoc teſtes non potuerunt bene
uidere, quia nox erat obſcura, & ſi
teſtes aliqui de maleficio dixerint,
reprobabuntur, ut probatur per glo.
notabilem in l. ſi cũ exceptione. §.
in hac. ſuper uerſ. ignorantiam. in fi-
ne. ibi, dum dicit, cum talia fiant de
nocte, uel in multitudine hominũ.
ff. quòd metus cauſa. ſecundum Bal.
1 & Ange. ibi. & ita etiam tenet Bald.
in l. Arethuſa. ff. de ſtatu hominũ. &
in c. j. §. porro. in titu. quæ fuit pri-
ma cauſa bene. amit. in uſi. feud. ubi
dicit Oldra. quendam accuſatum de
maleficio commiſſo de nocte, de-
fendiſſe per dictam gl. & ideo ſi lu-
men lunæ fuiſſet, ualerent dicta te-
ſtium, qui deponerẽt de maleficio,
ſecundum Barto. in ſuo tracta. de te-
ſte. per l. nõ minorem. C. de tranſac.

## Cautela quando dubitatur an aliquis debeat intereſſe electioni, cautela eſt, quod admittatur cum proteſtatione. CCXXXII.

1 *Electioni aliàs legitimæ non nocet, ſi*
*non habentes uocem, cum aliis admiſ-*
*ſi fuerint.*

CVM dubitatur an aliqui debeat
intereſſe electioni, & tẽpus in-
ſtat, ita quòd commode non poſsit
recipi probatio, an de iure hoc eis
competat, cautela eſt, ut admitti de-
beant cum proteſtatione, ut eorum
uoces ualeat, ſi & inquantum appa-
reat poſtmodum eos debuiſſe in-
tereſſe, ut c. Cumana. de elec. & in c.
1 in Geneſi. eodem titulo.* Nõ enim
nocet electioni aliàs legitimæ, ſi nõ
habentes uocem fuerint admiſsi cũ
aliis. ita dicit Abbas Sicu. in dicto ca
pitulo, Cumana. in princip. uerſi. ſe-
xto no. cautelam & practicam. quod
tu nota pro electione ſummi ponti-
ficis, uel rectoris ſcholarũ, ut ſi du-
bitatur, an aliqui Cardinales poſset
dare uocem, uel aliquis ſcholaris, ne
deferatur electio, poſſent admitti cũ
dicta proteſtatione.

## Cautela pro notario, qui neſcit ordinare inſtrumentũ in forma ſolenni, quod alter ex contrahentibus poterit illud dictare. CCXXXIII.

2 *Tabelliones ex ſe inſtrumentum inter*
*partes dictare debent, cum ad hoc te-*
*neantur.*

MVLTI tabelliones reperiun
tur, qui neſciunt dictare unũ
inſtrumentum in forma ſolẽni, uel
ſi ſciunt, uellent euitare laborem in
dictando, ideo utuntur iſta cautela,
quia faciunt formam inſtrumenti,
per aliquem contrahentium ordina
ri, & ipſi poſtea ſcribunt, & in publi
cam formam redigunt. Quæritur,
nunquid poſsit. dic, quòd ſic, ut xij.
q. ij. cum redemptor. ibi, ſcribẽdam
dictaminis. Ipſe tamen notarius per
ſe poſtea diligenter conſiderabit ſin
gula uerba, & qd ei uidebitur emen
1 dabit.* Melius tamẽ eſſet, ſi ipſe per
ſe faceret, cum ad hoc teneretur, ut
eleganter no. Spe. in tit. de inſtrum.
edi. §. reſtat. uerſicu. quid de hoc.
quòd faciunt quotidie tabelliones.
quem ſequitur Abbas Sicu. in c. cũ.
P. tabellio. in fi. extrà de fide inſtru.
quod not. quia quotidianũ eſt, & ſer
uatur in practica. & per iſta ſemel de
fendi quendã Doctorẽ medicũ ac-
cuſatum Venetiis, apud officiũ ad-
uocatorum communis, ex eo quòd
dederat copiam literarum commen
datitiarum ad dominiũ notario uni-
uerſitatis, qui de uerbo ad uerbum
illam tranſcripſit, & dominio miſit.

## Cautela quod quis non admittatur ad officium niſi ſit ciuis, facias quod unus moueat litem illi, quod non ſit ciuis. CCXXXIIII.

1 *Pœna remotionis ab officio quantum-*
*cunque*

*cunque imponatur, officio durante, de crimine cognoſci poteſt.*

SI quis uult, ut aliquis non poſſit admitti ad officium, ſtante ſtatuto, quòd quis non admittatur ad officium, niſi ſit ciuis, facias, ꝙ unus moueat litem illi, quem tu uis non habere officium, quod non ſit ciuis, quia pendente illa lite, etiam ſi eligatur, non debebit admitti ad illud officiũ. ut l. ſi ut proponis. C. quãdo prouoca. non eſt neceſſ. & ibi hoc tenet Baldus per illum textum. & ſi tu uis, ut habeat effectum, opponas tẽpore electionis faciendæ, quia tunc nõ poterit expediri illa cauſa, & interim alius eligetur, & ſic remanebit excluſus. Sed ſi opponeretur ante, non haberet effectũ, quia illa cauſa deberet expediri intra illud tempus, in quo facienda eſſet electio, ad hoc ut poſsit eligi ſi uere eſſet ciuis. per text. not. in l. j. ff. de glan. legen. & per ea quæ ibi not. Bart. quod no. & facit l. iubemus. C. ad legem Iul. repe. & quod notat Bald. in extrauagan. de pace Conſtan. in ultima charta. in principio. uerſicu. & nota.* Vbi 1 dicit, quòd quantumcunque imponitur pœna remotionis, durante officio poteſt cognoſci de crimine, nã ſi expectaremus finem officij, fruſtra fieret amotio, ut d. l. iubemus. Sed non uidetur curandum de iſta cautela, quia donec durat hæc contentio, non currit tempus officij, per ea quæ no. Bal. & Doctores in l. contra maiores. C. de inoffic. teſta. & Bartolus in l. ſecunda. §. non ſolum. ff. ad Tertul. Sed poteſt dicere, quòd cautela procedit, quando de neceſsitate de præſenti debet fieri electio ſucceſsionis.

2 Molendino. *Molendinũ nouum an poſſit ædificari in flumine, in præiudiciũ deſtructi. Bar. in l. fi. ff. de uſucap. et ibi Ang. et Doctores. in l. quominus. antepe. co. Molendinorũ ſupra aquã poſitorũ materia ponit Bart. in d. l. quominus. in fi. & gl. & Bart. in l. ſi epiſtolam. §. ſi aquæ. ff. de acqui. rerũ domi.*

Cautela quando molendinum eſt deſtructum impetu aquæ, quomodo conſtabit, quod non perdidit eius poſſeſsionem. CCXXXV.

1 *Molendinum fixum in terra, & ſub aqua, ſi fluminis impetu deſtructum fuerit, niſi reædificetur, eius poſſeſsio amittitur.*

QVIA hoc mane legimus in l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initiũ tabularũ. ff. de eden. ubi gl. fecit mentionem de molendino [a]. Propterea ponamus unam cautelam in materia molendinorum.* Nam ſi aliquis 1 habuit molendinum fixum in terra ſub aqua, quod impetu fluminis, uel aliter deſtructum eſt, ſi non reædificatur, perditur poſſeſsio, ut habetur in l. finali. ff. de uſucapio. Et ideo cautela eſt, ut nunquam perdatur poſſeſsio, quòd fiat proteſtatio de qua conficiatur publicum inſtrumentũ, quod nõ obſtante deſtructione, intendit tenere & poſsidere locum & alueum fluminis, & debet unum ſignum facere, puta apponere palos ligneos in aliquibus locis, uel partibus clauſulæ molẽdini. Nam ex illis lignis, uel antiqs molẽdini, uel etiã nouis, apparebit ipſum retinere poſſeſsionẽ fluminis uel aluei, pro molendino maxime ſtante dicta proteſtatione, & tunc inuito ipſo, non poterit alius occupare dictum flumen, uel ibi ædificare, ut eleganter dicit Ange. quem ſequitur Ioan. de Imol. in d. l. finali. ff. de uſucapio. de qua quæſtione uide latius per Barto. & Docto. in d. l. fina. & per Bart. in d. l. quominus. in xvj. q. ff. de flumi. ubi plene tractat materiam molendinorum. & ego dixi plene de quæſtione, in tractatu meo de ſeruitu. in titu. de aquæduct. in ix. q. principali. circa principium.

Cautela contra iudicem qui nõ uult cauſam expedire, de proteſtatione, quæ fieri debet cõtra ipſum, ad hoc ut faciat litem ſuam. CCXXXVI.



1 *Iudex ſi in iudicando negligens fuerit, uel iudicare differat, alteri parti læſæ tenetur.*

2 *Iudex in dubio in negligentia eſſe non præſumitur, niſi pars proteſtata fuerit.*

SI iudex eſt timoroſus in procedendo, aut ſimulat procedere ad ulteriora, & tamen non facit, dic quod cautela eſt, ut pars uadat ad ſuperiorẽ illius iudicis, & faciat ipſum cõpellere, ut procedat, ut habetur in c. j. extrà de ſupplen. negl. prælatorũ. facit quod not. Bartolus in tractatu repræſaliarum. & quod notat Baldus in c. primo. in princip. in titu. de mili. uaſa. qui contumax eſt. in uſibus feudorum. & iſta practica ſeruatur quotidie. Secũda eſt, ut pars ipſa humiliter inſtet coram iudice, ut debeat procedere ad ulteriora, quod ſi non facit, grauata poterit appellare. & hæc duo remedia ponit Ioannes And. in c. dilecto. de præbendis. in nouella. & uide ad hoc Bald. in fine. C. de ſentent. & l. ſecunda. C. ut lite 1 pendente. *Si iudex eſt negligens in iudicando, uel differt iudicare ſcienter, tenetur alteri parti læſæ, ut inſtitu. de obligatio. quæ ex quaſi delicto. in princip. & l. ex maleficiis. §. ſi iudex. ff. de actio. & obligat. & l. fi. ff. de uariis & extraordina. cognitio. & ibi hoc notat Bart. Bal. & Ang. & alij in l. mancipia. C. de ſeruis fugitiuis. & Barto. in l. non quicquid. ff. de iudi. & Barto. Bald. & Docto. in l. j. C. quomodo & quando iudex. & Baldus, & alij in l. argentariis. §. cum autem. ff. de eden. & Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in xviij. q. ff. de offi. proconſu. & leg. & in c. j. §. iudices. in iij. colum. in titu. de pa. iura. firm. Barto. Ange. Imo. in l. quarta. §. in eo. ff. de dam. infect. & per Ange. in auten. ſcenicas non ſolum fideiuſſorem. colum. v. & per Doct. in l. ſi quando. C. de teſtibus. & in l. ſi quis in conſcribendo. C. de pactis. cum ſimilibus. Et licet ſit dubium, an hoc caſu faciat litem ſuam, an uero puniatur, ut habetur in dictis locis, & maxime per Ange. in d. l. mancipia. tamen dico, quòd punitur iſta negligentia etiam quando iudex eſt negligens in puniendo, & in faciendo dare pœnam parti, quæ ei dari debet per alterã ex diſpoſitione iuris communis, ut ſingulariter uult Ange. in dicta autent. ſcenicas non ſolum. &c. in principio. per illum textum qui dicit, quòd facit litem ſuam. Et idem tu dicas, quando imponit minorem pœnam quàm deberet, ut l. nulli. in fine. C. de ſac. bapti. reite. & in his duobus caſibus, quando eſt negligens in puniẽdo, uel minus punit quàm debeat, minuendo pœnã ſine cauſa legitima, iuxta not. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. & in l. ſi ſeuerior. C. eodem titu. eadem pœna tenetur iudex, qua delinquens uenit puniendus, ut eſt caſus ſingularis in d. l. nulli. Item etiam infamatur, ut eſt caſus unicus in l. ſeruos. in fine. C. ad l. iul. de ui public. & priua. ſecundum Hoſt. & Io. An. & Ant. de But. in c. de cauſis. de offi. delega. & ita etiam tenet Ludo. de Roma. in ſingulari ſuo lxxviij. quod incipit, tu hæres. & adde quod not. Bald. in auten. ſtatui-
2 mus. C. de epiſcop. & cleri. * Sed aduertas, quòd in dubio iudex non præſumitur fuiſſe in negligentia, niſi pars fuerit proteſtata, ut notat Imo. in l. damni. §. Sabini. in fi. ff. de dam. infect. Ideo ſis cautus, ut quando iudex protrahit cauſam in longum, ei proteſteris de pœnis iuris, ſi non procedit in cauſa, uel ſi condemnat

demnat, uel puniat in minori ſumma, uel pœna, quàm debeat: ita alias obſeruaui. & adde quæ dixi in præcedenti cautela.

## Cautela, quomodo ſolutio per partes ualeat. CCXXXVII.

1 *Creditor particularem debiti ſolutionem recipere non cogitur.*

CREDITOR * non cogitur recipere particularem ſolutionē debiti, l. tutor. §. Lucius. ff. de uſuris. & l. quidam æſtimauerunt. ff. ſi certum petatur. & ibi hoc plene no. & eſt ratio, quia particularis ſolutio ſolet parere multa incommoda creditori, ut l. plane. ff. famil. herciſcun. & not. gloſſ. xvj. quæſt. prima. reuertimi. in princip. in uerbo, expletus. & habetur in l. cum hi. §. in cauſa. ff. de tranſactio. & econtra ſolet parere multa incommoda ipſi debitori ſoluenti. ad quod uide, quod not. Bartolus in l. ſecunda, in princip. de debito. ciuil. C. libro xi. Sed cautela eſt, quòd creditor cogatur recipere particularem ſolutionē. Nam ſi ſunt dati fideiuſſores per debitorem, creditor tunc nomine unius fideiuſſoris cogetur recipere particularem ſolutionem, & ideo debitor ſoluat nomine unius, quia poterit, ut eſt text. ſingularis in l. in his ſi duos. ff. de fideiuſſori. & ita no. dicit Ang. in l. qui pignori. ff. de pigno. & in l. finali. ff. quibus modis pign. uel hypo. ſol. Et ſimiliter etiam ſis cautus quando creditori tuo pignoraſti plures res, quia licet non teneatur unam relaxare, nec pignus pro ea re liberare niſi ſoluto toto debito, ut l. qui pignori. & l. quandiu. C. de diſtract. pigno. tamen ſi erunt dati fideiuſſores ſoluendo pro uno, liberabitur una res pignorata pro illa ſumma ſoluta. Et prædicta intellige uera, quando fideiuſſores eſſent obligati ſimpliciter, quia tunc haberet beneficium diuiſionis. iuxta notata in auten. præſente. C. de fideiuſſori. & in corpore unde ſumitur. uel quādo ſe pro certa parte obligarunt, ſecus ſi ſe obligaſſent inſolidum, renunciando beneficio epiſtolæ diui Adriani, & autenticæ præſenti, de fideiuſſori. & beneficio de duobus reis debendi, ſicut communiter fit per fideiuſſores, quia iſto caſu, quilibet fideiuſſorum teneretur inſolidum. & hoc caſu ſicut creditor non cogeretur recipere particularem ſolutionem ab uno fideiuſſore, ita nec etiam à debitore pro eo. Vnde ſis cautus, quādo uis poſse ſoluere particulariter, des plures fideiuſſores qui ſe obligent ſimpliciter, uel quilibet eorum pro certa parte.

## Cautela pro matre uel patre trāſeuntibus ad ſecunda uota, ut euitent pœnas iuris. CCXXXVIII.

1 *Si mater infra annum luctus, et etiam pater ad ſecunda uota tranſeant, quas pœnas à iure ciuili iniunctas patiantur.*

SI mater tranſit * ad ſecunda uota intra annum à morte primi uiri, patitur multas pœnas de iure ciuili, de quibus habetur in l. prima. C. de ſecundis nup. & ſi tranſit poſt annum, patitur pœnam. de qua in l. fœminæ. C. de ſecundis nuptiis. quæ eſt, ut ſi moriatur unus filius ex primo matrimonio, mater ſuccederet pariter cum filiis, & fratribus defuncti utrinque coniunctis, in plena proprietate pro uirili portione, ut in auten. de hæredita. quæ ab inteſt. defer. §. j. & in auten. in ſucceſsione. 1

C. de



C. de ſuis & legi. & in auten. defuncto. C. ad Tertul. & hoc procedit, ſi non tranſiuiſſet ad ſecunda uota, ſed ſi tranſiuit antequam ſuccederet filio, uel etiam poſtea, efficitur de proprietaria in effectu uſufructuaria, & ea mortua, omne id in quo ſucceſsit, acquiritur filiis primi matrimonij, nec de eo poteſt teſtari, uel aliter diſponere, ut eſt caſus in l. fœminæ. C. de ſecund. nuptiis. & in auten. de non eligendo nub. §. j. colum. j. cum ſimilibus. Et idem iuris eſt in patre tranſeunte ad ſecunda uota, ut teneatur reſeruare filiis primi matrimonij id, in quo ſucceſsit filio. ut nota. gloſſ. in rubrica prædicta, de non eligendo ſecūdo nub. & not. Azo in ſumma C. de ſecundis nupt. & Barto. in d. l. fœminæ. & eſt communis opin. & ita ſæpe conſului. Sed ne pater aut mater teneantur reſeruare prædicta bona filiis primi matrimonij, & quòd remaneant ueri proprietarij, cautela eſt, ut trāſeant ad ſecunda uota. filiis primi matrimonij uolentibus & conſentientibus. ut eſt gloſſ. ſingula. in auten. de non eligendo ſecundo nub. §. j. in uerbo, copulantur. quæ dicit inuito filio, & non plus. & illam gloſſellam aliqui nō habent. ſed debet eſſe quæ uult à contrario ſenſu, quòd filio nō inuito, ſed uolente, ſecus eſſet. de quo habetur, per Ludo. de Rom. in ſingulari ccl. & in conſilio ccxviij. & habetur per Bart. in l. j. C. de his quæ pœn. no. & per Ange. in auten. de non eligendo ſecundo nuben. §. j.

Item eſt alia cautela, quòd quando alter coniugum uult tranſire ad ſecunda uota, ut prius petat licentiam ab altero, qua conceſſa, ſi trāſit ad ſecunda uota poſt annum à morte coniugis, non cadit in aliquā pœnam, ſecus ſi in intra annum. ut ſingulariter not. Bald. in l. C. de ſecundis nuptiis. de quo dicatis, ut ibi per eum.

## Cautela quod ille qui timet poni ad torturam, appellet ante. CCXXXIX.

1 *Torturæ terrorem ſi iudex reo iniecerit, appellare poteſt.*

SI quis timet ne contra ius ponatur ad torturam, puta, quia forte iudex comminatus eſt ei, appel-
1 let.* poteſt enim appellare, quando iudex iniecit terrorem. ut l. ſi quis prouocatione. C. de appella. & not. Innocen. in c. cum ceſſante. extrà de appella. & Bald. in rubrica. C. commi. uel epiſt. & in d. l. ſi quis prouocatione. quo caſu, confeſsio ſecuta erit ipſo iure nulla. l. prima. ff. nil. nou. appel. pen. Nec eſt in hoc articulo opus, ut ſuperior inhibeat, quia periculum eſt in mora. ita eleganter dicit Bal. in d. rubrica. in fin. penul. colum. & ideo ſi uis, quòd confeſſio facta in tormentis, & poſt ratificata nō ualeat, cautela eſt, ut prius appellet, antequam ponatur ad torturam.

## Cautela pro debitore, ad fraudandum creditores. CCXL.

1 *Sententia contra debitorem lata, quo caſu etiam creditori nocere habeat.*

AD hoc, ut debitor fraudet creditores ſuos, ut nihil habere poſsint, cautela eſt, ut deſinat poſsidere, & poſtea agat rei uendicatione contra poſsidentem, & patiatur
1 ſe uinci.* nam hoc caſu, ſi creditor ſciuit ſuper tali re moueri litem per debitorem, uel debitori, & patiatur debitorem litigare, ſententia lata aduerſus debitorem in tali re,

noceb

nocebit etiam creditori, tamen ſi
apparet de colluſione debitoris, ni-
hil prodeſſet talis cautela. l. ſi ſuſpe-
cta. in princip. ff. de inofficio. teſta-
men. & l. ſi per luſorio. in princ. ff. de
appel. alias ſic. ut l. ſuperatus. circa fi.
ff. de pigno. & hanc cautelam ponit
Ang. in d. l. ſi ſuperatus. & Bald. in l.
pen. ff. de peti. hæredita. quam cau-
telam tibi non trado, ut ea utaris ad
malum, ſed ut ſcias cauere à uolente
uti contra te.

## Cautela pro illo qui promiſit alicui turpe quid facere, eſt cautela, ut potius per pignora, quam rem. CCXLI.

1 *Datum ſi aliquid fuerit uni ex cauſa turpi, ex parte utriuſque, ſcilicet tam dantis, quam recipientis, repeti non poteſt, ſecus ſi pignora data fuerint.*

2 *Spoliatus ante omnia reſtituendus eſt, etiam ſi eſſet prædo, niſi intentet condictione, ob turpem cauſam, quoniam tunc audiri non debet.*

3 *Hæres infra tempora conficiendi inuentarium, conueniri non poteſt, niſi reali actione conueniatur.*

4 *Scholares facientes conuenticulas contra doctores, ſi dent libros, uel aliam rem propter ſuffragium promittant, repetere non poſſunt, ſed bene fiſcus auferre.*

LEGIMVS hodie l. iuriſgen-
tium. §. ſi ob maleficium. ff. de
pact. ubi eſt una gloſſ. not. quæ dicit,
* quod ſi aliquid eſt datū uni ex cau- 1
ſa turpi, ex parte utriuſque, ſcilicet tā
dantis, quam recipientis, puta, ut ho
micidium faciat, iuxta l. generaliter.
& l. plane. ff. de uerb. obligat. uel da-
tum eſt aliquid officiali qui tenetur
denūciare maleficia, ne denunciet
maleficium cōmiſſum, quod eſt tur-
pe ex parte utriuſq;. ut l. ſi à reo. §. fi.
& ibi Barto. & Docto. ff. de fideiuſſ.
uel ſi eſt data pecunia iudici pro ſua
indemnitate, in caſu, quo cōdemne-
tur in ſyndicatu, ſi male iudicauerit,
quibus caſibus illud quod eſt ſolu-
tum repeti non poteſt, quia in pari
cauſa turpi, melior eſt conditio poſ-
ſidentis. ut eſt caſus in l. pe. ff. de con
di. ob turpem cau. & nota. per gloſſ.
in d. §. ſi ob maleficium. Sed ſi ſunt
data pignora pro dictis cauſis uel ali
qua earum, etiam ſecuto implemen
to ex parte recipientis, poteſt ille
qui tradidit pignus, agere rei uendi
catione contra detinentem pignus,
tanquam cōtra quemlibet extraneū
poſſidentem, uel retinentem rem
non ſuam. iuxta l. officium. ff. de rei
uendic. ut dicit gl. in d. § ſi ob male
ficium. per l. de eo. §. pe. & fin. ff. ad
exhibendum. licet non poſſet repe-
tere per condictionem ob turpem
cauſam, ut dixi. & ſic eſt ius in modo
agendi pro repetitione, ſicut dicitur
in ſimili, * quòd licet ſpoliatus ſit, an 2
te omnia reſtituendus. l. ſi quis à ſe
fundum. C. ad l. Iul. de ui. etiam ſi eſ-
ſet prædo. c. literis. extrà de reſtitu-
tio. ſpoli. tamen ſi intentaret condi-
ctionem ob turpem cauſam, non de-
beat audiri. ut nota. Barto. & Docto.
in d. l. pen. ff. de conditio. ob turpem
cau. & ſic dicitur in ſimili de marito,
qui ſi conuenitur actione de dote,
non tenetur niſi inquantum facere
poteſt. l. ſi maritus. ff. ſol. matrimon.
ſecus ſi conueniatur rei uendicatio-
ne. ut habetur in l. Neſennius. §.
fundum. ff. de re iudica. & in l. ex di-
uerſo. ff. ſolu. matrimonio. * Si- 3
militer dicitur in hærede conficien
te inuentarium, quia non poteſt cō-
ueniri intra tempora cōficiendi in-
uentarium, ſecus ſi conueniatur a-
ctione reali ut habetur in l. fin. §, do
nec. C. de iure deliberandi. & licet
non poſſit repeti, quod datum eſt
per condictionem ob turpem cau-
ſam, quando turpitudo eſt ex parte
utriuſq;, ut l. penul. ff. de condictio.





ob turpē cauſam. tamen ſi data ſunt
pignora, poſſunt uendicari, & fiſcus
auferre poteſt ab indigno. ut dicit
gloſſ. in dicto §. ſi ob maleficium. in
fine. quod intellige ſecundum Bal-
dum ibi, quando fuit tranſlatum do-
minium & acquiſitū indigno. iuxta
nota. in l. prima. C. de hæredibus in-
ſtituen. & ita loquitur l. Lucius. ff. de
iure fiſci. ſecus ſi non tranſiuit domi
nium, ſicut eſt in pignore dato. l. pi-
4 gnus. C. de pigno. actio. * ideo ſi ſcho
lares faciunt conuenticulas illicitas,
puta de caſſando aliquem doctorem
legentem abſque legitima cauſa, ſi
dant pecuniam uel libros, uel aliam
rem, ut promittatur ſibi uox uel ſuf-
fragium, non poteſt repetere ille qui
dedit: quia in pari cauſa melior eſt
conditio poſſidentis. ſed fiſcus po-
teſt auferre ab illo indigno recipien
te, & applicabitur ipſi fiſco. ut dicta
l. Lucius. ſecundum gloſſ. in dicto §.
ſi ob maleficium. Sed ſi dedit pigno-
ra, ex quo non tranſtulit dominium,
poterit illa repetere per rei uendica-
tionem, per prædicta. nec fiſcus pote
rit auferre ab indigno dante uel re-
cipiente. Alia & ideo cautela eſt
pro promittente, ut potius det pi-
gnora, quàm det rē, transferēdo do
minium: quia dando pignora, ſine
periculo poterit recuperare, ſed traſ-
ferendo dominium non poterit, nec
recipiens poterit retinere, quia aufe-
retur ab eo, & applicabitur fiſco.
quod eſt notandum.

## Cautela pro illo qui habet probationem tempore perituram, qua perempta, aduerſarius ſibi moueret litem ſuper ipſa. CCXLII.

1 *Proceſſus extraordinarius cum aliquo fundari debet.*

2 *Iuriſdictionis contentioſæ natura aduerſarium requirit.*

SI POSSIDEO quan-
dam rem, quæ mea eſt, & de do-
minio meo habeo teſtes, ſed ti-
meo ne moriantur, & timeo de Sem
pronio, ne his mortuis moueat mihi
quæſtionem dominij: quia forte res
illa quondam fuit ſua, uel ſuorum
maiorum. ut C. de probationi. l. ſiue
poſſidens. quomodo mihi ſuccurre-
tur? Aduerte, quia licet teſtes poſſint
examinari ad perpetuam rei memo-
riam, ut in autentica, ſi quis ab ali-
quo. C. de teſtibus. & nota. per gloſſ.
& Doct. in l. in lege Aquilia, ſi dele-
tum. ff. ad legem Aquiliam. & in c.
quoniam frequenter. extrà ut lite nō
1 conteſtata. * & iſte proceſſus ſit ex-
traordinarius, tamē cum aliquo fun-
dari debet. ut l. inter litigatores. ff. de
iudi. Aut ergo mihi mouetur de hoc
quæſtio, puta diffamando, quòd res
non ſit mea, & habeo aduerſarium
fundatum ex diffamatione. ut l. diffa
mari. C. de ingenu. manu. & l. cum
Titia. ff. de accuſatio. & l. athletas. ff.
de Fal. & c. licet. extrà de accuſation.
Eodem modo ſi habeo aduerſarium
fundatum ex aliquo antè geſto, qui
poſſet mihi mouere quæſtionem, pu
ta quia iam fui ſibi obligatus, li-
cet fecerit mihi pactum de non pe-
tēdo, aut nulla materia excitat quæ-
ſtionem, tunc iſtud iudicium non
poteſt fundari: quia nō eſt cum quo
fundari poſſit, & ſic oportet ſilere.
Et ideo ubi nec ſpeciali materia, pu-
ta ex contractu uel quaſi, delicto uel
quaſi eſt uel eſſe debet aduerſarius
certus, nec ex generali materia eſt
aduerſarius uerisimilis: tunc poteſt
fundari proceſſus examinis teſtium
ad perpetuam rei memoriam: quia
non eſt cum quo ſeu contra quem:

*quia natura iuriſdictionis conten- 2
tioſæ requirit aduerſarium . Vnde
cautela poteſt eſſe , quòd per inter-
poſitam perſonam quis faciat ſe diſ-
famari, tunc cum illa perſona funda-
retur iudicium: & occaſio illius poſ-
ſet citari facere cæteros qui nolunt
contradicere. ut C. ſi ut ſe ab hæredi.
ab. in autea. ſi omnes. & habes ſimi-
le. ff. de nego geſt. l. at qui natura. §.
cum me abſente. ut dicit Baldus in
auten. ſi quis ab aliquo. C. de teſti-
bus. in ſecunda columna. uerſicu-
lo, ſed hic dubitatur de tali quæ-
ſtione. quod nota pro illis qui ha-
bent poſſeſsiones & non habent in-
ſtrumenta de dominio , & alij quo-
rum antiquitus fuerunt , habent in-
ſtrumenta de ſuo quodam dominio
antiquo.

## Cautela de ualido contractu ſi-mulato, & de alijs inualidis contractibus. CCXLIII.

1 *Simulationis ſpecies tres eſſe dicuntur.*
2 *Statutum eſt Veronæ, quod nullus do-*
*ctorum collegium intrare poſſit , niſi*
*inter alia habeat ſummam Azonis, &*
*omnes Bartoli lecturas.*

TRES SVNT *ſpecies ſimu- 1
lationis, una quando unum a-
gitur tacite inter contrahentes , &
aliud exprimitur, & de iſta loquitur
totus titulus C. plus ualere quod a-
gitur, quam quod ſi. con. & c. ad no-
ſtram. extra de emptione & uendi-
tione. & c. illo uos. de pigno. & l. iu-
riſgentium. §. dolo malo. in fine. ff.
de pactis. cum ſimilibus. Secunda ſpe
cies eſt, quando aliquis ſimulate ex-
primitur , & nil in effectu agitur in-
ter partes: exemplum , ſi ruſticus do-
nat uel uendit quotidie poſſeſsio-
nem ſuam ciui, ut euitet onera & fa-
ctiones , tamen tacite agitur , quòd
contractus ſit nullus : quia non in-
tendunt quòd ſit donatio uel uen-
ditio: & de iſta loquitur l. nuda. C. de
contrahenda ſtipula. & l. imagina-
ria. ff. de regulis iuris. Tertia ſpecies
eſt , quando partes intendunt uere
aliquid agere, ſed contractus modi-
co tẽpore eſt duraturus , & propter-
ea præſumitur ſimulatus. exemplũ,
quod mihi Bononiæ contigit , dum
ibi eſſet bellum maximũ, & unus qui
habebat ſaluum cõductum pro per-
ſona & rebus ſuis , uolebat portare
ſub ſaluo cõductu libros meos, & uo
lebat quòd ſibi donare uere, ad hoc,
ut poſſet iurare libros eſſe ſuos , &
poſtea dum eſſet Ferrariæ, mihi reſti-
tueret , quod tamen facere nolui:
Nam ſi feciſſem, fuiſſet tertia ſpecies
ſimulationis. Vel pone aliud exem- 2
plum quod uidi de facto.* Statutum
eſt in ciuitate Veronæ, quòd nullus
poſsit intrare collegium doctorum,
niſi inter alia habeat ſummam Azo
nis, & omnes lecturas Barto. Vnus
qui non habet lecturam Azonis , uel
omnes Barto. facit iſtam ſimulatio-
nem : quia dicit amico , dones mihi
tuam ſummam Azonis , & Bartoli
pro die tãtum examinis mei, & quòd
donatio non durat ultra , ad hoc, ut
poſsim iurare cum ueritate me habe
re ſummam Azonis & Barto. poſtea
tibi reſtituam. Nam hæc eſt tertia ſpe
cies ſimulationis, de qua loquitur l.
iiij. §. ſi ab ignoto. ff. de manumiſ.
tit. generali. de iſtis tribus ſpeciebus
ſimulationis uide in eleganti conſi-
lio Bar. quod incipit, Petrus Nicolæ.
& per Paul. de Caſt. in dicta l. iuriſgẽ
tium. §. dolo malo. & iſtæ tres ſpe-
cies ſimulationis ſiunt de actu pro-
hibito ad permiſſum, & ſunt de iure
prohibitæ, ut patet ex prædictis. Po-
teſt addi quarta ſpecies ſimulatio-
nis



nis , quæ fit de contractu permiſſo
ad cõtractũ permiſſum : quia de uno
tacite agitur qui erat permiſſus , &
exprimitur alius qui ſimiliter eſt per-
miſſus. exẽplũ, uolo tibi mutuare cẽ-
tum uere, & iſte cõtractus eſt licitus,
ſed nolo quòd fiat inſtrumẽtũ de mu
tuo, ſed de depoſito , ad hoc ut faci-
lius poſsim te conuincere , per l. fin.
C. depoſit. certe talis ſimulatio eſt li-
cita[a], ex quo fit de permiſſo ad per-
miſſum. uel pone aliud exemplũ, ma
ritus qui non habuit totã dotem, fe-
cit inſtrumentum de tota dote rece-
pta ſolenniter, ſed quia uere deficie-
bant aurei puta cẽtum, uoluit quòd
ſocer confiteretur ſe habere in de-
poſitum centum aureos , cum in ue-
ritate eſſet debitor ex cauſa dotis: cer
te ualet iſta ſimulatio. ut probatur
in l. Lucius Titius cũ haberet. ff. de-
poſi. & not. Bald. in rubrica. C. eo-
dem titulo. Et ideo ex prædictis ſis
cautus, quando uis contrahere cum
uno uere , & ex illo contractu non
eſſet tibi ſufficienter, uel faciliter ſuc
curſum , ut tu poſsis inſtrumentum
facere, uel de alio contractu , quod
habeat faciliorem expeditionem, ſi-
cut ſit contractus depoſiti , ut dixi.
quia nullus contractus eſt prohibi-
tus, & nemo decipitur , & ita ſæpius
obſeruatur.

## Cautela , quibus caſibus pa-ctum legis cõmiſſoriæ ſit ua-lidum. CCXLIIII.

1 *Pactum pignoris & legis commiſſoriæ*
*à parte debiti factum, à iure reproba-*
*tum eſt.*
2 *Fœneratores Bononienſes, quo caſu pa*
*cto legis commiſſoriæ abutantur.*

1 PACTVM *pignoris & legis cõ-
miſſoriæ factum à parte debiti,
eſt reprobatum à iure, quando ſcili-
cet datur pecunia debitori, uel etiam
efficitur debitor ex alia re , & debi-
tor dat pignus creditori cum pacto,
quòd ſi non ſoluit debitum intra cer
tum tempus, pignus ſit emptum pro
precio debiti : quia lex præſumit,
quòd debitor qui indiget alia re , &
non poſſet ſoluere , daret pignus
multo maioris precij quàm ſit debi-
tum, & ſic faciliter deciperetur: ideo
lex uult, ut non ualeat, ut l. j. ij. & fin.
C. de pactis pigno. & l. eod. quod fal
lit , quando illud pactum pignoris
fieret ex interuallo poſt debitum
contractum , quia non præſumitur
eſſe in tanta neceſsitate. ut l. Titius.
ff. de conſtitu. pecun. & ibi hoc not.
Barto. & alij Doctores , & idem no-
ta. Bartol. & omnes Doctores , in l.
quamuis. alias incipit, Calipodius. ff.
de ſolutio. & Bartol. in l. ſi fundus. §.
fina. ff. de pignor. Item fallit , quan-
do pactum eſſet uel pignus eſſet uen
ditum iuſto precio , quia tunc ceſſa-
ret omnis deceptio præſumpta . ut
eſt caſus nota. in dicta l. ſi fundus. §.
fina. & ibi hoc nota. Barto. & hoc ca
ſu fieret æſtimatio per iudices. ut ha
betur per Bartolum, in l. ij. & fina. C.
de pac. pigno. & l. commiſſ. & l. ſi. C.
de iure dotium impe. & dict. l. ſi fun-
dus. §. fina. & in dicta l. quamuis. &
in dicta l. Titius. *Et ex hoc infer
2 tur cautela , qua utũtur fœneratores
Bononienſes ex conſilio aduocato-
rum & procuratorum antiquorum,
uidelicet quòd fiat pactum pigno-
ris & legis commiſſoriæ , ut ſi non
ſoluatur pecunia, pignus ſit emptum
precio æſtimando per talem , & ta-
les arbitratores, quos ex tunc partes
eligunt. ut nota. dicit Barto. in dicta
l. fina. C. de pact. pigno. & l. eadem.
& in dicta l. ſi fundus. §. fina. de pi-
gno. Nam poterunt conuenire pri-
mo caſu, coram illis arbitratoribus

a Simu. eſt li.
*Simulatio ĩ p-*
*ſona, et ueritas*
*in actu eſt, quã*
*do unus pro al-*
*tero recipit in-*
*ſtrumentũ, &*
*ex eo acquirit*
*ius ueræ perſo-*
*næ et nõ fictæ,*
*& ualet act⁹.*
*Bald. in l. cum*
*precibus. in ſi.*
*C. de probatio.*
*Simulatio non*
*præſumit, ſi cõ*
*ſtat de uerita-*
*te actuũ. Bald.*
*ĩ l. ei qui. ad ſi.*
*C. de diſtract.*
*pig. nec in du-*
*bio. l. quãuis. et*
*ibi Bald. C. ſi*
*quis alteri uel*
*ſibi.*

ſeu æſtimatoribus de æſtimando pignus pro precio debiti, licet multo plus ualeret. Sed ſi de iſta conuentione conſtaret, diceretur fieri fraus legi, & non ualeret. per l. fraus. cum ibi not. ff. de legi. & l. non dubium. C. eodem titu. coniuncta l. doli. §. diuerſum. ff. de noua.

Cautela pro filijs, ne teneantur ad ſoluendum delicta patris, ſtante ſtatuto, quod filius mercatoris teneatur ad debita patris. CCXLV.

*1 Filius pro debito uel facto patris, regulariter non tenetur.*

*2 Statutum ſi ſit, quod filij mercatorum ad patris debita teneantur, etiam ſi hæredes non probentur, an ualeat.*

*3 Exhæredati filij pro mortuis habentur, & inuiti a paterna hæreditate repelluntur.*

*a Pro debito patris. Mutuũ patri factum inopi, poteſt repeti a filiis etiã nõ hæredibus, in quorum alimenta uerſum eſt. ſi pater nõ ſit ſoluẽdo. Bar. ſingul. in l. his ſolis. ff. de condi. inde. Mutuũ patri factũ tempore cariſtiæ, præſumit uerſum in alimentu ſui & familiæ ſuæ. Bar. in l. ſi. §. fi. C. ad Macedo. in d. l. his ſolis. in fin. ff. de condi. inde.*

1 LICET REGVLARITER * filius pro debito uel facto patris non teneatur, ut in toto titulo. C. ne filius pro patre. & habetur per gloſſam ordinariam. j. quæſtio. iij. in ſumma. & per gloſſ. xxiiij. quæſt. iij. in ſumma. & in c. non debet. de regulis iuris. in vj. & per Salycetum in l. quiſquis. §. filij. C. ad legem Iuliam maieſtat. in quibus locis habetur, in quibus caſibus filij teneantur pro patre uel non, 2 * tamen ſi ſtatutum eſt quod filij mercatores tenetur ad debita patris, etiam ſi non probentur hæredes, uel conſtat quod repudiauerunt hæreditatem patris, quod ſtatutum ualet, licet ſit durum: quia naleret factum inter eos, iuxta no. in rubrica. C. de decre. decurio. libro x. Et procedit etiam illud ſtatutum regulariter, etiam ſi filij nõ eſſent hæredes patris: ut ſentit gloſſ. in l. dotis tuæ. C. de iure dotium. ſecũdum Baldum ibi. Sed remedium eſt, quod filij non teneãtur, uidelicet ut pater exhęredet eos. 3 * Nam exhæredati habentur pro mortuis, & inuiti repelluntur ab hæreditate paterna: unde non debet intelligi ſtatutum de illis, ſed ſolum de illis qui de iure duodecim tabularum erant ſui neceſſarij. argumen. l. j. §. penultimo. ff. de contra tabul. ſecundum Bald. in dicta l. dotis tuæ. in fine. facit l. ij. ff. quod cum eo. Quod ego intelligo, niſi exhæredatio eſſet facta in fraudem, in cauſa ficta, & non uera. argumen. l. j. §. is quoque. in fi. ibi, ſi ſine fraude hoc factum ſit. ff. de col. bo. & l. fraus. cum ibi not. ff. de legi.

Cautela ut filius teneatur pro debito patris[a], quod in inſtrumento contineatur, quod pater recepit mutuum pro alendis liberis. CCXLVI.

*1 Filij diuites alimentorum cauſa, ad patris debita tenentur.*

1 QVID SI PATER * eſt pauper, & accepit pecuniam mutuo, nunquid ſit aliqua uia per quam filij poſsint conueniri ex illo contractu? Tu diceres quod non, per tit. ne filius pro patre. Dicas quod ſic: quia ſi pater conuertit illam pecuniam in alimenta filiorum, qui poſtea ſunt effecti diuites, tenebuntur ad illud debitum patris. ita ſingulariter not. Bartol. in l. is. ſolo. argumẽ. illius text. in libro meo eſt. ff. de condictione indebiti. & ibi Doctores, quem ſequitur Ludo. de Ro. in ſuo ſingulari ccxiij. quod incipit, pater erat pauper & ideo tu creditor ſis cautus, ut dicatur in inſtrumento, quod mutuas pecuniam illam uel bona ut pater poſsit alere filios, ad hoc ut res ſit magis clara. arg. l. fin. ff. de exercito. quod nota. quia ſæpe euenire poteſt de facto tẽpore, quo eſt neceſsitas uictus.

Cautela pro filio exhæredato, per patrẽ prohibito aliquid habere in bonis patris. CCXLVII.





*1 Frater tenetur alere fratrẽ eodem patre natum, quantumcunque patris reſpectu male merentem.*

SI PATER HABENS duos filios, unum exhæredauit iuſte, & alium hæredem uniuerſalem inſtituit, & in teſtamento expreſſe prohibuit, ut nullo unquam tempore daret uel concederet aliquid de bonis ipſius teſtatoris ſibi relictis filio exhæredato fratri ſuo, & ſi unquam daret uel concederet, quod cadat à dicta hæreditate applicanda communi ſeu cameræ fiſcali, uel pauperibus, niſi inquantum dictus frater inſtitutus eſſet coactus, uel de iure teneretur aliquid dare de dictis bonis: an poſsit remedium aliquod adhiberi, ut filius exhæredatus poſsit aliquid petere uel habere de dictis bonis paternis à fratre ſuo, non obſtante dicta prohibitione, ita ut frater non cadat in aliquam pœnam. Et dicas, quod cautela poteſt eſſe, ut filius exhæredatus petat à fratre ſuo alimenta coram iudice, quoniam iudex tenebitur ſibi decernere alimenta, etiã in bonis patris. 1 * Nam frater tenetur alere fratrem eodem patre natũ, quantumcunque male merentem reſpectu patris: ad hoc enim tenetur ex perſona ſua. ut l. cum plures. §. in primis. & l. tutor ſecũdum dignitatem. §. fin. ff. de adminiſtratio. tuto. & nota. in l. non omni. C. de adminiſtratio. tuto. Nec poteſt pater hoc interdicere: quia talis patris prohibitio eſt contra ius naturale, quod eſt mirabile. inſtitu. de iure naturali gen. & ci. §. ſed naturalia. Et propterea iudex aditus ſuper alimentis, debebit cõdemnare fratrem locupletem pauperi ſuper præſtatione alimentorũ, & aſsignabit aliquam poſſeſsionem ad alimenta, quæ afferat redditum ſufficientem ad ipſa alimenta. ut l. ſi quis argentum. C. de donatio. & iſta erit alienatio neceſſaria, quæ non prohibetur. ut l. non alienationes. ff. famil. hercilcund. & l. peto. §. prædium. de legatis ſecundo. ita conſulendo tenuit Baldus in conſilio ſuo ccxliij. in ordine meo, incipiẽte, uerbis teſtamenti permiſsis diſponentis, &c. Ego autem intelligo hoc eſſe uerum, quando filius inſtitutus non haberet alia bona propria quam paterna: quia tunc non cogeretur præſtare alimenta de dictis bonis prohibitis per iura & rationes: de quibus ſupra. Sed ſi frater haberet alia bona quàm paterna, non teneretur, nec poſſet de bonis paternis alienari prohibitis præſtare alimenta fratri exhæredato: quia ceſſaret fundamentum, de quo ſupra. Item intelligo, niſi frater exhæredatus ex opera ſua commode uictum lucrari poſſet. argumen. gloſſ. nota. in l. ſi quis de liberis. §. ſed ſi filius. quæ incipit, operari. ff. de liber. agno. & glo. in l. ſi maritus in id. ff. ſoluto matrimonio. & gloſſ. in l. ſi quis argentum. in §. penultimo. C. de donatio. & gloſſ. in autenti. de trien. & ſemiſ. §. penultimo. in uerbo, idonei. colum. iij. & per ea quæ not. per Doctores in dictis iuribus.

Cautelæ notabiles ad ſtatutũ diſponens, quod nullus poſſit aliquid proponere quod ſpectat ad fauorem banniti, & quod ſtatutum hoc diſponens nõ poſsit ſuſpendi, quomodo poſsit proponi aliquid pro bannito, uel ſuſpendi ſtatutum. CCXLVIII.

*1 Intentio principalis ſemper attendi debet, non autem illud, quod in conſequẽtiam uenit.*

SI STATVTO CAVETVR,
ut nullus poſsit aliquid arrogare
uel proponere quod ſpectet ad fauo
rem alicuius banniti ſub aliqua pœ-
na, an ſcit dare aliquam cautelam, ita
ꝙ poſsit proponi, uel arrogari pro
bannito ſine pœna? Dic quòd ſic,
una eſt, quando fieret principaliter
in fauorem rei publicæ, licet ſecun-
dario tenderet in fauorem banniti:
*quia principalis intentio debet at- 1
tendi. ut probatur in l. ſi quis nec cau
ſam. in principio. coniuncta gloſſ. in
l. fina. ff. ſi certum petatur. & in l. j. §.
unde quærit Offilius. ff. de exerciti.
& in l. ſi is qui. §. quòd ſi ſeruus. ff. de
acquirendo rerum domin. & per id
quod ibi notat Barto. & per textum,
cum gloſſ. & ibi Bald. in l. j. §. huius
ſtudij. ff. de iuſtit. & iur. & per not. in
l. qui exceptionem. ff. de condictio-
ne indebiti. & per Baldum in l. non
ſolum. ff. de in integrum reſtitutio.
cum ſimilibus. & ita in ſpecie huius
cautelæ tenet Iacobus Butrig. & Sa-
lycet. in dicta l. ſi quis nec cauſam. in
hunc princip. & ponunt exemplum,
de quo ſuprà. & dicunt, quòd ſi con
tingit dum tractaretur de nominan-
do unum bonum capitaneum pro
guerra, quidam nominant aliquem
pro bono & ſufficienti qui erat ban-
nitus, propter quod dicebatur nomi
nans incurriſſe pœnam ſtatuti. ſed
Iacob. Butrig. & Salycet. ibi dicunt
quòd nõ: quia principale propoſitũ
fuit fauore reipublicæ, non autem
pro bannito loqui principaliter, ſed
conſecutiue, quòd principale pro-
poſitum, & non conſecutiuum de-
bet attendi per prædicta. & ita fuit
alias obſeruatũ Venetiis, in quodã
nobili Veneto bãnito, poſtea electo
pro capitaneo in bello nauali. Tu ue
ro potes ponere multa alia exempla
huiuſmodi, uidelicet ſi eſſet prohibi
tum arrogare, uel loqui in aliquo
collegio, puta contra aliquod ſtatu-
tum ſub certa pœna, poterit loqui
contra illud ſtatutum, ſi intentio lo-
quentis eſt loqui principaliter in fa-
uorem collegij. & idem dicas in ſimi
libus, quod perpetuo tene menti. &
adde quæ dicam in duabus cautelis
ſequentibus.

## CCXLIX.

1 *Autor contractus uel ſtatuti ante pœ-
nam commiſſam, totius diſtractus au-
tor eſſe poterit.*
2 *Nemo ſibi ipſi legem imponere poteſt.*
3 *Statutum ſi ſimpliciter aliquid propo
ni uel peti prohiberet, an ſi eſſet con-
tra ipſum ſtatutum aliqua reforma-
tio facta, ualere deberet.*
4 *Petitio cuius prohibetur, eius etiam
prohibetur conceſſio.*

ALIA CAVTELA ſimilis
præcedenti poteſt adhiberi, pu
ta dicit ſtatutum communis Floren-
tiæ, quòd in fauorem rebellium ni-
hil poſsit proponi uel ſtatui, uel per
ſtatutum ſuſpendi, & ſi ſecus fiat, ſta
tuentes eoipſo ſint rebelles, & eorũ
bona ſint cameræ fiſcalis, nunquid
poterunt ciues ſuſpendere contra ſta
tutum prohibens ſuſpẽdi? Dic quòd
ſic, ut l. ij. C. de ſer. expor. quia ante
pœnam commiſſam, commune Flo-
rentiæ eſt ſuæ rei moderator & ar-
biter. l. in re mandata. C. manda. & ff.
de ſeruis expor. l. ſi quis hac. l. Nam
ſuum negocium eſt, non eccleſiæ, &
ante pœnam commiſſam, licitum eſt
ſtatuere ſuper principali, ergo & ſu-
per pœna. ff. de eo quod certo loco.
l. fina. commiſſa autem pœna ſecus
eſſet, *unde autor contractus uel ſta- 1
tuti ante pœnam commiſſam, poteſt
eſſe autor totius diſtractus. ut ſingu
lariter notat Baldus in dicta l. tertia.
C. de ſeruis exportand. quod perpe-
tuo tene menti. & adde quod dicam
in ſequenti cautela, pro complemen
to & ampliori declaratione iſtius.

Poteſt tertia cautela etiam adhi-
beri in materia legis uel ſtatuti pro-
hibentis aliquid proponi uel arro-
gari in aliquo caſu ſub pœna, & ſub
annullatione actus, etiam ſi ſtatu-
tum diceret, ꝙ nõ poſsit ſuſpendi i-
pſum ſtatutum, uidelicet quòd pri-
mo proponatur per aliquẽ de con-
ſilio uel collegio, ꝙ illa pars ſtatuti
quæ dicit, quod ſuſpendi poſsit, nõ
ſuſpendatur ſaltem pro illa uice tan
tum, quod fieri poteſt impune: quia
illi de conſilio uel collegio non po-
tuerunt ſibi legem imponere, à qua
nullo modo recedere liceret. l. ſi quis
in principio teſtamẽti. in principio.
de legat. iij. & no. cano. in c. dilecto.
extra de præbend. qua ſuſpenſione
facta, remanebit ſtatutum ſine prohi
bitione ſuſpenſionis, & tunc ſecun-
do loco debebit ſtatutum ſuſpendi,
uel in totum, uel in parte, prout uo-
luerint conuenire, quod fieri poteſt:
prout eleganter uult Paulus de Caſt.
in l. j. in principio. in ij. col. ff. ad legẽ
Falcidiam. allegando Bartol. in l. j.
C. de peti. bono. ſub. libro x. licet in
meo Bartolo nihil dicatur de ſuſpen
ſione. Sed dictum eſt in ſe uerum, per
ea quæ ſuprà dixi: & facta ſecunda ſu
ſpenſione de dicto ſtatuto prohibi-
torio, poterit quis loqui contra ſta-
tum in toto uel in parte: quia pro
tunc nullo modo obſtabit, ex quo
interim eſt ſuſpenſum, & reforma-
tio facta contra ſtatutũ, donec ſtabit
ſuſpenſum, ualebit dictũ ſtatutum:
& ita uult Pau. de Caſt. in dicta l. j. in
princ. ff. ad legem Falcidiam. & ſi in
ſtatuto eſſet una alia clauſula, uide-
licet quòd non poſsit ſuſpendi illa
pars ſtatuti, quę dicit, quòd ſtatutum
non poſsit ſuſpẽdi, tũc eſſet neceſſe
quòd primo loco ſuſpenderetur il-
la clauſula, & facta ſuſpenſione de
ea, poſtea deberet ſuſpendi illa quæ
diceret, quòd ſtatutum non poſsit
ſuſpendi, & ſic ſucceſsiue. ut ſuprà
dictum eſt, etiam ſi eſſent mille pro-
hibitiones, quæ prohiberent ſu-
ſpenſionem: quia non poſſunt tot
opponi prohibitiones etiam ſu-
ſpenſionis, quin poſsint illæ ſu-
2 ſpendi: ut ſuprà dictum eſt: *quia ne-
mo poteſt ſibi imponere legem, &c.
ut ſuprà dixi: quod perpetuo tene-
menti, quia habui de facto in colle-
gio doctorum Paduæ, ubi erat ſtatu
tum, quod quis nõ poſsit eſſe de col
legio, ſi habuerit ſeptem ſuffragia in
contrarium: nec poſsit poſtea ſibi fie
ri gratia intrandi collegiũ, niſi poſt-
ea habuit omnia ſuffragia: & quòd
dictum ſtatutum non poſsit tolli uel
ſuſpendi ſub certa pœna, & nemo
poſsit loqui contra dictum ſtatutum
ſub eadem pœna: ego dixi, ſi uole-
bant ut poſsint habere gratiã intran
di, & ſufficerent ſibi ſuffragia maio-
ris partis collegij, iuxta l. quod ma-
ior. ff. ad municip. cum ibi not. & iu-
xta nota. in c. cum omne. extra de cõ
ſtitu. remedium erat, ut primo ſuſpẽ
deretur illa particula ſtatuti, quæ di-
cit, quòd ſtatutum non poſsit ſuſpẽ
di: ſecundo facta illa ſuſpenſione, ſu
ſpenderetur poſtea totum ſtatutum:
tertio loco reciperentur ſuffragia
ſingulorum de collegio: quia tunc
non ſufficeret maior pars, per di-
ctam leg. quod maior. cum ſimili-
bus. & ita factum & obtentum fuit.
Sed ſi iſta cautela obſeruaretur, * &
3 ſtatutum ſimpliciter aliquid propo-
ni uel peti prohiberet, & dubitare-
tur, an ſi eſſet facta reformatio con-
tra ſtatutum, ualeret uel non, diſtin-
guendum eſſet. Aut prohibetur peti-
tio ſeu propoſitio reſpectu rei, & tũc
reformatio non ualebit: quia illa ui-

detur etiã eſſe prohibita, & ita debet intelligi d.l.j. C. de pet.bono. ſubla.libro x.cum glo.*quæ dicit, cuius 4 prohibetur petitio, eius prohibetur conceſsio. & ad hoc allegat concordantes. Aut prohibetur perſona petere ſeu proponere. pone exemplum ſecundum Aegelum in l.j. ſi diceret ſtatutum, quòd nullus magnas poſſit arrogare. Nam ſi arrogaret, & arrogatio affirmaretur, ualeret, per l. uniuerſa. C. de preci. impera. offer. hoc tamẽ quod dixi de perſona prohibita arrogare, non habet locum in perſona excommunicata per c.j. de reſcript. in vi. ſecundum Bartolum, qui ita elegãter dicit, in dicta l.j. quẽ ſequitur ibi Angel. & Paulus de Caſtro in dicta l.j. in principio. ff. ad legem Falcidiam.

## Cautela & intellectus ad c. tanta. qui filij ſint legitimi. CCL.

1 *Matrimonio concubinæ ſubſequenti filij legitimantur.*
2 *Filij non legitimantur per ſubſequens matrimonium, niſi talis mulier fuerit, quæ in uxorem cõmode haberi poſsit.*

DEBES *ſcire quòd ſi quis ha- 1
bet concubinam, & ex ea filios procreauit, ſi poſtea ipſam ducat in uxorem, & conficiantur dotalia inſtrumenta, per illud ſubſequens matrimonium legitimantur. l. cum quis. & l. nuper. C. de naturali. liber. & inſtitu. de nup. §. fina. cum glo. & c. tanta. extra qui filij ſint legitimi. cum ſimilibus. ſed audi unam ſingularem limitationem, quoniam iſtud debet intelligi, ſi talis mulier erat matrimonio digna, ſecus ſi digna non fuiſſet matrimonio. ut quia forte meretrix erat, uel mulier uiliſsimæ conditionis, & pater nobilis & diues: quia cum iſtud matrimonium non poterit cum honeſtate contrahi, non legitimantur filij ante matrimonium nati & concepti: quoniam tale matrimonium ob mores improbatum eſt, & ideo non ſortitur effectum legitimationis filiorum. ita dicit ſingulariter Angelus in autentica. quibus modis natura. effician. legitimi. §. ſed aliud per illum textum, columna ſexta. & dicit quòd habuit de facto: & ideo tu ſis bene cautus, qui uis infringere legitimationem, & patri tanquam agnatus uel cognatus ſuccedere, excluſis filiis tãquam non bene legitimatis: ut uideas ſi illa concubina erat digna illo matrimonio, quod faciliter poterit tibi contingere, quia ut plurimũ concubinæ non honeſte uiuunt, nec uidentur eſſe dignæ matrimonio propter earum uilitatem. Sed aduerte: quia text. in dicto §. ſed & aliud. uidetur ſolum loqui de illa concubina quæ peccauit, puta quia meretrix, uel turpiter & inhoneſte uixit: ut ibi, quæ etiam ſemetipſam iniuriauit. & infrà ibi, in ſecundo uero id quod illa peccauit, &c. Et prædictis adde gloſſ. nota. in auten. quibus modis natura. effician. legitim. §. ſit ergo licentia. in principio. in uerbo, non permittimus. columna ſexta,
quæ dicit,*quòd filij non legitiman 2
tur per ſubſequens matrimonium, niſi ſit talis mulier, quæ poſsit commode in uxorem haberi. & idem uult Bald. in c. illud. in fine. pen. col. extra de præſumpt. & adde quæ dicam in ſeq. cautela.

## Cautelæ quibus quis poterit, uti ad legitimandum filium naturalem. CCLI.

1 *Filiorum legitimatio multis modis fieri poteſt.*
2 *Legitimare omnes filios an pater intelligatur, ſi unum ex filijs naturalibus filium appellauerit.*

*Filij*



3 *Filij tunc legitimantur, quando per patrem fuerint filij in teſtamento nominati.*
4 *Cõcubina ſi in teſtamẽto ſuo, uel inſtrumento publico filium ſuum naturalem nuncupauerit ſine iſta adiectione naturalem, an eum legitimaſſe intelligatur.*

1 LEGITIMATIO *fieri poteſt multis modis, de quibus per Angel. in auten. quib. mod. nat. effic. ſui. §. fi. in fin. & in §. quod uero. eodem titu. & inter alios modos unus eſt. Si pater habens filios naturales de libera muliere, quæ eius uxor eſſe poterat, nominat illum ſuum ſimpliciter, non dicendo naturalem in teſtamento, uel in ſcriptura inſtrumenti publice, ſiue propria manu ſubſcripti, habente ſubſcriptionem trium teſtiũ fide dignorum, uel ſub geſtis monumentorum, id eſt, in figura iudicij: quia per iſtam nominationem iſti filij naturales efficiuntur legitimi, & eode iure utuntur quod legitimis cõfertur. ut eſt text. in auten. ut lice. ma. & auiæ. §. hoc autem & illud. colum. viij. & tranſumptiue habetur in aut. item ſi quis. C. de naturali. & not. gl. magna circa fin. inſtitu. de liberti. §. fina. & eſt text. cum gloſſ. in uerbo, ſi mul. in auten. quibus mod. nat. effic. le. §. ſi uero ſolummodo. & gloſſ. in §. fin. eodem titul. & not. Ange. in auten. qui. mod. na. effi. ſui. §. fin. in fin. facit in ſimili text. in l.j. §. ſimilique modo. C. de Lati. liber. tol. & c. ſi aliquando. cum gloſſ. extra de ſentent.
2 excom.* & idem eſt, ſi pater unum ex filiis naturalibus appellauit filium: quia per hoc intelligitur omnes legitimare: ut eſt text. in d. §. hoc autem & illud. in d. auten. ſi quis. in fin. quod Bald. ibi dicit eſſe mirabile. & not. & ideo ſit cautus filius naturalis natus ex concubina, ut ſi poteſt, procuret quòd pater appellet ipſum filium ſuũ in teſtamento, non dicendo naturalem, uel alio modo nominando, ut ſupra dixi: quia tunc efficeretur legitimus: & ſimiliter pater ſi uult huiuſmodi filios naturales legitimare, & non poteſt habere copiam Imperatoris, uel comitis habentis poteſtatem legitimãdi, uel ſi non uult expedere aliquid pro legitimatione, ut nominet filium ſuum eo modo ut dictum eſt: & ita alias uidi obſeruari Veronę per quendam Bertherum Placentinũ, notarium ualde peritum: dum ſcriberet teſtamentum unius, qui habebat filium naturalem tantum. Sed tu qui uis opponere illi legitimationi, ſis cautus, ut reſpicias an mater filiorũ naturalium fuerit digna [a] matrimonio, habito reſpectu ad conditionem ſuæ perſonæ, & ad conditionem amaſij ſui patris eorum: quia ſi non erat digna, non legitimabuntur filij per ſimplicem nominationem filiorum, ſicut nec legitimantur per ſubſequens matrimonium, ut dixi in cautela præcedenti. & ita uult ſingu. Ang. in auten. qui. modo. na. effi. legit. §. j. & idem uult etiam Ange. in d. autẽ. Item ſi quis qui dixit, quòd tunc legitimantur filij per nominationem, quando non erat turpe tali patri illam concubinam in uxorem capere: & ponit exemplum: quia concubina erat uiliſsima, amaſius autem erat magnus nobilis & diues. non enim erat uériſimile uoluiſſe tacere illud, quod honeſte non poterat. ut l. filius. ff. de conditio. inſtitut. facit l. nepos Proculo. cum ibi nota. ff. de uerbo. ſigni. & idem conſuluit Barto. & Fran. Tigrini de epiſcop. & Angel. de Melia. & Hugo. Pelom. ut refert Angel. in dict. §. ſed & aliud. qui dicit, quòd idem tenet Ioan. Andr. in capitul. per tuas. extra qui filij ſint legitimi. qui

*a Fuerit dig. Dignus pſumitur quilibet, ni ſi appareat indign*.l. ſeruos. de ma. te. l. cũ quedã. la ſecũda. et ibi Bar. et Dy. et Odofre. in ap poſt. de le. ij. Digniores pſonæ & digniora negotia q dicant, uide Spe. de reſcri. præſenta. §. ix. in princi. Dignitatem habens a principe, dignior reputatur. Vide Spe. de cita. §. v. uerſi. porro.*

uult, *quòd legitimentur filij quan- 5
do per patrem fuerint filij nominati
in teſtamento, &c. ſi mater eorum tũc
rebus ſic ſtantibus, poterat contrahe
re matrimonium ſimul cum patre. &
idem tenet Ange. in d. §. ſed & aliud.
circa fin. & idem tenet Bald. in d. au-
ten. item ſi quis. in fi. per illum text.
in uerbo, poteras. quod debet intelli
gi de iure & de facto, ſecundum na-
turam & bonos mores. allegat. ff. qui
& à quibus. in l. ſi rogamus. debuit al
legare l. ſi rogatus. §. matrimonij. ff.
de manu. uind. aliàs non fieret legiti
matio. Et dicit, quòd ita conſuluit
Bart. in quo conſilio limitauit illam
autenti. item ſi quis. multis modis. I-
tem aduerte etiã, quia quòd ad hoc,
ut filij naturales legitimentur per di-
ctam nominationẽ, requiritur quòd
non extent filij legitimi & naturales,
quia ſi extarent, non efficerentur le-
gitimi: & ita tenet gloſſ. in d. autenti.
item ſi quis ſub dubio forte. licet ſe-
cundum eum, hoc non reperiatur in
corpore unde ſumitur, quando extat
legitimi, uel non. & iſtam opin. tenet
Angel. in auten. qui. mod. natu. effic.
legiti. §. ſi quis ergo. per illum text.
& idem uult in auten. qui. mod. natu.
effic. ſui. §. ſi quis igitur fuerit. & in
§. fin. in fin. eodem titu. Item prædi-
cta intelligo eſſe uera, niſi pater no-
minaſſet filium propter importuni-
tatem filij hoc petentis. argument.
l. j. C. de pe. bon. ſubla. libr. x. cum ibi
nota. per Angel. & alios in l. fin. C. ſi
quis alic. teſtament. prohibet. Item
quando pater eſſet multum occupa-
tus circa alia. argumen. c. ſi aliquan-
do. cum ibi nota. per gloſſ. & Docto.
extrà de ſentent. excomm. Item quan
do eſſet in articulo mortis, cogita-
tione mortis turbatur. iuxta l. hac
conſultiſsima. §. at cum humana fra-
gilitas. C. qui teſtament. facer. poſſ.
niſi aliter appareret de ſpontanea uo
luntate patris, per nota. in d. iuribus.
& in l. iubemus. C. de teſtament. cum
ſi. Item quòd dixi, oporteret ut iſta
concubina poſsit eſſe uxor digna: in
tellige, tunc cum amaſius pater uer-
ba protulit: præſumitur enim cum
ea contrahere matrimonium: & ideo
legitimantur filij & mulier: quia ſte-
tit in habitu concubinæ præſumi-
mitur conſentire, ſecũdum Angelũ,
in d. autent. item ſi quis. qui dicit, no
ta ſingul. iſtum caſum pro baſtardis.

*Sed quid erit de amaſia ſeu con- 4
cubina, quæ in teſtamento ſuo, uel
inſtrumento publico filium ſuum na
turalem nuncupauerat, ſine iſta ad-
iectione naturalem, an intelligatur
eum legitimare per iſta uerba? Ange.
in dict. autenti. ſi quis. dicit quòd nõ,
quia iſta legitimatio inducitur ex ma
trimonio pręſumpto, ut dixi. ſed non
eſt ita uerſimile, quòd amaſius ue-
lit amaſiæ matrimonio conſentire.
Sed iſtud quod dicit Angelus de ma-
trimonio præſumpto, non uidetur
poſſe procedere, per id quod nota. i-
dem Ange. in autentic. qui. mod. na-
tu. effic. leg. §. ſi quis ergo. in fin. qui
dicit ſingul. per gloſſ. ibi, quæ incip.
j. non permittimus naturales. iun-
cto tex. ibi, quòd filius naturalis nul
lo modo poteſt legitimari per pa-
trem, niſi per ſubſequens matrimo-
nium, confectis dotalibus inſtrumen
tis, quando matrimonium contrahi
poteſt. Et ideo ſubdit, quòd ſit cau-
tus aduocatus, ut uideat ſi tempore
quo pater fecit teſtamentum, in quo
uoluit filios ſibi effici legitimos ſuc-
ceſſores, uel eos in teſtamento, uel
alia legitima diſpoſitione ſolenni fi-
lios ſimpliciter appellauerit, ſi uiue-
bat mater filiorum naturalium nec
ne. Nam ſi uiuebat, & pater dicto
tempore poterat cum illa contra-
here



here matrimonium, per illa uerba nõ
inducitur legitimatio filiorum: quia
ex quo cum muliere prædicta pote-
rat contrahere matrimonium, non
poterunt filij legitimari, niſi per ma-
trimonium ſubſequens: & pro iſta o-
pinio. dicit eſſe caſum in §. ſi uero.
eodem titul. Sed ego teneo hoc non
eſſe uerum, immo per iſtam nomina-
tionem legitimantur filij, id eſt, de-
claratur fuiſſe matrimonium contra-
ctum inter ipſum & matrem filiorum
quæ uidebatur concubina ſeu ama-
ſia, & per conſequens declaratur fi-
lios eorum legitimos: quia ex illis
uerbis inducitur matrimonium præ-
ſumptum, propter dictam nomina-
tionem matrimonij inter ipſum &
matrem filiorum: ut probatur in au-
tentic. ut lice. ma. & aui. in §. hoc au-
tem & illud. ex hoc enim, & cum eo-
rum matre monſtratur matrimo-
nium fuiſſe legitimum, columna viij.
de quibus omnibus uide pleniſsime
per Antoni. de Roſel. in ſuo tracta-
tu limitationum, in primo libr. in ti
tul. de matrimonio præſumptiuo. u-
bi latiſsime examinat materiam hu-
ius cautelæ, ubi omnino uide. & ha-
betur plene per Bartolum, in cõſilio
ſuo quod incipit, habens filium. &
in alio, quod incipit, Neruenis Co-
raduci &c. & Iacob. de Belui. in dict.
§. ad hæc autem. & Bartol. & omnes
Doctores, in dict. aut. item ſi quis. C.
de natura. libe. & per gloſſ. & Ioann.
Andr. & canoniſtas in capi. per tuas.
extrà qui filij ſint legitim. §. final. &
per Goffred. in ſumma eodem titul.
& in §. octo modis. & uide omnino
gloſſam magnam. in fin. & quod ibi
notat Baldus. in ij. colum. in princip.
in uerſicul. nono opponitur. & ibi e-
tiam Raphael C. qui. res iudic. non
nocet.

## Cautela pro illo, qui uult re-
linquere monacho uſumfru-
ctum alicuius rei, quomodo
relinquet ad hoc ut Abbas ex
cludatur. CCLII.

1 *Monacho ſi legatum factum fuerit ſub conditione, quod ſi abbas eũ moleſtaue rit à legato cadat: an ſi ipſe abbas ipſi monacho moleſtiam inferat, quod proprium habere non poſſit, a legato decidat.*

2 *Pœnæ impoſitio quando præcedit, factum impoſsibile de iure, uel de facto, non ualet.*

1 EST QVAESTIO, *ſi unus re
liquit monacho uſumfructum
alicuius rei, ut abbas non faciat ei
quæſtionem, nec eum moleſtet, talis
reliquit extraneo, uel ſub conditio-
ne ſi abbas moleſtauerit eum, ca-
deret à legato: nunquid ſi abbas mo-
uet quæſtio. monacho, uel eum mo-
leſtet, quia non uult monachum ha-
bere uſumfructum, dicendo quòd nõ
poteſt habere proprium, iuxta auten.
ingreſsi. C. de ſacroſanct. & capi. ex-
tra de ſtatu monacho. an cadat à lega
to? gloſſ. format iſtam quæſtionem
in l. Lucius. §. tres hæredes. in uerbo,
de omni. quæ incipit, quid ergo. ff. ad
Trebell. & ibi per Bartol. & alios, &
per Cyn. in l. quoties. in fin. C. de his
quæ ſub modo. & per Bartol. in au-
tent. exprimitur. in fin. C. de bon. quę
libe. & plene per Bartol. Bald. & Io-
ann. de Imol. in l. ſi alienum. in prin-
cip. ff. de hæredi. inſtitut. & per Bar-
tol. in ſua diſputatione, quæ incipit,
quidam donauit: ubi diſputat i-
ſtam quæſtionem. & Baldus plene
in leg. prim. in ſeptima. quæſtio. &
v. opp. C. de his quæ pœ. nomine. Sed
ut ceſſent dubitationes in iſta quæ-
ſtione, cautela eſt, ut teſtator non di
2 ſponat per uiam pœnæ, * quoniam
impoſitio pœnæ quando præcedit
factum

factum impoſsibile iure uel de facto,
non ualet l.cerdonem.ff.de oper. li-
bert. & l. j. C. de his quæ pœnæ no-
min.Sed dicat, relinquo quouſq; ab-
bas faciat quæſtionem, & ex nunc
non relinquo. ita dixit nota.Bald.in
d.l. j. in vij. quæſtio. Paul.de Caſtr.
in d. §. tres hæredes. dicunt tamen,
quòd abbas pro eo, quòd habuit mo
nachus ante controuerſiam, poterit
controuerſiam facere, & illi auferre.
Sed in hoc erit utilis cautela, quia an
te controuerſiam poterit monachus
uti, & gaudere uſufructu: quod eſt
notabile pro parentibus & amicis,
qui uolunt aliquid relinquere mona
cho uel monachæ, ut eo gaudere poſ
ſit aliquo tempore.

Cautela, quando ſtatutum diſponit, quod non poſsit probatio fieri niſi per inſtrumentum, quomodo probatio per teſtes ſit ualida. CCLIII.

1 *Statutum ſi dixerit, quod non poßit debitum per teſtes probari, ſed tantum per inſtrumentum, an ſi quis tantum teſtes produxerit ad probandum debitum, & non fuerit eis per aduerſarium oppoſitum, eorum probatio teneat.*

2 *Spoliatus licet ante omnia reſtituẽdus ſit, nec quæſtio dominij admittatur, ſi tamen ſpoliatus paſſus fuerit, de dominio ſuccumbere debet.*

3 *Probationem contra iuris & de iure licet in contrarium probatio non admittatur, ſi tamen admißa fuerit, ualet & tenet.*

4 *Procurator uel alia perſona licet in criminali cauſa non admittatur, ſi tamẽ admißus fuerit procurator, iudicium ualet.*

5 *Iuramentum ſi non apponatur ſolutioni, ſed ueritati, an ſi periurium detectum fuerit, ipſum allegare poterit.*

STATVTA quandoq; diſponũt,
quod ultra xx.lib.uel aliquam cer
tam ſummam debiti, non poſsit pro
bari debitum, neq; ſumma debiti per
teſtes, ſed per inſtrumentum. Sed cau
tela poteſt adhiberi, ut probatio per
teſtes facta proſit, uidelicet quod e-
go qui tibi mutuaui centum, & ul-
tra ſummam a ſtatuto limitatã, agam
contra te, ut mihi conficias inſtrumẽ
tum debiti, de quo in l. plures apo-
chas. C. de fide inſtrumento. & in l.ij.
C. de ſuſcep. & archa. lib. x. & ſi tu ne
gas te debere mihi aliquid, potero
probare per teſtes, & ſi tu opponas
mihi de ſtatuto prohibente proba-
tionem fieri per teſtes, replicabo il-
lud eſſe uerum, quando ex probatio-
ne teſtium reſultat condemnatio fi-
enda ad reſtitutionem eius quod pe-
titur. Sed in caſu noſtro, non reſultat
condemnatio, ſed ſolummodo ut cõ
ficiatur inſtrumentum, quod eſt di-
uerſum a diſpoſitione ſtatuti: ita ſin
gulariter dixit Barto.de Saly.in l. ſan
cimus. §. fin. in fin. C. de dona. in fin.
& hanc cautelam perpetuo tene cor
di ſecundum eum. *Stante ſtatuto, 1
de quo in præcedenti cautela, quod
non poſsit debitum probari per te-
ſtes, ſed tantum per inſtrumentum,
ſi quis teſtes tantum produxerit ad
probandum debitum, & non fuerit
ei oppoſitũ per aduerſariũ, quod nõ
debeat audiri, uel non fuerit repul-
ſus, probatio tenet, ut no. Bal. & Lu-
do. de Ro. in l. certi codictio. §. quo
niam ff. ſi cert. peta. facit c. j. extra de
reſti. ſpolia.* ubi dicitur, quod licet 2
ſpoliatus ante ſit reſtituendus, nec
admittatur q. dominij, ut ibi, & l. ſi
quis a ſe fundum. C. ad l. Iul. de ui. ta-
men ſi ſpoliatus eſt paſſus de domi-
nio debet ſuccumbere, ut eſt caſus in
d. c. j. & ibi Doctor. & not. Bart. in l.
naturaliter. §. commune ui. com-
binatione. ff. de acquiren. poſſeſsio.
& in



& in l. j. §. ſi is cui. ff. de noui oper. nũ
tia. Item ad hoc adduco doctrinam
Inno. in c. fraternitatis. extra de frigi.
3 & malefi. qui dicit, * quòd licet con-
tra præſumptionem iuris & de iure,
non debet admitti probatio in con-
trariũ, l. antiquæ. C. ad Velleia. & l. j.
C. arbit. tut. niſi per cõfeſsionem par
tis: ut eſt gloſſ. nota. in l. in contracti
bus. in principi. C. de non numerata
pecunia: & habetur in auten. ſed iam
neceſſe. C. de dona. ante nup. & per
glo. in corpore unde ſumitur: & per
Barto. in rubric. C. de probatio. cum
ſimilibus. tamen ſi fuit admiſſa pro-
batio, ualet. & idem uult etiam Inno.
in c. cum Bertoldus. de re iudi. & Ioã.
de Imol. in l. inter ſtipulantem. §. j. ff.
de uerbo. obligatio. & Ang. de Aret.
inſtitu. de actio. §. ex maleficiis. Item
pro hoc allego gloſſ. nota. in l. quam
uis indubitati. C. de adulte. quæ uult,
4 * licet in cauſa criminali non admit-
titur procurator uel alia perſona, ut
l. ſeruum quoq;. §. publicæ. ff. de pro-
cura. & l. pe. §. ad crimen. ff. de publi.
iudic. & c. tuæ. extra de procura. ſi ta
men fuit admiſſus procurator, ualet
iudicium. & idem gloſ. ord. in termi-
nis. in uer. criminalis. in c. j. de iudi. li-
bro vi. & ibi Doct. & Spe. in ti. de pro
cu. §. j. uerſicu. ſed pone in tali cauſa.
& uide Abba. Sicu. qui dictam gloſſ.
ſingula. inducit ad multas quæſtio-
nes. extra de accuſat. c. ueniens. Item
allego ad hoc quod not. Bald. in l. ul
ti. ante fin. uerſicul. quid ſi iuramen-
tum. C. de non numera pecu. qui di-
5 cit, * quòd ſi iuramentum non appo
nitur ſolutioni, ſed ueritati: quia iu-
rat quis ſibi uere fuiſſe numeratum,
non habet locum dict. l. ult. quia non
poteſt allegare ſe periurum: facit l.
non alias. cu ibi no. ff. de iureiur. ſi ta
men admiſſus eſt ad probandum ne-
gatiuam, & probauerit eam, quia
tunc periurium eſt detectum, poteſt
ipſum allegare, iuxta not. in d. l. non
alias. Et per prædicta ſit cautus ille
qui non poteſt admitti, ut procuret
ut admittatur, & quòd iudex, uel
pars ſibi non opponat. Et ſimiliter
aduerſarius ſit cautus, ut opponat, &
proteſtetur, quòd non debet admit-
ti ad probandum, uel audiri ut pro-
curator, alias ualeret probatio & iu-
dicium: & idem dicas in ſimilibus
caſibus. quod bene nota in practi-
ca: & adde quæ dicam in ſequen. cau-
tela.

Cautela quando partes inter ſe conuenerunt, quod per inſtrumentum tantum probetur debitum. CCLIIII.

1 *Pactum an ualeat, quod debitum niſi per inſtrumentum probari non poſſit.*

2 *Debitor ſi iurauerit ſe nõ probaturum niſi per inſtrumentum, tale iuramentum ſeruandum eſt.*

3 *Iudex ex officio ſuo teſtes examinare poteſt.*

1 DVBITARI * poteſt an ualeat
pactum, quòd non poſsit pro-
bari debitum niſi per inſtrumentum.
& gloſſ. notabilis in autenti. ut ſine
prohib. matres debi & credi. §. quia
uero. in gloſſ. magna, poſt medium.
colum. vij. tenet expreſſe quòd non,
& eam ibi approbant Auge. Cyn. Bar
to. Bald. in l. pactum inter hæredem.
ff. de pact. & ibi etiam per Doctor. &
idem tenet Floren. in l. in l. Aquilia ſi
deletum. ff. ad l. Aquil. Et idem tenet
Albertus gloſſator in ſua margarita.
Et idem tenet Specu. in titul. de pro-
bat. §. uidendum reſtat. in uerſic. ſed
quid ſi debitor iurauit. qui ſubdit,
2 * quòd ſi debitor iurauit ſe non pro-
baturum niſi per inſtrumentum, ta-
le iu

le iuramentum erit ſeruandum.per c.
ſi uero.extra de iureiuran.& hoc ca-
ſu dicit conſiliū eſſe.ut debitor pro-
curet teſtes recipi officio iudicis: &
ſic uult, quòd ille qui non poteſt pro
bare per teſtes , poterit procurare ut
officio iudicis examinentur:& ſimi-
lem cautelam dedit Bald.in l.amplio
ſola confeſsio qualificata, ut ſuprà ſequitur, quòd probatio non eſt clariſsima, prout requiritur. ſecundo quia dato, quòd contra taliter confitentem laboraret urgentiſsima præſumptio, tamen ex præſumptionibus & indiciis quantumcunque urgentiſsimis, non debet quis capitaliter puniri, prout dictum fuit ſingulare licet uulgatum. Innocent. in c. quia uериſimile. de præſump. de quo dicto fit mentio per ſcribentes in uariis locis, præcipue per omnes in c. afferte. extra eo. de præſump. & Pau. de Caſt. ubi pulchre loquitur in conſil. mihi clxxxvij. incip. uiſa inquiſitione ſuprà ſcripta. in ulti. colum. & per Cæpo. in conſi. vj. incip. ueritas primi dubij. in iij. colum. & in conſil. xxxix. incip. Baptiſta Meoni. in iij. columna. & per Gandi. in ſuo tracta. malefi. in rubri. de præſumpt. & indici. ex qui. cōdem. ſequi poſſ. ubi dixit, quòd omnes Docto. qui tempore ſuo erant Bononiæ, ita conſuluerunt. Non obſtat ſi dicatur, quòd propter hoc iſte taliter confitens nō euitabit torturā, quia iudex [a] audiēs iſtam ſuam confeſsionem qualificatam, ut ſuprà, torquebit eum ad hoc, quod debeat dicere ueritate, an interfecerit illum cauſa principaliter offendendi, an uero principaliter cauſa ſe defendēdi, quia dico, quòd illud non poteſt facere iudex, ex eo quòd illa iura quæ uolunt, quod ex indiciis, & præſumptionibus contra aliquem laborantibus, & arbitrio iudicis ſufficientibus, ille talis debeat ſubiici tormentis cauſa ueritatis eruendæ. ut ff. & C. de quæſtio. & c. cum in contēplatione. de reg. iur. in antiquis. & c. non ſolent. ij. quæſt. vj. habent locum & procedunt in indiciis & præſumptionibus facti, nō autem in præſumptionibus iuris. 3 * nam præſumptio iuris dicitur liquidiſsima probatio, ut eſt gloſſ. quæ reputatur ſingularis in l. ſi tutor. C. de peti. tuto. per quam dicit ibi Bald. quòd ſi lex, uel ſtatutum requirit probationem liquidam, ille dicitur liquide probare, qui probat per præſumptiones iuris, cui eſt conſimilis gloſſ. in l. ſecunda. & ibi not. Ange. C. de peti. hære. Imol. in l. quæſitum. ff. de re iudi. Ange. Roma. & Alexan. in l. prima per text. ibi. C. de teſta. milit. Modo habeo, quòd delicta præſumuntur facta animo nocendi, & offendendi. ut not. glo. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. quam notabilem dixit Cæpo. in conſilio xxix. incip. uiſo proceſſu cauſæ ſuper homicidio. in prima colum. & Floria. in l. j. §. cum arietes. ff. ſi quadru. pau. feci. dica. & omne maleficium præſumitur in dubio iniuſte factum, ex quo eſt de genere prohibitorum, ut l. j. C. de ſica. & c. j. de præſumpt. & ut ponit Bald. in c. ſicut nobis. in fin. de re iudi. & Alexand. in conſi. cxj. incip. ponderatis uerbis. in j. colum. in j. uolum. ſtante ergo hoc, quòd præſumptio iuris dicatur clara & liquida probatio, & quòd delictum præſumatur factum cauſa principaliter nocendi & offendendi, ſequitur quòd cum iſte confiteatur ſe interfeciſſe hominē, licet addat ad ſui defenſionē, quod clare probatum ſit propter præſumptionem legis, iſtum talem commiſiſſe illud tale delictum, & per conſequens iſte reus non debet poſſe ſubiici tormentis, quia quotieſcunque maleficium eſt clare probatum contra aliquem, ille talis uigore illius maleficij non poteſt torqueri, quia ad torturam ſolummodo deuenitur in ſubſidium probationum, ut notat Paul. de Caſt. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cle. Bald. & Albe. de Roſa. in l. obſeruare. C. quorū appel. non reci. Bald. in l. milites. C. de quæſtio. Bar. Cæpol. in cōſi. xxxij. incip. quidam ruſtici Vicentini. in ix. colum. uerſicu. circa tertium principale dubium. ubi etiam notabiliter tenuit, 4 * quòd ſi de facto iudex poneret ad torturam illum, contra quem clare eſſet probatum delictū, & in ſua negatione perſeueraret, quòd omnes probationes quæ eſſent contra eum, purgarentur per ipſa tormenta. & licet Bald. in d. l. obſeruare. C. quorum appel. non recip. & in l. j. C. de iura. calum. dicat, quòd imo iudex poteſt ſubiicere reum tormētis, licet crimen ſuum ſit clare probatum, & hoc ad cautelam, ut ore proprio confiteatur, ad hoc, ut non ualeat poſtea appellare, quia conuictus & confeſſus non appellat. ut habetur in d. l. obſeruare. quia ad hoc reſpondet Cæpol. in conſi. præallega. quòd hodie talis cauſa nō debet mouere iudicem, cū per totam Italiam communiter ſit prouiſum per ſtatuta terrarum, quòd à ſententiis capitalibus non liceat appellare. Sed ultra tale reſponſum poteſt reſponderi triplici ratione, dictum Bald. in d. l. obſeruare. eſſe falſum. Prima ratio, eſt cauſa fraudis euitandæ. nam preſuppoſita illa opinione de qua ſuprà mentionem feci pro uera, quæ uidetur magis communior, quòd ſi non obſtantibus claris probationibus iudex poneret delinquentem ad torturam, & in ſua negatione perſeueraret, quòd dictæ probationes purgarentur, iſto caſu eſſet in poteſtate iudicis liberare per indirectum accuſatum uel inquiſitum, dicendo ei, tolera hanc torturam patienter, quia liberatus eris, nō obſtante, quòd de delicto tuo clare conſtet. Secunda ratio eſt, quia cum appellatio ſit remedium à iure conceſſum prætendentibus ſe grauatos, ut in c. ſuggeſtum. & c. cum ſpeciali. §. porro. de appell. & edictum de appellationibus 5 ſit permiſſorium, * quia regulariter omnibus & ab omni ſententia tam ciuili, quàm criminali licitum eſt appellare, ut l. & ſi maioribus. C. eo. de appell. gloſſ. in l. qui reſtituere. in gloſſ. fin. ff. de rei uendica. & Specu. in eo. tit. §. ſecundo. in princip. ſequeretur, quòd eſſet in poteſtate iudicis per iſtas uias uiolentas, & indirectas auferre beneficia à iure conceſſa, quod facere nō poteſt. iuxta ea quę habētur per Bar. & alios in l. ſecunda. ff. de re iudi. & per domi. Abb. & Phili. Francum in c. cum ſit Romana. de appella. & per Doct. in c. quod ad conſultationem. de re iudi. & hoc etiam in præiudicium iuriſdictionis ſuperioris, quia cum appellatio ſit de minori iudice ad maiorem prouocatio, ut l. prima. ff. de appell. & c. ſecundo. de conſue. lib. vi. ſequeretur, quòd iudex hoc modo poſſet per uiam torturæ in extorquendo confeſsionem obuiare per indirectum, quòd appellatio nō poſſet corā ſuperiore interponi, quod per iudicem inferiorem fieri nō poteſt nam inferior non poteſt facere, quod à ſententiis ſuis non appelletur ad ſuperiorem, prout not. Barto. in l. j. §. interdum. ff. à quib. appel. non lic. & in l. fin. ff. de aqua pluuia. arcen. & Bald. in l. qui appellationem. C. de appella. & in l. fina. C. de ſentent. communiter Canoniſtæ in c. uenientes. ubi Bald. circa hoc dedit cautelam. de iureiuran. cum aliis concordan. de quibus per Card. Alexan. in capi. interpoſito. §. ille denique. in prima columna. de appellatio. 6 * Tertia ratio poteſt adduci, quia de eodem crimine quis nō debet duplici pœna puniri. Nam ut dicit Bald. in auten. omnes peregrini. in ultimo notabili. C. commu. de ſucceſ. pœnæ qualitas debet eſſe ſecundum

*C. de ſica. l. j. C. de iniur. l. ſi nō conuitiū. Itē per confeßionē factum eſt notoriū. ergo puniri debet maleficium, ne delicta remaneāt impunita. Caue igitur, ut dixi, ne in Scyllā incidas, credēs uitare Charybdim. Bar. bar.*

cundum qualitatem culpæ.& eſt textus in l.ſancimus. C.de pœ. & in c. quæſiuit.in fi.de his quæ fiunt à maio.parte capi. & in c. felicis. §. illud autem.de pœn. in vi.& xxiiij.quæſt. j. non afferamus ſtateras, pœna autem homicidij à iure taxata, eſt abſciſsio capitis. ut l.j. in princip.ff.de ſica.& §. item lex Cornelia. inſtitu. de publ.iudi.& iij.diſtinctio.omnis. Nam dicit lex, quod homicida alij fecit, ſemper expectet, ut l.nemo.C. de epiſcop.audien. Modo ſi dictum Bald.eſſet uerum, ſequeretur, ꝙ iſte reus pro homicidio affligeretur duplici pœna. ſcilicet pœna torturæ, & pœna capitis, quod nō eſt dicendū. & hanc opinionem per rationem ſecundam, de qua s. reperio tenere Tancre. de Corneto in ſua compendioſa, in rubrica de quæſtio. circa materiam probationum.quæſt.ultima. ſtabit ergo firma cōcluſio, quod ſi quis confiteatur ſe occidiſſe hominem, licet adiungat ad ſui defenſionem, cū lex præſumat occidiſſe cauſa principaliter offendēdi, niſi aliud probetur, & præſumptio legis dicatur liquidiſsima probatio, quod iſto caſu, talis confitens non poterit ad torturam poni uigore illius homicidij, tanquam clare probati, quia ut ſuperius dictum eſt, ad torturam non deuenitur niſi in ſubſidium probationum. Et ſi dices, ergo ſequetur, quod tanquam manifeſtus homicida punietur pœna capitali, & ſic cautela non erit bona, quia reſpondeo, quod quamuis lex præſumat, ut ſæpius dictum eſt, quod homicidium fuerit perpetratum animo principaliter offendendi, & ſic iniuſte, & nelit, quod puniatur de ipſo delicto tanquam claro reſpectu ſuæ confeſſionis, tamen iſto caſu lex non uult, nec ita ut alias facit, firmat pedem ſuum, quod propter illam ſuam præſumptionem iſte qualificate confitens puniatur pœna capitali, ſed bene alia, uel pecuniaria, uel relegationis, & exilij, arbitrio iudicis. Et iſtud eſt, quod uult dicere dominus Abb. in d.c. auditis. Et licet pro & contra nonnulla alia adduci poſſent, tamen iſta non ſunt obliuioni tradenda, quia poſſent multum prodeſſe, præcipue quando habetur iudex propitius.

*2 Et ſimiliter de tali queſtu poteſt teſtari, & ad libitum diſponere. Adeo enim teſtari poſſunt, q. ſi relinquant etiā impia lucra hæredibus, ualet teſtamentum. uide Bal. in conſi. clxvj. poſt princip. in uerſi. ſed emanauit illa decretalis. quod cōſiliū incipit, quæritur, & c.in j. uolu. Nec tenet meretrix reſtituere, q. acquirit ex tali quæſtu. ſecundum Inno.in c. quia pleriq; de imu. eccl. niſi accepiſſet ab his, q. alienare nō poſſunt.no. Docto. in prææallega. c. quia pleriq;. ſecus autē eſt de bono cōſilio.ui de i ſumma angelica. in uerbo, meretrix.in §. iij.ibi, utrū teneatur.*

## Cautela ad obuiandum, quod meretrix non ualeat teſtari, nec aliter diſponere de bonis ex meretricio acquiſitis. VI.

1 *Meretrix licet turpiter faciat meretricando, non tamen turpiter facit accipiendo, cum ſit meretrix.*

2 *Meretrix de quæſtu ſuo teſtari poteſt, & ad libitum diſponere, neque eius hæreditas per fiſcum hæredibus ſuis auferri poteſt.*

3 *Meretrix quæſtum ſuum in foro conſcientiæ, reſtituere non tenetur.*

QVANQVAM * meretrix licet turpiter faciat meretricando, tamen turpiter non facit accipiendo, cum ſit meretrix, ut dicit textus in l.iiij. §. ſed quod meretrici. ff.de condi. ob turpem cau. ex quo dicunt ibi Bal. Ange. & Pau.de Caſt. quod meretrix de ſuo quæſtu licite, & iuſte facit eleemoſynā & decimas ſoluit, ut etiam tenet gloſſ. in c. ex tranſmiſſa.de deci.& Archi.lxxxv.di ſtin.qui uenatoribus. & in j.q.j.non eſt. *Et [a] ſimiliter de tali quæſtu 2 poteſt teſtari, & ad libitum diſponere, & talis hæreditas non auertetur hæredibus ſuis per fiſcum, uel eccleſiam tanquam turpe lucrum. ut not. Cyn. in l.cum te.C.de condi.ob turpem cau.& Bal.in l.prima. C.eo.referens, quod ita alias fuit interrogatus Neapoli, à quodam epiſcopo. Idem



Idem tenet Cyn. in l. mercalem. C. 3 eo. * & ſimiliter ipſa meretrix talem queſtum non tenetur in foro conſcientiæ reſtituere, ſed legitime retinet, prout uolunt Innocen. Ioan. Andr. & Panor.ibi, in iij.quæſt.in c. quia plerique. de immuni.eccl.& ut tenet ſanctus Thom. ſecunda ſecundæ q.xxxij.articulo vij.& q.lxij.articulo quinto. concludens, quod meretrix licite retinet ea quæ ſuo corpore lucrata eſt, ſecus ſi aliquid extorſiſſet per dolum uel fraude, quia illud tale tenetur reſtituere illi, à quo habuit. Pone modo, quod una meretrix multa ſuperlucrata eſt, quo remedio poterunt uti conſanguinei, qui debent ab inteſtato ſuccedere, ad hoc ut ipſa meretrix non ualeat de ſuperlucratis teſtari, nec aliter ad libitum diſponere? Dic, quod cautela eſt, quod ſibi interdicatur bonis per iudicem, quod iuridice poterit fieri. ut eſt text. multum ſolennis, & ibi gloſſ. in l.& mulieri. ff. de cur.furio. quo caſu per interdictionem non ſolum tollitur facultas contrahendi inter uiuos, ut l.is cui bonis. de uerb.obliga. Sed etiam facultas teſtandi, ut l. is cui lege. ff. de teſta.& §. idem prodigus.inſtit. qui.non permi.face.teſta.& per Specu. in titu.de inſtrumen.edi. §.compendioſe. circa princip.uerſicu.tertio, ſi fuerit. Et per Bald. in l.ij.circa principium. C. communia de leg. adeo quod non poſſet teſtari etiam ad pias cauſas. prout tenet Bald.in l. j. in lectura. in uerſicu.deinde quæro quid de prodigo.C.de ſacroſanc. eccle. & Pet. de Ancha.in c.quia ingredientibus.de teſtamen.quem ibi refert & ſequitur Imo.in vij.colum. uerſicu.circa ſextum. Et domi. Abb. in rubri. extra eo. licet contrarium in hoc uoluerit Bald.in d.l.j.in repe. in vij.colum.uerſicu.xij.quæro quid de prodigo.C.de ſacroſanc.eccle. Et licet contrarium etiam uideatur ſentire idem Bald. in conſi. ccxxxv.incip.decreto ſeu reſcripto illuſtriſsimi principis.in prima parte, uolens, quod interdictus bonis poſſet teſtari inter liberos.& contrarium etiam uideatur ſentire Lap.de Caſtellio. allega.xxvj. Sed prima opin. eſt communior. Iſtam cautelam tradit Bald. in c. cum decorem. de uita & honeſta.clerico.quem refert & pro notabili ſequitur dominus Iaſ.in d.l.iiij. §. ſed quod meretrici. ff.de condi. ob turpem cauſam.

## Cautela pro illo, qui per metum cogitur contrahere matrimonium. VII.

1 *Matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam conſuetudinem uitæ retinens.*

SAEPISSIME contingit, quod iuuenes depræhenſi in domo alicuius puellæ, coguntur à fratribus & conſanguineis ipſius puellæ eam deſponſare.& de iſtis loquitur cap. cum locum. de ſpon. Pone modo, quod quidam ſcholaris iuerat ad ſuam amaſiam, & quia conſanguinei ipſius puellæ præſenſerant de hoc, obſeruauerunt eum ingredientem domum una nocte, & ita deprehenderunt eum in domo, & minantur ei mortem, ſi non accipit eam in uxorem. Ipſe autem dubitans de ſalute ſua, uidet quod opus eſt, ut eam deſponſet: Quæro, an erit dare cautelam, ut licet ſecum contrahat, tamen quod tale matrimonium ſit nullum: dic, quod ſic, uidelicet ut inſpiciat an illi teſtes qui ſint ibi præſentes, ſint teſtes qui

qui uerisimiliter ducti in iudicium, ſint dicturi ueritatem de omnibus ibi gerendis, & ſi non, quia non ſint niſi conſanguinei puellæ, & alij domeſtici, qui in iudicio uerisimiliter non dicerent, niſi ea quæ facerent ad propoſitum ſuum, tũc ipſe ſcholaris hilari fronte dicat, quòd libentiſsime uult eam accipere in uxorẽ, ſed quòd mittatur pro aliis duobus uel trib. teſtibus, puta pro preſbytero parochiali cum ſuo clerico. nam ipſi uidentes ſuam bonã diſpoſitionem, & ad hoc etiam, ut res procedant cum amore, & etiam quia res ſuæ erunt clariores, ſi plures teſtes tam domeſtici quàm extranei interuenient, complacebunt ei in hoc, & tunc dicat eis, domini uos eritis teſtes qualiter accipio iſtam puellam in uxorem, tamen quia mecum commiſit ſtuprum, dubito ne idem faciat cũ aliis, propterea proteſtor ei quòd ſi adulterabit cum alio, uolo poſſe accipere aliam, ipſa puella & conſanguinei ſui exiſtimantes caſum proteſtationis nunquam uerificaturum. Et iſto caſu, non erit matrimonium, quia quotieſcunque matrimonium contrahitur ſub conditione ſeu proteſtatione, ſuſpenſiua ſeu reſolutiua ipſius matrimonij, ut
1 eſt in caſu noſtro, * quia matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam uitæ conſuetudinẽ retinens. ut inſtit. de nup. in princip. & xxvij. queſt. ij. in ſumma. ut ponit Io. And. do. Ant. & Card. Alexan. in rub. de ſponſa. talis conditio ſeu proteſtatio non uitiatur, ſed uitiat ipſum matrimonium. iſte eſt caſus. & ibi not. omnes in c. fin. de condi. appo. per quod dicit ibi in terminis Cardina. Zaba. ſe uidiſſe de facto, quem ibi etiam refert, & ſequitur Cardi. Alexan. in iiij. notabili. quòd cum quidam Philocatus uellet accipere quandam puellam in uxorem, dubitans ne cum alio adulteraret, ad hoc, ut magis præcaueret, accepit eã in uxorem hoc modo, quòd ſi adulterandam ſe præberet alicui, quòd poſſet accipere aliam in uxorẽ. fuit iudicatum tale matrimonium non tenere. Et iſtud idem ibi refert & ſequitur domi. Abb. in j. notabili. licet do Cardina. Zaba. non faciat mentionem. Ad unum tamen aduerte, quòd ſi iſta cautela debet habere locum & procedere, opus eſt, quòd ipſa puella expreſſe conſentiat tali proteſtationi, alias ſecus. & iſto caſu, non ſufficeret, ſi taceret, quia tacendo, fauore matrimonij, haberetur pro contradicente. ita Innocen. cum quo alij tranſeunt in d. c. fin. & per hoc dicit ibi Hoſtien. quem referunt Panor. & Alex. quòd iſta crebro deberent prædicari, ne iſtæ ſimplices puellæ decipiantur, ſcilicet quando eis fiat talis proteſtatio, nõ conſentiant, ſed taceant, quia tunc erit matrimonium.

### Cautela quod compromittens non poſsit habere recurſum ad arbitrium boni uiri. VIII.

1 *Compromiſsio lato laudo appellari non poteſt, ſed ad boni uiri arbitrium reductio peti.*

2 *Læſio enormis dicitur, quando aliquis in ſexta parte quantitatis debitæ læſus fuerit.*

TV ſcis quòd ſi in aliquem fiat compromiſſum, quòd lato laudo, licet ab ipſo non poſſit appellari, quia appellatio præſupponit iuriſdictionem, quæ pactis priuatorũ non poteſt conferri, ut l. priuatorũ. C. de iuriſdict. om. iudi. tamen quando aliqua ex partibus prætendit ſe



læſam, bene poteſt tale laudum reduci ad arbitrium boni uiri, etiã ſi ipſæ partes iuraſſent non reducere: quia ſubintelligitur tacita conditio, ſi arbiter uel arbitrator æque arbitratus fuerit, prout no. per Bartolum & Floria. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. late per Canoni. in c. quintauallis. de iureiur. per Dyn. in regula, ſcienti. de regulis iuris. in vi. per Oldra. in conſilio clvj. incip. primum de quo quæritur. per Alexand. in cõſilio cxxxj. incip. in cauſa uertente coram prætore ciuitatis. Imole. in ij. uolu. & iſtud eſt adeo uerum, quod dixit Bald. in l. ſi unus. §. illud. ff. de pactis. & in l. cũ antea. C. de arbit. & in cõſi. cccxxxj. inci. præmitto quod iſta fuit quæſtio antiqua. in tertia parte. quòd nõ poteſt per quancunque uerborum cautelã impediri iſta reductio ad arbitrium boni uiri, ut etiam dicit Paulus de Caſtro, in conſilio lxxiiij. incipien. quia fruſtra. in j. col. imo ſi ſtatutum eſſet in ciuitate, quod tolleret iſtam reductionem, tamen lato laudo, ſi aliqua ex partibus prætenderet ſe enormiter læſam, iſta reductio, tali ſtatuto nõ obſtãte, poſſet peti, prout tenet Petr. de Ancharã. in illa repetitione c. canonum ſtatuta. de conſtitutio. in lxvj. col. uer. accedat hic quæſtio de ſtatuto. & in ſuo conſilio ccvij. incipien. in quæſtione ſupradicta, hunc ordinem obſeruabo. in ultima columna. uerſicu. reſtat reſpondere ad ſtatutum. & in conſilio ſequenti. incip. index de iure iudicaturus. circa finem. & ut tenet Romanus in conſilio xc. incipiẽ. uiſo themate quæſtionis. & Angelus in conſilio clxxij. incipien. laudum arbitratoris. Fulgo. in conſilio ccxxxiiij. incip. quoniam in ſingulis. Socin. in conſilio ccxx. incipien. uiſis compromiſſo laudis & ſtatutis. in ul-
2 tima columna. * & illa dicitur enormis læſio, quando aliquis eſt læſus in ſexta parte quantitatis debitæ ſecundum Bartolum, in dicta l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. uerſiculo, quæro quę dicitur parua uel magna quãtitas. ff. pro ſocio. quam opinionem ſequitur Lanfran. de Oria. in tractatu de arbit. in ultima parte quæſtio. xiiij. & Raphaël Cumanus, in conſilio L. incipien. ſtante ſtatuto ciuitatis Vincentiæ. uerſiculo, ad id autem quo quæritur. Alij uolunt, quòd hoc ſit in arbitrio iudicis, cum non ſit à lege determinatum. & ita uoluit Bal. in dicta l. cum antea. C. de arbit. & in conſilio ccclxxviij. incipien. quæro, ad quid operetur poteſtas. in prima parte. & glo. in §. precium. quam ibi pro ſingulari ſequitur Angelus de Aretio, inſtitu. de emptio. & uenditio. idem Angel. de Aretio, in l. prima. §. ſi quis ante. ff. à quibus appella. non lic. & Imol. in capitulo quintauallis. de iureiurãdo. prout refert, & ſequitur Alexand. in l. ſi quis arbitratu. in fine. de uerborum obligatio. Et iſtæ ſunt duæ principales opiniones, quæ magis communiter tenentur ſecundum ſolennem doctorem & præceptorem meum in canonibus domi. Philip. Decium in ſuo conſilio xxix. incipiente, iuridicam eſſe arbitror concluſionem. circa finem. Propterea eximius doctor Bartholem. Cæpol. in ſuis cautelis, cautela cxcvij. incipien. difficile eſt dare modum, tradit quatuor cautelas ad impediendam iſtam reductionem, ſed omnes in effectu claudicant, & de iure non procedunt. Sed tu ultra eum accipe duas, per quas iſta talis reductio poterit impediri: prima cautela eſt, quòd in compromiſſo apponantur iſta uerba, eligentes eum ut bonum uirum, præcipue non habito reſpectu ad alium: quia iſta uerba habent iſtam uim, quod tollunt

iſtam reductionem. ita notabiliter uoluit Bartolus per ratione, de quã ibi per eum in l.ij. §. tametſi. ff.de arbitr. quem ibi ſequitur Alexander in Apoſtillis, dicẽs, iſtud eſſe dictum ſingulare. & idem Alexand. in Apoſtillis, in dicta l, ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in ultima columna. in uerbo, operãtur. ff. pro ſocio. quam opinio, etiam tenuit Roman. in ſuis ſingul. prout refert Lanfran. de Oria, in dicto ſuo tractatu de arbit. in ultima parte, quæſtion. xiiij. uerſi. & ideo ex prædictis uidetur reſultare cautela. ſed eſt uerum quòd Lanfran. ibi dixit, quòd conſulendo non auderet affirmare, quòd per ſupradicta uerba tollatur dicta reductio, & quòd ita conſuluit Saluſtius de Peruſio in quodam ſuo conſilio incipi. in nomine indiuiduæ trinitatis, uiſo quodam compromiſſo. Tamen in conſulendo & in iudicando magna eſt autoritas Bartol, & Alexand. Secunda & optima eſt, ſi quis uult impedire recurſum ad arbitrium boni uiri, quod utraque pars inueniat unum amicum, qui amici extrà à compromiſſo, per ſolennem ſtipulationem inuicem ſibi promittant certam pecuniæ quantitatem, ſi partes non emologabunt laudum: uidelicet lis eſt inter Sempronium & Titium, modo Gaius ſeparatim a litigatoribus promittit Meuio centum, ſi Sempronius laudo contrauenerit: Meuius ſimiliter promittit Gaio cẽtum, ſi Titius, & ſic altera pars contrauenerit: quia hoc modo compromittentes, ad hoc, ut amicus ſuus non habeat ſoluere illam quantitatem promiſſam in caſu contrauentionis, non audebunt contrauenire. iſtam cautelam docet Dyn. in conſilio incipiẽte, Tholemæus. quam ſequitur Floria. in dicto §. arbitrorum. & prout refert, & ſequitur Lanfran. in loco ſuperius allegato. & ſequitur Ioannes Andre. in addition. Speculato. in titulo, de arbit. §. fina. uerſiculo, item quid ſi compromiſſum. dicens, quòd iſta cautela multũ frequentatur in Tuſcia.

## Cautela contra illam communem opinionem, quod non poſsit relinqui plus filiæ ſi nupſerit, quam ſi monaſterium intrauerit. IX.

1 *Teſtator ſi relinquat filiæ mille ſi nupſerit, ſi uero monaſterium intrauerit, relinquat tantummodo centum, an ſi monaſterium ingreſſa fuerit, mille habere debeat.*

2 *Matrimonij appellatione, an matrimonium carnale & ſpirituale ueniant.*

3 *Statutum diſponens quidpiam contra cognoſcentem mulierem nuptam, an in cognoſcente moniale, locum habeat.*

4 *Legis uerba ad ea quæ non adaptantur, nec eius etiam diſpoſitio.*

5 *Delinquere uelle, quis in dubio non præſumitur.*

6 *Dotis uerbum, an in ingrediente monaſterium uerificetur.*

7 *Statutum ſi diſpoſuerit, quod filia dotata à fratribus excludatur, an monialis ita per fratres dotari debeat, ſi ipſam excludere ualeat, ac ſi mundo nupſiſſet.*

8 *Legatum factum in caſu nuptiarum, an in religionis ingreſſu uerificetur.*

9 *Teſtator ſi legauerit genero ſuo certã quantitatem pro dote, & contracto matrimonio, an ſi eo non cõſummato, ſponſa monaſterium ingrediatur, legatum habere debebit.*

10 *Simonia an ſit, ſi pater dixerit, ſupplico uobis, ut filiam meam in monialem accipere uelitis, & pro eius alimentis uolo, quod de bonis meis habeatis mille.*

11 *Simonia an ſit, ſi teſtator in teſtamento dixerit, ſi tales moniales filiã meam in ſororem accipient, relinquo eis pro alimentis centum.*



12 *Regula, non in quem uerba, ſed in quẽ diſponentis intentio dirigitur, quæri oportet.*

RICARDVS Malùbre, & Thomas de Formaginis de Bononia diſputauerunt hanc quæſtio-
1 nem, * an ſi teſtator relinquat filiæ mille, ſi nupſerit, ſi uero monaſteriũ intrauerit, relinquat tantummodo centum: an ſi monaſterium intrauerit, debeat habere mille, ac ſi nupſiſſet. Et concluſerunt quòd ſic quia ſi tale legatum præciſe ualeret, eſſet impeditiuum uitæ contemplatiuæ, & quis uolendo eligere uitam ſpiritualem, eſſet inferioris conditionis, quam ſi eligeret uitam actiuam: quam diſputationem retulit, & ſecutus eſt Ioannes Andre. in addition. Speculator. in titulo, de ſtatu mona. ſuper rubrica, circa medium, uerſiculo, ſecunda quæſtio fuit diſputata, & hanc opinionem referendo, ipſam diſputationem tenet Albericus de Roſate, in ſuo tractatu ſtatutorum, in ſecunda parte, quæſtio. ciiij. incipien. adhuc ex eodem themate quæro. & in l. deo nobis. in ſecunda columna. uerſiculo, ſed ulterius quæro. de epiſcopis & clericis. Bartol. & Alexand. ibi, in Apoſtill. in l. ſecunda. ff. de his quæ pœ. nomi. ubi refert Alexan. ita aliàs conſuluiſſe Ioannem de Ana. & ita fuiſſe iudicatum in ciuitate Bononiæ. dominus Antonius, in capitu. in præſentia. in ix. columna. de probation. & ibi Franciſc. de Aret. in xviij. Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in ſeptima columna. uerſiculo ultimo. ad idem. de uerborum obligation. Matheſil. in ſuis ſingul. ſing. liij. incipien. not. quod ſi teſtator relinquit. ubi dicit, quòd miratur quod monaſteria monialium iſtud non practicent. Alexan. in conſilio xxxv. incipiente, ſuper cõtentis in dicto themate. in ſecunda columna, uerſiculo ſeptimo, pro hac parte facit. in tertio uolumine. Et dicit Imol in l. Lucius. la ſecunda. in ultima columna. ff. de hæredibus inſtituend. quòd uidit in ciuitate Bononiæ ita de facto iudicari. Et licet contrariam partem teneat Bald. in auten. niſi rogati. in tertia columna, uerſiculo, hac ratione determinatur alia quæſtio. C. ad Trebellianum. ubi dicit, quòd communis obſeruantia & naturalis æquitas eſt in contrarium. & ibi etiam Paulus de Caſtro, ubi dicit, quòd alias ita conſuluit Bononiæ. & idem tenent Bald. & Paulus de Caſtro, in dicta l. deo nobis. de epiſcopis & clericis. Paulus de Caſtro in l. Titio centum. §. primo. ad finem. ff. de conditione & demonſtration. ubi ſimiliter dixit, ꝙ ita alias conſuluit, & quòd ita obſeruat totus mundus. Et Raphael Cuma. in l. ſi ita quis. §. is cui. de legatis ſecundo. & Imo. in dicta l. Lucius. la ſecunda. in ultima colum. ubi dicit, quòd iſta opin. eſt æquior: quia quando filia nubit, magnæ expenſæ fiunt, ſecus quando ingreditur monaſterium: & forſitan in puncto iuris iſta opinio eſt uerior: quia ut dicit Bald. in quodam ſuo conſil. incipiente, inter ſcholam ſanctæ Mariæ. non eſt dicendum, quod mulier quæ ingrediendo religionem, abdicat à ſe proprium, ut c. cum ad monaſterium. de ſtatu mona. uelit poſtea aduertere ad proprium: quia hoc modo eſſet cõmittere actum continentem in ſe repugnantiam. Tamen in conſulendo & iudicando non eſt recedendum à prima opin. tanquam communi, quam ultra præfatos doctores, tenuerunt quatuor principaliores moder. noſtræ tempeſtatis: uidelicet Felyn. in d. c. in præſentia. in

xviij, col. uerſicu. & ex iſtis remanet
deciſa alia quæſtio. ubi dicit, quod
ab iſta opi. non eſt recedendum. do.
Bart. Soci. in dicta l. ij. ff. de his quæ
pœ. no. do. Iaſ. in autc. ſi qua mulier.
in ij. col. uerſicu. iuxta hanc partem
formo quæſtionem utilem. C. de ſa-
croſan. eccle. Et præceptor meus in
legibus do. Ioan. Campegius in ſuo
tractatu dot. in prima parte, quæſtio.
xxx. Tu ergo, qui habes filiam, & cõ
ſideras quod maior quantitas pecu-
niæ requiritur quando filia nubit
mundo, quam quãdo ingreditur mo
naſterium, quo remedio poteris uti,
ut ualeas ei minus relinquere ſi mo-
naſterium ingredietur, quam ſi mun
do nupſerit: dic quod cautela eſt, ut
concipias diſpoſitionem tuam hoc
modo: relinquo filiæ meæ puta cen-
tum, & illi qui ducet eam in uxore,
relinquo mille: quia hoc modo, licet
monaſterium ingrediatur, tamen i-
pſum monaſterium non poterit pete
re illa mille: quia nõ ſunt legata ipſi
mulieri, ſed ei qui ducet eam in uxo-
rem. ita notabiliter tradit Barto. in di
cta l. ij. ff. de his quæ pœ. no. ſubdens
tamen, quod conſuluit, ut addatur
unum, ſcilicet & id quod marito re-
linquitur, debeat eſſe precium dotis,
alias ipſe ſibi haberet: quam opin. ſe-
quitur Soci. in dicta l. ij. & Fely. in di
cto c. in præſentia. & cum ipſo etiam
uidetur tranſire do. Iaſ. in dicta auten.
ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.
Aduerte tamen, quòd licet autoritas
Barto. magna ſit, ipſe enim fuit lucer
na iuris, ut dicit Angel. in conſi. xv.
incipiente, quæcunque diximus in
uulgari. & illuminator iuris ciuilis
ſecundum Panor. in ſuo cõſi. iij. inci.
caſus ſuper quo conſilium petitur. in
ij. col. Et uirtus iuris noſtri ſecũdum
Ro. in conſilio cccclxxx, incipiente,
in caſu propoſitæ conſultationis, &
in eo ſemper ſoleat eſſe ſubſtantia
ueritatis ſequenda, in indicando &
conſulendo, ut dicit idem Rom. in
cõſilio cccclxix. incipiente, quo ad
primum propoſitæ conſultationis.
& Franc. de Curte in conſilio xlvij.
incip. ſuper cõtrouerſia uertente in-
ter Lanterminum. in iij. colum. Ta-
men alias dicebam, quod non eſſet
ponere os in cœlum, ſi aliquis tene-
ret contra iſtam cautelã Barto. Nam
mulier quæ profitetur, contrahit ma
trimonium ſpirituale, & nubit Chri
ſto, & profitens immortali ſponſo ſe
coniungit. ut c. quæ in Chriſto. & c.
quod autem. xxvij. quæſtio. j. *unde 2
matrimonij appellatione non ſolum
intelligitur de carnali, iuxta l. j. ff. ſo
luto matrimonio. ſed etiam de ſpiri-
tuali tanquam de digniori, & in quo
uerſatur ſalus animæ. ut xxvij. quæſt.
j. c. nuptiarũ bonum, per quæ iura di
xit Dionyſius de Peruſio, in quodã
ſuo conſilio incipiente, & ſi doctri-
na cœcum illuminet. quem refert Ma
ria. in repet. c. qualiter & quando. lo
ſecundo. in viij. quæſtio. in penulti.
arti. extra de accuſatio. *quod ſtatu- 3
tum diſponens aliquid cõtra cogno
ſcentem mulierem nuptam, habet lo
cum in cognoſcente monialem, cu-
ius matrimonium indubitanter eſt
dignius: quia licet uirgines & con-
tinentes, ac etiam coniugati per fi-
dem certam, & operationem bonam
deo placentes, ad æternam merean-
tur peruenire beatitudinem, ut c. fir-
miter. de ſumma trinitate & fide ca-
tholica. tamen continentes plus deo
placent, quam coniugati: quia non
expedit homini ad regna cœlorum
tendenti, accipere uxorem carnalem.
ut xxxiij. quæſt. v. c. tunc ſaluabitur.
& not. gloſſ. in dicto c. firmiter. uita
enim contemplatiua ſalubrior eſt,
quam actiua. c. ſane regula. Modo ſi
teſtator cõcipiet diſpoſitionem ſuã
iuxta conſilium Bar. uidelicet illi qui





ducet eam in uxorem, relinquo mil-
le, ſi filia profitebitur, ducet mona-
ſterium, quod ipſum debebit habere
illa mille: quia ſiue uelis ſubintellige
re illis uerbis, illi qui ducet, illi ſcili-
cet ſponſo, uel illi, ſcilicet marito,
tunc cum mulier ingreditur mona-
ſterium, profitendo dicitur nubere,
& ſe coniungere cum Chriſto: ut di-
ctum eſt, & quòd in terminis Barto.
iſte intellectus debeat accommoda-
ri, facit ratio de qua ſupra, in princi.
ſcilicet ratio impediens uitam con-
templatiuam: quia mulier conſide-
rans quòd ſi mundo nupſerit, mari-
tus quem accipiet, habebit mille no-
mine dotis, faciliter cauſa conſequẽ-
di illa mille, retraheretur à uita mo-
naſtica. Et nõ obſt. ſi diceretur, quòd
illa cauda quam ſubiungit Barto. tol
lit omnia fundamenta, ſcilicet quòd
4 illa mille habeat nomine dotis: *quia
regula eſt, quòd ad ea quibus non
adaptantur uerba legis & teſtatoris,
nõ adaptatur eius diſpoſitio. ut l. iij.
§. toties. ubi Barto. no. ff. de dam. in-
fecto. & l. hos accuſare. §. omnibus.
ff. de accuſat. & c. ex parte. ubi domi.
Anton. de conceſ. præben. & bonus
tex. in c. idemitatibus. §. ſed cum eas.
de electio. in VI. quem dixit melio-
rem de iure Ioan. de Anna. in c. fina.
in xj. col. uerſicu. inquantum. etiam
Barto. dicit extra. de maledi. ſed uer-
bum, dos, de quo facta eſt mẽtio per
teſtatorem, nõ poteſt adaptari ad il-
lam quæ ingreditur monaſterium:
quia natura dotis eſt, quòd remaneat
apud filiam, & cenſeatur ſuum pa-
trimonium. ut l. Pomponius Phila-
delphus. ff. familiæ herciſcun. & l. iij.
§. utrum. in fin. ff. de minor. ſed illud
quod datur pro ingreſſu, remanet a-
pud monaſteriũ, & monaſterio quę-
ritur, ut c. conqueſtus. de foro com-
petenti. nec remanet, nec quæritur,
nec quæri poteſt filiæ, cum ſit profe
ſa, per quam profeſsionem abdica-
uit à ſe proprium, nec proprium ha-
bere poteſt. ut c. cum ad monaſteriũ.
de ſtatu monacho. nec talis pecunia
reſtitueretur ipſi moniali, ſi ad aliud
monaſterium ſe transferret. ut xxvij.
quæſt. j. ſi quis rapuerit. & in auten.
de mona. §. ſi uero relinquens. & eſt
caſus in c. cum olim. lo ſecundo. de
priuileg. de quo plene per ſcribentes
in c. cum ad te. de clericis coniuga.
imo ſi aliter diceremus, quòd dos in-
telligeretur relicta pro ingreſſu reli-
gionis, eſſet committere crimen ſi-
moniæ. ut c. non ſatis. & c. ueniens.
& c. tua nos. de ſimo. & j. quæſt. j. pla
cuit. Vnde[a] in dubio teſtator fa-
ciens mentionem de dote, non de-
bet intelligi, quòd uoluerit intelli-
gere de dote danda pro matrimonio
5 ſpirituali: *quia in dubio quis non
præſumitur uelle delinquere, ut uul-
gata l. merito. ff. pro ſocio. & c. fina.
de præſumption. nec eſſe immemor
ſalutis æternæ. ut ff. ad legem Iuliam
repet. l. ſancimus canonizata j. quæſt.
vij. nec eligere uiam ad impugnan-
dum ſua iudicia, ut l. ſimiles. ff. de te
ſtamen. milit. Et ita in ſpecie tenuit
Petr. de Vbaldis de Peruſio, in ſuo
tractatu, de duobus fratribus. in xj.
parte, quæſtio. iiij. referens, ita aliàs
conſuluiſſe Pet. de Peruſio in quo-
dam ſuo conſilio, incipien. uiſo præ-
fato pũcto, & uiſis præfatis ſtatutis.
in XIIII. libro conſil. char. cij. & pro
hac opinione bene facit, quod uoluit
Bal. in auten. niſi rogati. in ij. colum.
uerſiculo, quæro nunquid monaſte-
rium. C. ad Trebel. nolens quòd exe-
cutores deputati ad uirgines mari-
tandas non poſsint dare illam quan-
titatem uirginibus intrantibus mo
naſterium: & ſic uult, quod id quod
datur moniali, non dicatur pro ma
trimonio, & ſic nec dos, iuxta not. in
rubrica. ff. ſoluto matrimonio. de

a Vnde in. *in dubio teſtator faciens mẽtionem de dote, non debeat intelligi, quod uoluerit intelligere de dote danda pro matrimonio ſpirituali, uel potius relictum pro dote de neceſſitate, intelligatur pro matrimonio carnali. ita quòd ſi ingrediatur monaſterium, relictum nõ debeatur. uide d. Alexan. ſignater in cõſil. ſuo cxxj. in [illegible] uolu. ibi, quarto probatur illud, quod relinquit pro dote, nec mandabis obliuioni.*

qua deciſione meminit Felynus in c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. in xxxj. col.
uerſicu. & iſta opinio adduci poteſt.
extra de couſtitut. & Cardina. Alex.
in c. uerum. in quinta columna. uer-
ſiculo, & ideo dicimus de conditio.
appo. * quia in contrarium, quòd 6
imo uerbum dotis uerificetur, etiam
in illa quæ ingreditur monaſteriu. fa
cit quod notabiliter uoluit Bar. in l.
j. §. ſi parens. ff. ſi quis à paren. ma.
tue. uolēs ꝙ illud quod dat pater fi-
liæ ingredieti monaſteriū, puta quā-
do ponit centum ſuper altari, quòd
illud datum dicatur dos ipſius filiæ,
& imputetur filiæ in legitimam, &
dicens, quòd per tale datum uulgo
filia dicitur dotata: quam opinio. ſe-
quitur idem Barto. in l. Titio cen-
tum. §. Titio genero. in fine. ff. de cō
ditiou. & demonſt. & Bal. in l. quo-
niam nouella. in ultimis uerbis. C.
de inofficio. teſtamen. & Bald. in ſuo
tractatu doti. in prima parte, in iij.
columna. uerſiculo, adde etiam quòd
i pater. & Fabian. de Mōte Sancti Sa
bini in ſua repetitione auten. nouiſ-
ſima. in x. quæſt. ix. quæſt. principali.
C. de inofficio. teſtamen. & Georg.
Natā in repetitio. c. quāuis. in xxxij.
columna. uerſiculo, duodecimo quę-
ro. de pac. lib. v i. & præceptor meus
in legibus, dominus Ioannes Cam-
pegius in ſuo tractatu dot. in ultima
parte, quęſtio. xxxj. & quòd uerbum
dotis, uerificetur etiam in illa quæ
ingreditur monaſterium, demonſtra
tur de eo, quòd pulchre conſulit Pe-
trus de Ancharano, in conſilio mihi
cvij. incipiēte, in dictione prima Fer
rariæ, &c. & in conſilio ſequenti in-
cipiente, in paucis uerbis tactum eſt
ſuperius. uolens, * quòd ſtante ſtatu- 7
to, quod filia dotata excludatur à fra
tribus, quòd monialis ita debebit
dotari per fratres, ſi uolent eam ex-
cludere, ac ſi nupſiſſet mundo, quod

*a Pater tene. Sed quid ſi filia habeat de ſuo, unde ſe dotare poſſit, an pater de proprio eam dotare teneatur, ſi habet idoneā ſubſtantiā? uide per d. Alex. in conſilio vij. ſecundæ partis conſiliorū ſuorum. Et an legatū dotis ſuccedat loco legitimæ debitæ de iure naturæ? dic, ꝙ ſic. uide per eūdem d. & Alexā. in conſil. ccviij. in ſecundo uol. et in quo differat legatum dotis collatum in tempus nuptiarū, et legatū quando relinquitur mulieri pro ſe maritanda, uel ad maritandū: uide per eundē in cōſi. lxxvij. in v. uolu. ibi, ideo enim, &c.*

non eſſet uerum, ſi illud datum ſeu
oblatum non diceretur proprie dos,
cum in ſtatutis uerba proprie & ſtri-
cte intelligantur: ut habetur in uul-
gata l. iij. §. hæc uerba. ff. de negoci.
geſtis. & in l. quicquid aſtringendæ.
de uerborum obligatio. & in c. cum
dilectus. cum concordant. de con-
ſuetud. Motus Petrus de Ancharano
inter cætera per hanc auten. niſi ro-
gati in ratione ſui. C. ad Trebellian.
* ubi legatum factum in caſu nuptia- 8
rum, uerificatur in ingreſſu religio-
nis. & pro hoc etiā bene facit quod
not. Bald. in l. fin. in ij. columna. uer-
ſicu. ſed pone quòd filia. C. de dot.
promiſ. & uolens, quòd quemadmo
dum pater[a] tenetur dotare filiam uo
lentem mundo nubere, ut dict. l. fin.
& l. qui liberos. ff. de ritu nuptia. &
per Bart. in l. obligamur. §. j. ff. de a-
ction. & obligatio. & per Alexand.
in l. mulier. §. cum proponeretur. ff.
ad Trebellian. ita tenetur dotare uo
lentem ingredi monaſterium. quam
deciſionem ſequitur Felyn. in c. non
ſatis. de ſimonia. & Alexand. in con-
ſilio cxl. incipiente, uiſo themate ſu-
praſcripto. in iij. columna. uerſiculo,
facit ad prædicta quod not. Bald. in
ſecundo uolumine. & Bal. nouellus,
in ſuo tractatu dotis. in xvj. ſpecia-
li. circa principium. Vlterius fortiter
urget deciſio quaſi in terminis no-
ſtris eiuſdem Bald. in dicta autenti.
niſi rogati. in tertia columna. uerſicu
lo, quæro quid ſi teſtator. C. ad Tre-
bellianum. ubi uoluit, * ꝙ ſi teſtator 9
leget certā quantitatem genero ſuo
pro dote, & contracto matrimonio,
ſed adhuc non conſummato, ſponſa
ingrediatur monaſterium, quod mu
liere profitente monaſterium, habe-
bit illud legatum, non alia ratione,
niſi quòd monaſterium ſuccedit lo-
co generi. Non obſtat illud, quod di
citur de ſimonia: quia eſt uerū, quòd
per



per dationem alicuius rei tempora-
lis pro ingreſſu religionis commit-
titur ſimonia, ut illis iuribus ſupe-
rius allegatis. Sed illud procedit,
quando temporale datur principali-
ter pro ingreſſu, ut eſſet quando in-
teruenisſet pactū: ſecus autem quan-
do datur non principaliter, ſed ſe-
cundario, & ita intelliguntur iura
præallegata. idcirco dixit Bal. in l. fi-
10 na. C. de ſponſa. * quòd ſi pater dicit,
ſupplico uobis, ut uelitis accipere fi-
liam meam in monialem; & pro ali-
mentis eius uolo quòd habeatis mil-
le de bonis meis, quòd non eſt ſimo-
nia. & ſimiliter dixit dominus Abb.
in c. tua nos. extra eodem, de ſimon.
quem ibi referunt, & ſequuntur Ioā.
de Anna. & Felyn. quòd illi qui do-
nant cardinalibus & aliis prælatis,
ut per eorum interceſſionem conſe-
quantur beneficium, quòd ſi inten-
dunt donare non principaliter cau-
ſa auxilij dandi, quòd ſecundario
hoc ſperent, non committunt ſimo-
niam: ſimiliter donans familiari ali-
cuius prælati, ut rem beneficij ſolli-
citet, ſi ille familiaris nō eſt talis,
cuius intuitu prælatus ſit dōnatu-
rus, non eſt commiſſa ſimonia. Ita
dominus Cardinalis, in c. tuam. de
ætate & qualitate. Dicens ſe ita re-
ſpondiſſe cuidam curiali urbis Ro-
mæ. ita poſſimus dicere in caſu no-
ſtro, quod teſtatore relinquente, ut
ſuprà, uoluerit relinquere principa
liter pro ingreſſu religionis, eue-
niente caſu ingreſſus: & poſſibile eſt
etiam quòd uoluerit relinquere ſe-
cundario: ergo ſequitur quòd iſte
intellectus ultimus tanquam beni-
gnior, & excludens peccatum, de-
bebit amplecti, iuxta regulam in du-
biis. §. de regulis iuris. & c. eſtote mi
ſericordes. eodem titulo. in antiqui.
Et de hoc uidetur in terminis deci-
ſio Bartol. in dicta l. Titio centum.
§. primo. in fine. ff. de conditione
11 & demonſtratione. dicens, * quòd ſi
teſtator dicat in teſtamento, ſi tales
moniales accipient filiam meam in
ſororem, relinquo eis centum pro
alimentis: tale legatum ualet, nec c-
citur ſimonia: idem dicendum eſt in
caſu noſtro, quando legatur aliquid
pro dote, cum ipſa dos ſuccedat lo-
co alimentorum: & per Ioannem
Andre. in rubrica, de ſtatu monacho-
rum. poſt medium, uerſiculo, ſcire
debes. & per dominum de Rot. in
ſua deciſione xviij. poſita ſub rubri-
ca, de conſuetudine, incipiente, fuit
dubitatum, & in relationibus poſi-
tum. In nouiſsi. & per Baldum, & Sa-
lycetum, in l. ſancimus. C. de nuptiis.
& per Albericum de Roſa. in l. quo-
niam in prioribus. in ultima colum-
na. C. de inofficioſo teſtamento. &
alibi ſæpe Doctores, & quòd contra
cautelam Bartol. poſſit teneri, facit
12 illa regula quæ eſt, * quòd non in quē
uerba, ſed in quem diſponentis in-
tentio dirigitur quæri oportet. ut l.
cum pater. §. donationis. de legatis
ſecundo. & ſimiliter quando una
perſona exprimitur, & in aliam finis
& intentus dirigitur, attendi debet
perſona in quam intentus dirigitur.
ut l. cum dotem. ff. ad legem Falci-
diam. Ita in caſu noſtro, nā teſtator
uni legat, & tamen alteri, id eſt filiæ
legare intēdit: ſuper quibus cogita.

## Cautela pro pluribus laicis inquiſitis, ad trahēdum proceſſum de manu iudicis ſecularis, ad forū eccleſiaſticum. X.

1 *Iudex laicus, in cauſis laicorum regulariter eſt iudex competens, nō autem*

 *index*

*iudex eccleſiaſticus.*
2 *Priuilegiatus qui non eſt, habens rem communem cum priuilegiato, priuilegiis priuilegiati gaudet.*
3 *Clericus & laicus ſi ambo rei fuerint, tam laicus quam clericus in foro eccleſiaſtico conueniri debet.*
4 *Hæredes ſi clerici & laici fuerint, & ab eis alimenta petatur, coram eccleſiaſtico iudice peti debent.*
5 *Teſtamenti executores, ſi clericus & laicus fuerint, ad exequendum per iudicem eccleſiaſticum compelli debent.*

SI CONTINGAT plures laicos accuſari, ſeu inquiri de aliquo delicto, certum eſt, quòd debent accuſari ſeu inquiri à iudice ſeculari:* quia iudex laicus, in cauſis 1
laicorum regulariter eſt iudex competens, non autem iudex eccleſiaſticus. ut c. licet ex ſuſcepto. & c. ex tenore. de foro competenti. & eſt magna differētia, an quis accuſetur ſeu inquiratur à iudice eccleſiaſtico, an à iudice ſeculari: quia eccleſiaſticus non habet gladium ſanguinis, ut c. clericis. & c. ſententiam ſanguinis. ne clerici uel monachi. & c. ex literis. de exceſsi. prælato. uideamus ergo, an ſi plures laici accuſentur ſeu inquirantur de eo crimine, coram iudice ſeculari, ſit dare cautelam, quòd cauſa trahatur de manu ipſius iudicis ſecularis, ad iudicem eccleſiaſticum. dic quòd ſic, ſcilicet quòd inſpiciatur, ſi inter ipſos inquiſitos ſeu accuſatos reperiatur etiam unus ſolus, qui ſit clericus, & ſic qui debeat à ſuo iudice eccleſiaſtico iudicari, iuxta not. in c. ſi diligenti. de foro competenti. & in autentica ſtatuimus. de epiſcopis & clericis. & tunc iſte clericus petat ſe remitti ad ſuum iudicem competentem, iuxta c. ſi iudex laicus. de ſententia excommunicationis. in v i. quia facta tali remiſ-

*a Si cleric. &c. Adde ꝙ qui eſt coiunctus maiori, gaudet priuilegio maiorum, quia maius dignum trahit ad ſe minus dignum. c. ꝙ in dubiis. de cōſe. eccle. uel alta. Quid ſi conueniatur collegiū illicitum, in quo ſint clerici & laici? uide Bartolum in l. fi. ff. de colle. illici. alia plura uide in Apoſtilla ad Bart. in §. pe. in l. præcipimus. C. de appell. in uerbo, eodem obſeruando.*

ſione, omnes laici debebunt & ipſi ratione cōnexitatis remitti ad ipſum iudicem eccleſiaſticum. iſtud fuit inauditum, & admirabile dictum Antonij de Prato ueteri, in l. prima. in fine. ff. quæ ſenten. ſine appellatione reſcin. quod dictum refert & ſequitur Maria. ponendo ipſum in cœlum in c. ſecundo, in quarta columna. uerſiculo, octauo fallit. de mutu. petitio. motus dominus Antonius duobus fundamentis. Primo, ne continentia cauſæ diuidatur, & ſequatur abſurdum, quòd aliquando in una & eadem cauſa ferantur plures ſententiæ, & forſitan contrariæ. Secundo motus per textum in l. ſi communē. ff. quemadmodum ſeruitu. amit. ubi
eſt textus melior de iure,* quòd non 2
priuilegiatus, habens rem communem cum priuilegiato, gaudet priuilegio priuilegiati. Et iſtud dictum adeo guſtat Maria. in loco ſuperius allegato. & quod ex ipſo putat poſſe inferri, quòd ſi inter plures, inter quos agendum eſt duplicibus iudiciis, uel inter plures tutores, ſeu curatores eſſet aliquis clericus, quòd tam cōntra laicos, quàm contra clericos eſſet adeundus iudex eccleſiaſticus: & idem in ſimilibus, ſecundum eum dicentem, hoc eſſe importantiſsimum, & ab alio non tactum, refert & ſequitur Felynus in c. primo, in quarta columna, uerſiculo, & dixit dominus Antoni. extra de præſcriptio. & quòd iſta opinio ſit uera, poteſt comprobari triplici medio.

Primo de eo quod tenet Bartolus in l. præcipimus. §. penultimo. C. de
appellationib.* ubi uult, quòd[a] ſi 3
clericus & laicus ſint ambo rei, quòd tam laicus quàm clericus debet conueniri in foro eccleſiaſtico. Secundo, de eo quod uoluit idem Bart. in l. ſolent. uerſi. quæro quid ſi hæredes ſunt diuerſi fori. ff. de alime. & ciba.
legatis



4 legatis. * ubi uult, quòd ſi hæredes ſunt clerici & laici, & ab eis petantur alimenta propter perſonam clerici, petentur coram iudice eccleſiaſtico, & iudex ſecularis coget laicos ire ad forum eccleſiaſticum, & ſuam iuriſdictionem protogare. Tertio de eo quod uoluit domi. Cardi. in c. Ioannes. per
5 tex. ibi, de teſtam. * ubi dicit, quòd ſi clericus & laicus ſint relicti executores teſtamenti, debent ambo compelli per eccleſiaſticum ad exequēdum. Et ultra iſta, pro guſtatione iſtius cautelæ, uide quæ in hoc propoſito late accumulat Fely. in d. c. primo. de præſcrip. & late Georg. Natam in ſua repetitione. c. quamuis. de pac. in ſexto. in iiij. colum. uerſic. ex qua infero. & latius Barb. in ſuo commento. c. Raynaldus. quod Ioanninā appellauit, in antepenul. charta, uerſic. octauo mouor. extra de teſtamen. & etiam late per domin. Iaſonem in l. emaucipati. in iij. col. uerſi. nota tu diligenter. C. de colla.

## Cautela pro debitore obligato obligatione iurata, ad extrahendum cauſam de manu iudicis ſecularis, ad iudicem eccleſiaſticum. XI.

1 *Lites curia in eccleſiaſtica ſunt immortales, quoniam ipſis aliqua inſtantia præfixa non eſt.*
2 *Iudex qui eſt cauſæ præparantis, debet eſſe iudex cauſæ præparatæ.*
3 *Inſtrumentum uſurarium, uel ſimulatum coram epiſcopo dici debet: & etiam ab eo abſolutionem à iuramento petere.*
4 *Iuramentum licet principaliter deo obliget, ille tamen, in cuius fauorem præſtitum eſt, ipſum remittere poteſt.*
5 *Iuramentum remitti non poteſt, quando altera pars iam periurium incurriſſet.*

TEMPORE quo magnificus dominus Georgius Cornelius erat poteſtas huius ciuitatis Paduæ, euenit, quòd dum quidam eſſet obligatus uigore cuiuſdam tranſactionis iuratæ, ad ſoluendum certo tempore certam pecuniæ quantitatem, ex tali tranſactione prætendens ſe læſum, deliberauit: quia erat potētior ſuo creditore, amicis, fauoribus, & patrimonio, dicto ſuo creditori mouere litem: exiſtimans quòd mouendo dictam litem, reduceret eum ad aliquam bonam compoſitionem, prout poſtea fecit: & ad hoc ut faciliorem haberet commoditatem fatigandi dictum ſuum aduerſarium laboribus, & expenſis litis, cogitans, quòd cauſæ quæ tractantur in curia eccleſiaſtica, ſunt pene immortales,
*ipſis enim non eſt præfixa aliqua in
1 ſtantia. ut no. per gl. & omnes in c. uenerabilis. de iudi. & per gl. Bart. & alios in l. properandum. in principio. C. eodem. de iudi. & per Alexandr. in conſil. xxiij. incipien. uiſis ſcriptis mihi exhibitis. in tertio uolumine. & ſimiliter in ea ab omni interlocutoria, & ab omni grauamine appellatur. ut c. debitus. & c. cum cauſam. de appel. & c. cordi. eodem titulo lib. vi. Et attento etiam quòd lata ſententia in ipſo foro eccleſiaſtico, pars appellat ad ſedem apoſtolicam, & poſtea impetrat in partibus unum iudicem delegatum ſibi propitium, qui differt cauſæ expeditionem tantum, quantum uult ipſa pars quæ ipſum impetrauit: idcirco uolens fugere iudicem ſecularem, & coram eccleſiaſtico litigare, fuit uſus tali malitia: nam adiuit iudicem eccleſiaſticum, narrans qualiter fecerat cum tali perſona quandam tranſactionem, quam iu

rauerat habere ratam & firmam,& in aliquo non contrauenire:,& quia in ipſa fuerat grauiter læſus,& certis alijs iuſtis de cauſis nūc intendebat cō tra ipſam uenire. Sed quia iſtud non poterat ita ſimpliciter facere propter iuramentum,propterea petebat ab ipſo in primis abſolui: breuiter poſt aliqua obtinuit ipſam abſolutionem: qua obtenta creditor uolebat conuenire iſtum ſuum debitorem coram iudice ſeculari,petendo quod deberet ſatiſfacere dictæ tranſactioni: debitor reſpondebat,quòd iudex ſecularis non erat iudex competens in hac cauſa,ſed erat epiſcopus: * quia 2
regula erat,quòd qui eſt iudex cauſæ præparantis,debet etiam eſſe iudex cauſæ præparatæ.ut l.ordinarij.C.de rei uendi.ubi Bald.in ij.nota.decidit in terminis caſum noſtrū dicēs,* quòd 3
ſi aliquis dicturus inſtrumentum ſimulatum, uel uſurarium, & pro abſolutione à iuramento adeat epiſcopum, quòd impetrata abſolutione neceſſe habebit cauſam principalem tractare coram eodē epiſcopo. quod dicit fore notandum.quam opinio. Bald.ſequitur Alexand. in l. quoties. C.de iudic.& domin.Anton.de Alexandr. in l.nulli.C.eodem.quem refert & ſequitur domi. Iaſon, in dicta l.quoties.ſequitur Felyn. in cap.j.in xj.columm.uerſicul.ſexto quæro aliquis dicturus inſtrumentum ſimulatum.extrà de iureiurand. & in capit. ij.in antepenult.columm. uerſicul. & per illam concluſionem. de ſponſal. & in c. parochianos. circa finem.de ſenten.excom. & in c.cum ſit generale.in v.colum.uerſicu.amplia concluſionem ex quotidiana doctrina Baldi de foro compe. ubi allegat iſtud idem tenere domi. Bapti. de Sancto Seuer.in ſua repetitione l.omnes populi.in xuij.colum.uerſic. hæc uiden

*a Tūc remit. ſibi ipſū iura. Iuramentū [...] poßit remitti [...] partes, ut cui tei piuriū uide p d.Lud.de Roma.in conſ. ſuo xu.icip. uiſo facto oppoſito,cæterisq; conſilijs. & facit capit. primū extrà de uſu.facit quod no.Bar.i l.j. in §.& poſt opis. ff.de noui oper. nū.et p Io. An. extrà de ſpo.c. pterea. nūquid ante tolli poßit p ſtatutū naturali iuſtitia perſuadente? unde de hoc ſignāter in pallegato cō ſi.Ro.quod eſt pulchrum.*

tur uera.ff.de iuſti.& iure.Et licet cōtra iſtam opinionem Baldi tenuerit Paul. de Caſtr. in dict.l.ordinarij. dicens,quòd illa l. in qua ſe fundat Bald.non probat dictum ſuum, tamen,opini. Bald.ſequitur ipſe Paul. de Caſtro,ſibi contrarius in l.ij.C.ubi & apud quem.dicens iſtud eſſe dictum ſingulare,& quod illo anno habuit ſuper hoc diſceptare. Et in ſuo conſilio lxviij.incip. uiſis & ponderatis omnibus.de quibus ſuprà.& Alexand. in conſilio cxcvij. incipient. circa primum quæſitum.circa fin. in ij.uolumi.& in conſilio lxuj. incipien.in cauſa & lite uertēte inter Thomam.in j.columm.uerſicul. & motus fuit dictus iudex.in iij.uolumi.& pro iſta opinione bene facit text.in c.plerunq;.de dona.inter uirum & uxor. ubi iudex eccleſiaſticus qui cognoſcit de matrimonio:quia eſt res ſpiritualis,ut in c.lator.& in cap.cum cauſam.qui filij ſint legitimi. cognoſcit etiam de dote.& per iſtas autoritates fuit iudicatum, quòd ſi ille creditor uolebat conuenire illum ſuum debitorem,quòd deberet ipſum conuenire coram epiſcopo: & hoc modo traxit cauſam de manu iudicis ſecularis ad iudicem eccleſiaſticum, & fuit in effectu pulcher modus, & pulchra uia.ſis ergo cautus tu,ſi uis extrahere cauſam de manu iudicis ſecularis ad forum eccleſiaſticū,ut utaris cautela de qua ſuprà,quando es obligatus obligatione iurata. Sed ſi contra iſtam malitiam uis adhibere remedium, cautela eſt, quòd quando uides aduerſarium tuum quærere abſolutionē, ſi times quòd ipſam ſit impetraturus,tunc remittas ſibi ipſum[a] iuramentum: * quia dato,quòd iura- 4
mentū principaliter obliget deo,ut c.debitores.&c. & ſi Chriſtus. de iureiurand. tamen ille in cuius fauorem



rem eſt præſtitum ipſum iuramentū, habet uim apoſtolici in remittendo illud:nec requiritur alia abſolutio: quia deus etiam remittere uidetur, cum illud receperit ad utilitatem alterius.ut c.j.& ibi not.omnes.de iureiurando. & not. Bartol.in l.j.§.& poſt operis.& ibi dominus Iaſon,qui circa hoc quædam pulchra ponit.ff. de operis noui nuncia.Bartol.in l.Labeo. ff. de iureiurando.Bal.in auten. quod eis.C.de nuptiis.eleganter per Speculator.in titulo,de lega. §.nunc oſtendendum.uerſiculo,hoc quoq;. quia ſi poſtea pars non obſtante remiſſione uellet omnino petere abſolutionem, tunc tanquam abſolutio non iuris, ſed facti non extenderet iuriſdictionem.argumen.notatorum per gloſſam.in l.ſi pater.C.ne de ſtatu defunc. & per gloſſ.in c.ſi plures. in gloſſ. fina. de officio delegati. in ſexto.ita pulchre dixit Paulus de Caſtro in dicta l.ordinarij.C.de rei uendicatione. dicens quòd iſtud ſemel habuit de facto in noſtra ciuitate Brixiæ, in præallegato conſilio lxviij. quem referunt & ſequuntur Alexan. & dominus Iaſo.in dicta l. quoties. C.de iudicijs.ubi dixit Alexand. iſta fore perpetuo tenenda menti, quia quotidiana ſunt. Ad unum tamen eſt aduertendum, quòd ſi prædicta malitia debet procedere, & habere locum, ſcilicet quòd per impetrationem abſolutionis à iuramento debeat poſſe prorogari iuriſdictio iudicis ſecularis in iudicem eccleſiaſticum, requiritur quòd impetretur antequam impetrans incurrerit in periurium: quia ſi antè incurriſſet in periurium, quia non ſatisfeciſſet debito tempore prout iuraſſet ſatisfacere, tunc talis abſolutio non debet per epiſcopum concedi: ita originaliter conſuluit Federicus de Senis in conſilio ccc. incipiente, factum tale eſt debitor iurauit ſoluere. in fine. ubi dicit ita debere intelligi c.j.de iureiu.alleg.Ioan. And.in c. debitores. gl.penulti.in fine,eodem titulo.allegat etiam rationem.c. quia fruſtra. de uſuris.quam opinionem etiam conſulendo tenuit Petrus de Ancharano, in conſilio ſecundum ordinem meorum,cxcviij.incipiente, prædictis ſubtiliter. & ad plenū deductis. in fine. ubi dicit, quòd aut iudici non eſt facta mentio de ipſo periurio, & tunc tanquam indirectè obtenta eſt nulla: argumen.l. ſi prætor. ff.de iudi. aut eſt facta mentio, qua non obſtante ſecuta eſt abſolutio, & tunc eſt iniuſta: habilitare periurium ad agendum,& ſic aperire uiam periuriis,quod fieri non debet,ut l. prima. ſi aduerſ.uendi.& cap.ſi uero. cum ſimilibus. de iureiu. Et hanc ſententiam ſequitur dominus Cardinalis in dicto c. debitores. ubi etiam Imo.& dominus Abb.in ſecunda columna,uerſiculo,antequam expediamus illam particulam.& Lau. de Rodol.in ſuo tractatu,de uſur.in quæſt. cxxij.incipiente,tractemus nunc aliquid de iuramento. & Alexander in conſilio lxxxiiij.incipient.interrogatus ſum. in ſecunda columna. uerſiculo,& ſubdit ibi.in quinto uolumine.& Philippus Corneus, in conſilio vj.incipiente,in hac conſultatione uiſo ſuprà ſcripto puncto.in quarta columna.uerſiculo,in caſu autem noſtro.in primo uolumine. Et ſimiliter remedium ſuprà datum contra dictam malitiam, ſcilicet remittere
5 iuramentū non eſſet bonū:* quia iuramentū nō poteſt remitti, quādo altera pars iam incurriſſet periurium. ut not.Barto.& dominus Iaſon. in l. Labeo. ff. de iureiurando. Bartolus in l.cū ita ſtipulatus ſim à Proculo.in ultim

ulti.col.uerſi.item quid ſi prorogaui terminum.de uerborum obligation. Baldus in autentica, quod eis. in fin. C.de nupti. & Fely.in cap.j.de iureiur.in ij.colum.uertic. procedit ergo iſte text.

## Cautela ad irritandum unum proceſſum. XII.

1 *Iuramentum calumniæ tacite remitti poteſt.*

2 *Iuramentum de calumnia in tantum neceſſarium eſt, & rationabile, quod non ualeret ſtatutum ſeu conſuetudo in contrarium, quòd tale iuramentum præſtari non debeat.*

3 *Acta ubi non loquuntur, nec nos loqui debemus: & quod in corpore actorum non continetur, factum non reputatur.*

SI QVIS mouet tibi litem, & uis facere quòd proceſſus qui in cauſa formabitur ſit nullus, accipe cautelam quòd quando reſpondes libello actoris, & negas narrata prout narrantur, & petita prout petuntur, &c. quòd tunc in reſponſione tua in aliqua parte, quæ non ſoleat multum ponderari, petas partem aduerſam iurare de calumnia, & poſtea circa dictum iuramentum amplius non inſiſtas: quia ſi aduerſarius non aduertet ad dictam petitionem iuramenti, & ſic de calumnia non iuret, totus proceſſus erit nullus:* quia iuramen- 1
tum calumniæ bene poteſt tacite remitti, ut c.j.de iurament.calum.in vi. ſed ſi eſt petitum, & non fuerit præſtitum, totus proceſſus eſt nullus: ita tenent Iacob.Butrig.Pau.de Caſtro, & Franc.de Aretio in l.ij.§.ſed quia ueremur.C.de iurament.calum. ubi Iacob.Bu.dixit, quòd malitioſi procuratores dum reſpōdent libello, negant narrata, put narratur, &c. & poſtea in fine ſcripturæ petunt de calumnia iurari, & ulterius nō inſiſtant, ut ſi tale iuramentum non præſtetur, totus proceſſus reddatur retro nullus. quam opin. ſimiliter tenet Barto. & clarius Alexand. circa princip. in l. de pupillo §. quia opus.ff.de ope.noui nunc. Imo in l. qui bona. §. ſi alieno. & ibi etiam Alex.in v.colum. uerſic. & circa iſtud iuramentum calumniæ.ff.de damno infecto. Matheſil. in ſuis ſingula. ſingul.lxvj.incipiente.not.aliam cautelam domi.Iaſo.in l.iuſiurandum & ad pecunias. §. qui iuſiurandum.ff.de iureiuran. Practicus Papien.in forma libelli in actione reali, in uerbo, per ſacramentum calumniæ.* nam iſta præſtatio iura- 2
menti de calumnia, eſt in tantum neceſſaria, & rationabilis, quòd non ualeret ſtatutum, ſeu conſuetudo in cōtrarium, quòd tale iuramentum non debet præſtari. ut c.cæterum de iuramen.calum.& c. conſtitutus.de fideiuſſ.& ita firmant Matheſi.domi.Iaſo. & Practicus in locis ſuis ſuperius alleg. Secunda cautela eſt ſi uis irritare proceſſum, qui agitatur in cauſa, quòd quando citaris ad uidendum iurare teſtes, iuxta l.ſi quando. C. de teſti.& in c. in nomine domini.extrà eo.non compares: quia ſi eueniret, id quod ſæpiſsime ſolet euenire, quòd teſtes uocati ad teſtificandum, comparent coram notario, neutra parte præſente, & dicunt, Domine notarie nos fuimus citati ad deponendum in tali cauſa, uellemus quòd nos expediretis: quia ſum⁹ impliciti negotiis, non poſſumus hic diu morari. notarius autem neutra parte præſente defert eis iuramentum, & poſtea dicit, ite & reuertimini cras: quia uos examinabo, nunc non poſſum: & notarius iſtud facit ad hoc, ut teſtes iurati in termino, poſsint quandocunque examinari etiam extra terminū. iuxta notata per Bartol.& Roma. in l.damni. §.Sabini.ff.de dam.infec. & late per Roma.in conſil.cccclxvj.incipien. quo ad primum. nam ſi eueniret, ut ſuperius eſt dictum, quòd notarius deferret iuramentum teſtibus de ueritate dicenda, neutra parte præſente, uel dic etiam, poſito quòd partes ſint præſentes, uel aliqua earum, ſed iſtud non conſtaret in actis, quo caſu deductis in iudicium tantum creditur iudici & notario, quantum probant ipſa acta: ut c.quoniam contra. cum ibi notatis.de probatio.* Nam
3 ubi acta non loquuntur, nec nos loquimur: & quod in corpore actorum non continetur, factum non reputatur: ut dicit Bald. in c.fin.de probati. nam acta non poſſunt probari per teſtes, niſi quando fuiſſent redacta in ſcriptis, & eſſent deperdita: ut nota. per Bar. & Bald. in l.ne in arbitris.C. de arbitr.& late per Bald.in l.final.in ij.colum.uerticul. quæro nunquid acta iudicij. C. de iudi.cum concord. traditis per Fely.in d.c.quoniam contra.de probatio.in ultima colū.uerſi. nono quæro. tunc omnis teſtificatio facta per tales teſtes iuratos, neutra parte præſente, non ualet nec tenet. iſta eſt gloſſ.perigrina, & unica in iure: in l. ſi quando.in uerbo, introducit.C.de teſti.per quam Rapha. Fulgo.in l.j.C.quomodo & quando.iudex dixit, ſe hic Paduæ irritaſſe mille proceſſus, & mille dicta teſtium. quem refert & ſequitur Lanfran. de Oria.in repeti. dicti c. quoniam contra. in uerbo, teſtes.in ſexta quæſtione.

## Cautela ad faciendum quod dictum teſtis extraiudiciale, præualeat ſecundo iudiciali. XIII.

1 *Teſtis quando dictum præualere debeat, ſi unum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio dixerit.*



1 QVAESTIO eſt inter ſcribentes, nunquid ſi teſtis dicat unum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio, quod dictum iſtorum debeat præualere. Bartol. in l. eos. ff. de fal. mirabiliter tenuit, quòd primum extraiudiciale debeat præualere ſecundo iudiciali: immo quòd eſt plus, uoluit quòd propter talem uariationem, tanquam falſarius debeat de falſo puniri: unde dicit, quòd cautela eſt, quando habes teſtem, de cuius ſtabilitate dubitas, interroges ipſum coram teſtibus: quia ſi unū dicit extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio, primum dictum extraiudiciale præualebit ſecundo iudiciali: & talis uariās poterit de falſo puniri: ſubiungens quòd propter hoc cauti homines, quando interrogantur quid deponetis, reſpondent quando ero in iudicio, dicā quod mihi uidebitur, & quòd bene faciunt, ne poſtea incidant in falſum: quam opin. tenuit etiam domin. Anton. licet circa punitionem falſi diſcrepet à Bartol. per rationem de qua ibi per eum. in c.cum in tua.de teſti.tenuit Pe.de Ancha.in omnibus ſequendo Bartol.in clemen.ij.circa fin.uerſicu. ſi uero econuerſo.de teſti.dom.Cardi.dicens ibi de hoc eſſe caſum rotundum.in c. per tuas.circa princip.de probati. & domi.Abb.in c.inquiſitionis. §. tertiæ.de accuſ. & hanc ſententiam etiā conſulendo tenuit Pe.de Peruſio, in quodam ſuo conſilio incipien. teſtis extra iudiciū.cui conſilio ſe ſubſcripſerunt domi. Honofri. de Bartholinis.dom.Marcus Angelelli, ſua tempeſtate Doctores Peruſini præclari, ut refert Philip.Corne.in conſi.clxx. incipient. licet in hac concluſione. in ultima columna.uerſicul.& quando teſtes deponunt. in iij.uol.& pro hoc bene facit gloſſ. in l. Fulcinius. §.quid

§.quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea. quæ uult animum cognoſci per extraiudicialiter dicta.

Tamen communis & uera opinio eſt in contrarium, quod teſtis dicens unum extra iudicium, & aliud poſtea in iudicio, quòd ſecundum dictũ iudiciale, præualeat primo extraiudiciali. & [a] quod talis uarians non poſſit puniri de falſo. quam opin. primo uiſa eſt tenere gloſſ. & ibi Ioann. de Imo. qui dicit canoniſtas communiter tenere contra Bart. in c. cum cauſam. de teſtibus. Bal. Panor. & Barba. in dicto c. per tuas. de probat. Angel in d. l. eos. ff. de fal. & in conſilio ccxxxiij. incipi. punctus eſt, quędam domina Margarita. in ij. uerſic. quinimo ſecundum Bartol. ubi dixit, quòd opin. Barto. nunquam ſibi placuit, tenet Roma. in l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. de dam. infec. & in conſilio ccccc v. incipien. cum teſtis extra iudicium. Salyc. in autentic. ſi dicatur. C. de teſtib. & in l. ſi quis decurio. circa finem. uerſic. quæro teſtis extra iudicium. C. de fal. Baldus in l. nullum. in principio. C. de teſtibus. & in c. j. §. ſi enim domino. quid ſit inueſti. in uſi. feudo. ubi dixit, ibi eſſe caſum contra Bar. tenet idẽ Bal. in conſilio clxviij. incip. licet aſſeſſores euntes poſt Bar. ſicut cœci. in qnta parte. & Io. de Anna. in præal. c. inquiſitionis. §. tertiæ. de accuſa. & iſta in effectu eſt communis opinio, à qua in iudicando & conſulendo non eſt recedẽdum. Tu autem qui habes teſtem qui extra iudicium dixit, id quod eſt ad propoſitum tuum, ſi uis obuiare, quòd ſi contingeret, quòd ductus in iudicium aliud diceret, quàm quod extra iudicium dixerit, quòd per talem ſuam uariationem tibi non noceat, & ſic quod primum dictum extraiudiciale, præualeat ſecundo iudiciali.

*a Et q. talis. Adde an teſtis examinatus in iudicio, ſi depoſuit uno modo, deinde extra iudiciũ aliud dixit prius anteq̃ examinaret, an occaſione uacillationis poſſit torqueri. uide ĩ cõſ. lxiij. ĩ j. uol. p do. Alex. de Imo. Sed nunqd teſtis deponens falſum nõ circa factũ principale, nec circa qualitates ſubſtantiales, ſed circa alia extriſeca, an reddat in totũ falſus. uide per eũdẽ d. Alexã. Imo. ĩ cõſil. lxxxviij. in v. uol. Itẽ ſi teſtis extraiudiciũ dixit nihil ſcire, an poſſit cogi teſtificari in iudicio. uide per d. Lud. Ro. ĩ cõſi. ccccc v. q̃d inci. cũ teſtis extra iudiciũ &c. eſt pulchrũ conſilium.*

Cautela eſt, quòd quãdo extraiudicialiter corã teſtibus ipſum interrogaſti, & reſpondit ſe nihil ſcire, uel ſe tantum ſcire, quòd tunc per aliquem bonum modum inducas ipſum iurare. ſe tibi dixiſſe puram ueritatem, & nihil aliud ſcire, niſi prout tibi dixit: quia ſi poſtea in iudicio aliud dicet, primum dictum extraiudiciale, præualebit ſecundo iudiciali: ita ſingulariter dixit domi. Abb. per rationem, de qua ibi per eum, in præalleg. c. per tuas. quem refert, & extollit Felyn. in d. c. cum in tua. & iſtam opinionem ſaluando, hoc modo Bartol. in dicta l. eos. tenuit Fulg. in l. qui falſa & uaria. ff. de teſtibus. Iacobus Aluarotus in capi. j. §. notandum. de not. feudo. Cæpol. in conſil. lxj. incipien. ſuper primo dubio quo quæritur. in j. colum. uerſicu. & poteſt alia ratio aſſignari. & in ij. colum. uerſicu. nec obſtat, quod tertio loco. & Alexand. in conſil. cliiij. incipi. uiſo themate ſupraſcripto. in iij. column. uerſicu. prætereà probatum eſt. in quinto uolu. Et iſtam cautelam alias hic Paduæ duabus uicibus practicaui, & obtinui coram rectore noſtro iuriſtarum: quarum una fuit ſub magnifico æquite aurato, & iuris utriuſque Doctore domi. Iulio Luzago, nunc affine meo clariſsimo, tempore quo Rector erat iſtius noſtri Gymnaſij Patauini.

## Cautelæ diuerſę, ad liberandum iudicem à ſyndicatu. XIIII.

1 *Iudex aliquem ad torturam, niſi præcedentibus indicijs ponere non poteſt.*
2 *Statutum ſi diſponeret, quòd poteſtas, uel iudex maleficiorum liberum arbitrium procedendi in criminalibus habeat, aliquem ad torturam, niſi præced*



*præcedentibus indicijs, ponere non poteſt.*
3 *Iudex an actione iniuriarum teneatur, ſi aliquem iniuſte carcerare fecerit.*
4 *Actionibus popularibus, & etiam in criminibus uno agente, actio conſumitur.*
5 *Reus quotieſcunq; cum accuſatore conuerſari reperitur, præuaricatio probata dicitur.*
6 *Maritus leno præſumitur, quando ex uxoris adulterio non indignatur.*
7 *Iudex non poteſt niſi ex magna cauſa augere, ſeu minuere pœnas a ſtatuto limitatas.*
*Iudex quilibet male gerens officium ſuum in alterius damnum facit litem ſuam.*
9 *Iudex ſi condemnauit minori pœna quàm debuerat, in pœnis publicis, non competit fiſco auxilium reſtitutionis in integrum.*
10 *Iudex depoſito officio, debet ſtare in loco officij per quinquaginta dies, ad hoc ut de eo conqueri uolentibus reſpõdere ualeat, quo tempore elapſo amplius non tenetur.*

1 IVRA * ſunt uulgaria, quòd [a] iudex non poteſt aliquem ad torturã ponere, niſi præcedat legitima indicia. ut l. j. in princi. & l. fi. ff. de quæſtio. & l. milites. §. oportet. C. eo. & l. ſicut. C. de fal. & c. cum in contemplatione. de regul. iur. in antiquis. & c. non ſoleat. ij. q. vj. & iſta regula eſt adeo
2 uera, * quod etiam ſi extaret ſtatutũ, quòd poteſtas, uel iudex maleficiorum, habeat liberum arbitrium procedendi in criminalibus, tamen propter hoc non poſſet ponere aliquem ad torturam abſq; legitimis indiciis. ut notabiliter uoluit Gandi. in ſuo tracta. malefi. in rubrica, de quæſtio. & tormen. circa finem, uerſicul. quid autem poſsit facere poteſtas. & Paul. de Eliazar. in capit. grauis. de depo. quem ſequitur Alexand. in conſilio lxvj. incipien. habita ſuper contentis in ſuperiori themate congrua conſideratione. in ij. colum. uerſicul. uidetur ergo contra bonos mores. in primo uolumine. & caſu quo iudex torqueret aliquem ſine ipſis legitimis indiciis, tenetur in ſyndicatu actione iniuriarum, arbitrio iudicis habentis iudicare. ut nota. Bald. in rubrica. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. & Salyce. in l. fina. in vij. quæſtione. C. eodem. pone modo, quòd iudex fecit aliquẽ torquere non præcedentibus legitimis indiciis, eritne dare ei aliquod remedium ſeu cautelam, quòd in ſyndicatu non poſsit cõuenir? dic quòd ſic. Cautela eſt, quòd in relaxatione torti inducat ipſum cum blanditiis, uel alio bono modo ad confitendum quòd legitime fuit tortus, & faciat, quòd aliquis notarius ſit de tali confeſsione rogatus: quia hoc modo non tenebitur in ſyndicatu. ita ſignanter dicit Cataldi de Viſo, in tracta. ſyndica. circa principium. allega. hoc uoluiſſe Angel. in l. iniuriarum. §. ſi quis de certo. ff. de iniur. & dicens quòd ita uidit de facto praticari. quem refert & ſequitur ſolennis do. Franc. de Sancto Seuerino, in ſuo tractatu de indic. & tortu. in materia torturæ, in quinta quæſtione princi. in fin. In præcedenti cautela uidimus qualiter iudex non poſsit ſyndicari, quando aliquem iniuſte torſit. Pone modo quòd aliquem iniuſte ſi-
3 militer fecit incarcerare, * quo caſu tenetur? actione iniuriarum. ut eſt textus. in l. nec magiſtratus. ff. de iniur. & nota. gloſſ. in l. ij. §. final. ff. ſi quis cautio, quæ iniuria æſtimatur iuramento ipſius iniuriati cum taxatione iudicis, iurando ſe potius uoluiſſe tantum perdidiſſe, quàm tuliſſe

paſſum

*a Iudex non. Sed adde nunqd debeat tortura differri, etiã ſi pcedũt idicia, ſi reus uult ĩdicia repbare. uide p Pau. de Lea. in c. grauis. extrà de depoſ. et per do. Ale. de Imo. ĩ cõſ. xlj. ĩ ij. uo. et eſt paſſ[9] quotidianus: nam poſt torturam tarde ſit replicatio, cuius ilico grauamẽ poſt ea nõ ſit reparabile. l. ij. ff. de rep. recipi. dic quod danda eſt copia indiciorũ parti, ut ſuper ipſis diſputari poſsit et an teneat in ſyndicatu iudex, ſi aliter facit. uide ĩ p[illegible]lle. pulchro, et quotidiano cõſilio.*

paſſum illam iniuriam iniuſtæ carce-
rationis.ut no gloſſ.& Bartol.in l. in
iuriarum æſtimatio.ff.de iniur. & So
cy.in conſil.cxlvj. incip.uiſo proceſ-
ſu agitato.in ultima colum. Qua cau
tela poterit uti iſte iudex, qui fecit a-
liquem iniuſte incarcerare, ad hoc ne
poſsit conueniri in ſyndicatu actio-
ne iniuriarum. dic quòd cautela eſt,
quòd antequam relaxet ipſum incar-
ceratum, faciat, quòd præſtet fideiuſ-
ſores de ſe præſentando toties, quo-
ties fuerit requiſitus: quia per talem
præſtationem fideiuſsionis, uidetur
approbare capturam, & cõfiteri fuiſ
ſe legitime captum: ita docet ſolen-
nis Doct.dom. Amade.de Caſtel.qui
tempore ſuo fuit magnus practicus
in magiſtratibus, in ſuo tractatu, de
ſyndica.circa finem.uerſic.poſtremo
dicendum eſt.allegat ita tenere Bart.
& ita in effectu tenet in ſua diſputa-
tione incip.I.apus fuit captus. Sequi
tur Bap.de Sancto Seuerino, licet di-
cat iſtam deciſionem ſibi uideri du-
ram in ſuo tractatu de debitorib. ſu-
ſpect.& fugit.in penult. quæſtione.
3 Et accipe aliam cautelam ſecun-
dum ipſum dominũ Amade.in loco
ſuperius allega. ad liberandum offi-
cialem à ſyndicatu, quando incidit
in aliquam pœnam: quia forſitan fe-
cit contra ſtatutum, quod intra tem-
pus querelandi faciat porrigi peti-
tionem per aliquem amicum ſecre-
tum, qui præueniat alios uolentes ta
lem petitionem porrigere, ſuper qua
petitione audiendus erit qui præue-
nit, & ratione præuentionis alij ma-
liuoli excluduntur.ut nota.in l.ſi ſer
uus plurium.de legatis primo.& ſi il-
le qui dedit querelam, omittit eam
probare, poteſtas, uel officialis abſol
uitur.iuxta l.accuſare.cum ſimilibus.
C. de eden. ita ad literam dicit ipſe
do.Amade. in loco ſuperius allegat.

Et adde, licet ipſe non dicat quòd ra
tio iſtius concluſionis eſt, * quòd in
criminibus & actionibus populari-
bus, uno agente actio conſumitur.ut
not.gloſſ.magiſtra.in uerbo, iudica-
tum.& ibi Panor.in c.cum dilecti. de
electio.& Bartol.in l.ſi cui. §.j.ff. de
accuſatio.Canon.omnes in c.de his.
extra eodem.de accuſa. nam quis plu
ries de eodem delicto non debet in-
quiri.ut dicit text.in l.licet.in fin. ff.
naut.caup.& ſtabul.& not.Bartol. in
l.iuriſperitos. §.j.ff.de excuſat. tuto.
Et inquantum eſt dictum ſuprà, quòd
petitio porrigatur per amicum ſecre
tum, ſunt uerba dicta cum miniſte-
rio propter uitium colluſionis: quia
ſi conſtaret de colluſione, licet ipſe
iudex ſemel fuiſſet abſolutus, tamen
iterum ab alio poſſet accuſari. ut l.
iij. ff. de præuari. & l. cum qui. §.in
popularibus.ff.de iureiuran. Et nota
perpetuo doctrinam Bartol. in l.j. §.
præuaricatorem.ff.ad Turpil. ubi no
tabiliter dixit,* quòd quotieſcunque 5
reperitur reus conuerſari cum accuſa
tore, dicitur probata præuaricatio:
quia cum ex accuſatione conſuerint
oriri inter accuſatorem & accuſatum
inimicitiæ, ut l.inimicitiæ. ff. de his
quibus ut indignis. & in l.iij. §.fina-
li.ff.de adimen.lega. conuerſando er
go reus cum accuſatore, & non indi
gnetur, præſumitur colluſio.* Sicut 6
maritus præſumitur leno, quando
ex adulterio uxoris non indignatur.
ut l.mariti lenocinium. in principio.
ff.de adulte. Sed tamen iſtud limitat
Maria.in d. c. de his. de accuſat. cum
quo ibi tranſit Felyn. in viij. limita-
tione.niſi accuſator eſſet perſona in-
tegra. Et accipe aliam cautelam ſe
cundum ipſum domin. Amade. in
loco ſuperius allegato. ad liberan-
dum iudicem à ſyndicatu, in qua li-
cet ipſe ſe expediat tribus uerbis,




7 tu autem eam melius ordina. * Tu
habes, quòd iudex nõ poteſt, niſi ex
magna cauſa, augere ſeu minuere
pœnas à ſtatutis limitatas.ut notat
Baldus in l.quid ergo. §. pœna gra-
uior.in repet.in tertia columna. uer
ſi.ſed iuxta hoc incidenter quero.ff.
de his qui notant.infamia.& in l.pri
ma.in tertia colũ.uerſicu.ſed hic re-
ſtat dubium.C.ex delicto defunct.&
in l.prima.C.ſi aduer.delic.& Barto.
in l.hodie.ff.de pœ.& bene facit qđ
no.Bald. in l.præſes. uerſic. quid de
prioribus ciuitatum. C.de tranſacti.
Et ſi iudex aliter facit, augendo ſeu
diminuendo pœnas à ſtatutis taxa-
tas, poteſt conueniri in ſyndicatu:
8 *nam quilibet iudex male gerens of
ficium ſuum in damnum alterius, fa
cit litem ſuam: prout dixit Baldus in
l.qui crimen.circa finem.C.qui ac-
cuſa.nõ poſ.adeo, quòd iſto caſu, iu
dex non euaderet ſyndicatum, licet
in ſententia apponeret clauſulam,
quam condemnationem uolumus
habere locum, dummodo non ſit cõ
tra & preter formam ſtatutorum, a-
lias ipſam reducimus ad formam i-
pſorum ſtatutorũ: nam talis clauſu
la nihil operatur, quominus conde-
mnatio ſpecifice facta, nõ remaneat
firma, prout diſputando tenuit Iaco.
de Beluiſio, in quadam ſua diſputa-
tione, incipien.in Chriſti nomine.
lege municipali.quem refert & ſe-
quitur Baldus in dicta l.quid ergo.
§.pœna grauior.in repetitio.in vj.
colum.uerſicul.iuxta hoc quæro pri
mo.ff.de his qui notãtur infa.tenet
Baldus in autentica interdicimus.
C.de epiſcop.& cleric.Bartolus in l.
moris eſt. §.iſte fere.ff.de pœ.& in
l.iudex poſteaquam.ff.de re iudica-
ta.diſtingues tamen, ut ibi per eum,
cuius diſtinctionem reprobat Bald.
in dicto §. pœna grauior. ſequitur
etiam dominus Abb.in capitulo, in

literis.de offic. deleg. Pone modo,
quòd iudex iuxta formam ſtatuto-
rum debebat cõdemnare in centum
applicanda fiſco, condemnauit tan-
tummodo in quinquaginta, quomo
do faciet ad obuiãdum, quòd in ſyn
dicatu non poſsit conueniri? dic, ꝙ
cautela eſt, quòd faciat, quòd ſyndi-
cus communis petat coram ipſo iu-
dice reſtitutionem in integrum ad-
uerſus ſententiam, quæ omnia fieri
poſſunt: nam ſyndicus communita-
tis, abſq; alio ſpeciali mandato, po-
teſt in cauſa cõmunitatis petere re-
ſtitutionem in integrum: ut uolunt
Cyn.Bartol.Baldus, & Paul.de Caſt.
in l.unica.C.etiam per procurat.re-
ſtit.in integrum agi poſ.& Innocen.
in capitulo, ſuſcitata.de in integrum
reſtit.& Baldus in l.illud. §. primo.
ff.de minor. & Paul.de Caſtro, in l.
iuſiurandum & ad pecunias. §. de-
fenſor.ff.de iureiurando.& Alexan.
in l.præſes.in principio. C.de tranſ-
actio.& ſimiliter iudex qui tulit ſen
tentiam, poteſt contra eam conce-
dere reſtitutionem in integrum.ut
eſt text.in l.in cauſæ. la ſecunda. §.
finali.& in l.præfecti prætorio.ff.de
minori.& in capitu.cum Bertoldus.
de re iudica.& notat Panor.in capi.
ex literis.in tertia columna.uerſicu.
& ex hoc dicto.de in integrũ reſt.&
Philip. Franc.in capitulo, dilecti.in
ix.quæſtione.de appella. qua reſtitu
tione cõceſſa, poſtea ipſe iudex ſup-
pleat quantitatem debitam.ita do-
minus Amade.in loco ſuperius al-
legato, referens ita tenere Bald. in
ſuis concluſionibus, in uerbo, pœ-
na.& dicentem ſe ita audiuiſſe à Bar
tolo, in uoce, ſed aduerte.licet ipſe
non dicat, quòd Baldus in addition.
Specu.in titulo de accuſa. uerſiculo
9 quid ſi iudex.tenet contrarium. * ꝙ
ſi iudex condemnauit minori pœ-
na quàm debuerat, quòd in publi-

eis pœnis non competit fiſco auxi-
lium reſtitutionis in integrum,per
textum in l.auxilium.in principio.
ff.de mino. Tamen cautelam præ-
dictam approbat Angel.in dicto §.
pœna grauior.dicens, quòd ſi iudex
condemnauit aliquem minori pœ-
na, quòd ſyndicus poterit coram eo
dem iudice petere in integrum re-
ſtitutionem,aduerſus ipſam ſenten-
tiam , & quòd iſto caſu iudex excu-
ſabitur à ſyndicatu : dicens, ita aliàs
conſuluiſſe Bar. Et circa iſtam ma
teriam ſyndicatus, accipe aliam cau
telam.tu habes, *quòd iudex depo- 10
ſito officio,debet ſtare in loco offi-
cii,per quinquaginta dies,ad hoc,ut
ualeat reſpondere uolentibus con-
queri de eo , quo tempore elapſo,
amplius non tenetur alicui reſpon-
dere. ut eſt caſus in l.j.C. ut omnes
tam ciu. quàm mil.& in §.neceſſi-
tatem.in autentic.ut iudi. ſine quo-
quo ſuffragio.Sed iſtud eſt uerum,
quòd poſt illud tempus,aliquis am-
plius non auditur, ſcilicet in loco u-
bi exercuit officium , ſecus in pro-
pria patria: quia ibi poteſt perpetuo
conueniri. ut notat gloſſ.& Bartol.
in l.ſecunda.ff.ad repetun.Bald.in l.
obſeruare. §.proficiſci. in quarta q.
ff.de officio procon.& do. Abb.in
cap.aduerſus. in tertia col.de immu
ni.eccleſi.Quæro,qua cautela pote-
rit uti iudex,ut poſt dictum tempus,
non poſſit conueniri,etiam in pro-
pria patria.Dic , quòd cautela eſt, ut
faciat fieri ꝓclamata , ut omnes qui
intendunt petere intra tantum tem-
pus,compareant,aliàs,amplius non
audientur : quia iſto caſu,elapſo di-
cto termino , non poterit conueni-
ri,etiam in ſua patria. ita notabiliter
dominus Cardi.in cap.penul.de iu-
di.dicens ſe ita obtinuiſſe in facto,
quem ibi ſequitur dominus Abb.in
quarta col.uerſic.ſunt tamen alii ca-
ſus. & ſimiliter Maria.& Fely.& alii
Moder.ibi,& Paris de Puteo,in ſuo
tractat.ſyndicatus.ſub capitu.de offi
cio ſyndicatorum §. officialis fini-
to officio.& ita communiter tene-
tur,quicquid tenuerit Petr.de An-
cha.in dicto cap.aduerſus.de immu.
eccle.Aduerte tamen , quòd Alexã.
in d.l.ij.in apoſtil.ff.ad l.Iul.repetũ.
refert Franciſ.de Galla dicentem.d.
Barto.in d.l.ij.eſſe uerum. dummo-
do in loco officii non fuiſſent facta
proclamata , &c & ſic approbat cau-
telam, de qua ſuprà.& poſtea ſubiũ-
git , & quòd per ſyndicatores poſt
elapſum terminum edicti fuerit ꝓ-
nunciatum in cõtumacia nõ compa
rentium,aliquem de cætero non eſ-
ſe audiendum:& officialis fuerit ab
ſolutus:& ſic uidetur innuere,quòd
non ſufficiat fieri proclama . prout
ſuprà , niſi etiam ſequatur ſententia
abſolutoria : ſed circa hoc dicas , ꝙ
aut in edicto ſeu proclamato fuit ap
poſitus tantummodo terminus abſ-
que comminatione, quòd de cæte-
ro non audientur: & tunc non ob-
ſtante elapſo termino, poſſet in pro
pria patria conueniri. *Nam ela- 11
pſo termino hominis,adhuc qs po-
teſt agere , uſquequo per iudicem
imponatur ſilentium illis , qui non
comparuerint. ut ſingulariter dicit
Innocen. in capitul.cum in tua. qui
matr.accu. poſ.de quo exclamat An
gel.in l.j.C.ut ne.inui.& idẽ tenet
Bald.in l.diffamari.C.de inge.& ma
nu.Si uero fuerit appoſitus non ſo-
lum terminus,ſed etiam fuerit com
minatum , quòd de cætero non au-
dientur : & iſto caſu, non requiritur
alia ſententia:ut not.dixit Salyc.in
l.ſi ea.in ultima columna.C. qui ac-
cu.non poſ.de quo dicto, facit feſtũ
Angel.de Aret.in §.ſi minus.in ix.
uerſi.quæro iudex ſtatuit Titio ter-
minum.inſti.de actio.

Caut



## Cautela ad inſtruendũ excipien tem contra perſonas teſtium, ad hoc ne faciat actum nul- lum. XV.

1 *Oppoſitionũ ſiẽdarũ cõtra teſtium per ſonas,duplex genus in iure reperitur.*

2 *Teſtis conditio reſpicitur tempore de- lati iuramenti,& non publicati pro- ceſſus tempore.*

DVPLEX* genus oppoſitionũ
1 fiendarum contra perſonas te-
ſtium , reperitur in iure:unũ, quod
eſt introductum , in merũ fauorem
illius, contra quem teſtes producũ-
tur,ut eſt oppoſitio amicitiæ,inimi-
citiæ,domeſticitatis,infamiæ , con-
ſanguinitatis,& ſimiles. & iſtæ tales
appoſitiones , regulariter non poſ-
ſunt opponi publicatis atteſtationi-
bus,ut eſt caſus in ca.præſentium.de
teſti.niſi in tribus caſibus ibi enume
ratis:quorum unus eſt, quando uo-
lens opponere iurare ſe non mali-
tioſe , nec animo calumniandi uel
le opponere : alter quando doceret
ſe ipſas oppoſitiones de nouo repe-
riſſe:tertius quando ante publicatas
atteſtationes proteſtatus fuiſſet , ſe
uelle opponere contra perſonas i-
pſorum teſtium : quia per talem pro
teſtationem reſeruatur ſibi ius op-
ponendi.Vnde ex hoc,inſurrexit cõ
munis practica omnium litigantiũ,
quòd quando teſtes examinandi ꝓ
ducuntur,proteſtantur exceptiones
tam contra dicta, quàm contra per-
ſonas ſibi ſaluas fore.de qua com-
muni practica facit mentionem Pa-
nor.& Andr.Sicul.in d.c.præſentiũ.
& Bal.in l.ſi quis teſtibus.in iiij.col.
uerſi.dubitatur hic.C.de teſti.ubi di
cit,ꝙ cauti aduocati ſemper à prin-
cipio proteſtantur exceptiones ſibi
ſaluas fore , tam contra dicta, quàm
contra perſonas:quia per talem pro
teſtationem reſeruatur ſibi ius op-
ponendi, cum per ipſam excludatur
tacitus conſenſus,arg.l.ſi filiusfa.la
prima.ff.ad Maced. Aliud genus op
poſitionum eſt inuentũ in merum
odium ipſorum teſtiũ , ut eſt quãdo
opponitur teſti,quòd eſt Iudeus,hæ
reticus,infidelis,bannitus,excõmu-
nicatus,& de ſimilibus. nam iſtæ ta-
les oppoſitiões poſſunt fieri , etiam
poſt publicatum proceſſum , & poſt
didicita teſtificata abſque ſolennita-
te dicti c.præſentium.ut declarat Io.
Andr.in addi. Spec.in titul.de teſti.
§.ſæpe.in princi.& Fely.in cap.ſi di
ligenti.in antepe. col.uerſ.primum.
corolariũ. de foro cõp.quia tales ex
ceptiones nõ poſſunt uolũtate par-
tium tolli.arg.l.tametſi. ff.ad Mace.
ſecundũ Io.An.ubi s.quod etiam ha
bet locũ in oppoſitionibus ꝓueniẽ-
tibꝰ à iure naturali, ut eſt oppoſitio
impubertatis,furoris, & dementiæ:
quia ſimiliter tales exceptiones nõ
poſſunt partiũ uoluntate tolli , quia
iura naturalia immutabilia ſunt. ut
§.ſed naturalia . inſtit.de iure natu.
gen. & ciui.& v.diſtin. ad eius.licet
iſtã differentiam inter unum genus
oppoſitionum, & aliud reprobet Sa
lyc.in d.l. ſi quis teſtibus.in j.colũ.
uerſi.nunc tranſeo ad perſonam. cũ
quo uidetur tranſire Fely.in d.c.præ
ſentiũ.in j.col.uerſ.quinto fallit.di-
cens opi.Sal.tenere etiã do.ſuum in
d.c.præſentium.per rationes de qui
bus ibi per eos, quod aliter non exa
mino.Multi modo parum aduerten
tes,& qui ſunt de illis , quibus pul-
uis cecidit ſupra librum , ut uerbis
utar Baldi, in l. directas. C. de te-
ſta. man.quando publicatis atteſta-
tionibus opponũt contra perſonas
teſtium , faciunt ſuas oppoſitiones
in hunc modum:dico , ꝙ talis teſtis
cõtra me examinatꝰ eſt famulus par
tis aduerſæ , uel eſt inimicus meus,
uel nõ eſt teſtis omni exceptiõe ma
ior, uel eſt amicus mei aduerſarii,&

 ſic

ſic de ſingulis, & non aduertunt, ꝙ talis oppoſitio formata prout ſupra non concludit: quia poſsibile eſt, ꝙ nunc ſit famulus, ᵃnunc ſit amicus, nunc ſit infamis, nunc non ſit teſtis omni exceptione maior, & tamen tempore iuramenti & depoſitionis non erat nec famulus, nec amicus, nec infamis. imò erat teſtis omni exceptione maior: quo caſu, iſta exceptio formata, prout ſupra tanquam non concludens in aliquo, non releuat ipſum excipientem, iuxta uulgatam l. non hoc. C. unde cogna. & ca. in præſentia. cum ſimil. de probatio. Itē* quia conditio teſtis inſpicitur tem 2 pore delati iuramenti, & non tempore publicati proceſſus. ut habetur per Bar. & Ro. in l. damni. §. Sabini. de dam. infect. & per Bald. in l. ſi quādo. C. de teſti. & ibi Saly. in iij. colū. uerſi, quarto. nunc quæro. & per Angel. & Imo. in l. Antiſtius. ff. de acqu. hæred. & late per Roma. in conſilio ccccxliij. incip. quo ad primum. Et in terminis, ꝙ oppoſitio facta contra teſtem, prout ſupra publicatis atteſtationibus in aliquo tanquam nō concludens, non proſit opponenti. ita egregie conſuluit Angel. in ſuo conſilio j. incipien. porrecta fuit petitio. in j. col. quē multum extollendo, ſequitur dominus Iaſ. in l. Titiæ textores. in iij. col. uerſiculo quarto. principaliter adde. de lega. j. & in l. j. in quarta col. uerſicu. ulti. antequam ueniamus. C. de teſt. & iſtud dictum Angel. retulit, & ſecutus eſt dicens eſſe dictum notabile Andr. Barba. in ſua pulchra repe. ca. teſtimonium. de teſti. in xiij. char. uerſic. facit notabile dominus Angel. ſequitur Fely. in cap. auditis. in ultim. column. de præſcrip. & de iſto dicto Angel. fecit etiam mentionem Bar. in ſuo reperto. in uerbo, teſtes deponunt. uerſic. xiij. incip. teſtis habilitas. ubi dicit, ꝙ

*a Nūc ſit am. An cauſæ ſpeciales ſint deſignādæ īfamiæ, ſi opponitur cō tra teſtē, q ſit ī famu. uide p. d. Lud. Ro. ī con. ccxc. qd īcipit, ī caſu ppoſitæ cō ſultatio. cauſa eni infamiæ de clarāda eſt. Itē quātūcūq; op ponatur cōtra teſtē, q ſit uilis pſona, ſupplet tamen per aliū teſte magis idoneū. ī coſ. ubi. s. in fin. Teſtis an poſſit eſſe ſalariat. Itē famulus qd de amico. uide in alio coſſ. per eūdem ccccxx. qd īcip. ppoſita quæſtio uidetur. &c. et loquitur de ſolicitatore. quid autē de graui amicitia, et nō leui, tāguntur prædicta oīa in dicto conſi.*

Ang. dat practicam opponendi contra teſtem, ut articuletur, quòd tempore iuramenti erat inhabilis. quod dicit eſſe notandum. imò quod eſt plus, uoluit idem Angel. in conſilio cccviij, incip. factum tale eſt. Chriſtophorus. in j. col. quod ſi etiam in oppoſitione diceretur, eſt & fuit homo malæ famæ, quòd nihilo minus iſtud uerbū, fuit, nihil prodeſt: quia poteſt intelligi, fuit, ſcilicet poſt teſtificatum: refert & ſequitur domin. Iaſ. in locis ſuperius alle. hinc eſt, ꝙ conſuluit Oldra. quòd ſi quis capitulat, quòd ille qui fuit electus, fuit & eſt publicus fornicator, non obtinebit: quia non dicit, quòd tempore electionis fuerit. potuit enim eſſe ante & poſt, & non tunc. ita pulchre Oldra. in conſilio cclxxxvj. incip. in electionis negotio. in j. col. uerſicu. quantum ad tertium. & miror de d. Iaſ. quòd non allegauerit dictum cōſilium, in locis ſuperius alle. Sis ergo cautus tu, qui uis publicato proceſſu opponere contra teſtes, ut nō articules, quòd non ſunt omni exceptiōe maiores, & ſic de ſingulis: ſed dicas, quòd non erant tempore iuramenti & depoſitionis, & iſta tene menti: quia uidebis multos errare iſtud non perpendentes.

## Cautela ad faciendum, quod ſtatuentes ualeant diſponere ſuper iuramento. XVI.

1 *Principes ſeculares per ſtatuta ſua, iuramenti uires eneruare non poſſunt.*

COMMVNIS * & uera opin. 1 ſcriben. eſt, quòd principes ſeculares per ſtatuta ſua non poſsint iuramenti uires eneruare, etiam ſi talis princeps eſſet Chriſtianiſsimus Rex Franciæ, quamuis ſuper omnes reges Chriſtianorū portet coronã libertatis & gloriæ; ut eleganter & uere dicit Bald. in ſuo conſi. ccccxv. incip.



incip. petita uenia, flexisq; genibus loquar. in prima parte, & etiam ſi eſſet ipſe imperator, quamuis tantæ ſublimitatis ſit. quòd in hoc mūdo ſit ueluti unus Deus corporalis, & ſuper omnes emineat tanquam ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis. prout dixit Baldus in capitulo primo. §. fina. in ultim. col. in titul. de prohi. alie. feu. per Fede. & quamuis etiam ſit tantæ autoritatis, quòd qui præceptum ſuum contemnit, ſibi ipſi iudicium acquirit. & inter homines pœnas luit; & apud Deum frontem non habet: ut cantat text. xj. quæſtione iij. Imperatores. & quamuis ſimiliter omnia poſſit, quæ ſunt ſecūdum, contra, & præter legem, ut dicit Baldus in conſil. xv. incip. in queſtione propoſita. uerſic. ſecūdo dico, quòd imperator. in ſecunda part. & totius orbis monarchiam obtineat. ut dicit text. xij. q. j. futuram. adeo, quòd qui diceret cōtrarium, hereticus cenſeretur: ut pulchre dixit Bartolus in l. hoſtes. in ij. colū. ff. de cap. & poſtli. reuer. Attamen nonᵃ habet poteſtatem diſponendi ſuper iuramento: quia ad ſolam eccleſiã, & Romanum pontificem dignoſcitur pertinere: ut capit. uenerabilem. de electio. & capi. nouit. de iudi. & xcvj. diſtinct. ſi imperator. de qua communi opi. habetur per Barto. in l. omnes populi. de iuſti. & iure. in iij. quæſtione princip. & de qua habetur per domin. Anto. in c. cum contingat. uerſi. tertius caſus. de iureiu. & ibi late per Imol. in tertio membro. & etiam per domi. Abb. in vij. colum. uerſicul. nunc ad prædicta applico. & per Saly. & Pau. de Caſt. in auten. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uendi. & plene p Alex. in conſ. lix. incipiē. uiſo inſtrumento & titu. quæſtionis. per totū, in primo uolumine. & in con. xxxix. incipien. uiſo ſtatuto & themate. in iiij. uolumine. cum aliis concordantiis traditis per ipſum Alex. & domi. Iaſo. in l. quæ iurato. quæ eſt lex fin. ff. qui ſatiſd. cog. & cum multis aliis de quibus per Franci. de Cur. in conſilio xliij. incip. ſuper contingentia facti. in vj. col. uerſicul. & conſequēter concludimus, quòd Rex Francorum Chriſtianiſsimus. & in ultim. colum. uerſicul. ſtatutum nulla inſerta 2 cauſa. *Ex quibus infertur, ꝙ ſtante ſtatuto, quòd contractus celebratus cum minore, cum filiofamilias, cum muliere, abſque tali ſolennitate, puta abſque præſentia duorū cōſanguineorū, nō ualeat nec teneat, etiam ſi iuramentum ſuper ipſo contractu fuerit interpoſitum: tamen ſi minor ſit filiusfamilias, ſi mulier faciens contractum ſine illa ſolennitate, iurando ipſum contractum habere & tenere firmum, & in nihilo nō contrauenire, contractus non obſtante ſtatuto, tenebit & ualebit: qa de iure canonum omne iuramentum quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis eternæ, ſeruandum eſt, ut habetur in cap. cum contingat de iureiuran & in cap. licet mulieres. eo. titulo. libro vi. & in ca. quamuis. de pactis. eod. lib. vi. & quotieſcunque tractatur de peccato, ſtatur diſpoſitioni canonum, etiam in foro ciuili: ut no. in cap. fin. de præſcrip. & in regula, poſſeſſor. de reg. iuris. in vi. & in c. j. & ij. de operis noui nuncia. & per Barto. & alios in l. priuilegia. de ſacroſan. eccleſ. Si autem ſtatuentes uolunt omnino uoluntatem ſuam adimplere ualendi iuramentum tollere, & ſuper ipſo diſponere, & ſi nō per directum, ſaltem per indirectū, cautela eſt, quòd quando in ſtatuto dixerunt, ſtatuimus & ordinamus, quòd aliquis minor, aliqua mulier, aliquis filiusfamilias non poſsit con

*a Non habet. Sed an iuramētū poſſit remitti p ſtatutū, ita quod ſtatutum terminet actū non ualere, nō obſtante iuramento. dic, q nō: quia diſponere ſup iuramēto, non ſpectat ad leges ciuiles uel ſeculares, cū iuramētū principaliter dirigatur ī Deū c. [illegible] et ſi Chriſtus. di iuram. uide p d. Alex. in coſ. pulcherrimo cxxvj. in j. uol. p totum. et eſt conſilium quotidianū: & facit ad ſtat. Paduæ.*

trahere, uel aliter ſe obligare abſq;
decreto iudicis, & conſenſu duo-
rum propinquorum, uel prout ali-
ter ipſis ſtatuentibus uidetur, nõ di-
cant poſtea: & ſi aliter factum fue-
rit, contractus & obligatio non te-
neat, nec ualeat, etiam ſi iuramentũ
interueniat: quia talia uerba nil re-
leuant, quominus iurando ſuper cõ
tractu, talis contractus non teneat,
non obſtante diſpoſitione ſtatuti, ut
ſuperius dictum eſt: ſed dicant, & ſi
aliter factũ fuerit, omnis obligatio
cenſeatur, & habeatur pro ficta & ſi-
mulata, & per uim & dolũ extorta:
quia hoc modo, licet poſtea ſuper
contractu fuerit iuratum, tamen ta-
le iuramentum operabitur, ſi ſolen-
nitas de qua in ſtatuto, non inter-
ueniet. ita notanter dixit Bartolus,
in dicta l. omnes populi. in ſecunda
quæſtione, tertiæ quæſtionis prin-
cipalis, in fine. ubi dixit, ſe ita uidiſſe
iudicatum. Et hanc opinionem ſimi
liter tenuit Baldus in autentic. ſacra
menta puberum. C. ſi aduerſus uen-
di. ubi dicitur, quod iſta cautela eſt ual-
de bona. & ibi Salyc. in penultima
colum. tenuit Paulus de Caſtro, in l.
finali. ff. qui ſatisda. cogantur. domi.
Abbas poſt domin. Card. in dicto ca
pitulo, cum contingat. in ix. colum.
uerſic. ſecundo membro principali.
& dominus Abbas in ſua diſputatio
ne incipiente, ſtante ſtatuto condi-
to in Italia. in ix. columñ. uerſicul.
tertium mẽbrum. & licet hanc opi-
nionem Bartol. in dicta l. omnes po
puli. reprobet ibi Bald. in v. col. uer-
ſic. item quæro, an ualeat ſtatutum.
dicendo, quòd eſt truffa. & licet ſi-
militer Angel. in l. j. ff. de conſtitut.
princi. dicat, quòd iſta opinio Bart.
ſunt ambages, & contra ipſum etiã
teneat Paul. de Caſt. in l. ſi quis pro
eo. in fine. de fideiuſſo. & in dicta au
tentica, ſacramenta puberum. & in l.
quæ ſub conditio. ff. de condi. inſti.
Tamen opi. Bartol. quòd iuramentum
ſeu ſtatutum poſsit per indirectum
prohiberi, fingẽdo ipſum ſimulatũ,
& per uim, & dolum extortũ, tenet
Baldus in ſua repetition. l. ſecund. ff.
de iureiu. in xliiij. colum. uerſiculo,
ſuper quinta quæſtione. & in lx. co-
lum. uerſiculo, quartum remedium
eſt. ubi aſsignat rationem, *quod ſi- 3
cut ſententia hominis ſuper ſimula-
tione lata facit fidem, quòd non ſit
contractum periurium. ut C. plus ua
lere quod agitur. l. emptione. ſic ſen
tentia legis, quæ facit fidẽ inter ſub-
ditos, etiam in foro eccleſiaſtico. al-
legat no. in l. ex ea. ff. de poſt. & no.
in c. final. de excepti. libr. vi. tenet i-
dem Bald. in l. non dubium. in ante-
penultima colum. uerſic. ſed de iure
canonico. C. de legibus. & in l. nec
patronis. C. de operis libertorum. &
in d. cap. cum contingat. in iij. colũ.
uerſicu. ſed nunquid ſtatutum muni
cipale. domi. Iaſon in dicta autenti.
ſacramenta puberum. in penul. & ul
tima columna. ubi in utroque loco
dixit ita communiter tenere Doct.
& ita etiam conſulendo tenet Ro-
ma. in conſilio xij. incip. uiſo facto
propoſito, cæteriſque conſiliis. &
dominus Abbas, in conſilio lxxij.
incipiẽte, quinq; dubia. & Petrus de
Anchar. in conſilio, cccxxxiij. incip.
uiſa copia eiuſdem inſtrumenti. cir-
ca finem. Fran. de Cur. licet non ita
clare in conſilio xliij. incipien. ſuper
contingentia facti. in penulti. colũ.
uerſic. adde Bald. ubi allegat Roma.
in ſupradicto conſilio xij. ſequitur
Philippus Corneus in ſuo conſilio
cxxxv. incipien. uiſis articulis, & at-
teſtationibus, in primo uolumine.
ubi allegat hanc etiam tenere Fulg.
in dicta autentica. ſacramenta pube-
rum. dicentem hanc eſſe communẽ
opinionẽ. hanc expreſſe ſenſit Bald.
in



in capitulo primo. §. item ſacramen
ta. uerſiculo, quid ergo nunquid poſ
ſunt ſtatuta terrarum. in titulo de pa
ce iuramen. firma. in uſibus feudo-
rum. ubi uult, quòd per ſtatutũ poſ-
ſit tolli illa fictio, quæ eſt, quòd per
iuramentum minor efficiatur ma-
ior. eſt uerum, quòd multi de præno
minatis uolunt, quòd opinio Barto.
de qua ſuprà, tanto magis procedat,
quanto ad ſtatuentes mouerentur
aliqua iuſta de cauſa: puta quod in il
lo loco homines eſſent proni ad de
cipiendum minores, propterea bo-
num eſſet, quòd ſtatuentes in prin-
cipio ſtatuti ita exordirentur, quo-
niam quotidie minores, filiusfami-
lias, & mulieres inducuntur dolo
ad contrahendum, & in ipſis contra
ctibus quotidie decipiuntur, idcirco
uolentes maliciis, & fraudibus ho-
minum obuiare, ſtatuimus & ordi-
namus, &c. Et ratio iſtius pulchræ
concluſionis Bartol. eſt: quia certũ
4 eſt, *quòd ſtatuta poſſunt inducere
fictionem. iuxta not. per gloſ. & Do
ctor. in l. ſiue poſsidetis. C. de pro-
bation. & capitulo, is qui fidem. de
ſponſal. & clare per Bartolum in ſua
diuina repetition. l. ſi is qui pro em-
ptore. in prima quæſtione. poſt me-
dium. ff. de uſucapion. contra quam
fictionem, non admittitur probatio
in contrarium: ut not. gloſ. in dicta
l. ſiue poſsidetis. & Bart. in l. ſi duo.
ff. de acquirend. hæredita. & in l. fin.
ff. quod metus cauſa. Modo tantum
operatur fictio in caſu ficto, quantũ
ueritas in caſu uero: ut notat Barto-
lus, in l. prima. §. hoc autem ſenatus.
ff. ad Sylleian. & in l. filio quem. ff.
de libe. & poſthum. ſed etiam de iu-
re canonum, quando in ueritate iu-
ramentum eſt interpoſitum ſuper
contractu celebrato per uim, uel do
lum, tale iuramentum non obligat:
ergo idem dicendum eſt in caſu no-
ſtro, cum fictio habeatur loco ueri-
tatis: & quòd ſit uerum, quod iura-
mentum interpoſitum in contractu
celebrato per uim, uel dolum, non
liget, caſus eſt in ſæpe allegato cap.
cum contingat. & in dicto capitul.
licet mulieres. & dicto capitul. qua-
uis. Quod etiam habet locum[a],
quando iuramentum eſt interpoſi-
tum ſuper contractu ſimulato: quia
ſimiliter de iure pontificio, tale iu-
ramentum non ligat: ut eſt gl. quam
Bald. & alii ſequuntur in l. emptio-
ne. C. plus ualere quod agitur. quam
ſingularem dixit Panor. in c. ad no-
ſtram. uerſic. nota, quòd inſtrumen-
tum non iudicatur. de emption. &
uendi. & quam etiam ſequitur Pau-
lus de Caſtro, in dicta l. ſi quis pro
eo. in iij. colum. uerſicu. adde quin-
tum caſum. ff. de fideiuſſo. ubi dixit,
quòd cum tale iuramentum non ha
beat conſenſum, dicitur carere a-
nima. Bald. in dicta l. nec patronus.
5 C. de oper. liber. *ubi dicit, quòd in
caſibus, in quibus lex præſumit ſimu
lationem, iuramentum nihil opera-
tur: nec eſt neceſſe pro eius relaxa-
tione adire epiſcopũ. ſequitur Imo.
cum cõcordatiis, de quibus ibi per
Alex. cum diſtinctione tamẽ, de qua
ibi per eos. in l. Seius & Augerius.
ff. ad legem Falcidi. Sed contra iſtam
cautelam Barto. domi. Abbas in d. c.
cum contingat. in ix. col. uerſi. & idẽ
opinor. & in dicta ſua diſputatione,
incipiente, ſtante ſtatuto condito,
in Italia. dat unum remedium, ſcili-
cet quod ipſe minor filiusfamilias,
mulier, & ſimiles perſonæ prohibi-
tæ contrahere interrogentur cum
iuramento, an ſit uerum, quod con-
tractus initus cum eis, fuerit in ue-
ritate ſimulatus, uel per uim, ſiue do
lum celebratus: quia ſi metu iura-
menti dicent ueritatem, ſcilicet di-
ctum contractum non fuiſſe ſimu-
latum,

*a Quãdo iur. Quid ſi iterueniat i cõtractu i quoq; eſt enormiter læſus, an ſit ſeruãdũ, uel nõ, cũ nõ debeat eſſe iniquitatis uinculũ: & cũ regulariter ſit ſeruandum, quãdo ſeruari pot ſine interitu ſalutis æternæ? Vide elegãtiſſimũ cõſiliũ domini Alex. Im. ccccij. in j. uol. ibi. v. q. a ſtante deceptiõe, &c. et ibi, fortiꝰ eſt. et ibi, nã propter iuramentũ. & circa fi. ibi, non obſtat q̃ iuramentum, &c.*

latum, nec per uim & dolum celebratum, tunc non obſtante diſpoſitione ſtatuti, cogentur perſonæ, de quibus ſuprà, ſtare contractui. Et ratio ſecundum eum eſt, quia dato, q per ſtatutum induceretur præſumptio iuris & de iure, quòd obligatio contracta abſque dicta ſolennitate eſſet ficitia &c. licet contra præſumptionem iuris & de iure non admittatur regulariter probatio in contrarium, ut l. antiquæ. C. ad Velleia. & l. unica. in principio. C. de rei uxor. actio. & cap. is qui fidem. de ſponſa. tamen contra eam bene admittitur probatio per confeſsionem partis: ut not. Glo. Cy. Barto. Bald. & alii in auten. ſed iam neceſſe. C. de don. ante nuptias. & gl. in l. in contractibus. in uerbo, nullo modo. C. de non numera. pecun. Innoc. in cap. quia plerique. de immunita. eccle. & Bartol. in l. abſentem. cum concordan. ff. de pœ. Aduerte tamen, quòd licet nemo pungat iſtud dictum dom. Abb. tamen puto ſane fore intelligendū: quia aut ſtatutum inducit præſumptionem iuris & de iure, & tunc dictum ſuum procedit uno concurrente, uidelicet, quòd dictæ perſonę, de quibus in ſtatuto, uellent iurare, aliàs ſi nollent, non poſſent ad hoc cogi: quia quotieſcunque quis habet præſumptionem iuris & de iure pro ſe, non poteſt cogi ad confitendum cum iureiurando, nunquid res aliter ſe habeat. prout fuit ſingulariter dictum Bald. in repetit. l. ij. xviij. columna. ff. de iureiurando. quem refert & ſequitur ſolennis doctor Franciſcus de Crema. in ſuis ſingul. ſingulari cliij. incip. contra præſumptionem iuris & de iure. ubi dicit tale dictum eſſe literis aureis ſcribendum. Quæ concluſio etiam ratione poteſt probari, *quia quotieſcunq; 6
quis probat intentionem ſuam per præſumptiones iuris, dicitur eā probare per probationes liquidas: ut eſt gloſs. quæ reputatur ſingularis. & ibi Baldus in l. ſi tutor. C. de pericu. tutorum. & gloſſ. & ibi Angel. in l. ſecunda. C. de peti. hære. notat Ang. Ro. & Alexander in l. j. per text. ibi. C. de teſtamen. mili. & Imo. in l. quæſitum. cum aliis ſuis concordantiis. ff. de re iudicat. imò dicit dominus Iaſon in dicta l. j. C. de teſtamen. mi. quòd præſumptio iuris, dicitur ipſa ueritas. allegat ad hoc bonum textū. iuncta gloſſ. in l. finali. §. finali. ff. de probatio. dicens illum textum didiciſſe à quodam magno aduocato Papi. Modo ego habeo, q quotieſcunque quis plene probauit intentionem ſuam, non cogitur aliquod iuramentum ueritatis ſubire: ut eſt caſus in capitulo ſecundo. ubi reprobatur omnis conſuetudo, quæ eſſet in in cōtrariū. extra de probationib. Aut ſtatutū inducit fictionem: quia fingat ipſum contractum celebratum cum perſonis, de quibus ſuprà, eſſe ſimulatum, &c. & tunc contra talem fictionem non admittitur aliqua probatio, etiam per confeſsionem partis: ut notat Baldus in concluſionibus Specu. in titu. de confe. uerſi. contra fictionem. & Bald. in l. non ignorat in ij. columna. C. qui accuſa. non poſ. & dominus Anto. in capitu. is qui finem. in ij. column. de ſponſa. Secunda cautela eſt, ſi ſtatuentes uolunt obuiare, quòd contractus celebratus cum perſonis, de quibus ſuprà, non firmetur iuramēto, ſi ſolēnitas de qua in ſuo ſtatuto non interueniat, quòd per ſtatutum interdicatur bonis minorum, ſaluo & excepto, ſi contraheret cum autoritate curatoris, uel aliter prout ſtatuentibus placet. *Nam certum 7
eſt, quòd lex poteſt interdicere bonis: ut l. imperator. ff. ad Tre. & l. is

cui



cui bonis. de uerborum obligat. & l. j. & per totum. ff. de cura. furio. & iſto caſu, ſi in contractu non interueniet ſolennitas, de qua in ſtatuto contractus non firmabitur iuramento. Iſtam cautelam tradit Baldus in repeti. l. ſecundæ. ff. de iureiurando in lix. colum. uerſicu. ſed nūquid eſt dare aliquod remedium, quia iuramentum interpoſitū ab interdicto ſuper contractu, non ualidat ipſum contractum, prout ibi not. Bald. poſt Iaco. de Are. in l. qui habet. ff. de cūrato. furio. & Frāci. de Crema in ſuo ſingu. cxvij. incipien. tu ſcis, quòd prodigo. & Barto. cum concordantiis, de quibus ibi per Alexan. & dominus Iaſon in d. l. is cui bonis. de uerborum obligat.

## Cautela ad obuiandum, quod paruitas precij, & pactum de retrouendendo, non faciant cenſeri contractum uenditionis uſurarium & ſimulatum. XVII.

1 *Contractus an cenſeatur uſurarius, et ſimulatus, ſi aliquis emat aliquā rem, & paruitas precij concurrat cum pacto de retrouendendo.*
2 *Gloſſæ opinionem quādocunq; aliquis doctor tenet, illa opinio communis cenſetur.*
3 *Gloſſæ ſunt naues, per quas nauigamus per uaſtum iuris ciuilis pelagus, nos in portum claræ ueritatis ducentes.*
4 *Opiniones contrariæ quandocunque duæ fuerint, illa ſequenda eſt, quæ in animæ fauorem tendit.*
5 *Ruſticus iura ignorare præſumitur, & talis iuris ignorantia in eo toleratur.*
6 *Ruſticus ſi perſonaliter citetur, & non compareat iudice pro tribunali ſedente, uerus contumax non dicitur, ideo ſi condemnetur appellare poteſt.*
7 *Ruſticus ſi teſtimonium depoſuerit, & fuerit ſibi contrarius, de falſo puniri non poteſt.*
8 *Ruſticus ſi contractum fecerit uſurarium, fraus in ipſo ceſſat.*
9 *Ruſticus ſi fundum emerit cum pacto de retrouendendo, contractus uſurarius non cenſebitur.*
10 *Ruſtico & ſi iuris ignorantia præſumatur, non habet tamen locum in ruſtico ſquadrato.*

1 MAGNA eſt quæſtio* inter Doct. nunquid ſi aliquis emat aliquam rem, & concurrat paruitas precij & pactum de retrouendendo, talis contractus [a] cenſeatur ſimulatus & uſurarius, hoc eſt, quòd cōtractus ſit pignoratitius, ſed q partes fecerint, ut ſonet in unm ueditionis, ad hoc, quòd emptor faciat fructus ſuos, quòd non faceret in re pignorata, quia tunc tenetur fructus perceptos & percipiendos in ſortem computare, ut l. j. & ij. C. de pigno. actio. & c. cum contra. de pign. & c. j. & ij. de uſu. & paſſus iſte eſt adeo dubius, q Bar. Cæp. in ſuo tractatu de ſimulatione contractus. in ſexto principali caſu. ubi ample examinat iſtum paſſum, dixit, quòd adhuc ſub iudice lis eſt, quia quamplurimi Docto. ſupremæ autoritatis tenuerunt, quòd ſic, quòd ſufficiant illæ duæ qualitates, ſcilicet paruitas precij, & pactum de retrouendendo, dicentes de hoc eſſe caſum in c. ad noſtram. de empt. & uendi. & c. illo uos. de pigno. Alij dixerunt illas duas qualitates nō ſuſficere, ſed quòd una alia requiritur, ſcilicet quòd emens ſit homo conſuetus tales contractus uſurarios facere, qui autem teneant primam opinionem, & qui ſecundam, cōnumerat quamplures Cæpol. in loco ſuperius allegato quos hic non intendo referre, quia ibi poſſunt uideri, & li-

[a] Cenſeatur ſimulatus & uſurarius. De *materia ſimulationis cōtractuū, uide p d. Ale. de Imo. in conſ. cxij. in iij. uol. cōſiliorum ſuorū, & inter reliqua. Adde q allegās ſimulationē ad hoc ut poſſit obtinere, debet ſpecifice exprimere & probare modum & ſpeciē ſimulationis, cū plures ſint ſimulationis ſpecies. Vide ubi ſupra ſignāter. uide etiā p do. Ludo. de Ro. in cōſil. cj. ibi quo ad ſecūdū. quo quæritur, an probata fuerit ſimulatio, qd cōſiliū incip. ſuper eo quo primo quæritur. uide etiā p do. Pau. de Ca. in ſuo cōſi. cccxxx. poſt Bar. in cōſ. ſuo lxv. factū tale eſt Pe. Nicolæ.*

cet ipſe teneat ſecundam opinionē,
quod opus ſit, quod dicta tria con-
currant, ſi contractus debet cenſeri
uſurarius: tamen opin. prima, quod
illa duo ſufficient, eſt magis commu
nis, & quam ultra autoritates per eū
adductas, dixit communem Alex. in
ſuo conſilio xlvj. incip. circa præſen
tis conſilij materiam. in tertio uolu.
& ſecundum eam etiam conſuluit fa
moſus Doct. Chriſtopho. de Caſtel.
in quodam ſuo conſilio incipien. cū
ab exordio tituli poſterior forme-
tur euentus. quod conſilium eſt po-
ſitum poſt tractatū de maleficiis do-
mini Bonifa. de Vitalinis. & hac par-
tem etiam tenet dominus Abbas in
in d. c. ad noſtram. de emptio. & uen
di. dicens hanc opinionem eſſe ue-
ram. & in ſuo conſilio lxxvij. incipi.
tria ſuccincte uidenda ſunt. dicēs, ſe
ita aliàs conſuluiſſe, & legendo ita
tenuiſſe, & quòd ita communiter te
netur: & quod opi. Iaco. de Are. qui
tenuit contrarium in l. empt. C. plus
ualere quod agitur. eſt falſa, & quòd
non bene intellexit dictum c. ad no-
ſtram. & hanc etiam tenet Fulgo. in
d. l. emptione. dicens, hanc eſſe com
munem opinionem. Et iſta in effe-
ctu in iudicando & conſulendo eſt
amplectenda tāquam communis, &
uerior tribus rationibus. Prima,
quia pro iſta opin. eſt gloſſ. quæ hoc
clare tenet in c. conqueſtus. de uſu-
ris. quo caſu, ſuccedit famoſum di-
ctum Iac. But. in l. j. C. qui pro ſua iu
riſdict.* ubi dicit, quod quotieſcun- 2
que aliquis Doct. tenet cum opi. gl.
illa opinio cenſetur cōmunis. nam
ipſa tantæ autoritatis eſt, quòd ab ea
non receditur in iudicando in curia
Romana, ut ſignāter dixit Panor. in
c. edoceri. in ij. col. de reſcri. & Pau-
lus de Caſtro in conſilio mihi clxx.
incipien. cum tempore contractus.
in ſecunda columna.* Nam gloſſ. 3
ſunt naues, per quas nauigamus per
hoc uaſtum pelagus iuris ciuilis, du
centes nos in portum claræ ueritа-
tis, ut eleganter dixit Saly. poſt Ri-
zar. Sal. in l. j. C. de pact. & ſomniare
dicuntur uolentes infringere opin.
gloſſ. ut pulchre dixit Bal. in c. con-
tingit. in vj. colum. ff. de dolo & con
tu. & quanta ſit autoritas gloſſ. in iu-
dicando & cōſulendo, uide quæ ac-
cumulat dominus Iaſ. in l. ut uim.
in pe. colum. uerſi. nota etiam mul-
tum. ff. de iuſtitia & iure. pulchre
& late Frāc. de Curte, in cōſilio xlij.
incipien. quia inquit Bal. in vj. col. &
in conſilio lxuij. incip. antiquiſsima
& nobiliſsima familia. in v. colum.
*Secunda ratio eſt, quia quando 4
ſunt duæ opin. contrariæ, illa eſt ſe-
quenda, quæ tendat in fauorem ani
mæ, ut c. iuuenis. de ſponſa. & clem.
exiui. §. item quia. & ibi Cardin. de
uerborum ſignific. & not. gloſſ. in c.
j. de ſcruti. in ordi. faci. Sed iſta eſt
tutior pro animabus, ergo ample-
ctenda. Tertia ratio eſt, quia inter
alias autoritates quas allegat Cæpo.
in loco ſuperius allegato, dicit iſtam
partem, quòd ſufficiant illa duo, ſci-
licet paruitas precij, & pactum de re
trouendendo. tenuit reuerendiſs. in
Chriſto pater do. Ioā. de Caſtel. epi-
ſcopus Vicenti. in d. c. ad noſtram.
ſubiungens, quòd uiſa opi. dicti do.
Ioannis quod ſimiliter ita conſuluit
totum collegium Mediolanen. & to
tum collegiū Papien. Modo habeo,
quòd quando ſunt duæ opiniones
contrariæ, ſemper præſumēdum eſt
pro illa, pro qua conſuluerit unum
collegium Doct. quàm pro illa pro
qua conſuluerint Doct. particulares.
prout iſtud fuit ſolenne dict. d. Abb.
in c. prudentiam. in princ. in j. col. de
offi. deleg. de quo meminit Frāc. de
Curte, in conſ. lvj. incipien. ſuper eo
quod ab ordine noſtro requiſitum
fuit



fuit per illuſtrem dominum Rodul-
phum de Gonzaga, in iij. columna.
Pone modo, quòd occurrit tibi oc-
caſio emendi aliquam rem, puta u-
num fundum pro uili precio, ſed
uenditor non uult uendere niſi te
obliges, quòd quotieſcunque infra
certos annos exburſabit tibi illam
quantitatem pecuniæ, quam à te re-
cipiet, quòd debeas ei retrouende-
re dictum fundū. Tu autem qui con
ſideras, quòd faceres bonā emptio-
nem tā reſpectu proprietatis, quàm 7
reſpectu fructuum percipiēdorum,
libenter inires contractum, ſed du-
bitas, quòd concurrente paruitate
precij, & pacto de retrouendendo,
adde etiam, quia es aſſuetus talia fa
cere, quòd aliquando contractus
poſtea poſſet redargui de ſimulatio
ne & uſura. Quæro à te, qua cau-
tela poteris uti, quod non obſtante
dicta paruitate precij, & pacto de re-
trouendendo, & aſſuefactione talia
committendi, contractus non poſ-
ſit ſcindi tanquam uſurarius & ſimu 8
latus? Dic, quòd cautela eſt, ꝙ ſub-
mittas unum ruſticum, qui emat no
mine tuo dictum fundum pro illo
precio, & cum illo pacto, ſed non o-
ſtendat te de tali emptione aliquid
ſcire, quo caſu, ſecuta poſtea tua rati
habitione, & multo fortius poſſeſ-
ſionis appræhenſione, certum eſt,
quòd fundus efficitur tuus. iuxta ea
quæ habentur per omnes, in l. mul-
tum intereſt. C. ſi quis alteri. & iſto
caſu dico, quòd cum iſte contractus
fuerit celebratus ab illo ruſtico, li-
cet nomine tuo, à quo tamen nō ha
bebat mandatum, quòd non obſtan
te paruitate precij, & pacto de retro
uendendo, talis contractus cenſebi-
5 tur purus, uerus, & ſincerus. *Ratio
eſt, quia [a] ruſticus præſumitur igno
rare iura, & talis ignorantia iuris to
leratur in eo, iuxta ea quæ habentur
in l. iuris ignorantia. & in l. quicun-
que. C. qui admit. & in l. fi. C. de teſta
6 men.* Hinc eſt, quòd ſi ruſticus cita
tur perſonaliter, & non compareat
iudice ſedente pro tribunali, iuxta l.
diuus. ff. de in integrum reſti. non di
citur uerus contumax, ideo ſi con-
demnatur, poteſt appellare, ut not.
Bartolus in l. fi. in ult. col. ff. de in in-
teg. reſt. & Bal. in l. j. §. fi. ff. de eden.
Docto. cum concor. traditis ibi per
Alex. in l. ij. ff. ſi quis in ius uoc. non
ierit.* Hinc eſt etiam, quòd ſi ruſti-
cus depoſuit teſtimonium, & ſit ſibi
contrarius, non poteſt de falſo pu-
niri, niſi appareat, quòd doloſe de-
poſuerit, ad quod iudex debet mul-
tum aduertere, ut notabiliter uoluit
Ange. in auten. de teſti. §. & licet. in
ij. columna. licet contrarium in hoc
uoluerit Ioan. An. in c. cum Ioannes
eremita. de fide inſtrum. dicens ita
fuiſſe deciſum in cauſa cuiuſdā Ab-
batiſſæ, quem refert & ſequitur Bal.
in l. ſcripturæ. quaſi circa fine. uerſi.
quærunt Doct. C. de fide inſtru.* Et
inter alios effectus, quos habet ruſti-
citas eſt, quòd ſi ruſticus facit con-
tractum, ceſſat in eo præſumpta
fraus uſurarum. iſta eſt gloſſ. ſingu-
laris & unica in iure in l. cum alle-
gas. C. de uſuris. quam ibi ſequitur
Bald. in ſecunda columna, uerſi. ſed
hic dubitatur. & quam refert pro no
tabili & ſequitur Cæpol. in d. trac. de
ſimula. contractus, in ſexto caſu prin
cipali, in vj. colum. dicēs, quòd iſtud
eſt multum notandum in practica,
ut deducas & probes emptorem eſ-
ſe ruſticum, & ſimplicem perſonam.
ad hoc, ut tollatur in eo ſuſpitio
fraudis. & per illam gloſſ. ibi in d. l.
cum allegas. infert expreſſe Fulgo.
9 *quòd ſi ruſticus emat fundum cum
pacto de retrouendendo, cōtractus
non cenſebitur uſurarius. quē ſequi
tur dominus Iaſ. in l. iuris ignorātia
in j.

a Quia ruſticus præſumitur ignorare iura, & talis ignorātia iuris toleratur. *Quod autem ruſticis mulieribus & ſimilibus non ſuccurratur prætextu iuris ignorātiæ pluſquam ſuccurratur alijs, niſi in caſibus in quibus hoc reperitur ſpecialiter a lege cautū, uide d. Alex. in notabili conſi. xiiij. in j. parte conſiliorum ibi, ſed ita eſt, ꝗ ruſticis mulieribus &c.*

in j.colū.C. qui admit. & in l.ſi quis id quod. in viij.col.uerſ.quinto nota, quòd ſimplicitas. ff. de iuriſdict. om. iudi.& Bertachi.in ſuo reperto. in uerbo, ruſticitas.uerſi.v.incipien. ruſticus emens. ſtante ergo hoc, ſi uenditor uolet infringere contractum uenditionis tanquam uſurarium, tu reſpondebis, quòd cum tu non fueris ille qui emeris dictū fundum, ſed fuerit ille ruſticus, licet poſtea ratum habueris, quòd non eſt dicendum, ut propter paruitatem precij & pactum de retrouendendo, cōtractus debeat cenſeri ſimulatus & uſurarius, per ea quæ ſuperius dicta ſunt. Aduerte tamen, quòd id quod dixi,* quòd ignorantia iuris præſumitur in ruſtico, non habet locum, 10
nec ꝓcedit in ruſtico ſagaci & ſquadrato, ut eſt gl.in l.athletæ. §.de ruſticis. ff. de excuſa.tutorū. quam ſequitur dominus Iaſon in d.l. ſi quis id quod.in viij.columna.ff.de iuriſdict.om. iudi.

b Ex cauſa iuſtæ abſentiæ. *Quod abſenti & ignorāti nō currat terminus, uide niſi a die notificationis, per d. Alex. de Imo. in cōſi. xxxiiij. cir. fin. in prima parte. Abſens autem a ciuitate quis dicatur, uide p d.Ludo.Ro. in cōſi. ccccluij. et abſens contra quem facta eſt miſsio ī poſ. an poßit petere illam reuocari, ſi miſſus ſciebat abſenti exceptionem competere, per eundē d.Lud. in cōſilio de quo ſuprà.*

## Cautela ad differendum formationes proceſſus in cauſa criminali. XVIII.

1 *Prodeſſe quotieſcunque aliquid de natura ſua habet, ſi illud tale affectatum uel procuratum fuerit, tunc non prodeſt.*

2 *Capituli per negligentiam, actus ad epiſcopum uoluitur.*

3 *Citatio ubi quis procuret, ne ad eum perueniat, amplius citandus non eſt.*

IVDEX maleficiorum intendit uel ad inſtantiam partis, uel ex officio procedere contra aliquem uigore alicuius delicti. Modo iſte contra quē debet procedi, libenter differret proceſſum per aliquod ſpatiū tēporis, quia forſitan ille iudex maleficiorum eſt homo nimis ſeuerus, & ſummus in caſibus arbitrariis, uel quia cauſa erat criminalis, in qua non poterat per procuratorem comparere, & ſic uolebat ſe perſonaliter præſentare. iuxta not.in l.penul. §. ad crimen. ff. de publi. iud.& c.tuæ. cum ſimul. de procurato. propterea uolebat expectare ſucceſſorem, quia fortaſſe erat ſuus amicus, uel ad aliquem alium finem. unum eſt, quòd libenter per aliquos menſes differret formationem proceſſus, quomodo faciet iſte ad differendum hunc proceſſum, quia ſi citabitur, & in termino non comparebit, forſitan uigore ſtatuti habebitur pro confeſſo. Dic, quòd cautela eſt, quòd iſte talis antequam citetur, uadat ad aliquas partes longinquas, adeo quòd uerisimiliter de facili citatio non poſsit uenire ad aures ſuas, & tunc tempore quo citabitur, compareat aliquis coram iudice dicens, citatum fore abſentem adeo in longinquis partibus, quod notitia citationis non poteſt ad eum peruenire, propterea cōtra ipſum non uelit procedere, quia tunc ſi ille excuſator offerret ſe incontinenti probaturum, citatum eſſe in dictis partibus longinquis, & iudex nō uelit admittere talem probationem, proceſſus erit nullus, ſi uero ille excuſator non offerret ſe incontinenti probaturum, ut ſuprà, proceſſus ualebit. Sed ſaluum erit ius ipſi reo petēdi reſtitutionem in integrum, [a] ex cauſa iuſtæ abſentiæ. ita notabiliter uoluit Bart.in extrauagante ad reprimendum.in uerbo, neglexerit.allegans nota. in l.ab eo. C. quomodo & quando iudex. & in l.fi. ff.de in integrū reſti.quod dictū multum exclamando ſequitur Maria. dicens eſſe menti tenendum, & non eſſe per Doct. tactum, & quotidie uenire in practica in ſua pulchra repetitione c. ueniens. & de accuſa. in lix.col.uerſi. item quæro, quid ſi infra terminū citationis.ſubiungens

iſtud



iſtud procedere, & ſibi locum uendicare, licet ex forma ſtatuti cōtumax habeatur pro confeſſo & conuicto. Et ex prædictis ſecundum eum, poteſt ſumi optima cautela, ut ſtatim, quòd quis commiſerit delictum, in quo non poſsit interuenire procurator, ut mittas eum ad partes remotas dicens, tamen quòd non conſulit alicui, ut utatur fraude. Aduerte tamen, licet in ſpecie non reperiam tactum, quòd puto cautelam Maria. ſano modo eſſe intelligendam, uidelicet quòd ſi delictum cōmiſſum ab iſto, qui uult ſe abſentare, erat delictum occultum, puta unum maleficium uel unum homicidium de nocte perpetratum, & forſitan per aliquos menſes ante, & de quo nō erat diffamatus, nunc autem preſentiens quòd iudex uult contra eum procedere, ſe abſentat, iſto caſu, cautela Maria. poteſt habere locum, quia poſsibile eſt, quòd iſte ſe abſentauerit ad partes remotas in fraudem, poſsibile eſt etiam quod ad eas iuerit aliqua iuſta de cauſa, unde nō eſt abſurdum, quod ei debeat concedi reſtitutio ex clauſula generali propter iuſtam abſentiam. Si uero illud maleficium fuit ab iſto publice commiſſum, puta quia de die in publico interfecit hominem, iſto caſu, non teneo cautelam de qua s. eſſe ueram, & hoc per illam regulam quæ eſt,
1 * quòd quotieſcunq; aliquid de natura ſui habet prodeſſe, ſi illud tale fuit affectatum uel procuratum, tūc non prodeſt, ut l.ſpadonem. §.fina. ff.de excu.tutorū.& §.item tria onera.inſtit. eo.& l.qui data opera.ff.ex qui. cauſis maio.& l.ij. §.ſimili modo.& ibi Bartol. ff. ſi quis cautioni. Hinc eſt, quod dicunt Bal.Ang.Floria.& alij in l.ſi ſeruus pluriū. §.ſi qs ante. de lega.j. quòd ſi delinquens procurauit ſe accuſari coram iudice minoris curiæ, corā quo minor pœna imponitur, talis præuentio nihil operatur, nec eam liberat ab alio foro ubi maior pœna imponitur. & ita limitatur regula.l.ſi qs poſteaquàm. ff.de iudiciis.& c.propoſuiſti.de foro competenti. ſimiliter ſecundum Ang. & alios ibi. ſi delinquens procurauit ſe accuſari, ne iudex poſſet ex inquiſitione procedere, iſtud nō
2 prodeſt, nec tollit inquiſitionē. *Et ſimiliter licet habeamus, quòd per negligentiā capituli, actus deuoluatur ad epiſcopum, ut c.irrefragabili. §.exceſſus.de offic.ordina.tamen ſi epiſcopus hoc procurauit, non deuoluitur ad eum, ſecundum Innoc. in d. §.exceſſus.& quod in caſu noſtro ignorantia quæ alias prodeſset, non proſit quando eſt affectata uel procurata, cum dicatur pars ſciētiæ eſt.glo.in clem.j. in uerbo, ſcienter. de conſang. & affinita. & gloſſ.in c. eos.in uerbo, affectata.de tempo.ordi.in vi.& glo.in c.fi. §.ut autem.de offi. delega.in vi.per quam dicit ibi Gemi. quòd diſpoſitio puniens actū ſcienter factum, includit ignorantiā affectatam uel procuratā, quod multum facit ad caſum noſtrum, cū iſta materia pœnalis & ſic odioſa, & per conſequens multum reſtringenda, ut in regula, in pœnis. de reg.iur.in vi. & in l.cum quidā.de libe.& poſthu.& quaſi in terminis noſtris uidetur deciſio Inn. in c. ad petitionem.
3 ad fi.de accuſa. *Vbi uult, quòd qui malitioſe procurat, ne ad eū perueniat citatio, non eſt amplius citādus etiam ad diffinitiuam, ita in propoſito noſtro. nam cum iſte qui deliquit in publico deberet cogitare, ꝙ iudices illius territorij procedent cōtra eū, quia intereſt reipublicæ, ne delicta remaneat impunita, ut l.ita uulneratus.ff.ad l.Aquili.& c.ut famæ. de ſentent.excom.tunc abſentando

ſe ad

ad longinquas partes, non poteſt aliter dici, niſi fecerit in fraudem, merito ſi citatio non perueniet ad aures ſuas, talis ignorantia non habebit ſibi opitulari, tanquam eam procurauerit, cogita.

## Cautela pro matre, ut conſequatur legitimam in bonis filij, licet ſit excluſa per pupillarem expreſſam. XIX.

1 *Pupillarem per expreſſam mater ab omnibus bonis filij ſui pupilli, etiã quo ad legitimam excluditur.*

2 *Lex poſitiua quotieſcunque abſq; iuſta cauſa naturali æquitati contradicit, talis lex & conſtitutio in foro conſcientiæ non ligat.*

3 *Forum canonicum contentioſum, à conſcientiæ foro non differt.*

4 *Contrahentibus de iure canonico, citra dimidiam iuſti preci, inter ſe decipere licitum eſt.*

SENTENTIA ſcribentiũ communis eſt,* quòd per pupillarem expreſſam mater excludatur ab omnib. bonis filij ſui pupilli, etiã quo ad legitimam, ut no. per Bar. & Doc. in l. ij. de uulg. & pupilla. & per Bart. & alios in l. precibus. de impube. & aliis ſubſti. per Imo. in commento c. Raynutius. de teſtamen. in materia pupillar. ſubſtitu. quæ opi. hodie eſt canonizata in c. ſi pater. de teſtamẽ. in VI. ut etiam tradit Roma. in conſ. cxxx. incip. uiſo teſtamẽto prędicto. & Alex. in conſi. xl. incipien. habita ſuper his, de quibus dubitari contingit. in iij. conſ. uerſi. circa tertium uidetur prima cõſideratione reſpondedum. in primo uolumine. & iſtud, quòd per pupillarem expreſſam mater excludatur ab omnibus bonis filij ſui pupilli, etiam procedit, ſi bona ipſius pupilli perueniſſent ad ipſum ex linea materna. prout uolunt Bal. Ange. Imo. Alexan. & dominus Iaſ. in l. ſi plures. §. ad ſubſtitutos. per generalitatem illius tex. de uulg. & pupil. Tu autem mater, quæ reperis te excluſam per pupillarem expreſſam ab omnibus bonis filij tui pupilli, ſi uis eo mortuo, poſſe conſequi in dictis bonis ſaltem tuam legitimam, cautela eſt, quòd contra ſubſtitutum pupillarem non agas in foro ſeculari, quia hoc modo ſuccumberes per ea quę ſuperius dicta ſunt, ſed agas contra eum denunciatione euangelica, faciendo eum cogi cenſura eccleſiaſtica, ad dandam legitimam tibi debitam, in bonis tui filij pupilli. nam licet per iura ſuperius allegata, ſubſtitutus per expreſſam pupillarem excludat matrem etiam à legitima, tamen iſtud procedit & habet locum iure fori, non autem iure poli, & ſic in foro conſcientiæ. ita notanter dixit Archidia. in d. c. ſi pater. de teſti. in VI. argumen. tex. in c. ſi. xvij. quæſt. ultima. iuncta l. nam & ſi parentibus. in princi. ff. de inoffic. teſtamen. Pro quo dicto benefacit, nam [a] quòd mater in totum excludatur etiam à legitima, uidetur contradicere æquitati naturali, ut patet ex pulchre deductis per Bald. in l. precibus poſt principium. uerſi. circa tertium. de impube. & aliis ſubſti.
2 * Modo quotieſcunque lex poſitiua abſque iuſta cauſa contradicit æquitati naturali, talis lex & talis conſtitutio non ligat in foro conſcientiæ, ut notabiliter dicit Innoc. in c. quia plerique. circa finem. de immuni. eccle. per quod infert ad illam deciſionem de filiofamilias, ut ibi per eum. Modo quæ cauſa iuſta poteſt eſſe in caſu noſtro, quòd per pupillarem expreſſam mater debeat priuari etiã ſua legitima in bonis filij, nullam uideo merito. ergo diſpoſitio dicti c. ſi pater. tanquam contraria æquitati naturali non ligabit in foro conſcientiæ.

[a] *Nã quòd mater in totum excludatur etiam à legitima, uidetur contradicere æquitati. Legitia matris quanta ſit, & an hodie ſit aucta, et an ſit quarta uel tertia, uide per d. Ale. in cõſi. ſuo. xl. in j. uolu. in ultimis uerbis. Itẽ qualiter taxet, an debeat attendi quãtitas bonorũ defuncti in teſtamento, reſpectu ad tempus mortis teſtatoris, uide per eundẽ d. Ale. in cõſ. lvii. i iij. uo. ibi, quo ad ſecũdũ dubium. Et antequam detrahatur quæ deduci debeant de bonis, & hæreditate teſtatoris, et quæ imputari debeant, per eundem in pulchro cõſi. xxxj. per totũ, in uu. uolum.*



& iſtud dictum Archi. refert do. Barto. Sozi. dicens, quòd eſt pulchra & noua cõcluſio in repeti. l. in oribus. de uulga. & pupill. in xij. colũ. uerſicu. circa tertium effectum eſt uera concluſio Barto. & licet certis mediis uideatur ipſum impugnare, tamen ſubiungit, quòd tale dictũ eſt menti tenendum, quia propter autoritatem Archi. poteris aliquãdo medio concordiæ aliquid conſequi. & ſimiliter iſtud dictum Archi. refert & ſequitur Philippus Corneus in d. l. precibus. in ſecunda columna, uerſicu. ſed in cõtrarium facit. C. de impube. & aliis ſubſtit. & licet ibi contrarium teneat dominus Lancellotus Decius motus per id quòd aliàs diximus, quòd canones fuerunt inſtituti cooperante ſpiritusancto, ut l. diſtin. ſi quis diaconus. unde dixit domi. Abbas in c. uigilanti. de præ-
3 ſcrip.* quòd forum canonicum contentioſum, non differt à foro conſcientiæ. Pro quo eſt bona gloſſ. in clem. ad noſtram. in uerbo, eccleſiæ. de hæreti. probans, quòd eccleſia militans eſt exemplata adinſtar eccleſiæ triumphantis. & eſt bonus tex. in c. eccleſia paradiſo comparata. de cõſecrat. diſtinct. iiij. quia reſponderi poteſt de eo, quod dixit domi. Ant. in c. inquiſitioni. de ſenten. excommunica. de quo etiam meminit Fely. in c. nouit. in vj. colum. uerſicu. & allego domi. Anto. extra de iudi. ubi dixit, quòd finis fori canonici contentioſi non eſt in totum directiuus ad ſalutem, nec omnia ſecundum ipſum licita, ſunt licita in foro ani-
4 mæ. Hinc eſt, quod uidemus,* quòd licet de iure canonico licitũ ſit contrahentibus inter ſe decipere citra dimidiam iuſti precij, ut c. cum dilecti. & c. cum cauſam. de emptio. & uenditio. iſtud non habet locum in foro conſcientiæ, ut notat dominus Anto. in c. quia plerique. ubi etiam dominus Abbas in ix. quæſt. de immunita. eccle. Innoc. & domi. Ant. in c. in ciuitate. de uſuris ubi etiam late Ioannes de Ana. in vj. colum. & dominus Abb. in c. primo, in princ. de emptio. & uenditio. & late Salv. in autent. ad hæc. in xxj. quæſt. C. de uſuris. & ſic ut ſuperius dictum eſt, dictum Archidia. eſt menti tenendum, maxime quia opiniones ſuæ ſuper ſexto decreta. preualent omnibus aliis, ſecundum Fel. in c. primo in ultima colum. de conſtit. allegantem Domi. de Rota ita dicere in ſua deciſione trecenteſima quadrageſima octaua. in antiquis.

## Cautela ad priuandum iure ſuo emphyteotam ceſſantem tantummodo per unum annum à ſolutione canonis. XX.

1 *Emphyteota propter canonem non ſolutum, quomodo iure ſuo priuari poßit.*

2 *Papa faciens conſtitutionem cum clauſula non obſtante. non intelligitur derogare, ſeu tollere actum, ſeu conſtitutionem iuratam.*

3 *Papa ſi caßet conſuetudines, et omnia ſtatuta, nunquam intelligitur caſſare conſuetudines & ſtatuta iurata.*

4 *Iuramentum cum ad eccleſiam et Romanum pontificem ſpectet, principes ſeculares ipſum remittere non poſſunt, neq; ſuper eo diſpenſare.*

5 *Papa diſpenſare non poteſt, quòd periurus feudum non perdat.*

1 NOTVM eſt* in iure, q̃ ſi emphyteota debet propter canonem non ſolutum, poſſe priuari iure quod habet in emphyteoſi, requiritur, ſi eſt emphyteota priuati, quòd ſteterit per trienniũ, quòd ipſum canonẽ nõ ſoluerit. Si uero eſt emph

emphyteota eccleſiæ uel cōductor,
requiritur, quòd ſteterit per bien-
nium, ut de emphyteota priuati. eſt
text.in l.ſecunda.C. de iure emphy-
teo. & de emphyteota eccleſiæ eſt
tex. in auten.qui rem.de ſacroſanct.
eccle.& in c. potuit.de loca.& de cō
ductore eſt text. cum gloſſ.cum di-
ſtinctione tamen,de qua ibi per Bar
to.in l.quæro. §.inter locatorem.ff.
locati. Tu autem qui uis dare rem
aliquam in emphyteoſim, & nō uis,
motus aliqua particulari cauſā,in cō 1
tractu apponere pactum expreſſum,
quòd ſi annuatim emphyteota pen-
ſionem non ſoluerit, quòd cadat à
iure ſuo, quod pactum ualeret,quia
in iſtis contractibus emphyteotica-
riis,plurimum attenduntur pacta,&
conuentiones cōtrahentium, ut eſt
tex.in d.l.ſecunda.C.de iure emphy
teo.& libenter per uiam indirectam
ſeu occultam, tale pactum appone-
res, cautela eſt, quòd in inſtrumen-
to ipſius emphyteoſis,quando pro-
miſit annuatim ad tale tempus tibi
ſoluere tantam penſionem, facias
poſtea ei deferri iuramentum,quòd
omnia & ſingula ipſe emphyteota
attendet & obſeruabit, & in aliquo
non contraueniet:quo caſu,ſi poſt-
ea ceſſabit tantummodo per unum
annum, quòd penſionem non ſol-
uat, poteris ipſum ſtatim propter
periurium priuare iure ſuo, nec tūc
expectabitur trienium,ſeu bienniū.
iſtud fuit elegans & ſignandum di-
ctum Bald.in c.querelam.per text.&
gloſſ. ibi. de iureiuran. quod ibi ſe-
quitur Fel. in iiij.colum.uerſic.ſub-
dit etiam Bal.hic dicens eſſe dictum
aureum,quod dictum etiam retulit,
& ſecutus eſt dicens ipſum ſingula-
re,dominus Iaſ.in d.l.ſecunda.C.de
iure emphyt.in ix.quæſt.idem tenet
dominus Iaſ. in l. ſi quis maior. per
text. ibi. in iij. colum. uerſicu. nota
bene.C.de tranſact.ſubiungens unū
notabile uerbum, quòd licet iſtud
noſtrum sereniſsimum ducale do-
minium Venetorum nō uelit,quòd
per aliquam ceſſationem ſolutionis
quantocunque tempore factam,em
phyteota priuetur iure ſuo, quòd ta
men talis ſua diſpoſitio non uendi-
caret ſibi locum, quando emphyteo
ta iuraſſet tali tempore ſoluere, &
non feciſſet, quia iſto modo eſſet
aperire uiam periuriis, quod nō eſt
dicendum eſſe de mente legiſlato-
ris.iuxta l.j.C.ſi aduerſus uendi.& c.
ſi uero. de iureiurando. Quod dictū
habeo pro indubitato triplici funda
mento. Primo,propter id quod uo
luit gl. iuncto tex. in c.cum non de-
ceat.de elec. lib.vi.quam ibi ſequun
tur omnes,& quam mirabilem dixit
Panor.in c.j.in ſecunda columna.de
his quæ fiunt à maiori parte capitu-
li.* quòd Papa faciens conſtitutio- 2
nem derogatoriam, etiā cū clauſula
non obſtante, quod tamen non in-
telligitur uelle derogare ſeu tollere
conſtitutionem,ſeu actum iuratum.
quæ gloſſ. per ſcriben. in uariis lo-
cis celebratur, de quibus in alio lo-
co fiet mentio. Secundo adduco,
quòd notabiliter uoluit Ange. in l.
j. §.quæ in honorādæ. ff. qua re.act.
non datur.* Vbi dixit, quòd ſi Papa, 3
ſeu Imperator caſſet conſuetudines
& omnia ſtatuta,nunquam intelligi
tur caſſare conſuetudines & ſtatuta
iurata.quem refert & ſequitur Alex.
in conſilio xxvij. incipiente,uiſo li-
bello producto per procuratorem.
circa finem. in primo uolumine, &
in conſilio xxxvij.incipiente.uiſo &
opportune diſcuſſo proceſſu. in vij.
colum.uerſicu.confirmo. per no.in
ſecundo uolumine. Tertio addu
co illam communem opinionem,
quæ eſt,* quòd principes ſeculares 4
non poſſunt remittere,ſeu diſpen-
ſare



ſare ſuper iuramento, cum iuramen
tum pertineat ad eccleſiam & ad Ro
manum pontificem: ut c. per uene-
rabilem. de elect. & c.nouit.cum ſi-
milibus.de iudiciis. de qua commu-
ni opinione habetur per Cynum in
l.finali.& ibi Paulus de Caſtro,in fi-
ne.C.ſi contra ius uel utilitatem pu-
blicam. per dominum Antonium in
c. cum contingat. uerſiculo, tertius
caſus de iureiurā.ubi late per Imol.
in tertio membro. & per dominum
Abbatem, in octaua columna, uer-
ſiculo, nunc ad prædicta applica.
cum cōcordantiis, de quibus per do
minum Iaſonem,in l.finali.ff.qui ſa-
tiſdare cogantur. & quòd quando
emphyteota iurauit annuatim ſolue
re penſionem, quòd ceſſando per
unum annum ſoluere, uigore periu-
rij cadat à iure ſuo: nec tunc expe-
ctetur biennium ſeu triennium. Ita
etiam conſulendo tenuit Alexander
in conſilio lxxxv.incipiente,non pu
to id,de quo quæritur,longam di-
ſputationem exigere. in primo uolu
mine.quod conſilium eſt errore du-
plicatum.conſilio cxxv. in eo.primo
uolumine. Et iſtam opinionem, ſi-
militer tenuit Antonius Corſetus
in ſua repetitione rubricæ. extrà de
iureiurando. in undecimo priuile-
gio iuramenti. & in ſuis notabili-
bus, notabili ſub uerbo emphyteo-
ta. & in ſuo repertorio ad Abba. in
uerbo, emphyteota. uerſiculo, em-
phyteota eccleſiæ non ſoluens cano
nem.ubi dixit iſtud idem tenere An-
dre.Barba.in dicto c.potuit.de loca
tis. Tenuit dominus Iaſon in au-
ten.qui rem.in iij.columna.uerſicu-
lo, tertio limita. de ſacroſanctis ec-
cleſijs. Pro qua opinion. bene facit
dictum ſingulare Bald.in c.j.in fine
principij.de for.fideli.in uſibus feu
5 dorum.* Vbi uoluit, quòd Papa a nō
poſsit diſpenſare, quòd periurus nō
perdat feudum.allegat ita tenere Io.
Andre.in c.ij. de renuncia. in nouel-
la.Et ſi quæris rationem iſtius pul-
chræ cōcluſionis. dic quòd eſt, quia
per periurium quis cadit à iure quod
habet in illa re, ſuper qua interpo-
ſuit iuramentum: ut eſt caſus ſingu-
laris in l.ſi quis maior.C.de tranſact.
per quam l.dixit Matheſi.in ſuis ſin-
gularibus,ſingula.lj.incipiente,no-
ta magnum periculum. quòd ſi uen-
didi tibi fundum pro decem,& ob-
ligaui me pro euictione ad duplum,
& tu mihi ſoluiſti quinque, & reſi-
duū intra tres menſes promiſiſti ſol-
uere, & iuratum fuerit per contra-
hentes non contrauenire:& tu omi-
ſiſti ſoluere in termino, cogeris ad
ſoluendum, & ego ero liberatus à
periculo euictionis: ſubiūgens iſtud
dictum eſſe multū utile propter eos
qui faciunt compromiſſum in arbi-
tratores, & amicabiles compoſito-
res,& iurant non contrauenire. Ar-
bitratores uero laudant quòd unus
alteri debeat intra menſem certum
quid facere,alteri uero aliud intra an
num.nam primus qui contrauenit eo
gitur ſeruare compromiſſum alteri,
& alter erit liberatus ab eo. Et ſimi-
liter per illam legem ſi quis maior.re
fert Bapti.de Sancto Seuerino in ſuo
tractatu de tranſactio.in xv.quæſtio
ne. ſe uidiſſe iudicatum in ciuitate
Bononiæ per dominum Manfredum
de Forolmio: quòd cum quidam ex
cauſa tranſactionis iuratæ promiſiſ-
ſet ſoluere ſeptuaginta ducatos in
ſeptem penſionibus ſeu terminis, &
primis duobus terminis ſoluiſſet, ter
tio uero termino fuiſſet in mora,
quòd poterat compelli ad ſoluen-
dum totum reſiduum, non expecta
tis aliis dilationibus ratione ipſius
periurij.

a Quod Pap. *An & quando Papa poſsit remittere iuramentum, & ſuper illis diſpenſare, uide per do.Lud.de Ro. in conſilio ſuo xv. quod incip. uiſo facto præpoſito. Iuramētu eſt res ſpiritualis de qua nō pot ſe intromittere ius ciuile. extra de ordi. cogni. c. tuam. extra de iud. c. v. & iv. uia naq; periuriis apiret, qd eſſe non debet. ff. de pact. do. ta. l conuenire. §. j. extra de iureiu. cū contingat. cum ſi. debet igit peti abſolutio pri°, ut late in præallegato conſilio. ibi, unde dicendū eſt, &c.*

### Cautela ad delegãdum cauſam, quæ alias uigore ſtatutorum non poteſt delegari. XXI.

1 *Cauſæ quæ ex legum prouiſione delegabiles non ſunt, ex cauſa neceſſariæ abſentiæ delegari poſſunt.*

2 *Actum quotieſcunq; quis libere facere non poteſt, niſi in certo caſu ſpeciali, de tali caſu ſimplici aſſertioni ſuæ non ſtatur.*

MVLTOTIES per ſtatuta ter
rarum cauetur, quod in cau-
ſis talium perſonarum, talis iudex ſo
lus debeat iudicare, & quòd aliquam
cauſam coram eo uertentem nõ poſ-
ſit delegare: quo caſu poſtea contin
git, quod talis iudex in aliqua cauſa
libenter nõ iudicaret, uel quia ſentit
contra amicũ, uel aliqua alia de cau
ſa: unum eſt quòd à ſententiando li-
benter ſe abſtineret, & tamen uigo-
re ipſorum ſtatutorum, ab iſto one-
re iudicandi non poteſt ſe exonera-
re. Reuoco ergo in dubium, nun-
quid erit dare cautelam, quòd non
obſtare diſpoſitione ſtatuti, ipſa cau
ſa poſsit delegari? Dic quòd ſic, ui-
delicet quod tu iudex fingas opus
eſſe ex neceſſaria cauſa, per aliquot
dies te abſentare, & poſtea cum effe-
ctu te abſentes, & ante receſſum tuũ
deleges ipſam cauſam alicui perſo-
næ, tamen probæ & iuſtitiam factu-
ræ, & in delegatione apponas iſta
uerba, uidelicet quod delegas tali
perſonæ, talem cauſam, uertentẽ in-
ter talem & talem decidendam, & ſi-
ne debito terminandam, & hoc quia
es iuſtis de cauſis impeditus, & ma-
xime ex cauſa neceſſariæ abſentiæ:
quia talis delegatio concepta, prout
ſupra non obſtante ſtatuto, ualebit
& tenebit. iſte eſt caſus, ubi gloſſ. &
omnes notant in l. j. ff. de officio eius
cui manda. eſt iuriſdictio. *ubi habe- 1
tur, quòd cauſæ quæ ex prouiſione
legum non ſunt delegabiles, ut ſunt
cauſæ meri uel mixti imperij, tamen
ex cauſa neceſſariæ abſentiæ poſſunt
delegari. prout etiam tenet Ioannes
Andre. in additio. Specular. in titu. de
iuriſdictione omnium iudicũ. in ad-
dition. incipiente, ex neceſsitate. &
Salycet. in l. placet. C. de peda. iudi. &
ſi dices fateor quòd ex cauſa neceſſa
riæ abſentiæ, cauſa quæ alias non eſt
delegabilis, poſsit delegari, ſed ubi
conſtat de iſta cauſa neceſſariæ ab-
ſentiæ, credetúrne ſimplici aſſertio-
ni iudicis, dicentis ſe delegare ex cau
ſa neceſſariæ abſentiæ? Reſpondeo
quod ſic, uſque quò probetur con-
trarium. Ita tenent Guil. de Cu. & Al
beric. de Roſate, in dicta l. j. ff. de offi
cio eius cui mãd. eſt iuriſ. quos ibi re
fert & ſequitur Alexander, in xvj. co
lumna. uerſiculo, ſed iuxta hoc quæ-
ritur. dicens iſtud eſſe menti tenen-
dum, quia aliquando notarij uel alij
officiales poſſunt alij ſurrogare ex
cauſa: nam creditur officiali cauſam
aſſerenti. tenet gloſſ. clara quam in-
differenter ſequuntur omnes in c. pa
ſtoralis. in uerbo, exonerare. de offi-
cio delegati. Bald. in l. imperium. in
iiij. col. uerſiculo, quarto quæro. ff.
de iuriſdictione omnium iudicum.
& in rubrica, extrà de officio delega.
in ultima col. & Alexand. in conſilio
xxxiiij. incipiente, conſultus alias
in principali cauſa. in iiij. uolumine,
& licet do. Iaſon. in dicta l. j. in xviij.
col. uerſic. ſed nunquid in hoc ſtabi-
tur aſſertioni delegatis, uiſus ſit te-
nere contrariũ, per regulam quæ eſt,
*quòd quotieſcunque quis non po- 2
teſt libere actum facere, niſi in certo
caſu ſpeciali, quòd de ipſo caſu ſpe-
ciali non ſtatur ſuæ ſimplici aſſer-
tioni, ut dixit text. & ibi not. Barto.





in l. ſi forte. ff. de caſtren. pecu. & in
auten. ſi quis in aliquo documento.
circa finẽ. C. de eden. ponunt omnes
in l. ſi donatione. cum ſuis concord.
C. de collatio. quia ad hoc reſponde
tur, quòd illa regula procedit in pri-
uatis perſonis, ſecus in iudice, de
quo lex multum confidit. iuxta c. bo
næ memoriæ Maguntin. de electio.
& c. in præſentia. de renunciatio. &
ita ſimiliter reſpondet gloſſ. in dicto
c. paſtoralis. de officio delegati. &
ipſemet dominus Iaſon in dicta l. ſi
donatione. circa finem. Ad unum ta
men eſt aduertendum, quòd ſi iſta
cautela debet procedere & habere
locum, opus eſt quòd ante reuerſio-
nem tuam delegatus iudicauerit in
cauſa, alias ſi reuerteteris ante expe-
ditionem, te reuerſo, ſtatim & incon
tinenti expirat iuriſdictio delegati,
nec requiritur reuocatio, prout te-
net Bartol. in dicta l. j. in penultima
columna. uerſiculo, quæro præſes
uel ordinarius. cum quo omnes, ex-
cepto Roma. indifferenter tranſeunt:
propterea melius eſſet, quòd ille cui
delegares ipſam cauſam, eſſet tuus
amicus, & ſecrete ei committeres
quòd uelit omnino dictam cauſam
expedire ante reuerſionẽ tuam, quã
ſperas, quòd erit intra tot dies. Et
iſtam cautelam ego alias practicaui
hic Paduæ, nam cum ſemel litigarem
coram Rectore noſtro iuriſtarum,
& in cauſa eſſet concluſum, & inſta-
rem ut ſententiaretur, tunc Rector
mihi dixit quòd pro me ſentiebat,
ſed quòd male libenter in cauſa iudi
cabat certis ſuis particularibus reſpe
ctibus, (nam & Vicarius ſuus nõ po
terat ſe in cauſa impedire. quia fue-
rat per partem aduerſam allegatus ſu
ſpectus, & allegatio ſuſpitionis fue-
rat admiſſa.) Tunc dixi, ꝙ prima ui-
ce qua uellet ire Venetias, delegaret
cauſam alicui perſonæ iuſtæ & iu-
ſtitiam facturæ, & hoc modo eſſet
exoneratus à iudicando. Reſpondit
ꝙ iſtud non poterat fieri uigore cu-
iuſdam noſtri ſtatuti diſponentis,
ꝙ nec Rector nec Vicarius ſuus poſ
ſit aliquam cauſam coram eo uerten
tem delegare ſine cõſenſu partium:
tunc dixi, ꝙ in delegatione appone-
ret uerba, de quibus ſupra: quia tunc
delegatio ualeret. & ita fuit factum:
delegatus poſtea tulit ſententiam in
fauorem meum, à qua cum pars ad-
uerſa ſupplicaſſet ad noſtros domi-
nos conſiliarios, iuxta formam ſtatu
torum noſtræ uniuerſitatis, & inſta-
ret principaliter, quòd ſentẽtia pro-
nunciaretur nulla tanquam lata à iu-
dice incompetenti, ſcilicet ab uno
qui nõ poterat eſſe iudex ſtatuto ob-
ſtante, tamen per ipſos do. conſilia-
rios fuit per prædicta confirmata.

### Cautela ad extrahendum quem inuitum de domo, pro debito ciuili priuato. XXII.

1 *Debito ciuili priuato, quis de domo inuitus extrahi non poteſt.*

2 *Criminaliter condemnatus, ad hoc ut condemnationi ſatisfaciat, inuitus de domo extrahi non poteſt.*

3 *Statutũ ſi diſpoſuerit, quod cõdemnatus propter delictum impune offendi poſſit, an ex contumacia cõdemnatus, cum contumacia delictum ſit, impune offendi poterit.*

4 *Iuramentum in forma ſpecifica adimpleri debet.*

SOLENNIS DOCTOR Bar-
tholemæus Cæpolla in ſua caute
la I. incipiente, Regula eſt, quòd
nemo conatus fuit dare unam cau-
telam ad extrahendum de domo de-
bitorem inuitum, quando propter
debitum ciuile priuatum non uult
1 exire de domo. *Nam regula eſt in
iure, quòd quis pro debito ciuili pri
uato non poteſt inuitus extrahi de

domo: quia domus debet eſſe uni-
cuique tutiſsimum refugium: ut l.ple
riq;.ff. de in ius uocand. & l.nemo de
domo.de regulis iuris. & iſta regula
procedit non ſolum in domo pro-
pria, uerum etiam in aliena condu-
cta, uel in qua quis gratis habitet: ut
notat Bartol.in l. qui domum. & in
l.nec in ca. de adulter. Bartol. Bald.
Paul. de Caſtro, & alij.in dicta l.ple-
rique.ff. de in ius uocand. & etiam
procedit in domo per iudicem data
ex primo decreto. ſecũdum Baldum,
in auten.ei qui.C.de bon.auto. iudi.
poſ.& etiam procedit ſi quis habita-
ret in caſsina uel capana, nam de ea
ſimiliter pro debito ciuili priuato,
quis inuitus non poteſt extrahi: ut
dixit Bald.in c.j. §. ſi duo fratres. de
duob.frat.de no.benefi. inueſti. Ro-
ma.in l.j. §. domini. cl.ij.ff.ad Sylle-
ian.Imol. & modern.in l.ſenatus. §.
Marcellus. de legatis primo. Roma.
& alij poſt eum in dicta l. plerique.
tradidit ergo iſtam cautelã, ut facias
quod iudex præcipiat huic tuo debi
tori, quod ſub pœna quinque uel
ſex applicanda fiſco debeat perſona-
liter ad ſe uenire: quia uult ipſum al-
loqui: nam ſi ad eum ibit, facies eum
capere: ſi uero ad eum nolet habere
acceſſum, iudex iuxta comminatio-
nem factam eum mulctabit, & tunc
propter talem mulctam poterit de
domo extrahi: quia quotieſcunque
quis eſt condemnatus pœna pecu-
niaria fiſco applicanda, dicitur cri-
minaliter condemnatus: ut eſt gloſſ.
in l. prætor ait. circa principium. ff.
de ſepulch. uiola. quæ eſt ad hoc ſin-
gularis ſecundum Imol. in rubrica.
ff.de publi.iudi.& eſt cõſimilis glo.
in l.j.& ibi not.Salyce.in j.col.C.eo.
de ſepul.uiola. Cyn.& Bald. repro-
bata gloſſ.ibi, in l. ſi qua per calum-
niã.de epiſcopis & clericis. commu-
niter Canoniſtæ in rubri.extra de iu
di. *Sed quotieſcũq; quis eſt cõdem 2
natus criminaliter, ad hoc ut ſatiſfa-
ciat condemnationi, poteſt inuitus
de domo extrahi: ut not.in l. nemo
carcerem. C. de exactio.tribu. lib.x.
glo.& Doct.in d.l plerique.& etiam
alia ratione ultra eum poterit iſto
caſu de domo extrahi, quia condem
natus propter contumaciam, dicitur
condemnatus propter delictum: &
ſic talis cauſa dicitur criminalis, &
per conſequens poterit extrahi ut ſu
perius dictum eſt. *Et ꝙ contuma 3
ciaa ſit delictum no.glo.Bart. & alij
in l.unica. §.fi.ff. ſi quis ius dicẽ.nõ
obtempe.per quam gloſſ.dicunt Do
cto.ibi, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ condem-
natus propter delictum poſsit impu
ne offendi, ꝙ poterit impune offen
di condemnatus ex contumacia, ut
etiam not.gloſſ.clarior in l.ſi filius.
in uerbo ſuccurrendum. ff. de inter-
roga. actio. quam ſingularem dixit
Imo.in l.pen. §. ad crimẽ.in xxj.col.
ff.de publi.iudi.no.Barto.in l.omne
delictũ. §.contumacia.ff. de re mili-
tari.& Pau. de Caſt.in l.contumacia.
ff.de re iudi.quando poſtea debitor
tuus erit in carcerib⁹, poteris eũ pro
debito tuo recommendare. iuxta ea
quæ tradit Barto.in l.ij.ff.de cuſtod.
reo.& in ſua diſputatione. incipien.
Lapus fuit captus.allegat tãtummo-
do tenere Bartol. in l.ſacrilegij.alias
incipit, cum in eo. ff. ad legem Iuliã
pecu.adde quòd ita etiam tenet Ro-
ma.in l.iiij. §. prætor ait.ff. de dam.
infec.Angel.de Are.in §.fi. in ij. col.
uerſiculo, aduertas tamen ꝙ iudex.
inſtit. de action. Pet.de Anchara. &
Ioan.de Imo.in c.ij.uerſicu.ex his ta
men quæ dicta ſunt. dat Bartol.cau-
telam extra de pigno.Paulus de Ca-
ſtro & Alexander in dicta l. pleriq;.
Quæ quidem cautela licet pulchra
ſit & ingenioſa, tamen propter eius
difficultatem in ea practicanda mihi
non

a Et ꝙ cont. An cõtumacia ſit delictũ, uide in l.omne delictũ.in §. contumacia.ff. de re mili. & ibi Alex.& glo.in c.ex literis. de conſtitu.dic tamẽ quòd eſt fictum & nõ uerum. uide per Bald. in l.ſi filio.in fi.ff. ſolu. matri. & per Bal.in l. & in multis. C. de appel.per Ioã. de Imo.in l.pe. §.ad crimẽ.de pub.iudi.ff.ſed cõtumaciæ appellatione iſta tuto uenit uera & nõ ficta.uide per Ange.in cõſil.ſuo cxcv.



non ſatisfacit. Prima ergo difficul
tas qua laborat iſta cautela, eſt in re-
periendo unum iudicem, qui tibi ſit
tantum propitius & fauorabilis, qui
cauſa tibi complacendi, uelit decipe
re, & quodammodo aſſaſsinare tuũ
debitorem, præcipiendo ei, uenias
ad me perſonaliter, quia uolo te al-
loqui. Secunda difficultas eſt, quia
ſi iſte iudex præcipiens habebit ſu-
periorem in illo loco in quo fuerit
factum prædictum præceptũ, prout
habent iſti iudices maleficiorum, &
iſti uicarij qui habent poteſtatem ſu
periorem: iſte tuus debitor latitans
mittet aliquem ad ipſum ſuperio-
rem, narrando qualiter talis iudex fe
cit unum præceptũ pœnale tali per-
ſonæ, quòd ſub pœna debeat ad ſe
perſonaliter uenire, ex eo quòd uult
ſecum loqui, & quòd talis perſona
non audet exire domum propter de-
bita ciuilia: quo caſu ſi negocium il-
lud propter quòd uocatus fuit ab
ipſo iudice, non poteſt expediri per
procuratorem, & ſic neceſſe ſit per-
ſonaliter comparere, quòd rogat
ipſum ut uelit ei concedere unum ſal
uum conductum, quòd pro debito
ciuili non poſsit in perſona à credi-
toribus pro illa die moleſtari. iuxta
l.quoties.cum ibi no.C.de preci.im-
pera.offe.& iuxta l.uniuerſa.C. eod.
titulo. nam ſuperior qui æquitatem
habebit ante oculos, iuxta l. quod
ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco.
concedet talem ſaluum conductum,
& ſic ipſa cautela erit eluſoria. Si ue-
ro ille iudex præcipiens non habe-
bit ſuperiorem in illo loco, prout
non habent iſti poteſtates & capi-
tanei terrarum, ſimiliter talis ſal-
uus conductus petetur ab eo: ſi con
cedet, cautela nihil operabitur. Si
non, erit iuſta cauſa prouocandi ad
principem: nam tu uis quòd ueniam
ad te perſonaliter, dico quòd non
poſſum exire domum propter credi-
tores ciuiles, idcirco peto quòd de-
beas me facere tutum pro tanto tem
pore quòd poſsim uenire ad te, &
domum repetere, & tu non uis con-
cedere: non poteſt aliter dici, niſi ꝙ
iſtud facias in fraudem: & ſic in effe-
ctu eſſet iuſta cauſa appellandi ad ſu
periorem. iuxta ea quæ habentur per
Bart.in l.ſi.ff.de appellation.recip.&
late per Canoniſtas in c.bonæ. de
appellatio. & tunc princeps omnia
quæ pendente appellatione innoua-
rentur retractaret: ut habetur in di-
cto c. bonæ. & late per Bartolum in
ſua diſputatione incipiente, Lapus
fuit captus. Tertia difficultas eſt,
quia à cõmuniter accidentibus, iſti
latitantes non comparent nec ad fe-
neſtras, nec ſuper oſtio, ſed uere la-
titant, & non permittunt quòd affi-
nes & beneuoli habeant acceſſum ad
eos: & ſi aliquis uadit ad domum pe
tendo ipſos, faciunt quòd domeſtici
referunt ipſos eſſe abſentes à ciuita-
te, & multominus permittunt quòd
aliquis nuncius publicus accedat ad
eos, quo caſu ſi citatio ſiue præce-
ptum debet fieri, opus eſt quòd fiat
ad domũ, & talis citatus ad domum
non parendo citationi ſiue præce-
pto, non dicitur uerus cõtumax, ſed
fictus: ut not. per Bartol. & plenius
per moder.in l. ex conſenſu. §. fina.
ff.de appellation. per Bartolum in l.
fina. ff. de in integrum reſtitutio. ple-
ne per Alexand. in l. properandum.
§. ſin autem reus. C. de iudi. Modo
ego habeo, quòd fictus contumax
non poteſt mulctari, nam iura loquẽ-
tia de mulctis, habent locum & pro-
cedunt tantummodo in ueris con-
tumacibus, non autẽ in fictis, ut no.
Bartol. cum quo cæteri tranſeunt in
l.unica. §. fina.& Paul.de Caſt.ibi, in
§.j. ff. ſi quis ius di. non obtemp.&
& not.Ang.in ſuo cõſilio viij.incip.
regul

regulares introitus & expẽſarum cõmunis Florentiæ. & ſic ſi prædicta cautela debet habere locum, opus eſſet ꝙ debitor tuus perſonaliter citaretur, aliàs non. Tu autem qui habes debitorem latitantem, & cum non habeat in bonis, non audet exire domum ad hoc, ut non luat in corpore: ſi uis facere omnino ꝙ exeat de domo, cautela eſt, ut inſpicias ſi in ciuitate ſit aliqua conſtitutio, uel aliquod ſtatutum diſponens, ꝙ ille qui fuerit aſſumptus ad tale officiũ, non poſsit illi renunciare, ſed teneatur illud aſſumere, & tunc procures, ut eligatur ad illud tale officium, quia tunc ſi non ueniet ad illud acceptandum, poterit de domo inuitus extrahi. iſte eſt textus in l. ex omnibus. ubi Bartol. & alij hoc in ſpecie no. C. de decur. libro x. quem ad hoc pro ſingulari not. Roma. in l. iij. §. prætor ait. de damno infecto. & iſtã cautelam in terminis tradidit ipſe Roma. quem ibi referunt & ſequuntur Alexand. & dominus Iaſ. in dicta l. plerique. ff. de in ius uocan. & Paris de Puteo, in ſuo tractatu. de ſyndicatu. in uerbo, captura. §. captus illicite. & tunc eo extracto, poterit nomine tuo capi: & iſta cautela habet locum in debitore de præſenti latitante. Si uero nunc uis facere aliquem contractum cum aliquo, & uis ꝙ ſi tempore ſolutionis fiendæ non tibi ſatisfaciet, ſi non habebit in bonis, luat in corpore, nec ſibi proſit ſtare in domo quo minus de ea poſsit euelli, cautela eſt, ꝙ ſuper ſolutione fiendi apponas iuramentum: quia tunc ſi tempore debito nõ obſeruabit promiſſa ad hoc ut ab ea obſeruet, poterit inuitus de domo extrahi: nam iura diſponentia ꝙ pro debito ciuili quis de domo inuitus non extrahatur, procedunt in obligationibus dandi, non autẽ in obligationibus facti: in quibus quis præciſe poteſt cogi ad factum: quia tunc de domo poteſt inuitus euelli, præſertim ſi ſit annexum delictum. ita ſingulariter & ad literam dicit Bald. in dicta l. ex omnibus. C. de decurio. libro x. quem refert & pro ſingulari ſequitur dominus Iaſon, in dicta l. plerique. in nona limitatione, dicens quod tale dictum alibi nõ inuenies.

a Iuramẽtũ. *Quid de iuramento facto ſit per pacto de ſutura ſucceßione, an ſit ſeruãdum, uel ne, ui de Bal. in coſil. ſuo ccclxix. incip. qdã puella. in iij. uol. & ibidem uideas. in quibus caſibus ſeruãdum ſit iuramentũ, & ualeat: & in quibus non eſt pulchrũ, & quotidianũ cõſilium.*

4 *Modo iuramentum[a] habet iſtam uim, ꝙ cogit præciſe ad factum. nam in forma ſpecifica debet adimpleri. ut eſt tex. & ibi not. in c. ad noſtram. el j. de iureiurando. notant Innocen. dominus Anton. & late Panor. in c. ueniens. eodem titulo. de iureiurando. Bald. in l. unica. in ix. col. uerſicu. iiij. fallit. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. profer. Alexander, cum concordantiis. de quibus ibi per eum in l. ſtipulationes non diuiduntur. in x. colum. uerſicu. demum inquãtum. Bartol. hic. de uerborum obligatio. & ſimiliter quis non ſatisfaciendo obligationi iuratæ, incidit in periurium, & ſic in crimen. & ſcelus grauiſsimum: ſecundum legem, Prophetas, & euangelium. ut dicit text. in c. prædicãdum. xxij. quæſt. j. nam propter periurium contriſtatur deus, ut dicit Bald. in auten. cui relictum. in iij. colum. de indic. uidui. tol. adeo ꝙ cenſetur maius adulterio. ut not. dominus Cardinalis in clemen. unica. de iureiuran, quia per periurium offenditur deus, per adulterium uero proximus, & per quod periuriũ perſona efficitur infamis. ut not. gloſſ. Barto. & Doctor. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. Barto. in l. Lucius Titius. ff. de infa. Canoniſtæ in c. teſtimonium. de teſti. etiam tali periurio imponitur pœnitentia, ꝙ ieiunet xl. dies in pane & aqua, & ſeptem ſequentes annos pœniteat, & nunquã ſit ſine pœnitentia. ut dicit tex. vj. q.





j. quicunq;. & xxij. q. v. ſi quis peierauerit. Eſt bene uerũ, ꝙ non eſt multum tẽpus, ꝙ feci ſupraſcriptam cautelam practicare modo quo infra. Quidã cum haberet debitorem qui ne incarceraretur, non audebat exire domũ, de quo credito conſtabat tantummodo in uno chirographo exiſtente apud ipſum creditorẽ, ſcripto manu ipſius debitoris: feci ꝙ iſte creditor adiuit ad illũ ſuũ debitorẽ, rogãdo ipſum cũ uerbis blandis, ut uellet ſibi ſatisfacere: cui debitor reſpõdit, ꝙ libenter faceret, ſed non habebat modum: breuiter poſt aliqua iſte creditor dixit, ꝙ ad hoc ut cognoſceret ꝙ ipſum amabat, ꝙ ex nunc uolebat cum adhuc expectare per quinque uel ſex menſes, ſed bene rogabat eum, ꝙ finitis ipſis quinque uel ſex menſibus, uellet ſibi ſatisfacere, ſed ꝙ & ipſe uolebat ab eo unum, ꝙ creditum ſuum de quo conſtabat tantummodo in illo chirographo, reduceretur in inſtrumentum publicum: cui petitioni ipſe debitor conſenſit, & omnia etiam feciſſet, ut habuiſſet illam dilationem quinque, uel ſex menſium, & ſic conſequeretur libertatem exeundi de domo, & ita fuit factũ: in quo inſtrumento publico notarius detulit iuramentũ huic debitori, de attedendo & obſeruando omnia & ſingula, & in aliquo non contrauenire, &c. Elapſis poſtea illis ſex menſibus, ſingulariter non ſatisfecit, ſed iterum ſtabat in domo, & non exibat, quo caſu adiuimus quendam iudicem qui tunc temporis erat hic Paduæ, hominem captioſum, & aliàs ſatis ignorantem, cuius nomen taceo, petendo ꝙ per ea quæ ſuperius dicta ſunt uellet dare nobis licentiã, ꝙ ille debitor poſſet de domo extrahi: tamẽ noluit cõcedere, nec profuit oſtendere ei autoritatem Bald. & dominĩ Iaſ. nihilominus tu prædictam cautelam non tradas obliuioni, quia licet Bald. aliquando fuerit locutus ex capite ſuo ſine intellectu, & ſine iure, ut dixit dominus Anto. in c. conſultationibus. de iure patro. ut etiam refert Franciſ. de Cur. in ſuo conſilio lxxvj. incipiente, ſuper motiuis redditis in fauorem communitatis montis Barrutij. in ij. col. & Vincentius Paleottus in conſilio xvij. inter conſi. ipſius Franciſ. de Cur. incipiente, uiſo puncto, & ſubtilibus dubitationibus. in iij. col. tamen magna eſt autoritas Baldi, præſertim quando non habet contradicentem, ut dicit Alexan. in l. moribus. in iiij. col. uer. in practica. de uulgari & pupil. Nam autoritas ſua multum eſt tenenda, in iudicando, ut dicit Fulg. in conſilio xxvj. incipien. ſtante ſtatuto ciuitatis Vicentiæ. in fin. Nam ipſe fuit unicus iuris utriuſq; profeſſor, ſecundũ Ang. in cõſi. xxxvj. poſt mediũ. j. col. & fuit doctor excellentiſsimus & iuris utriuſq; lumen, ſecundũ Fulg. in conſilio lxxxij. incip. punctum ſuper quo cõſultatio proponitur. poſt medium iiij. colum.

## Cautela ad liberãdum aliquem à morte. XXIII.

1 *Votum, ſicuti aliæ res, regulariter dependet à uoluntate & conſcientia noſtra.*

BARTHOLEMAEVS Cępolla in princip. ſuarum cautelarũ, conatus fuit date quaſdam cautelas ad euadedũ aliquẽ a morte, quas nõ expedit referre, quia ibi poſſunt uideri: & q ſimiliter nõ tago an ſint iuridicæ, uel non: quibus adde unã, ꝙ ſi habes amicũ incarceratũ, qui uel de iure cõi, uel ex forma ſtatutorũ debet mori: ſi uis ꝙ iſte tuus amicus nõ poſsit ꝑ iudicẽ ſeculare puniri, nõ ſolũ ad mortẽ, ſed nec etiã ad aliquã aliã pœna: ſed ꝙ talis cauſa extrahatur

de manu iudicis ſecularis ad iudicem eccleſiaſticū, cui eſt interdictus gladius ſanguinis. ut c. clericis. & c. ſententiam ſanguinis. ne cleri. uel mo. & c. ex literis. de exceſ. præla. Cautela eſt, ut facias [a] quòd incarceratus dicat, quòd antequam commiſiſſet illud delictum, propter quod fuit incarceratus, fecerat uotum clericatus intrandi religionem, & quòd nunc uult uoto ſatisfacere: quia hoc modo per iudicem ſecularem, tanquam perſona eccleſiaſtica, non poterit puniri, tāquam quòd uotū trahatur retro. ita not. dicit d. Iaſ. in l. cū quædā puella. in xij. col. ff. de iuriſ. om. iudi. allegans iſtud fore ſingulare dictum Bal. in l. j. C. an ſeru' ex ſuo facto. ſubiungens, quòd tale dictum eſt multum notandum, quia poſſes quem in practica à morte liberare, & tāto magis ſecundum eum, quia ſtaretur dicto ſuo, an emiſiſſet uotum ante cōmiſſum delictū, prout ſtatur regulariter de aliis rebus,* quæ dependent à uoluntate & conſcientia noſtra: iuxta gl. uulgatam. in §. aliæ. inſtit. de actio. & gl. in c. ſignificaſti. el ij. de homi. Bar. in l. interdictū. §. qui fure. cū ſuis concordan. ff. de fur. Et in effectu iſta cautela ſi eſt uera, eſt ſingulariter notanda: quia ſuo loco & tempore poſſet tibi afferre & honorem, & utilitatem: quia ubi uertitur pœna ſanguinis, eò confluunt pecuniæ: ut uerbis utar Imol. in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. tamen eſt uerum quod Bal. in d. l. j. C. ſi ſeruus ex ſuo fac. ſup quo ſolo fundat ſe d. Iaſ. aliter loquitur quam ipſe eum referat, propterea cogita an iſtud ſuū dictum ſit uerū.

a Quod inc. *Quid ſi laicus cōmiſerit delictū, et formata in eū inquiſitiōe, uel ſecuta condenatione efficiatur clericus, uel religioſus, an per talē mutationē fori impediatur iudex ſecularis eū punire? dic quod nō: p Bar. et alios in l. j. ff. de pœnis. et in l. cū qdā puella. hic allegata. facta tamen prius degradatione à iudice eccleſiaſtico: niſi feciſſet uotū nūquā delictū cōmittere: ut hic. ſed non eſt cautela tuta, nec hodie ſeruaret hāc iudices noſtri tēporis: uide do. Iaſo. in d. l. cū quedā puella. ubi ultro. ff. de iuriſ. om. iud.*

## Cautela ad euadēdum Iudæum à morte. XXIIII.

1 *Iudæorum cauſæ an ſecundum ius commune, an uero ſecundum ſuum ius Moſaicum decidi debeant.*

2 *Filiæ fœminæ ſecundum ius commune cum maſculis ſuccedūt, ſecus tamen de iure Moſaico, quo ſtantibus maſculis, filiæ fœminæ non ſuccedunt.*

3 *Iudeus ſi teſtamētum faciat, & relinquat uxorem ſuam dominam, maſſariam, & uſufructuariam, cum non ſit à lege Moſaica deciſum, quid talia uerba importent, interpretationi Iudæorum ſtabitur.*

4 *Iudæi an teneantur teſtari ſecundum ſolennitatem iuris ciuilis, non autem ſecundum eorum ritum.*

5 *Legitimam pater inuita filia dare non tenetur, ſecus tamen in Iudæo effecto Chriſtiano.*

QVAERITVR *per ſcribētes 1 nūquid cauſæ Iudæorū debeāt decidi ſecūdum ius commune, an uero ſecundum ius ſuum Moſaicum: in quo quidem paſſu reſecatis multis, iſta uidetur communis diſtinctio: quod aut loquimur in proceſſu cauſę, & ſic in ipſo ordine iudiciario. aut in deciſione ipſius cauſæ. Primo caſu debet ſeruari ipſum ius cōmune, quoniam quam abſurdum uideretur quòd iudex in cauſis Iudęorū deberet aliter ꝓcedere quam ſit ſtylus ſui fori, ſecundū clariſsimum pręceptorē meū in legibus do. Io. Capegiū in ſuo tract. dot. in ult. parte. q. ulti. dicētem ita deberi intelligi l. Iudęi. C. de Iud. Secundo uero caſu aut cauſa uertitur inter Chriſtianum & Iudæū, & tunc ſimiliter debet decidi ſecūdum ius commune, per illam regulam. quę eſt, quòd ratione mixturæ, maius dignum trahit ad ſe minus dignum. ut l. præcipimus. §. fi. & ibi Bar. ff. de appel. & l. ij. & ibi Bar. C. communia de leg. & c. quod in dubiis. & ibi Panor. de conſecra. eccle. uel alta. & ut ponit Fely. in rub. extra de offic. dele. in prin. Aut inter Iudæos tātummodo, & tunc aut eſt caſus à iure communi deciſus expreſſe in perſonis Iudæorum, & tunc ſeruatur ius commune: quia ipſi ſubiacent populo Romano. ut l. Iudæi Romano. C. de Iudæ. Aut non eſt deciſus expreſſe in perſonis ipſorum, & tunc ſeruatur ius Moſaicum tāquam ſuum ius ſpeciale, quod derogat generali: prout dicimus de ſtatutis quæ derogat iuri communi, iuxta no. in l. omnes populi. de iuſti. & iur.* hinc eſt, quòd licet habeamus de iure communi, quòd filiæ fœminæ pariter ſuccedant cum maſculis. ut l. maximum uitium. C. de libe. præteri. & aut. in ſucceſſ. C. de ſuis & leg. & tamē ſecus eſt de iure Moſaico: q̄a ſtantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedunt, ut habetur Numeri xxvij. incipien. acceſſerunt filiæ Salpha ad Moyſen: idcirco ſi decedit Iudæus ab inteſtato relictis poſt ſe maſculis & fœminis, maſculi excludunt fœminas, & ſic attenditur in ſucceſſionibus ſuis lex Moſaica. non autem ius commune: ut concludit Calde. in conſi. xj. poſito ſub rubrica de coſti. quod incipit, factum ſuper quo conſiliū petitur. & in conſil. xxx. ſub rubrica de teſta. quod incip. an ſi Iudęus. & quam op. etiam tenet do. Iaſ. in l. qui ſe patris. in v. col. uerſi. & no. quod inter Iudæos. C. unde li. & Fel. in c. canonū ſtatuta. in x. col. uerſi. v. fallit. de coſt. & in c. Iud. el ij. de Iud. ubi refert Floria. de Sācto Petro dicētē in l. maximū uitium. C. de lib. præte. ſe ita alias cōſuluiſſe una cum Pet. de Ancha. Rapha. Fulgo. & Gaſpa. de Calde. in quadam cauſa triginta millia ducatorum. Et ut etiam tenet Cardi. Alex. in c. de infidelibus. de cōſangui. & affi. & domi. Ioann. Campegius in ſuo tracta. doti in ultima parte, in ultim. quæſtio. ubi dicit ita fuiſſe ſeruatum Mantuæ, in arcta quęſtione facti de anno M. cccclxj. Aut eſt caſus non deciſus ab ipſa l. Moſaica, nec in ſpecie à iure communi in perſonis ipſorum Iudæorum, & tunc deciditur ſecundum diſpoſitionem iuris communis: iuxta id quod alias dicimus, quòd caſus omiſſus à ſtatuto, reuertitur in diſpoſitionem iuris communis. ut l. commodiſsime. ff. de lib. & poſthu. & l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. mat. hinc eſt, quòd ſolennis Doct. do. Pau. de Monte Pico. in ſua eleganti repeti. §. Titia cū nuberet. l. Titia cum teſtamento. de leg. ij. in xx. q. dixit unum quod alibi in

3 terminis non legi.* quòd ſi Iudæus fecit teſtamentum, & relinquat uxorem ſuam dominam, maſſariam, & uſufructuariam: quod cum non ſit deciſum à lege Moſaica, quid importet talia uerba, idcirco ſtabitur etiam inter Iudæos interpretationi factę per Bulga. de qua habetur in d. §. Titia. & in aut. hoc locum. C. ſi mulier ſec. nupſ. eſt uerum, quòd aliqui tenuerūt in omnibus caſibus ipſorū Iudæorū debere ſeruari ius commune, non autem ipſum ius Moſaicum, niſi ſpecifice reperiatur prouiſum circa perſonas ipſorum, adducētes id quod no. Bal. poſt Iaco. de Raue. & Cy. in l. ite in poteſtate. cum ſeque. ff. de his quæ ſunt ſui, uel alie. iur. uolens quòd illa iura quæ dicunt patres habere filios in poteſtate, habent locum etiam in Iudæis: quia & ipſi habent filios in poteſtate: ut etiam tenet gloſ. in c. Iudæorum. xxviij. q. j. & Calde. in cōſi. iij. inci. an filij Iudęorum. ſub rubrica de Iudæ. Cardi. in cle. j. in fi. comment. de Iudæ. Panor. in c. fi. de conuerſ. infide. Alex. & Are. in l. multum intereſt. ff. de uerb. obl. ubi repræhendunt Archidi. qui aliter tenuit in cap. qui ſyncera. xlv. diſtinc. ex quo infert Bald. ubi ſupra, quòd quemadmodū filiifamilias non poſſunt teſtari, ut l. ſi filiusfami. ff. de teſtam. & inſtitu. quibus non eſt permi. fac. teſtamen. in princip. ita nec etiam filij Iudæorum: propterea dixit Alexand. in ſuo

*Aduerte quod licet per baptiſmum fiat plena remiſſio, ut multa gl. uolũt iuris canonici quæ hic allegãtur etiam quo ad pœnam temporalem. & facit tex. de conſec. diſti. 4. c. 2. in fin. ibi quicquid ab homine &c. Sed q̃ imo cõtra baptizatum formari poſſit proceſſus, ut puniatur pro furto, & alijs delictis: facit, quia ſacramentum baptiſmi reſpicit animã, & tollit peccatũ, quo ad deum, ſed non liberat à pœna delicti. prout concludit Anto. de But. poſt glo. in c. gaudemus. colum. 4. de diuortijs. & idẽ poſt glo. ſequũtur Abbas & Inno. Idẽ tenet Pet. de Peruſio ĩ d. c. gaudemus. et Cardinalis in clem. prima. § ſane. in xiiij. q. de uſuris. & ita eſt cõis opi. ut di-*

ª Verum eti. conſil.lxxj.incipi.ponderatis uerbis. in iij. uolumi. quod filij Iudæorum ſunt ſui parentibus, ſicut & Chriſtiani. & Pau. de Ca. in conſ.cccxcv.inci. ad primum uidetur. in j. uolu. nouorum conſiliorum ſecũdum ultimam impreſſionem, dixit, *quòd Iudęi te- 4
nentur teſtari ſecundum ſolennitatem iuris ciuilis, non autem ſecundum ritum eorum generaliter in materia proportionabili Chriſtianis & Iudæis, quòd lex ciuilis ſit communis utriuſque. ita tenet Gemi. in c. j. §. fi. in fi. de uſu. in vi. Et multa alia ſimilia adducuntur. tamen cõis opi. uidetur, ut primo loco eſt dictum, de quo quidem paſſu, An ius commune debeat ſeruari in caſibus Iudæorum, an uero lex Moſaica, tangitur in multis locis, ſed pręcipue per Ioan. de Ana. in c. Iudęi. el ij. de Iudæ. per Lauren. de Pala. in §. cæterum. inſti. de legi agna. ſuc. per do. Pau. de monte Pico, & Campegium in locis ſuperius allegatis per Socy. in ſuo conſi. lxvij. computatis conſilijs Maria. quod incip. in præſenti cõſultatione uiſis ſtatutis. in iiij. col. uer. circa tertiam dubitationem. & in conſi. lxx. incip. in præſenti conſultatione uertitur dubitatio, nunquid ualeat teſtamentum. per totum. & per Philip. Cor. in ſuo conſi. clxxx. incipi. in hac cõſultatione uidetur prima facie dicẽdum. uer. ſed addo quod etiam circumſcripta l. in ij. uolu. Tu autẽ Iudæe qui commiſiſti aliquod delictũ propter quod debes mori, uel alia pœna corporali puniri, uel ex forma ſtatutorum, uel ex diſpoſitione iuris communis, uel iuris Moſaici, quòd ius Moſaicum in multis caſib⁹ corporaliter punit, ut legitur Leui. c. xviij. & c. xxiiij. & ſimiliter Exo. c. xxi. & xxij. ſi uis ipsã mortẽ uel aliam pœnam corporalem euadere, cautela eſt, ut facias te Chriſtianum: quia baptiſmus habet tantam efficaciam & tãtam uirtutem, quòd non ſolum liberat hominem ab omni pœna ſpirituali quo ad deum. uerũ ª etiam ab omni corporali quo ad mundum. iſta eſt gloſſ. in capitul. ſi ne pœnitentia. de conſec. diſtinctio. iiij. & gloſſ. in capitul. quod autem. xxxij. queſtio. j. & gloſſ. xlix. diſti. in prin. ſentit gl. in c. ij. de conſec. diſt. iiij. & glo. j. diſt. ſi quis uiduam. & hanc partem quòd non ſolum pœna ſpiritualis quo ad deum, uerum etiam corporalis quo ad mũdum tollatur per Baptiſmum, tenent Calde. do. Ant. & latius Imo. & Fely. in c. de his. de accu. cum quibus etiam ibi uidetur tranſire Ioan. de Ana. Et licet contrariã partem. ſcilicet, quod pœna corporalis nõ tollatur per baptiſmũ, ſed tãtummodo ſpiritualis, teneant do. Abb. Maria. & Aret. in d. c. de his. de accuſa. & Inn. Hoſtien. & do. Abb. in c. gaudemus. de diuor. & ſolennis Doc. & præceptor meus in canonibus do. Philip. Decius in ſuo conſi. cxxx. incip. ex facto proponitur, quod Iudęus. tamen primam opin. tenet Archid. l. diſtin. in ſummar. & cõiter tenent ſacri theologi, uidelicet Sãctus Thomas in iiij. diſtinctio. iiij. quæſtio. ij. articu. j. & Sanctus Tho. in iij. par. ſuę ſummę. quæſtio. lxviij. articu. v. & quęſtio. lxix. articu. ij. Sanc. Bona. in iiij. diſtin. iiij. articu. ſecund. Richardus in iiij. diſtin. iiij. art. ij. Pet. Aureol. in iiij. diſt. iiij. quæſtio. j. articu. ij. propoſi. j. Tho. de argen. in iiij. diſtin. iiij. articu. iij. in fi. Alex. de Alex. quæſtio. xx. membr. ij. articu. j. Petr. de Thara. in iiij. diſtin. iiij. in iij. problemate, articu. ij. Et ſi diceres quòd ipſi loquuntur de pœna temporali ſatisfactoria culpæ, exemplum in ieiunio, diſciplinis, & ſimilibus: quia dico quòd immo loquuntur de pœna imponenda ab hominibus, ut Sanctus Tho. in iiij. diſtin.



ſtin. iiij. q. ij. arti. j. dum in fin. dicit, quòd principes iſto caſu pie faciunt indulgere pœnas. & Sanctus Tho. in iij. parte ſummæ, q. lxviij. arti. v. dum dicit, quòd reſtituere male ablata proximis, eſt ſatisfacere de iniurijs illatis & ceſſare à peccato: quia hoc ipſo quòd detinent aliena, eſt proximum lædere, proximum autem læſum non placare, eſt peccatum: & ideo peccatoribus baptizatis iniungẽdum eſt, quòd ſatisfaciant proximis, ſicut & quòd deſinant a peccatis: nõ autem eſt eis iniũgendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur. & hanc opin. etiam tenet Archiepiſcopus Florẽtinus in ij. parte ſuę ſummæ ſub rubrica de Baptiſ. Et ita alias fuit hic Paduæ obtentum in cauſa cuiuſdam Iudæi, qui cõmiſerat unum enorme furtum, quo commiſſo fecit ſe Chriſtianũ. in qua cauſa pro & contra interuenerũt ſolenniores doctores totius gymnaſij, & ultimo loco fuit liberatus ab omni pœna corporali, aduocantibus pro ipſo clariſsimis doctoribus, & patribus meis honorandis domino Chriſtophoro Alberico, do. Carolo Ruino, & domin. Bertrutio Bagarotto. *Et not. alium mirabilem effectum ipſius Baptiſmi: nam tu habes quòd pater in uita ſua non tenetur
5 dare legitimam filio, licet dicatur in euangelio Lucæ, da mihi partem ſubſtãtiæ quæ mihi cõtingit, de iure tamen pater non tenetur. text. eſt principalis in l. j. §. ſi impuberi. ff. de col. bo. & ita determinat Bartol. in autẽ. ſi qua mulier. circa fin. de ſacr. ſanct. eccle. & Bald. in l. quanquam. C. ad l. Falci. Bald. Ange. & reliqui omnes in l. lex Cornelia. de uulga. & pupilla. Alberi. de Roſa. in l. ſi lenones. C. de epiſco. audien. Immo plus in caſibus in quibus pater inuitus cogitur emãcipare filium, qui enumerantur per gloſſ. magiſtram. in §. fin. inſtit. qui. mo. ius pat. pote. ſolui. in illis enim caſibus non cogitur pater aſsignare aliquam legitimam filio, ut ſingulariter uoluit Bald. in l. non poteſt. ff. de adop. ideo iniqua ſunt ſtatuta quę cogunt patrem ſoluere legitimam pro delicto filij, ſecundum Cyn. & Baldũ, in l. ſi qua pœna. ff. de. his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. & in l. ſi filius. per illum text. C. de bo. præſcripti. & in d. l. lex Cornel. ubi tamen uidendi ſunt moder. ff. de uulga. & pupil. nam filius uiuo patre nullum ius habet etiam ſpe in legitima, ſecũdum Cyn. & Bart. in l. fi. ff. de libe. agno. reprobata glo. in §. ſi uero non implens. in auten. de hær. & Falci. & ut tenet Bart. in l. poſt emancipationem. in prin. ff. de libe. leg. Bal. & Mode. in d. l. lex Cornel. Sed ſi filius Iudæus facit ſe Chriſtianum, poteſt uiuente patre petere ſuam legitimã. ita notanter dicunt Ioa. de Ana. & Fely. in c. Iudæi. el ij. de Iudæ. propterea ſi filius Iudæus uellet ad aliquem ſuũ finem, habere ſuam legitimam uiuente patre, bonum remedium ſeu cautela eſt, ut faciat ſe Chriſtianum, & cõſequetur intentionem ſuam.

*cit d. Ioan. de Ana. in c. de his de accuſ.*

## Cautela pro blaſphemantibus deum & ſanctos, ut euitent pœnam legis punientis blaſphemias. XXV.

1 *Blaſphemantium deum pœna eſt, abſciſio capitis.*

1 POENA *blaſphemantium deũ, de iure communi eſt abſciſio capitis. ut in autentic. ut non luxu contra naturã. per totum. & notat gloſſa uigeſima ſecunda, quæſtio. pri. ſi quis

quis per capillum.& Angel. de Aret. in tract.malefi.in uerbo, uerba contumelioſa & iniurioſa.uerſic. quæro quæ pœna erit cõtra iſtos ſacrilegos. & talis pœna habet locum etiam, ſi taliter blaſphemans blaſphemaret de quadam ſua conſuetudine:ut uolunt Cy.Bal.& Salyce.in l.iuriſiurandi.C. de re.cre.& Bal.in l.ij.C.ad l.Iul. mã. licet hodie talis pœna ſit communiter diminuta per ſtatuta Italiæ, ut etiam atteſtatur Bal.in d.l. iuriſiurãdi. quia in aliquibus locis imponitur pecuniaria:ut eſt in noſtra ciuitate Brixiæ, & etiam hic Paduæ:in aliquibus aliis imponitur pœna linguæ,ut quaſi per totam Alamaniam, ut mihi alias relatum eſt, ubi etiã obſeruatur, & præcipue in mulieribus, quòd ligantur ad funem, & proiiciuntur in aliquod flumen, & poſtea extrahuntur,& iterum proiiciuntur,& ita plures fit, adeo quòd multoties moriuntur,& aliæ diuerſæ pœnæ imponũtur,prout ſtatuentibus uidetur. Modo quidam blaſphemauit deum, uel ſuos ſanctos, quo caſu uigore ſtatutorũ debet ei puta euelli lingua, uel aliqua alia magna pœna ĩponi,quo remedio poterit uti,ut nõ poſsit puniri pœna illius ſtatuti punientis blaſphemias. Dic quòd cautela eſt, ut inſpiciat an ſit in ciuitate ſtatutum,ut reperitur in multis locis, diſponens, quòd pro criminibus de quibus quis habuerit pacem ab offenſo,imponatur talis pœna:& tunc uideat an illa pœna ſit minor illa, quæ imponitur blaſphemantibus:& ſi ſic, tunc [a] uadat ad confitẽdum peccata ſua, quia habita a ſacerdote abſolutione,& ſic peccatorum remiſsione, intelligitur feciſſe pacem cum deo, qui per blaſphemias principaliter offenditur: ut habetur in d.aut. ut non luxu contra naturam.& iſto caſu, iſte non poterit puniri pœna ſtatuti punientis blaſphemantes,ſed gaudebit priuilegio alterius ſtatuti punientis delinquentes,qui ab offenſo pacem habuerint. ita ſingulariter cõſulendo tradit Bar. in ſuo conſi.clxvij.incip.quòd miniſter fratrum. de pœnitetia. quem referunt & ſequuntur Pet. de Ancha. & Ioã.de Ana.in x.col.in c.fi. de maledi.& Fely.in c.de his.in ij.col. uerſic. iij.fallit.de accuſa.Et ſolennis Doct. & præceptor meus in canonibus do. Philip.Deci.in ſuo conſi.cxxxvij.incip.& diligenter pro tenui facultate mea.in ij.col.uerſ. & cum in iſto delicto principaliter deus offendatur. Et licet iſta cautela prima fronte uideatur praua & malum in ſe continere, uidelicet inſtruere iſtos ſacrilegos blaſphematores ad euadendum pœnam blaſphemiæ, propter quas blaſphemias ueniunt fames,terræmotus, & peſtilentiæ,ut dicit Imperator in d.auten.ut non luxu contra natu.Tamen conſiderans ſi iſta cautela debet practicari, opus eſt quòd committatur illa bona operatio ſcilicet cofeſſio peccatorum,in qua conſiſtit ſalus animarum noſtrarum:idcirco mihi uiſum fuit ipſam tradere.

[a] Tũc uadat. Quæritur utrũ blaſphemus poſsit abſolui a p̃prio ſacerdote. dicit ſecũdũ Panormitan. in c. ſtatuimus. de maledicis. q̃ nõ publice blaſphemãs, ſed epiſcopus. facit gl. i c. ij. de pœnitẽ. et remiſ. lib. vj. ſed ſi occulte, q̃a ſecũdũ Hoſ. tũc nõ p̃tinet ad epiſcopũ. Ego uero intelligo, q̃ eſt caſus epiſcopi: quãdo blaſphemia eſt peccatũ nõ ſimpliciter, ſed quãdo p̃pter publicitate defert ad epiſcopũ. unde dicit Goff. et Ho. q̃ quæ dicũtur ĩ d.c. ſtatuimus. de pœna tẽporali, uel pecuniaria, itelligũtur ſedẽte iudice p̃ tribunali: in iudicio autẽ animæ p̃sbiter diſcretus molliẽdo rigore, diſpẽſare poterit rigore ex cauſa circa pœnã ſp̃uale ſuperiore. xxvj.q.vij. pœnitẽtibus. & hoc ſecũdũ Hoſtiẽ.

## Cautela ad euadendum teſtem falſarium à pœna falſi.

### XXVI.

1 *Delicta impunita remanere non debent.*

2 *Probationes in criminibus, luce meridiana clariores eſſe debent.*

LICET condecens & honeſtum ſit.* quòd delicta non remaneat impunita,ut uulgata l.ita uulneratus. ff.ad l.Aquili. & c.ut fame.cum aliis uulgaribus.de ſen.excom.& licet ſimiliter conueniens ſit,quòd prouincia purgetur malis hominibus, non diſtinguendo undecunq; ſint.ut l.iij. & l.congruit.ff.de offici. præſid. ad hoc,ut boni poſsint uiuere inter malos:ut dicit tex.in c.nõ fruſtra. xxiij. 1
q.v.



q.v.& glo.in c. ad reprimẽdã. de off. ord.attamẽ cõſideras q̃ multoties homines nõ doloſe, ſed inaduertenter delinquunt, & poſito q̃ ſcienter & doloſe aliquãdo delinquãt, tamẽ cõuerſi ad pœnitentiam,fiunt erga deũ iuſtiores,exemplo Petri.ut l.di.fideli. animaduertensq; ſimiliter, quod quamuis proximus in uos peccet,nõ ad uindictam ſumendam, ſed ad ueniam tribuẽdam proni eſſe debemus: arg.c.non inferenda. xxiij.q.iij.& exemplo Chriſti,qui pro iniuriantibus ei orauit.ut habetur in dominica paſſione.cuius Chriſti actio,noſtra dicitur inſtructio.c.ut noſtrum.ut eccleſiaſtica beneficia.ut c.ſignificaſti.de elec.& c.qualiter & quando.el ij.de accuſ. Propterea uideamus,an ſi aliquis teſtis à ſolo notario examinatus deponat falſum, & de falſo accuſetur,& de falſo ſuſpicetur ſe poſſe reprobari,an ſit dare cautelam, quòd poſito quòd de falſo conuinceretur, quòd nihilominus ipſam pœnam falſitatis euadat. Dico ergo quòd cautela eſt, quòd quando contra dictum teſtem de falſitate proceditur,talis teſtis dicat ſe aliter dixiſſe in ſua depoſitione, quàm quod notarius ſcripſerit. formando dictum ſuum taliter, quòd non inſit aliqua ſuſpitio falſitatis: quia hoc modo dato, quòd poſtea ſua depoſitio de falſo conuincatur,attamen ſtante reſpõſione de qua ſupra, non poterit tanquam falſarius puniri, quia licet communis opini.ſit,quòd teſtis dicens ſe aliter dixiſſe, quàm quod notarius ſcripſerit, potius ſtetur ſcripturæ q̃ dicto ipſius teſtis,niſi notarius eſſet perſona ſuſpecta.ut no. Spe.in titul. de teſti.§.j.uerſic. ſed pone ecce iudex.& Inno.in c. cum Ioann.eremita.in glo.tabellioni.de fid.inſtru.do. Anto.& do.Abb.in c.cum dilecti.de accuſa.ubi etiam Ioan. de Ana.in iij. col.uerſi.no.quòd quando aliquis examinatur.& Bal.in c.literas. de p̃ſumpti.& Floria.in l.de ætate.ff. de proba.ubi dixit,quòd per iſtam quæſtionem poteris implere burſam,nihilominus iſtud eſt uerum, & procedit quantum ad probandum in cauſa pecuniaria,ſed quando producitur ſcriptura depoſitiõis receptę à ſoluto notario,ad hoc ut teſtis puniatur de falſo,& ipſe teſtis dicit ſe aliter dixiſſe, quàm quòd in actis contineatur, tũc talis ſcriptura depoſitiõis nõ facit fidem,quòd teſtis dixerit id quod in ipſa continetur. iſtud fuit notabile dictum Specu.in d.§.j.uerſic.ſed pone ecce iudex. & in tit. de inſtr.edit.§. reſtat.uer.ſed quid ſi unus. ubi dixit, quòd omnes Docto.Bononienſes in ſua priuata examinatione ita concordarunt, quòd non credatur tabellioni contra teſtem,quando fuit accuſa- 2
tus:ut ſupra.*quia in criminibus probationes debent eſſe clariores luce meridiana.ut l.ſciat cuncti.C.de proba.canonizata.ij.q.viij.ſciat cuncti. quod dictum approbando ſequitur Ro.dicens eſſe dictum uerum & ſingulare.in l.j.§.fi.de uerbor. obligat. ſequitur do.Abba.in c.ad audientiã. in j.colum.uerſicu.& facit iſte textus ad q.de præſcrip.& in c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum.in fi.de teſti.ubi dicit iſtud dictũ Spe. eſſe multum notandum,Ang.& Imo.in l.j.§. ſi quis neget.ff.quemad.teſta.aper.Imol.in cle.j.de hæret.& ibi do.Card. in §.fi.Saly.poſt Cyn.in l.ſi.quis decurio.uer.pone quod teſtis.C.de fal. Alexa.conſi.lxx.incip.uiſo proceſſu inquiſitionis.in j.col.uerſi.ij. reſpondeo.in j.uolumi.& in conſi.xlix. incipi. uiſis proceſsibus in cauſa inquiſitionis formatæ. quaſi per totum. in ij.uolu.

## Cautela ad euadendum à tortura, confeſſum extraiudicialiter ſe commiſiſſe tale delictum. XXVII.

1 *Delictum ſi quis extraiudicialiter ſe commiſiſſe dicat, an talis confeſſio plene præiudicet, uel indicium ad torturam faciat.*

NAM * ſi quis extraiudicialiter cō- 1
fitetur ſe commiſiſſe tale delictū, communis opi eſt, quòd talis cōfeſſio non plene præiudicet ipſi confitenti: ſed tantummodo contra eum faciat indicium ad torturam. ut habetur per gl. & Bart. in l. capite quinto. ff. de adult. per Bart. in l. quoniam. ff. de infa. per Bal. in l. ictus fuſtium. ff. eo. de infa. per Ange. in l. j. ff. de confeſſ. per Do. de Ro. in ſua deciſ. clxxx. inci. licet confeſſio extraiudicialis. in nouiſ. per do. Abb. & Io. de Ana. in ij. col. in c. de hoc. de ſimo. per Abb. in c. at ſi clerici. in iiij. col. uerſi. ſed quia ſupra facta eſt mentio. de iudi. & per eundem in c. quàm ſit graue. de exceſ. præla. & in c. ſi quis de gradu. de purg. cano. & per Ro. in conſi. vij. incip. uiſis neceſſariis in facto propoſito. quibus locis cōcluditur, quòd talis confeſſio extraiudicialis, non facit plenā probationem contra confitentem, ſed bene indicium ad torturam. Tu autem qui debes poni ad torturam, uigore confeſſionis extraiudicialiter factæ de aliquo delicto a te perpetrato, ut ſæpiſsime contingit nis quibus fumat caput, & qui nimmopere gloriantur commemorare ea quę fecerunt, & nō fecerunt, ſi uis euadere ipſa tormenta, cautela eſt, quòd antequam ponaris ad torturā, reuoces ipſam confeſsionem: quia talis reuocatio, etiam non docto de aliquo errore, impedit ipſam torturam. ita ſingulariter dixit Bal. in l. unica. in ult. col. uer. ite dicit Inn. C. de cōfeſſ. dicens, quòd aduocatus ipſius rei debet eſſe cautus, ut faciat reuocare ipſam confeſsionem, etiam aliter non docto de errore, quia hoc modo impediet ipſam torturam. quem refert & ſequitur do. Iaſ. dicens, not. perpetuo iſtud dictum in practica, quia hoc modo poteris euadere amicum à tortura. in l. magiſtratibus. in ij. col. uerſi. ij. ſingulariter limita. ff. de iuriſ. om. iud. ſequitur Fely. in c. olim. in ij. col. uer. ſecundus niſi reuocet. de reſcrip. & in d. c. at ſi clerici. in vj. col. uer. ij. reſtringe niſi confeſſus. de iud. & in c. de hoc. circa pri. de ſim.

## Cautela pro clerico declinanti iuriſdictionem poteſtatis, ut euitet pœnam ſtatuti punientis clericum declinantem. XXVIII.

1 *Priuilegium fori, clericis conceßum de iure diuino eße dicitur.*

2 *Litigare nolle aliud eſt, & aliud litigare non poße.*

3 *Iudex eccleſiaſticus iudici laico inhibens, an partem citare debeat.*

PROVISVM reperitur multoties per ſtatuta locorū, quòd aliquis non poſsit ſub pœna declinare forū domini poteſtatis, etiam ſi eſſet clericus: quod quidem ſtatutū licet quantum ad clericos indubitater non ualeat, iuxta ea quę habentur in aut. caſſa & irrita, de ſa. ſan. eccleſi. & in c. nouerit. de ſen. excom. * nā priui- 1
legiū fori cōceſſum clericis dicitur eſſe de iure diuino. ut xcvj. diſt. ſi imperator. & no. do. Abb. in c. ſolitæ. in vj. not. de maio. & obe. & pulchre Oldr. in cōſi. xxxiij. inci. an epiſcopus poſſit declinare forum. & per conſequēs nō poſſet etiam per ipſum Papam tolli, quia nec ipſe poteſt tollere ius diuinum, ut xxv. quæſtio. prima, ſunt quidā. quia inferior nō poteſt tollere legem ſui ſuperioris. ut c. cum inferior. de maiori. & obe. & cleme. ne Rom



Romani. de elect. hinc eſt quòd concludunt Dominī. de Rota. in ſua deciſ. 840. incipient. utrum ualeat conſuetudo Anglica. in anti. quòd ex cōſuetudine quanquam uetuſtiſſima non poteſt rex Angliæ acquirere iuriſdictionem in clericos, quia ius diuinum repugnat: nam grauiter in deum præuaricat, qui hoc modo iuriſdictionem ſuā uſurpat. ut xciij. diſtin. relatum. unde talis cauere debet ne a domino flagelletur, ſicut ille rex Oſias, qui legitur lepra fuiſſe percuſſus, quia officium ſacerdotij uſurpauerat. ut habetur lib. Parali. c. xxvj. & tranſumptiue. ij. q. vj. §. ſed & notandum. Tamen quia iudices ſeculares aliquando de facto mandant tales pœnas executioni, etiam contra clericos, ut dicit Gemi. in c. ſi iudex laicus. in princip. de ſentent. excom. in vi. & domi. Abba. in c. ſi diligenti. in fin. de for. compe. propterea uideamus an ſit dare cautelam, quòd licet clericus declinet, tamen nō cadat in pœnā prædicti ſtatuti. Dico ergo ꝙ cautela eſt, ꝙ clericus cōpareat corā iudice ſeculari, & nō declinet, ſed dicat non poſſum coram uobis reſpondere, quia habeo decretalem, ſi diligenti. extrà de for. compe. inhibentem & punientem clericum, litigantem coram iudice ſeculari, alias libenter reſponderem: quia hoc modo euitabit pœnam ſtatuti. ita originaliter uoluit Iacob. But. in aute. ſtatuimus. de epiſc. & cle. cum quo tranſit Pet. de Ancha. in c. ſeculari. in ulti. no. de fo. compe. in vi. & quem ſequitur Alberi. de Roſa. in ſuo opere ſtatuto. in quarta part. quæſtio. lxxv. in fin. incipien. exiſtente poteſtate. ubi dicit, quòd Iac. But. dicebat in d. aute. ſtatuimus. quòd cum iſtud ſtatutū eſſet Bononiæ, conſulebatur clericis, quòd ita deberent facere. & licet Io. de Ligna. in d. c. ſi diligenti. quem ſequuntur Ant. de But. & do. Abb. in fi. dicat. quòd iſta cautela forte nō prodeſſet, cū effectualiter declinet, quia non refert an aliquid fiat uerbo, uel facto. ut c. ex parte. el ij. de appellat. quia ad hoc reſpondet Bal. in d. aute. ſtatuimus. & Alber. in loco ſuperius
2 allegato, * quòd aliud eſt nolle litigare, & aliud non poſſe litigare. allegant l. ab adminiſtratione. C. de leg. & l. cum filius. §. non uidetur. de leg. ij. quæ optime probant. Secunda cautela eſt, quòd clericus compareat in habitu & tonſura, & dicat, offero me paratum coram uobis litigare dummodo poſsim. ita uolunt Ange. & Imo. in l. iiij. ff. de acqui. hære. Bald. in d. aut. ſtatuimus. uerſic. ſecus tamen. & idem Bald. in l. filius. uerſic. tunc etiam quidam declinant. ff. de his qui ſunt ſui, uel alie. iur. dicens, quòd clericus comparendo in habitu & tonſura, non dicitur forum declinare, ſed forum declinat eum, & ſic iſta eſt declinatio paſsiua, & non actiua: quia lex eſt illa quæ declinat. quod eſt bene notandum ſecundum eum, ſubiungens, quòd ſimilis intelligendi figura habetur in gloſſ. j. qui indignus. ff. de ſenato. adde tu ſimiliter ad hoc bonum tex. in c. fin. de uita & hone. cle. Tertia cautela eſt, & iſta eſt tutior, quòd clericus non declinet, ſed faciat, ut iudex eccleſiaſticus cū ſuis inhibitionibus ratione ſui intereſſe, eum reuocet, ſicut dicimus in domino feudi, reſpectu uaſalli. ut cap. ex tranſmiſſa. de iudi. iſtam cautelam tradit Bartol. in l. pe. §. ad crimen. in iij. columna. uerſicul. item oppo. de l. Lucius. ff. de public. iudi. & in l. ſecund. C. de accuſat. quem ſequitur dom. Abb. in dict. c. ſi diligenti. in fin. & do. Ant. in c. ueniens. de accu. Bal. in auten. ſtatuimus. ubi dicit, quòd

quòd iſtud eſt menti tenēdū, & quòd ita uidit practicari in palatiis, quia non eſt in poteſtate clerici obuiare, quòd epiſcopus officio ſuo eum nō aduocet: per no. in c. ſi iudex laicum. de ſen. excom. in vi. & hanc cautelam ſimiliter docet Gemi. nihil allegans in d. c. ſi iudex laicus. in princ. dicens nota practicam euadendi pœnam ſtatutorū, quæ ſunt in ciuitatibus Italiæ, imponentiū pœnam declinantibꝰ iuriſdictione iudicis laici: quæ ſtatuta quādoq; de facto extēdūtur ad clericos. Nam practica eſt, ne ipſe clericus declinet, ſed iudex eccleſiaſticus ex officio eum repetat, quod poteſt: nam aliud eſt, clericū opponere incompetentiam iudicis laici, & aliud, quòd ipſe clericus repetatur à iudice eccleſiaſtico. ſequitur do. Iaſ. ubi Alex. diffuſe loqtur in l. ab adminiſtratione. C. de lega. ſubiungens ibi d. Iaſ. unum, de quo facit magnum feſtum, quòd licet aliàs habeamus, quòd quādo epiſcopus, uel iudex eccleſiaſticus inhibet iudici ſeculari, quòd talis inhibitio non ualeat, niſi parte citata: ut cōſulendo tenuit Pet. de Anch. in conſi. mihi cxxxiiij. inci. caſus talis eſt poſt præceptum factū. & Lauren. de Rodol. in ſuo tract. de uſur. q. cxxxj. Aret. in conſi. xx. incip. in quæſtione & cauſa Bernabæ inquiſiti. in pe. col. uer. circa ſecundum. & Alex. in conſil. ix. incip. præſtantiſsime Doct. in iiij. uolu. & Alex. in l. iiij. §. condemnatum. ubi dixit hanc eſſe communem opi. ff. de re iudi. cum cōcord. de quibus per dom. Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. in vij. colū. uer. viij. fallit. ff. de off. proconſ. & lega. tamen ſtante ſtatuto de quo ſuprà punienti clericum declinantem, ſi iudex eccleſiaſticus officio ſuo inhibebit iudici ſeculari, ne cognoſcat in cauſa talis clerici, ſed eam remittat ad ſe cognoſcendam & terminandā, non erit neceſſe citare partem in huiuſmodi inhibitione mittenda. allegat ita notabiliter tenere Bal. ubi ita in effectu tenet poſt Archi. in loco ꝑ eū allega. in l. presbyteri. in ij. col. uer. ij. quæro hic. C. de epiſc. & cleri. & licet do. Iaſ. extollat multum iſtud dictum, tamen aliàs haberem ipſum pro claro, dato, quòd non eſſet autoritas Arch. & Bal. de qua ſuprà. & hoc per illam diſtinctionem, quæ fit in iſto paſſu,* an iudex eccleſiaſticus inhibens iudici laico, debeat citare partem. Nam communiter concluditur, quòd aut inhibet ad inſtantiam partis, & tūc debet requirere aliam partem. aut inhibet ex ſuo officio, ut in caſu noſtro, & tunc ſecus: prout conſulendo tenet Fede. de Sen. in ſuo cōſi. ccc. incipi. factum tale eſt, debitor promiſit. & late Laurent. de Rodol. in loco ſuperius allega. Doctor. in c. tuam. de or. cogni. ſenſit expreſſe Alexand. in præallega. conſi. ix. incipi. præſtantiſsime Doctor. in iiij. uolumi. & in conſil. xcj. inci. uiſis actis mihi tranſmiſsis. in iij. col. uerſi. iij. moueor. in ij. uolum. propterea dixit Inno. in c. ad aures. de temp. ordi. quòd uani capitis eſſet. qui diceret prælatum non poſſe præcipere ſine cauſæ cognitione, & maxime de his quæ pertinent ad officium ſuum: allegat vij. q. j. quia frater.

## Cautela pro impetrante priuilegium exemptionis pro ſe, & deſcendētibus ſuis, ut tale priuilegiū circa perſonas ſit amplum. XXIX.

1 *Princeps an ſi alicui immunitatem et exemptionem pro ſe, & deſcendentibus ſuis, tam maſculis quam fœminis conceſſerit, talis immunitas etiam ad filias maritatas extendatur.*

Iura

2 *Iura ſanguinis, nullo ciuili iure dirimi poſſunt.*

3 *Mulier innupta de agnatione, & ſui patris familia dicitur.*

4 *Statutum ſi diſpoſuerit, quod forenſis non poſsit acquirere bona immobilia in ciuitate, nec diſtrictu, an tali ſtatuto non obſtante, filia extra territoriū maritata, bona immobilia acquirere poterit.*

DVM Venetiis una uice pran-
derē cum magnifico & equi-
te aurato, domino Paulo Triuiſa-
no quondam noſtro poteſtate Bri-
xiæ, cuius anima nunc requieſcat in
1 pace: interrogauit me, dicens:* an ſi
princeps concedat alicui immunita-
tem, & exemptionem pro ſe & de-
ſcendentibus ſuis, tā maſculis quam
fœminis: nunquid talis immunitas
extendatur etiam ad filias maritatas.
Reſpondi, quòd iſtam quæſtionem
non memineram uidiſſe in termi-
nis: ſed tamen quod loquendo ab
improuiſo abſque reuolutione char-
tarum, tenebam duplici ratione, ꝙ
ſub tali priuilegio immunitatis in-
cludantur etiam filiæ maritatæ. Pri-
ma, quia priuilegium principis di-
citur beneficium ipſius principis, ut
declarat Bart. in l. j. in j. col. ff. de con-
ſtit. princ. quòd beneficium princi-
pis latiſsime eſt interpretandum,
quando tractatur de damno tantum
modo ipſius principis, ut in caſu no-
ſtro, ut d. l. j. de conſtitut. princ. & c.
cum dilecti. cum ibi not. de donat.
Cum ergo in priuilegio dicatur pro
ſe, & deſcendentibus ſuis, tam ma-
ſculis quam fœminis, quod uerbum
fœminis eſt aptum comprehendere
etiam maritatas: ſequitur dicendum
quòd iſte intellectus, ut comprehen-
dat etiam maritatas, debet ſumi. Se-
cundā ratione diceba eſſe, quia licet
matrimonium trahat mulierē ad ori-
ginē uiri, ut l. mulieres. C. de incol.
lib. x. & ut not. Bald. in rub. ff. ſol. ma.
circa prin. & in l. ij. in fi. C. de iuriſd.
omn. iud. & ſimiliter per ipſum ma-
trimoniū mulier ſequatur forum ui-
ri. ut l. ea querela. ij. ff. ad muni. & l.
exigere dotē. ff. de iud. & l. cum quę-
dam puella. cum ibi not. ff. de iuriſd.
om. iud. Tamen propter hoc non ſe-
quitur, quominus non dicatur, & ſit
2 de deſcendentibus:* quia iura ſangui-
nis nullo iure ciuili dirimi poſſunt.
ut l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. & l.
ius agnationis. ff. de pa. mulier enī
per matrimoniū tranſit in poteſtatē
mariti quoad tria: ſcilicet, quoad re-
ſidentiam, quoad operas, & quoad
debitū carnis: in reliquis remanet in
poteſtate patris, ut dicit Bart. in l. ſi
uxore. poſt glo. ib. C. de cond. inſer.
de quo etiā aliquid per eundē Bald.
in l. j. C. de bonis quæ lib. & etiā per
Bar. et melius per Paul. de Caſt. in l.
3 rei iud. §. ſocero. ff. ſol. ma. *Nam
mulier licet ſit nupta, nihilominꝰ di-
citur de agnatione & familia ſui pa-
tris, ꝑut no. Bal. Paul. de Ca. d. Iaſ. &
Phil. Cor. in l. uoluntas. per tex. ib. C.
de fideicō. & Socy. in ſuo cōſi. ccxx-
vij. incip. præſens cōſultatio pulchra
eſt & ſubtilis. in vij. col. uerſ. circa ſe-
cundā quęſtionē uidebatur cōcludē-
dū. & idē Socy. in cōſi. xl. inter cōſi-
lia Frā. de Cur. incip. cū in præſentia-
rū de interpretāda. in ij. col. uerſ. itē
eſt una de ſucceſſoribꝰ ab inteſtato.
imò quod eſt plus, fœmina per ma-
trimoniū nō ſolū nō ꝑdit agnationē
& familiā patris, uerū etiā nō ꝑdit ci-
4 uilitatē:* idcirco ſtāte ſtatuto, ꝙ fo-
renſis nō poſsit acqrere bona immo-
bilia in ciuitate, nec diſtrictu, tamen
tali ſtatuto nō obſtāte, filia extra ter-
ritoriū maritata poterit acqrere bo-
na immobilia: quia per ipſum matri-
moniū nō deſinit eſſe ciuis ſuæ ciui-
tatis, & nō iudicatur ꝑſona forenſis.
ut notabiliter determinat Bar. in l. fi.

Mm §. pen

ſ.pe.ff.ad municipa.& Pau.de Caſt.
in d.l.rei iudicatæ. ſ.ſocero.ff.ſolu.
mat.& Fely.in ca.j.de ſponſa.& Ale.
in conſi.xx.incip.uiſo proceſſu cau-
ſæ uertentis inter Catherinam.in fi.
in ij.uol.niſi tale ſtatutũ reqreret ali
quam actualitatẽ facti,puta quòd di-
ceret.quod nullus forenſis poſsit ac
qrere bona immobilia, niſi in ciuita
te ſuſtineat onera & factiones: quia
tunc tale ſtatutũ bene excluderet fi-
liam extra territoriũ nuptam. & ſo-
lenniter cõſuluit do.Card.in conſil.
cxxw.incip. Titius ciuis Feltrenſis.
per totũ, & ſic dicebã per iſtas duas
rationes ſuccinctè ei adductas, priui
legiũ de quo ſuprà includere etiã fi-
lias maritatas. Tunc ſua magnificen
tia dixit, quòd libẽter ſciuiſſet quid
uellet diſpoſitio legum noſtrarum,
quia tunc de facto iſta quæſtio pen-
debat coram ſereniſsimo domino,
appellatione hæreditatis, quia tunc
non uenit emphyteoſis ſecundum
prædictos.unde dixit no.Bar.in l.itẽ
uidendum. §. ſin.ff.de peti. hæredi.
3 Dy. conſuluiſſe, * quòd ſi frater fe-
cit quietationẽ generalem fratri de
omni eo,& toto quod petere poſſet
in hæreditate paterna,quòd propter
hoc nõ prohibebitur petere partem
ſuam feudorum,& rerũ emphyteo-
ticarum. quam deciſionẽ ibi ſequun
tur Bal.& Ang. & Bal.in l.j.in j.q.ff.
de re.diui.& in auten.ſi quas ruinas.
in iij.col.de ſacroſan.eccl.& late Al-
be.de Roſ.in l.tres fratres.ff.de pac.
ubi recitat totũ illud conſiliũ Dy.&
de qua etiã meminit Alex.in conſi.
xix.incip.ſuper eo de quo quæritur.
in j.col.in v.uol.de cuius tamen ue-
ritate habetur per Bal.in l.cum uirũ.
circa fi.C.de fideic.& per Doct. ma-
xime per Alexã.in l. ſi patroni. ff.ad
Treb.& per do.Iaſ.in prælu.feud.in
xvj. col.uerſi.an autem feudum peti
poſsit.& iſta non ſunt obliuioni tra-
denda, quia quamplures faciliter er
rarent , hoc non ꝑpedentes, & aliàs
hic Paduæ iſta q.fuit uentilata, in qua
interuenerũt famoſiores Doctores
totius gymnaſij , & tandem propter
autoritatem Spec. & do.Iaſ.fuit iudi
catum contra quendam, qui nõ ob-
ſtante renunciatione facta de bonis
paternis , per uerbum bonis , uole-
bat uendicare certam emphyteoſim
acquiſitam à patre ſuo pro ſe & fi-
liis ſuis.

## Cautela ad faciẽdum,quod currat præſcriptio cum mala fide. XXXVIII.

1 *Præſcriptio aliqua ſiue xxx. ſeu xl. annorum,de iure canonico non currit.*
2 *Statutum an ualeat,quòd qui non petierit creditum ſuum intra tale tempus, puta intra decennium,amplius petere non poſſit.*
3 *Fid.mala defuncti taliter hæredi nocet,*
*quòd*

*quòd nunquam etiam ex perſona ſua præſcribere poßit.*

4 *Fides mala eſſe non poteſt, ubicunque utriuſque partis conſenſus fuerit.*

5 *Pœnæ de iure canonico peti poßunt.*

a Quod nũquam poteſt præſcribere.

*An malæ fidei poßeßor etiam per longißimũ tempus de iure ciuili præſcribat, cum de peccato agatur, et ſeruari debeat ius canonicum. uide per domi. Alexã. de Imo. in conſ. xxxiij. in iij. uol. conſiliorũ ſuorũ. Et an mala fides autoris noceat ſingulari, uel uniuerſali ſucceßori, per eundem d. Alex. in alio ſuo cõſ. iiij. ſecundæ partis, circa prin. Sed an mala fides defuncti noceat hæredi exiſtenti in bona fide, ut ex ſua perſona præſcribere uolenti. dic, quod non. uide per eundem do. Alex. in conſil. xcix. in quarta parte. de iure tamẽ canonico, aliud eſt ꝓpter materiã peccati, cũ in dubio tenẽda ſit opi. per quam peccatum tollitur. c. iuuenis. de ſpon.*

EXPLORATI* iuris eſt, ꝙ hodie de iure canonico aliqua prę- 1
ſcriptio ſiue xxx. ſiue xl. annorum, non currit cum mala fide. ut habetur in c. uigilanti. & c. ſi diligenti. & c. fin. de præſcrip. & in regula poſſeſſor. de regu. iur. in vi. diſpoſitio cuius iuris canonici habet locum etiã in foro ciuili, quia omnia iura ciuilia diſponentia præſcriptionem aliquam currere cum mala fide, ut l. omnes. & l. ſicut. de præſcrip. xxx. uel xl. ann. hodie de iure canonum ſunt correcta, prout tenent gloſſ. Innoc. d. Anto. Imo. Panor. & alij in d. c. fin. de præſcript. ut tenent Ang. & Imo. in l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. gloſſ. in d. regula. poſſeſſor. Bald. in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demon. Alexand in conſi. clxxxv. incip. uiſo titulo quæſtionis. in xij. colum. uerſi. uenio ad ſecundum dubium. in ij. uolu. & in conſi. xxxiiij. incip. uiſo proceſſu cauſæ. in j. colum. in iij. uolu. & iſtud procedit nõ ſolum in actionibus realibus, uerum etiam in perſonalibus, prout tenent omnes in locis ſuperius allegatis, reprobata opin. Bar. in d. l. ſequitur. §. ſi uiam. ff. de uſucap. hinc eſt, quòd communis opin. ſcribentium eſt,* quòd ſi in ciuitate extet ſtatutũ 2
diſponens, quòd qui nõ petierit creditum ſuum intra tale tempus, puta intra deceniũ, quòd amplius ipſum non poſsit petere, quòd tale ſtatutũ non ualet tanquam nutritiuum peccati, prout tenet Bar. in l. omnes populi. in iij. quæſt. princip. uerſic. ecce alia dicit ſtatutum. ff. de inſti. & iure do. Ant. & Panor. in c. cura paſtoralis. de iure patr. Pet. de Ancha. in conſi. v. incip. pro parte nobilis uiri domini Ruberti Maureceno. uerſicu. iſtud eſt pulchrum dubium. Ro. in ſuo conſi. cij. incip. ſuper eo quo primo quæritur. cum aliis concor. traditis per Alex. in conſ. clxxxv. incip. uiſo titu. quæſtionis. in xij. col. uerſ. quinimo ſtatutum. in ij. uolum. licet Cuma. credo cauſa ingenij ſui demonſtrandi, teneat contrarium, & male in ſuo conſilio lxvij. incip. ſtatuto ciuitatis Vicentiæ. imo quod eſt plus, ſi hæres bona fide præſcripſiſſet debitum ſui defuncti, tamen nõ poſſet ſe tueri ex perſona ſua ex diſpoſitione dicti ſtatuti,* quia mala 3
fides defuncti nocet hæredi taliter, quòd nũquam poteſt a præſcribere, etiam ex perſona ſua. ut not. d. Abb. poſt Anto. de But. in d. c. ſi diligenti. de præſcript. in v. colum. uerſicu. ſed circa prædicta mouet dominus Anto. dubium quotidianum, ubi dicit iſtud eſſe bene notandum. uoluit idem Abb. in c. nihil. in j. colum. eod. titu. Pau. de Caſt. in l. iij. §. hæres. ff. de uſucap. Rom. in conſi. xiij. incip. concluſionẽ prædict. Doct. ubi dicit opin. Dyn. qui tenuit contrarium in regula, poſſeſſor. de regu. iur. in vi. eſſe falſam. Alex. in conſi. iiij. incip. uideretur, inſpectis his quæ in themate ſupraſcripto proponuntur. in ulti. colum. in ij. uolu. ubi dixit iſtam eſſe communem opi. cum aliis concor. de quibus per Fely. in d. c. ſi diligenti. in iij. col. uerſi. contra opi. famoſam ipſe Dyn. ubi dixit, quòd iſta eſt communior ſentẽtia, & ꝙ pauci ſunt qui recedunt ab ipſa, & cũ aliis, de quibus etiam habetur per domi. Iaſ. in l. Pomponius. §. ſi quis adminiculo. ff. de acqui. poſſ. quia hæres tenetur exonerare animam ſui defuncti. ut c. ſi. de ſepul. & in c. literis. de rapto. qđ aliter fieri non poteſt, niſi debito ſatisfaciat. & ita in terminis

præ



prædicti ſtatuti tenet Alex. in conſi. ij. incip. uideretur pro deciſi. hæſitationis. in v. col. uerſicu. quinimo dato ꝙ etiam lapſi eſſent anni triginta. in v. uolu. licet Paul. de Caſt. de quo ipſe non meminit in terminis ipſius ſtatuti, teneat contrariũ, per rationẽ, de qua ibi per eum, in l. ſi quis ſub cõditione. in fi. ff. de condi. inſtit. & in d. l. ſequitur. §. ſi uiam. quaſi circa fi. ff. de uſucap. & in conſilio cxc. incip. hæreditas dictæ puellæ, ſed prima opi. eſt cõmunior. Modo uideamus an ſit dare cautelam, ꝙ tale ſtatutum de quo ſupra, ualeat, & ſic ꝙ poſsit currere præſcriptio cũ mala fide Bal. in dicto c. ſi. in ij. col. uerſi. ſi quis tamen uellet facere. de præſcript. tradit unam cautelam, uidelicet ꝙ fiat ſtatutum generale, ꝙ omnia ſtatuta loquẽtia de præſcriptione, habeãt uim contractus, & cõſenſus utriuſq; par-
4 tis: * nam ubi eſt cõſenſus utriuſque partis, ibi nõ poteſt eſſe mala fides: ut l. nõ fraudatur. ff. de reg. iur. & per hoc dicit ipſe, quòd anima & uoluntas ciuiũ, & bonũ publicũ conſeruatur: ſubiungens, quòd iſtud conſiliũ eſt de ingenio ſuo. & iſtam cautelã reaſſumpſit Bartho. Veronen. in ſua cautela xlvj. incip. uidimus. ſed eã reprobat Barb. in d. c. ſi. prout ibi refert Fely. in iij. col. Tu autẽ accipe tres alias, per quas poterit fieri, quòd ualeat ſtatutum diſponẽs, quòd qui nõ petierit creditum ſuum puta per decenniũ, illud amplius petere nõ poſſit: & ſic quòd currat præſcriptio cũ mala fide. Prima eſt, quòd fiat ſtatutũ, & incipiatur à præcedẽti monitione, dicendo monemus omnes creditores & dominos, ut agant intra tantũ tẽpus, alias priuamus eos ſuo iure: quia hoc modo ſublata erit omnis obligatio, & iſto caſu non exigitur bona fides debitoris, ſed mora creditoris: ita dicit Bald. in c. debitores. de iureiu. dicens ꝙ iſtud eſt ualde not. quia ſecundum eum, aliud eſt in ſimplici præſcriptione, ubi præſcribitur facultati agẽdi, & aliud in monitione. Secunda cautela eſt, quòd fiat ſtatutũ, quòd qui nõ petierit creditum ſuum intra tantũ tempus, intelligatur feciſſe pactũ de non petendo, uel intelligatur liberaſſe debitorem per acceptilationem, uel in effectu ſibi eſſe ſolutũ: quia hoc caſu omnis obligatio ciuilis, & etiam naturalis, ſaltem quo ad effectũ, intelligitur ſublata: & ſic non poterit ad eccleſiam recurri per uiã denunciationis euangelicæ. ita notabiliter tradit Bald. in c. j. §. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. contro. in iij. col. uerſi. ſed quæro nunquid ſtatutum poſsit tollere naturalem obligationem: cum quo tranſit domi. Abb. in rubr. extra de præſcriptio. Tertia cautela eſt, quod fiat ſtatutũ dirigens uerba non in debitore, ſed in creditorem, uidelicet quòd creditor non petens creditum ſuum intra tale tempus, cadat ab actione. ſicut dicunt iura, quòd qui non utitur ſeruitute ruſtica, uel perſonali per longũ tempus, perdit eam: nam iſto caſu, ſi creditor nõ petet intra illud tẽpus à ſtatuto limitatum, nõ poterit amplius petere, nec ad eccleſiam recurrere: non ex iſto reſpectu, quia debitor dicatur proprie præſcripſiſſe, ſed quia creditor mulctatur ab ipſo ſtatuto hac pœna, ꝓpter negligentiã ſuam in petendo, & ſic talis pœna debet cedere lucro debitoris. iuxta l. id quod pœnæ. ff. de ſolu. conſtat enim, quòd ſtatutũ poteſt afficere ſibi ſubiectum, & infer-
5 re ei pœnam: ergo debitor non peccat allegando pœnam ſtatuti, * quia etiam de iure canonico pœnæ poſſunt peti. ut not. in c. conſtitutus. & in c. tuam. de pœn. & in c. dilecti filij. de arbit. ita eleganter uoluit Paul. de

Nn Caſt.

Caſt.dicens iſtud putare uerum ſicut Euangelium.in dicta l.ſequitur. §. ſi uiam.in fin.ff. de uſucap. & in l.hæc autem iura.ff.de ſerui.urba.præd. Et ſic habes tres cautelas, ad faciendum quòd præſcriptio currat etiam de iure canonico cum mala fide. Sed contra iſtas tres facit ſolene dictum Bal. in auten.ad hæc.in iij.col.uerſiculo, ſed ponamus quòd ſtatuto cauetur. C.de uſur.& in c.contingit.in prima col. de dolo & contuma. ubi dixit, quòd autoritas ſtatuti non poteſt eneruare naturalem actionem, & ipſam ueritatē,& loquatur per quæcunque uerba uult loqui,ſiue diſponendo, ſiue fingendo, non poteſt ipſam ueram iuſtitiā abolere, in qua fundatur euangelica denunciatio. allegat no.per Innocentiū.in c.quę in eccleſiarum.de conſtitu.& in c. quia pleriquе.de immu.eccle.& per Bart. in extrauag. ad reprimendū. in uerbo,ad denunciationem. uerſicu.ſed quid de obligatione qua tollitur pręſcriptio. Vnde ſuper hoc cogita: quia idem Bald.in hoc ultimo tenuit contrarium,in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in fin.de conſtitutio.

## Cautela ut dicens alicui uerba iniurioſa,euitet actionem iniuriarum. XXXIX.

1 *Actione iniuriarum agi poteſt contra illum, qui alicui iniuriatus eſt: quia iniuria tripliciter fit,ſcilicet uerbo,re, & libello.*

SI QVIS *dicit alicui uerba iniurioſa, certum eſt, quòd contra ipſum poteſt agi actione iniuriarum: quia iniuria fit tripliciter: uerbo, re, & libello:ut l.j. §.iniuriam. iuncta l. lex Cornelia. §. ſi quis librum.ff. de iniur.& §.iniuria. inſtitu.co. & nor. [illegible]70.in ſumma.eo.titu.adeo ꝙ ſi ali[illegible]iſſem uerba contumelioſa, & 1

ille prouocatus ſimiliter dixiſſet mihi, tamen cōtra eū potero agere actione iniuriarum, & ſimiliter ipſe cōtra me: quia non admittitur compenſatio:ut not.do.Abb.in c.dilecti filij. quaſi circa fi.de except.& in c.olim. in ij.col.uerſi.hinc dicit Spec.de reſcript.& in c.intelleximus.in fine.de adulter.& in c.j.circa princ.de iniur. licet Specul. tenuerit contrarium in tit.de accu.uerſi.quid ſi uocaui te latronem.quem refert & ſequitur Angel.de Aret.in ſuo tract.de maleſi. in uerbo, uerba contumelioſa & iniurioſa.uer.quid ſi aliquo dicto.& Ioā. de Ana. in c.ſignificaſti. el ij. in ulti. col.uerſic.quærit etiam ibi Ange.extrà.de homi.ſed intelligendum eſt dictum Specu.ſecundum ea quæ tradit Fely.in dicto c.dilecti filij.in v.col. uer.prouocatus delinquēs non excuſatur.extrà de except. Tu autem qui dixiſti alicui uerba iniurioſa, ſi uis euitare actionem iniuriarum, cautela eſt, ut antequam recedas ab illo loco ubi dixiſti dicta uerba, dicas uerſus iniuriatum, quòd id quod dixiſti erga ipſum,falſum eſt, quòd te pœnitet dixiſſe: quia reuocatio, uerborum iniurioſorum dictorum ſiue ex iracundia,ſiue ex propoſito, facit ceſſare actionem iniuriarum,ita notabiliter dixit Ange.in l.ſi non cōuitij.C.de iniur.quem refert & ſequitur Felyn. in d.c. dilecti filij.in ulti. col. uerſicu. dixit etiam notabiliter Angel.& Lanfran.de Oriano,appellans tale dictum ſingulare.in repe.c. quoniam contra.de proba.in uerbo, confeſsiones. circa principium.

## Cautela ad faciendum, quod aliquis ſit idoneus teſtis in cauſa, ex qua reſultet ſibi commodum. XL.

1 *Teſtis deponens in cauſa, ex qua ſibi commodum reſultaret,non tenet.*





1 TESTIMONIVM *teſtis deponentis in cauſa ex qua reſultaret ſibi cōmodum,non tenet: quia quis non debet eſſe teſtis in cauſa propria:ut l.nullus idoneus.ff.de teſti.& l. omnibus. C. eodem. & c.teſtes. §.nullus.iiij.quæſtione iij.& clarius in c.biduum. §. palam.ij. quæſt. vj. Tu autem qui habes deponere in aliqua cauſa ex qua reſultet tibi commodum, ſi uis ad aliquem tuum finem, quòd non obſtante exceptione commodi dictū tuum ualeat, cautela eſt ꝙ in depoſitione tua proteſteris, quòd non intendis ex hoc teſtimonio aliquod ius quærere: quia uigore iſtius proteſtationis teſtificatio tua ualebit. ita docet Io.de Ana. in c. cum in diœceſi. in ij. columna, uerſiculo, & ſic poteſt colligi cautela.extrà de uſur. Dicens iſtud fore dictum Baldi, & ita fuit in l. dictantibus.uerſiculo, item facit ad aliam quæſtionem.C.de teſta. quam opin. etiam tenuit Angel. in ſuo conſilio cclxxv. incipiente, thema ſuper quo conſilium petitur.in ultima colum. uerſiculo, & maxime hoc caſu ſi uerum eſt,& c.& ſimiliter iſtud dictum Bald.retulit & ſecutus eſt Felyn.in c. perſonas.in fi.de teſti.

## Cautela pro patre ad relinquendum filio ſpurio. XLI.

1 *Statutis diſponi non poteſt,quòd pater filio ſuo ſpurio aliquid relinquere poſſit.*

2 *Contractus celebratus inter patrem & filium titulo oneroſo,an ualeat.*

3 *Confeſſio emanata inter perſonas prohibitas actum facere, ſuſpecta eſt.*

4 *Confiteatur ſi pater in teſtamento ſe habuiſſe & recepiſſe centum a filio ſuo ſpurio, quo caſu talis confeſſio ualeat.*

5 *Confeſſio mariti, quod emerit fundū de uxoris pecunia, quo caſu ualeat.*

6 *Confeſſio facta per patrem, quòd habuerit pecuniam à filijs ſuis, quo caſu ualeat.*

DOCTORES conantur inuenire modum & uiam, quomodo pater ſi non per directū,ſaltē per indirectum poſsit aliquid relinquere filio ſuo ſpurio: quo caſu Bartholemæus Cæpol.in ſuis cautelis,cautela xxxviij.incipiē.nunc uideamus. enumerat xij.cautelas, quæ quaſi omnes non procedūt: ut ibi per eum: quibus adde duas,per quas filius ſpurius poterit cōſequi de bonis paternis:prima eſt, ꝙ pater uedat ei partē aliquā bonorū ſuorū, & palàm recipiat actualiter preciū, quod preciū ad libitū ſuū poterit ei poſtea clàm reſtituere:quia licet pater nō ualeat aliquid relinquere filio ſpurio, ut eſt text.in §.pe,in aut.qui.mo.natu.effi. ſui.& text.in aut.licet.in fi.C.de natu.lib.& in aut.ex cōplexu.C. de inceſt.nup.& ponit Bar.in l.ſi gener.ff. 1 qui.ut indig.*adeo ꝙ per ſtatuta nō poſſet diſponi,ꝙ pater poſſet relinquere filio ſuo ſpurio : prout tenent Barr.Bal.Paul.de Caſt.& alij in l.teſtamēti factio.ff.de teſta.ubi Imo.& do. Lācilo.Decius dicūt iſtam eſſe cōmunem opi.quam etiā conſulendo ſecutus eſt Fede.de Senis in ſuo conſilio cclxxv.inci.caſus talis eſt, ſtatuto cauetur ꝙ filius ſpurius. & quam ſimiliter conſulendo tenuerūt ſolennes Docto.do. Iaſ.& do.Paul.de Butrig. & do. Recupe. de Sancto Miniato: ut apparet in ſuis conſiliis poſitis poſt dictum cōſi.Fede.licet contrariam opi.tenuerit Cal.in cōſi.pe.poſito ſub rubri.de conſti.tamen pater nō prohibetur filio ſpurio uendere, nec aliū contractū oneroſum cū eo celebrare, niſi talis contractus fuiſſet factus in fraudem:alias ſecus.& in fraudē intelligeretur factus, quando interueniſſet tātūmodo cōfeſsio de receptione precij:per ea quę habetur

per Bart. in l. ſi forte. ff. de caſtren pe. & in auten. ſi quis in aliquo documẽto. C. de ede. & per omnes. in l. ſi donatione. C. de colla. reprobata gloſſ. in l. qui teſtamentũ. ff. de prob. ſecus autẽ ſi actualiter preciũ interuenit: quia tunc non præſumitur de aliqua fraude: ita dicit Bald. in l. j. C. de natu. lib, & in l. ſi is qui ex bonis. de uulg. & pupil. & in d. l. qui teſtamẽtum. in ſec. antiqua. ff. de proba. & ita in effectu tenent Paul. de Caſt. Alex. & do. Iaſ. in d. l. ſi is qui ex bonis. de uulg. & pupil. concludentes, 2 *quòd ualeat contractus celebratus titulo oneroſo inter patrẽ & filium ſpuriũ, dummodo nõ appareat de aliqua pſumptione fraudis extrinſeca: puta, ꝙ emerit omnia bona patris. adde tu, uel maiorem partẽ: quia talis uenditio arguit ſuſpitionem. arg. l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in frau. cred. & l. nomẽ. §. filio. ibi, prope omnia ſubſtãtia. de leg. iij. uel ſi pater confiteretur receptiſſe preciũ, quia tunc talis cõfeſsio nõ ualeret. 3 *Quia[a] confeſsio emanata inter pſonas ꝓhibitas, actũ facere eſt ſuſpecta, ut ſuperius dictum eſt: etiam ſi talis confeſsio eſſet iurata. prout not. Barto. in l. cum quis decedes. §. Titia honeſtiſsima. de leg. iij. & Alexand. in l. ſi donatione. reprobata opinio. Bald. ibi. C. de colla. uel ſimiliter quòd emiſſet per magnam quantitatem pecuniæ, & non ſubeſſet aliqua uerisimilitudo, unde potuiſſet tantã pecuniam habere: ſed ſi ſimiles præſumptiones extrinſecæ nõ concurrãt, cõtractus ualet & tenet: licet contrariã partẽ teneat Bart. & Imo. in dicta l. ſi is qui ex bonis. & Barto. in d. l. j. C. de natu. lib. ſed pro opinio. Bald. ſtringit tex. in l. cum autem. §. ſi tibi maritus. ff. de donatio. inter uir. & uxor. allegatus per Alex. in dicta l. ſi is qui ex bonis. ubi habemus, quòd licet cõtractus inter uirũ & uxorẽ ſit prohibitus propter præſumptionem donationis, ne mutuo amore ſe ſpolient, ut l. j. ff. eo. tamen ſi uero titulo maritus uendat uxori, talis uenditio tenet. ego ultra iſtud fundamentum corroboro opi. Bald. de eo quod multum ſolenniter, & in fortioribus terminis conſulendo tenuit Alexan. in conſi. xviij. incip. conſideratis his quæ in themate narrantur. in iij. uolu. 4 *ubi uoluit, ꝙ ſi pater in teſtamento confiteatur ſe habuiſſe, & recepiſſe centum a filio ſuo ſpurio, licet talis confeſsio tãquam ſuſpecta nõ teneat, ut ſuperius eſt dictum: tamen iſtud eſt uerum, & procedit, niſi aliqua uerisimilitudo ſit pro filio, quod apud eum potuerit eſſe illa quãtitas pecuniæ: puta quia habebat in bonis, uel faciebat aliquod exercitium, per quod uerisimiliter potuerit ſuperlucrari illã quantitatem, quã pater cõfitetur habuiſſe: quia tunc talis cõfeſsio ualida eſt, quoniã ſecundũ eũ una præſumptio tollit aliam. iuxta l. diuus. ff. de in integ. reſtit. & c. literas. de præſump. & pro iſta ſua opinione adducit notabilem deciſionẽ Saly. in l. ſi pater. C. de cõtrahe. emp. ubi dixit ſe alias habuiſſe de facto conſulere, 5 *ꝙ ſi maritus emat fundum pro uxore ſua abſente, & preciũ qđ ſoluat cõfiteatur ſe ſoluere de propria pecunia uxoris, licet ſit præſumptio, ꝙ talis confeſsio emanauerit animo donandi, quæ donatio inter eos eſt prohibita, ut toto titu. ff. & C. de dona. inter ui. & uxo. & c. fi. extra eo. tamen ſi apparet ex aliqua uerisimili præſumptione, ꝙ uxor aliunde potuerit habere dictam pecuniã, tunc eſt ſecus. & ita etiam eſt ſecundũ Alexand. de mente Cyn. in l. fi. de ſacroſan. eccle. Secundo adducit deciſionẽ Aug. in conſil. ſecundum eum cliij. incip. pater emit domũ pro ſe & filiis. ubi uult, 6 *quòd licet

*a Confeſsio. Aduerte ĩ hoc: quia licet confeſsio mariti ꝙ emerit fundũ de pecunia uxoris ſuſpecta ſit, propter donationẽ quæ inter uirum & uxorẽ prohibetur, tamen ſi ſit uerisimilis, quia mulier aliunde habuiſſet, attẽditur talis cõfeſsio propter talem uerisimilitudinẽ. ſic etiã de confeſsione patris qui cõfitetur habuiſſe a filio in poteſtate, licet ſit multum ſuſpecta, tñ ſi uerisimilis ſit, quia fili⁹ erat in aliquo exercitio, & lucrabat, illa cõfeſsio iuſtificat. ita concordant Angel. in conſil. cliij. pater emit fundũ. & Alex. in cõſil. xviii. conſideratis his. li. iij. quæ conſilia allegat, ſup quibus fundata eſt præſens cautela, dom. Phil. Decius a quo hauſit do. Tho. in conſil. ſuo xcvj. uiſo puncto, & cõſideratis obiectionib⁹. quod eſt elegantiſsimum & quotidianum conſilium.*



licet confeſsio facta per patrẽ confitente ſe habuiſſe pecuniã a filiis ſuis, talis cõfeſsio ſit ſuſpecta: quia per talem confeſsione præſumitur donatio, quæ prohibita eſt inter patrẽ & filium in poteſtate patris exiſtetem, ut l. ij. C. de inoffi. dona. & l. donationes quas parẽtes. C. de dona. inter uirum & uxo. Et per Doc. in l. frater a fratre. ff. de condi. inde. tamen ſi tempore dictæ cõfeſsionis paternæ, filij erant in aliquo eorũ exercitio, ꝙ uerisimiliter potuerint dictã pecuniã, de qua in cõfeſsione, ſuperlucrari ex ſua induſtria: tunc ſufficeret dicta confeſsio. per no. per glo. Cy. Bar. & alios, in l. cum oportet. in prin. C. de bonis quæ lib. & iſtas deciſiones refert, & ſequitur præſtãtiſsimus Doc. & præceptor meus in canonibus do. Phil. Decius in ſuo conſi. xcvj. incip. uiſo puncto, & cõſideratis obiectionibus. uerſi. nec obſtat, quod talis cõfeſsio. quanto ergo fortius dicendum eſt in caſu noſtro, ꝙ ſi filius ſpurius emat à patre, & actualiter ei precium ſoluat, & dictũ precium uerisimiliter potuerit aliũde habere quam à patre ſuo, quòd talis cõtractus ualeat & teneat. Secũda cautela eſt, quòd quãdo uis relinquere filio tuo ſpurio, non dicas inſtituo uel relinquo tale fundũ Sepronio filio meo: quia ſi cõtingeret te nõ habere uxorem, & nunquam habuiſſe, uel haberè, ſed à paruo tẽpore citrà, ex ipſis uerbis cõpræhenderetur, illum Sempronium eſſe filium tuũ ſpuriũ, uel aliter incapacẽ: & ſic per iſta uerba inſtitutio, ſeu legatum redderetur nullum: ſed dicas, qualiter inſtituis, uel relinquis talem rem Sẽpronio, filio talis mulieris, uel alio modo taliter ipſum ſpecifica, quòd clare conſtet de quo Sempronio intelligas. iuxta l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. quia ſi aduerſarius nõ probabit, illũ Sempronium eſſe filiũ tuũ ſpuriũ, ꝙ à cõmuniter accidẽtibus, cũ magna difficultate poteſt probari, inſtitutio ſeu legatũ ualebit. ita docent Bald. Pau. de Caſt. & Alexan. in l. & ſi pepererit. quæ eſt l. iij. ff. de liber. & poſthu.

## Cautela ad interrogandũ teſtẽ, de ratione ſui dicti, & quod ad tale interrogatione ipſe teſtis non aduertat. XLII.

1 *Teſtis dictum nihil ualet, niſi ſui dicti rationem concludentem aſsignauerit.*

2 *Statuto, uel à principe ſi alicui poteſtas data fuerit, quod de iure & de facto, & abſque ſolẽnitate aliqua procedere poſſet, an teſtibus non reddentibus rationem dicti ſui, uel etiam malam, credere teneatur.*

3 *Teſtis uerboſus eſſe non debet.*

1 TESTIS *interrogatus ut aſsignet rationem ſui dicti, ſi eam & concludentem neſcit aſsignare, dictum ſuũ nihil ualet: ut no. gl. in l. ſolam. C. de teſti. & glo. in c. cũ cauſam quæ inter archiepiſcopum. in uerbo, de cauſis. extra eo. & glo. in § ſolã. iiij. quæſt. iij. Nam teſtis nõ reddens[a] rationẽ ſui dicti interrogatus, dicitur deponere nõ tanquã homo, ſed tanquam pecus, ſecundũ Bald. in repe. l. edita. in xvij. col. uerſic. interdum contingit. C. de eden. adeo ꝙ uoluit Specu. quòd talis teſtis interrogatus, ut ſupra: ſi rationẽ & concludentem neſciat aſsignare, tale ſuũ dictũ nõ faciat neq; præſumptionẽ. ita Specula. in titu. de teſte. §. j. uerſi. ſed nunquid ſufficit ad præſumptionem. quam deciſionẽ ſequitur Ro. in l. j. in princi. ff. de oper. no. nuncia. licet do. Abb. in d. c. cum cauſam quæ inter archiepiſcopum. in ij. col. de teſti. dicat iſtud eſſe arbitrariũ iudici, per text. in l. iij. ff. de teſti. ibi, tu magis ſcire potes quanta fides, &c. nam

*a Nõ reddẽs. Sed quid de teſtibus imperfecte conuictionẽ partiũ narrantibus, an probet? dic quod nihil probant. gl. eſt ordin. in l. Lucius. in uerſic. habere debeat. de his qui not. infa. per Lud. Ro. in cõſil. ſuo cccv. quod inci. quo ad ſe: timũ. circa fin. ibi, nunc igitur eſt conſequens. An autẽ dictũ unius teſtis uitiũ ſuppleaſ per aliũ, tex. eſt nota. quẽ ad hoc ſæpe alleg. Bal. in l. ſi quis ex argentariis. in §. cogetur uerſic quid enim. ff. de teſti. quẽ allegat etiam Ro. in conſilio ſuo ccxc. ibi, et ſi dicatur. circa fin. ipſius cõſilij.*

iſta aſsignatio rationis dicti eſt tatæ
importantiæ, *quòd licet eſſet data 2
per principem uel ſtatutum poteſtas
alicui, quod poſſet procedere, & de
iure & de facto, & abſque aliqua ſo-
lennitate, tamen propter hoc nõ poſ
ſet credere teſtibus nõ reddẽtibus ra
tionem ſui dicti, uel reddẽtibus ma-
lam, quando fuiſſent interrogati, ut
not. dixit Bald. in l. ſolam. in fi. C. de
teſti. imo quod eſt plus, nõ poſſet cõ
ſuetudine uel ſtatuto induci, quòd
credatur teſtibus non reddẽtibus ra-
tionem ſui dicti, uel reddẽtibus ma-
lam, ut uolunt Ioan. Andr. & domi.
Anto. in c. j. de appellatio. & Alexan.
in conſil. iij. incipien. in cauſa & lite
uertente inter Abraam. in ulti. col.
uerſicu. & iuxta prædicta dicit Bald.
in ij. uolumine. Si uero teſtis non in-
terrogatus non aſsignat dictam ra-
tionem, tamen ſuum dictum bene
ualet: *quia non debet eſſe uerbo- 3
ſus: ut not. in gloſſ. ſuperius in prin-
cip. allegatis: & ut no. glo. & ibi ſcri-
bentes, in c. ſicut. de re iudicata. ni-
ſi in quibuſdam caſibus in quibus te
ſtis ſiue interrogatus, ſiue non, te-
netur reddere ipſam rationem, alias
ſua depoſitio nihil ualet. de quibus
habetur per dominum Iaſo. in l. cum
hi. §. uult igitur. ff. de tranſaction. &
& per Doctor. præſertim per Felyn.
in præallega. c. cum cauſam. de teſti.
Multoties modo euenit, & præci-
pue in teſtibus rudibus, prout ſunt
ruſtici, mulieres, & ſimiles perſonæ
idiotæ: quod ſi in ſuis depoſitioni-
bus non interrogantur de ratione
ſuorũ dictorũ, nec ipſi eam reddũt: ſi
uero interrogantur, à cõmuniter ac-
cidẽtibus eam aſsignãt: & ſic utroq;
caſu ſua depoſitio uenit eſſe ualida:
quia ſi non interrogantur de ratio-
ne, ualet dictum ſuũ, ut ſuperius di-
xi: ſi uero interrogantur, ipſam aſsi-
gnant. Stãte ergo hoc pulchrũ eſſet
uidere, nunqd eſſet aliquod remediũ
& cautela, ꝙ iſta interrogatio fieret
teſti, ſcilicet ꝙ ipſe teſtis ad eã non
aduerteret: & ſic quo ad te ſit ſatis-
factũ, quòd dicta interrogatio de ra
tione fuerit facta, ipſi uero teſti nõ,
quia ipſe ad eam non aduertat. ad
quod reſpondeo quòd ſic. Cautela
ergo eſt quòd facias ꝙ notarius qui
habet ipſum examinare, in principio
examinationis fiendæ, faciat teſti
unum quæſitũ hoc modo: dicas mihi
quid ſcis in tali cauſa uel ſuper tali
negocio: quia ſi poſtea teſtis de o-
mni eo quod dicet non aſsignabit ra
tionẽ, licet aliter de ipſa ratione nõ
interrogabitur, talis ſua depoſitio
nõ tenebit: quia teſtis interrogatus
per iudicẽ, & pari ratione per illum
qui habet poteſtatẽ examinandi hoc
modo, dicas quid ſcis ſuper tali ne-
gocio, intelligitur etiã implicite in-
terrogatus de cauſa ſcientię, adeo ꝙ
ſi aliter poſtea non interrogatus, nõ
reddet cauſam ipſius ſciẽtiæ, talis ſua
teſtificatio non tenebit. iſtud fuit mi
rabile d. Bal. in d. c. cum cauſam quæ
inter archiepiſcopum. in antepenul.
col. uerſi. ſed pone iudex interrogat.
cum quo tranſit ibi Felyn. in ij. col.
uerſicul. adde ſecundum Bald. hic. &
quam deciſionem ſequitur do. Iaſ. in
l. cum hi. §. uult igitur. in ij. col. uer-
ſic. adde etiam prædictis. ff. de tranſ-
action. ubi dixit iſtud dict. Bald. eſſe
ſingulariter notandum. ſequitur So-
cin. in ſuis regu. & fallen. regu. xlj. in-
cipiente, teſtis dicti ſui.

## Cautela pro illo qui promiſit factum alienum ſub pœna, ſi illud non poteſt adimplere, ut euitet pœnam. XLIII.

1 *Promiſsio facti alieni, licet teneat quando pœna interuenit, ex quo factũ promittitur, quod in promittentis poteſtate non conſiſtit, promittens faciendo id quod poteſt, pœnam promiſſam euitare poteſt.*

2 *Pœna difficultas excuſat.*

3 *Factum alienum ſub pœna quãdo quis promiſerit, pœna non committitur, ſi promiſſor quãtum in eo fuerit fecerit.*

ANNO præterito euenit hic Pa
duæ, quòd quidam ruſtici uul-
nerauerunt quoſdam alios, propter
quæ uulnera orta fuit inter eos ma-
xima inimicitia: tandẽ medio amico
rum facta fuit reconciliatio, & unus
de dictis ruſticis promiſit alteri ſub
pœna certæ quantitatis pecuniæ, ꝙ
faceret, quòd quædã ſua neptis quæ
habebat certa bona paterna, cũ eſſet
nubilis annis, acciperet in maritum
quendã filium illius qui ſtipulaba-
tur pœnam. contigit poſtea, quòd il
la puella facta maior concluſiue no-
luit ſatisfacere uolũtati patrui, quo
caſu, iſte patruus erat ualde anxius
propter pœnã in quam debebat in-
currere, matrimonio non ſortiente
effectum: & tanto magis, quòd ad-
uerſarius quotidie minabatur, quòd
uolebat ab eo dictam pœnam exige-
re. tunc cum in præſentia mea caſum
prædictum narraret, dixi ei, quòd de
beret ire, & adhibere omne curam &
diligentiam quam poterat, ad hoc ut
illa ſua neptis contraheret illud ma-
trimonium: & tunc adhibita tali cu-
ra & diligẽtia, nollet poſtea amplius
de dicta pœna dubitare, licet matri-
monium non ſequatur: ſed aduerte-
ret taliter negociari, quòd poſſet illã
diligentiam, ſi opus eſſet, probare.
iſta eſt deciſio domin. Abb. poſt An-
ton. de But. ibi, in c. gemma. de ſpon.
ubi in terminis mouet quæſtio. no-
ſtrã. Titius promiſit ſub pœna, quòd
Berta contrahet matrimonium cum
Sempronio: Titius fecit tãtum quan
tum in eo fuit, ut matrimoniũ ſeque
retur: concludit quòd pœna nõ cõ-
mittitur. & ratio iſtius pulchræ deci-
1 ſionis eſt, *quia licet promiſsio fa-
cti alieni teneat quando pœna inter-
uenit, ut not. in §. ſi quis alium. iun-
cto §. uerſa uice. inſtit. de inuti. ſti-
pu. & in l. ſtipulatio iſta, habere lice-
re. in princi. & in §. quæſitum. de uer
borum oblig. tamen ex quo promit-
titur factũ quod non cõſiſtit in pote
ſtate promittẽtis, ſeqtur quod pro-
mittẽs faciẽdo omne id qđ põt de-
2 bet euitare pœnã ꝓmiſſam. *Quia
regula eſt, ꝙ difficultas excuſat à pœ
na: ut eſt text. in l. ſi uehenda. in fi. ff.
ad l. Rhod. de iac. & in l. ij. ff. ſi quis
cau. & not. Bart. in l. continuus. §. il-
lud inſpiciendũ. de uerb. obli. & iſtã
3 opi. *ꝙ quãdo quis promiſit factum
alienũ ſub pœna, quod pœna nõ cõ-
mittatur, ſi promiſſor fecit quantum
in eo fuit, tenuit Fede. de Sen. in con
ſilio cxxij. quod fuit cõſiliũ Io. Pala
nẽſis, incip. Martinus promiſit ſe fa-
cturum. tenuit do. Abb. in c. ſignifica
tibus. in fine. per glo. ibi. de offic. de-
leg. Franciſ. de Are. in l. ſi ita ſtipula-
tus fuero te ſiſti. §. poſſum. de uer-
borum oblig. ubi nõ obſtante ſua im
pugnatione quã ibi facit, dixit quòd
iſta opi. eſt cõmunis, & quòd in pra-
ctica ſeruaretur. ide Franciſ. de Aret.
in conſi. cxlij. incip. ex facto propo-
nitur quod illuſtris & excelſus prin-
ceps Franciſ. Stortia dux Mediola-
ni. in iij. columna, uerſiculo, uenio
igitur ad primum. tenet Felyn. in c. ex
reſcripto. in vj. col. uerſiculo, & not.
quòd promittens factũ alienũ. extra
de iureiur. licet do. Iaſ. in d. l. ſtipula-
tio iſta habere licere. in vj. columna,
uerſiculo, ſed iuxta hoc cadit ſolen-
nis & utilis dubitatio. ff. de uerbo-
rum oblig. teneat opi. contrariam, di
cens, ꝙ ſi caſus accideret, ꝙ ita cõ-
ſuleret, ſcilicet ꝙ ille qui promiſit fa-
ctum alienũ cũ pœna, licet adhibue-
rit omne diligentiã ad hoc, ut factũ
promiſſum ſortiretur effectũ, quod



ſi

ſi non ſortitum fuerit, promiſſor nõ
euitet pœnam. eſt bene uerum quod
fatetur, ꝙ omnes canoniſtæ tenent
primam opin. & quòd ab eo nemo
diſcrepat. ſis ergo cautus tu qui pro-
miſiſti factum alienum ſub pœna, ꝙ
facias quantum potes ut factum ad-
impleatur, ſi uis pœnam euitare.

## Cautela ut prælatus non perdat ſua beneficia propter homicidiũ cõmiſſum. XLIIII.

1 *Beneficia ſua perdit prælatus, qui homicidium committit.*

2 *Beneficiorum priuatio, an ipſo iure fiat, uel ſententia requiratur.*

3 *Papa cum homicida uoluntario, an diſpenſare poſsit, cũ de iure diuino prohibitum ſit.*

4 *Regularitas omnis de iure diuino, non autem poſitiuo introducta eſt.*

5 *Membri mutilatio ad irregularitatẽ contrahendam cum homicidio à pari procedunt.*

CANONICIS * conſtitutioni- 1
bus cautum eſt, quod prælatus
committens homicidium perdat ſua
beneficia. ut c. j. de homicid. & c. j. &
c. finali. de tempo. ordin. & c. ſi epi-
ſcopus. & c. ſi quis homicidium. j. di-
ſtinctione. iuncto c. ſi quis ammodo.
cum ſequenti. lxxxj. diſtinctione. &
iſtud habet locum & procedit, etiã
ſi homicidium fuiſſet perpetratum
in perſonam unius Iudæi, uel alte-
rius infidelis: ut L. diſtinctione. cle-
ricum. cum ſequen. & ut etiam not.
Gemma. poſt Archidiac. ead. diſtin-
ctio. minor. * Sed dubitatur, an talis 2
priuatio beneficiorum fiat ipſo iu-
re, an uero requiratur ſententia. &
communis opinio eſt, quòd ueniat
priuandus per ſententiam, quia an-
tequam priuetur, iuſte tenet & poſ-
ſidet ſua beneficia dicto homicidio
non obſtante: prout originaliter te-
nuit Innoc. in c. cum noſtris. de con-
ceſsio. prebe. ubi etiã hoc tenet Imo.
in xvij. col. uerſi. ſecundo etiam not.
quòd propter homicidiũ tenent do.
Abb. Io. de Ana. & Fely. in c. inquiſi-
tionis. in princ. de accu. Io de Ana. in
c. ij. in ij. col. uerſic. facit etiã iſte tex.
de cleri. pug. in duel. & in c. fina. in j.
col. de homici. do Abb. in c. querelã.
in ij. col. de iureiur. Bal. in l. cũ fratre.
in iij. col. uer. circa inſtrumentũ unũ
ſcias. C. de his quibus ut indig. ubi
expreſſe dicit, ꝙ notoriũ non habet
uires ad aliquem deponendũ uel pri-
uandũ, niſi ſequatur ſententia depo-
ſitionis uel priuationis: & ideo licet
aliquis prælatus ſit notorie crimino
ſus, nõ tamen propter hoc eſt depoſi
tus ipſo iure, etiã ſi ſit homicida. alle
gat Inno. in d. c. cum noſtris. de con-
ceſ. præben. & iſta in effectu eſt com
munis opin. quã cõmunem dixerunt
Io. de Ana. & Fely. in d. c. inquiſitio-
nis. in princi. de accuſ. Tu ergo præ-
late qui cõmiſiſti homicidium, pro-
pter quod ſi contra te procedetur,
priuaberis tuis beneficiis, quomodo
facies ad hoc, ut ea retinere ualeas: &
ſi non per directum, ſaltem per indi-
rectum? Dic quòd cautela eſt, quòd
perpetrato illo delicto, inuenias ali-
quem tuum amicum fidelem, & ei re-
nuncies dicta tua beneficia, hoc ſe-
cum tacite acto, quòd ad omnem
tuam requiſitionem debeat ſimiliter
tibi ipſa beneficia reſignare: quo ſic
facto, uideas poſtea, quando tibi ui-
debitur aliqua bona uia impetrare
diſpenſationem à ſummo Pontifice,
ut non obſtante homicidio, uel tali
delicto, poſsis eſſe capax beneficio-
rum: quam facile, ſi habebis inge-
nium, obtinebis, petendo eam non
ſuper beneficiis acquiſitis retinẽdis,
ſed tantummodo ſuper acquirendis:
qua obtenta, poſtea facies, quòd ille
tuus amicus reſignabit tibi illa tua
beneficia,



beneficia, & hoc modo frueris eis. Et
iſta cautela, ut intelligo, multum fre-
3 quentatur Romæ. * Et ſi dicas, quæ-
ro à te, Papa poteſtne diſpenſare cũ
homicida præſertim uoluntario, cum
ſit, quòd diſpenſatio cum homicida
uoluntario ſit de iure diuino: ut te-
net gloſ. in c. ſicut dignum. de homi.
& ſentit expreſſe gloſſ. xxj. diſtinct.
in ſumma. & ut firmant do. Abb. &
Ioann. de Ana. in d. c. ad audientiam.
eod. titu. de homici. per illud dictum
Domini, uerſus Dauid, Non ædifica
bis mihi templum, quia uir ſanguinis
es. ut habetur j. q. vij. ſi quis omnem.
& de conſe. diſti. j. c. j. ergo Papa nõ
poterit talem diſpenſationem facere:
quia ipſe non diſpenſat cõtra legem
diuinam. ut xxv. queſ. j. ſunt quidam.
nam inferior non poteſt tollere legẽ
ſui ſuperioris, ut c. cum inferior. de
maior. & obed. & cle. ne Romani. de
elec. quia reſpondeo, quòd prædictis
non obſtantibus, Papa poteſt diſpen
ſare cum omni homicida, ſiue caſua-
li, ſiue uoluntario: a * quia omnis ir- 2
regularitas eſt introducta de iure po
ſitiuo, non autem de iure diuino: pro
ut tenet Inno. in d. c. ad audientiam.
de homici. & in c. niſi cum pridem. ſu
per uerbo irregularitatis. de renunc.
& ibi late Imol. ubi reſpondet ad il-
lud dictum, non ædificabis mihi tem
plũ, & c. tenet do. Abb. in c. ego enim.
in fi. de iureiur. Cardi. & Ioa. de Ana.
in c. petitio. de homi. cũ aliis concor.
de quibus per Fely. in d. c. ad audien-
tiam. nã & Moyſes ex propoſito ho-
micidium commiſit, nã Aegyptium
interfecit, & in arena eum obruit: ut
xxiij. q. iij. non inferenda. & de pœn.
diſt. ij. c. & cognouerunt. § item op-
ponitur. & tamen ædificauit templũ:
ut de conſe. diſtin. j. in princi. & fuit
magnus ſacerdos: ut c. per uenerabi-
lem. qui filij ſint leg. ſimiliter & Pau-
lus præbuit auxiliũ lapidantibus Ste-
phanum, ut habetur in actibus apo-
ſtolorum. c. vi. & ſimiliter Petrus mu
tilauit auriculam Phariſæo, ut habe-
tur in dominica paſsione. quæ muti-
5 latio membri, * quo ad contrahendã
irregularitatem, à pari procedant cũ
homicidio: ut no. gloſſ. in cle. unica.
in uerbo, mutilet. de hom. & Ioan. de
Ana. in c. j. in ij. col. de cleri. pugn. in
duel. tamen ipſi Petrus & Paulus fue
runt primi fundatores eccleſiæ: ut c.
fundamenta. de electio. in vi. & ſimi-
liter inter apoſtolos principatum ob
tinuerũt. ut ij. q. vij. beati Pet. & Pa[illegible].
Sis ergo cautus tu prælate, quãdo cõ
miſiſti homicidium, uel aliud deli-
ctum, propter quod uenis priuandus
tuis beneficiis, ſi de tali priuatione
dubitas, ut utaris remedio de quo ſu
pra.

a Quia om. *An poteſtas diſpẽſandi ſuper irregularitate cõceſſa à Papa, alicui duret poſt mortem Papæ, dic quod ſic. ut [illegible] coſ. ſuo lxxviij. quia ſemel gratia facta p Papã perſonæ aliquæ, nõ expirat p mortẽ Papæ. caſus eſt i c. [illegible] ſupergratia. de offi. [illegible] et quãdo canonice eſt ſemel facta diſpẽſatio, ex ſuperueniẽti facto nõ retractatur. unde in c. ex tua. de fil. presb. & eſt ibi caſus.*

## Cautela ut teneat impetratio eccleſiæ patronatæ, licet de iure patronatus, laicorũ non ſit facta mentio. XLV.

1 *Iuribus patronatus laicorũ, Romanus pontifex literis ſuis nullo pacto præiudicare intendit.*

2 *Impetratio eſt ipſo iure nulla, ſi quis ſpiam à Papa impetraret aliquam eccleſiam, de iure patronatus laicorum expreſſe mentione non facta.*

3 *Beneficium ſi epiſcopus conferat intra tempus patroni: & patronus intra tempus iuris aliquem non præſentet, & alius poſtea illud beneficium à Papa impetret cum clauſula, ſi non fuerit alteri ius quæſitum: quis potior erit.*

4 *Beneficiũ collatio per ordinarium intra menſem datum, ſi facta fuerit talis collatio, ualet: ſi ipſe expectans non acceptauerit.*

5 *Data primus ſi nunquam acceptauerit, promiſſio ſecundo facta intra menſem,*

*ſem ualet.*

6 *Patronus clericus licet in præſentando accumulare non poſſit, tamen ſecũda præſentatio ab eo facta de facto reconualeſcit etiam eo inuito, ſi primus ab eo præſentatus ceſſerit.*

SCIENDVM eſt, quòd mens & intentio Romani pontificis eſt,
nolle præiudicare per aliquas literas à
ſe cõceſſas iuri patronatus laicorum,
prout latè firmat Lap. de Caſtellio. in
ſua allegat. lxxxv. incipien. beneficia
uacantia in curia Romana, concludens,
quòd reſeruationes beneficiorum
quas quotidie facit Papa, non cõ
præhendunt beneficia patronalia. &
inter alia refert Ioan. Andr. in c. dilectus.
de offic. lega. dicentem Hoſti. ibi
dicere, ſe alias uidiſſe unam bullã
Papalem directiuam prælatis Angliæ,
quæ continebat, quòd quando Papa
ſcribebat pro aliquo beneficiando,
ſuam intentionem non eſſe, uelle includere
beneficia in quibus laicus habeat
ius patronatus: & ratio ſecundũ
eum eſt, quæ prius fuit gloſſ. in capi.
cum dilectus. in fin. gloſſ. magnæ. de
iure patrona. quia ſi talia beneficia
conferrentur per Papam, & per alios
prælatos, laici retraherentur à
fundatione eccleſiarum. ſubiungens
idem Lapus in dicta ſua allega. ſe uidiſſe
obſeruari per Gregor. xi. quòd
dum contuliſſet eccleſiam ſancti Romuli
Florentiæ, non facta mentione
de iure patronatus parochianorum,
non potuit poſtea obtinere ille, cui
fuerat collata. * Et iſtam regulam, 1
quòd in dubio Papa per ſuas literas
non intelligatur uelle præiudicare
iuri patronatus laicorum, tradit etiã
Gemi. poſt alios in capit. ij. in gloſſ.
ſuper uerbo, collatio. de præben. in
vi. do. Abb. in d. c. cum dilectus. in fi.
de iure patro. dom. Cardi. in conſilio
xcvj. incip. Papa uniuit quandam abbatiam.
circa medium. uerſic. quo ad
cauſam ſecundam. & iſta regula eſt adeo
uera, quòd etiam ſi in ſua ſupplicatione
diceretur, qualiter nonnulli
laici ſolebãt nominare unum epiſcopum
pro rectore, quando eccleſia uacabat,
tamen per iſta uerba non dicitur
facta mentio iuris patronatus. ita
Fely. in ſuo tracta. quando lit. apoſt.
noce. patro. eccleſia. circa princi. Dicens
ita fuiſſe iudicatum in Rota, tẽpore
Papæ Pauli ſecũdi, per tres ſententias
conformes, prout affirmabat
ille in fauorem, cuius dictæ ſententiæ
fuerãt latæ. Et quòd iſta regula ſit
indubitata, uide per Fel. in d. ſuo trac.
eam pulchre ampliantem undecim
modis. * Ex quibus apparet, quòd ſi 2
aliquis impetraret à Papa aliquam eccleſiam
non facta expreſſa mentione
de iurepatronatus laicorum, quòd talis
impetratio non teneret: immo eſſet
nulla ipſo iure, patrono agente
de contẽptu, ut eſt caſus in c. decernimus.
ibi, irritã eſſe nouerit. xvj. q. vij.
& ut tenet d. Ab. in c. illud. circa princi.
de iure patro. & in c. ex inſinuatione.
in ſecundo notabi. co. ti. & in c. cũ
Bertold. in iij. col. uer. ex hoc notabiliter
colligitur. de re iud. ubi etiã hoc
tenet Fely. in v. colum. cum aliis autoritatibus
per eum ibi adductis. Et dicunt
domin. Card. & domin. Abb. in
d. c. ex inſinuatione. quòd inſtitutus
in eccleſia patronata intra tẽpus præſentandi
ſine præſentatione patroni,
occupator eſt, & tanquam occupator
remouetur. Modo tu prælate
impetraſti unum beneficium, ſeu
unam eccleſiam,[a] non facta mentione
iuris patronatus alieni, uel malicioſe,
uel ex ignorantia, quo caſu, propter
uitium ſurreptionis, talis impetratio
eſt ipſo iure nulla: ut ſuperius
dictum eſt. nũquid erit dare cautelam,

a Non facta. *Impetrans an debeat narrare qualitate beneficii, quod impetratur, ne impetratio ſubreptitia uideatur: dic quod ſic. no. d. Io. An. in c. & cui. de præben. li. vj. in Nouel. & in eodem. de reſcri. in c. in noſtra. & in deciſioni b° Rotæ. iuxta modernum ordinẽ in ccxiij. unde in conſi. d. Lud. de Rom. ccclxij. quod in ci. quo ad primum articulũ, in quo quæritur. ibi, quo ad tertium, in quo q̃ritur an bull.*



telam, quòd tali ſurreptione non obſtante,
talis impetratio remaneat firma
& ualida. Dic quòd poſſet uti illa,
qua uſus fuit quidam anno præterito
in diœceſi Taruiſina: ut mihi relatum
fuit. Quidam impetrauerat à ſummo
pontifice quandam eccleſiam,
ſciens eam eſſe patronatam, non facta
mentione de iure præſentandi
competenti ſeniori de quadam caſata:
qua impetratione obtenta, ſtatim
dum ipſe eſſet Romæ, miſit Taruiſium
quendam ſuum procuratorem
ad exequendum duo. Primum ad
accipiendam tenutam ſeu poſſeſſionem
ipſius eccleſiæ. Secundum ad alloquendum
illum cui competebat
ius præſentandi, narrando ei, qualiter
talis impetrauerat talem eccleſiã,
ignorans eam eſſe patronatam, ſed
poſt collationem ei factam, ſciuit
de ſuo iure patronatus: & licet ſuæ
bullæ Papales amplæ loquantur, adeo
quòd ſiue eccleſia ſit patronata
ſiue non, ipſe intendit, quòd collatio
teneat & ualeat. Attamen quòd
male libenter ueniret ſecum ad aliquod
litigium, propterea rogabat ipſum,
quòd nihil uellet innouare uſque
ad aduentum ſuum, quem ſperabat
debere eſſe intra tempus breue.
Et tunc ſi ipſe patronus nollet condeſcendere
uoluntati ipſius cui fuerat
facta collatio, quòd ipſe faceret
totum oppoſitum, & quòd ex nunc
ipſe nolebat tangere aliquid de fructibus
ipſius beneficij, ſed quòd dabat
licentiam ipſi patrono eos percipiendi,
& multa alia ſimilia uerba,
adeo quòd patronus promiſit expectare
aduentum dicti beneficiati, qui
eum tantum diſtulit, quòd fuerunt
elapſi quatuor menſes, & ſic tempus
datum à iure laicis ad præſentandũ.
iuxta c. unicum. de iure patro. in vi.
quia nec omnes ſciunt diſpoſitiones
iuris: uidens iſte patronus illum non
uenire, præſentauit quendam ordinario
loci, qui inueſtiuit eum de dicto
beneficio: iſtis ſic ſecutis, fuit dubitatum
quæ iſtarum duarum collationum
deberet præualere, an illa primo
loco facta à ſummo pontifice, licet
in ea de iure patronatus laicorum
non eſſet facta mentio, an uero ſecunda
facta ab epiſcopo loci, poſt elapſum
tempus competens patrono laico
ad præſentandum: quæ deberet ualere,
ſi non per uiam præſentationis
propter elapſum tempus, ſaltem deberet
ualere tanquam collatio ordinaria,
prout ſonabat inueſtitura. Fuit
iudicatum primam collationem factam
à Papa præualere, quia id quòd
dicimus collationẽ eſſe ipſo iure nullam,
quando eſt facta ſine præſentatione
patroni, ut dict. c. decernimus.
xvj. q. vij. habet locum & procedit patrono
contradicente, ſecus autem ipſo
conſentiente expreſſe, uel tacite:
& tacite intelligitur conſenſiſſe, cum
non præſentet alium intra tempus iuris,
cum tunc ſit ſublata poteſtas agẽdi
de contemptu, quæ durat, donec
durat poteſtas præſentandi: nam elapſo
tempore iuris, non poteſt dici
contemptus, ſed potius quòd ipſe ius
ſuum contempſit. ita ſignanter in terminis
tradit Fely. in d. ſuo tract. quando
lit. apoſto. noce. patro. eccleſia. In
undecima limitatione. allegans ita tenere
domin. Cardi. in clemen. j. in xv.
colum. uerſicu. ſed poſt longam cogitationem
defendo partem Plebani.
de ſup. negligen. præla. & domin.
Abb. in ſua diſputatio. incipien. augerio.
in fine ſecundi dubij. uerſicul.
aut patronus neq; conſentit & c. ſubiungens
Felyn. iſtas duas autoritates
domin. Cardina. & Abb. ſe plurimi
facere, quoniam ſæpius ſecundum
eas conſuluit, & obtinuit. quã opini.
tenet

tener idem Fely.in c.cum Bertoldus.
de re iudica.in iiij.col.uerſicu. tertio
aduerte. ubi dicit hoc eſſe bene gu-
ſtandum.& in v.colum.uerſicu. quar
to limita.& in c.cum ex officij. in an
tepenul.& ult.col.de præſcr.& ita e-
tiam uoluit domi.de Rota in ſua de
ciſio.ccccxxviij. incip.nota intra tē
pus patroni. in anti. concludentes,
*quòd ſi epiſcopus confert benefi- 3
cium alicui intra tempus patroni, &
patronus intra tempus iuris non præ
ſentet aliquem,& alius poſtea impe
tret à Papa illud beneficium cū clau-
ſula, ſi non fuerit alteri ius quęſitum,
quòd iſtorum potior erit ille, cui fue
rit per epiſcopum collatum dictum
beneficium: diſtinguentes tamen, an
epiſcopus contulerit ipſum benefi-
cium tanquam deuolutum, an uero
ſimpliciter iure ordinario, primæuo,
& originali: ut ibi per eos.& quòd i-
ſta opi. ſit uera, bene facit quod nota
biliter uoluit do.Abb.in d. c. cum ex
officij.in ulti.col. de præſcri.dicens,
*quod ſi facta eſt collatio per ordi- 4
narium intra menſem datum expecta
tibus, iuxta cle.unicam.de cōceſ.præ
ben.quòd talis collatio ualet, ſi expe
ctans non acceptauit: uolens simili-
ter quòd ualeat collatio facta per or
dinarium de beneficio, tanquam de-
uoluto, licet deuolutio ſequatur poſt
collationem. Secundo bene facit de-
ciſio Ro.ccccxxij.incip.nota primus
& ſecundus.in anti.ubi concluditur,
*quòd ſi primus data nunquam ac- 5
ceptauit, prouiſio facta ſecundo, in-
tra menſem ualet. Tertio adduci po
teſt alia deciſio Rot.deciſio.dcccxlv.
incip. patronus clericus.in antiquis.
*ubi dicitur, quòd licet clericus pa- 6
tronus non poſsit accumulare in pręſentando, ut habetur in c.cum aute.
de iure patro.tamen ſecunda præſen-
tatio facta ab eo, de facto recon-
ualeſcit etiam eo inuito, ſi primus
ab eo præſentatus cedat. Quarto iſta
opi.poteſt comprobari per regulam
cancellarię Inno.viij.quæ eſt penult.
in regulis expectatiuarum. quæ inci-
pit, Item idem ſanctiſsimus dominus
noſter ſuorum prædeceſſorum &c.
uolens, quòd ſi minus prærogatiua-
ti acceptent ante magis prærogati-
uos, quòd acceptationes ſuæ tenent,
ſi poſtea ipſi magis prerogatiuati nō
proſequantur, uel non publicent ac-
ceptationes ſuas. Et intellexi quòd
iſta eadem quæſtio fuit anno præte-
rito uentilata in Rota, & quòd ita
fuit iudicatum, dum iſta quæſtio uer-
teretur inter duos Ferrarienſes. Tu
ergo prælate teneas iſta menti, quia
ſi ualebis ea practicare, poterunt ti-
bi afferre non mediocrem utilita-
tem.

## Cautela pro iudice ad obuiandum calumnijs, petentium dilationes animo differendi iudicium. XLVI.

1 *Dilatio ad producendum ſuos teſtes abſentes, per iudicem concedi debet.*

2 *Teſtes quotieſcunque aliquis in iudicio producit, tenetur ei expenſas facere, & omnia neceſſaria ſubminiſtrare.*

SAEPISSIME litigantes uolen
tes differre iudicium, comparent
coram iudice, uel immediate poſt li-
tis conteſtationem, uel poſt primam
dilationem habitam, dicentes ſe non
poſſe probare de iuribus ſuis, ex eo
quòd teſtes ſui ſunt in partibus lon-
ginquis, idcirco petunt dilationem
competentem, quæ non poteſt eſſe
niſi longa ad producendum dictos
ſuos teſtes abſentes:* quæ quidem di 1
latio debet per iudicem concedi: ut
habetur in §. & quoniam.in autent.
de teſti.& in l.iudices. cum ibi nota.
C. de fide inſtrum. Tu autem iudex
qui habes ſuſpicionem, quòd talis di
latio



latio quæ petitur, animo petatur ca-
lumniandi, & protelandi iudicium:
ſi uis tali calumniæ obuiare, cau-
tela eſt, quòd ſi illi teſtes quos pars
aſſerit abſentes, ſint ſecundum aſ-
ſertionem partis in aliquo loco illius
prouinciæ ſeu illius territorij quod
regis, quòd tunc dicas parti peten-
ti dilationem ad producendum di-
ctos teſtes, quòd eam ſibi conce-
das, & eos citabis, & per competens
temporis ſpatium eos expectabis, ſed
in primis & ante omnia deponat pe-
cuniam pro expenſis ipſorum teſtiū,
quas facient in ueniendo, ſtando, &
redeundo:* nam quotieſcunq; quis
2 in iudicio producit teſtem, tenetur
ei facere expenſas, & ſubminiſtrare
omnia neceſſaria: ut no. in l.quoniam
liberi.C.de teſti.& in l.eos. §. ſi quis
autem.C.de appel.& iij.q.iiij. §. uen
turis.& c.ſtatutum. §.penul.de reſcr.
libr.vi. ubi expreſſe text.loquitur de
expenſis ſiedis in ueniendo, ſtado, &
redeundo, quia officium ſuum alicui
non debet eſſe damnoſum: ut c.cum
non deceat.de electio.in vi.& c.ma-
gnæ.de uoto.& iſto caſu, ſi iudici ui
detur, poteſt ut ſuperius dictum eſt,
dicere parti aſſerenti ſe habere teſtes
abſentes, citabo eos & expectabo,
ſed depone ante omnia pecuniā pro
expenſis quas facient in ueniendo,
ſtando, & redeundo: & tunc ipſa pars
forſitan cauſa non exburſandi tantā
pecuniam, ceſſabit à prædicta calum-
nia: quia ſi recuſabit ipſam pecuniam
deponere, nec tu teneberis dare dila-
tionem ad producendos ipſos teſtes.
Ita ſingulariter dixit gloſ.in dicto c.
ſtatutum. §.penulti.de reſcrip.lib.vi.
quam refert & ſequitur domin. Abb.
poſt alios in capi.conſtitutus.de fide
iuſſo.& Paul.de Caſt. in l.interdum.
ff.de iudic. Secunda cautela eſt, ſi
dubitas, quòd dilatio quæ tibi peti-
tur per unam ex partibus, illud fiat
cauſa calumniandi, & cauſa differen-
di negotium: ſi uis tali calumniæ ob-
uiare, facias ei unam comminatio-
nem, cū ſit, quòd firmiſsime tenes,
quòd illam dilationem petat cauſa li
tem in longum protrahendi, ſi per di
ctos teſtes quos aſſerit eſſe abſentes,
nō probabit intentionem ſuā, quod
mulctabis eum in tanta quātitate pe
cuniæ, quod facere poteris, ea poſtea
non probante: quo caſu, forſitan me
tu mulctę ceſſabit & à calūnia. ita pul
chre docet Pet.de Anch.in d.c.conſti
tutus.de fideiuſſo. quem ibi refert &
ſequitur Ino.in ult.col.uerſ.alia cau
tela eſſe poteſt. dicens iſtud dictum
eſſe menti tenendum, & quod in pra
ctica ſæpe occurrit: quod dictum e-
tiam referunt, & approbando magni
faciunt Alexā.in ulti.col.& do.Iat.in
pen.in l.j.ff.ſi quis ius di. non ob. &
Alex.in l.ſi filiusfamilias. §.diui.circa
fi.de legat.j.& do.Lancel.Decius.in
d l.interdum.ff.de iud.appellans hāc
elegantem cautelam.

## Cautela pro iudice ad euitandū pœnam ſtatuti, quando intra tempus limitatum nō poteſt determinare cauſam. XLVII.

1 *Sententia iſta an ualeat, condemno, uel abſoluo, prout quiſque ex actis eſt condemnandus, uel abſoluendus.*

PLERVNQVE per ſtatuta loco
rum cautum eſt, quòd iudex non
determinans cauſam intra tale tem-
pus, cadat in talem pœnam: quo caſu
poſtea contingit, quòd iudex [a] aut
per negligentiam, aut aliquo nego-
tio detentus, intra tempus à ſtatuto
taxatum non uidit acta: & tunc ſalua
conſcientia, non poteſt ſuam ſen-
tentiam ferre, immo ſi uellet iudica
re ipſa conſcientia poſtpoſita, poſſet
taliter pronunciare, quòd faceret li-
tem

a Quod iud. *An iudex poſsit cōueniri, ſi eius negligentia debitor pupillus aufugit, uide d. Lu. Ro. in cōſi. ſuo cclvij. quod īcipit, ex trib⁹ cōcluditur. Et qd ſi iudex expſſe habeat relationem ad acta, & ex actis ad quæ habet relatio apparet de errore iudicis ſentētia, an talis ſententia ſit nulla? dic q̄ ſic, ſecūdū commune cōcluſionē. uide p d. Alexā. in cōſi. cxxiij. in primo libro cōſiliorū, ibi, quod autem dicere ſententia &c.*

tem ſuam, iuxta no. in l. fi. C. de pœn.
iudi. qui mal. iudica. & in l. cum pro-
latis. ff. de re iudi. ſi uero non ſenten
tiat intra tempus debitum ſecundum
formam ſtatuti, cadit in pœnã: quo-
modo ergo faciet iudex, quando nõ
uidit proceſſum, euitare pœnam ſta-
tuti? Dic quòd cautela eſt, quòd non
pronunciet in hunc modum, Cõdem
no & abſoluo, prout quiſq; eſt con-
demnandus, uel abſoluẽdus ex actis:
1 *quia iſta ſententia hoc modo prola
ta, ualet & tenet, & ſatis dicitur eſ
ſe certa, ex quo ex actis poteſt certifi
cari: iuxta no. in l. iij. C. de ſen. quę ſi.
cer. quan. profer. & per Innoc. in c. ij.
de libel. obla. & iſto caſu, per huiuſ-
cemodi ſententiam, iudex euitat pœ
nam ſtatuti. ita not. dixit d. Abb. poſt
do. Anto. in c. pe. circa fi. de indic. ubi
etiam Fely. in penul. col. & Bald. in l.
ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudi. di
cens hãc cautelam eſſe pro iudicibus
imperitis, uel non habentibus tem-
pus deliberandi. ponit idem Bal. poſt
Iaſ. Bul. in l. cũ iudex. C. de ſent. & in
l. ſi de meis. §. fin. ff. de arbitr. dicens,
quòd in illa ciuitate ita fecit quidam
collateralis, qui abſoluit abſoluẽdũ,
& condemnauit condemnandũ, pro
ut ex actis apparebat. Sequitur dom.
Lancel. dicens, hunc eſſe ſingularem
modum in l. non quemadmodum. ff.
de iudi. Secunda cautela eſt, quòd
abſoluat partes ab obſeruatione iudi
cij iurãdo de cauſa ſibi nõ liquere: qa
hoc modo ſimiliter euitabit pœnam
à ſtatuto impoſitam. ita pulchre uo-
luerunt Angel. Pau. de Caſtr. & Alex.
ibi, in prin. in l. ſi uni. aliàs incipit, Põ
ponius. ff. de re iudi. Ange. & Alexan.
ibi, in iij. colũ. in l. ait prætor. §. ſi iu-
dex. ff. eo. Angel. & Paul. Caſtr. in di-
cta l. nõ quemadmodũ. ff. de iudi. Bal
dus in c. j. §. ſancimus. uerſicu. ſed hic
incidenter quæritur. quo temp. mil.
inue. pet. debe. in uſib. feudo. Tamen
iſta cautela eſt, intelligenda iuxta ea
quæ habentur per Bart. in l. properan
dum. §. ſed & ſi quidem. in iij. oppoſi.
C. de iudic. & in d. l. ſi de meis. §. fin.
ff. de arbi. ſcilicet quando ipſe iudex
non poſſet redargui de culpa, ſecun-
dum Alexand. in d. §. ſi iudex. & Fe-
lyn. in cap. pe. de iudi. & in c. cauſam
matrimonij. de offic. deleg. propter-
ea prima cautela eſt tutior.

## Cautela ut primus emptor præferatur ſecundo, quando ſecundo res prius fuit tradita. XLVIII.

1 *Vendat ſi quiſpiam rem uni, & poſtea*
*ipſam uendit alteri, & prius ſibi tra-*
*dat, ſecundus emptor ipſius traditio-*
*nis uigore, emptori primo præfertur.*
2 *Vendat ſi quiſpiam rem alicui, & ei*
*cum iuramento promitteret alteri non*
*uendere, tamen ſi poſtea eam uenderet*
*& traderet ſecundus emptor non ob-*
*ſtante iuramento, primo præfertur.*
3 *Conſtitutum precarij à conſtituto ſim-*
*plici, in quo differat.*
4 *Hypotheca tantam uim habet, quòd*
*dominij tranſlationem impedit.*

SI QVIS *uendit rem uni, & poſt 1
ea ipſam uendat alteri, & prius ſi-
bi tradat, ſecundus emptor uigore i-
pſius traditionis præfertur primo em
ptori: & ſic non habet locum illa uul
gata regula, qui prior eſt tempore,
potior eſt in iure: ut de primo eſt tex.
in l. qui tibi. C. de hære. uel actio. uen
dit. & in l. ſiue autem §. ſi duobus. ff.
de public. & text. & ibi per omnes in
l. quoties. C. de rei. uendi. & iſta regu
la eſt adeo uera, quòd primus em-
ptor pro ſuo intereſſe non poſſet ſe
opponere, uel impedire quominus
ſecundus emptor in poſſeſsionem
mitteretur: ut uoluit Iacob. But. in l.
manifeſtiſſimi. C. de fur. quem refert
& ſequitur Bal. in c. j. in j. col. uer. ex
tra nota. in tit. quæ fi. in uſi. feudo.
2 & ulterius eſt adeo uera, *quòd ſi ali
quis uenderet rem alicui, & ei pro-
mitteret cum iuramento alteri nõ uẽ
dere, tamen ſi poſtea eam uẽderet &
traderet, ſecũdus emptor nõ obſtãte
iuramento præferretur primo. ut in
terminis decidit Ioan. de Imo. in re-
pe. c. cum contingat. de iureiur. in j.
col. uerſic. quantum autem ad ipſam
rem. quia iuramentum nõ habet uim
impediendi tranſlationem dominij:
ut pulchre tradit Bald. in conſil. cccx-
cvij. incipi. inter tres marchiones. in
iiij. parte. licet talis uendens per ta-
lem uenditionem incidat in pœnam
falſi: ut eſt text. in l. qui duobus. cum
ibi not. ff. de fal. unde inſurrexit com
munis practica omnium tabellionũ,
quòd quando conficiunt inſtrumen-
ta alicuius uenditionis, utuntur du-
plici remedio ad hoc ut primus em-
ptor indifferenter præferatur ſecun-
do. primum remedium eſt, quòd in in
ſtrumento apponunt conſtitutum,
uidelicet quòd dictus uendens con-
ſtituit ſe nomine ipſius emptoris poſ
ſidere: quia conſtitutum habet iſtam
uim, quòd primus emptor præfertur
ſecundo: prout fuit originalis deci-
ſio Guido. de Suza, in l. fina. de ſa. ſan.
ec. & in l. quoties. C. de rei uendi. quę
refert & ſequitur Ioan. And. in addi.
Spe. in tit. de emptio. & uendi. §. ſciẽ
dum. uerſicu. & nota. tenet Bal. in Ru
bri. C. de contrahen. empti. in xvj. q.
Alex. in conſi. xiiij. incipiẽ. circa pri
mum dubium quo quæritur nũquid
dicta donatio. in fi. in j. uolu. & con-
ſi. xxv. incipien. uiſo teſtamento con
dito per Angeluciam. in ulti. colum.
in iij. uolumi. & ratio iſtius deciſio-
nis eſt, quia dato quòd conſtitutum
ſit actus fictus, tamen per ipſum trãſ-
fertur dominiũ & poſſeſsio, perinde
ac ſi uere res eſſet tradita: ut eſt text.
in l. certe. §. j. uerſic. proprie poſſide
re uideor. ff. de preca. per quem text.
ita tenet Barto. & moder. in l. ab em-
ptione. ff. de pac. & Bartol. in l. inter-
dum. & in l. quod meo. ubi plene per
Alex. ff. de acqui. poſſ. & Bart. in repe.
l. creditores. C. de pig. in iij. col. uer-
ſicu. ſed quid ſi in inſtrumento. & in
viij. colum. uerſi. ſed pone quòd debi
3 tor. *ubi poſuit illam notabilem dif-
ferentiam inter conſtitutum preca-
rij, hoc eſt quando in inſtrumento
dicitur, quem fundum dictus uendi-
tor conſtituit precario nomine i-
pſius emptoris poſſidere: & inter cõ
ſtitutum ſimplex, quando dicitur,
quem fundum dictus uenditor con-
ſtituit ſe nomine ipſius emptoris poſ
ſidere. Et ſic nõ adiungitur illud uer
bum precario: nam primo caſu per
ipſum conſtitutum precarij, nõ trãſ-
fertur niſi ciuilis poſſeſsio: naturalis
uero remanet penes ipſum conſtitu
entem. Secũdo uero caſu, ſcilicet per
conſtitutum ſimplex transfertur non
ſolum ciuilis, ſed etiam ipſa natura-
lis, adeo quòd nuda detentatio ſolũ
modo remanet penes ipſum conſti-
tuentem. quam opinionem ſequitur
Ang. de Aret. in §. actionũ in materia
cõſtit. uerſi. aduertas tamen quòd ali
qui notarii. inſti. de actio. dicẽs quòd
utilius eſt pro emptore ad hoc, ut in
eum transferatur omnis poſſeſsio,
quòd non adiiciatur illud uerbum,
precario, ſed ſimpliciter dicatur,
quam rem uenditam dictus uendi-
tor conſtituit ſe nomine ipſius em-
ptoris poſſidere. ſequitur Practicus
Papien. in forma libelli, in contra-
ctu uenditionis, in uerbo, conſti-
tuens ex nunc. ubi ipſe dicit, quòd u-
tilius eſt, ut quis conſtituatur ſimpli
citer ſe alterius nomine poſſidere,
quam

quàm precario nomine. ſequitur Bartho. Cæpol. in ſuo conſil. iiij. inci. in ſta querela producta per Nicolaum & do. Iaſ. licet de prædictis autoritatibus excepto Angel. non faciat mentionem in d. l. ab emptione. in viij. colum. ff. de pac. Secundum remediũ eſt quo utuntur notarij ad hoc, ut primus emptor indifferenter præferatur ſecundo, quod in inſtrumento apponũt hypothecam, uidelicet quòd pro obſeruatione prædictorum dictus uẽdens obligat ipſi emptori omnia bona ſua, & præſertim illam rem: quia ſi poſtea alij uenderet & traderet, [a] primus emptor præferretur omnibus alijs: * quia hypotheca habet tantam 4
uim quòd impedit tranſlationem dominij. ut eſt caſus ſecundum ueram literam Piſanã, in l. ſi creditor. ubi Barto. ff. de diſtra. pigno. ut no. Bar. & alij in l. ea l. C. de condict. ob cauſam Barr. & moder. in l. ſi ita quis. §. ea l. de uerbo. obliga. & Bar. ubi hoc in terminis dicit, in l. qui abſenti. §. j. in fine. ff. de acquirend. poſ. Pone modo, quod tu emiſti aliquam rem, quæ res per ipſum uenditorẽ fuit alteri poſtea uendita, & prius ſibi tradita, & de prima uenditione non fuit confecta ſcriptura, quæ in contractu emptionis & uenditionis, de neceſsitate nõ requiritur: ut not. inſtitu. de empti. & uendi. in princip. uel ſi fuit confecta, non fuit appoſitum, nec cõſtitutum nec ipſa hypotheca. quo caſu, per quę ſuperius dicta ſunt, ſecundus emptor uigore traditionis, debebit præferri tibi primo: quomodo facies, ad conſequendam dictam rem a te primo loco emptam? Dic quòd cautela eſt, ut coneris probare, quod ipſe ſecundus emptor ſciebat primam uenditionem eſſe factam: quia dato, quod poſtea in ipſum per traditionem fuerit tranſlatum dominium, tamẽ propter fraudem ſuam qua uſus eſt emendo,

*a Primus em. Quod tamẽ ille emptor cui primo res eſt tradita, licet ſecũdus ſit, ꝓferatur in emptione, etiam ſi tempore uenditionis nullum ius habeat uenditor. uide per do. Ludo. Ro. in conſi. ſuo cclxx. quod incipit, pro deciſione propoſiti thematis. in prin. Nam emptori primo ꝓſumitur facta traditio, ſi precium prius ſoluerit: & ideo præfertur ſecundo. Bal. ſingulariter in c. ſi factũ i. ſi de feu. fu. controuerſi. inter do. & agn. gloſ. eſt in l. ij. §. ſi duobus. ff. de publi. glo. eſt not. & Bartol. in l final. C. de ſacroſan. ec. per Pauliũ de Caſt. in cõſil. ſuo ccclxxiiij. per Abb. in capitul. ſuggeſtum. de iure patron. uide etiam per domi. Alexand. de Imol. in conſil. ſuo xiiij. quod incip. circa primũ dubiũ. per*

cum ſciret primam uenditionem, tu primus emptor poteris ipſam rem ab eo reuocare per actionem prætoriã, competentem ad reuocandum alienata in fraudem. ita ſignanter dixit Bald. in rubri. C. de reuoc. his quæ in fraud. cred. circa princ. & ita ſimiliter tenet Saly. in d. l. quoties. de rei. uend. in x. oppo. & ibi clarius Alb. de Roſa. & do. Iaſ. qui allegat text. cum ibi notatis in l. ſi ea res. § fi. ff. de actio. empti. & do. Iaſ. in l. & inter diuinum. in ix. col. uer. item adde, quod ſi aliquis uendit. de ſa. ſanct. ec. ubi dicit, hanc eſſe elegantem deciſionem, & meatt tenendam.

## Cautela pro poteſtatibus terrarum, ut non teneantur pro delicto ſuæ familiæ.

## XLIX.

1 *Poteſtates terrarum in delictis, an pro familia teneantur.*

2 *Epiſcopus tenetur pro delicto ſui uicarij, uel alterius officialis delinquentis in officio ſibi commiſſo, niſi ſtatim quod ſciuerit, eius delictum purgauerit.*

POTESTATES * terrarum du- 1
centes ſecum familiam, ſi aliquis de familia delinquat circa ſuum officium, ipſe poteſtas tenetur ad pœnã ipſius delicti: intellige de pœna pecuniaria, non autem corporali. tamen poteſtas liberatur, ſi exhibet ipſum delinquentem. ut no. Bar. in l. j. §. familiæ. & §. fin. ff. de publica. & in l. ſi poſt depoſitam. C. de aſſeſſo. in l. debet. ff. naut. caupo. & ſtab. & in l. j. ff. ad repetun. & pulchre per Bal. in ſuo conſi. cccxxxvj. incipi. caſus eſt talis d. Ioãnes de Caſtellio no. in iiij. par.
Similiter * & epiſcopus tenetur pro 2
delicto ſui uicarij, uel alterius officialis delinquentis in officio ſibi cõmiſſo, niſi ſtatim ꝙ ſciuerit purgauerit

eius



eius delictum. prout uolunt Do. de Rot. in ſua deciſi. cclxxviij. incip. ſi uicarius in no. Pone modo, ꝙ forma ſtatutorum, uel electionis dicit, quòd poteſtas teneatur in fine officii exhibere totam ſuam familiam, uel pro delinquentibus ſoluere pœnam, ut etiam eſt de iure communi: ut ſuperius dictum eſt. quæ cautela erit ad hoc, ut poteſtas nõ teneatur ad neutrum, uidelicet nec ad ſoluendum, nec ad exhibendum, quãdo aliquis de ſua familia deliquit. dic, ꝙ cautela eſt, quod ponat ipſum in bãno, quia ſi poſtea in fine officii petetur, ut debeat præſentare ſuam familiam, ipſe reſpondebit, quòd conditio quæ non poteſt impleri ex facto illius, cui debet impleri, habetur pro impleta, ut l. iure ciuili: ubi Barto. ff. de condi. & demon. & l. iij. ubi Bart. & l. quæ ſub conditione. §. quoties. ff. de condit. inſti. ſed ille qui de ſua familia commiſit delictum in officio, eſt bãnitus autoritate ipſius reipubli. & ſic cum per ipſam rempub. ſtet quominus ualeat ipſum bannitũ præſentare, ſequitur, quòd ipſe poteſtas debet haberi ꝓ excuſato. ita notabiliter docet Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. in j. col. uerſ. quid ſi ſtatutum. ff. de offic. procon. & lega. & in add. Spec. in ti. de acc. uerſ. ſed nunquid tenetur poteſtas. & in l. ſi uero. in fi. ff. qui ſatiſ. cog. ubi dixit, ꝙ iſta eſt optima cautela, pro officialibus. ſequitur Paris de Puteo in ſuo tract. ſyn. in uerbo, familiaris. §. an ex eo quod fuerunt familiares. uerſ. poteſtas quia tenetur pro ſuis familiaribus. & d. Amad. de Caſtell. ſimiliter in ſuo tract. ſynd. in uerbo, itẽ in eo, quòd dicti ſocii milites fuerunt negligentes, in inquirendo pro armis. dicens hanc eſſe optimã cautelam. Aduerte tamen, ꝙ ſi iſta cautela debet habere locum, opus eſt, ꝙ habuerit bannum ex alia cauſa: ſecus ſi pro illamet, pro qua debeat exhiberi. ita Bal. in d. add. Spec. in tit. de acc. uerſ. ſed nũquid tenetur poteſtas. & Ang. in l. qui exhibẽdi. ff. de cuſto. reo. & Paris de Puteo in d. ſuo tract. in uerbo, carcer. §. an poteſtas ꝗ aliquẽ tenebat. uer. an ſi carceratꝰ ſe occidit.

*per Iaſ. in l inter diuinũ. ſub numero viij. de ſac. ſan. ecc.*

## Cautela contra ſtatutum diſponens, quod inſtrumentũ poſt tantum tempus non exequatur.

## L.

1 *Iudicis aliæ partes non ſunt, niſi nocentem condemnare.*

SI contingat extare ſtatutum diſponens, ꝙ inſtrumenta circa talem materiam, puta mutui, non debeant poſt tantum tempus, puta decennium, mitti executioni, quomodo facies tu, qui habes inſtrumentũ mutui cõtracti ante per decẽ annos, ad faciendũ, ꝙ tale inſtrumentum non obſtãte diſpoſitione ſtatuti, habeat tibi opitulari. dic, ꝙ cautela eſt, ut non petas dictum inſtrumentum mitti executioni: quia hoc modo obſtaret tibi exceptio ſtatuti, ſed agas uia ordinaria contra tuum debitorem petendo tuum creditum, quia ſi debitor confitebitur ſe eſſe debitorem, tunc conſequeris tuũ creditũ:
1 * quia aliæ non ſunt partes iudicis, niſi confeſſum condemnare: ut l. unica. C. de confeſ. ſi uero negabit, tunc ad liquidationẽ iurium tuorũ, produces ipſum inſtrumentũ: & hoc modo naſcetur ſentẽtia, quæ poſtea erit ipſa, quæ mittetur executioni. & ſic licet per ſtatutũ ſit præcluſa uia ad exequendũ ipſum inſtrumẽtum, tamen non erit precluſa ad probandum iſtam cautelam. tradit Bald. in l. iij. quę incipit, plane. ff. quod falſ. tu. au. dicens ita audiuiſſe à Bar. dum illam legẽ legeret. quam cautelam ſequendo Bald. approbat Fran. de Crema. in ſuis ſing. ſing. cxxxviij. incip. ſtatu.

*a Qui tenet. Sed an quæ facit familia dominum, cẽſeat de uolũtate et conſciẽtia domini feciſſe. uid. Barto. ff. de ope. no. nũc. i l. de pupello. i § ſi qs ipſi ꝓtori. et i l. j. ff. q ui aut cla. allegat c. conſtitutus. de teſti. allegat Ro. tex. i l. iiij. i prin. ff. de minori. uide ꝑ eũdẽ d. Lu. Ro. i cõſ. ſuo clv. qd incip. ꝓ eius accuſatio. ibi, circa fi. cõſilij, prima quia quæ facit, &c.*

ſtatuto cauetur. & quam opi. ſimili-
ter reperio tenere quendam Ant.de
Canario, in quodã ſuo tract.de exe-
cu.inſtru.in lvj.q.& quẽdam d.Lud.
de Barzis,in quodam ſuo tractat.de
guarentigia.in vj.q.in j.parte.

## Caut.ad liberandum tutorẽ, ſeu adminiſtratorem à dolo futuro. L I.

1 *Tutorem ſi aliquis filijs relinquat, ſeu bonis ſuis adminiſtratorem, & ei leget liberationem à reddenda adminiſtrationis ratione, per tale liberationis legatum, ſcrupuloſa inquiſitio remiſſa intelligitur.*

2 *Dolus futurus nullo modo remitti poteſt.*

3 *Dolus de pterito, bene remitti poteſt.*

SI quis* relinquit tutorẽ filijs,ſeu 1
bonis ſuis adminiſtratorem,& ei
leget liberationem à reddenda ra-
tione adminiſtrationis, per tale le-
gatum liberationis, intelligitur re-
miſſa tantummodo ſcrupuloſa inqui-
ſitio:& ſic ea,quæ per eum geſta fue
rint negligẽtia, & leui culpa, nõ au-
tem intelliguntur remiſſa ea,q̃ per-
perã & doloſe adminiſtrauerit: nec
ſimiliter à præſtatione reliquorũ: ut
eſt caſus in l.quidã decedẽs.ff.de ad
mi.tu.& in l.ſi quis rationes.& in l.
Aurelio. §.Gaius.ubi late Bart.ff.de
li.leg.& in l.ſi ſeruus uetitus.ubi Bart.
& alij.de leg.j.ſed ſi teſtator nõ ſim-
pliciter liberaret tutorẽ, ſeu admini
ſtratorẽ,à ratione reddenda,ſed ex-
preſſe ſpecificaret ab his, quæ dolo
gereret,& à preſtatione reliquorũ,ta-
mẽ tali liberatione non obſtãte, poſ
ſet ipſe adminiſtrator cogi,reddere
rationẽ uillicationis ſuę:quia ſi talis
liberatio ualeret, eſſet remittere do
lũ futurũ:* qđ nullo modo fieri po- 2
teſt. ut l.ſi unus. §.illud. ff.de pact.
quia hoc modo daretur materia de-
linquendi,q; in iure nõ patitur:ut l.
conuenire.ff.de pac. dota.& c.quẽ-
admodum. de iureiur.& ita firmant
gl.& Bart.in d.l.quidã decedens.ff.
de admin.tut.& Bar.in d.l.Aurelio.
§.Gaius de lib.lega.in iiij.col.uerſi.
ſed quid ſi relinquitur liberatio ali-
cui,pro adminiſtratione futura.Mo
do reuoco in dubium, nunquid poſ
ſet reperiri cautela,ad liberandũ tu-
torem, ſeu adminiſtratorẽ,à futura
adminiſtratione doloſa dic, q; ſic,
uidelicet quòd teſtator,non ſimpli-
citer ei leget liberationem,ſed ulte
rius procedat, dicẽdo,& ſi ab eo exi
getur aliqua redditio rationis, uigo
re cuius condẽnetur ex nunc, prout
ex tũc,omne id,& totum in quo cõ-
demnabitur, ei lego: nam per iſtud
legatum hoc modo factũ,heres non
prohibebitur exigere rationes ab
ipſo adminiſtratore, de præſtatione
reliquorũ, & de his q̃ dolo geſſerit,
tamen ſi in aliquo condemnabitur
uigore legati, hæres cogetur ipſum
liberare: quia per iſtud legatum te-
ſtator non dicitur remittere dolum
futurum,ſed debitũ futurum, poſt-
quam in certitudinem uenerit.* & 3
ſic intelligitur remittere ipſam obli
gationem, inſurgentem ex dolo de
præterito.quod bene fieri poteſt: ut
eſt text.in d.l.Aurelio. §. Menia.&
not.Bart.in locis ſuperius allegatis.
iſtam cautelam tradunt Dyn. Iac.de
Are.& Rayn.de Foroliuio, in d.l.ſi
quis rationes.de lib.leg.quos refert
& ſequitur Ang.in conſi. clxxxv.in-
cip.Brunellus notarius.uolentes,q;
licet non poſsit per directum relin-
qui adminiſtratori liberatio à dolo
futuro,& à preſtatione reliquorum,
tamen per indirectum bene poſsit:
legando ei omne id, & totũ in quo
condemnabitur. quam opini. etiam
tenuit Fulg.in l.cum neceſsitatem.
C.de fideicommi.& ſecundum eam
etiam conſuluit Cyn. prout refert
Saly.in dicta l.cum neceſsitatem.te-
nuit



nuit Ang.in conſ.cxliij. incip.reuo-
catur in dubium. uerſ.qui uult ergo
adminiſtratorẽ.& in cõſ. clxxiij.in-
ci.Gilius Hugonis de Cortonio.cui
conſilio,ut ibi patet,ſe ſubſcripſerut
præſtantiſsimi Doc. Fran.de Alber-
gotis. Petr.de Peruſ. Do. Archi. de
Aldigeris,Io.de Lig.Ant.de Presby
teris de Bononia.hanc opi. ſimiliter
tenet intrepide ſolennis doc.d. Frã.
Pepus Florentinus,in ſuo conſi. cc-
lxxvij.inter cõſilia Socy.inci.in pre-
ſenti cõſultatione ſunt uidẽda prin-
cipaliter tria.in quarta col.uer.circa
tertiam & ultimã difficultatem. Ta
men iſtam cautelam non pono pro
conſtanti, quia paſſus eſt multũ du-
bius,an legatũ,de quo ſupra,ualeat:
adeo, quòd Alexand.tangens eum,
reſtitit ſuſpenſus tanquam dubius,
uidelicet in ſuo conſ.lvj.incip. circa
id quod quæritur.in ij.uol.& in cõſ.
cxliiij.inci.præſuppono primo, cir-
ca cõſultationẽ pręmiſſam.in v.uol.
Sed contrariam partem, ſcilicet q;
tale legatum,non ualeat tanquã ma
lignitatis nutritiuum, & tanquam
dans occaſionem ſpoliandi miſeros
pupillos,tenent Saly. Phili. Corne.
& d.Iaſ. in d.l.cum neceſsitatem.C.
de fideicom. Ang.de Are.in ſuo tra-
cta.de teſta.in fi.gl. ſuper uerbo, tu-
tores. & in §.actionum. in materia
tutelæ.in xxv.q.inſtitu.de actio.do.
Iaſ.in l.actiones.in fin.C.de tranſac.
Practic. Papienſ.in forma libel. quo
agitur ad reddendum rationem tu-
telæ, in uerbo, analogiſtas. Petr.de
Anc.in conſi.mihi cx. iij. incip. pa-
ter habens quinque filios. Angel.ſi-
bi contrarius in conſil.clxxv. incip.
uiſo dicto ſtatuto.Ioan.de Anna.in
conſil. lxxx.incip. uiſis & intellectis
his,quæ in themate narrantur. Ful-
go. in conſili.ciij.incip. nobilis uir
Henricus de Triſino.Barba.in con
ſilio lxvj.inter conſilia Franciſc. de
Cur.incipien.ſapienter optimus prę
dixit pſalmiſta. in vij.column. uerſi.
capio ſecundum articulum. Socy.in
conſilio ccj.incip.abunde & ſubtili-
ter hanc conſultationem abſoluit.p
totum:allegans ita etiam conſuluiſ-
ſe Bald.in quodam ſuo conſilio in-
cip. teſtator dedit tutorem filiis. &
in conſilio inci. dum relinquitur a-
licui liberatio. hanc opinionẽ etiam
amplexus eſt ſolennis Doc. Franciſ.
de Crema,in ſuo conſilio lxij.inter
conſilia Alexandri in iiij.uolumine,
quod inci. Sereniſsimus & Chriſtia
niſsimus imperator.

## Cautela ad inſtruendum uolentem probare communẽ uſum loquendi,ne faciat actum nullum. L I I.

1 *Loquendi communis uſus in omni materia,ſiue fauorabili, ſiue odioſa, ſiue pœnali,præfertur.*

2 *Nepotis appellatione,an filius filij,ſecũdum communem uſum loquendi,intelligatur.*

3 *Beſtiarum appellatione quid ueniat.*

4. *Materia in ſtatutaria, quomodo probatio fienda eſt.*

5 *Sermo omnis, qui uulgi auribus non conſonat,penitus extraneus dicitur.*

1 TV habes* quòd communis opi
nio eſt, qualiter in omni ma-
teria ſiue fauorabili,ſiue odioſa, ſi-
ue pœnali,communis uſus loquen-
di & intelligendi,prefertur propriæ
ſignificationi uerborum: ut præciſe
dicit do.Abb.in cap.ij.in ij nota.de
arbi.de qua communi opinio. habe
tur per Baldum, in l. quòd ſi ne-
potes.ff.de teſtam. tutel. per Barto-
lum, Alexand. & modern. in rubri-
ca.ff. de oper. noui nunci. late per
Barbatiũ in ſua repeti.rubric. extra
de fide inſtrumen.in xj.cha. uerſicu.

ſed quid ſi communis uſus loquẽdi
ita ſe haberet. per d. Ant. Panor. ubi
latiſsime per Felyn. in proœ. decre.
Modo tu uis in materia ſtatutaria ꝓ
bare cõmunem uſum loquendi, uel
intelligendi, puta, *quòd appellatio 2
ne nepotis, de quo uerbo facta eſt
mentio in ſtatuto, ſecundum cõmu-
nem uſum loquẽdi & intelligendi,
nõ intelligitur de filio filii: prout eſt
de propria ſignificatione uocabuli:
ut l. iuriſconſultus. §. nepos quoq;.
ff. gradi. intelligitur de filio fratris.
ut no. Io. An. in c. fundamenta. de e-
lect. in vi. in nouel. uel uis probare,
*quòd licet appellatione beſtiarũ, 3
de propria ſignificatione, ueniant
tantummodo beſtiæ feræ, ueluti ur-
ſi, uel leones: ut l. j. §. beſtias. ff. de
poſtula. tamen, ꝙ cõmunis uſus lo-
quendi aliter ſe habet, ꝙ etiam ap-
pellatione beſtiarum, ueniũt anima
lia domeſtica: ut dicit Matheſi. ĩ ſuo
notabili xcviij. inci. no. unũ mirabi-
le. quæro à te, quomodo ꝓbabis in
materia ſtatutaria iſtum communẽ
uſum loquendi uel intelligendi, tu
recurres ad theoricã Bar. communiter
approbatã, in l. Labeo. ff. de ſupelle.
legat. uidelicet, quòd capitulabis &
ꝓbabis, quòd à decem annis citra, &
per ipſum tempus, quòd communis
uſus loquẽdi uel intelligendi ita ſe
habet, ꝙ appellatione nepotis, in-
telligitur de filio fratris: & ꝙ appel-
latione beſtiæ, intelligitur etiã de
animali domeſtico: & ſi teſtes inter
rogabuntur quomodo iſtud ſciant,
reſpondebunt, quòd per ipſum tem
pus ita communiter ab omnibus di-
ci audierunt. ſecundum Bartolũ in
d. l. Labeo. uel reſpondebunt, quòd
ita communiter dicitur, ſecundum
Bald. poſt Dy. in l. de quibus. in fi. ff.
de legi. contra Barto. in d. l. Labeo.
ſed dico, quod in hoc te decipis, *qa 4
in materia ſtatutaria, non ſufficit ꝓ-
bare communem uſum loquendi
fuiſſe, & eſſe à decẽ annis citra, ſed
opus eſt probare, quòd erat tempo-
re conditi ſtatuti, aliàs probatio nõ
releuaret probantem. Iſtud fuit ſo-
lenne dictum Fulgo. in l. j. in princ.
C. de iura. calum. dicentis ſe ita pra-
cticaſſe, & obtinuiſſe in ciuitate Ve-
ronæ. & ratio eſt in promptu: quia il
le qui uult interpretari ſtatutum nõ
ſecundum propriam ſignificationẽ
uerborum, ſed ſecundum commu-
nem uſum loquendi, nihil aliud uult
inferre, niſi quòd concurrente com
muni uſu loquendi, & propria ſigni
ficatione uerborum, debemus dice-
re, quòd ſtatuens uoluerit ſtatuere
ſecundum communẽ uſum loquen
di & intelligendi, non autem ſecun
dum propriam ſignificationem uer-
borum: quia ut dicit Bald. in ti. de pa
ce Cõſtã. §. opizoni. *omnis ſermo 5
qui non conſonat auribus uulgi, di-
citur penitus extraneus: quia fate-
bor conſequentiam, ſed negabo aſ-
ſumptum, quòd ſtatuens habuerit
reſpectum ad communem uſum lo-
quendi, cum ſit, quod dicam, ꝙ tem
pore conditi ſtatuti nõ uigebat iſte
communis uſus loquendi: ergo alle
gãti incũbit onus probãdi, quia non
ſequitur, nunc eſt cõmunis uſus lo-
quendi & intelligendi, ergo ſtatuẽs
uoluit diſpoſitionem ſuam ita debe
re intelligi: quia poſsibile eſt, quòd
tempore quo factum fuit ſtatutũ, nõ
erat iſte cõmunis uſꝰ loquẽdi: ergo
ut dixit, allegãs debet hoc fundamẽ
tum ſuæ intẽtionis ꝓbare, & hãc de
ci. Ful. refert, & ſeqtur ſolennis Do.
Vincẽ. Palleotus quẽ habeo ad pœ-
nã in l. j. in v. char. uerſ. itẽ quia dictũ
eſt ſ. de communi uſu loquẽdi. ff. ſi
cer. pe. dicẽs eſſe perpetuo mẽti te-
nẽdum, & in effectu eſt tenenda, qa
tale dictum raro alibi inuenies ſolu
tum per moder. & moderniores. ſis
ergo



ergo cautus tu qui uis ꝓbare in ma-
teria ſtatutaria cõmunem uſum lo-
quendi uel intelligẽdi, ſi uis, ꝙ talis
probatio habeat releuare, ut nõ pro
bes, quod à decẽ annis citra fuit, &
eſt communis uſus, &c. ſed probes
quod erat tempore conditi ſtatuti,
alias ſuccumbes.

## Cautela pro iudicibus ſecularibus, contra proponentes exceptiones remittendas ad iudicem eccleſiaſticum. LIII.

1 *Iudicium ſi coram ſeculari iudice pendeat, et alicuius quæſtionis ſpiritualis cognitio incidat, talis cognitio ad eccleſiaſticum ſpectat.*

2 *Index ſecularis ſententiam iudicis eccleſiaſtici exequi non tenetur, quando uidet eam nullam, ſeu iniquam.*

3 *Litis pendentiam moroſus allegare nõ poteſt.*

1 SI coram * aliquo iudice ſeculari,
pendet iudicium, & incidat co-
gnitio alicuius quæſtionis ſpiritua-
lis, talis cognitio ſeu quæſtio, ſiue
tractetur principaliter, ſiue inciden-
ter, quando eſt iuris, non dico [a] quã
do eſt facti, non ſpectat ipſi iudici
ſeculari, ſed debet remitti ad iudicẽ
eccleſiaſticum. prout tenent Bartol.
& Paul. de Caſtr. in l. omni nouatio.
C. de ſac. ſan. eccleſi. Bart. & alii in l.
quoties. C. de iud. Bar. & omnes, ubi
præcipue Alexand. in l. Titia. ff. ſol.
mat. Canoniſtæ in c. cum ſit genera
le. de for. com. & in c. tuam. de ord.
cogni. propterea quotidie euenit, ꝙ
quando aliquis ex litigatoribus uult
differre iudicium cœptum corã iu-
dice ſeculari, proponit aliquam de
iſtis exceptionibus remittendis ad
iudicem eccleſiaſticum: puta, quod
contractus, uel inſtrumentum uſura
rium, uel quod actor, uel teſtis eſt
excõmunicatus, & ſic de ſingulis: &
ad hoc facit, ut iſte interim iudex ſe-
cularis habeat ſuperſedere, donec
de tali exceptione cognitũ fuerit: &
ad hoc, ꝙ ſi in foro epiſcopi ſuccumba
bat, ualeat ad ſedẽ apoſtolicã appel-
lare: ſic, ut ſimiliter manꝰ iudicis lai-
ci pẽdente appellatione, ſint ligatæ,
quia quando iudex laicus remiſit a-
liquam exceptionem cognoſcendã
per iudicem eccleſiaſticum, quo ad-
modũ pendẽte cognitione, nihil po
poteſt innouare, ſimiliter non po-
teſt quando per eccleſiaſticum eſt
lata ſentẽtia: ſed ab ea eſt appellatũ,
etiam ſi in ſententia iudex eccleſia-
ſticꝰ reuocaſſet omnes inhibitiões:
ut pulchre conſuluit Fede. de Se. in
conſ. xcviij. inc. Nicolaus Petri. & ut
tenet do. Ant. in c. tuam. ij. q. de ord.
cog. & Alex. in conſ. lxiij. inci. in cau
ſa & lite uertente inſra Thomam. in
iij. uol. Reuoco ergo in dubium, nũ
quid poſſet reperiri aliquod reme-
diũ per iudicem laicũ ad obuiandũ
iſtis calũniis. Dic, quod duplici cau-
tela poterit uti. Prima eſt, quod quã-
do proponitur corã ſe illa exceptio
remittenda ad iudicem eccleſiaſti-
cum, quod tunc ſtatuat terminũ par
ti proponenti intra quem debeat co
ram ſe produxiſſe capitula, & omnia
quæ probare intendit in curia eccle
ſiaſtica, ut ſic uideat, an talia capitula
ſint releuatura, aut nõ. & ſi nõ admit
tat talem exceptionem, ſed ad ulte-
riora procedat, quod iuridice pote-
rit fieri. ita ſolenniter fertur conſu-
luiſſe Saly. in quodam ſuo conſi. in-
cip. in quæſtione uertente, in caſtro
agente. Et ibi dicentem ſe ita uidiſ-
ſe conſultum per celeberrimos Do.
Ioann. Calderi, & Ioann. de Ligna.
quam deciſionem refert, & comme
dando ſequitur Alexand. in d. l. Ti-
tia. in iiij. col. uerſicul. unum tamen
nota perpetuo in practica. ff. ſo. ma-
trim. & Felyn. in dicto capitulo, cum
ſit generale. in iij. colum. uerſi. quar
ta declaratio & optima. de fo. com.

*a Non dico.*
*Si incidit quæ-*
*ſtio cauſæ ſpiri*
*tualis quãdo in*
*facto uertit, an*
*ſecularis poſſit*
*cognoſcere: te-*
*nuerunt quàm*
*plures quod ſic.*
*Bar. in l. quo-*
*ties. C. de iudi.*
*d. Anto. de Bu.*
*et Car. Flo. ĩ c.*
*tuã. de ord. cog.*
*et ĩ c. cũ ſit ge-*
*nerale. de foro*
*cõp. p Bal. ĩ l. ſi*
*lite diffinimus.*
*ff. de his q ſunt*
*ſui uel ali. iu. p*
*Pau. de Leaza*
*ris ĩ cle. j. de u-*
*ſu. p Ang. ĩ diſ-*
*put. ſua ĩci. A-*
*ſtẽſis miles. per*
*Fed. de Senis ĩ*
*cõſ. xcvij. inci.*
*facta eſt lex. cõ*
*trariũ tenet i-*
*dẽ Bar. ĩ l. Ti-*
*tia. ff. ſol. mat.*
*q uariauit. &*
*Bal. in l. quoti-*
*es. C. de iud. ua*
*riauit, p Paul.*
*de Ca. ĩ cõ. cxl-*
*iiv. et p Ioann.*
*de Im. ĩ c. cum*
*ſit generale. per*
*Ro. ĩ pall. l. Ti*
*tia. p Bal. in cõ.*
*clxix. in ij. libr.*
*conſiliorũ. per*
*Lud. Ro. in cõ.*
*cexcix. quod in*
*[illegible] propoſita*

*cõſul.ibi,ꝑmiſ-
ſis tamẽ nõ ob-
ſtantibus Cõs
tamẽ opi.eſt, ꝗ
quãdo de ſpiri
tuali quæſtione
dubitat ſup ſa
ĉlo, ꝗ laic⁹ poſ
ſit cognoſcere.
ita p d.Io.Cal.
et Ant.de But.
in d.c.tuã.uide
domi. Alexan.
de Imol.in l.Ti
tia.in iiij.co.ſo.
mat.et p d.Iaſ.
in l.quoties.C.
de iudic.*

Pro quo quãdo facit, quod pulchre
conſuluit Pet.de Anch.in conſi.ccc-
lxxxij. incip.retento ordine dubio-
rum. uerſic.& hoc pro uero ſuppoſi
to uidendum reſtat.* ubi uoluit, ꝗ
iudex ſecularis non teneatur exequi
ſententiam iudicis eccleſiaſtici, quã
do uidet eam nullam, ſeu iniquam:
unde dixit Ioann. Andr.in cap.cum
in iure peritus.de offi.deleg.& in c.
j.de offic.ord.quod iudex laicus nõ
tenetur exequi præceptum iudicis
eccleſiaſtici, de cuius iniuſtitia ſcit,
uel ſuſpicatur. idem dicendum eſt
in caſu noſtro, quòd iudex laicus nõ
teneatur remittere aliquam exce-
ptionem ad curiam eccleſiaſticam,
quando uidet talem exceptionem
producturam eſſe actum nullum, ui-
delicet non eſſe releuaturam ipſam
proponentem. Secunda cautela
eſt, quod quando iudex laicus uidet,
quod corã ſe proponitur exceptio
remittenda ad curiam eccleſiaſticã,
ſi uult opponentem illaqueare, quã
do dubitat de aliqua calũnia, quòd
tũc aſsignet terminum, intra quem
debeat ſecum toto proceſſu, coram
iudice eccleſiaſtico preſentaſſe, non
dico de iuribus ſuis probaſſe, quia
tale præceptum non teneret: nam ſi
cõtingeret, quod proponens illam
exceptionem, non ſe preſentaret co
ram iudice eccleſiaſtico, intra termi
num præfixum, iudex amplius non
tenebitur ipſam exceptionem remit
tere, ſed poterit ad ulteriora iuridi-
ce procedere. ita ſingulariter tradit
Bartol.in l.preſes.C.de appel.quam
deciſionem, tacito autore ſequitur
Ange.& Imol.in l.ij.ff.de re iud.ubi
etiã Alexã.in j.col.qui eam multum
commendat. ſequitur Paul.de Caſt.
in d.l.Titia.in ſi.ff.ſolut.ma.Ang.in
l.ij.§.ſed ſi dubitetur.ff.de iudi.Fe-
ly.in d.c.cum ſit generale. in iij.col.
uerſic.& eſt cautela, quod ſecularis.
ubi dicit iſtud eſſe perpetuo notan-
dum.& Alexand.in l.de die.§.fi.ff.
qui ſatiſ.cog.ubi dicit, iſtud eſſe no
tatu dignum in practica.& ratio po-
2 teſt eſſe, *quia moroſus non poteſt 5
allegare pendentiam litis prout no.
Bart. in l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiol.
& in l.ubi cœptum.ff.de iudi.& in l.
quamuis.ubi etiam Paul.de Caſtr.ff.
de da.infe.& d.Abb.in c.ex tenore.
in fi.de reſcrip.& in c.propoſuiſti.in
ij.col.poſt d.Ant.ibi, de foro comp.
unde dixerunt Bal.& Pet.de Ancha.
ibi in ſuis reportatis antiquis, in d.l.
de die.§.fina.ff.qui ſatiſd.cog.quos
ibi etiam refert & ſequitur Alexan.
quod ſi remiſsus ad curiam epiſcopa
lem ſuper aliquo incidenti eſt, ibi in
mora iudex primæ cauſæ poteſt ad
ulteriora procedere.

## Cautela ad licite acquirendum unam rem abſque aliqua ſolutione pretij. LIIII.

1 *Fructus cuiuſdam tacitæ compenſa-
tionis iure quo caſu in ſortem compu-
tentur.*

TV cupis habere unam rem, pu
ta unum fundum, ſed tibi non
eſt pecunia, nec alius mod⁹, per quẽ
poſsis emere dictam rem, quæro à
te, an eſſet pulchrum reperire unam
cautelam, per quam poſſes licite ac-
quirere ipſam rẽ abſque aliquo pre-
tio. tu incipies ridere, dicẽdo, quod
iſtę ſunt ambages. dic, quod imò eſt
reperire cautelam, dummodo poſ-
ſis, & uelis eam practicare, uidelicet
quòd mandes alicui, ut uelit nomi-
ne tuo de ſua pecunia emere illam
talem rem, & poſtea te abſente, uel
aliter, ipſam rem non petas: * quia 1
iſto caſu, omnes fructus, quos ille
percipiet, iure cuiuſdam tacitæ com
penſationis cõputantur in ſorte: & ſic
elapſo aliquo tẽpore, calculabitur,
quod tot fructus erũt percepti, quot
aſcendent ad ſummam ipſius ſortis,
&



& per conſequens cõſequeris ipſam
rem, quod nihili tibi cõſtabit. ita ſo-
lenniter docet Bald.in rubric.C.de
contrahend.emptione. in xv.quæſt.
quem refert & ſequitur dominus
Iaſon in l.prima.§. mutui datio. in
ultima col.uerſic. xv. fallit.ff. ſi cer.
peta.dicens, quòd iſtud eſt ualde no
tandum, & cordi tenendum: quia
hoc modo quis poterit acquirere
fundum, abſque aliquo pretio.

## Cautela ad obuiandũ, quod debitores non ualeant impetrare ſaluum conductum dilatorium ſolutionis. LV.

1 *Mora modici temporis, magnũ damnũ
afferre non ſolet.*

2 *Saluuſconductus alicui cõceſſus, quòd
non poſsit moleſtari nec in rebus, nec
in perſona, ad debitum iuratum nõ ex
tenditur.*

3 *Actui iurato non ſolum princeps, uerũ
etiam ſummus pontifex, nunquam per
aliquem actum ſuum derogare intelli
gitur.*

4 *Papa faciens conſtitutionem cum clau
ſula, non obſtante, non intendit uelle
derogare ſeu tollere cõſtitutionem, ſeu
actum iuratum.*

5 *Papa ſeu imperator caſſans conſuetu-
dines uel ſtatuta, nunquam conſuetu-
dines uel ſtatuta iurata uelle caſſare
intelligitur.*

6 *Principes ſeculares ſuper iuramento
diſponere non poſſunt.*

7 *Papa niſi ex magna cauſa, ſuper iura
mento diſpenſare nequit.*

8 *Statutum cogens agnatos litigantes
ad cõpromittendũ, non habet locũ, nec
procedit, ubi actor promiſsionis iura-
tæ uigore ipſum reum conueniret.*

OCVLATA fide continue ui-
demus, quod debitores qui te-
nẽtur ſoluere ad tale tempus, quan-
do appropinquat ipſum tempus ſo-
lutionis, impetrãt à magiſtatibus ter
rarum per uiã amicorum, & per alle
gationem impotentiæ unum ſaluũ-
conductum, quòd non poſsint per
certum tempus moleſtari in rebus,
nec in perſona, quo caſu, talis gratia
ſeu ſaluuſconductus ualet, & tenet:
ut eſt caſus in l.quoties.& ibi notat
omnes.C. de preci. impe.offe. & in
1 l.uniuerſa.C. eodem titul.* quia mo
ra modici temporis, non ſolet ma-
gnum damnum afferre: ut dicit tex.
in l.ſi debitori.ff.de iud. Tu autem
qui uis facere aliquem contractum,
& deſtinare ſolutionem tibi fiendã
ad certum tempus, ſi uis obuiare, ꝗ
adueniente tempore ſolutionis, ſi
cõtingeret, quòd debitor tuus im-
petraret aliquem ſaluumconductũ,
ut non poſsit moleſtari, nec inquie
tari in rebus, uel in perſona, quod
talis ſaluuſconductus non tibi no-
ceat, cautela eſt, quod in celebratio
ne contractus, facias ipſum iurare,
de ſoluendo tibi tali tempore: quia
ſi poſtea à principe ſeculari, uel ab
alio magiſtratu impetrabit ſaluum-
conductũ, ut s.tamẽ talis ſaluuſcon
ductus nõ compræhendet tuum cre
ditum iuratum: & ſic poteris ipſum
moleſtare & in rebus, & in perſona,
perinde ac ſi ipſum ſaluumcondu-
ctum non impetraſſet. ita eleganter
conſulendo tradit Alexand. in ſuo
conſilio xxxviij.inci.uiſa petitione.
Ant.de Roma.in ij.colũ. uerſiculo,
circa ſecundam dubitationem.in ij.
uolumine. quem refert & ſequitur
dominus Iaſon, in di.l. quoties. C.
de preci.impe.offe.& in l.finali. C.
contra ius uel uti.pub. & quem ſi-
militer refert & ſequitur Felyn. in
cap.conſtitutus.uerſiculo, ſtatuta iu
rata.de reſcri.& quam opi. ſimiliter
tenuit Alexand.in conſi.ccvj. incip.
uiſis his quæ in themate. in iij.colũ.
uerſ.dico inſuper, quòd ſaluuſcodu
2 ctus in ij.uolu.& * ꝗ ſaluuſcõductus

cõceſſus alicui, quòd non poſsit mo
leſtari nec in rebus, nec in perſona,
non extẽdatur ad debitum iuratum.
iſta fuit ante ipſum Alexand. ſignan-
da deciſio Cy. & Saly. in d. l. fin. C. ſi
contra ius uel uti. publ. quos etiam
refert & ſequitur Anto. Corſe. in ſua
repet. rubr. extra de iureiura. in xxij.
priuilegio iuramenti. & ratio iſtius
pulchrę deciſionis eſt: *quia non ſo- 3
lum princeps ſecularis, uerumetiam
ſummus pontifex nunquam intelli-
gitur per aliquem ſuum actum uelle
derogare actui iurato: ut eſt caſus in
d. c. conſtitutus. & ibi notãt omnes.
de reſcript. unde dixit gloſſa iuncto
text. in c. cum non deceat. de elect.
lib. vi. quam ibi ſequuntur omnes: &
quam mirabilem dixit Panor. in ca. j.
in ij. col. de his quæ fi. à maio. par. ca.
*quòd Papa faciens conſtitutionem 4
derogatoriã etiam cum clauſula, nõ
obſtãte, quod tamẽ non intelligitur
uelle derogare, ſeu tollere conſtitu
tionem ſeu actum iuratum. quę glo.
per ſcri. in uariis locis multum cele
bratur, maximè per Ro. in conſil. cc-
cxciij. incipi. præſens conſultatio in
hac re incidit. in ult. col. uer. ſecũdo
reſpondetur. & in conſ. ccccxiij. inci.
in caſu propoſitæ conſultationis ui-
detur prima fronte dicendũ. in fi. &
in conſi. cccccxvij. incip. in caſu pro-
poſitæ conſultationis cauſæ celeber
rimorum. circa fi. & Alex. in conſ. c-
xxv. incipi. uiſis & conſideratis ſtatu
tis. in ult. col. uer. confirmo. per no.
per glo. in j. uol. & Alex. in conſi. cij.
incip. cum ſtatutum dirigit prohibi-
tionem. circa fin. in iiij. uol. unde di
xit Ang. in l. j. §. quæ honorandæ. ff.
quarum rer. actio non dat. quem re-
fert & ſequitur Alexand. in conſilio
xxvij. incip. uiſo libello producto
per procuratorem. circa fin. in j. uo-
lum. *quòd Papa ſeu Imperator caſ- 5
ſans conſuetudines uel ſtatuta, nun-

a Non poſſe. *Sed an iuramenta poſſit Papa remittere, et ſuper illis diſpẽſare, uide late p d. Lud. Ro. i co. ſuo xij. et an cõſtitutio, ſiue ſtatutũ poſsit annullare iuramentũ, ubi ſ. qđ in cõſiliũ inci. in ſuo facto ppoſito, &c. Sed an iuramẽtũ poſſit remitti p ſtatutũ, uide plenius p d. Alex. Imo. in coſ. ſuo cxxvij. i j. uol. et eſt cõſiliũ eleg ns, & quotidianum.*

quam intelligitur uelle caſſare con-
ſuetudines uel ſtatuta iurata: ut te-
net idem Alexand. in conſil. cccvij.
incipien. uiſo & opportune diſcuſ-
ſo proceſſu. in vij. col. uer. confirmo
per notata. in ij. uo. bene facit illa cõ
munis opin. quæ eſt, *quòd princi- 6
pes ſeculares non poſſunt remitte-
re, ſeu diſpenſare ſuper iuramento,
cum iuramentum pertineat ad eccle
ſiam, & ad Romanum põtificem: ut
c. uenerabilem. de ele. & c. nouit. de
iud. de qua cõmuni opi. habetur per
Cy. & Paul. de Ca. i l. fi. C. ſi cõtra ius
uel util. pu. & per d. Ant. in c. cum cõ
tingat uerſi. tertius caſus. de iureiur.
ubi late per Imol. in iij. membro. &
per do. Abb. in viij. col. uerſi. nũc ad
prædicta applico. cum aliis concor.
traditis per do. Iaſ. in l. fi. ff. qui ſatiſ.
cog. imo quod eſt plus, communis
opi. eſt, *ſummum pontificem non a 7
poſſe ſuper iuramento licito, niſi ex
magna cauſa diſpenſare: ut habetur
per gloſ. xv. q. vj. autoritatem. & cla-
re per gloſſ. & ibi per omnes, maxi-
me per Panor. in ca. quãto. in ij. col.
uerſic. ſed quia hic fuit aditus Papa.
de iureiuran. & per Panorm. in cap.
ex multipli. de deci. & pulchre per
Franci. de Cur. in conſil. lxvj. incip.
ſuper præmiſſa relatione. in xvij. co
lum. uerſi. ſupereſt modo uidere. &
ad hoc accedat, quòd ſignanter con
ſuluit Paulus de Caſtro, in conſilio
mihi lxvij. inci. uiſis & conſideratis
omnibus. ubi uoluit, *quòd ſtatutũ 8
cogens agnatos litigantes ad com-
promittendum, tale ſtatutum non
habeat locũ nec procedat, ubi actor
conueniret reum uigore promiſsio
nis iuratæ: quia reus petendo com-
promiſſum fieri, incideret in periu-
rium: unde non eſt ueriſimile, ſtatu-
entes de hoc caſu cogitaſſe: qa hoc
modo aperirent uiam periuriis, ꝙ
non eſt dicendum, iuxta l. j. C. ſi ad-
uer.



uerſus uenditorem. & c. ſi uero c. cũ
ſimil. de iureiur. de qua elegãti deci-
ſione clamauit Alex. in conſi. xxxvij.
incipien. uiſo & opportune diſcuſſo
proceſſu. in viij. col. uerſi. per hoc fa-
cit. in ij. uolu. ubi dixit, illo anno ita
fuiſſe iudicatum apud Parmã. Sis er-
go caut⁹ tu, ꝙ in omni cõtractu tuo
celebrando apponas iuramentũ ſo-
lutioni, quia licet poſtea debitores
tui impetrabunt ſaluum cõductũ di-
latoriũ ſolutionis, tamen talis impe
tratio in nihilo tibi nocebit.

## Cautela ut primæ literæ præua leant ſecũdis primo præſentatis, cũ citatiõe ſubſecuta. LVI.

1 *Reſcriptum ſecundum impetrãs ad lites, non faciens mentionem de primo, an & quo caſu obtineat, ita ut eius impetratio ualeat.*
2 *Citetur ſi quiſpiam corã iudice alias ſuo, qui ope exceptionis declinari poterat, an ſi contumax fuerit, declinatorias etiam ante litem conteſtatam opponere poterit.*
3 *Notorium ab declinãdi onere non releuat.*

1 REGVLA *antiqua erat, ꝙ im-
petrans ſecundũ reſcriptũ ad li
tes, non faciens mentionẽ de primo,
talis impetratio tanquã ſubreptitia,
ope exceptionis erat nulla. Et ſic at-
tendebatur tẽpus datæ, nõ aũt præ-
ſentatiõis. ut c. cæterũ. de reſcri. & c.
ex literis. de offi. deleg. & c. ij. de do.
& contu. & c. inter monaſteriũ. cum
ſi. de re iudi. & iſta regula erat adeo
uera, ꝙ non ſolum debeat fieri men-
tio de primis literis, alias ſecũdæ tan
quam ſubreptitiæ non tenebant, ſed
etiã opus erat facere mentionem de
omni clauſula notabili, contenta in
ipſis primis. ut notabiliter dixit do.
Ant. in c. cum dilecta. de reſcrip. & in
d. c. cæterum. in ult. col. eo. tit. & in c.
ex cõqueſtione. in iij. notabili. de re-
ſtitut. ſpol. & ibi etiã do. Abb. in iiij.
nota. hinc eſt quod ſignãter cõſuluit
Oldra. in conſi. cccxxiij. incip. factũ
tale eſt dominus noſter Papa Cle-
mens quintus. in j. col. ꝙ non ſufficit
fieri mẽtionẽ de gratia expectãtis, ni
ſi etiã fiat mẽtio de clauſula anteſer-
ri in ea inſerta. Tamen hodie, ſi a im-
petraui unum reſcriptũ, aduerſarius
poſtea & ipſe impetret unũ aliud, nõ
facta mẽtione de meo primo, ipſum
ſecũdum ualet & tenet, & præfertur
meo duobus concurrentibus. Primũ
ſi fuit diligẽtior me in præſentando.
Secũdum ſi res non ſit integra, hoc
eſt, ꝙ præuenerit me in iuriſdictio-
ne, in faciendo me citare. ut eſt caſus
ſecundũ cõmunem intellectum in c.
ut debitus. de appella. propterea quo
tidie euenit, ꝙ ſi a ſede apoſtolica
impetraui unum iudicẽ delegãtum,
aduerſarius & ipſe poſtea impetrat
unũ alium, & ad hoc, ut ſua impetra-
tio ſecũdo loco facta præualeat meę
primæ, conatur puenire me in præ-
ſentando, & ad hoc ut res non ſit in-
tegra, facit me citare coram ſuo de-
legato. Tu ergo qui impetraſti pri-
mas literas, & aduerſarius q impetra
uit ſecũdas, præuenit te in præſenta
tione, & fecit te citare corã ſuo dele
gato, quomodo facies, ꝙ tuæ primæ
literæ præualeant ſuis, non obſtante
præuẽtione præſentationis, & cita-
tionis. Dico ꝙ debes eſſe cautus, ut
antequã cõpareas, præſentes tuas pri
mas, & poſtea cõpareas excipiendo
de tuis primis, & de pręſentatione fa
cta: quia hoc modo, tuæ præualebũt
ſuis: quia id quod dicimus ſecũdum
reſcriptum, licet non faciat mentio-
nem de primo ualere, & præferri pri-
mo, ſi prius fuerit præſentatum ci-
tatione ſubſecuta, eſt uerum, ſi pri-
mus impetrans ante comparationem
non præſentauerit: ſed ſi præſenta-
uerit, ſecus. Et ſic omnis uis conſiſtit

a Si impetra. *An reſcriptum dicatur ſurreptitiũ, cũ ligatus duplici uinculo nõ exprimit niſi unũ. uide per d. Ludo. Ro. in cõſi. ſuo cccxxvj. quod incip. in præſenti cõſultatiõe. & quid ſi ſunt reſcripta duo impetrata ad diuerſos iudices, ſup eade re, an ſit nulla, ſi ambobus utatur impetrãs. uide per eundẽ in conſi. ſuo cccxxx. incip. circa primũ ppoſitæ cõſultationis articulũ. nã ſupprimẽs fraude uel malitia ueritatem, impetratione reſcripti i ſuæ puerſitatis pœnã, nullum ex impetratis literis cõmodũ cõſequitur. de reſcrip. ſup literis. quaſiliter aũt reſcriptum ex ſurreptione dicatur nullũ, uide in palleg. cõſi. ibi, cõcludo igit.*

 in exci

in excipiendo , quiá ſi primus impe-
trās citatus cōpareret, excipiēdo tan
tummodo de prioritate literarum ni
hil agit:ſed ſecus eſt ſi excipit nō ſo-
lum de prioritate datę, ſed etiā quòd
eas præſentauit. iſta eſt glo. & ibi no
tant omnes, præcipue Philip. Franc.
in xiij. col. cum [redacted] uen. & Cardi.
Alexan. in x. col. in d. c. ut debitus. de
appel. do. Anto. in c. plerunq; in pen.
col. de reſcri. & in c. ſi autem. in prin.
eo. tit. gl. do. Abb. & Fely. poſt alios
in c. j. eo. tit. ubi Fely. poſt Domi. ibi
dicit expreſſe, ꝙ primus impetrās de
bet eſſe cautus, quando citatur, ante-
quam compareat, præſentet ſuas pri-
mas, & poſtea cōpareat excipiēdo de
prioritate datæ, & de præſentatio-
ne facta : quia hoc modo ſuæ primæ
præualebunt ſecundis primo præſen
tatis. Ad unū tamē aduerte, quòd ſi
cautela prędicta debet habere locū,
opus eſt, ut comparitio fiat intra ter
minum citationis, alias ſi primus im-
petrans eſſet contumax in prima ci-
tatione, nōn poſſet poſtea cōparere
etiam ante litē conteſta. & declinare
ſeu opponere de literis primo impe-
tratis, & de præſentatione facta: quia
licet cōtumax nō uideatur unquam
prorogare iuriſdictionem non ſui iu
dicis. ut no. dixit Inno. in c. innotuit.
de eo qui iur. ord. ſu. & Bart. in l. non
uidetur. la prima. ff. de iudi. & Bald. in
l. fi. qui ex cōſenſu. in ij. col. C. de epi.
audien. & in l. geſta. in ulti. col. uerſi.
quæro nunquid pro actis præſuma-
tur. C. de re iudic. & in l. licet. in ulti.
col. C. de procu. & Ro. in cōſi. xlviij.
incip. inſpectis ſupra cōſultis. Et hoc
niſi iudex pronunciaſſet ſe iudicē cō
petentem, & á tali ſentētia nō fuiſſet
appellatū, ut notant Inno. & Io. An.
in c. præterea. de dilatio. Bart. & Pau.
de Caſtr. & Alexand. in l. ij. ſi quis in
ius uoc. non ierit. tamen* ſi quis cita- 2
tur corā iudice alias ſuo, qui ope ex-
ceptionis poterat declinari, tunc ſi
eſt contumax, amplius nō poteſt op-
ponere declinatorias, etiā ante litem
conteſtatā: ut eſt ſingulare dictū In-
nocen. in c. ad petitionem. de accuſa.
Innoc. & do. Anto. in c. cum ſuper. de
offic. deleg. Bald. in d. l. ſi qui ex con-
ſenſu. de epiſco. audien. & Alex. in d.
l. ij. in iij. col. ff. ſi quis in ius uoc. nō
ierit. ubi extendit iſtud habere locū,
etiam ſi eſſet certū aliquā declinato-
riā cōpetere, ut ibi per eū: * quia no- 3
torium nō releuat ab onere proban-
di. ut not. gloſſ. ſing. in cle. appellan-
ti. de appell. & ꝙ conuentus corā iu-
dice alias ſuo, qui ope exceptionis
poterat declinari, ſi eſt contumax, ſit
præcluſa uia amplius opponendi ali
quam declinatoriam, etiam ante litis
conteſtatione: bene facit ꝙ cum con
tumacia interpretetur in id, quod eſt
deterius contumaci: ut l. de ætate. §.
qui tacuit. ff. de interro. actio. & no.
Bart. in l. quandiu. la tertia. ff. de ac-
quir. hæred. & per actum non ſolum
expreſſum, ſed etiā tacitū, etiam an-
te litem conteſtatam pręcludatur uia
deponēdi declinatorias: ut per Bart.
in l. non uidetur. la ſecunda. ff. de iu-
di. per Bart. & alios in l. quidam con-
ſulebat. ff. de re iudic. & per Canoni.
in c. inter monaſteriū. extra eo. de re
iudic. ergo contumax debet haberi
pro cōſentiente, ex quo alias eſt ſuus
iudex. ſequitur Philip. Fran. in d. c. ut
debitus. in xvj. col. de appel.

## Cautela ut á muto poſsit haberi confeſsio criminis. LVII.

1 *Probatio per ſe ſola quando non eſt uehemens, non ſufficit ad probationem, nec ad torturam.*

2 *Indignum nimis eſt, ut quod quiſq; ſua uoce dilucide proteſtatus fuerit, id amplius retractari poſsit.*

3 *Mutus qui loqui non poteſt, ſcriptura propria ſe obligare ualet*

TANCRET

TANCRETVS de Corneto
in ſua compendioſa. in ulti. ru-
brica. quæſt. iiij. refert, quòd quidam
patruus & tutor cuiuſdam pupilli ne
potis ſui conſiderans pupillum eſſe
unicum, quia ſine fratre & ſorore, &
quòd ipſe patruus erat ſibi proxi-
mior in ſucceſsione, ſuadente diabo
lo duxit pupillum ad uineam, & ibi
ſuffocauit eum, & occultauit ſub ter
ra: poſtea ipſo redeunte, fuit ab eo
quæſitum, ubi erat pupillus: reſpon-
dit quòd tali hora receſſerat, & non
redierat niſi tunc, & quòd neſciebat
ubi eſſet, & oſtendit ſe dare operam
ad quęrendū ipſum, dicens eum per-
ditum, & uocauit amicos, & fecit
ploratum tāquam de mortuo, & hoc
modo retinuit totum potere pupil-
li: quia tamen ſecundū euangelicam
ueritatem, nihil occultum quod non
reueletur : facta fuit murmuratio in
populo, quòd ille patruus eum occi-
derat, qui rumor peruenit ad aures
curiæ, unde curia formata inquiſitio
ne miſit pro patruo, qui reſpondens
negauit : & facto proceſſu, non po-
tuit haberi probatio, niſi de publica
1 uoce & fama, * quæ per ſe ſola quādo
nō eſt uehemēs, nō ſuffi. cit nec ad pro
bationem, nec ad torturam: ut nota.
Bartol. & ibi Alexand. in apoſtil. in
l. de minore. §. tormenta. ff. de quæ-
ſtio. & Bartol. in l. fina. ff. eod. Ange-
lus de Aretio, in tractatu maleficio.
in uerbo, fama publica præcedente.
uerſicul. & an fama ſit ſufficiens in-
dicium ad torturam. & ibi ſatis late
per Auguſti. Arimi. in additio. per ca
noniſtas præcipue per Felyn. in cap.
ueniens. el primo. in v. col. uerſiculo,
limita tertio. de teſti. Sed quodam di-
uino nutu uenit in mentem iudicis
inquirētis, ut mitteret foſſores ad ui
neam, ſi ibi eſſet forte ſepultus, & ſic
fuit ibi inuentus puer ſepultus : quo
reperto, iudex iterum interrogauit
patruum, quis hoc feciſſet, qui nega-
uit ſe ſcire. iudex ergo conſiderato
enormi delicto, & conſiderato indi-
cio loci ubi fuerat ſepultus, ac etiam
probatione publicæ famæ, delibera-
uit procedere ad torturam contra i-
pſum : ille autem uidens ſe conſtitu-
tum in periculo mortis, quia opor-
tebat confiteri, abrepto gladiunculo
de uagina, amputauit ſibi linguam,
ne iudex poſſet extorquere confeſ-
ſionem ab eo. Modo quæſitum fuit,
quod remedium poſſet adhiberi, ut
confeſsio poſſet extorqueri, quæ eſ-
ſet ad condemnationem ſufficiens,
dicit Tacre. quòd remedium ſeu cau
tela eſt, ut ſumatur informatio an
ſciat ſcribere, & ſi ſic, tunc tam diu
tormentetur, donec de ſua propria
manu ſcribat, ſe commiſiſſe illud de-
lictum: quia tunc uigore talis confeſ-
ſionis per ipſam ſcripturam factæ, po
terit condemnari : quia quemadmo-
dum quis ex ſua confeſsione, uiua
2 uoce facta obligatur. * nam nimis in-
dignum eſt, ut quod quiſq; ſua uoce
dilucide proteſtatus eſt, id amplius
retractare poſsit, ut dicit text. in l. ge
neraliter. C. de non nu. pe. & in c. per
tuas. de probat. ſimiliter quis ex ſua
propria ſcriptura aſtringitur, quòd
contra eam uenire non poteſt. ut in
§. ſtudium. & §. ſi autem. in auten. de
trien. & ſemiſ. & autenti. contra qui
3 propriam. C. de non nu. pecu. * nam
& mutus qui loqui non poteſt, pro-
pria ſcriptura obligari poteſt, ut l. ex
facto. de uulga. & pupilla. & l. diſcre-
ti. C. qui teſtament. facere poſſunt. &
§. item mutus. inſtit. eod.

## Cautela pro illo qui ædificauit ſpreta nunciatione, ut contra ipſum non competat interdictum demolitorium. LVIII.

1 *Opus nouum ſi nūcietur, & nunciatus tali nunciatione non obſtante, in opere*

*procedat, omne id quod ædificauit, ſuis ſumptibus demoliri debet.*

2 *Lite conteſtata iudex qui ſuper meritis cauſæ cognoſcere cœperit, ſuper toto, non autem ſuper attentato pronunciare debet.*

3 *Appellatione pēdente ſi litem cōteſtatus fuerim, & a principio nō petierim innouata retractari, attamen quandocunque uelim, petere poßum, & reuocari debent.*

4 *Retractatio attētatorū iudicis officio mercenario expeditur, in quo nec libellus, nec litis conteſtatio requiritur.*

5 *Appellationem inter iudicialē, & extraiudicialem, quæ differentia ſit.*

6 *Operis noui nūciatio appellationib. extraiudicialibus æquiparari debet.*

TEXTVS *ſunt expreſsi, ꝙ ſi 1
nunciatur nouū opus, & nun-
ciatus non obſtāte tali nunciatione,
ꝓcedat in opere, omne id quod ædi-
ficauit, debet ſuis ſumptibus demo-
liri: quia nunciatio ſiue iuſta ſiue in-
iuſta, ſpernēda non eſt. ut l.j.in prin.
& §.ſed ſi is.ff.de oper.no.nun.& in
l.prætor ait.cum tribus §. ſequen.ff.
eo.tit.& in c.ij. extrà eo. pone quòd
quis ædificauit ſpreta nunciatione,
quo caſu, ut ſuperius dictū eſt, opus
debet demoliri, nūquid eſt dare cau-
telam, quòd tale opus non demolia-
tur? *Dic ꝙ ſic, uidelicet ꝙ conetur cō*
teſtari litem ſuper meritis cauſæ, an-
tequā aduerſarius petat ædificiū de-
moliri: quia per ipſam cōteſtationē,
eſt præcluſa uia aduerſario amplius
petendi dicta demolitionem. ita no
tabiliter uoluit Bald. in ſuo conſilio
incip. proponitur, quòd fuit duplex
nūciatio. in j.col.in prima parte. Mo
tus, quòd nunciatio noui operis, eſt
quædā prouocatio, ſeu extraiudicia
lis appellatio: ut etiam tenet Bar.in l.
fin.ff.de appellatio.recipi.poſt quam
prouocationem ſeu extraiudicialem
appellationem, innouata retractan-
tur per uiam attentati: ut habetur in
c.non ſolum.de appellatio. lib.v i.&
toto titu.ff. nihil inno. appel.peden.
tamen illud innouatum ſeu attenta-
tum, appellatione pendente, debet
peti, ut retractetur antequam lis con
teſtetur ſuper meritis cauſæ princi-
palis.* nam ea conteſtata, iudex quia 2
cœpit cognoſcere ſuper meritis cau
ſæ, debet pronunciare ſuper toto,
non autem de attētato ſolum. alleg.
Specul.in tit.de appellati. §. penulti.
uerſic. ſed pone.& iſtam deciſionem
Bald.refert, & pro notabili ſequitur
domi. Iaſ.in l.j. in ij. col. uerſicu.iiij.
notabiliter limita. ff. de operis noui
nuncia.& ita aliàs hic Paduę propter
autoritatem Bald.& do. Iaſ.fuit de fa
cto obtentum. Aduerte tamen licet
autoritas Bal.& domi. Iaſ.magna ſit,
tamen iſtam ſuam cōcluſionem non
puto ueram: quia poſito, quòd nun-
ciatio noui operis ſit prouocatio
ſeu extraiudicialis appellatio, poſt
quam appellationem innouata ue-
niant retractanda per uiam attentati,
tamen nō eſt uerum, ſi ſim conteſta-
tus litē ſuper meritis cauſæ principa
lis, quòd non poſsim amplius pete-
re retractari ea, quæ fuerint attenta-
ta appellatione pendente: quia licet
aliquis tenuerit hanc opi. ꝙ litis con
teſtatio operetur, ꝙ amplius nō poſ-
ſit peti retractatio attentatorum, ut
tenuit Specul.in loco ſuperius alleg.
& Archidia.in dicto c.non ſolum.de
appellatio. lib.v i. Moti, quòd licet
reuocatio attentatorum habeat pri-
uilegium expediti proceſſus, ut uult
gloſſ.not.in cle.ij.ut lite penden.ta-
men conteſtando litem ſuper nego-
cio principali, pars uidetur huic pri-
uilegio renunciare: nam quis eligen-
do unam uiam, uidetur alteri renun-
ciare, iuxta l.quod in hęrede. §.elige
re.ff.de tributo. & c. unicum. de po-
ſtu.præla.in v i.& c.ut qs.de electio.
eo,



eodem.lib.vi. Nihilominus com-
munis & uera opin. eſt in contra-
3 rium,* quòd appellatione pēdēte, ſi
cōteſtatus ſum litē, & à principio nō
petierim [a] innouata retractari, quòd
tamē quādocūq; uelim poſsum pe-
tere, & debent reuocari. ita tenet gl.
in d.c.nō ſolū.in uerbo, ante omnia.
& ibi Ioā.An.Pet.de Anch.& Domi.
diſtinguendo tamē, ut ibi. Per eū te-
net Io.Mona.in c.cupientes. §.pen.
de elect.li. vi.Bal. in l.appellatione.
in j.col.uer. quæro an ſuper officio.
C. de app.Phil.Fran.in c.dilecti filij.
el ij.in ij.col.uerſi.ij.quęro.extrà de
app.& ibi etiam Præpo.Mediol.nūc
Car.Ale.meritiſsimus in iij.col. uer
ſi.operę precium eſt.Do.de Rota in
ſua deciſ.clxxxv.inci. ſi pars.Inno.&
4 ratio eſt, * quia retractatio attentato
rum expeditur iudicis officio mer-
cenario, in quo nō requiritur libel-
lus, nec litis conteſtatio, ut uult glo.
in cle.ij.ut lit. penden. quā ibi ſequi
tur Car.in j.q.& tenet Bal.in d.l.ap-
pellatione.in j.col.uerſi.quæro utrū
attentata.C.de app.& eſt ad hoc bo-
na glo.in rubri.ff.de interrog.actio.
ideo cum iſte articulus de natura ſui
examinetur ſeorſum à principali, ut
d.c. non ſolum.ergo litis cōteſtatio
ſuper negocio principali non debet
nocere reuocationi attentatorū, ut
in ſimili dicit gl.in l.uinum.ff.ſi cer.
pe. & in l.quia teſtamēto. §.per con
trarium.C.de teſta.& in §.multis.in
uerbo, trāſitu.inſti.de libert. de qua
facit feſtū Bal.in multis locis. Et ſi di
ceretur, quòd forſitan prædicta, ſcili
cet quòd cōteſtatio litis ſuper nego
cio principali nō impediat retractio
nem innouatorū, habeat locū & pro
cedat in attētatis per iudicem: & ſic
quando intentaretur titulus, nihil
nouari appellatione pendente. Se-
cus uero in attentatis per partem, &
ſic quando intentaretur ti. ut lit.pen
den. quia datur circa innouata per
partem, prout iſtam differentiam
inter unum titulum, & alium ſentit
Innoc.in c.dilecte in Chriſto. de ex-
cep. Bal.& Imo.in l.ſi quis filio. §.hi
autem. ff.de iniuſt.& irrit.teſta. De-
clarant Car. & Panor. in d.c.dilecte.
quia dico, quòd ex utroque capite,
ſiue ex ti. nil no.appel.penden.ſiue
ex tit.ut lit.penden. litis conteſtatio
non impedit, quo minus in princi-
pio, in medio, & in fine litis poſsit
peti attentata retractari, dummodo
talis petitio fiat ante concluſionem
in cauſā ita pendentis lit. tenent d.
de Rot.in ſua deci.lvij.inci.attenta-
ta inno. licet Bal.in l.j.in iij. colum.
uerſi. uel pone aliud exemplum.C.
de appe.uideatur ſentire contrariū,
cum quo uidetur tranſire preceptor
meus in canonibus do. Philip.Dec.
in c.conſuluit. in ſecunda col. uerſi.
& notandum.extrà eodem, de appel
latio.& ſi diceretur quòd forſitan ea
quæ ſuperius dixi procedunt in ap-
pellatione iudiciali: ſed Bal.& dom.
Iaſ.loquuntur in nūciatione noui o-
peris, quæ eſt quædā appellatio ex-
traiudicialis, ut ſuprà dictū eſt, quia
5 breuiter reſpōdeo,* quòd licet ma-
gna differentia ſit inter appellatio-
nem iudicialem, & extraiudicialem,
ut per do. Abb.Philip. Franc. Cardi.
Alex.& do.Phil.Decium in c.bonæ.
de appel. ubi enumerant xiiij.diffe-
rentias.tamen quantū ad caſum no-
ſtrum, ſcilicet quo ad attentata, nul-
la eſt differentia, quia ita attentata
poſt appellationē extraiudicialem,
poſt legitimam inhibitionem iudi-
cis ad quem, ut eſt in caſu noſtro,
quando nunciatus procedit in ope-
re poſt præceptū iudicis, ſunt à prin
cipio nulla, & gaudent eodem priui
legio, quo gaudent attentata iudi-
ciali appellatione pendente, ut eſt
text.cum gloſſ.in d.c.non ſolum. §.

*a Innouata retractari. Attentatorū reuocatio appellatione pendente, qui fieri poßit & debeat, & quando nō, uide p d. Alex.de Imo.in cōſi.ſuo xcix.in v. nol. in prin. Et ſi appellatione pendente appellās excommunicetur, debet excōmunicatio retractari p uiā attentati. uide Inno.in c.dilecti. in gl.in uerbo, ſententias. et ibi per Imo.& Fel.ī iiij.q. extra de app. per d.Phil. de Fra. i vu. de ap.extra. circa prin. ibi, ua ſui excōmunica.& ibi dixit etiā i apoſtil.et ne credat aliqs, ꝙ ignauia & culpa mea nō fuerint additæ apoſtillæ, per me toti operi de ap.ipſi⁹ d. Phil. ſed culpa bibliopolæ qui ea imprimi faciebat, qui fregit mihi pacta, deſtiti iuſtiſsima cauſa motus. Sed dulcē ſic oleū & ope*

*rā perdidiſſe, ut in conſiliis Old. ſic etiā accidit eiuſdem librarij culpa.*

fin. de appell.libro vi.no.Imol.in d.
c.bonæ.in penul. colum. de app.ubi
etiam Philip. Fran.in vij.concluſio-
ne,& Card.Alex.in xix.colum.uerſ.
tertio fallit. & Phili.Franc.in c.ſigni
ficātibus.extrà eodem.Sentiunt do.
de Rota in ſua deci.cccxlvj.incip.ſi
appellatur in no.& clare deciſ.ccxx-
xiiij.incip. ſi rector in no.ſuper qui-
bus cogita eo maxime,q̄ Bar.in l.in
prouinciali. §.j.ff.de oper. no.nun.
&in l.fi.ff.de appel.recip.ſentit*nū- 6
ciationem noui operis æquiparari
appellationi extraiudiciali. Panor.
uero poſt do.Anto. ſentit contrariū
in c. cum nobis.in iij.col.de electio.

## Cautela pro fratre, ad impediendum fratrem, ut nō poſsit aliquid alienare de re communi. LIX.

1 *Rem communem cum aliquo ſi quiſpiam habuerit, portionem ſuam pro indiuiſo, ignorāte, & inuito ſocio alienare poteſt.*

2 *Iudicijs uniuerſalibus, ut eſt iudicium famil.erci. per ſolam citationem res litigioſæ efficiuntur.*

Tu ſcis,* quòd ſi aliquis habet 1
rem communem cum aliquo,
quòd poteſt portionem ſuā pro in-
diuiſo alienare, ignorante & inuito
ſocio, ut habetur in l.j. C.commun.
diui.& in l. ante diuiſionē. C. de iu.
dot.& in l.falſo.C.de cōmu. re.alie.
& in l. portionem.cum ſimili. C. de
dona.Pone modo,quòd duo fratres
poſsident bona patris ſui pro indi-
uiſo: unus ipſorum uult alienare ali
quid de bonis cōmunibus pro por-
tione ſua, alter frater nollet,nūquid
poſsit dari remedium huic fratri ad
impediendum,in uno momēto,per
aliquot dies, alienationē fiendā per
alterum fratrem. Iſtud quęſitum fuit
pridie factū cuidam doctori me præ
ſente, quidam dum amiſiſſet luden-
do quandam pecuniæ quantitatem,
ductus auiditate ludendi, iuxta il-
lud, Et reuocat auidas alea ſæpe ma-
nus: non ualens per aliam uiam re-
perire pecuniam, tum etiā commo-
tus ira propter quandam repræhen-
ſionem fratris, qui repræhenderat
eum de dicto ſuo ludo, deliberauit
uendere partem ſuam cuiuſdam pul
chræ uineæ, alter frater penitus no-
lebat, quo caſu quærebat de repenti
no remedio, quo modo poſſet impe
dire fratrem, ſaltē per aliquot dies,
ne poſſet aliquid alienare de re com
muni, ſperans, quòd ceſſante ira fra
tris, reduceret eum ad uoluntatem
ſuam: ille doctor dixit, quòd ſi erat
uerum, quòd bona eſſent commu-
nia, quòd ipſe non uidebat reme-
dium, quomodo ille poſſet impedi-
ri, quominus non ualeret alienare
de re communi pro portione ſua, ni
ſi moueret ei quæſtionem dominij.
Breuiter allegabat quādam rationē
friuolam. Tūc ego dixi, quòd ſi uo-
lebat in uno momēto impedire per
aliquot dies, omnem alienationem
fiendam per fratrem de dictis bonis
communibus, quòd ſtatim deberet
ire & petere diuiſionem ipſorū bo-
norum communium,* quia in iſtis 2
iudiciis diuiſoriis uniuerſalibus, ut
eſt iudiciū familiæ herciſcundæ, per
citationem ſolam res fiunt litigioſę,
& ſic omnis alienatio impeditur, ni-
ſi ſubeſſet neceſsitas alienandi. ita
not.gl.in d.l.falſo. C.de commu.re.
alie. & glo.in l.portionem.C. de do
na.gl. & ibi per omnes, in l.j.C.com
mu. diui. & in l. alienationes. ff. fa-
mil.herciſcundæ.

## Cautela ad inſtruendum facientem interponere decretum, in alienatione rei minoris. LX.

1 *Alienatione rei immobilis minoris, ſi decretum iudicis non interuenerit, & cauſæ cognitio præceſſerit, tale decretum eſt nullum.*



2 *Decretum iudicis interpoſitum in contractu minoris, non ualet, tāquam interpoſitum ſine cauſæ cognitione, quando iudex ad interponendum uocatus, ſtatim interpoſuerit.*

3 *Notarius ſi in inſtrumento alienationis rei eccleſiaſticæ aſſerat neceſſitatem uel utilitatem ſubeſſe, de ipſa neceſsitate uel utilitate, ipſius notarij uerbis non ſtatur, niſi neceſsitas uel utilitas probetur.*

4 *Clauſula nemine diſcrepante, & ex certa ſcientia, quid importet.*

5 *Actum quotieſcunque quis libere facere non poteſt, niſi certa qualitate interueniente, ſuæ ſimplici aſſertioni non ſtatur, quod illa qualitas interuenerit.*

6 *Lex multum de ſuo miniſtro confidit.*

7 *Iudicis uerbis quo caſu ſtetur, cum aliquam cauſam delegauerit.*

8 *Cauſæ cognitionem temporis breuitate interueniſſe non præſumitur, ſi eodē actu datus fuiſſet curator, facta uenditio, & decretum interpoſitum.*

9 *Sententia eſt nulla, quando iudex tam breui tempore ipſam tulit, quod acta conſiderare non potuit.*

10 *Tutor ſi una die petatur, & illa eadem die à iudice datus fuerit, quo caſu talis datio nullius momenti eſſe dicat.*

11 *Præſumptio una, aliam tollit.*

12 *Actu in aliquo ſi iudicis decretum interpoſitum reperiatur, omnes ſolennitates interueniſſe præſumuntur.*

13 *Iudici ſi ſuggeſtum fuerit, ut decretum ſuum interponere uellet, ex eo, quia iuſta uenditionis cauſa ſuberat, ſi ſtatim nulla alia inquiſitione facta ipſum interpoſuerit, tale decretum ualet & tenet.*

Decreto* iudicis in alie 1
natione rei immobilis mino-
ris, non interueniente, & cum cauſæ
cognitione præcedente, tale decre-
tum eſt nullum. & ſimiliter aliena-
tio ſuper qua fuit interpoſitum eſt
nulla, ut l.magis puto. §.nō paſsim.
ff. de reb.eorum.& l. lex quæ. C. de
admi.tu.& l.nō ſolum.& l.ob æs.C.
de prędi.mino.& iſtud habet locum
non ſolum in rebus immobilibus,
quæ ueræ ſunt ipſius minoris, & ſic
in quibus habet uerum dominium,
ſed etiam habet locum in illis rebus
in quibus habet quaſi dominium, &
ſic Publicianam, ut d.l. magis puto.
§.primo.ff. de rebus eorum. & ha-
bet locum non ſolum in contractu,
uerumetiam in diſtractu, ſecundum
Bald.in l.præſes.C.de tranſact. & ha
bet locum non ſolum in illis qua-
tuor caſib. enumeratis in d.l.non ſo
lum.C.de prędiis min.ſcilicet uendi
tione, tranſactione, permutatione,
& donatione.uerum etiam habet lo
cum in compromiſſo fiendo, quia ſi
minor facit compromiſſum abſque
autoritate iudicis, tale compromiſ-
ſum non tenet, ſecundum Bal.in d.
l.præſes.circa fi.C.de tranſact. & iſta
alienatio abſque decreto eſt in tan-
tum prohibita, quòd etiam ſi minor
ueniam ætatis impetraſſet, nihilomi
nus in ſuis alienationibus opus eſt
decreto, ut l. ſecunda & tertia.C. de
his qui ue.æta.impet. Plerique mo-
do parum circunſpecti, uolentes e-
mere rem immobilem à minore, ua
dunt ad iudicem, & dicunt, domine
iudex nos uellemus emere à tali mi
nore certum fundum, ſed quia talis
emptio non teneret, ſi decretū & au
toritas ueſtra non interueniret, id-
circo dicatis ad quem locum debea-
mus uenire ad hoc, ut ualeatis decre
tum & autoritatem ueſtram ſuper
tali contractu interponere.& ſic da-
to ordine conueniunt ſimul, & uno
& eodem actu in illo inſtrumen-
to uenditionis notarius ſubiungit,

cui uenditioni dominus iudex cum
debita cauſe cognitione interpoſuit
ſuum decretum, & credunt, quód ta
le decretum interpoſitū modo quo
ſupra, ualidat ipſam alienationē: in
quo errant, quia tale decretum tali
modo interpoſitum nō tenet, & per
conſequens nec alienatio. nam per
illa uerba de quib. ſupra, ſcilicet cui
uenditioni dominus iudex cum de-
bita cauſæ cognitione interpoſuit
ſuum decretum, non probant decre
tum interueniſſe cū cauſæ cognitio
ne, & de ſubſtantia requiritur, ut ſu-
perius dictum eſt. ita ſignanter con-
ſuluit Pau. de Ca. in conſi. ſecundum
ordinem meorum, xcix. incip. ſuper
eo quod quæritur utrum uiſo ſtatu-
to. quem refert & ſequitur Alex. in
conſi. clxiij. incip. alias conſultus re-
ſpondi. in fi. in v. uol. & do. Iaſ. dicēs
tale dictū eſſe diligenter notandum
in l. nec quicquam. § . ubi decretum.
in xvj. col. uerſi. no. & ſecundo dili-
genter. ff. de offic. procon. & lega. &
in l. ſciendum. in iiij. col. uerſi. tertio
adde. de uerb. obli. & Bertachi. dicēs
eſſe dictum notandum in ſuo reper.
in uerbo, decretum iudicis non uali
dat donationem fraudulentam. uer
ſi. ij. referens And. Barba. dixiſſe in
quodam ſuo conſi. incipi. ſcripſit ec-
cleſiaſticus. quod conſilium eſt ſe-
cundū cū poſt conſi. ciij. Alex. in iiij.
uol. licet in meis nō reperiā ſe alias
in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de cōſti.
allegaſſe quoddā cōſilium Abb. Si-
cu.* quod decretum iudicis interpo 2
ſitum in contractu minoris non ua-
let, tanquam interpoſitum ſine cau-
ſæ cognitione, quando iudex ſtatim
uocatus ad interponendum ſtatim
interpoſuit. mouetur Paul. de Ca. in
d. ſuo cōſi. per illam pulchram regu
lam, quæ eſt, quód quotieſcunq; no
tarius atteſtetur aliqd in inſtrumen-
to, ꝙ nō potuit uerıſimiliter inter-
uenire tempore rogatus, & ſic tēpo-
re confecti inſtrumenti. tale inſtru-
mentum nō probat, prout tradit Bar
to. in auten. ſi quis in aliquo docu-
mento. circa fin. C. de eden. & in l. ſi
forte. ff. de caſtr. pec. & latius per eū
dem & ſcrib. in l. ſciendum. de uer.
obl. per d. Abb. in c. illud. de pſump.
per d. Ant. Imo. Panor. & late per Fe
ly. in c. ſicut. de re iu. late Vital. Cam
pa. in ſuo tract. clauſularum, in mate
ria uerborum enunciatiuorū in con
tractibus. ſed ſic eſt, ꝙ ipſa cauſæ co
gnitio quā aſſerit notarius in inſtru
mento interueniſſe, non potuit tūc
tempore cōfectionis inſtrumēti in-
teruenire, quia talis cauſæ cognitio
debuit præceſsiſſe, facta prius dili-
genti inquiſitione, an talis alienatio
eſſet neceſſaria, uel utilis, uel minus
damnoſa quàm fuiſſet alienaſſe ali-
quam aliam rem. iuxta d. l. magis pu.
§ . nō paſsim. ff. de re. eo. Cum ergo
tempore confecti inſtrumenti, talis
cauſæ cognitio nō potuerit interue-
nire, ſequitur dicendum, ꝙ non de-
bet ſtari dicto notarij aſſerentis i-
pſam interueniſſe, quæ ſententia po
teſt cōprobari de eo quod pulchre
dixit Gemi. in c. j. in vj. no. de reb. ec.
nō alie. in vi. * ubi uoluit, ꝙ ſi nota- 3
rius in inſtrumento alienationis rei
eccleſiaſticæ aſſerat neceſsitatē, uel
utilitatem ſubeſſe, de ipſa neceſsita-
te uel utilitate non ſtatur uerbis i-
pſius notarij, aliter ipſa neceſsitas,
uel utilitas nō probetur. Secūdo po
teſt fortificari de eo quod tradit Ale
xan. in cōſi. xvij. inci. uiſo inſtrumen
to locationis. in ij. col. uerſi. nec ob.
quod in inſtrumēto cōtineantur il-
la uerba narratiua. in iiij. uolu. ubi di
cit, quod ſi in inſtrumēto dicatur, ſæ
pe & ſæpius adinuicem habito collo
quio ſuper omnibus infraſcriptis cū
dicto domino priore, & ipſe prior &
fratres dixerūt & aſſerunt tandē cō-
cluſum



cluſum & deliberatum fuiſſe & eſſe,
præſentem locationem fieri debe-
re, & propterea prior & fratres ut ca
4 pitulum prædictum, *nemine diſcre
pante, ſponte & ex certa ſcientia ani
mis deliberatis locauerūt &c. ꝙ per
talia uerba non probatur pręceſsiſſe
tractatū de alienādo uel de locādo,
qui tractatus requiritur in alienatio
ne rei eccleſiaſticæ fienda, & in lo-
catione ad longum tempus. ut habe
tur in c. cū apoſtolica. & in c. tua. de
his quæ fi. à præla. & xij. q. vij. ſine ex
ceptione. imo plus uoluit Paul. de
Ca. in d. ſuo cōſi. cum quo tranſit Fe
ly. in c. ſicut. in xv. col. uerſi. per quā
conſuluit Pau. de Ca. de re iud. quód
etiam non a crederetur iudici aſſe-
renti ſe interpoſuiſſe ſuam autorita
tem cum plena cauſæ cognitione, ni
ſi aliter probetur per regulam, quæ
5 eſt, * quód quotieſcunq; quis libere
non poteſt facere actū niſi certa qua
litate interueniente, quód illa quali
tas interuenerit, non ſtatur ſuæ ſim
plici aſſertioni, ut no. Bart. in l. ſi for
te. ff. de caſtr. pecu. & in l. per diuer-
ſas. in ij. col. C. man. & per gloſ. Bart.
Bal. & omnes in l. ſi donatione. C. de
colla. ubi Alex. extendit hoc habere
locū, etiā ſi illa aſſertio eſſet iuramē
to firmata, licet Bal. ibi uoluerit con
trarium & male. cum ergo iudex nō
poſsit interponere decretū ſine cau
ſæ cognitione, ergo non debet ſtari
eius ſimplici aſſertioni circa cogni-
tionem cauſæ adhibitam. tamen in
hoc ultimo Alex. tenet contrarium
in d. l. ſciendū. in vj. col. de uerb. ob.
motus per illam uulgatā regulam,
6 * quód b lex multū confidit de ſuo
miniſtro, ut c. bonæ memoriæ Ma-
guntino. de elec. & c. in pręſentia. cū
ſi. de renun. Cuius opi. poteſt cōpro
bari de eo quod habetur in l. j. ff. de
7 offi. eius cui mand. eſt iuriſdict. * ubi
cauſæ meri & mixti imperij, quæ re-
gulariter nō poſſunt delegari niſi in
caſu neceſſariæ abſentiæ, & lōge in-
firmitatis, uel alterius iuſti impedi-
menti: tamē ſi iudex delegat aliquā
cauſam meri uel mixti imperij, & in
delegatione dicat, delego iuſtis de
cauſis impeditus & maxime cauſa
neceſſariæ abſentiæ: ſtatur uerbis
iudicis, quód delegauerit propter
neceſſariā abſentiā, uſq; quó probe
tur cōtrariū, ita in d. l. j. tenent Guil.
de Cunio & Alberi. de Roſ. quos ibi
refert & ſequitur Alex. in xvj. colū.
uerſi. ſed iuxta hoc quæritur. dicens
iſtud eſſe menti tenendum, quia ali-
quādo notarij, uel alij officiales poſ
ſunt aliū ſubrogare ex cauſa, nā cre-
ditur officiali cauſam aſſerenti. & te
net gl. clara, quam ibi indifferenter
ſequuntur omnes in c. paſtoralis. in
uerbo, exonerare. de offic. delega.
Bal. in l. imperiū. in iiij. col. uer. quar
to quæro. ff. de iuriſ. omn. iudi. & in
rubri. extra de offi. deleg. in ult. co.
& Alex. in conſi. xxxiiij. inci. cōſul-
tus. alias, in principali cauſa. in iiij.
uol. & ſic patet, quód licet iudex nō
poſsit libere actū facere, niſi interue
niat certa qualitas, tamē ſtatur dicto
ſuo, quód illa qualitas interuenerit.
idem dicendum eſt in caſu noſtro,
quód licet iudex nō poſsit interpo-
nere ſuū decretū ſine cauſæ cogni-
tione, quód ſi ipſe dicat ſe dictā cau
ſæ cognitionē adhibuiſſe, debet ſta-
ri ſuæ ſimplici aſſertioni. Tamen cō
tra Alex. & ſic pro opi. Pau. de Ca. ſci
licet quód etiam nō credatur iudici
aſſerenti ſe interpoſuiſſe decretū cū
debita cauſæ cognitione, niſi aliter
cōſtet de ipſa cauſæ cognitione. fa-
cit id qđ ſingulariter cōſuluit Pe. de
Anc. in cōſi. mihi lxxxiij. inci. uiſis di
ligenter actis actitatis in dicta cauſa.
8 ubi uoluit, * quód ſi eodem actu da
tus fuiſſet curator, facta uenditio, &
interpoſitum decretū, quód ex bre-
uitate

a Nō crederetur iudici aſſerenti. *&c. An autem probetur per aſſertione notarij, uide per Paul. de Ca. in conſi. ſuo lxxix. ubi ponit practica, ꝙ de cauſæ cognitione fiat aliud inſtrumentum, quod conſilium fuit farrago latius caute .d. Thomæ. latius p Barb. in cōſi. ſuo, ſcripſit eccleſiaſticus. qđ eſt poſt conſiliū ciij. Alex. i iiij. parte. de quo infra. et ſi ſtatim interponit iudex decretum, præſumitur ſine cauſæ cognitione ꝑpter temporis breuitatem.*

b Lex multū cōfidit de ſuo miniſtro. *Præſumit ꝑ decreto, quod omnia ratione, ac rite & recte ꝑceſſerint, ut uoluit Bal. in l. cū hi. in § . ſi prætor. ff. de tranſa. & per Spe. in ti. de emp. & uēd. in § . nunc dicendum reſtat. & per do. Alex. in*

*cōſi. ſuo. ciij. in ij. uol. ibi, excuſari debent. & ibi, præſumit, &c. Quādo autem decretū iudicis ex falſa cauſa ſit nullū, uide per d. Lu. Ro. in cōſil. ſuo ccccluij. qđ incipit. iure præſenti ibi, tertio ex regula decretū iudicis ex falſa cauſa interpoſitum. & ibi, ultimo, quia ex facti narratione appare, etc. adde Paul. de Caſt. in l. cum hi. in §. ſi prætor. ff. de trāſa. adde etiam do. Alex. in cōſ. lij. in iiij. parte, in pe. col.*

nitate tēporis nō præſumitur cauſæ
cognitionem interueniſſe, & ſic ta-
le decretū eſt nullū, adducens id, qđ
in ſimili dicimus,* ꝙ quando iudex 9
tā breui tempore tulit ſententiā, ꝙ
ueriſimiliter nō potuit a[c]tā conſide
rare, talis ſententia eſt nulla. prout
not. Bar. in l. prolatā. C. de ſenten. &
d. An. & Panor. in c. ij. de re iudi. &
Pet. de Anch. in cōſi. clxxxviij. incip.
uiſis conſiliis famoſiſsimorū Doct.
poſt prin. & Bal. in cōſi. cxxix. incip.
dominātibus magnificis & illuſtriſ-
ſimis dominis. circa fi. in iij. par. & i-
ſtud dictū Pet. de Anch. refert & ſe-
quitur Alex. in cōſi. ccxviij. inci. uiſis
uerbis Girnoldi & literis apoſtoli-
cis. circa fin. in ij. uol. & d. Iaſ. ubi ex-
clamat de hoc dicto, dicēs, eſſe dictū
ueriſsimū, & perpetuo notādum, in
l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff.
de offi. proconſ. & leg. in xv. col. uer
ſi. circa hoc perpetuo no. in l. manda
ta. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. iudices.
C. de iudi. & in l. is apud quem. in v.
col. uer. adde etiā. C. de eden. ubi di
cit tale dictum eſſe bene tenendum
cord. & hāc opi. etiā tenet Raph. Cu.
in cōſi. clxxx. inci. uidetur prima frō
te dicendū. in ij col. uerſic. nec huic
obſtat decretū iudicis. ultra quos re
perio iſtud idem tenere ipſum Pet.
de Anc. in cōſi. xxxvj. incip. uiſa qua
dam petitione. quaſi circa medium.
quem etiā refert & ſequitur Franc.
de Cur. in cōſi. xlvj. inci. ſuper cōtro
uerſia uertēti inter auum maternū.
in iij. col. uerſi. & in propoſito deci
dit Pet. de Anch. uolens quod ſtante
ſtatuto, ꝙ pupillo habenti tutorem
poſsit dari cōtutor, ſi talis contutor
fuerit petitus à cōſanguineis ipſius
pupilli ex parte patris, allegata cau-
ſa ſuſpitionis, uel aliqua alia cauſa
legitima uel ueriſimili & iudici pro
bata, cū hoc tamen, ſi iudici uidebi-
tur hoc eſſe expediens ipſi pupillo,
dicit Pe. de Anc.* ꝙ ſi cōtingat, ꝙ di 10
ctus contutor una die petatur, & illa
eadē die datus fuerit à iudice, ꝙ ta-
lis datio nullius eſt momēti: moue-
tur, quia cū ſtatutū requirat allega-
tionem & probationē cauſæ legiti-
mæ, & iudex debeat inquirere an ta
lis datio ſit utilis pupillo uel non, &
illa eadem die qua petitur dictus cō
tutor, illa eadem die iudex ipſum eli
gat, ex breuitate tēporis præſumitur
iudicē nō diſcuſiſſe, nec perſcrutatū
fuiſſe, an illa datio illius coadiuncti
fuerit proficua uel ne, ergo talis da-
tio debet dici nulla. allega. c. ex lite-
ris. de in integ. reſtitu. & Bart. in d. l.
prolatā. C. de ſenten. & nō ob. ſecū-
dum cū, quod no. Inn. in c. innotuit.
de eo qui fur. or. ſu. ubi uoluit, ꝙ in
extraiudicialibus, quæ officio iudi-
cis pertinēt, ſemper pro ipſo iudice
præſumatur: quia reſpōdet, ut etiam
ibi dixit Inn. quòd illud procedit &
habet locū, quādo contra iudicē nō
laboraret aliqua pſumptio: ſed quan
do laboraret, ut eſt in caſu noſtro,
propter breuitatem tēporis, tūc ſe-
cus, iuxta id quod dicimus,* quod 11
una præſumptio tollit aliā, iuxta l. di
uus. ff. de in integrū reſt. & c. literas.
de præſump. ſimiliter dicendum eſt
in caſu noſtro, cū uno & eodē actu
fiat alienatio, & interponatur decre
tum, debemus dicere, quòd tale de-
cretum non teneat propter nimiam
temporis breuitatem, propter quam
præſumitur debitā cauſæ cognitio-
nem nō interueniſſe. Sed contra u-
trunq; dictū Pau. de Ca. in d. ſuo con
ſil. xcix. facit illud famoſum dictum
Spec. in tit. de emp. & uendi. §. nunc
dicendum reſtat. uerſicu. & breuiter
ſcias. ubi dixit,* quòd ſi in aliquo a- 12
ctu reperiatur interpoſitum decretū
iudicis, omnes ſolēnitates & omnia
requiſita præſumūtur interueniſſe,
& ſimiliter præſumitur ex iuſtis cau
ſis



ſis fuiſſe interpoſitū. de quo eſt glo.
not. in l. j. C. de fide inſtru. & iur. aſt.
fiſ. li. x. quam ad hoc peregrinā, & no
tatu dignā dixit Bald. in l. j. ff. de reb.
eorum. & quam unicam & ſing. dixit
idem Bal. in c. in præſentia. in ij. col.
de renun. & aureā dicit Ang. in l. ſi-
cut. §. nō uidetur. ff. qui. mo. pig. uel
hypo. ſol. & de qua etiam facit teſtū
do. Car. in c. Alberi. de teſti. & quam
opi. tenet Bal. in l. ſi. C. de prædi. mi.
& clarius in l. non aliter. ff. de adop.
cū concor. de quibus per Ale. in cō-
ſi. ciij. inci. uiſis ſcriptis mihi trāſmiſ-
ſis. in ij. col. uerſi. & præſumitur pro
decreto. in ij. uol. quia, ut dicit Bald.
in c. ſicut nobis. de re iudi.[a] propter
autoritatem iudiciariā præſumūtur
omnia ſolenniter acta, etiā ſi iudex
eſſet unus ribaldus. ſi ergo decretū
præſumitur interpoſitū ex iſtis cau-
ſis, & omnes ſolēnitates & requiſita
interueniſſe, multo fortius hoc eſt
dicendum, quādo per notarium uel
per iudicem fuit atteſtatum. Fortius
urget, quòd uoluit Ale. in cōſi. lxxx.
incip. uiſo themate ſuprà ſcripto. in
ij. col. uerſi. non ob. etiā id quod no.
13 Spe. in v. uol.* quòd ſi ſuggeſtū fuit
iudici, ut uellet interponere decre-
tum ſuum, ex eo quòd ſuberat iuſta
cauſa ueditionis, & ſtatim nulla alia
inquiſitione facta ipſum iterpoſuit,
quòd tanta eſt præſumptio pro iudi
ce, quòd tale decretū ualet & tenet,
licet ſecundum eum Spe. uiſus ſit te
nere contrariū in ti. de procura. §. j.
uer. ſed quid ſi ſolū. & iſta in effectu
ſtringunt cōtra illud cōſiliū Pau. de
Ca. tamē poſſet reſpōderi, ut reſpon
det Pe. de Anc. Raph. Cu. & Fran. de
Cur. in ſuis conſiliis ſuperius allega
tis. ad quos me remitto. Tu ergo
qui uis facere interponi decretū iu-
dicis in contractu celebrato cū mi-
nore, ſi uis caute negociari, fugien-
do doctorum diſceptationes, caute
la eſt, quod facias, ut notarius confi
ciat unum inſtrumētum ſeparatim,
& diuerſo tempore, quo cōtineatur
ipſa cauſæ cognitio quam adhibuit
ipſe iudex in contractu ſecundo cū
minore, narrando caſum contingen
tem & utilitatem uel neceſsitatem
alienationis, & ipſum minus da[m]nū
reſultans ex ipſa re alienanda, & [i]n
inſtrumento poſtea ueditionis atte-
ſtetur, qualiter iudex interpoſuit ſuū
decretum cum cauſæ cognitione, ut
de dicta cauſe cognitione conſtat in
illo alio inſtrumento, & hoc modo
euitabuntur altercationes Doctorū.
iſtam practicam tradit Pau. de Ca. in
dicto ſuo conſi. xcix. quam ſequun-
tur omnes qui de ea mentionem fa
ciunt, ipſam multum extollentes, ſci
licet Alex. in cōſi. xvij. inci. uiſo in-
ſtrumento locationis. in ij. col. uerſ.
nec ob. quod in inſtrumento conti-
neantur illa uerba narratiua. in iij.
uol. & do. Iaſ. in d. §. ubi decretum.
uerſi. no. & diligēter. & Fel. in d. l. ſi-
cut. in xvij. col. uerſi. per quam con-
ſuluit Pau. de Ca. extra de re iudi.

*a Propter autoritatem iudiciariā, &c. Adde quādo iudex facit actū iudicialem, præſumitur ſolennitas etiam extrinſeca. facit l. manumiſsio. & ibi per Doctō. de manumiſ. et per Inno. in c. inotuit. de eo qui furt. ordi. ſuſce. ꝙ ſolennitas etiam extrinſeca præſumitur in actibus iudicialibus. propter autoritatem iudicis. per Alex. de Imo. ſignanter in l. ſciendum. ff. de uerb. obli. ix. col. per Bertachin. latiſsime in uerbo, ſolennitas. ſed ſi minor haberet licentiam à teſtatore alienandi, ſecus eſt. l. pe. diu. et ibi Bal. C. quādo decr. opus non eſt. limita tamē, niſi teſtator fuiſſet minor, ſecūdum Bal. ibi nō præſumitur tamen fuiſſe interpoſitum, niſi probetur per inſtrumentum. per Pau. de Caſt. in præallega. §. ſi prætor. per Alexan. in præalle. l. ſciendum. in vij. col. nam in hoc requiritur ſcriptura. uide tamen Angel. in l. qui in aliena. in §. j. ff. de acquir. hæred. qui limitat, niſi poſt longum tempus: quia tunc pro decreto præſumitur, licet non appareat de ſcriptura. & per Bal. in l. quicunq;. C. de bonis quæ libe.*

FINIS.

SINE
FRAVDE.

[illegible]